
CONSILIORVM
SIVE RESPONSORVM
EMINENTISSIMI AC FACVNDISS. IVRISCONSVLTI
DOMINI ANDREAE BARBATIAE SICVLI.

Volumen Quartum.

HAC NOVISSIMA EDITIONE RECOGNITVM, pluribusq; in locis accuratissimè castigatum:

CVM QVÆSTIONIBVS, SVMMARIIS, & Indice locupletissimo.



VENETIIS,

Apud Bernardum Iuntam, & Fratres. M D LXXXI.

CONSILIORVM D. ANDREAE BARBATIAE

Siculi Iurisconsulti clarissimi, Ac vtriusque iuris interpretis acutissimi.

Liber Quartus.

EPITOME.

¶ Episcopus quartam portionem, percipit de omnibus relictis ecclesiis, & aliis piis locis, & fraternitatibus.

SVMMARIVM.

Collegium battutorum est capax legatorum & hæreditatis. numero 1.

Quarta portio debetur episcopo de relictis pijs locis, & quid si relinquatur respectu personarum, & nu. 2. 6. 9. & 10.

Loca pia ad quid visitentur per episcopum. & 9.

Relicta omnia ad pias causas subsunt iurisdictioni episcopi. numero 10.

Recipere aliquem sub protectione, quid importet; & de significato verbi protegere. nu. 15.

CONSILIVM I.

AD reuerendissimum ac Colendissimũ in Christo patrẽ D. dñum. B. diuina miseratione Episcopum Tusculanũ, Cardinalem Nicenum: Sedis Apostolicæ legatũ fęlicissimum in splẽdida urbe Bononiæ, totoq; exarchatu: & in temporalibus pro sancta Romana ecclesia vicarium generalem &c. ¶ Quæsiuistis dñe D. sapiẽtissime pro solita vestra consuetudine, vtrũ prælatus habens, & vendicans sibi iura epalia in loco possit detrahere canonicam portionẽ de eo, qđ relinquitur priori, & rectori fraternitatis disciplinatorum alicuius ecclesię: & p ꝯsequens de relictis ipsi fraternitati laicorũ. Enimuero, dñe præclarisime, miraturos plerosque non leuis opinionibus viros, ac me forsan accusaturos arbitror, ꝙ tenuis homo, & minimè doctus, ac velut anser intercolores cõsultationem aliquam in hoc amplissimo disputandi cãpo exhibere audeam. Cæterùm cũ vestro magis imperio me veniẽtẽ intelligent, & meã in vos obseruantiam, & obedientiam mandatorũ extollent: & sic extollent, vt de miratoribus probatores, deq; accusatoribus laudatores, vt spero, futuri sint. Nam quis iurisconsultorũ, vt de Papiniano, Pomponio, Paulo summis in iure viris dixerim, vestrũ facile recusarit imperiũ. Attñ illud in mediũ afferam, ꝙ legimus clarissimũ Prophetam Hieremiam immortali Deo respondisse, ah, ah, ah, dñe nescio loqui: quia puer ego sum. sed sequar vestigia Esaiæ, quem, Deo viuo quærenti, quem mitteret ad prædicandum, oẽs ferunt sponte obtulisse: domine mitte me. quod ergo vnus apetijt, alter expauit: nõ tñ a diuerso dilectionis fonte prodiit: vt pulchrè scribitur. 8. q. 1. c. in scripturis. Quare, pater obseruandissime, pro mea ingenij paruitate, & studiorũ exercitatione pauca Esaiam sequar. scriptum est enim, esto subiectus Pontifici tuo: & sicut animæ parentẽ ama: piissimi Iesu Christi Saluatoris nostri præsidio summo deuotione implorato, bona cũ vestri noĩs venia, cõsultationẽ hanc & exacta animaduersione aggredior. Et quia, vt ille Philosophorum antistes, diuina penè voce dixit, opposita iuxta se posita magis elucescunt: & probatur in l. j. §. videamus itaq;. ff. de his qui sunt sui vel al. e. iur. ideo afferam in medium, quæ in ꝯtrium adduci possent per quenquam ingentis spiritus virum. ¶ Testator ascripsit ista legata, & institutiones priori, & rectori fraternitatis Sanctæ Catherinę disciplinatorũ, & p ꝯñs ipsi fraternita
1 ti, per no. in c. requisisti, de testa. quo † casu talis fraternitas disciplinatorum est capax talis relicti, & hęreditatis: quia sunt collegia licita: cum fiant pp pietatem seruandam, & pp opera pietatis, & charitatis exercenda, & sic ex causa religionis, & p ꝯñs sunt approbata. l. 1. §. sed & religionis. ff. de colle. illicitis. & no. Bar. in l. fi. eo. ti. & no. Arch. in c. si quis clericorũ. 11. q. 1. & facit etiã, quod hr̃ in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuer. no. & quod no. Bal. in l. 1. ff. de procu. & in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle. & Ang. in d. l. 1. §. sed & religionis. vbi loquũtur de istis disciplinatis: & ideo tali fraternitati relinqui potest hæreditatis, vel legatũ: per id quod no. in l. cũ senatus. ff. de reb. dub. & in l. collegium. C. de hære. insti. & in l. j. C. de sacrosan. eccle. & ibi Bal. nisi essent fraternitates congregatæ ad finẽ illicitum: quia essent

reprobate: vt no. gl. in d. c. si qs clericorũ. & facit, qđ no. in c. constitutionẽ. de regularibus. lib. 6. Et sic ex istis apparet, ꝙ tales fraternitates sunt capaces hęreditatis, aut relictorum. Hoc præmisso † pro fundamento potissimo huius hæsitationis vr̃, ꝙ non debeatur quarta de talibus relictis epo, aut habenti iura epalia: qa tales fraternitates non sunt sub iurisdictione epi: cum eps non videatur hr̃e iurisdictionẽ aliquam in eis: cum sint p̃sonæ laicæ, qui in talibus fraternitatibus sunt: nec domus talium fraternitatũ sunt loca ecclesiastica: nec eis pñt accedere aliqua iura epalia: iuxta no. in cle. p literas. de præben. & in cle. quia contingit. de religiosis domi. & facit, qđ hr̃ in c. sacrosancta. & in c. messana ecclesia. de elect. & quod no. Pau. in d. cle. quia cõtingit. vñ nescio videre ex quo capite possit eps detrahere quartam epo rīr debitam: cum nullã ṗtãtem habeat eps aduersus tales laicos. Et ostenditur ẽt hoc fortiori motiuo. nã curæ officium, & cura epalis est remota a tali fraternitate laicorũ: quia laici nõ sunt sub diocesano, nisi rõne causarum, quæ sunt de foro ecclesiastico. ca. 2. de rescr. li. 6. c. cum sit generale. de foro comp. vnde ista quarta debetur epo, non ecclesiæ, rõne ministerij, & oneris pastoralis, & curæ epalis. adeo ꝙ sing. dixit Bal. in l. preses. C. de transa. ꝙ epi pñt donare & remittere quartam mortuariorum: quia illa debetur personæ, non ecclesiæ: in tantum, ꝙ illã suã facit, & non ecclesiæ: & in hoc est dñs, nõ administrator, sicut tutor, cui est relictum respectu tutelę: quia illud relictum potest remittere, & de eo gratiam facere. & ideo Io. And. in c. requisisti. de testa. dicebat, ꝙ episcopus non tenetur cõicare ecclesiæ suę quartã illã: & ego allego tex. nouum ad hoc. in verb. propriam portionem. in c. officiũ. de testa. vbi probatur, ꝙ illa portio dr̃ propria episcopi: & intelligitur, idest sua. vt probatur in auth. de nõ alie. in §. si quis igitur. in versi. in proprijs eorum substantijs &c. iuncto versi. suæ substantiæ metu. & in c. & si illi. in versi. ex rebus suis. coniuncto versi. ex suo proprio. 12. q. 2. & in c. sine exceptione. in versi. vt commendatis non vt proprijs. & in c. episcopus, qui mancipium. in versi. proprio iuri, & c. 12. q. 2. & in c. ex presentium. de pigno. in versic. propria necessitates. & doctores exponunt in propria. i. sua. Et sic clarũ est, ꝙ illa portio est sua, & iuris ipsius episcopi propter onera curæ pastoralis: vbi ergo cessat cura pastoralis, cessabit illa quarta, tanquam effectus causatiuus a sua causa potissima, & formali: sed episcopus nec curam episcopalem, nec officium curæ, nec suum pastorale officiũ habet in istis talibus fraternitatibus laicorum: ergo sequitur necessariò, ꝙ nulla quarta debetur episcopo de relicto talibus fraternitatibus: qa qui non vocatur ad onus, nõ debet inuitari ad præmium illius oneris. l. Nesennius. ff. de excu. tu. facit. l. post legatũ. §. amittere. ff. de his qui. vt indig. & ibi Bar. arguit cõtra executores, qui volunt acceptare legatum, & repudiare onus: & quod ipse voluit in l. codicillis. §. j. ff. de annu. le. & Bal. in l. 3. §. j. ff. de arb. Facit etiã: quia si fiat discursus per iura canonica deferentia istam quartam episcopo, loquuntur de relicto facto ecclesijs, aut hospitalibus, vt locis pijs: vt d. c. requisisti. & d. c. officijs, de fraternitatibus autẽ nihil exprimunt: & sic de illis nihil soluetur, arg. l. si seruus. versi. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. quia expressio vnius, alterius exclusio. l. quæsitum. §. idem respondit. ff. de fun. instru. l. maritus. C. de procu. c. nõne. de præsumptio. cum si. Facit etiam: quia in casu horum relictorum testatores semper vsi fuerũt his verbis, reliquit priori, & rectori fraternitatis Sãctæ Catharinæ. quo casu videtur testator habuisse considerationem ad personas per id, quod habetur in d. c. requisisti. vnde cum talia relicta facta fuerint personis laicis: ergo sequitur, ꝙ nulla quarta debetur episcopo facit. qđ voluit Bald. in d. l. si quis ad declinandam. vbi refert super hoc fuisse opiniones cõtrarias: maximè inter Reuerendissimum Dominum Cardinalem de Tuderto; qui fuerat episcopus Perusinus, qui fecit quẽdam tractatum in hac mã, & dominum Gallicium de Ancona, & ibi Bald. respondet motiuis domini Cardinalis: quia in quæsito illo fuerat dubitatũ de eo, quod relinquitur fraternitati, seu collegio fraternitatis, quod habetur loco personæ. l. mortuo. ff. de fideiusso. non autem quæritur de eo, quod relinquitur oratorio, vel hospitali ipsorum: quia tũc de illo deberetur quarta, quando locus esset subiectus diocesano,: vt quia esset constructus auctoritate episcopi: vt in d. ca. requisisti. quia aliud videtur esse quando relinquitur loco, & aliud quando relinquitur ṗsonis respectu personarum, quæ possunt seorsum, & in abstracto de per se considerari: quia tunc non debetur quarta per id, quod habetur in d. c. requisisti. ad fi. & quod no. gl. in c. 2. de sepult. Vnde idem Bal. in d. l. si quis ad declinandam. versi. deinde quæritur. quærit de tali quæstione. Testator reliquit fraternitati disciplinatorum Sancti Dominici hæreditatem suam opulentam; episcopus petit quartam: collegium disciplinatorum dicit se non teneri: refert illũ do. Card. dixisse, ꝙ non debemus recedere a regula: sed regula iuris dicit, ꝙ de omnibus relictis ecclesijs, vel pijs locis episcopus debet habere quartam: vt in d. c. officij. & in d. c. requisisti. & non potest negari, ꝙ locus ille, qui fraternitas congregatur, non sit locus pius: nam ibi Deus colitur: ergo de necessitate sequitur, ꝙ episcopus debeat habere quartã: quod argumentum non concludit secundùm Baldus ibi, cum quæstio sit de eo, quod relinquitur collegio, id est, ipsi fraternitati, quæ habetur loco p̃sonæ. ff. de fideiussor. l. mortuo. non autem de eo, quod relinquitur oratorio, vel hospitali ipsorum, quia de illo pro certo debetur quarta episcopo diocesano. est enim magna differentia inter prædicta: nam quando relinquitur locis, procedit regula: sed quando relinquitur personis respectu personarũ, ita ꝙ personæ possunt considerari seorsum, & in abstracto a loco. tũc non debetur quarta. d. cap requisisti. §. fi. de testa.

¶ Et si dicatur, quomodo cognoscam, ꝙ persona sit separabilis a loco? Respondet ibi Bal. quando persona est obligata loco, & incerta (vt ita dixerim) loco, sicut sunt canonici ecclesiæ suæ, tunc collegiũ est in ecclesia, & eccl'ia est ĩ collegio, & vnũ sunt, est enim inseparabilis coniũctio. d. c. requisisti. §. personę. Sed qñ inter collegium & locum nulla est cõiunctio, ibi collegiũ per se diceretur, & ita est in istis fraternitatibus, quia nulla cõiunctio spiritualis est, & ibi possunt liberè discedere a loco, vel eorum corpore, & ideo quia possunt per se considerari, & nõ respectu loci, relictum istud videtur factum personis, & non loco pio, & ideo videtur, ꝙ episcopus non debet habere quartam ab eis, & secundum D. Gallicium ista est pura & simplex congregatio laicorũ, sicut enim episcopus non debet habere quartam de eo, quod relinquitur vniuersitati scholariũ, vel collegio mercatorum, ita nec debet habere, si relinquitur etiam collegio fraternitatum verberatorũ, vt battuentiũ, quia nulla est coniunctio spiritualis inter eos & episcopum, nec subsunt ei quo ad legem diocesanam, & secundùm veram essentiam eorum, ipsi sunt laici præcisè, & habent accidentia sine subiecto, & quia si tenerentur ad quartam, multofortius tenerentur ad similia capitula legis diocesanæ, puta charitatiuum subsidium, quod est magis priuilegiatum, q̃ quarta legatorum, sed istud est falsum, quia nullo iure

lo iure cauetur, quòd teneantur ad charitatiuum subsidium, ergo apparet euidenter, quòd non subsunt episcopo quò ad legem diocesanam, & per consequens quò ad quartam, quia a quo remouetur genus, etiam remouetur quælibet eius species, dicit tamen, quòd episcopus bene potest se intromittere, quòd talia relicta expendantur in pios visus, ne decipiantur testatores, qui hac intentione illa bona reliquerunt, cognoscendo tamen, non sibi imbursando, non tamen apertè ibi Bald. hanc quæstionem determinat, quia tunc pendebat de facto. dicit tamen, quòd ex prædictis bene apparet veritas intelligenti. & dicit ibi Baldus prædicta fore vera, quando aliquid relinquitur fraternitati quæ
3 cōgregatur in tali hospitali, secus si relinquatur fraternitati talis hospitalis, quia † tunc cum genitiuus significet causam finalem, videtur relictum cōtemplatione hospitalis, quia cum hospitale sit dignius, collegium prædictorum trahit ad se minus dignū, arg. ca. aqua. & c. quod in dubijs. de conse. eccle. vel alta. & idem etiam dicit, si relinquatur hospitali talis fraternitatis disciplinatorum, quia quando genitiuus significat dignitatem, procedit, quod proximè est dicendum, quia trahit ad se antecedens, secus q̄n illud non significat, sed demonstrat, quia tunc non trahit ad se añcedēs, sed potius trahit ad antecedēs. l. seruus communis. ff. de stip. seruo. & ideo secūdum eum, ratio legandi præsumitur ipsa pietas. & hoc p̄prius, & potentius inest ipsi hospitali. facit, quod habetur in d. c. requisisti. ideo intelligi debet relictum hospitali, & sic tunc episcopus habebit canonicam portionem. Cum ergo in casu nostro nullum sit hospitale in dicto loco Sanctę Catharię, ergo sequitur, q̄ solum attenditur ipsa fraternitas laicorum, & per consequens non debetur quarta. facit, quod voluit etiam D. meus Io. de Imo. in d. c. officij. in vers. cuius contrarium quotidie seruatur, cum fraternitati disciplinatorum aliquid relinquitur, quia distribuuntur legata eis facta, prout eis videtur in pias causas, ex quo infert, q̄ legatum factum fraternitati nō intelligitur factum esse hospitali, in quo illa fraternitas congregatur, ideo nō poterit detrahi quarta per episcopum, ex quo fraternitas laicorum, quia hoc non reperitur iure cautum, argu. c. 2. de transla. epi. l. illam. C. de colla. & hanc partem dicit esse veram de iure. & facit mentionem de dicto Bal. in d. l. si q̄s ad declinandam. & de dicto Card. Tuderti. & de dicto do. Gallici. Et subdit, idem esse dicendum, si legatur fraternitati talis hospitalis, quia ille genitiuus videtur appositus ad demonstrandum, de qua fraternitate intelligatur. Vnde videtur adiectio hospitalis facta ad demonstrationem, & differentiam aliarum fraternitatum. facit, quod habetur in l. qui habebat. ff. de rebus dubijs. & sic reprehendit illam differentiam, quam supra fecit Bal. in d. l. si quis ad declinādam. & ita ibi residet referens se in contingentia facti ita consuluisse in terra Callij, damnando doctrinam dicti domi. Card. de Tuderto. Modò in proposito nostro, siue ista fraternitas Sanctæ Catharinæ, seu congregatio sit in dicto loco, vt in hospitali publico, siue vt in loco priuato, nullo modo venit detrahenda quarta cum talia relicta facta fuerint personis, & non loco. Facit, quod voluit reuerendus pater domi. Abbas conciculus meus in quodam suo cōsilio incipiente. ad claram decisionem omnium prædictorum tria examinanda incumbunt, vbi quædam laicorum fraternitas, quæ appellatur fraternitas Sanctæ Crucis, & conuenibat in loco ordinis sancti Francisci in quadam capella, sub vocabulo Sanctæ Crucis, cui quidam Deo deuotus legauit multa bona, distribuenda in pias causas, fuit dubitatum, si episcopus loci poterat detrahere quartam portionem, & consuluit quòd non, & mouetur, quia hec quarta debetur de relictis factis pijs locis episcopo subiectis, non autem de relicto personali, etiam si fieret clerico, allega. dictum capitulo requisisti. & capitulo final. de testamen. & capitulo de his. & capitulo antiquos. decima quæstione prima. & q̄d not. Ioan. Andr. in capitulo primo. de sepultu. Sed cum in casu illo talia fuerint relicta fraternitati, & sic non loco: quia fraternitas non est ascripta loco, sed est collegium personale, & quoddam corpus fratrum repræsentatum: vt dicta l. mortuo. & potest congregari tale corpus vbicunque vult, argumen. d. c. si quis ergo. non debetur quarta: quia cum tali fraternitati relinquitur, non habetur respectus ad locum congregatum. Mouetur etiam a ratione cessante, quare hæc quarta debeatur episcopo: quia ratio fundamentalis est ipsa cōmunio, quæ est inter episcopum & ecclesias sibi subiectas, ratione cuius communionis omnia bona erant communia inter episcopum & loca inferiora: sed quia cōmunio solet scandalum generale. l. cum pater. §. dulcissimis filijs. ff. de leg. 2. no. in c. quoniam, de vita & hone. cle. & ideo sacri canones determinarunt, quam partem debeat habere episcopus, & quā aliæ ecclesiæ. hoc clarè colligitur ex no. in d. c. requisisti. & per Io. And. ibi, sed ista communio cessat inter episcopum, & dictam fraternitatem: non enim est communio ratione loci. quia locus non est fraternitas, nec ratione p̄sonarum, cum sint puri laici: & sic sunt alterius generis, quàm sint episcopus & clerici. duo enim sunt genera Christianorum, vnum clericorum, aliud laicorū. c. duo sunt genera. 12. q. j. & sic non est communio inter eos, imo nec esse debet: cum vita clericorū debeat esse segregata a vita laicorum: vt in c. laicos. & c. seq. 2. q. 7. Nec per istam confraternitatem desinunt esse de iurisdictione iudicis secularis: cum hoc nullo iure probetur, sed potius oppositū: vt in cle. j. de religio. do. ¶ Et si quis vellet dicere alium esse huius quartæ rationem: videlicet propter onus episcopale, quod subijt episcopus collatione ordinum, & consecratione, & sacramētorum administratione, & munere iudicandi. Pe. dicit hanc rationem prorsus cessare in tali fraternitate; nec habere locum ratione loci, nec personarum: cessare ergo debet dispositio. c. cum cessante, de appel. 16. q. j. ca. generaliter. Adducit etiam hanc rationem: tale relictum factū tali fraternitati non fit nec ratione loci: nec ratione personarum de fraternitate, sed ratione pauperum: vnde ista fraternitas videtur electa tanquam distributrix, & dispensatrix ad pias causas: vt apparet ex verbis relinquentium: & colligitur ex mente. d. c. si quis. sed ex relicto facto pauperibus non debetur quarta episcopo: vt no. in c. 2. de sepult. etiā si veniat distribuendum per alium, vel per episcopum: vt l. nulli. & l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cleri. ergo nec de relicto facto dictæ fraternitati. Et dicit non obstare huic suæ consultationi dictum Io. And. in d. c. dudum, de conuersione coniugat. vbi dicit, q̄ si relictum sit pauperibus certi loci, debetur quarta, alleg. in argu. dictum c. requisisti. quia respondet D. Abba. in dicto consilio: quia licet illud dictum sit verum, non tamen obuiat suæ conclusioni: quia quādo relictum sit pauperibus certi loci, debetur quarta ideo, quia non solùm videtur relictum contemplatione personarum, sed etiam respectu loci, quia relictū acquiritur ipsi loco pio, de quo potest disponere ad libitum, cum locus pius subsit episcopo. meritò ratione communionis & oneris episcopalis, de-

bet tale relictum communicare episcopo; sed in casu nostro relictum nullo modo acquiritur loco: qa istud relictum est personale, & sic nulla vrgens ratio apparet, quare episcopo debeatur quarta de talibus relictis. Et plus etiam dicit, ꝙ si bene ponderētur iura antiqua, ista quarta fuit inducta propter indigentiam episcoporum: vnde honestū visum fuit, quòd loca pia subiecta episcopis, eis subuenirēt de omnibus obuentionibus: cum episcopus sit rector, & caput talium locorum piorum, & administrator, & multa onera subeat eorum contemplatione: vt habetur. 10. q. 3. capitu. j. & 2. quæ ratio cessat in istis laicis, qui no sunt de iurisdictione episcopi: sed solum cōueniunt, vt pietatis & religionis opera exerceant, & alle. doctrinam Bald. in dicta l. si quis ad declinandam. qui cōsuluit contra episcopum in latioribus terminis. videlicet, ꝙ de relicto facto hospitali non constructo auctoritate episcopi, quarta portio non debetur: cum talis locus possit dissolui ad libitum constructoris: vt no. Inno. in d. c. inter dilectos. de dona. & in capit. ad hæc. & cap. de Xenodochijs. de religio. do. quia cum sit laicus priuatus, non videtur capax relicti: & sic videtur relictum factum potius pauperibus. Dicit tamē negari nō posse casum esse dubium: sed in dubio standum esse consuetudini, q̄ est optima legum interpres. c. cū dilectus. de cōsuetu. l. si de interpretatione. ff. de legibus. vnde erit accuratè animaduertendum, si in dicto loco est cōsuetudo, quòd quarta de talibus relictis non soluatur episcopo: quia illa erit seruanda. & facit, quod voluit Feder. de Senis, consil. 250. vbi dicit, quòd leprosi stantes in aliquo loco auctoritate episcopi nō fundato, nō tenentur episcopo ad iura episcopalia: cum eorum locus sit priuatus, & non religiosus. Et ex istis concludit, talem fraternitatem nō teneri ad quartam de talibus relictis. & clarius & accuratius loquutus est quàm aliquis modernus, q super hoc scripserit in præallega. locis. & idem etiam do. Abb. in preallega. c. offici. in finalibus verbis, dicit, de relicto facto fraternitati laicorum, vbi potius credit, ꝙ non debetur quarta: quia non videtur factū loco, cum non sit capax: sed potius fraternitati, vt disponat in piam causam. Et multo fortius videtur idem esse dicendum in casu nostro ex eo: quia isti testatores reliquerunt priori, & rectori fraternitatis Sanctę Catherinæ, & sic directò non reliquerunt fraternitati, & per consequens est minus dubia ista quæstio in fauorem dictæ fraternitatis. Et ita residet: do. Abba. in dictis locis. Et ista sunt, quæ iudicio meo possunt adduci contra episcopum, vel prælatum habentem iura episcopalia in loco, vt de prædictis non possit detrahere quartam: sed istis maturè discussis & examinatis apparebit veritas indubitata pręsentis consultationis. ¶ Et licet ista sint colorata & apparētia satis, attamen aduersa sententia mihi est visa de iure verior. Et pro præsentis consultationis clarissima decisione præmitto, quòd vbicunque locus est talis, quòd habeat ecclesiam, & campanam, & altare seu habeat oratorium cum altari, & cum campana, vbi celebratur missa, quòd talis locus ex diuturnitate temporis præsumitur auctoritate episcopi fuisse constructus. & ad hoc alleg. gloss. in clemen. quia contingit. de religio. do. in versicu. altare & Federic. de Sen. in suo consilio 130. & Archid. in capit. nemo. de consecra. distin. prima. vbi dicit, quòd si locus sit in forma ecclesiæ, & ibi per sacerdotes publicè celebret, quòd præsumitur auctoritas episcopi interuenisse. & facit optimus text. in l. qui in aliena. §. quòd si non adierit. ff. de acquirend. hæred. & ibi Bald. & Angel. dicunt, quòd prælatus, qui longo tempore stetit in prælatura, præsumitur legitimè & canonicè institutus, alle. Inn. in capitu. illud, de præsump. & per consequens non tenetur docere de titulo beneficii. & ibi etiam dixit Angel. quòd si ex dispositione statuti in contractu † mulieris debet interuenire consensus propinquorum, & longo tempore apparet contractum fuisse celebratum, quòd præsumitur interuenisse cōsensus propinquorum, alle. gloss. sing. in l. prima. C. de fide instrumen. & iure hastę. fi. lib. 10. & facit tex. in l. filius. C. de peti. hæred. vbi dixit Bald. per illum text. quòd si clericus sciente eo, ad quem spectat confirmatio, longo tempore tenuerit beneficium, præsumitur confirmationem pręcessisse, & in l. siue possidetis. C. de probationibus. dixit idem Baldus, quòd si clericus tenuit beneficium longo tempore sciente & patiente dięcesano, præsumitur institutus canonicè, adeo quòd non pōt compelli ad docēdum de titulo beneficij. facit, qđ voluit idē Bal. in l. post mortē. ff. de ado pt. vbi dixit, ꝙ si filius p viginti annos vixit seorsum a pre habitando, & negotiando, & dicit se emancipatum, quòd præsumitur emancipatus, argumen. l. 2. C. de pręscrip. quæ pro lib. & idem voluit etiam idē Baldus in l. prima. C. de pa. pot. facit etiam, quod voluit Hostien. in capitu. secundo, de cleri. pereg. vbi dicit, quòd si quis ordinatus fuerit iam sunt quinquaginta anni, nec extant testes, vel instrumenta ordinationis suæ, constat tamen per eos, inter quos cōuersatus est, quòd semper se gessit vt presbyter, ꝙ hoc sufficiet, argumen. l. 3. ff. ad maced. & sic non cōgetur ostendere literas suæ ordinationis, & sequitur ibi Domi. Cardin. Florenti. Et facit, quod voluit D. Pet. de Peru. in tractatu quartæ canonicæ, vbi dixit, quòd si ecclesia, vel altare reperitur ædificatum, & est antiqua ecclesia, quòd præsumitur ædificata auctoritate episcopi. & ita alias in quæstione facti consului, & fuit obtentum. ¶ Et si dicatur, quòd non præsumitur auctoritas interuenisse, nisi appareat. l. quæcunque. §. final. ff. de publi. facta enim non pręsumuntur. l. consilio. ff. de cura. fur. sed interpositio auctoritatis est facti: ergo non præsumitur interposita. Et ideo dicebat Composto. in capitulo cum dilectus, de consuetu. quòd in his in quibus requiritur consensus capituli ad validandum actum, non præsumitur interuenisse, si partes de hoc referant quæstionem: nec præsumitur solennitas extrinseca interuenisse: nisi probetur dicta l. quæcunque. §. fin. per Bartol. in l. sciendum. ff. de verborum obligationibus, quia potest responderi, quòd ea quę sunt facti, non præsumuntur, nisi appareant indicia, per quæ præsumantur illa interuenisse: sicut dicimus in simili de eo, qui se gessit pro rectore ecclesiæ, & longo tempore ministrauit vt rector, sciēte & patiente diecesano: qa p̄sumit institutus: vt est dictū. sicut dicimus in eo, qui natus ex parentibus Christianis, & conuersatus est inter Christianos: quia præsumitur baptizatus: vt no. in capitulo veniens, de presby. non baptizato. & ideo videtur, quòd quando aliquis locus habet oratorium in facie ecclesiæ, & habet altare, & campanam, cum ista sint signa loci religiosi, & ecclesiastici, præsumitur talis locus fundatus auctoritate episcopi. & præcipuè si in dicto loco dicuntur diuina officia per sacerdotes per id, quod voluit Archidia. in dicto capitulo nemo. ¶ Et si quispiam dixerit, quòd Bald. destruit omnem hanc doctrinam. in l. secunda. C. de legi. hæred. vbi quærit, an per patientiam longi temporis probetur bonorum possessio legitimè agnita coram prætore, decidit quòd non: quia patientia non potest adaptari prætori: quia nihil commune habet patientia,

vel

vel auctoritas pretoris cum possessione.& idē dicit, si in ɔ̄ctu mulieris requiratur interessentia propinquorum, non ideo præsumet interessentia, vt l. non hoc. C. vnde cog.& idē dicit, ꝙ in pacifica possessione nō presumetur insinuatio donationis. Quia ad hoc respondeo, quod Lud. Ro. in d. l. qui in aliena. §. ꝙ si adierit. mouet hoc dubiū:& nihilominus sequtur opi. Bal.& Ang. in d. l. si filius.& in d. l. qui in aliena. §. ꝙ si adierit. & non tenet oppositionem Bald. quam fecit in d. l. 2. sed Bald. poterat melius allegare pro se. l. j. §. mutus. ff. de tute. vbi mutus non potest esse tutor: quia non potest interponere auctori
5 tatem.& sic probat,† quòd expressis verbis auctoritas debet interponi, ergo per patientiam non interponetur: ergo in proposito nostro non præsumetur ex patientia auctoritas episcopi: quia ad hoc r̄ndeo & dico, salua reuerētia dn̄i Bal. ꝙ licet tacitè, & per patientiā non interponatur auctoritas, & ad hoc vr̄ tendere sua obiectio: tn̄ considerato, ꝙ ex diuturno tp̄e in dicto loco habēte oratorium, seu ecclesiam, & campanā, fuit celebratū sciente & patiēte prælato, habente iura episcopalia in loco, præsumitur, ꝙ auctoritas interuenerit verbis expressis: & eo mō quo debuit interuenire: quinimo dixit idem Bal. in l. potuit. C. de iure delib. in vlt. q. pupillus maior infante vna cum tutore est ingressus possessionem, an per hoc hęreditas sit legitimè apprehensa: vr̄ ꝙ nō: q̄a auctoritas dēt interponi verbis expressis. Contrarium decidit, & illud ɔ̄rium est verū circa actus expressos: sed in tacitis tacitè loquimur rebus ipsis & factis, ar. l. de quibus. ff. de leg. vers. nā cū ipse. l. item q̄a. ff. de pac. l. cū ostendimus. §. fi. ff. de fideiuss. tuto. idem voluit idem Bal. in l. 2. §. fi. ff. so. ma. & idē Bal. in l. si pater n̄alis. ff. de adop. dixit, ꝙ pater pōt interponere auctoritatem suam nutu ad legitimationē filij naturalis.& ad d. l. j. §. mutus. r̄ndet ibi, ꝙ loquitur in tutore, quasi extra illum casum non sit trahēdus ille tex. ad aliū casum.& idē Bal. in l. mandatū. C. manda. dixit, ꝙ societas ɔ̄cta cum patre, quæ finitur morte si ijsdem institoribus vtitur filius cū socio patris sicut prius intelligitur societas cū filio renouata: & ēt cum ipso pupillo, si habeat tutorē, & interueniat patientia tutoris,& inquit ipse, si tutor dicat, ꝙ nō pōt auctorare, nisi loquatur l. j. ad finem. ff. de auth. tu. l. vbi nō voce. ff. de reg. iur. r̄ndet, illud esse verum in actibus expressis: secus autem est in tacitis, alleg. in ar. d. l. de quibus.& istud credit esse verum. Cū ergo in proposito nostro iste locus habeat ecclesiam,& in facie ecclesiæ campanam,&c.& ibi celebrentur diuina,& diuturno tp̄e ita fit sciente & patiente prælato vendicante sibi iura episcopalia, certissimi iuris, ꝙ præsumitur interuenisse auctoritas illius prælati ex illa diuturnitate tp̄is,& scientia, & patientia. Et benefacit, quod voluit domi. Abb. Siculus, in c. cum dilectus. de consuetud. Et sic apparet multifariè, multisque modis probatū: ꝙ iste locus est fundatus auctoritate episcopi, seu prælati habentis iura episcopalia in loco: & per consequens talis prelatus vendicat iura episcopalia in tali loco.

¶ Secūdò præmitto illud, quod pulchrè voluit Gaspar de Calde. in consil. 23. posito inter consilia Ioā. Cald. in titu. de testa. vbi quęrit, an episcopo debeatur quarta portio de relictis hospitali non ædificato auctoritate episcopi. & videtur quòd non: quia talis locus non videtur subiectus episcopo: ad hoc ergo vt competat quarta episcopo, requiritur, quòd habeat iurisdictionem in illo loco, cui est relictum. vt in dicto c. officij. & ibi per Ioan. An. & quod ipse not. in clemē. dudum. de sepul. Item talis locus non censetur religiosus, ex quo non interuenit auctoritas diœcesani. vt d. cap. nemo.& ad hoc, vt canonica portio debeatur episcopo, requiritur, ꝙ locus sit religiosus. d. c. requisisti. In contrarium arguit: quia relicta tali loco legantur pro anima: ergo competit episcopo canonica portio: nisi in casibus not. in c. fi. de testa. de quibus ille non est: ergo debetur canonica. Et si diceremus contrarium, sequeretur incōueniens, ꝙ melioris conditionis essent loca constructa sine auctoritate episcopi, quòd esse non debet. cap. eum qui. de præben. libr. 6. nam qui sine episcopo construxerunt, contempserunt ipsum episcopum, a quo debebant licentiam obtinere, vnde deterioris conditionis esse deberet, quàm ille, qui hospitale construxit cum auctoritate episcopi. c. quia contingit. de reli. domi. ¶ Nec ob. ꝙ quis potest cōstruere hospitale sine licentia episcopi: vt no. in ca. quod quidam. 18. q. 2. quia talia hospitalia edificata sine auctoritate episcopi, hospitalia vocari non dn̄t: sed sunt q̄dā domus deputatæ ad hospitalitatem, quæ nō sunt capaces relictorū: nec pn̄t habere bona per se: sed sunt loca penitus prophana,& nō perpetua: sed ad nutū disponentiū mutabilia: & in istis non est necessaria quæst. & sic firmat D. Gaspar de Cal. in cons. præalleg. vbi dicit, ꝙ hospitale non fundatū auctoritate episcopi tenetur ad quartā, multo ergo fortius, q̄n est fundatus locus auctoritate ep̄i: vt fuit in casu nostro: q̄a tunc debetur quarta episcopo de relictis tali loco. Quinimo plus est dicendū, ꝙ si est locus deputatus ad hospitalitatem,& non esset fundatus cum auctoritate episcopi, nihilominus de relictis factis tali loco debetur episcopo portio canonica: q̄a loca deputata ad hospitalitatem dicuntur pia: vt no. gl. in d. cle. q̄a contingit. de religio. do. & Spe. in ti. de instru. editio. § nūc aliqua. vers. & scias. vbi dicit, ꝙ loca pia dn̄r monasteria, hospitalia, & alia loca, in quibus senes,& debiles, & languidæ p̄sonæ aluntur,& alia opera charitatis exercentur. j. q. 7. ca. si q̄s oēm. sed de relictis factis pio loco debet̄ episcopo quarta canonica: vt 10. q. j. c. de his. ergo multo fortius in casu nr̄o debebitur quarta canonica de relictis factis huic loco Sanctæ Catharinæ.

¶ Et si dicatur, ꝙ dicta iura debent intelligi de locis pijs, in quibus episcopi habent communionem: sed aliud est in his locis: vt in casu nostro, in quo habebat communionem: quia cum præsumatur cōstructus auctoritate episcopi: ergo episcopus habet in eo communionem ratione iurisdictionis: quia cū habebat instar ecclesiæ, cēsetur ecclesia auctoritate episcopi constructa: ergo habet episcopus in ea cōmunionem, quinimo sunt talia loca subiecta diœcesano: vt in c. de Xenodochijs. de religiosis dom. qui tex. apponit gladium huic hæsitationi. ¶ Et si dicat̄, ꝙ ille tex. loquitur eo casu, quo est hospitale fundatum auctoritate episcopi. Dico, ꝙ iste est casus noster: quia præsumitur auctoritate episcopi fundatus iste locus Sanctæ Catharinæ. Facit etiam, quod voluit Calde. in dicto suo consil. quia non debet esse melioris conditionis &c. & si dicatur, ꝙ hoc non procedit in casu nostro, ex quo a iure est permissum alicui facere monasterium priuatum, vt not. gloss. in d. cle. q̄a cōtingit. ideo ex quo facit iure permittente, non meretur pœnam. capitul. cum ecclesia. de elec. l. Graccus. C. de adult. cum simili. ideo non est absonum, ꝙ melioris cōditionis sit isto casu ædificans sine auctoritate episcopi, & sic cessat ratio. d. cap. eum qui. Quia ad hoc respondeo, ꝙ isto casu iste ædificans sine auctoritate episcopi, si soluat quartam de relictis tali loco, nō dicitur incidere in aliquam pęnam, quia non est pœna, sed est dispositio iuris communis, nec fuit introducta in pęnam, sed fuit introducta in merum fauorem ipsorum episcoporum: ergo dicetur fauorabilis, ex quo principa-

principaliter ad fauorem fuit introducta. facit glo. in l. venia. C. de in ius vo. & in l. sed si hac. §. libertus. ff. eod. gl. in c. si propter. de rescript. libro 6. & in cap. sciant cũcti. de elec. eo. lib. facit l. qui exceptionem. ff. de condi. inde. cum simi. ideo isto casu non debet magis faueri ædificanti sine auctoritate episcopi, q̃ ædificanti cum auctoritate episcopi: vnde cum faciat cum auctoritate episcopi, potest notari in eo quædam obedientia, & obseruantia mãdatorum: & donatio, cum habeat recursum ad episcopum patrem animarum in exercitio pij vsus. & facit, qđ voluit Fede. de Senis, consi. 130. vbi dixit, quòd siue ex testamento, siue inter viuos fuerit ordinatum, ꝙ locus sit deputatus ad vsum pium, siue cũ auctorita
6 te episcopi, siue non, potest † per episcopum visitari: vt sic visitando inquirat, an ibi illud obseruetur, ad quod ille locus fuit institutus: cum ergo ex iure episcopali facit illam visitationem, sequitur, quòd ex iure episcopali debet habere quartam. Facit. c. j. §. j. de censi. lib. 6. iuncta gl. in ver. pia loca. vbi videt̃ ꝓbari, ꝙ episcopus potest visitare pia loca. Et si dicatur, vt dicit Io. de Imo. in d. c. officij, ꝙ istud procedit, quando ille locus est fundatus auctoritate episcopi: quia tunc cum ad episcopum spectat tuitio, & tutela aut defensio voluntatis defunctorum. ca. tua. & c. si hæredes. de testamentis. ꝙ poterit episcopus talem locũ visitare, sed in casu nostro iam præsumitur ædificatus auctoritate episcopi, vt est dictũ. ergo sequitur, quòd episcopus habet in eo iurisdictionem & communionem: & per consequens cõpetit sibi canonica portio. Facit etiam, quod voluit Io. An. in c. fi. de testa. vbi voluit, ꝙ de relictis qbuscunque pijs locis, dummodo relicta non sint priuilegiata, debetur quarta episcopo. vnde cum dicit quibuscunque, per illam generalitatem videtur cõprehendere loca constructa etiam sine auctoritate episcopi. Et si dicatur, vt voluit Io. de Imo. in d. cap. officij. ꝙ illud dictum Io. And. procedit in locis constructis auctoritate episcopi. Respondeo ꝙ istud facit pro hac consultatione: quia, vt dictum est, iam præsumitur constructus auctoritate episcopi. Item ipse restringit illud dictum Ioã. An. cuius verba ita prægnantia non patiuntur talem restrictionem, de quo ad præsens non est inquisitio attingenda: quia iam iste locus præsumitur fundatus auctoritate episcopi. Facit etiam: quia ex quo aliquis construxit pium locum, & hospitale, eo ipso ꝙ episcopus petit quartam portionem, tacitè uidetur velle esse hospitale, aut pium locum: & sic illi tali loco videtur auctoritatem præstare, ar. c. ex ore. de his quæ fi. a maio. par. capi. Modò in proposito istud habet minus dubium: cum iste locus præsumatur fundatus auctoritate episcopi, ergo sequitur, ꝙ de relictis tali loco debetur quarta episcopo: vel habenti iura episcopalia in loco. vnde D. Card. de Tuberto, vt apparet ex relatis per Bal. in d. l. si quis ad declinandam. tenuit aperto ore, ꝙ de relictis pio loco non cõstructo auctoritate episcopi, debetur quarta episcopo. & istud idem tenuit D. Petr. de Perusio frater domini Bald. qui fuit famosissimus Canonista, & Pet. de Anch. in d. c. officij. de testa. & D. Gaspar de Calder. in præal. consilio, tenuerũt istam partem, quòd debeatur quarta canonica. hoc voluit Hostiẽ. in summa de sepul. §. & a quibus petatur. vbi concludit, ꝙ peti possunt. & dicit ab omnibus intra propriam diœcesim constitutis, siue sint capellæ monacorum, vel aliorum religiosorum, vel monasteria, vel alia pia loca, siue sint conuentualia, vel quæuis alia. Ita formaliter dicit ibi Host. & facit text. in c. constitutum. 16. quæstio. j. vbi tex. dicit, ꝙ suas diœceses ita regant, vt tertiam consequãtur tam de oblationibus, quã de tributis, frugibus. & sic cõprehẽdit loca pia: qa ex quo loquitur de diœcesi, & sic de continente, cõprehendit omnia illa contenta. Et ꝙ hoc sit verũ ostendo formaliter hoc modo. Vbicunque regulariter æquipatantur iura cõmunia, & etiam exorbitantia, disponentia de vno habẽt locum in reliquo: vt est gl. in c. si postquam. §. fi. de elec. lib. 6. & bene facit gl. in cle. prima, de officio vica. & etiam voluit glo. in c. odia. de reg. iur. libro 6. & in c. cõstitutionũ. de regula. lib. 6. & qđ no. ibi D. Dominicus, & in d. c. si postquam. Sed relicta ecclesijs, & pijs locis regulariter a iure parificantur: vt est tex. in c. fi. in ver. ecclesijs, vel reliquis pijs locis. de testa. & facit text. in cle. quia contingit. de religio. do. in ver. ordinarijs locorum iniungimus, vt etiam si pia loca: qui tex. probant istam æquiparationem: ergo cũ iura antiquorum canonum, & modernorum conferãt quartam portionem episcopo de relictis, quæ fiunt ecclesijs: ita etiã de relictis, quæ fiunt pijs locis, quinimo plus audeo dicere, ꝙ licet Bald. in d. l. si quis ad declinandam. tenuerit contra, & etiam D. Gallicius, Petr. de Anchara. & D. Abb. & Io. de Imo. nihilominus præcedens opi. est verior, quam in indiuiduo sequutus est Bal. in loco tamen satis peregrino, & solitario, videlicet in repetitione sua eleganti. ca. si pater. de testam. li. 6. vbi tractans de multiplici quarta, tandem tangit de quarta, quæ debetur episcopo: & dicit ꝙ siue sit ecclesia, siue hospitale, siue de misericordia domus, siue domus fraternitatis frustratorum, seu disciplinatorum, siue aliqua maiestas, ꝙ tenetur ad quartam. & mouet̃: quia omnia ista sunt loca pia, alle. no. in cle. quia contingit. præal. & gl. in d. c. j. de censi. lib. 6. & not. Spec. in §. nunc verò scias. in ti. de fide instru. vbi dicit, ꝙ pia loca sunt ecclesiæ, monasteria, hospitalia, & quælibet loca, in quibus senes, debiles, infirmi, insontes, languidi, & aliæ personæ miserabiles educantur. Item omnia loca, in quibus exercentur opera charitatis. 23. q. 8. c. scimus. j. q. 7. c. si quis omnem. nam omnia ista loca si sunt in diœcesi alicuius episcopi, siue regãtur per clericos, siue per laicos, potest ab eis episcopus iura episcopalia petere, in cuius diœcesi sunt: vt ca. conquerente. de offi. or. Itẽ refert se dicere, ꝙ episcopus potest, & debet quartã habere a locis exemptis, quæcunque sint illa. alle. not. per Host. in d. §. & a quibus. vbi dicit, ꝙ episcopus potest petere quartam ab omnibus intra suam diœcesim constitutis. per d. c. constitutum. siue sint capellæ monacorum, siue aliorum religiosorum, siue monasteria, vel quælibet pia loca, non obstantibus quibuscunque priuilegijs apostolicis, exẽptionibus, vel alijs: nisi in talibus priuilegijs, vel exẽptionibus de iure diœcesis & præiudicio ipsius fieret expressa mẽtio: dicit tamen, ꝙ ecclesia Roma. non consueuit concedere tale priuilegiũ. Modo in proposito nostro Bald. deducit istam quæstionem ad indiuiduum: quia dicit, quòd posito, quòd esset locus exemptus: tamen tenetur ad huiusmodi quartam: & sic tollitur illud obstaculum, si dicatur ex aduerso, quòd ille locus sanctæ Catherinæ, & alter locus, cui ascripta sunt talia legata, esset receptus sub protectione ecclesiæ Lateranensis, & sic prætenderet exemptionem: quia nihilominus non esset exemptus a solutione quartæ. dicit etiam, quòd si esset locus disciplinatorum, seu frustratorum, vt est casus noster, teneretur ad quartam: etiam si esset imago apposita in aliquo pariete: quia de relictis tali imagini debetur quarta episcopo, de quo loquitur gl. sing. in l. statuæ. ff. de vsu. & Ange. ibi. & in sua quæstione incipiente, in refulgẽti palatio. & in l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei ven. & domi. Abb. in capit. quoniam. de deci. & in cap. pastoralis.

ralis. de his quæ fiunt a prælat. & in c. ad audientiã. de eccles. ædi. & quod ipse voluit in rubric. de paro. ergo multo fortius debetur habenti iura episcopalia, si relinquatur huic loco pio, cum præsumatur fundatus & cõstructus auctoritate episcopi. & sic licet Bal. dixerit contrarium in d. l. si quis ad declinãdam. nihilominus mutauit opinionem in d. c. si pater. Nec est mirum: quia propter diuersa fantasmata generantur in nobis diuersi intellectus: nec etiã est mirandum: quia longiori studio melius inuestigauit: qa per posterius commentauit dictum cap. si pater. Et sic ista opin. est communis, vt teneantur pia loca fundata auctoritate priuata ad quartam de relictis quam tenent Hosti. Gaspar de Cald. Bald. D. Car. de Tuderto, Pet. de Perusio, & Petr. de Ancharan. & idem videtur sentire Innoc. in c. 2. de sepul. & sic est opi. communis: ergo est tenenda iudicando & consulendo. c. ne innitaris tuæ prudẽtię. de consti. c. in canonicis. 19. dist. de quibus. 20. dist. §. quidam. de pœni. dist. j. iuxta illud Catonicum. Iudicium populi nemo contẽpseris vnus. quod enim a pluribus dicitur, præsumitur verius. facit text. in l. j. ff. de senato. & ibi Bal. l. athletæ. ff. de his qui no. infa. & per eundem in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui. Inno. in d. c. ne innitaris. Ioan. And. in c. j. de constit. Hosti. in c. capellanus. de ferijs. Bart. in l. fi. C. de pœna iudi. & in sua quæstione: a sententia iudicis. Bal. in l. j. ff. de vul. & pu. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio ꝓconsu. & in d. c. j. de consti. & Angel. in l. cum prolatis. ff. de re iudic. Et ideo dicimus, quòd vbi non est dare casum legis, sufficit allegare auctoritatem maiorum: vt est text. quem summæ ad hoc no. ibi Ange. in l. si idem cum eodem. ff. de iur. om. iud. & facit dictum Hostien. in c. 3. de pecul. clericorum. in quãtum ibi voluit, ꝙ non est iure cautum, ꝙ ecclesiæ acquiratur res empta de pecunia ecclesiæ nomine alterius, sed auctoritas magistrorum & doctorum hoc induxit: & sic optimè firmat, ꝙ vbi non potest dari casus legis, sufficere allegare auctoritatem maiorum: ego dico fore text. apertum in c. j. de deci. & sic ista opi. erat sequenda in iudicijs, & in cõsilijs. Quinimo dixit Hostien. ibidem, ꝙ licet quò ad canonicam portionem, & alios redditus inspiciatur locus, ad quem pertinent redditus, vtrum sit subiectus, vel non: tamen in his mortuarijs nõ inspicitur locus, cui relictus sit, vtrum sit subiectus, nec ne: sed fidelis, a quo relinquitur, & ipsum relictum: nã de oblatione fidelium debetur portio: & indistinctè loquuntur iura, cuicunque pio loco relinquantur: ergo ita indistinctè sunt intelligẽda, nisi per aliquod ius distinguantur. & sic concludit Hostien. quòd etiam ex loco exempto debetur ista portio canonica episcopo, vel habenti iura episcopalia in loco. Et sic ex istis apparet verissimum esse, quòd de relictis loco pio debetur quarta canonica episcopo. ¶ Tertiò etiam præmitto elegantem & singularem doctrinam Bald. in commento. d. c. si pater. vbi ore aperto dicit, quid de quarta, quæ debetur in bonis clericorum, vel laicorum, quæ loca & personæ teneantur ad quartam, vbi parificat loca, & personas, & æqparat bona clericorũ & laicorum quoad quartã: sed superius est õnsum, ꝙ loca pia licet non sint ecclesiastica, tenenẽt ad ipsam quartã: ergo pariformiter tenenẽt ad ipsam quartã personæ piæ: licet non sint ecclesiasticæ. vnde Bald. ibi inter illa loca pia connumerat loca ipsorum disciplinatorum, seu frustratorum: si ergo loca ipsa tenentur, pariformiter tenentur ipsæ personæ disciplinatorum, quæ hoc casu piæ dicuntur: quia ad actum pietatis sunt congregatæ: nec scio videre rationem diuersitatis, quare dicta loca pia teneantur ad quartam, & ipsa fraternitas in communi ipsorum disciplinatorum non teneatur: quia in pia est: & sic Bal. inquantum parificat loca ipsa pia, & personas ipsas pias, clarè sentit, quòd teneantur ad huiusmodi quartã de relicto facto suæ congregationi. Quinimmo idem Bald. hoc clarius videtur decidere, vbi refert illum dictum Hostien. superius relatum in summa, de sepul. §. quanuis, vbi dicit, quòd non inspicitur locus, ad quem relictum pertinet, siue sit subiectus episcopo, siue non: sed attenditur fidelis, a

7 quo relinquitur. vnde dicit, quod licet religiosi† sint exempti: non tamen sunt exẽpti quoad relicta aliunde prouenientia: quia talia non sunt exempta: non enim ista quarta petitur à loco, sed tanquã a detentore relicti, vel hæredis parrochiani: qui nec debuit recipi, nisi soluta quarta: nec potuerunt episcopum sua quarta fraudare: quia si ecclesia, a qua corpus recipitur, de omnibus relictis alteri ecclesię, in qua sepelitur, debet habere canonicam portionem, ca. in nostra. de sepul. quare non episcopus, a quo corpus sumi intelligitur: nam episcopus est in ecclesia. 7. quæst. j. c. frater noster. & tota diœcesis sua parochia esse dicitur. 12. q. 2. c. bona rei. c. apostolicæ. de dona. & ita residet ibi Bald. cum hoc dicto Hosti. Modò ista apponunt gladium ad istam quæstionẽ: quia posito sine præiudicio, non tamen concesso, quòd dicti disciplinati in communi non essent subiecti episcopo, vel habenti iura episcopalia: immo sunt exempti: quia sunt laici, & de alio ouili, nec iurisdictionem habet episcopus super eos, quia laici sunt. 10. di. c. quoniam. c. solitæ. de maio. & obe. & bene facit illud Virgilianum in primo Eneidos. vestras Eure domos, illa se iactet in aula. quia nihilominus hoc non ob. quia attenditur fidelis, a quo relinquitur, & non attenditur locus, cui relinquitur, nec attenditur persona, cui relinquitur: vnde sicut locus exemptus tenetur de relictis aliunde prouenientibus, ita tenentur personæ exemptæ de relicto eis: non enim petitur ab illis tanquam laicis, se tanquam a detentoribus relicti. & sic parificat ibi Bald. personas & loca. Sicut ergo loca exempta tenentur ad huiusmodi quartam, ita tenentur personæ non subiectæ: & per consequens sequitur, quòd licet ipsa fraternitas Sanctæ Catharinæ non sit subiecta episcopo, vel habenti iura episcopalia, nihilominus tenetur ad soluendam quartam portionem, quæ consueuit solui de huiusmodi relictis pijs: & per consequens idem Bald. aliter determinat, quam ipse dixerit, in dicta lege si quis ad declinandam. licet in veritate Bald. ibi non clarè decidat illam quæst. sed potius argumentatur in ea. nec ponderauit ibi dictam doctrinam Hostien. in loco præal. & sic sua propria & vera & decisiua opinio fuit illa, quam posuit in dict. cap. si pater. Et miror, quòd dominus meus Io. de Imol. in d. c. officij. & D. Abb. in d. consi. suo, vbi eleganter argumentauit, istam decisionem Bald. non viderunt, qui iam suo tempore putarunt se summam Mineruæ arcem attigisse. ¶ Et si dicatur, quòd Petr. de Anchara. in suo consi. 118. incip. super primo dubio. prima facie videtur tenere, quòd non possit episcopus detrahere quartam. Ad hoc respondeo primò, quòd D. Petr. loquitur in casu diuerso. quinimo concludit in fauorem episcopi in casu nostro, ibi enim accidit, quòd quidã Franciscus de Prato, q voluit in suo testamẽto, domum suæ habitationis cum omnibus suis pertinentijs intelligi quẽdam cippũ, & horreum, & vt domus priuata & prophana: & nullo modo esse, vel dici posse ecclesiastica, nec ecclesiæ: nec ecclesiasticis iudicibus, vel p̃sonis subiecta: sed sub guberatione, & tutela communis Prati cum libera & generali administratione

nistratione erogandi in alimoniam pauperum redditus,& prouentus bonorum & possessionum:& instituit dictum cippum hæredem in omnibus bonis suis: ex quibus omnibus apparet, dictam domum censeri rem priuatam & prophanam ,& non ecclesiasticā: & sub perpetua gubernatione laici : firmat ibi.D.Pet.illam domum esse locum pium : quia sine auctoritate pōt induci locus pius deputatus ad opera charitatis. allegat multa superius obligata: ideo dicit, quòd non poterit collectari, & grauari per commune Prati: sicut nec ecclesiæ, quibus illa loca pia æquiparantur: & dicit, quòd est sub potestate episcopi,& posset episcopus se interponere,ne dictum cōe Prati grauaret dictum locū pium , nec episcopus posset quartam,aut aliquid aliud sibi applicare: & alle.l. nulli. & l. si quis ad declinandam. C.de episco.& cleri. quia sunt bona priuata & prophana,& per laicum gubernanda : & ideo dicit , ꝙ episcopus non pōt se intromittere sibi aliquid imbursando & applicando.& sic.Do.Petr. loquitur in casu diuerso: quia in casu nostro ista bona fuerunt relicta fraternitati,& collegio disciplinatorum:quę sunt administranda & distribuenda per ipsam fraternitatem:& etiam videntur fuisse relicta dictæ ecclesiæ Sanctæ Catharinę,& sic illud corpus fraternitatis est differens a communi Prati, quod consistit in meris laicis : non est sic in collegio disciplinatorum : quia in eis possunt esse clerici ad exercenda opera pietatis, nec talia bona censentur, nec sunt prophana : vt fuit in casu domini Petri : quia testator in casu illo voluit,quòd esset prophana;quo casu potuit sic disponere: vt est aureus casus in leg. si qs ita pacisčat. in ver. vel alio modo humano iure eum eximere.C.de pact. inter empt. & vendi. & ibi Bald. magnificat illum text. dicens limitari per illā authent.cassa & irrita.C.de sacrosanct.eccle. vt non habeat locum in pacto priuatorum. vnde eum Do. Petr. fundet se in illo consilio suo super eo: quia ille testator voluit illam esse prophanam, & non esse subiectam episcopo,& iudici ecclesiastico: non est mirum si.Do.Petr. ibi dicit, quòd episcopus potest se impedire ad fauendum illi tali rei:non ad nocendum,vel ad sibi imbursandum : quia hoc voluit ibi testator : qa licet dixerit, quòd nolebat episcopum debere se impedire de talibus rebus, videtur sensisse quoad præiudicium, & diminutionem illius rei: sed quoad fauorem & commodum illius rei non videtur prohibuisse,argum.l. quod fauore.C. de legib.cum si.Et sic videtur sentire Dom. Petr. si testator non apposuisset illam prohibitionem, & reliquisset illa bona alicui collegio loci sacri : vt fuit in casu nostro.& sic.D.Pet. loquitur in casu nostro, & sentit,ꝙ secus esset, si illam prohibitionem non apposuisset, nec.d.l.si quis ad declinandā. nec.d.l. nulli.loquuntur in casu nostro . Nec etiam ob.si alleg. ꝯsilium Ang qđ incipit,an canonica portio episcopo debeatur,&c. quia ipse loquitur de relictis hospitali, in quo episcopus non haberet institutionem, nec destitutionem:qui nec esset fundatum,nec cōfirmatum episcopi auctoritate: & esset domus prophana,non locus pius, licet ibi pauperes recipiātur de facto,quia tunc valet legatū potius ratione pauperum,q̄ pij loci:& sic Ang. loquitur in casu diuerso a nostro : quia ista ecclesia Sanctæ Catharinæ est locus pius,& etiam sacer,& habetur instar ecclesię, vt est superius dictum,& præsumitur,quòd auctoritate episcopi talis locus fuerit constructus. & sic ex diuersis & separatis non infertur,quia casus Angeli est separatus a nostro, quinimo sentit idem in casu nostro,si locus esset pius, auctoritate episcopi fuisset constructus, tunc episcopus de talibus relictis debebit habere quartam.Sed superius est ostensum multifariè,ꝙ hic locus sit pius, & ꝙ præsumitur auctoritate episcopi fundatus,ergo sequitur, ꝙ de talibus relictis debetur episcopo quarta. & sic Angel. concludit in casu nostro in fauorem episcopi. Facit etiam, quod voluit Pau. de Castro in suo consil. 289.incipiē.præsupposita vera opin.&c.vbi concludit, ꝙ hospitale priuatum non constructum auctoritate episcopi,dicitur locus pius, licet aliter dixerit Bald.in authen.hoc ius porrectum.C.de sacrosanc. ecclesijs,& in l.orphanotrophos.C.de episc. & cler. quia negari non potest,quin ibi exerceantur opera pietatis,allega. Specu.in loco superius alleg.& dicit se fateri, quòd talis locus non est ecclesiasticus, vel sacer,& ibi possint sacramenta celebrari,vel erigi altare, aut campanile : quæ non solùm sunt signa pij loci,sed sunt signa sacri & ecclesiastici loci, & si aliquod istorum haberet,licet aliter auctoritas episcopi non interuenisset a principio,nec apparet,ex hoc tamen præsumeretur,vt not.in dict.cle.quia contingit.& istud etiam sentit Bald.in l.si quis ad declinandam.in versicu. Secunda quæstio hæc est, commune montis Falconis habet quoddam hospitale.Nec etiam ob.quod voluit idem Bald. in dic.l. si quis ad declinandam.in versic.sed iuxta hoc quæro de duabus quæstionibus, villa emit quandam domum,& ibi fecit hospitale,& voluit,ꝙ episcopus interponeret auctoritatem, nec haberet aliquid iuris, postea multi de illa villa miserationis causa reliquerunt illi hospitali bona sua,& ibi exercentur opera misericordiæ per quendam præpositum, de talibus relictis episcopus petit quartam, refert ibi Bald. præfatum D. Cardinalem de Tuderto tenuisse, ꝙ possit, quia tale hospitale est locus pius. & in hoc semper assumebat fundamentum , ponendo talem regulā: locus est pius, ergo sequitur, ꝙ episcopo debetur quarta, ꝙ autem hospitalia sint loca pia, probatur per iura superius allega.Bald.ibi dicit contra.D.Cardin.facere, aut enim consideramus istud hospitale respectu loci,& non est locus sacer, nec est spiritualis,nec est ecclesiastica domus, nec est sub patrocinio episcopi,immo est sub libera potestate dñi,alle. not.in dict.cle.quia contingit,licet in tali domo seruetur hospitalitas, tamen ista non est domus Dei, sed hominis,quia dominus potest destruere, & iste nō est locus perpetuus,cū ista domus possit vēdi, & sic in humano commercio deduci. Et istud legatū consideratur respectu pauperum in se, & sic respectu personarum,& tunc episcopus non potest habere quartam. Item locus ille non est sub episcopo, vnde non continetur hospitalis nomine, ideo dicit, ꝙ si quis impetrat literas apostolicas,ad hoospitale non posset promoueri, quia hoc non est impetrabile à Papa, quia non vult Apostolicus derogare iuri priuatorum. Ex quibus dicit apparere, ꝙ episcopus nullam habet communionem cum isto loco, qui dicitur hospitale,ideo non potest petere quartā benefactorum,sed debet curare, ꝙ expendantur dicta bona in alimentis pauperum, sed sibi imbursare nihil potest.Nec obstat secundùm Baldum dictū capi.de Xenodochijs.de religio.do.& quod not. Archi. 10. q. j.c. si ex laicis. quia illa iura intelliguntur de hospitali constituto auctoritate episcopi, nam tunc sanctum sanctorum factum est domino, vt dicit alibi Inn.nec alle.locum: & tunc illud hospitale habet priuilegium, tanquam sacra domus.l. fina.ff. vt in pos.lega.l.1.ff.de litig. instit.de re. diui.§.j. Sed certè Inno. hoc voluit in c. verum. de foro compe. ꝙ quando est effectum sanctum sanctorum: tūc nō pōt reduci ad actus humanos, & refert illud dictū Bart.in l.si quis in tantā.C.vnde vj. & in d.l.fi.ff.vt in poss.

post leg.& moderni in præalle.c.verum.& ita ibi residet Baldus damnato dicto Domi. Cardin. Sed sua reuerentia salua, vt verbis Augustini vtar in epistola ad Fortunianum, refertur a Gratiano in capitulo neque. nona distinctione, ipse Baldus tenuit contrarium in dicto capitulo si pater. Secundo dictum eius non militat in casu isto: imo est penitus alienum a casu nostro: hic enim non est locus merè prophanus, & priuatus. quinimo est ecclesia, & campanile, & sacramenta celebrantur, & præsumitur auctoritas episcopi interueniffe: per ea, quæ sunt superius dicta. nec interuenit pactio, aut conuentio, quòd episcopus nullum ius, & potestatem haberet in isto loco Ecclesiæ Sanctæ Catharinæ, & sic Bald. loquitur eodem modo, quo loquitur Angel. in superius alle. consi. imo Bald. inclinat in istam partem: quia ipse limitat illam suam doctrinam procedere in loco priuato non subdito episcopo, aut habenti potestatem episcopalem, & per consequens sentit esse secus, si ille locus pius esset subditus episcopo, vel esset auctoritate episcopi constructus verè, vel præsumpte; vt est superius dictum. Et ista omnia verificantur in casu nostro: quia ille locus subditus habenti iura episcopalia in loco: & ēt apparet: quia similem locum conati sunt illi de illa fraternitate subijcere iurisdictioni ecclesiæ Lateranensis: & sic eximere locū a iurisdictione istius prælati habentis iura episcopalia in loco. & sic cum priuatio præsupponat habitum. l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. & l. decem. ff. de verborum obliga. ca. ad dissoluendum, de despo. impu. cum similibus. sequitur, quòd talis locus est subiectus prælato habēti iura episcopalia. Et si aliter diceremus, sequeretur absurdum satis: quia si erat ille locus exemptus, ad quid implorarunt exemptionem: frustra enim precibus imploratur, quod a iure communi conceditur. l. j. C. de thesau. libr. 10. & sic videtur esse sole clarius, quòd Bal. in alio casu loquitur: & etiam idē sentit in casu nostro stantibus superius enarratis.

¶ Modo in ista cōsultatione premissis superioribus dictis, vt fundamēto potissimo, & formali huius hęsitationis, vtar eo, quod prçclare Aristoteli venit in ore: veriores, inquit, sunt sermones nostri, si ad particularia descendamus. Et ideo deueniendum est nūc ad indiuiduum huius quæstionis: & in ista contingētia facti dicitur, quòd testator dixit, instituo priorem & rectorem fraternitatis Sāctę Catharinę, quo casu succedat elegans doctrina Bal. in dicta l. si quis ad declinandam. in versi. sed quid si testator non est locutus copulatiuè, sed hoc modo, relinquo fraternitati hospitalis disciplinatorum mille, &c. rſpōdet
8 ibi Bald. quòd ille genitiuus † significat causam finalem: & videtur relictum contemplatione hospitalis: quia cum hospitale sit dignius, quàm collegiū laicorum trahit ad se minus dignum. Item cum sit magis pium, trahit ad se minus pium: quia semper potentius preualet, argumen. l. cum aliquis. C. de iure delib. & l. filio. ff. de condi. & de. facit. l. ciuibus. ff. de rebus du. vbi dicitur, ꝙ relictum factum ciuibus alicuius ciuitatis, videtur factum ipsi ciuitati. & Ioā. Calder. in capitulo, requisisti. de testamen. dixit, ꝙ quando fit relictum canonicis alicuius ecclesiæ, videtur relictum ecclesiæ, & Bartolus in dicta l. ciuibus. dicit, quòd quando relinquitur omnibus canonicis, vel tali ecclesię, vel indiffinitè canonicis, talis ecclesiæ, quòd tunc acquiritur ecclesiæ, per legem, annua. §. 1. ff. de annu. le. & idem dicit Petrus de Ancha. in dicto capitulo requisisti. dicens, quòd quando relinquitur omnibus canonicis simpliciter, vel indefinite, videtur relictū cōtemplatione ecclesiæ. & hoc etiam sequitur D. meus Ioan. de Imol. ibi, dicens istam esse communem opin. & etiam dicit Do. An. post Ioannem Andreæ, quòd monasteria, & loca pia tenentur episcopo ad canonicam portionē. Modo ista deducunt istam quæstionē ad decisionē indiuiduam: quia in dictis testamētis dicit, instituit sibi hæredem fraternitatem Sanctæ Catharinæ: in alio testamento dicitur, instituit sibi hæredem vniuersalem priorem, & rectorem fraternitatis sanctæ Catharinæ: & idem dicitur in alio testamento. vnde videtur habuisse respectum ad illum pium locū sanctæ Catharinæ, & est hoc verisimilius ex multis, quod ad illum locum habuerit potius affectionem, quàm ad aliam fraternitatem. Primo: quia dignior est ille locus, cum sit prius, imo sacer: vt superius dixi: ergo potius habuit respectum ad illam ecclesiam, quàm ad illos laicos. Secundò: quia illum locum sanctæ Catharinæ videtur specificasse, tanquam causam finalem. & ad hoc alle. in simili opti. tex. in l. cum multæ. C. de do. ante nup. vbi dicitur, quòd potius videtur relictum illi, cui magis est relinquendum in dubio. & ibi pulchrè dixit Cyn. quem refert, & sequitur ibi Baldus, quòd si testator legauit aliqd monasterio, nec apparet de quo monasterio intellegerit: tunc præsumitur de monasterio monialium: quia est magis pium relinquere pauperibus monialibus, quàm in pauperibus monacis: quia sunt robustiores. l. quisquis. §. filias. C. ad l. Iul. ma. quia in dubio videtur considerasse testator illud, quod erat magis pium: & quod erat pauperius: vt in authen. de eccl. ti. §. si quis in nomine magni Dei. & alleg. opti. text. in l. & si non sunt. §. perueniamus. ff. de auro & argen. lega. vbi inspicitur illud, quod est potentius: & ibi Nicolaus de Neapo. refert Guil. de Cu. dicere, quòd si aliqui litigant coram episcopo, quòd videntur litigare coram eo, tanquam iudice prorogato: quia inspicitur illud, quod est potentius. Et sic testator iste in dubio potius videtur habuisse considerationem ad dictum locum Sanctæ Catharinæ, cum sit magis pius, quam ad ipsam fraternitatem. & sic apparet, quòd non est verum dicere, quòd causa demonstrationis testator apposuit illa verba Sanctæ Catharinæ: quia istud est malè dictum: quia iam testator poterat aliter demonstrare, quàm vti illo nomine Sāctæ Catharinæ: nec est præsumendum, quòd ita perfunctoriè fuerit vsus nomine Sanctæ Catharinę: & in dubiis fauendum est pię causę: vt in dicto capitulo duobus. de re. diui. l. si pars. §. illud. ff. de inoffic. testamen. cum similibus. Et sic Domi. Bald. videtur decidere in terminis quęstionem nostram in fauorem episcopi. licet aliter dixerit Ioan. de Imol. in dicto capitulo officij, tamen non bene. cum ergo ista relicta fuerint dictæ fraternitati adscripta intuitu loci pij, & religiosi, ergo loco pio & religioso videntur relicta: & per consequēs sumus in regulis communibus, quòd de relictis factis eccclesiæ, & etiam pio loco debetur quarta portio episcopo: & per consequens de huiusmodi relictis debetur quarta domino episcopo. Et hoc modo considerando in ista quæstione iudicio meo nulla est dubitatio: quia Doctores omnes circa hoc sunt vno ore concordes: vnde debuit dicere testator, quòd instituebat priorem & rectorem fraternitatis, quæ congregatur in Ecclesia Sanctæ Catharinæ: & isto modo bene posset intelligi, quòd testator non intellexit de loco, nec habuit respectum ad locum: secus in casu nostro, quando dixit fraternitati Sanctæ Catharinæ, & secundùm ista illud relictum non fuit factum fraternitati disciplinatorum: sed potius Ecclesiæ, aut loco Sanctæ Catharinæ: & per consequens non esset opus aggredi illam disputandi prouinciam, quæ fuit inter Domi. Car-

dinalem Tuder. & Gallicium Anconitanum: quia vt scribitur in illo Virgiliano: nec ista sibi tempus spectacula poscit. est enim aliena a casu nostro. Sed posito quòd testatores prædicti simpliciter reliquissent fraternitatis illorum disciplinatorum, quid iuris, & quid iustius dixerit d. Cardi. & sequaces. an d. Gallicius, cum suis sequacibus, superius ad partem contrariam satis copiosè est per me argumentatũ in fauorem fraternitatis. Sed certè illa nullo modo obstant, & contrarium mihi videtur de iure verius, scilicet ꝙ etiam de relictis fraternitati disciplinatorum debetur quarta episcopo, quod sic ostendo. relicta facta talibus fraternitatibus non sunt expressè priuilegiata a iure: vt patet ex not. in capitu. fina. de testamen. ergo sequitur, quòd stabimus sub regula, quæ habet, quòd de omnibus relictis ecclesijs, & pijs locis debeatur quarta portio episcopo. dicto capitu. officij. & dicto capitu. requisisti. & in regula tradita per Hostien. in loco superius allega. & per Bald. in dicto capitu. si pater. quòd in talibus relictis attenditur relictum, & relinquens, & non is, cui relinquitur. & etiam: quia sicut de relicto, pijs locis, vt est dictum, debetur quarta episcopo, licet illa loca propriè non sint religiosa, nec sacra, nec ecclesiastica, ita debetur episcopo quarta de eo, quòd relinquitur collegio pio, quia non est dare bonam rationem diuersitatis inter loca pia & collegia pia. quinimo validum est argumen. de loco pio ad collegia pia: vt firmat Petr. de Perusio in tractatu quartę canonicę, in 6. quæstio. tertię quæstionis principalis illius tractatus parui. & facit, quod habetur in l. 2. ff. de acqui. rem. possess. & in auth. item nulla communitas. C. de epi. & cle. & c. Romana. §. in vniuersitatem. de sen. ex com. lib. 6. Sicut ergo loca pia tenentur ad quartam portionem episcopo, ita tenentur collegia pia: non enim potest inficiari, quin talia collegia etiam si sint merorum laicorum, dicantur pia, ex quo cõgregata & constituta sunt ad exercenda opera pietatis: maximè quia viuunt more ecclesiastico, & habent oratorium, & campanile, vbi se congregant, & faciunt celebrare diuina, & ibi orant certis diebus & horis, & per consequens videntur redacti ad instar ecclesiastici collegij: quinimo dixit textus in capitulo, ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & in capitulo, cum laicis. de rebus ecclesi. non alie. & in capitulo, bene quidem. 106. di. ꝙ laici honestè viuentes dicuntur religiosi: ergo multo fortius quãdo laici sunt ad inuicem cõgregati in vno corpore collegij ad orandum, & exercendum opera pietatis, & charitatis: quia in his, quæ tendunt ad pietatem, videntur esse sub iurisdictione episcopi: & negari non potest, ꝙ tale collegium, seu fraternitas congregata ad exercẽdam pietatem, dicatur deo deuota: & subsit episcopo quo ad hoc. Facit, quod voluit glossa in capitul. duo sunt genera. 12. quæstione prima, quæ dicit, ꝙ deo deuoti non tenentur cõtinere, & templarij sunt ecclesiasticæ personæ: & tamen possunt mouere arma, & subsunt iurisdictioni episcopi, & quod voluit glossa, in capitulo, quisquis. 17. q. 4. & ꝙ no. gl. in c. vt lex continentię. 27. quæstio. 1. & 16. q. 1. & capitulo, qui verè. & in capitu. nulla ratione. 93. dist. vbi Deo deuoti. templarij heremitæ, & similes dicuntur episcopo subiecti quò ad iurisdictionem: & tñ verè nõ sunt psonę ecclesiasticę. Ita dicamus in fraternitate & collegio istorum battutorum, vt eorum collegiũ dicatur pium, & deo deuotum collegium: & subsit iurisdictioni episcopi, & habentis iura episcopalia in loco, & per consequens indubitatum esse videtur, ꝙ episcopo debetur quarta de relicto talibus fraternitatibus disciplinatorũ, & ista porrigunt & stringũt ipsos disciplinatos. ¶ Scdò facit, vbicunque relinquitur capitulo canonicorum alicuius ecclesię, videtur relictum ipsi ecclesiæ, ita tenuit. d. Cardina. Florent. in dicto capitulo, requisisti. & ibi Ioan. Calde. eo ipso ergo quòd est factum legatum fraternitati disciplinatorum alicuius ecclesiæ, videtur esse relictum ipsi ecclesiæ: ergo necessariò sequitur, quòd debetur episcopo quarta. Et subdit multum egregiè colendissimus Dominus Cardina. Florentinus ibi, quòd eo ipso, quòd est factum relictum canonicis, non expressis eorum proprijs nominibus, eo ipso est quæsitum ius quartæ ipsi episcopo de talibus relictis. ita dicamus in proposito nostro, eo ipso quòd est relictum collegio disciplinatorum, videtur quæsitum ius quartæ portionis episcopo: quia nulla bona ratio demonstrari potest; quare de collegio congregato, & constituo auctoritate epi debeatur quarta: & de collegio laicorum congregato ad opera pietatis & charitatis non debeat quarta: & ꝙ sit deterioris conditionis collegiũ congregatũ auctoritate canonica, & epali, q̃ collegium congregatũ ab ipsis laicis ex propria sua ceruice, ar. c. eum qui. de præbẽ. li. 6. & eorũ, quæ superius dicta sunt quo ad locũ piũ cõstructũ sine auctoritate epi: & sic arguendo de loco ad personã, hoc casu validũ est arg. vt est dictum. Tertiò facit: qa nemo cogitur suis stipendijs militare: vt in c. cum ex officij. de præscrip. c. cum sit Romana. de symo. c. iam nunc. 7. q. j. 14. q. j. his ita. 10. q. 2. c. præcariæ. & ille, qui inuitatur ad onus, debet vocari ad præmium. 12. q. 2. c. charitatem. & c. ecclesiasticis. & c. quicunque. & ca. cum secundum. de pręb. non enim debet litigarios bouis triturantis. Modo in proposito concessum est tam ab antiqua q̃ moderna iuris prudentia, quòd eps lo-
9 ci † potest visitare dictas fraternitates: & inquirere, an exerceant opera pietatis, & charitatis; & an distribuant eis relicta ita, vt defuncti in suis testamẽtis, & dispositionibus voluerũt: per id, quod habet in textu in auth. de ecclesia. titu. §. si quis autem. & in capitu. j. de censi. lib. 6. & voluit Bal. in d. l. si quis ad declinandam. & Ange. in prealle. consilio suo, & Abba. in consilio etiam superius enarrato. & etiã Ioan. de Imola in dicto capitulo officij. & idem voluit in suo consilio, & Petrus de Perusio in dicto suo tractatu, & Petrus de Anch. in dicto capitulo, officij. Quæ ergo ratio est vrgens, quòd episcopus inuitetur ad onus, & nõ inuitetur ad pręmium: omnis ratio & diuina & positiua disponit contrarium: ergo ex hoc capite verissimum est iudicium, quòd episcopo debeatur quarta. ¶ Quartò facit, si dicamus, quòd episcopo debeatur quarta ratione iurisdictionis, quam habet ad eum, cui relinquitur: vt not. in capitulo cõquerente. de offic. ordin. sequitur necessario, quòd cum habens iura episcopalia in dicto loco, habeat iurisdictionem in ipsam fraternitatem disciplinatorum: vt est dictum, & etiam habet iurisdictionem quoad hoc, vt possit illam fraternitatem, compellere ad exercenda opera pietatis: sequitur necessario, quòd habebit quartam canonicam de talibus relictis: cum episcopus talem fraternitatẽ possit visitare, & videtur habere iurisdictionem tam in loco, quàm in collegio in ipso loco congregato: per not. in dicto cap. primo. de censi. lib. 6. Aut dicimus, quòd ista quarta debetur episcopo ratione communionis, quam habet cum ecclesijs inferioribus, vt in iuribus superius allegatis: & tunc dico, posito sine præiudicio, ꝙ nulla communio esse inter episcopũ, & dictas fraternitates, tamen vbicunque duæ rationes concurrunt ad aliquod indiuiduum componẽdum, quarum quælibet per se est sufficiens: tunc licet vna ex illis tollatur, si tamẽ altera ratio remanet firma, tũc talis dispositio valet, & tenet, nec tollit ꝑ defectum

defectum alterius rationis. vt l. si non lex Eliasentia. ff. de hære. inst. l. liberorũ. §. notant. ff. de his qui no. infam. institu. de nup. §. affinitatis. cum ergo in proposito nostro sufficiat ad hoc, vt eps habeat quartã, ꝙ aut habeat subiecta loca, quibus ascripta sunt relicta suæ iurisdictioni, vel habeat cõionẽ in illis: vt in d. c. cõquerente. & in d. c. antiquos. cũ si. Cum ergo tales fraternitates sint subiectæ epo quò ad iurisdictionem: quia potest illas visitare: vt in d. c. j. §. j. de cẽsi. li. 6. cũ si. sequitur, ꝙ habebit in talibus relictis quartã. Nec est verũ, qđ dicit, ꝙ non est cõmunio inter episcopum, & istas fraternitates: quia licet non sit cõio inter episcopum & laicos: cum laici sint alterius generis, quã episcopi, & clerici. d. c. duo sunt genera. tñ est cõio ratione loci: licet em̃ cesset cõio ratione vitę ipsorum laicorũ, non tamẽ cessat cõio ratione loci: qa locus est episcopo subiectus, vt fuit dictum: & quia præsumitur fundatus auctoritate episcopi: & sic est communio inter eos, & episcopũ ratione loci: & licet non sit vnio ratione personarum: tamen non cessat vnio ratione collegij, & fraternitatis piæ, quo casu dicitur religiosa fraternitas: capiendo illud nomen religiosum, largo sumpto vocabulo, de quo in d. c. ecclesia sanctę Mariæ. & in d. c. cum laicis. & sic licet ratione personarum non sit communio: tamen est communio ratione collegij, & fraternitatis ad piũ vsum cõstitutæ: & sic ratione finis, ad quem dicta fraternitas est constituta, est aperta & congruens cõio inter episcopum & ipsam fraternitatẽ: nam omne agens agit propter finem: & finis est, qui mouet agentem: vt voluit Philosophus: nec est mirum, ꝙ aliter considerantur personæ, & aliter consideratur ipsa congregatio personarum: vt apparet ex tex. c. Romana. §. in vniuersitatem. de sen. excom. li. 6. vbi singulares de collegio excommunicari possunt: & tamen ipsa vniuersitas nõ potest excõmunicari. c. qui manumittitur. 12. q. 2. cũ simil. Ita dicamus in proposito, ꝙ licet non possit esse cõmunio ratione personarum, quia laici sunt: secus tñ respectu collegij ad opera pietatis constituti: & sic quocunque ista fraternitas se vertat, incidit ineuitabilẽ scyllam: quia aut loquimur ratione iurisdictionis, & est debita quarta episcopo: aut ratione communionis, & similiter est debita. ¶ Et si dicatur, ꝙ propter fauorem dicti loci sanctæ Catherinę, & pauperum, potius est fauẽdum ipsis pauperibus, quàm episcopis locorũ: vt l. id qđ pauperibus. C. de epi. & cle. c. religiosam. 12. q. 2. cum simil. Ad hoc respõdeo cum eo, qđ scribitur in c. ex tenore literarũ. de fo. compe. in ver. ita sumus viduis, & pauperibus in iustitia debitores, ꝙ alijs iniustitiam facere non debemus &c. & ideo aut istud relictũ proprietatis acquiritur ecclesiæ sanctæ Catherinæ, & tunc debetur quas episcopo: vt omnes sacri canones superius allegati exprimunt: nec est fauendum ecclesiæ cum præiudicio alterius. capit. per tuas. de dona. Bald. in l. ea lege. C. de conditio. ob causam. est enim cultrix iustitiæ, & honestatis: vt in c. j. de successio. feud. facit l. si quis presbyter. C. de episc. & cleri. vbi ecclesia non debet præiudicare iuri alterius, & ibi Bal. dixit esse argumentum illius text. ꝙ ecclesia non potest erigi in ecclesiam collegiatam patrono laico inuito. ita dicamus in proposito, quòd non debet faueri ecclesiæ sanctæ Catherinæ, in præiudicium ipsorũ episcoporum. & etiã ab ecclesia debetur dicta quarta ꝓpter onera curæ pastoralis: vt in d. c. officij. Aut dicimus ista relicta quò ad proprietatem acqri ipsi fraternitati laicorum: & tũc multo fortius debetur episcopo dicta quarta: & multo fortius est fauendũ episcopo, quàm ipsis laicis se ipsos batentibus, ar. d. c. fi. de re iudic. & d. c. id quod pauperibus: quia nomine pauperum venit ecclesia, & per consequens venit episcopus: quia episcopus est in ecclesia, & ecclesia est in episcopo: vt superius fuit dictum. & omni iure videtur dicta quarta debita domino episcopo, & sic non valuit argu. d. Abbatis arguentis in dicto suo consilio a ratione cessante: quia ideo sua reuerentia salua, non cessat ratio. Quintò accedat, qđ dixit do. Pe. de Perusio in suo tractatu pręalle. quem refert Io. de Imo. in d. c. officij. vbi dicit, ꝙ illa, quæ leгantur talibus fraternitatibus, vidẽtur legari, vt collegijs, nõ vt singularibus personis, nec ꝯtemplatione singularium personarum, sed amore dei: & pro anima, qđ demonstratur sic. Fraternitas est nomen iuris, & quid intellectuale constituens collegium: facit. l. mortuo. ff. de fideiuss. l. 1. in fi. ff. de colle. illici. & sic idẽ videtur legare fraternitati, ꝙ legare collegio: qđ autem legatur collegio, nõ censetur legatũ singularibus personis de collegio, sed ipsi collegio, & vniuersitati. 12. q. 2. c. qui manumittitur. l. in tantũ. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. Sextò etiam facit, vbicũque relictum est pium, attẽditur relinquẽs, & ipsum relictum. ita dixit Hosti. in ti. de sepul. & superius retuli. sed huiusmodi relicta sunt pia: ergo debet attẽdi relinquens, & relictum. ergo posito, non tamen concesso, ꝙ fraternitas, vt fraternitas non teneatur ad quartam, tamen tenetur ratione relicti, & relinquentis. Septimò facit, qđ voluit Io. de Imo. in d. c. officij. vbi dicit, hanc quæstionem esse valde dubiã: & in ea dicit esse considerandum, ꝙ aut fraternitas congregatur in loco non subiecto episcopo. ponit exemplum in hospitali non constructo auctoritate episcopi, vel in aliqua domo priuata empta per illos de fraternitate: tunc videt, ꝙ de relicto tali fraternitati non debeatur quarta canonica episcopo: sicut nec de relicto facto hospitali sine auctoritate episcopi constructo, aut relinquitur fraternitati, quæ congregatur in loco subiecta episcopo. puta in hospitali constructo auctoritate episcopi: & tunc dicit esse magis dubium: & refert opi. do. Card. & vtriusque dñi Pe. & Bal. & Gallicij de Ancona. ipse verò dicit esse aduertendum, ꝙ aliud est hospitale, aliud est fraternitas: & hoc indicat diuersitas nominum. l. si idem. C. de codicil. nec ille locus hospitalis fuit constitutus propter fraternitatem, sed propter pauperes principaliter, sed ex accidenti euenit, ꝙ fraternitas aliqua fieret & cõgregaretur ibi, & non vr̃ isto casu legatum factum hospitali, alias nõ possent illi de hospitali legata distribuere, nisi in vtilitatem hospitalis, & pauperum ipsius hospitalis, & sir̃ si esset aliqua fraternitas laicorum, quæ congregaretur in aliqua ecclesia: si aliquid esset tali fraternitati relictũ, nõ possent distribuere nisi in vtilitatem ecclesiæ, cuius ꝯrium quotidie seruatur, quia talis fraternitas distribuit legata eis facta, prout ei vr̃ in pias causas, vt docet experientia, & minimè sunt mutãda, quæ certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legi. Ex quo dicit, posse inferri, ꝙ legatum factum tali fraternitati, non intellr̃ factum esse tali hospitali, & sic non poterit detrahi canonica portio, ex quo est fraternitas laicorum, quia nõ reperitur iure cautũ, ar. c. 2. de transla. episcopo. l. illam. C. de colla. quia licet reperiatur, ꝙ de relictis factis ecclesiæ, & hospitalibus, & alijs pijs locis debeatur episcopo quarta, nõ tamen reperitur iure cautum, ꝙ de legato facto collegio laicorum debeatur quarta. & ita ibi dicit Ioã. de Imo. Modò primò ipsemet videtur sibi contradicere, quia primò in d. c. tenuit, quòd quarta portio non debeatur de relictis pio loco, & postea tenet cõtra: dum dicit, ꝙ de relictis factis ecclesiæ, & hospitalibus, & pijs locis debetur quarta: nec scio videre, postquam dicit, ꝙ ecclesia tenetur, & hospitalia teneantur,

neantur, & alia pia loca, nisi ꝙ comprehendantur loca pia, quæ nõ sunt ecclesiæ, nec hospitalia: & sic est contrarius sibi ipsi: & istud, quod nunc dicit, est vltimum dictum suum: ergo erit standum huic vltimo dicto.l.qui filium.§.Sabini.ff.ad Trebellianum. Item in casu nostro non præsupponitur, ꝙ ille locus sit hospitale principaliter, Io.de Imol.dicit, ꝙ quando ille locus non fuit constitutus propter fraternitatem, sed propter pauperes: sed ex accidenti euenit, ꝙ aliqua fraternitas congregaretur ibi, ideo tunc non videtur legatum factum hospitali: sed in casu nostro iste locus non est factus propter pauperes: sed est factus propter ipsam fraternitatem: ergo sequitur, ꝙ relictum dictę fraternitati videtur relictum ipsi loco: & sic Ioan.de Imo.in casu nostro cõcludit in fauorem episcopi. & quando ipse dicit, ꝙ quotidie videmus, ꝙ dicta fraternitas distribuit in pauperes: si bene istud ponderetur, ideo est, ꝙ communiter testantes eis legant, vt distribuant in pauperes. & ita accidit in casu isto: quia isti testatores disposuerunt, ꝙ distribuerunt in pauperes. Sentit etiã Io.de Imo. ꝙ ideo de relictis tali fraternitati non debetur quarta: quia est fraternitas laicorum: et iam superius ꝓbaui, ꝙ quoad ipsum corpus fraternitatis formaliter nõ est corpus laicale. imo est corpus piũ & religiosum, licet sint laicæ personę: tamen istud corpus est pium habito respectu ad finem exercendi, & operandi pietatem, & charitatem, & mirũ est, ꝙ D.Gallicius ęquiparet fraternitatẽ disciplinatorũ collegio & vniuersitati mercatorum, & vniuersitati scholarium. quia malè legit. c.eijciens. 88. di. nã istæ fraternitates congregatę sunt principaliter ad opera pietatis & charitatis exercenda: quod non est in mercatoribus, nec in scholaribus: illi enim congregantur ad orandum, & exercendum opera, isti verò ad mercandum, & negotiandum: & sic longa est diuersitas inter eos. & licet Io.de Im. ibi conetur tollere illud, quod fuerat dictũ superius, ꝙ imo est collegium piũ & religiosum: ipse dicit, ꝙ etiam laici honestè viuentes, largo modo dicuntur reliogiosi: vt dixit gl.in c. ex multa. de voto. & tamen de relictis factis laico honestè viuenti, non reperitur episcopo deberi quartam: quia salua sua pace, non bene arguit: ipse enim arguit a persona ad collegium, & ad vniuersitatem quod non est bonum argumentum: quia arguit a separatis, & lõgè diuersis, ꝙ argumentum non militat. l.si maritus. C. de dona. inter vi. & vxo. l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum similibus. & quod differant, apparet ex no. in d.c. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excõ. l.6. cũ si. & sic non bene tollit primam rationẽ, quæ fuit D.Car. de Tuderto. & licet nitatur rñdere ad secundam rationem, quæ fuit, ꝙ habent oratorium: vt supra est dictum: quia ipse respõdet, ꝙ ipsi sunt laici: talis rñsio laborat eo morbo, quo laborat prima responsio ex eo: quia cõsiderando ipsum collegium in se, vt est dictum, dicitur pium, et religiosum. et sic non bene respondet. Nec etiam ob. eum ipse dicit, quòd licet ad dioecesanum spectet inquirere, an ibi exerceantur opera charitatis, non sequitur secundùm eum, ergo sunt

10 sub iurisdictione episcopi: quia † omnia relicta ad pias causas in genere possunt dici esse de iurisdictione episcopi cura gñali ipsius epi: spectat enim ad ipsum inquirere, an executioni mãdentur: vt habetur in c.si hæredes. & in c.tua, de testa. & in l. hæreditas. ff. de peti. hær. cum si. & tñ de his non debetur quarta episcopo: vt no. Io. And. in c. dudũ. de conuer. coniug. quia etiã istud nõ tollit rationem. d. Car. Primò, quia, vt voluit Host. in d. §. a quibus. in quarta ista debita epõ attenditur relinquens, & relictum: non aũt attendit persona, cui relinquitur: vt superius est dictum, ideo non est curandum, an episcopus habeat iurisdictionem, an non in eum, cui relinquitur. Secundò illud incõueniens, ꝙ adducit Io. de Imol. nõ est contra. d. episcopum. ex eo quia episcopus possit cogere hæredem, vt distribuat ad pias causas relicta. l. nulli. cum simi. C. de epis. & cle. tamen hæres sibi nihil inbursat de tali relicto: vt in d.l. si quis ad declinandam: sed in casu nostro legatum est pium: & tamen fraternitas percipit commodum: quia est domina proprietatis, & etiam est collegium pium: vt est superius dictum. nõ est sic in casu inconueniẽtis adducti per Io. de Imo. quia concedo, ꝙ episcopus potest mandare, ꝙ pia relicta exequantur: non tamen potest petere quartam: quia istud procedit, cõsiderato, ꝙ persona a qua relinquitur, nihil percipit: vt est persona merè laicalis. & istud non obst. in casu isto: quia cum talis fraternitas sit collegium pium & acquirat proprietatem de tali relicto, episcopus habebit quartam portionem eius, ꝙ percipit dicta fraternitas, & sic non obst. dicta responsio. & facit, qđ voluit Bal. in l.j. ff. de ꝑcu. vbi quærit, qđ de priore fraternitatis disciplinatorum sanctæ Mariæ de misericordia, qui habet meram administrationẽ sine cõmodo. & præest collegio laicorũ licet sit ad pium vsum, an possit procuratorẽ constituere ante litem contestatam, sicut possunt administratores ecclesiarum: dubitat ibi, & relinquit cogitandũ. Ang. alle. Inno. dicere ꝙ sic. & allegat eum in c. edoceri. de rescrip. licet ipse Ang. ibi teneat contrariũ, & sic non videtur esse collegium laicale, ideo pium & religiosum, largo modo sumẽdo religiosum. Nec ob. etiam cum Io. de Imo. respondet ad d.c.j. §.j. de censi. li.6. inquantum potest episcopus visitare loca pia: quia respondet, ꝙ ibi loquitur de pijs locis auctoritate episcopi constructis: non autem loquitur de collegio laicorum. & quia licet possit visitare, vt videat, an distribuant. vt debent, non tñ reperitur iure expressum, ꝙ possit detrahere quartã canonicã: sicut nec potest, quando congregatur fraternitas in domo priuata, empta ab ipsis laicis: quia ad hoc respondeo, ꝙ ideo præsumitur, ꝙ iste locus sanctæ Catherinæ fuerit cõstructus auctoritate episcopi: ergo potest detrahere quartam: vt superius fuit dictum. Item non videtur iuri cõsonum, ꝙ dicta fraternitas sibi acquirat legatũ: vt in casu nostro, qa dicta fraternitas est ꝓprietaria, & episcopus hẽt onus vidẽdi, visitandi, & inquirẽdi, & nõ habeat cõmodum: vt in d.c. cum ex officij. de præscri. cum simili. nec d. c. si hrdes. & c. tua, de testa. loquunt̃ isto casu: ergo &c. & sic loquitur Ioã. de Imo. in casu diuerso. Itẽ rñdet Io. de Imo. ad aliã rationẽ cũ dicebat̃, ꝙ relicta tali fraternitati vident̃ legari collegio, qa inqt ipse, licet hoc sit verum, nõ per hoc sequitur, ꝙ de relicto tali collegio laicorum quarta debeatur episcopo. & ita refert se de facto consuluisse: quia, vt superius fuit dictum, istud non est collegium laicale, habita consideratione ad ipsum corpus collegij, & ad finem, ad quem tale collegium est destinatum. licet enim constituatur ex laicis tale collegium, non propter hoc ipsum corpus collegij dicitur esse laicorum: vt est dictum. Item quia, vt est dictum, consideratur ipsum relictũ, & ipse relinquẽs, & nõ is, cui relinqtur: vt voluit Hosti. ergo, nec ipse facit mentionẽ de dicto Hosti. nec etiam vidit Bal. in d.c. si pater. de testa. lib.6. Nec etiam fecit mentionem de do. Card. Florẽtino in d.c. requisisti. dum dixit, ꝙ episcopus potest detrahere quartã portionẽ de relicto facto canoni- non expressis suis proprijs nominibus, vt superius fuit ostensum. licet ergo consulteri pro ipsis fraternitatibus contra eos, non tamen iuridice consuluit. nec Bald. illam opin. firmiter asseruit in dict. l. si

quis

quis ad declinandam. imo argumentando transiuit dimittendo spacium pro decisione. nec ibi fecit mentionem de dicto Hostien. in summa, de quo ipse fecit mentionem expressam decidendo istum articulum in commento. d. cap. si pater. Octauo etiam facit d. ca. officij. inquantum voluit ille text. in versicul. nihilominus poterit de cæteris vendicare, vbi probat text. quod episcopus habuit certam portionem relictam a testatore, deciditur ibi, quòd de cæteris relictis poterit portionem vendicare: siue ergo sint relicta monasterio, & ecclesiæ, & piis locis, & collegiis, & fraternitatibus, poterit de illis talibus quartam petere, & facit. d. capitu. requisisti. in versicu. si capellis, & monasteriis, vel aliis piis locis. Nonò facit etiam simile, quod dicimus de relicto facto conuentui fratrum de peniten tia tertii ordinis sancti Francisci: quia de tali relicto debetur episcopo quarta. ita tenuit Ioann. de Imol. in d. cap. officii. qui tamen sunt laici, licet non sint merè laici: vt tenuit Zenzelinus, & Ioann. de Ligna. in clemen. penul. de senten. excomm. & Bart. in l. semper. §. quibusdam. ff. de iure immuni. ita a simili dicendum est in casu nostro: cum tale collegium disciplinatorum non dicatur merè laicum, seu laicale, debebitur quarta portio episcopo: & tamen Perusii seruatur, & etiam hic Bononiæ, quòd conueniuntur coram iudice seculari. Facit etiam simile, quod voluit idem Io. de Imo. in d. cap. officiis. vbi post dominum Pe. de Anchara. quærit, an debeatur quarta episcopo de relictis factis collegio leprosorum: vbi dixit, quòd si relinquitur collegio leprosorum, vel leprosis talis loci, tūc si locus ille fuit fundatus auctoritate episcopi, debetur quarta per id, quod habetur in d. cap. requisisti. secus autem est, si fuit fundatus per laicos sine auctoritate episcopi. Cum ergo in casu nostro fuit istud relictum fraternitati sanctæ Catherinæ: & sic certo loco, & iam ille locus præsumitur fundatus auctoritate ediscopi, vt dictum est, sequitur, quòd multo fortius debetur episcopo quarta: cum illi leprosi sint miserabiles personæ: vt no. in capitu. 2. de eccle. ædifi. Et si quispiam dixerit, de relictis factis in genere pauperibus nulla debetur quarta episcopo: vt concludunt omnes scribentes in d. cap. officii. & dom. Pet. in dicto suo tractatu. & per Bald. in d. l. si quis ad declinandam. sed in casu nostro istud relictum fuit factum pauperibus in genere: quia dicta fraternitas debet distribuere talia relicta inter pauperes in genere: nec ibi connumerantur pauperes certi loci: ergo sequitur, quod nulla debetur quarta. Ad hoc respondeo, & dico primo, ꝙ Bald. in dict. l. si quis ad declinandam. in verbo, sed ponamus, testator reliquit bona sua arbitrio executoris distribuenda: modo iste executor distribuit quædam bona personis, quædam distribuit locis, vtrum de omnibus, an de neutris debeatur episcopo quarta: distinguit, ꝙ illud, quod declarat executor, videtur declarare testator, & ab eo dependet tanquam a causa effieicnte: licet ab executore dependeat tanquam de organo. l. vnum ex familia. in princip. ff. de lega. 2. ff. de testam. tute. l. tutores. & hoc verum in simili, per gloss. in clement. dudum. §. vero. de sepultu. Modo in proposito nostro si testator de relictis illis mandauit priori dictæ fraternitatis, quòd distribuat in pauperes, vestiendo eos, vel maritando virgines, prout illi priori videbitur, certum est, ex quo proprietas debetur loco sanctæ Catherinæ, & fraternitati prædictæ, quòd poterit habens iura episcopalia in illo loco, consequi quartam. de fructibus vero distribuendis attendetur ista distributio, an fiat pauperibus certi loci, an fiat pauperibus in genere: vt voluit Bald. & sic an de illis consequatur quartam episcopus pendebit ex futuro euentu. Sed de proprietate est certum, quòd quartam consequetur episcopus: & etiam poterit inuestigare episcopus, si tales priores dictarum fraternitatum executi fuerint dispositionem testatoris: aliàs enim ius distribuendi esset deuolutum ad episcopum ex dispositione iuris communis: vt habetur in l. nulli. & in l. id quod pauperibus. cum similibus. C. de episco. & cleric. Præterea etiam facit, quod voluit Pet. de Perusi. in dicto tractatu paruo quartæ canonicæ, in 3. quæst. prin. in versicul. nono quæritur, si conuentui fratrum de pœnitentia tertij ordinis sancti Francisci legetur, an debeatur quarta episcopo allega. Fredericum de Senis in suo consilio 234. quòd non debetur: & quia episcopus petit canonicam ab ecclesijs & monasteriis: sed istis sub nomine ecclesiæ, vel monasterijs, nihil relinquitur. Item quarta debet episcopo de eo, quod legatur personę, vel loco subiectis: vt not. Innocentius in ca. in nostra. & in cap. certificari. de sepul. sed isti de tertio ordine non subsunt episcopo: vnde eorum status dicitur quidam modus viuendi, non autem regula: vt capitulo, cum ex eo. de electione. libro sexto, & sic relicta eius facta censentur personarum intuitu legata, aut in opus pietatis, & eleemosynæ, in quibus canonica portio cessat: vt cap. ex parte. de verbo. sig. & c. requisisti. præalleg. Tamen Dom. Pet. damnat istam doctrinam, scilicet quia cum tale collegium sit quodammodo religiosum, ergo canonica portio debetur episcopo, sicut & cum legatur alteri collegio licito, & religioso: vt per dicta per eum in dicto tractatu apparet, & sic illud, quòd in hoc voluit Io. de Imol. in d. c. officii. idem voluit Do. Petr. ergo multo fortius debemus dicere idem in casu, quo relinquitur fraternitati, & collegio ipsorum disciplinatorum: & multo minus habet dubitationem iste casus noster: ex eo, quia, vt superius dixi, non fuerunt ista relicta ascripta simpliciter fraternitati disciplinatorum. Et isto modo procedit dubitatio & concertatio inter illum D. Cardin. & Dom. Gallicium: sed in casu nostro relinquitur priori & rectori fraternitatis Sanctæ Catherinæ. & sic loco pio relinquitur & per consequens de talibus relictis debetur quarta portio episcopo. Et etiam erit aduertendum circa illa distributionem, quam illi priores faciunt, prout eis videtur: quia ita testator eis relinquit illam distributionem: an distribuant eis, qui non indigent: quia tunc bene poterit petere quartam episcopus, argumēt. eius, quod in simili dicimus, quod de relictis pro fabrica ecclesiæ, non debetur quarta, vt in capitulo fi. de testa. sed si relinquitur ecclesię pro fabrica: & talis ecclesia non indiget fabrica, bene soluetur quarta episcopo. Ita dixit Petrus de Perusi. in dicto suo tractatu. idem voluit etiam Bald. in dicta l. id quod pauperibus. idem voluit Petr. de Ancharan. & in dicto cap. officij, & sequitur ibi Ioann. de Imo. & facit etiam simile optimum. Testator legauit ecclesiæ aliquid tanquam debitum, & non probatur debitum, quod nihilominus capitur vt legatum: & ex eo debetur quarta episcopo, ita consuluit in contingētia facti Federic. de Se. consil. 177. refert & sequitur Pe. de Ancha. in d. cap. officij. & in capi. fin. de succes. ab intesta. ita dicamus in proposito nostro. Præterea si dicatur, quod de ista proprietate non potest deduci quarta portio episcopo ex eo, quia est de rebus immobilibus. Dico, ꝙ Petr. de Ancha. in præalleg. cap. officij. in vers. de quibus autem rebus ista portio debetur. concludit de mobilibus & immobilibus deberi, & alleg. Domi. Card. Tuderti. in suo tracta. quartæ canonicæ, & in contingentia facti dicit ita fuisse iudicatum in redditu cuiusdam castri, facto cuidam monasterio, alleg. Host. in sum. & etiam hoc sequitur Ioan. de Imo. in d. c. officii. ergo sequitur, ꝙ debetur quarta de ista proprietate relicta. Præterea facit, quod voluit Hostien. in summa, de testa. §. in summa. versicu. de relictis. vbi tenet apertè, ꝙ de relictis factis loco pio, debeaẗ quarta canonica episcopo.

Facit etiam, quod voluit Petr. de Ancha. in ca. dudum. de conuers. coniug. in quarto notabili, per illum text. in ver. pauperum hospitalis. coniuncta gloss. 2. ꝙ idem est legare pauperibus hospitalis certi loci, ꝙ est legare isti hospitali: quod dicit esse vtile scire propter portionem, quæ debetur episcopo: nam de relictis pauperibus simpliciter & in genere, non debetur sibi quarta, sed de relictis hospitali debetur. dicto capitu. requisiti. & subdit, quid si fiat commixtio loci & pauperum: quia testator legat: dicit illum textum facere, ꝙ debe-
11 tur quarta portio episcopo, vt sic magis † consideretur locus, quàm personæ quibus commodum quæritur ex legato, allegat. l. ciuibus. ff. de rebus dub. & l. ciuitatibus. ff. de leg. j. & ita residet ibi Do. Petr. qui videtur decidere istam quæst. in indiuiduo: quia cum hic testator legauerit fraternitati Sanctæ Catherinæ complexus est collegium, & locum: tamen magis videtur habuisse considerationem ad locum, & per consequens debetur ista quarta portio episcopo de talibus relictis: & per consequens, magis clare videtur sentire illud, quod voluit Bal. in d. l. si quis ad declinandam, ꝙ videatur testator habuisse respectum ad locum, tanq̃ ad causam finalem. Et est bene considerandum: quia Petr. in d. capitu. officij. facit mentionem de Bald. in d. l. si quis ad declinandam. & de domino Gallicio: & tamen nõ tenet dictum Bald. & sic mens sua fuit omnimodo, ꝙ Bald. non bene consuluerit. Præterea facit, quòd tales fraternitates congregatæ ad opus pietatis sapiant quãdam religionem: quod scribit & refert Dominicus post Archid. & alios in cap. si quis. 42. distinct. vbi quærit, statutum disponit, ꝙ in tali fraternitate nullus recipiatur, nisi soluat primo certum quid, refert magistrũ Raymundum dicere, ꝙ si fuerit propter honestam causam factum tale statutum: vt quia pro alendis pauperibus soluitur illa pecunia, non symonia, nec reprobandum tale statutum: alij dicunt contrarium secundùm eum: quia hoc non est licitum: si tales recipiantur in dicta fraternitate sub tali conditione, vt soluat tantum in anno: quia hoc est symoniacum. Item tale statutum continet iniquitatem, ne quis recipiatur ad talia opera pia, nisi primo soluat pecuniam: sed si statutum fiat per verba affirmatiua, scilicet, quòd quicunque fuerit receptus, soluat tantum, tunc poterit subsistere tale statutum secundùm Archidiac. ibi Ioã. And. in c. dilectus, el 2. super j. gloss. de symo. videtur tenere, ꝙ non sit licitum dare pecuniam, vbi quis esset inuitandus ad bonum, & illud bonum non est de necessitate, sed voluntate: sicut esset, quando Abb. daret pecuniam vni, vt efficeretur monacus: quia sine religione potest quis saluari. 22. q. 4. §. final. vnde infert, ꝙ in talibus fraternitatibus non est licitum recipere pecuniam a volentibus illam fraternitatem intrare: cum ad illud sint inuitandi sine pecunia. secus dicit, si istud bonum esset necessitatis: quia tunc bene quis inuitari potest per pecuniam ad istud bonum: & potest dare pecuniã, vt quis conuertatur ad fidem. 23. quæstione 4. capitulo penultimo, secundum Ioann. And. in d. capitulo dilectus. Et hæc dicit esse notanda Dominicus in d. capit. si quis. pro istis fraternitatibus ordinatis ad opera pietatis, quæ habent statuta disponẽtia, vt soluatur pecunia in eorum ingressu: quia non sunt licita. & sic sentiunt præfati doctores, ꝙ tale collegium non est mere laicale, & per consequens non sine magna causa Baldus de hoc dubitauit. in d. l. j. ff. de procu. & sic omnino debetur ista quarta domino episcopo: & ista videtur purissima veritas. ¶ Restat nunc rñdere ad argumenta superius pro parte contraria formata. Et primo dum dr̃, ꝙ talis fraternitas est capax relictorum, & hæreditatis: hoc concedo: cum vero dicitur, ꝙ tales fraternitates non sunt sub iurisdictione episcopi. ad hoc multipliciter respondetur negando cõsequentiam: nõ sunt sub iurisdictione episcopi, non sequitur, ergo non debet
12 habere quartam sibi de iure debitam: nam, vt † habeat locum ista quarta, non attenditur nisi relictum, & ipse relinquens. ita dixit Hostien. in summa de sepultu. vt superius fuit dictum. & voluit hoc Petr. de Perusio. ergo non curabimus, si non sunt sub iurisdictione episcopi. Vel secundo remoueo sic. posito, sine præiudicio, quòd non sint sub iurisdictione episcopi, nihilominus adest communio inter episcopum, & illud collegium ratione finis: quia ad finem pietatis, & ratione loci: quia ille est locus sanctæ Catherinæ: ergo sufficit, ꝙ adsit communio ratione loci, & ratione finis, quo casu sufficit, vt quarta debeatur. Vel tertio etiam respondeo, & nego illud assumptum, quòd non sint sub iurisdictione episcopi: quia imo sunt ex eo, quia episcopus, vel habens iura episcopalia potest illud collegium disciplinatorum visitare & videre, an ibi exerceatur opus pietatis, & charitatis: vt superius fuit expresse ostensum, ergo ratione illius oneris debet præmiari episcopus, & per consequens potest petere quartam. Item potest etiam aliter responderi dando instantiam, conuentus illorum fratrum tertii ordinis de pœnitentia tenentur de huiusmodi relictis ad quartam canonicam: vt voluit Pet. de Perusi. & Io. de Imol. & tamen sunt sub iurisdictione iudicis secularis ergo non sequitur, non sunt sub iurisdictione episcopi: ergo non tenentur ad quartam: vel etiam potest responderi, quòd illud procederet, quando talia relicta fuissent ascripta principaliter illi fraternitati: licet in veritate istud non sit bene dictum: quia posito, quòd tale relictum fuisset legatum collegio, & fraternitati illorum disciplinatorum: tamen episcopus deberet habere quartam: vt voluit Card. Tudert. & sequaces: vt superius fuit dictum. Sed in casu proposito tale relictum fuit legatum potius loco, quam collegio: vt voluit Bal. in d. l. si quis ad declinandam. & superius fuit expressum, ergo &c. Et ꝑpter hęc tollitur cum dicitur, curæ pastoralis officium est remotum ab illis talibus fraternitatibus: quia istud est falsum: quia imo episcopus habet curam: quia visitat illa talia collegia, an exerceant opera pietatis, & exequantur voluntates testantium: ita vt disposuerunt: & sic non est verum assumptum: & etiam hẽt curã rõne loci: quia est locus constructus auctoritate episcopi: vt superius fuit dictum, ergo &c. Non est verum, cum dicitur, ꝙ cessat causa ipsius quartæ: ergo cessabit effectus. Nec est verum, cum dicitur, quòd non vocatur ad onus: quia imo habet episcopus multa onera tã ratione finis, ad quem tales fraternitates cõgregatæ sunt, quam etiam ratione loci, in quo congregantur: & maxime in casu nostro: quia talia relicta fuerunt legata potius ecclesiæ sanctæ Catherinæ habendo respectum ad ipsum locum, quàm ad ipsas personas laicales: vt est dictum. Nec ob. cum dicitur, quòd non est iure expressum, quòd debeatur quarta de locis piis: quia imo iura sunt expressa, & aperta de hoc, quòd nedum ecclesiæ, monasteria, & hospitalia tenentur ad istam quartam, sed etiam alia loca pia tenentur: vt superius fuit dictum. ergo &c. & super hoc latè superius scripsi. Nec obs. cum dicitur, quòd talia legata fuerunt relicta personis: quia non est verum, imo fuerunt loco sanctæ Catherinæ: vt superius dixi. Item posito sine præiudicio, quòd fuissent relicta illi collegia, non propter hoc fuerunt relicta personis. nec est verum, quòd collegium verè dicatur persona. imo sunt diuersa, tex. est in capit. j. §. conuenticul. de pace iur. fir. vbi ciuitas, seu collegium, & persona ponuntur vt diuersa. l. fina. C. de eroga. mili. anno. li. 12. & Bal. in d. §. conuenticula. hoc colligit. & facit. capit. graue. de præben. & ibi dixit D. Anto. ꝙ statutum loquens de prælato nõ habet locũ in capitulo: sicut nec ecõtra. & Pet. de Anc. in c. nouit.

nit, de his quæ fi.a præla.dixit, ꝙ statutum loquens per ista verba, si quis non habet locum in vniuersitate, & quod voluit Bald.in rubric.C.ad Trebel.vbi dicit, constituo te procuratorem meum contra omnem personam: vtrum iste procurator possit experiri contra collegia.& videtur quòd sic, per l.mortuo.ff.de fideiuss. contrarium determinat per l.metum.§.animaduertendum.ff.quod metus causa: quia stricta fit interpretatio absque fictione iuris, & quod voluit idem Bal.in l.sed & si hac lege.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocan.& in d.l.metum.§.animaduertendum, & in authen.item nulla communitas.C.de episco.&.cle.& sic falsum est illud assumptum: legauit fraternitati disciplinatorum, ergo legauit ipsis personis disciplinatis: quia aliud est collegium, aliud sunt personæ: per præfata iura.nec.l.mortuo.probat, quòd collegium verè sit persona: quinimo in casu isto talia relicta facta fuerūt potius loco Sanctæ Catherinæ: vt est dictum. Nec obstat etiam cum allegatur opin.domi.Gallicij, & Bald.& Ioan.de Imo.primò: quia non loquuntur in casu nostro: sed loquuntur, quando fuit relictū fraternitati, quæ congregatur in tali loco. & ita expressè Io.de Imol.dixit.dicto capit.officij: vt superius retuli: tunc enim bene fuit altercatio inter Cardinal. Tuder. & Gallicium: sed in casu nostro talia relicta legata fuerunt loco Sanctæ Catherinæ: vt superius fuit ostensum: ergo casus noster est differens a casu Bal. & domini Gallicij, & istud voluit Petr.de Anchara.in dicto capitulo dudum, de conuersa.coniug. Et in hoc nulla est cōcertatio inter doctores, & propter hoc non est ita accuratè insistendum circa hanc dubitationem. Si vero loquimur, quando fuit factum relictum fraternitati non facta mentione de loco, vt de causa finali: tunc fuit magna concertatio, quid iuris, inter illos patres. Sed adhuc idem est dicendum in vtroq; casu ex multis superius adductis, & maximè, quia idem Bald.videtur sentire istam partem in dicto capitulo si pater, de testamentis, libro sexto, & istud voluit Hostien.& vterque Pe.& Card.de Tuderto, qui patres faciunt communem opi.nec Bald.in l.si quis ad declinādam, firmauit clauum in hoc contra dominum Car.sed argumentando illud dixit, vt appareret ex suis verbis, ibi.& cum Bald.mouetur ad sic dicendum: quia persona est separabilis a loco: quia ad hoc dicendum, quòd ista ratio Bal.concluderet, quòd ideo debet quarta episcopo a collegio: quia collegium est annexum loco.istud non militat in casu nostro: quia ad hoc, vt quarta debeatur, vt voluit Hostiens. & etiam voluit ipse Bald.in dicto capitulo si pater.necesse est, ꝙ consideretur ipsum relictum, & ipse relinquens. Si sic, ad quid ergo oportet considerare istam inseparabilitatem a loco.pone, quòd esset capitulum sine ecclesia: quia forte ecclesia esset occupata ab hostibus infidelibus, vel inundata a mari, & relinqueretur capitulo canonicorum, an deberetur tunc quarta ipsi episcopo de tali relicto? Videtur quòd non: secundùm doctrinam Bal.quia iam persona nūc est separata a loco, & tamen istud non est verum per iura superius allegata, & per id, quod voluit Card.in dicto capitulo requisisti, & Io.de Imo.ibi.& superius dixi. Vnde posito, quòd persona esset separabilis a loco: tamen si legatum est pium, & collegium est deputatum ad opera pietatis deberetur quarta ex eo: quia attēditur ipsum corpus collegij respectu finis, & etiam quia episcopus habet onus visitandi, & inquirendi, si exerceantur opera pietatis: vnde si separarentur a loco, tamen episcopus habet illud onus visitandi, & inquirendi: non ergo debet episcopus defraudari sua debita portione, licet personæ sint a loco separabiles, & videtur satis ineptus modus, cum reuerentia Bald.& etiam aliorum asserere, quòd collegium disciplinatorum constitutum ad orandum, & ad exercendum opera charitatis & pietatis, sit vt collegium scholarium, & mercatorum: per id, quod voluit Ioann. Andr. in capitulo dilectus, el 2.de simo. & superius dixi.¶ Nec vst verum dicere, quòd nulla est coniunctio inter eos, & episcopum: quia imo est coniunctio inter episcopum, & ipsum collegium respectu finis, ad quem est illud collegium deputatum.licet enim inter ipsos laicos non sit coniunctio cum ipso episcopo; est tamen coniunctio cum ipso collegio, quod censetur collegium pietatis, & charitatis. Nec obst. cum dicitur, quòd non tenentur ad charitatiuum subsidium episcopo præstandum, ergo non tenentur ad quartam, nam nō valet ista consequentia, quia alia ratio est, vt debeatur quarta de relictis factis dicto collegio, & alia est ratio, vt debeatur charitatiuum subsidium, quia ex quo episcopus vacatur ad onus visitandi, & inquirendi, si ibi exerceantur opera pietatis, esset indignum, quòd non consequeretur præmium laboris, & quia iam sunt subiecti ratione iurisdictionis, per dicto capitulo primo. §.1.de censib.libro sexto, vt est dictum. & sic non est verum; ꝙ non subsint episcopo. ¶ Nec etiam obst. quod voluit Ioann. de Imol. reprehendes Bald. in dicta l. si quis ad declinandam. inquantum voluit, ꝙ si testator dicat; lego fraternitati talis hospitalis,
13 ꝙ ille genitiuus † denotet causam finalem, quia dictum Ioann. de Imol. debet illi intelligi secundùm aliud dictū suum in dicto capitulo officij, videlicet, ꝙ intelligatur, quando testator dixit, relinquo fraternitati, quæ congregatur in tali loco: & ita videtur sentire ibi, & ita debet intelligi. Et per hoc non videtur discordare a dicto Bald.in d.l.si quis ad declinandam, & licet Ioan.de Imo.dicat, ꝙ ita consuluit in terra Callij, tamen consilium non est decisio Cæsaris, aut Papę, & contra eundem Bald.voluit domi. Cardinal.& vterque domi. Petr.& Hostien.& etiam Bald.vt superius retuli.¶ Nec ob.quod voluit dom. Abb. in dicto suo consilio.quia in veritate do.Abb. loquitur in dicto consilio in casu longè diuerso a casu nostro, loqnitur enim in loco exempto, quando fraternitas disciplinatorum congregabitūr in loco exempto, & sic iste non est casus noster, quia locus Sanctæ Catharinæ, non est locus exemptus a iurisdictione episcopi, vel habētis iura episcopalia in loco. Et etiam quia iam Hostien .Bald. & alij, quos superius retuli, tenuerunt expresse, quòd loca exempta teneantur ad quartam, & sic consilium do.Abb.est contra communem opi. Nec etiam domi. Abb. ibi loquitur, quando testator habuit considerationem ad locum, quo casu, si locus ille tenetur ad quartam, tunc talis fraternitas tenebitur ad quartam, sed iste locus est sub iurisdictione episcopi, & tenetur ad quartam ex dispositione iuris communis, ergo sequitur, quòd non sumus in casu domini Abbatis. Dicit etiam ibi domin.Abba.quòd quarta debetur de relictis factis pijs locis episcopo subiectis, sed in casu nostro iste est locus pius, & istud relictum videtur potius factum loco & ecclesiæ Sanctæ Catharinæ: ideo videtur esse locus sacer, & ecclesiasticus: vt est dictum, ergo posito, quòd dumtaxat esset locus pius; tamen debetur quarta de relictis tali loco pio, & ita fuit in casu isto, quia relicta fuerunt loco, ergo &c. sic potius, & expresse dicit in fauorem episcopi domin. Abba. Dicit etiam in dicto consilio ipse, quòd sacri canones loquentes de ista quarta episcopo debita non loquuntur de relicto personali, etiam si fiat clerico: sed relictum fraternitati disciplinatorum dicitur esse relictum persona-

personale &c. ergo. Ad hoc enim apparet responsio clarissima, ꝙ non bene dicit, quòd sit relictum personæ: quia aliud est collegium, aliud est persona: per iura superius allegata. & sic propriè, & verè non est idem persona, & collegium. Et ex dicto suo sequeretur absurdum, videlicet, quòd de relicto facto collegio, & capitulo canonicorum, non deberetur quarta episcopo ex eo: quia est relictum personale: & ipse dicit, quòd ex relicto personali facto etiam personæ ecclesiasticæ non debetur quarta, & istud est inconueniens dictum, nec dignum sua eminenti scientia, & etiam quia in casu nostro istud relictum videtur potius ascriptũ loco, quàm collegio disciplinatorum: vt superius est ostensum. Nec etiam ob. cum dicit, quòd causa fundamentalis huius quartæ, est communio, quæ est inter episcopum, & ipsas ecclesias sibi subiectas: & dicit, quòd nulla est communio: primo non ratione loci: quia ad hoc respondeo, salua sua pace, quòd in casu nostro est communio ratione loci: quia locus est pius, & etiam est sacer: vt dictum est: ergo est communio ratione loci: & etiam quia iam relicta fuerunt intuitu loci, argument. l. cum aliquis. C. de iur. deliber. Nec etiam est verum dicere, dum dicit, quòd ratione patrum non est communio: quia ratione finis, vt superius dixi, bene est communio. Et etiam ipse arguit de contí-
14 nente ad contentum, & de collegio, ad personam, quod argumentum non procedit in casu nostro: vt superius est ostensum, vnde dicit ipse, non est communio ratione personarum, concedo hoc; quia laici sunt: sed est communio ratione collegij pij, & ad pietatem, & charitatem congregati: & sic non est verum dicere, personarum non est communio, ergo non est communio: quia arguit a secundùm, quid ad simpliciter: quia ratione collegi, & ratione finis est communio. & totum fundamentum suum in dicto consilio, & Bald. in loco superius allegato fuit, ꝙ tale legatum est personale, quod est absurdum fateri: vt est dictum. quinimmo (vt dixi) est communio respectu iurisdictionis. Et cum ipse dicit, quòd isti non subsunt episcopo: quia non desinunt esse de iurisdictione iudicis secularis; arguit etiam de contentis ad continens: vnde non est verum dicere, isti laici sunt de iurisdictione potestatis: ergo collegiũ eorum ad orandum congregatum, & ad opus pieratis, & charitatis non est de iurisdictione episcopi: nam istud non sequitur: tum quia eos visitat, vt dictum est. Et malè etiam arguit, dum dicit, non desinunt esse de iurisdictione secularis iudicis: ergo non sunt de iurisdictione episcopi. istud est malè dictũ, quia vbicunque generalis iurisdictio competit alicui, potest species attribui alteri, nec illa species videtur remota ab illo generali: vt latè firmat Bar. in l. j. C. de offi. præfect. vrb. & habetur in c. per hoc, de hære. libro 6. cum similibus, vnde stant simul ista, ꝙ non desinant esse de iurisdictione potestatis; & quo ad collegium eorum subsint episcopo. facit, quod voluit Bal. in l. j. ff. de offi. consul. Nec etiam ob. cum dicitur, quòd ista fraternitas videtur electa ad distribuendum pauperibus, & hoc dicit colligi ex mente ipsorum statuentium: sed de relictis factis in genere nulla quarta debetur: ergo &c. quia iste non est casus noster: imo dictæ fraternitates habent proprietatem, & illam apud se retinent: & de illa proprietate D. episcopus petit quartam: quia illa proprietas nõ distribuitur pauperibus. de actu vero distributionis pendebit ex futuro euentu, an si distribuant, vt superius fuit ostensum. & procedit hoc tenendo, quòd tale relictum fuit factum fraternitati, non habito respectu ad locum: sed certè in casu nostro immo fuit ascriptum istud relictum loco potius, quàm fraternitati: vt dictum est, & sic indubitanter debebitur quarta. Nec obst. cum dicit, quòd ratio istius quartæ fuit onus, quod episcopi subeunt ratione locorum subiectorum: quæ ratio cessat in istis laicis, qui non sunt de iurisdictione episcopi: quia istud laborat eodem morbo, quo laborant aliæ suæ rationes superius factæ. & iam apparet responsio ad istud ex supradictis. Nec etiam obstat dum ipse allegat illud consilium Federici, loquentis de relicto facto collegio leprosorum: quia superius respondi, & contra Federic. tenuit ille verissimus iuris interpres domin. Petr. de Peru. & Ioannes de Imola, vt superius dixi, ergo &c. Nec etiam obstat, quòd ipse Abba. dixit in capitulo officij, quia ibi Abba. trepidè loquitur, nec audet aperto ore affirmare: licet animosius super hoc fuerit loquutus in dicto consilio, & ex istis apparet verissima conclusio doctorum in communi, quòd de talibus relictis debetur quarta domino episcopo. Et sic etiam concludo, quòd deo, quod ad dictum collegium disciplinatorum venit ex illis testamentis, debeatur quarta domino episcopo, aut habenti iura episcopalia: & etiam de eo, quod aduenit loco, & ecclesiæ sanctæ Catharinæ debetur quarta episcopo. De fructibus vero distribuendis per illos de dictis fraternitatibus, si distribuunt in pauperes certi loci, debetur episcopo quarta. item si distribuunt personis non indigentibus. Si verò distribuãt pauperibus indigentibus in genere, & tunc dico, ꝙ ex quo ista relicta fuerunt legata habito respectu ad locum, vt est dictum, omnino debetur quarta de proprietate, & de vtili dominio, seu de fructibus: quia habetur respectus ad locum. Et idem dico, si testatores isti reliquissent isti fraternitati, seu collegio, vt distribuant in pauperes: quia tuuc debetur quarta per illam doctrinam: quia non debemus recedere a regula, quòd de omnibus relictis pio loco debetur ista quarta episcopo: sed relicta huic collegio videntur relicta collegio pio, vt loco pio: quia congregantur ad opus pium ordinantur enim huiusmodi fraternitates ad actum disciplinæ, ex quo se flagellant vigesimatertia quęstione quinta. ad fidem & capitulo non putes, & vigesimatertia quæstione quarta. capitulo displicet, & capitulo vlti. & etiam ad actus charitatis, misericordiæ, & pietatis: quia cum aliquis de eis infirmatur, cæteri præstant ministerium seruiendi ægrotanti, & ducunt ad eum presbyterum, qui ministrat sacramenta, de sacra vnctione. c. vno. & etiam congregantur ad contemplationem vitæ, sicut est orare Deum. capitulo nisi cum pridem. de renunciat. & viuunt ecclesiasticè, & habent oratorium, & altare, vbi orant, & faciunt celebrare diuina: & sic redacti sunt ad instar collegij ecclesiastici: & quæ talibus legantur, debent conuerti in opus pietatis: & est collegium religiosum largè sumendo, ex quo deputatum est ad obseruantiam eorum, quæ religiosis congruunt: vt est opus charitatis, pietatis, disciplinæ, & orationis, licet strictè non sit religiosum, ex quo non interuenit auctoritas episcopi: vt in capitulo ad hæc, de religion. domin.

¶ Et eodem modo dico, quòd est collegium ecclesiasticum largo modo sumendo: quia ritu ecclesiastico regitur, quò ad actum disciplinæ, pietatis, & orationis: licet strictè sumendo ecclesiasticum sit secus; vt in capitulo cum sicut, de consec. ecclesi. Nec est verum, cum dicebat Bald. quòd personæ huius fraternitatis possunt considerari seorsum, & in abstracto a loco, donec est collegium, & sunt in collegio: non enim est dare collegium separatis personis a collegio: vt in lege prima. ff. de collegij. illicit. concedo, quòd recedentibus personis a collegio amplius non est collegium, quinimmo durãte ipsorum collegio,

collegio, est dare inseparabilitatem personarum a collegio, & ideo sicut debetur quarta episcopo ex eo: quia personæ non sunt separabiles a loco: vt ipse Bald. dicebat, ita debetur quarta ex eo: quia non est dare separationem ipsorum a collegio, ipso collegio exeunte a collegio. & ideo miror valde, quod dixerit Bal. & Ioan. de Imol. & etiã Abb. quòd est pura congregatio laicorum, & cessat canonica portio sicut cessaret, si legaretur collegio scholarium: vel mercatorum: cum illi ad nullum pietatis, aut charitatis, aut orationis opus deputati sint. Et est indubitatum hoc, quòd debeatur quarta, quando est relictum simpliciter talibus fraternitatibus: licet talia relicta teneantur distribuere in pauperes, & vsus pios: sed quando testator expressè dixit, quòd volebat, quòd fructus distribuerentur in pauperes arbitrio illorum de collegio, & fraternitate: an tunc episcopus debeat habere quartam: videtur ex supradictis, quòd sic. nihilominus mihi videtur saluo meliori iudicio, quòd non debeatur quarta episcopo ex eo: quia quando relinquit pauperibus in genere, ita, quòd inter personas distribuatur, & non inter loca, non debetur quarta, & istud voluit domi. Cardina. de Tuderto. & idem firmauit Bald. in dicta l. si quis ad declinandam, in versicu. nunc aduertatis ad vnum. Sed ponamus, quòd testator reliquit bona sua distribuenda arbitrio executoris, qui distribuit locis & personis, quòd illud, quod declarat executor, videtur declarare ipse testator, & ab ipso testatore dependet tanquam a causa efficiente: licet ab executore dependeat tanquam ab organo: vt superius retuli. Et ideo concludo, quòd de proprietate, quæ acquiritur fraternitati, habebit quartam episcopus. De fructibus vero distribuendis stabitur euentui distributionis: quia si distribuet ille prior locis pijs, habebitur, ac si ipse testator legasset, & debebitur quarta: si vero distribuet pauperibus certi loci, idem si vero distribuet non indigentibus, & tũc idem: & isto casu non poterit ille prior venire contra dispositionem testatoris, qui voluit, quòd distribuat in pauperes, & opera pietatis & misericordię: si vero distribuet pauperibus Christi, qui non stant in certo loco, sed in genere: quia aliquid distribuit huic pauperi, aliquid alteri, & sic de similibus, non habebit de istis quartam episcopus: & ideo de relictis in testamento Matthęi, qui instituit priorem fraternitatis Sanctæ Catharinæ, & aliter non disposuit testator, episcopus habebit quartam simpliciter, in alijs vero testamentis, in quibus instituit fraternitatem, & priorem fraternitatis, Sanctæ Catharinæ cum hoc, ꝙ distribuat fructus in pauperes, & opera pietatis: concludo, ꝙ de proprietate habebit quartam, de fructibus vero pendet ex euentu, & modo distribuendi fiendo, & iam facto per ipsos priores: & ita concludo in fauorem domini prælati habentis iura episcopalia in loco. ¶ Restat nunc videre: quia in quodam publico instrumento reperitur, quòd dicta fraternitas impetrauit posse ędificare ecclesiam, & oratorium sub vocabulo Sanctę Catharinę ab ecclesia Lateranensi, quæ sub sua protectione recepit dictam ecclesiam, seu capellam sub vocabulo Sanctæ Catharinæ, eiusque rectores, capellanos, ac homines fraternitatis prædictæ, & ad omnes gratias, immunitates, exemptiones, indulgentias, priuilegia, & indulta, dictæ ecclesiæ Lateranensi concessas, & concessa, a sede Apostolica, ipsos rectores, & homines dictæ fraternitatis, & ipsam ecclesiam receperunt. Vtrum videantur exempti a solutione quartæ portionis episcopo debitæ. Circa hoc est aduer-
15 tendum: quia in dicta receptione † quam facit ecclesia Lateranensis, dicitur, suscipientes etiam &c. sub protectione dictæ vestræ ecclesiæ Lateranensis, per quæ verba non derrahitur in aliquo iuri aliorũ: vt est text. in capitulo accepimus, de priuileg. & ibi scribentes magnifaciunt illum tex. vt quotidianum quia videmus, quòd domini temporales recipiunt minus potentes, sub protectione eorum: nam per hoc non præiudicatur iuri aliorum, & sic habentes iura per anteriora tempora possunt, illa receptione ad protectionem non obstante, liberè exercere, & facit capitu. ex parte. eodem titul. vbi si aliquis est receptus sub protectione Papę, non propter hoc videtur exemptus. Ita dicamus in casu isto: licet isti sint recepti ad protectionem illius ecclesiæ Lateranensis, non propter hoc præiudicatur iuri domini episcopi. facit text. in l. prima. C. de excusa. mu. libro 10. & ibi dicit Bartol. se dixisse, quòd in capitulis factis cum archiepiscopo Mediolanensi dicebatur, quòd omnia castra occupata per Vbaldinos manerēt sub protectione, & regimine ipsorum, quòd per illa verba non datur eis aliqua iurisdictio, alleg. dicto capitulo ex parte, sed habent potestatem defendendi de facto cum armis, quod est officium protectoris: potest etiam defendere in forma iuris, & ad hoc alleg. capitulo ad audientiam, de appella. facit text. in prima constitu. fforum. in princip. vbi ius protectionis dicitur spectare ad principem, & ibi Barto. quærit, si quis recipitur sub protectione, & defensione ecclesiæ, quid important illa verba: refert canonistas dicere, quod ecclesia non debet eum defendere cum armis: sed videtur ei magis reuerentia deberi, quàm alteri, per dictum capitulo accepimus, sed ipse Bart. dicit, nos possumus probare oppositum: quia verbum, protegere, importat defendere cum armis. l. desertorum. §. fina. de re mili. sed si loquimur in materia contractuum, venit defensio iudicialis: vt l. fin. C. de actio. emptio. facit, quod voluit Angel. in d. l. 1. C. de excu. mu. libro 10. vbi dixit, quod verbum protectio, importat, quod si lite pēdente iudex ferat sententiam, quod tunc si victus dicat, ego me submitto protectioni talis iudicis appellationem, quod videtur appellare ab illa sententia: licet expressè non dicat, appello, & hoc modo debet intelligi. capitulo ad audientiam, de appella. vbi submissio protectionis, & appellatio procedunt a pari: quia illud procedit, quando in tali submissione seruantur illa, quæ ꝯsueuerunt seruari in appellatione: secundùm Host. & docto. & illo casu importat iurisdictionem, & loquitur ille tex. quando quis se submittit protectioni alterius: sed casus noster est, quando quis recipitur sub protectione; quo casu videtur, quod non præiudicetur iuri alterius, & sic iuri ordinarij sui, & per consequens sequitur, ꝙ non est præiudicatum iuri domini episcopi, per illa verba. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, in dicta receptione dicitur, reseruata auctoritate, & potestate super his nobis ab Apostolica sede concessa, & sic illi fratres ecclesiæ Lateranensis reseruarunt sibi potestatem, & auctoritatem, quam eis concesserunt Romani Pontifices modo in bulla eis concessa a Bonifacio dicitur, statuimus, ordinamus quibuscunque modis ecclesię, monasteria, oratoria, prioratus, dignitates, personatus, officia, beneficia, conuentus, hospitalia, pia loca iam dudum fundata, constructa, erecta, & ædificata, & donata permaneant, & sint, & esse debeant sub vestris pleno dominio, protectione, iurisdictione, defensione &c. & sic Papa submittit dominio & iurisdictioni dictæ ecclesiæ Lateranensis quæcunque loca pia, & similia, quæ donata fuerunt dictæ ecclesiæ, & dicti fratres reseruant sibi illam potestatem, & auctoritatem: & per consequens sequitur, quod habeant iurisdictionem, & dominium, & protectionem in illis

talibus pio loco, ecclesia, fraternitate, hominibus, & similia, & sic alterata est natura, & significatum illius verbi protectio, & importat præiudicium iuriũ dñi episcopi: quia ad hoc ego respondeo primo, in dicta concessione papali dicitur, iure tamen ecclesiæ parochialis, & alterius cuiuscunque in omnibus semper saluo: per quæ verba apparet expressè, ꝙ Papa nõ preiudicauit iuribus episcopi: quia si dicit parochialis ecclesiæ, iam dicitur ecclesiæ cathedralis, quia tota diocesis est parochia episcopi: vt est tex. in c. Apostolicæ, de donat. cum similib. Ideo cum dixit iure ecclesiæ parochialis, venit diocesis, & per consequens ecclesia cathedralis. ¶ Et si quispiam dicat, amice, accidens elegans enti illud qualificat: & ponit in diuersa specie. ideo dixit glos. singul. in capitu. statutum, de elect. lib. 6. quòd pœna. capitulo licet canon. eodem titu. & lib. disponens de ecclesia parochiali collegiata: quia illud collegium reponit illud ens in esse specifico diuerso a primo, & facit, quod voluit dom. Abb. in rub. de vita & hone. cleri. & dixi de hoc ample, cum legerem. cap. fina. de simo. repetens illud cap. Quia ad hoc respondeo, quòd illud procedit in materia pœnali, & odiosa: ideo fit restrictio, argumen. §. pe. de pœni. dist. j. & cap. odia, de regulis iuris. libro sexto. Sed in nostro agitur de materia pœnali: nam agitur de priuando episcopum iuribus suis episcopalibus, quod est valde iniquum: & ideo induco mirabilem iudicio meo & singularem text. in capitul. cum per exemptionem, de priuileg. libr. 6. sunt exempti clerici quæritur ibi an comprehendatur canonici, videtur ꝙ non: quia addunt ad clericatum canoniam: & sic alterant illud verbum clerici, & per consequens videtur, quòd non veniat canonici: & maximè quia ille tex. ponit casum exorbitantem a iure: tamen ibi deciditur, quòd comprehenduntur canonici: quia absurdum videtur, quòd clerici sunt exempti, & canonici non sint exempti. iuxta illud: quid domini facient, audent cum talia fures. Ita in proposito videtur iniquissimum fateri, & sycophanta dignum, dicere, ꝙ Papa reseruauit ius presbytero parochiæ, & non episcopo, aut habenti ius episcopale in loco, & istud ponit gladiũ huic dubio, quinimmo dicitur in dicta bulla, & alterius cuiuscunq; &c. quo casu comprehenditur episcopus, & habens ius episcopale in loco. ¶ Et si dicatur, ꝙ illud verbum, alterius implicat similia: vt in cle. 1. de rescrip. l. si fugitiui. C. de ser. fug. cum si. Ad hoc ego dico, ꝙ illa dictio, cuiuscunque, ampliat ad maiora expressis: vt est glo. in clem. 1. de iudic. & facit glo. in clem. 1. de re iudi. & in cle. ne Romani, de electione. quinimmo plus dico, ꝙ non solũ Papa reseruat epo ius quartæ, sed reseruat iurisdictionem ex eo: quia dicit, saluo in omnibus iure &c. quo casu venit ius quartæ, iurisdictio, imperium, cognitio, & similia. ¶ Et si dicatur, quid voluit Papa dicere, cum cõtulit dñium & iurisdictionem ecclesiæ Lateranensi in talibus: nonne generatio vnius est corruptio alterius. cap. nonne, de presumptio. l. maritus. C. de procura. cum si. Ad hoc dico, ꝙ venit accumulatiuè non priuatiuè. vnde ista stant simul, ꝙ ecclesia Lateranensis habeat iurisdictionem in talibus ecclesijs, & pijs locis, & etiam episcopus loci: nec est absurdum hoc. l. 1. C. de off. præfec. vrbis. c. per hoc, de hæreticis, lib. 6. Et per hoc semel in facto dicebam, ꝙ licet Bar. in d. l. 1. velit, ꝙ si species iurisdictionis datur vni, non videtur adempta ad vniuersali iurisdictione: vt etiam voluit Pet. de Anch. in c. tibi qui, de rescrip. li. 6. & in consil. 153. & Bal. in l. 1. ff. de offi. consul. tamen si apponeretur hæc dictio solus, tũc non haberet locum illa doctrina Barto. vt est glo. & hoc firmat Ang. per illum text. & gloss. C. vbi & apud quem, cum ergo in proposito nostro Papa non apponat dictionem, solus &c. & expressè reseruat ius in omnibus alijs, sequitur, quod illud venit accumulatiuè, & non priuatiuè: & sic licet illa ecclesia Lateranensis habeat iurisdictionem in illis locis pijs, & similibus, non tamen propter hoc Bonifacius, & alij Pontifices priuauerunt episcopos iure suo episcopali in talibus. vnde in dubio non præsumũtur fecisse: vt in l. cũ anus. C. de emancip. lib. c. quamuis, de rescript. libr. 6. cum similibus, maximè in casu nostro, in quo expressè reseruauit illud ius episcopis. Et etiã accuratè est ponderandum: quia in d. bulla Bonifacij non fit mentio expressa de collegijs, nec de fraternitatibus, nec de hominibus: & tamen d. ecclesia Lateranensis accepit ad suam protectionẽ collegium, fraternitatem, & homines: vnde licet dicatur in d. bulla, & alijs qui buscunque personis vtriusque sexus, in quibuscunque locis, & fundis ad vestrã mensam spectantibus, diœcesani loci, & alterius lnĩa minimè requisita &c. loquitur bulla, quando illi homines volunt ædificare: sed quòd ipsi homines sint in dominio, & iurisdictione ecclesię. hoc non dicit. ideo longè miror, quo modo isti domini religiosi ecclesiæ Lateranensis velint habere illos homines sub iurisdictione vigore. d. bullę papalis: nam differt valde homo a rebus. iuxta. l. 1. ff. de statu hom. & institu. de iure naturali. §. fi. & in illo Virgiliano in sexto Eneidos. Igneus est illis vigor, & cœlestis origo. & apud Ouidiũ, & quod dominari in cætera posset, natus homo est. ¶ Et sic concludo ex supradictis, quòd per talem receptionem sub protectione, in nullo est ortũ præiudicium domino episcopo, & prælato habenti iura episcopalia in loco: nec vigore illius bullæ potuerunt acceptare homines, nec collegia hominum. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Immunitas concesso titulo oneroso, uel ob remunerationem non reuocatur, nec suspenditur ad tempus.

SVMMARIVM.

Mens & voluntas statuentis colligitur ex præfatione statuti. numero 1.

Priuilegium, siue immunitas concessa titulo oneroso, an reuocetur, vel suspendatur ad tempus. nu. 2.

Immunitas concessa ob remunerationem non reuocatur, numero 12.

Princeps quicquid facit, præsumitur iustè facere, si faciat motu proprio: secus si ad postulationem. nu. 13.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, non tamen ampliat exceptiones. nu. 15.

CONSILIVM II.

A Ioue principium musæ Iouis sunt oĩa plena. incisè tradit Virgilius in bucolicis. glo. in ca. sedes Apostolica, de rescrip. habetur primo Regum. cap. 2. Deus scientiarum est Dominus: ideo ex omni corde ac animo eius clementiã peto: vt huius consultationis veram conclusionem mihi aperiat. non enim sufficientes sumus aliquid ex nobis cogitare: vt preclarè scripsit Apostolus, sed ex Deo est omnis nostra sufficientia. Ideo clementissimi maximi Dei omni subsidio implorato, viso decreto concesso hominibus, & communi terræ Beluederis, & viso proclamate suspensiuo omnium decretorum, concessorum tam a sede Apostolica, quàm etiam a quocunque alio, ad hæc decreta condenda habili. ¶ Et omnibus accuratè pensatis, & diligenti animaduersione adhibita, videtur de iuris veritate dicendum, dictum

decretum

decretum cōis Beluederis nullo mō esse suspensum. ꝙ sic ostendo. præfatio apposita in decreto, vel in lege, vel in statuto, ostendit finalem causam, & intentionem statuentis, & promulgantis, aut decernen-
1 tis. text. est in l. 1. ff. ad Maced. & ibi Bar. dicit, ꝙ † ad sciendam voluntatem finalem statuentis, oportet recurrere ad prefationem, quę ipsam ostendit, & patefacit. Bal. in l. vt liberis. C. de collat. & in l. hæc verba. C. de adie. fal. cau. le. & in l. fi. ff. de hære. instit. & in c. secūdo requiris, de app. vbi dicitur, ꝙ clausula procemialis respicit omnia præcedentia, & sequentia, & in prima constitu. C. §. quibus. & in l. 1. ff. de orig. iur. dominus Car. in c. pe. de cle. coniug. tex. in c. ex multa, de voto. & ibi d. Abb. consiculus meus. Bar. & Bal. in l. cum hi. ff. de transac. facit tex. in l. regula. §. & licet. in versi. initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. igno. quem text. ad hoc allegauit D. Anto. in cle. 1. de ele. facit. l. item quia. §. idem Iuliano. ff. de pact. Et sic stat conclusio vera omnium sciētium voto probata, ꝙ ex procemio colligitur causa finalis ipsius decreti & constitutionis. Modo in procemio decreti concessi. d. communi Beluederis dicitur, quòd cum cōe, & homines illius terræ dederint communi Bononiæ quandam eorum syluam, propter ꝙ dicto communi Beluederis prouisum fuit per commune Bononiæ, quod ipsum commune, & ipsi homines Beluederis non tenerētur, nec obligati essent ad aliqua onera realia, & interim dū peterent eis istam exemptionem, & immunitatem confirmari: considerato, ꝙ dicta terra erat multum distans a ciuitate Bononiæ & est vacua victualibus: & est in finibus ciuitatis Bono. a dicto communi Bono. de nouo concedi in forma superius enarrata ne ipsi supplicantes materiam habeant, & cogantur dictam terram inhabitatam deserere: dñi anciani volentes habere plenam notitiam de prædictis, commiserunt defensoribus ad se informandum, & referendum: qui habita plena informatione referunt, ꝙ homines dictæ terræ dederunt dictam syluam communi Bononię, propter quod prouisum fuit per commune Bonon. ꝙ non tenerentur, nec obligati essent per 40. annos ad aliqua onera realia, nec ad aliquod datium: & si fuit obtentum: vt in ipsa relatione continetur: vnde in istis verbis est accuratè animaduertendum, considerațis prædictis, & ꝙ locus est in montanis, & vacuus victualibus, ex eis videtur, ꝙ non teneantur ad taxationes buccarū, nec etiam ad aliqua onera &c. & prædicta omnia referunt & dicūt ex eo: quia non habeant causam recedendi de dicto loco. Ista sunt
2 formalia verba illius decreti. ¶ Ex qbus verbis † clarissimè apparet, ꝙ istud decretum emanauit ex eo: quia illi homines dederunt illam syluam. hoc apparet ex eo: quia dicitur in dicto decreto, consideratis prædictis, idest, ꝙ illi homines, & commune dederunt dictam syluam, & sic ista fuit quædam permutatio, & non fuit immunitas concessa titulo donationis, sed fuit contractus, do vt des, & sic fuit obligatio hincinde, ergo non potuit talis contractus reuocari, aut suspendi ab ipso communi Bono. princeps enim ita ligatur ex contractu, sicut ligatur inferior. c. 1. de prob. & ibi dixit Bal. per illum textum probari, ꝙ pacta inita inter imperatorem Federicum, & ciuitates Lombardiæ, quæ continentut in pace Constantię, seruandę sunt per imperatores, qui imperio successerūt. facit capitulum primū, de natura feu. & ibi dicit Bal. ꝙ licet Deus subegerit impatori leges, & Papæ canones: nō tñ sibi subegit obligationes, & contractus, quia ex illis obligantur, & idem Bald. in
3 l. princeps legibus solutus. ff. de legi. dixit, ꝙ † licet imperator non ligetur lege, tamē ligatur ex contractu. Et si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ imperator esset deterioris conditionis, quàm inferior: quia contractus est vltro citroque obligatorius: vt l. Labeo. ff. de ver. sig. si non ligaretur ex contractu, non posset contrahere: & sic esset deterioris cōditionis imperator, q̃ sit inferior, quod non est dicendum, cum sit oīum præsul. & idem Bal. in l. 2. C. de serui. & aqua dixit, ꝙ licet imperator sit legibus solutus: non tamen est liberatus a dictamine ratione, cum sit animal rationale politicum, & idem Bal. in conclusionibus iuris canonici dixit, ꝙ licet imperator sit dominus legum, non tamen est dñs bonorum meorum, & obligationum, & in d. c. 1. de natu. feu. dixit, ꝙ cum imperator fecerit commune Papiæ comitem in multis castris, ꝙ nō poterit illud commune disuestire. Ita dicamus in proposito nostro, ꝙ non potuit princeps, nec cōe Bon. reuocare istam exemptionem, & illam suspendere, cum fuerit ex causa permutationis facta. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ illa immunitas, seu decretum immutatis durauit per annos 40. & non vltra: vt apparet ex relatione defensorum: & ideo per totum illud tempus fuit quædam permutatio, & contractus quidam: & illud tempus non potuit mutari, & suspendi per cōe Bonon. sed elapso illo tempore non fuit amplius permutatio, sed fuit merum decretum, & mera gratia: & ideo potuit suspēdi elapso tempore 40. annorum. Ad hoc ego respondeo primo, ꝙ illa datio, quam fecit commune Beluederis de silua, non fuit perpetua, sed fuit tēporalis, quod ostendo: exemptio fuit 40. annorum, & emanauit propter illam dationem siluæ, quam fecit commune Beluederis cōi Bono. nec dicitur in relatione, ꝙ illa datio fuerit perpetua: præsumendum est, ꝙ fuerit guarantigiata: & sic eius temporis fuit illa exemptio & decretum, & si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ cōtractus ille claudicaret, quod esse non debet. l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. emptio. Esset enim absurdum, & iniquum satis, & quod illud cōe daret siluam communi Bono. perpetuo, & commune Bono. eximeret illud commune per 40. annos duntaxat, & sicut fuit temporale illud decretum, seu illa exemptio: ita fuit temporalis illa datio siluæ, & per consequens sicut ista exemptio per huiusmodi decretū fuit effecta perpetua, ita & illa datio siluæ fuit effecta perpetua: & hoc ne contractus claudicaret: & hoc bene apparet ex supplicatione porrecta dominis ancianis in qua dicitur, ꝙ illud cōmune dedit quādam siluam communi Bon. propter ꝙ fuit prouisum, ꝙ illi homines non tenerentur ad aliqua onera realia: & sic videntur asserere donationem siluæ, & exemptionem ab oneribus pariter fuisse cōcessam: nec illi defensores referūt illam donationem siluæ fuisse factam perpetuò, sed fuisse simpliciter factam: & ideo intelligenda est illa datio fuisse tēporalis, vt fuit exemptio, nec contractus claudicaret: & isto modo potest tolli illa obiectio. Vel aliter tolli potest, in supplicatione facta per cōmune Beluederis narratur simpliciter immunitatem concessam fuisse dictis hominibus per commune Bono. ideo petunt ipsam confirmari, & de nouo concedi in forma superius narrata, ne dicti homines materiam habeant dictam terram inhabitatam deserere, & defensores referunt, ꝙ consideratis prędictis superius enarratis, & ꝙ locus est in montanis, & vacuus victualibus, & ne habent causam recedendi de dicto loco &c. & dicti anciani vna cum collegijs attentis rationibus, & causis in suplicatione, & relatione contentis, & maximè, quia conceduntur immunitates & exēptiones de nouo venientibus ad habitandum in comitatu Bono. ad hoc materiam non habeant dictam terram inhabitatam deserere pro bono statu, & regimine ciuitatis Bononien. prouiderunt, & ordinauerūt, vbi præsenti con-

filio placeat, ꝙ prædictis supplicantibus immunitas & exemptio ↄcedatur, & renouetur. Ex quibus verbis liquido apparet de institia hoīum terrę Beluedere ris. ¶ Primo dicitur consideratis prædictis, sub quibus verbis comprehenditur illa datio syluę, vnde facta & concessa fuit ista exemptio habito respectu ad dationem illius siluæ: & sic ista immunitas fuit originata ex illa mutatione: & sic non ex causa lucratiua, & gratiosa. Vnde sequitur, quòd non potuit suspendi, aut reuocari. l. sicut. C. de actio. & obligatio. cum similibus. Item dicitur: quia locus est vacuus victualibus, & distans a ciuitate, & in montanis, & ne homines deserant illam terram, quo casu talis exemptio non innititur gratię: sed transiuit in quasi contractum: quia emanauit, ne homines recederēt de illa terra, & eam desererent. & plus etiam dicitur in dicta exemptione: quia conceditur immunitas, & exemptio hominibus venientibus ad habitādum in comitatu Bononiæ: quasi velint domini anciani dicere, quòd multo magis concedi debeat habitantibus in comitatu, ne recedant de comitatu. Tunc succedit elegans doctrina, quam refert Ioan. Andr. & sequitur in addi. Specu. in titu. de censi. §. nunc dicendum. versic. qnod si vniuersitas. in additione, quę incipit, Guido de Suza. prolixè tractauit hunc casum loquens de consuetu. quæ fuit longissimo tempore seruata, quòd homines venientes de alieno districtu liberi, & immunes essent ab omnibus oneribus, & exactionibus cuiuscunque speciei: quidam habitatores in villa Sancti Io. fruebantur hoc priuilegio, fecit ciuitas statutum, ꝙ habitatores Sancti Ioan. debeant facere, & conferre ad quoddam laborerium, quod ibi sit per commune, non obstante aliquo priuilegio. quæritur, an illis liberis præiudicet hoc statutum: determinat pro illis priuilegiatis, quibus iam ius acquisitum erat consuetudinis vigore eis inuitis auferri non potuit, allegat duas leges ad hoc principaliter. l. fin. ff. de pac. & l. si post mortem. §. fina. ff. de contra tab. & per regulam quæ vult, mutari nō posse consilium in alterius detrimentum. ff. de regul. iur. l. nemo potest. & cap. mutare. eod. titu. lib. 6. & c. quod semel. & ca. decet, & sic firmat Ioan.
4 Andr. † ꝙ in quasi contractum transit consuetudo. Et etiam bene facit, quod voluit idem Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de instrumen. edi. §. nunc vero aliqua. ī addi. quæ incipit, hæc omnino vide. scripsi &c. & ideo Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. dixit, ꝙ si fiat proclama, ꝙ quicunque venerit ad habitandum, fiat immunis ab oneribus, & forenses veniunt ad habitandum, ꝙ non potest eis auferri illud beneficium, quia tale statutum transiuit in quasi contractum, & idem voluit in l. quod semel. ff. de decretis ab or. faci. & in l. hi qui. ff. de excu. mune. & ꝙ consuetudo, vel lex transeat in contractum, probatur in l. priuilegia. C. de sac. san. eccle. & hoc colligit ibi Bar. & idem voluit text. aureus in c. cum Apostolica, de simo. & Bal. in l. si cum mihi. ff. de dolo. dixit illam. l. induci per Nicolaum de Mat. ad hoc, statutum erat Paduæ, ꝙ quicunque venerit ad habitandum, & steterit ibi per certum tēpus, sit exemptus a collectis: si postea commune faciat statutum in contrarium in præiudicium illorum, qui venerunt, illi iuuantur exemptione, vel exceptione doli. per illam. l. & ibi etiam dicit Bald. illam. l. esse notandam pro comitatensibus nostris, quibus est impartitum beneficium ciuitatis, ꝙ si postea derogetur, hoc non videtur fieri posse, si pro consequendo beneficio aliquid præstiterunt: quia ex hoc magis resultat contractus, quàm gratia simplex. Et sic videtur imponere gladiū huic quæstioni Bald. quia hic concurrunt duo: videlicet, ꝙ data fuit illa silua communi Bononiæ, & concurrit, ꝙ exēptio emanauit, ne homines recederent, & desererent illā terram &c. Facit, quod voluit idē Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi. & in cap. 1. §. fina. qui feud. da. poss. & istam partem tenuit Pet. de Ancha. in cap. 1. de constitu. lib. 6. & idem ipse domi. Pet. voluit in consilijs suis, in consilio 2. vbi dicit, quòd pri-
5 uilegia † quæ a principe conceduntur, possunt in totum tolli, si concedūtur motu proprio principis. Sed si concedantur per viam pacti, tūc non sunt per principem violanda subditis suis, postquam transierunt in contractum, allega. not. per Barto. in dicta l. omnes populi. ad fi. Idem voluit Innocen. in cap. nouit, de iudi. domi. Anto. in cap. cum M. & in ca. quæ in ecclesiarum, de constitu. & in cap. cum dilecti, de tempo. ordi. Cum ergo illud decretum emanauerit in vim contractus, & obligationis, sequitur, ꝙ non potuit per ipsum principem, & per ipsa regimina suspendi. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, ista tua dicta procedunt quo ad eos, qui non sunt subditi, fateor, ꝙ non potest reuocari aut suspēdi tale priuilegium, & decretum, sed quo ad ipsos subditos bene potest reuocari. licet enim Ioan. de Fantucijs in c. j. de constitu. lib. 6. sequatur præcedentem doctrinam de venientibus ad habitandum: tamen Inno. in c. in nr̄a, de iniur. tenet, ꝙ si statutum sit factum ad commodum aliquorum, qui non erant subiecti statuenti, & tūc cum tale statutū transeat in vim contractus, seu quasi, non potest reuocari, ex quo iam incepit habere vires hincinde: & ita procedat dictum Ioan. And. Gul. Bar. Bald. & sequacium, & ita formaliter tenuit Innoc. in d. c. nouit, de iudic. dicens, ꝙ tale statutum videtur concedere priuilegium non subdito, & priuilegium debet esse mansurum: vt in regula priuilegium. lib. 6. & ita etiam not. Archid. 11. quæst. 1. cap. quicunque, & facit, quod not. Barto. in dicta l. priuilegia. Et si statutum est factum ad commodum subditorum ab ipsis statuentibus, tūc si ipsi subditi consentiunt reuocationi, potest reuocari: & ita procedat tex. in dicto capitulo in nostra. secundùm vnum intellectum Innoc. ibi positum. etiam si singuli non consentiunt: sed reuocatur per maiores regentes ipsam vniuersitatem: & tunc aut fit cum causa legitima, & valet reuocatio: & ideo est casus secundùm vnum intellectum Innocent. in dicto capitulo in nostra, & istud maximè procedit, quando statutum disponit super eo, super quo cōmunitas non erat obligata: vt declarat ibi Innocent. aut fit sine causa legitima, & tunc non valet reuocatio. iuxta notata per Innocentium in dicto capitulo, quæ in ecclesiarum. Et procedunt hæc, quando statutum disponit super his, quæ tendunt ad commodum ipsorum subditorum. Modo in proposito isti sunt subditi istorum concedentium decretum, & immunitatem: ergo sequitur, quòd commune Bononien. potuit reuocare istud decretum in totum, ergo multofortius suspendere ex causa legitima, & canonica, quæ semper præsumitur adesse in principe: vt pulchrè voluit Innocentius in capitulo, quæ in ecclesiarum, præalleg. & istud videtur primo aspectu facere aliquam dubitationem. Sed in veritate non obstat: primo ex dicto domini Petri de Ancharano in præallegato cōsilio, vbi tenet, ꝙ priuilegium transiens in contractum, vel quasi cum subdito non potest reuocari per superiorē: quia iam ligatur ex contractu gesto cum subdito ipse superior: vt d. c. j. de proba. & est etiam superius dictū. Et aptè & rectè ad hoc facit, quod voluit D. Abbas in d. capit. in nostra. ibi enim commune se obligauit reficere damna illata ciuibus, postea cum videretur maximum præiudicium imminere ipsi communi, de hoc fecit statutum contrarium super non repetendis damnis a cōi: & sic licet prius commune

mune

mūne se obligasset soluturum damna: tamē postea fecit statutum de illis damnis non repetendis, & ita videtur probare ille text. Tunc fortiter oppono. vbicunq; statutum transit in contractum, vel quasi, est irreuocabile: vt dictum est, quidam soluūt istud esse verum, quando statutum fit in fauorem non subditorum, secus si in fauorem subditorum, & ita solent intelligere dictum Inno. ibi. dum dicit, ꝙ cum commune non esset naturaliter obligatum: quia non tenebatur pro damnis singulorum: vt l. sicut. ff. quod cuiusque vniuer. no. sed dumtaxat tenebatur ex statuto suo: potuit enim communi voluntate illud statutum tollere: quia omnis res per quascunque causas nascitur, ꝑ easdē dissoluitur. ca. omnis res, de reg. iur. l. nihil tam naturale. ff. eodem titulo. hanc solutionem dicit dominus Abbas ibi esse nimis generalem: ideo subdit, quòd vbicunque statutum transiuit in contractū, vel quasi, etiam cum subiecto, non possit amplius reuocari: nam & ipse princeps tenetur ex suo contractu: cum sit de iure gentium: vt in d. capi. 1. de probatio. multo fortius obligatum erat commune seruare huiusmodi statutum: quia non habebat iura principis: vnde dicit se intelligere dictum c. in nostra, & restringere illam solutionem datam superius, quando statutum adhuc non transiuerat in contractum, vel quasi, vt quia statutum fuit simpliciter æditum in vniuersitate, obligādo ipsum commune: & nihil actum fuit ex parte singulorum ciuium, ita ꝙ possint prætendere interesse, & dicere se deceptos: quia posset redire ad pristinas actiones, & per hoc dicit haberi clarus intellectus ad d. ca. in nostra. Et sic apparet multifariè solutum illud contrarium, primò ex dicto Innocen. soluitur istud contrarium: quia Innocen. loquitur eo casu, quo commune Bono. habuerat illam siluam ab illo communi Beluederis: ergo erat obligatum ad illam, exemptionem faciendam: & sic propriè Inno. tenet in fauorem istorum hominum. & hoc in terminis voluit Baldus in d. l. si cum mihi, de dolo, vbi dixit, quòd si nostris comitatensibus est, concessum priuilegium ciuilitatis, vt non teneantur ad onera, & commune aliquid percepit pro conferendo illud beneficium ciuilitatis, non potest ad eis reuocari, & ideo ibi Baldus loquitur in comitatēsibus ipsi ciuitati subiectis: & sic quo ad ipsos subditos: & sic in terminis & punctaliter determinat hanc hæsitationem Bald. ibi: & sic tale contrarium non obstat. Item soluitur & aliter per dominum Abbat. quod est quò ad subditos, vt si commune se obligat, & aliquid est actum per ipsos subditos, quòd tūc nullo modo poterit superior tollere illud decretum, & priuilegium transiens in contractum, vel quasi: & istud etiam tenuit Ioan. de Fantucijs in d. cap. 1. de constitu. lib. 6. licet Dominicus ibi in contrarium alleget, quod not. Innocent. in d. ca. in nostra. Et sic funditus est deletum illud contrarium. Et facit solenne dictum Bal. in d. l. qui se patris. C. vnde liberi. vbi dixit, quòd si princeps concedit feudum subdito accepta pecunia, & dicit, indulgemus tibi feudum, quòd non est indulgentia: nec poterit princeps illud reuocare. ita dicamus in casu nostro, quòd cum commune acceperit siluam a terra, & hominibus Beluederis, satis dicitur emptum, seu cum causa onerosa acquisitum, istud decretum immunitatis ipsis hominibus: & per ꝯsequens non potuit reuocari & suspendi. Facit, quod voluit Bal. in d. capitu. 1. de natu. feud. vbi arguit contra Cœlestinum, qui de mane conferebat vni gratiam, & de sero reuocabat, & alteri conferebat: & in capitu. 1. §. item sacramenta, de pace iur. firma. dixit per glo. ibi positam, quòd si Papa aufert mihi beneficium, tenebitur prouidere mihi de alio simili. ¶ Præterea etiā facit: quia in dicta exemptione dicitur, quòd conceditur immunitas hominibus veniētibus ad habitandū in communitate Bononię: quasi velit multo fortius hominibus illius communitatis debere concedi, ne deserant ipsam cōmunitatem, quo casu domini anciani videtur multo plus voluisse prouidere hominibus dictæ terræ Beluederis, q̄ hominibus aliunde venientibus ad habitandum. Sed hominibus venientibus ad habitandum non potuisset reuocari illa exemptio, vt superius est dictum: ergo sequitur, ꝙ multominus potuit suspendi ipsis hominibus, qui propter denegaram illam exemptionem deseruissēt illam terram. Vnde si nunc posset suspendi & reuocari, possunt dicere se esse deceptos: quia aliter prouidissent suæ indemnitati recedendo a loco, & deserendo illum locum: & ex hoc fuissent facti non subditi.
6 vnde non debet † oriri iniuria, vnde oriuntur iura: & maximè cum præiudicio istorum pauperum habitantium in locis distantibus multum a ciuitate vacuis victualibus, & in mōtanis: vnde esset iniquissimum, posse tolli, aut suspendi tale decretum immunitatis, cum propriè non sit decretum: quia decretum innititur donationi: vt l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. facien. Et sic cum ipsi domini anciani, & vniuersum consilium populi Bono. æquiparauerint in ista immunitate istos homines Beluederis ꝑpter timorem deserendi dictam terram forēsibus, & non subditis venientibus ad habitandum: ergo quātum ad suspensionem, & reuocationem ipsius immunitatis æquiparantur ipsis non subditis: & sic procedat regula elegans, ꝙ vbicunque † duo sunt æqualiter æquiparata, ius etiam exorbitans disponens de vno, habet locum in reliquo: vt est gl. & probatur in tex. in c. si postquam. §. fi. de elect. lib. 6. facit glo. in c. quam sit. eo. ti. & quod no. Dominicus in d. §. fi. & in c. constitutionum. de reg. lib. 6. Ergo sequitur, ꝙ nullo modo potuit suspendi. Et est diligenter considerandum, quia procedit, posito, ꝙ dictum commune Beluederis nihil dedisset cōmuni Bononiæ pro obtinenda tali immunitate: vnde sufficiebat communi Bononię, vt ligaretur seruare ad vnguem dictam immunitatem concessam dictis hominibus timore deserēdi illam terram: quanto ergo fortius in casu nostro, cum auferatur timor deserēdi illam terram, & interuenerit datio illius siluæ, & sic fortiora sunt, & potiora vincula, quàm si essent forenses, & sic interuenit: quia æquiparauit eos forensibus cōe Bononię: & interuenit illa datio siluę ex parte communis & hominum illius terræ. Facit etiam ad prædicta, quod habetur in tex. no. secundum vnam lect. & veram in c. si propter tua debita, de rescrip. lib. 6. vbi patet, constitutionem generaliter derogantem priuilegijs non derogare priuilegio concesso ad piam causam principaliter ad fabricationem, vel ad reparationem ecclesiæ. Ita dicamus in casu nostro, vt non intelligatur ista generalis suspensio decretorū reuocare exemptionem, quæ emanauit, ne deseratur illa terra in damnū & præiudicium ciuitatis Bononiæ, & per consequens de mente reuocātis omnia decreta exemptionum non videtur fuisse, quòd reuocaretur istud priuilegium exemptionis, cum emanauerit propter vtilitatem comitatus, ne deseratur cum
8 damno ciuitatis: † ciuitas enim & ecclesia æquiparantur: vt in l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccle. cum simili. Et ideo pulchrè dicebat Archid. & Ioan. An. in capitu. eum cui, de præben. lib. 6. quòd per illam clausulam generalem non obstantibus, non intelligitur derogari illis priuilegijs, quibus concedēs verisimiliter non derogasset in specie, argum. c. 2. de deci. lib. 6. & cap. fin. de offi. vica. lib. 6. l. obligatione generali. ff. de pignoribus, cum similibus. Sed non

est verisimile, ꝙ tale priuilegium immunitatis fuisset in specie reuocatum per concedentem ex eo: q tendit in præiudicium ciuitatis: ergo sequitur, ꝙ nõ videtur reuocatum. ¶ Preterea facit, & ad hoc est accuratissimè animaduertendum: quia in dicta exemptione facta dictis hominibus per commune Bono. dicitur, pro bono statu, & regimine ciuitatis Bononiæ. Ex quibus verbis apparet, quòd ista exemptio emanauit propter bonum regimen ciuitatis Bononię, quo casu apparet, ꝙ nunquam generalis suspensio & reuocatio priuilegiorum videtur comprehendere rempub. communium: vt l. iubemus nulli. C. de sacrosan. eccle. per quem tex. dixit ibi Bald. quòd in quocunq; priuilegio intelligitur exceptus casus reipublicę vtilis, facit etiam. l. iubemus. C. de naui. non excu. lib. 11. & l. 1. C. vt nemi. lice. se in emp. spe. excu. lib. 10. & l. nullus. C. de cursu publico. lib. 12. & quod ibi voluit Bar. & quod voluit Dyn. in l. si ex toto. ff. de leg. 1. & Ioan. An. in addi. Spe. in tit. de censi. §. nunc dicendum, in addi. quæ incipit, per hanc. Facit text. & glo. singu. in l. decurionibus. C. de silentia. lib. 12. vbi generalis constitutio, † seu generalis clau-
9 sula non obstantium, non videtur tollere priuilegium alicui concessum gratia reipublicæ, seu publicæ vtilitatis. Constat enim in casu illius. l. ꝙ priuilegia, quæ concedebantur decurionibus, videbantur esse concessa gratia publicæ vtilitatis propter labores, quos ipsi patiebantur per gubernationem reipublicæ: non enim erant alij decuriones, quàm reipublicè consiliarij, vt no. gl. in rub. C. de decurio. lib. 10. l. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. & de illa. l. de curionibus. exclamauit Bald. sing. in pluribus locis: vt in prima constitut. C. §. quibus. & l. non plures. C. de sacr. san. eccle. & in l. si cum mihi. ff. de dolo. & in authent. habita. C. ne fi. pro pa. & in cap. 1. in tit. quo tempo. mili. in vsib. feud. Facit. l. si quis in graui. §. hi quoque. ff. ad sylla. Cum ergo in proposito nostro ista exemptio concessa dictis hominibus emanauerit propter vtilitatem publicã communis Bononię, sequitur, ꝙ generalis suspensio omnium decretorũ non videtur extendi ad suspendenda decreta, quæ emanauerunt ad vtilitatem reipublicæ: vt fuerunt huiusmodi decreta concessa dictis hominibus, ne recedant, & deserant illam terram: ergo talis generalis suspensio habet illã clausulam tacitè interclusam a lege, vt non videantur suspensa decreta, quæ fuerunt propter vtilitatem publicam concessa. Et per consequens talis generalis suspẽsio decretorum refertur ad huiusmodi decretum cõcessum propter bonum ciuitatis Bononiæ: cum intelligatur publi-
10 ca vtilitas excepta. ¶ Præterea generalia verba † legis, aut statuti, aut decreti, non adaptantur ad impossibilia ipsis statuentibus, ita dixit Baldus in l. finali. §. in computatione. in finalibus verbis. C. de iure deliberandi. allegat Bartolum in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. institut. & ideo pulchrè dicebat bonæ memoriæ, Ioann. Monach. in capitul. vt animarum. de constitutionibus, libro sexto, quòd generalia verba statutorum non comprehendunt clericos: quia est impossibile ipsis laicis disponere per viã legis super ipsos clericos. sequitur dominus Antonius in capitulo ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutionibus. & ideo Baldus in l. finali. C. de sacrosanctis ecclesijs. dicebat, quòd statutum disponens, ꝙ forensis non possit acquirere rem immobilem in ciuitate, non comprehendit ecclesiam. facit capitu. a nobis, el primo, de sententia excommunicationis, & quod ibi voluit dominus Abbas, & in capitu. quod clericis, de foro competenti. textus & ibi dominus Antonius in capitulo tua, de decimis. Et ideo pulchrè dixit Baldus in capitu. cum non ab homine, de iudi. quòd statutum disponens, quòd custos villæ teneatur capere malæfactorem delinquentem in villa, non comprehendit clericum ibi delinquentem, & facit, quod voluit idem Baldus in capitu. at si clerici, de iudicijs, & quod voluit idem Baldus in dicto capitul. ecclesia Sanctæ Mariæ. Et etiam est dicendum, ꝙ generalia verba statutorum, & cõtractuum non comprehendunt prohibita. l. si pater. ff. quæ in fraud. credit. l. Lucius. §. imperatores. ff. ad municip. sed in superioribus dictis clarissimè ostensum est, superiorem non posse reuocare priuilegiũ, quod transiuit in cõtractum, vel quasi: & voluit dominus Antonius in dicto capitul. quæ in ecclesiarum, de constitutio. & in dicto capitu. nouit, de iudic. sequitur ergo, ꝙ illa generalia verba huius suspensionis decretorum non comprehẽdunt istam exemptionem concessam istis hominibus terræ Beluederis ex eo: quia transiuit in quasi cõtractum, & emanauit propter vtilitatem publicam, & sortita fuit effectum, tãquam si fuisset concessa forensibus, venientibus de nouo ad habitandum. Ergo sequitur, quod nullo modo videtur reuocasse per illa generalia verba, & suspendisse illud decretum ex causa onerosa concessum, & ad vtilitatem publicã: quia impossibile fuit superiori iustitia mediãte reuocare talem exemptionem: & sic de mente ipsius superioris non fuit velle reuocare talem exemptionem. ¶ Præterea facit:
11 quia vbicunque verba suspensionis † non adaptantur ad aliquem actum, nec dispositio illius suspensionis adaptatur ad illum actum. l. prima. §. loquitur. ff. magistra. conuen. l. quarta. §. toties. ff. de damno infecto. & ibi dixit Bartolus, quod si cauetur statuto, ꝙ de contractu soluatur, gabella sex denariorum pro libra, non soluetur de contractu facto super re inæstimabili: quia verba statuti ad illum casum non adaptantur. facit, quod voluit ibi Angelus & Raphael, & quod voluit idem Bartolus in l. ita autem. ff. de administratione tutor. & in l. quod constitutum. ff. de testamento milita. & quod habetur in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusationibus. & in capitu. indemnitatibus. §. sed cum eas, de electio. libro sexto, & quod ibi voluit etiam domin. Petrus de Ancharano, & quod voluit dominus Baldus in l. finali. C. de appellationis, & in l. in coniunctione. C. de nuptijs, facit capitu. ex parte Astensis, de concession. præbendæ, & quod voluit Baldus in l. si furiosi. C. de nuptijs. & in d. l. vt liberis. C. de collat. Et ideo pulchrè dixit idem Baldus in l. contractus. C. de fide instrumentorum, ꝙ statuta sunt redacta ad instar stipulationis: sed verba istius suspensionis nõ possunt adaptari ad istam exemptionem. ergo nec adaptabitur eius dispositio: & ostẽditur ad oculum. dr̃ enim in prędicto proclamate suspensionis. Item che tutti e ciascaduni decreti, cosi Apostolici, come etiandio di alcuno altro che hauesse hauuta potesta &c. Et sic dicta suspensio facta est de omnibus decretis, quo casu veniunt decreta gratiosa: & ex liberalitate, & gratia ipsius superioris concessa: sed decreta ex causa onerosa concessa, vt fuit istud decretum, non continentur sub illa generali suspensione: & sic verba illius suspensionis non possunt adaptari ad huiusmodi exemptionem ex causa onerosa & ex causa permutationis cuiusdam facta, vt fuit in casu isto. Et per consequens non videntur suspensa huiusmodi decreta, quę non innituntur meræ gratiæ, & ideo dixit Bal. in d. l. si cum mihi, de dolo, ꝙ si comitatenses dederunt aliquid, vt gaudeant priuilegio ciuium, ꝙ ex hoc non resultat gratia mera, & simplex: sed magis resultat quidam contractus: & ideo propriè decreta dicuntur illa, quæ innituntur gratiæ: vt not. in d. l. ambitiosa, de decre. ab ord. fac.

&

& dicta suspensio loquitur de decretis, & sic intelligitur de gratiosis: & eo magis: quia cum agatur de præiudicio exemptorum ab oneribus, debet intelligi ista suspensio strictè, vt quàm minus fieri possit, lędat. & ideo pulchrè dixit Bal. in dicta l. si cum mihi. ꝙ donatio facta ob certa & remunerabilia merita non potest reuocari: vt l. si pater. §. primo. ff. de donatio. Et ideo cum ista † exemptio emanauerit propter
12 remunerationem: quia dederunt illam siluam illi homines, & stant in loco sterili, & distante ab vrbe, & iam deseruissent illum locum, & ideo vt starent ibi, nec desererent illam terram, concessa fuit ista exemptio: & per consequens non intelligitur reuocata, nec etiam Papa illam reuocasset, si sic sciuisset modum, & formam, & causam, quare commune, & homines dictæ terræ consequuti fuerunt istā exēptionem: & ideo est præsumendum, ꝙ Papa noluerit tollere ius istis pauperibus quæsitum ex dicta exēptione. capitulo quamuis. de rescript. libro sexto, l. cum auus. C. de eman. liber. cum simi. Et sic nec verba ipsius suspensionis, nec etiam mens ipsius suspendētis possunt adaptari, vt ista exemptio videatur suspensa: & facile fuisset Romano Pontifici, aut alteri suspendenti dicta decreta exprimere, decreta cōcessa ex causa onerosa, si voluisset, argum. capitu. ad audientiam. de deci. & ca. maiores. de bapti. & l. j. ff. si mensor fal. mo. dix. & l. j. ad fi. C. de caduc. tollē. ergo sequitur, ꝙ remanent huiusmodi decreta transeuntia in contractum in suo pleno & viridi robore: nec etiam potuisset superior quicunque fuisset, tollere ius quæsitum inferiori ex contractu. & ideo D. Bald. refert Cy. in d. l. princeps. de legibus. dicere, ꝙ princeps potest cōtrahere cum suis fidelibus: & tenetur de iure gentium & ciuili: quia ciuili ratione nata id naturalis ratio cooperatur. l. bona fides. ff. depositi. nam si princeps non obligatur alteri terrę, nec alius obligaretur sibi, ex regula correlatiuorum. & sic esset principi interdictum commercium: & sic Bald. formaliter loquit̄ de contractu celebrato inter principem & subditum suum: & tenet, quòd non potest reuocari ad volūtatē solā ipsius principis. ¶ Et si q̄spiā dicat, amice, semp p̄sumit̄ p volūtate principis, vt quicquid faciat, iustè faciat: vt voluit Inno. in ca.
13 quæ in ecclesiarum. de constitutionibus. Dico, ꝙ † illud intelligitur, quando princeps facit motu suo ꝓprio, sed quādo facit ad postulationem alterius, nō præsumit̄ pro voluntate principis: quia potius præsumitur illud tale fecisse ad importunitatem petentis, argumen. l. j. C. de peti. bo. subla. libro 10. vt voluit Cyn. in l. rescripta. C. de preci. impe. offer. & in l. fin. C. si contra ius, vel vti. publi. & do. Anto. in dicto capitulo, quę in ecclesiarum. & referunt & sequuntur moderni repetentes. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. Vnde in casu nostro licet dicatur de voluntate sanctissimi D. nostri, & præsumatur, ꝙ illa voluntas fuerit mota iustitia mediante, tamen si ad postulationem communis Bononiæ Papa illud voluit: tunc cessat illa præsumptio iustitiæ, nisi aliter appareret de iustitia expressa: quia tunc staretur illi distinctioni, an ad præces alterius fecerit Romanus Pontifex, an motu suo ꝓprio. Et isto modo tolli potest illud, quod dicitur de præsumenda iustitia in voluntate principis: sed in casu istorum hominū tollitur. Aliter etiam dico, & melius, videlicet, ꝙ præsumitur ꝓ volūtate principis: procedit in his, quæ princeps ex voluntate propria facere potest. ita procedat, quod habetur per doctores in dicto capitulo, quę in ecclesiarū. sed in his, in quibus Papa, aut imperator non potest pro sua voluntate, vt sunt obligationes, & cōtractus, tunc est secus: quia non est dominus obligationum & contractuum: vt voluit Bal. in dicto capitulo primo. de natu. feu. & sic non potest papa tollere obligationem quæsitam subdito ex cōtractu, vel quasi, celebrato inter se. ergo si tollit ex propria voluntate, non præsumitur, ꝙ iustè faciat: nam in incertis & non certis locus est cōiecturis. l. si certis annis. C. de pac. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. cum similib. Vnde cum quis facit illud, quod facere non potest de iure, non præsumitur iustè facere. facit, quod voluit Bartol. in l. is apud quē. C. de edendo. & in l. quæsitum. ff. de re iudica. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infect. & in l. multa. ff. de conditionibus & demōstrationibus. vbi vo-
14 luit, ꝙ † si iudex ferat sententiam contra contumacem, & ipse ignorauit illam contumaciam, ꝙ sentētia nō tenet: & sic cessat omnis præsumptio iustitię, & per consequens non obstat obiectum. Item tollitur etiam & aliter, & verissimè: licet enim præsumatur pro voluntate principis, illud est verum quo ad ea, quæ ipse sciuit, & veram notitiam habuit, & voluntas sua plenè informata sic voluit. Vnde posito in casu nostro, ꝙ Papa ex motu proprio hoc voluisset, & posito etiam ꝙ Papa hoc suspēdere potuisset, non tamen concedo: quia contrarium est superius ostensum, nihilominus non apparet ex verbis suspēsis, ꝙ voluerit tollere ea decreta, quæ emanarunt propter bonum publicum, & statum cōmunis Bononiæ, q̄ decreta emanarunt, ne homines deserant terras inhabitatas, & conuertant se ad aliud territorium: vt fuit in casu isto: quia istud decretum exemptionis emanauit propter bonum communis Bononiæ. & statum ipsius Bononiæ, ne illi homines recedant, & deserant illam terram: vt apparet in isto decreto. Vnde præsumptio est, quòd Papa, & etiam commune Bononiæ voluerit istud decretū, & similia isto modo concessa suspendi, nec etiam Papa & commune Bononiæ intellexit suspendere priuilegium, & decretum alicui communi concessum ex causa onerosa: percipiendo aliquid ab illo communi, vt fuit superius ostensum. Et puto istam fore verissimam conclusionē, quòd si interrogentur excelsa regimina ciuitatis Bononiæ, & etiam Romanus Pontifex, de cuius voluntate emanauit talis suspensio, confirmabunt hoc: scilicet quòd intentio eorū fuit seruare decreta concessa ex causis superius enarratis: quo casu habebit̄, ac si expresse disposuissent, illam exemptionem nullo modo fore suspensam. argumen. eius, quod no. gloss. quæ communiter reputatur sing. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Vnde facit glo. in clemen. j. de rescrip. & in c. 2. de confess. lib. 6. & in c. diaconus. 27. dist. & in c. j. de re. permu. lib. 6. & in auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. & in l. j. C. de rap. virgi. Et sic multifariè, multisq; modis sublata est illa obiectio. ¶ Præterea est etiam considerandum, quòd in dicto proclamate dicitur, saluo che li decreti di tutti quelli forestieri, che sono venuti, o veneranno ad habitare in la Citade, o in lo contado &c. liquali siano osseruati secondo le prouisioni &c. Ex quibus verbis ab illa generali suspensione fit exceptio. ¶ Dicet nunc quispiam, amice exceptio
15 † firmat regulam in casibus non exceptis. l. in his. ff. de legi. & ibi Bal. fac. l. prima. ff. de reg. iur. & ibi Angel. vbi allegat casum meliorem de corpore iuris in l. Lucius. §. si pluribus. ff. ad Trebel. fac. c. 2. de coniugio lepro. & in c. dominus. 32. q. 7. & tex. in ca. in nostra. de sepul. in versi. exceptis armis, & equis. in §. vt autem. in authen. de non alienan. & l. nam quod liquidæ. ff. de pecu. lega. Vnde cum dicti homines terræ Beluederis, & illud commune non sint exceptuati ab ista generali suspensione, sequitur, quòd includuntur in regula affirmatiua. videlicet, ꝙ sua decreta sint suspensa: licet exceptio firmet regulam in ca-

in casibus non exceptis: vt in præallegatis iuribus, non tamen ampliat regulam: vt est tex. melior de iure in d. §. si pluribus. & ad hoc illum allegauit, & põderauit Ange. in dicta l. prima, & ideo pulchrè dixit Bal. in l. j. C. de ɋdi. ĩdebiti. ꝙ licet exceptio firmet regulam, non tamen ampliat exceptiones. ¶ Ideo dixit dominus Anto. in dicto capitulo in nostra. quod exceptio in quibusdam non firmat regulam, nec illam ampliat in non inclusis in regula. facit, quod habetur in l. pediculis. §. item cum quæreret. ff. de aur. & argẽ. leg. ita videtur dicendum in proposito, quòd cum ista exceptio sit exorbitans ab illa generali suspensione, quòd sunt excepti forenses venientes ad habitandum dumtaxat, & non comitatenses habitãtes in comitatu Bononiæ. Ad hoc aduertendum: quia iudicio meo hoc ponit gladium ad istã dubitationem. Papa & commune Bononiæ eximit, & excepit ab hac suspensione generali forenses, sed certum est, quòd forenses venientes ad habitãdum in comitatu Bononiæ, & isti etiam homines de Beluederis, sunt æquiparati ad inuicem: vt apparet in eorum exemptione, & decreto. ergo sequitur, ꝙ ista exceptio de forensibus facta in hac generali suspensione comprehendat istos homines terræ Beluederis, per regulam elegantem traditam in l. si quis seruo. C. de fur. iuncta l. vt tamen. §. primo. ff. de seruo corrup. & glo. in dicta l. si quis seruo. vbi lex loquens de seruo in casu odioso habet locum etiam in filiofa. ergo lex noua, prout est dicta l. si quis seruo, dispones de seruo, habet locum in filiosa. & illa lex antiqua, scilicet. dicta l. vt tantum. §. primo, est ista, quæ extendit hoc, & non extendimus nos: quia non est nostrum legem extendere. Et ideo dicit Barto. in dicta l. si quis seruo. quòd si per statutum induceretur noua testandi forma, haberet locum trebellianica, & falcidia: quia lex se ad statutum extẽdit. l. prima. §. primo. ff. ad l. falcid. Ita dicamus in casu nostro, cum istud decretum (si decretũ dici potest, ex quo habet causam onerosam, & non meram gratiam, vt est dictum) æquiparat istos homines Beluederis forẽsibus venientibus ad habitãdum: ergo ista noua dispositio, vt est ista suspensio, loquens de forensibus habebit locũ in istis hominibus de Beluederis, nec nos hoc extendimus, sed illud decretum antiquum est, extendens hoc per dicta l. si quis seruo. cũ glossa sua, & d. l. vt tantum. §. primo. & pro doctrina Barto. facit. c. si postquã. §. fi. de elec. libr. 6. cum si. superius allegatis. facit text. aureus in c. cum dilecta. de cõfir. vti. vel inutili. vbi est casus per glo. in l. j. C. de condi. indebiti. quæ dicit, ꝙ positio vnius exceptionis non remouet alias exceptiones positas in iure: nam ibi extenditur exceptio posita in capitulo quoniam frequenter. extra, vt lite non contesta. inquantũ loquitur de testibus ad instrumenta. facit, quod no. Inn. in capitulo secundo, de ope. noui nuncia. & glo. in capitulo primo, de his quæ fiunt a maio. par. capi. Bar. in l. serui. ff. de vsuca. & text. in l. ob æs. C. de prædijs mino. vbi probatur, ꝙ si exceptio est facta per dictionem taxatiuam, extenditur ad casum similem. facit etiam gloss. in dicto capitulo quoniam. & glo. in l. his solis. & ibi Barto. C. de reuoca. do. & in l. contractus. ff. de reg. iur. & in l. illud. C. de sacrosan. eccl. & in capitulo ad audientiam. de cleri. non residen. & tex. in l. si tamen. §. in ædilitijs actionibus. in versi. aut cæteris similibus. ff. de ædili. edi. & dixit ibi Ang. statuto cauente, quòd contra publicum instrumentum non possint opponi, nisi certæ exceptiones, & non aliæ, quòd nihilominus poterunt opponi similes exceptiones. facit etiam glo. in l. ita pudor. & ibi Bal. & Saly. C. de adulte. & Bar. in l. j. §. per vim. ff. qđ vi aut clam. do. Anto. in c. licet de vitanda. de elect. Io. de Imola, & alij. in c. item cum quis. de restitutione spoliatorum. Ang. in authen. hoc ita. C. de duobus reis. & in commento. l. nemo carcerẽ. C. de exacto. tribu. libro decimo. Vnde licet in casu nostro sit posita illa exceptio de forensibus, nihilominus etiã comprehendũtur isti homines terræ Beluederis, ex quo sunt similes, & parificati per illud decretũ antiquum. Facit ad hoc mirabile dictum Ioan. Cald. in c. series. de testi. quod refert, & sequitur consiculus meus dominus Abb. in capitulo iurauit. de probatio. dixit enim, ꝙ c. series. ponit casum exceptũ a regulis cõmunibus, vt producantur testes publicatis attestationibus in causa matrimoniali, & est casus specialis fauore matrimonij ꝓpter periculum animæ: sed in sponsalibus est secus: vt in dicto capitulo iurauit. ipse vero dicit, quòd vbicunque est eadem ratio periculi animæ in sponsalibus, prout est in matrimonio, tunc idem etiã erit in sponsalibus, vt possint recipi testes post publicatum processum. ponit exemplum, vt ibi per eum, quem sequitur do. Anto. in dicto capitulo iurauit. Et sic colligitur ex ista doctrina Ioan. Cald. quod vbicunque apponitur regula iuris communis, & ab illa regula excipitur aliqs casus, ꝙ ille casus exceptus a communi regula extẽditur ad casum alium similem propter identitatem rationis, allegat. dicto capitulo cum dilecta. de confir. vti. Non potest melius & accommodatius adduci ad hoc, quàm istud dictum: cum ergo in casu nostro isti homines Beluederis sint similes forensibus veniẽtibus ad habitandum, multo fortius, ergo sequitur, ꝙ ista exemptio apposita in ista suspensione generali de forensibus extenditur ad homines terrę Beluederis. ¶ Vltimo est appensatè ponderandum

16 in præsenti hæsitatione: dicta exemptio † facta per domi. Car. Host. erat duratura per annos 40. & erat libera ab omnibus oneribus, & sine aliqua exceptione: & dicti homines & commune dederunt illam siluam propter hoc communi Bononiæ. Modo si illa datio siluæ fuit etiam temporalis: quia durant tãto tempore, quãto tempore durabat illa exemptio, quod est verisimilius, & etiam de iure verius, ne cõtractus claudicaret, vt superius ostẽsum est, tunc ista res est sine aliqua dubitatione in fauorem ipsorum hominum. Si vero fuit illa datio perpetua, & exemptio fuit temporalis, quod non est verum: sed posito quòd ita sit, non tamen concesso, aut illi homines & eorum commune petierunt confirmationẽ, & de nouo concessionem dictæ exemptionis ante finitum tempus 40. annorum, aut post. Primo casu si ante finitum tempus 40. annorum, tunc res etiam est expedita in fauorem ipsorum hominum: quia cum ipsi, & eorum commune fuissent exempti liberè ab omnibus oneribus realibus, & ab oĩbus datijs, & nondum finito tempore 40. annorum fuit ꝓrogata illa exemptio perpetuo, sed non ita liberè, vt antea: quia tenentur ad recipiendum sal à communi Bononiæ, & ad soluendum salarium Potestati, & vicario, & ad alia onera, quæ in dicta exẽptione continentur. vnde grauati fuerunt in hoc: quia non fuit prorogata illa exemptio cum eadem qualitate & modis liberis, vt erat iam: sed in multis fuit illa exemptio coarctata, & limitata: & ideo grauati fuerunt in vno: quia infra illud tempus 40. annorũ fuit restricta illa exẽptio: cum iã illa frui debuissent in totũ liberè, & absolutè, & fuerũt releuati in alio: quia de temporali effecta est perpetua, argumen. l. eum qui. ff. de iureiurand. & sic sequitur, ꝙ ex causa onerosa, & ex permutatione quadam facta fuit ista exemptio istis hominibus a communi Bononiæ, & sic ex contractu quodam: ergo eis inuitis nõ potest reuocari, & suspendi huiusmodi exemptio, quæ nõ

fuit

fuit gratiosa,& per consequens non comprehenditur sub hac suspensione:& procedunt vt verissima, posito ꝙ nō fuissent expressa illa, quæ expressa sunt in dicta exemptione. videlicet, pro bono cōmunis Bononiæ,& ne homines deserant illam terram: ut fuit dictum. Aut dicimus, ꝙ iam finita erat exēptio. 40.annorum, quando domini anciani cōcesserunt hanc exemptionem, & tunc aduertat. D.Iudicans; quia isti pauperes fuerunt satis damnificati: si diceretur, ꝙ dederunt suam siluam perpetuo communi Bononiæ, vt ab eo haberent.40. annorum exemptionem dumtaxat,& posito ꝙ ita esset,non tamen concesso,nihilominus ipsi supplicarūt dominis ancianis, vt ipsam exemptionem confirmarent, & de nouo concederent in ea forma, in qua illam habuerant,& apponunt causam,ne habeant materiam,& etiam cogantur dictam terram inhabitatam relinquere,& deserere.Domini defensores retulerunt vigore commissionis eis factę,quòd consideratis prædictis,videlicet,quia siluam dederunt communi Bononię,& exempti fuerunt liberè,licet per 40.annos. & quia locus est distans a ciuitate, & est in confinibus,& in montaneis,& vacuis victualibus,& ne deserant illam terram, referunt eis concedendam illā immunitatem ea forma,qua ipsi ibi referunt: & sic domini defensores habuerunt considerationem ad illam dationem siluæ: vnde oportet dicere, ꝙ si illa datio siluę fuit perpetua, ideo retulerūt se ad illam dationem,dum dixerunt,consideratis prædictis: qa iniquissimum esse putauerunt dicere, ꝙ illi pauperes homines dederunt siluam perpetuo, & habuerunt exemptionem temporalem, & ideo dixerunt consideratis prædictis.quo casu videnť domini Anciani habuisse considerationem ad illam dationem siluæ:ideo perpetuo eis illam immunitatem cū certa limitatione concesserunt. Et sic moti fuerūt propter dationem illius siluæ: & etiam illud fecerunt ex pluribus causis, ne deserant illam terram. Et sic ex superioribus apparet, ꝙ ista nō fuit gratia mera, & per consequens non comprehenditur sub generali suspensione decretorum. Et per optimè etiam facit tex.in dicta l.quod semel.ff.de decre. ab ordi.faci.vbi dicitur,quod semel ordo decreuit,non oportere rescindi,nisi ad publicam vtilitatē rescissio prioris decreti respiciat. Vnde probat ibi tex. ꝙ decretū gratiosum concessum ab ordine decurionum non reuocatur,nisi causa reuocationis respiciat publicā vtilitatem. Modo in proposito nostro istud non est decretum gratiosum: ergo posito ꝙ gratia reuocationis spectaret ad publicam vtilitatē, nihilominus non posset reuocari,& suspendi:quāto ergo minus in casu nostro poterit reuocari, cum tale decretum fuerit concessum etiam propter vtilitatem publicā non solum ex causa onerosa, & non ex mera gratia. & facit,quod no.glo.in d.l.quod semel. Et ex istis cōcludo,hanc suspēsionem decretorum non comprehendere istam exemptionem factam communi, & hominibus Beluederis: & per consequens non esse suspensam,nec etiam expresse potuisse suspēdi, aut reuocari. Et ita in fauorem ipsorum hominum & communis Beluederis concludo.

EPITOME.

¶Arbitri non possunt pronuntiare circa non deducta in compromisso.

SVMMARIVM.

Arbiter non potest cogere vnam partem dare alteri id, de quo non est contentio.nu.1.

Verborum generalitas non comprehendit ea, quæ per partes in speciali non potuisset comprehendi.nu.2.

Sententia arbitri super non deductis in compromisso non potest per partes homologari, siue ratificari.nu.3.

Intellectus.cap.nisi. de præben.& c.constitutus. de relig.domi. nume.6.

Reconuentio an habeat locum coram arbitro.nu.14.

CONSILIVM III.

ILlud in medium afferam,quod Platoni summo philosophiæ interpreti primo libro Timei bellissimè venit in mētē: in minimis quoque rebus diuinū debemus auxilium implorare.Idcirco clemētissimi domini nostri Iesu Christi præsidium ex toto corde, & animo huic cepto inuoco: vt sua solita benignitate veram huius consultationis conclusionem mihi aperiat: est enim scientiarum dominus: vt scribitur primo Regum.capitul.ij.¶Viso igitur puncto,& etiam celebri consilio reddito,& omnibus in pūcto mihi adductis, & solenni & diligenti animaduersione pensatis: tota huius hæsitationis difficultas pēdet ex validitate & iustitia ipsius laudi:ideo fretus auctoritate summi viri Aristotelis:sermones,inquit,nostri veriores esse videntur, si ad particularia fiat descēsus. Ideo generalibus omissis veniam ad particularia, quæ rem ipsam in indiuiduum conducent. ¶Et primo allego Bartol. qui in terminis,& in specie istam quæstionem decidit in l.cum aquiliana. ff. de transactio. in versi.præmitto tamen aliam quæstionem, contentio erat inter me,& te de quodam fundo: cōpromisimus in aliquem,& dedimus ei plenam pote-
1 statem arbitrandi:quæritur, vtrum iste † arbiter poterit cogere aliam partē dare alteri parti aliquam aliam rem, de qua non erat contentio. & deciditur ꝙ non:vt probatur in l.non distinguemus. §.de officio.l.si cum dies.§.plenum.ff.de arbitr. in versic.sed si forte.ibi,id enim venit in compromissum,de quo actum sit.vt veniret &c.facit.l. si de certa.C.de transact.per quam l.dixit Bal.in d.versic.sed si forte.probari idem in arbitratore.& tex.in d.§.de officio. omnem tractatum ex compromisso esse sumendū: nec enim aliud illi licebit,ꝗ quod ibi, vt efficere possit, cautum est:nō igitur quodlibet statuere arbiter poterit,nec in re qualibet:nisi de qua compromissum sit.vbi officium arbitri ęst,secundùm tenorem compromissi partibus suis fungi, & in d.l.si de certa.trāsactio restringitur ad rem,de qua litigabatur.Et facit illud,quod dicimus de iudice communi diuidūdo,vt non possit ratione rei cōmunis apponere manus in aliam rem non communem.l.arbor.§.de vestibulo.ff.de communi diuidun. & istud voluit Angel.in l.de his.ff.de trāsactio.vbi dicit argu.illius.l.& d.l.cum aquiliana.se audiisse in voce Bar. dicētem, ꝙ sicut generalis acceptilatio nō porrigitur ad non cogitata: sic nec compromissum factum in arbitratorem super vna re, non porrigitur ad aliā rem: vnde si peto librum a te, non poterit arbitrator adiudicare tibi librum,& damnare te, vt des mihi alium librum: sicut nec hoc posset iudex in communi diuidundo:vt in dicto §.de vestibulo. facit.l.quid tamē. §.fin.ff.de arbi.Et est bene cōsiderandum: quia Bartol.loquitur eo casu, quo ille est arbitrator, & habuit a partibus plenam potestatē arbitrādi. & istud etiam sequitur domi.Anto.in c.constitutus. de religio. domi. per quod dicit, quòd præceptum,quod faciunt arbitri quotidie, vt vna pars alteram generaliter absoluat ab omnibus quæstionibus, quæ forent inter se,non valet: qnia non est nisi super petitis pronuntiandum, allegat Bartol.in dicta l.cum aquiliana.& idem voluit in capitulo nisi. de præbē. & alle-

& allegat. dicto §. de vestibulo. & idem consuluit solennis in iure doctor Ludo. Roma. in consilio 101. incipien. in Christi nomine amen, præmissum laudum in duobus nullum fuit in eo, ꝙ condemnatur Titius ad ponendum Manuelem in capitulis cum communi Florentiæ. hoc enim non venit in compromisso, a quo dependet arbitratoris potestas: ergo laudum in hoc formam eius excedens est nullum: allegat. d. §. de officio. Et plus ibi dicit, & est solēne dictum, ꝙ licet in compromisso fuisset dictum, ꝙ de omnibus controuersijs compromissum intelligatur, de quibus contigerit laudari, & arbitrari, de qua forma habetur in d. l. si cum dies. §. plenum. & Bal. eam ponit formaliter in d. l. si cum dies. ver. sed si forte. & notat Bart. in d. l. cum aquiliana. in finali-
2 bus verbis. quoniam illa† generalitas verborum nō intelligitur comprehēdere ea, quæ per partes in speciali comprehendi non potuissent. l. si pater. ff. quæ in frau. cre. l. Lucius. §. idem respōdit. ff. ad municip. sed per ipsas partes non potuisset specialiter de illo articulo compromitti: cum de eo tempore facti cōpromissi nulla facta esset controuersia: nec esse sperabatur, quod est necessariū ad laudi validitatem: vt decidunt doctores arguendo de transactione ad compromissum. l. post rem. ff. de transa. l. eleganter. §. primo, ff. de condi. indebiti. l. si diuersa. & l. si causa cognita. de transac. igitur restringitur illa generalitas secundum mentem compromittentium: vt in dicto versicul. sed si forte. Quinimo dicit, ꝙ posito
3 † laudū illud fuisset homologatum, seu ratificatū, nihilominus homologari, aut ratificari non potest, si super eo laudatum fuerit, quod in compromisso non venit: nec ex hoc laudum validum redditur: & dicit esse casum singula. in capitulo examinata. de confirma. vtil. vel inutil. & dicit se notare casum singul. & etiam allegauit Bald. in titulo de pace Constātiæ, in versicu. sententiæ quoque. vbi dicit, ꝙ sententiæ extra compromissum non valent, etiam si post compromissum nominatim homologetur laudū: & allegat dicto capitulo examinata. & quod not. Guilielm. de Cuneo. in l. tertia. §. si seruus. ff. de pecul. & est auditu dignum hoc in præsenti hæsitatione: quia data nullitate laudi frustra & in vanum quæritur, vtrum prima instātia appellationis sit deserta: quasi per desertionem sit homologatum tale laudum: quia si expresse non potest homologari, vt volunt isti patres, & probatur in dicto capitu. examinata, multo minus tacitè non potest homologari: sed ex desertione appellationis resultat tacita homologatio. l. si præses quasi desertam. C. quomodo & quando iudex. sequitur, ꝙ frustratoriè emanauit appellatio a sentētia iustissime lata per do. vicariū. Sed modo in proposito dicitur in puncto, ꝙ Guido ex parte vna, & Bentes ex parte altera compromiserunt de litibus & quæstionibus inter eos vertētibus occasione testamenti Tarlati eorum aui paterni, & certarum substitutionum, & fideicommissionum factarum, & relictarum, inter se compromiserunt in Sempronium tanquam in eorum arbitrum solum in laudando: & cui arbitro quoad processum per eum faciendum plenariam concesserunt potestatem, cum hoc, quod de iure tantum laudaret dictas lites, & differentias terminare deberet per publicū instrumentum dicti compromissi. Modo iste Bentes coram dicto arbitro produxit suam petitionem, in qua dicit, quòd post mortem dicti Contis hæreditas dicti quondam Tarlati aui ex forma dicti sui testamenti eidem Conti delata de iure: & ex forma dicti fideicommissi in dicto testamento prouenire debet ad ipsum Bentem filium Francisci pro dimidia portionis obueniente in partem dicto Conti; & pro alia dimidia parte ad dictum Guidonem, & quòd hæredes dicti Contis sunt grauati in effectu ad restituendum, & relaxandum eidem Benti dictum fideicommissum, & hæreditatem dicti quondam Tarlati pro dicta dimidia portionis in partem obueniente dicto Conti, & quòd dictus Bentes comparuit coram iudice competenti, & produxit quandam petitionem, in qua petijt dictam dimidiam portionis obuenientem dicto Conti: & iudex non comparentibus hæredibus, si qui erant ipsius Contis, pronuntiauit dictum Contem sine hæredibus decessisse, & dictas vtiles actiones esse translatas in ipsum Bentē pro dimidia, & ꝙ dictus Guido indebitè detinet, & occupat hæreditatem ipsius Contis pro dicta dimidia: quare petit ipsum Guidonem condemnari, & cogi ad dandum, & restituendum sibi dictam hæreditatem pro dimidia cum fructibus inde prouentis: & qui verisimiliter percipi potuerūt ad quam petitionem respondet Guido, vt apparet in puncto. Ex quibus verbis apparet liquidò, quòd controuersia, & quæstio inter istos Guidonem & Bentem erat de dimidia portionis perueniente ad ipsum Cōtem, & sic de quarta portionis, & compromissum factum fuit de litibus & quæstionibus inter eos vertentibus occasione testamenti quondam Tarlati, videlicet super dimidia portione, & sic super medietate bonorum obuentorum dicto Conti ex bonis, & hæreditate illius quondam Tarlati nulla erat quæstio, & controuersia inter istos Bentem & Guidonem: sed solum, & duntaxat super quarta parte. Nec etiam iste Bētes petit aliud, nisi quartam: quia dicit vnam dimidiam deberi sibi, & aliam dimidiam deberi dicto Guidoni: quia cum dicto Conti debeatur legitima, & trebellianica isto casu, iuxta nota. in capitulo Raynutius. de testa. sequitur, quod dimidia subiacēs restitutioni vigore fideicommissi dicitur obuenta illi Conti & iste Bētes petit dimidiam sibi debitam illius portionis obuenientem, & aliam dimidiam dicit spectare ad ipsum Guidonē: ergo sole clarius est, quòd quæstio & controuersia inter eos erat super quarta, & fuit compromissum in illum Sempronium arbitrum: & etiam circa hoc consideret. D. iudicans: quia concurrunt duo super ista quarta portione, videlicet cōpromissum & petitio ipsius Bētis petētis ipsam quartā cū fructibus, quæ duo multo fortius debilitant, & ipso iure reddunt nullū ipsum laudum, argumēto, capitulo primo, de treuga & pace, & auth. itaque. C. com. de succe. cum simi. Sed in dicto laudo dicitur, quod arbiter laudauit quartam partem omnium bonorum obuenientē dicto Conti, spectare & pertinere ad ipsum Bentem, & laudauit fideicommissum dicti quondam Tarlati pro rata dicti Contis esse restituendum eo modo, quo dicitur in testamento ipsius Tarlati, & postea laudauit hoc modo: quia constat nobis in præsentiarum dicta bona omnia obuenta in partem dicto Conti non extare tempore suæ mortis: ideo ipsum Guidonem condemnamus ad dandum, & restituendum medietatem omnium, & quorumcūque bonorum mobilium, & immobilium, & iurium, & actionum existentium in hæreditate dicti quondam Contis tempore eius mortis dicto Benti Francisci, reseruato dicto Guidoni omni iure suo sibi competenti, si & quatenus de iure competat, pro quantitate mille librarum in bonis, & hæreditate dictorum Leonis, & Gratiani, & contra ipsorum bonorum detētores & possessores. Ista sunt formalia verba ipsius laudi. Modo consideret dominus iudicans in isto laudo: nam arbiter apposuit manus ad dimidiam bonorum, quæ nec in compromisso fuit deducta, nec in
4 petitione & libello. Peccauit ergo ī duobus† primo

quia

quia laudum, quod non est conforme petitioni, est nullum: vt in c.licet Hely.de simo.l.fi.C.de fidei.libe.cum si.& procedit hoc nedum in iudice, sed etiã in arbitro: quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.l.prima.ff.de arbi. cum simil.& facit, quod voluit Barto.& Bal.in l.3.§.si seruus.ff.de pecul.quinimo dixit Bald.in l. vt fundus. ff.communi diuidũ. quòd etiam in causis summarijs: in quibus non req
5 ritur libellus, est† necessaria qualis petitio, ad hoc vt sententia possit ferri cõformis illi petitioni, allegat gloss.in clemen.sæpe.de verb.sig.& ideo dicit Salyc. in l.penul.C.de accusatio. quòd cõdemnatio debet sequi secundum probata.l. illicitas. §. veritas. ff.de officio præsidis.& debet esse conformis libello: vt dicta l. vt fundus.nec potest esse cõformis, quando fertur super his, quæ nõ sunt narrata in libello. Modo in casu nostro nec est narratũ in libello, quòd huic Benti debeatur dimidia portio: imo est narratum contrarium, videlicet, quòd debeatur dimidia portionis, & alia dimidia dicto Guidoni. Quomodo ergo potuit arbiter condemnare ad dimidiam bonorum illius Contis: cum etiam nec fuerit probatum, dimidia bonorum illius Contis debeatur illi Benti, nec hoc resultat ex aliqua præsumptione libelli: qa vt pulchrè dixit Angelus in l bouem.§.alia. ff. de ædil.edicto.si egi contra te quanto minoris, & iudex condemnauit redhibitoria, valet sententia: vt ibi est tex. quia illud veniebat præsumptiuè ex libello. Modo in proposito nec ista dimidia portio omniũ bonorum veniebat præsumptiuè ex libello: vnde nescio videre, quomodo potuerit ita laudare ille arbiter: & facit ratio inconuincibilis: omne prædicatum recipit formam, & esse a suo subiecto: sed libellus est subiectum, & sententia est prædicatum: & iõ eo ipso quòd non habemus sententiam. & libellus non apparet: quia est deperditus: est præsumendum, quòd fuerit talis, qualis colligitur ex sententia: quia non poterit fieri nisi ad existentiam subiecti, ꝙ erat ille libellus: gloss. est singula. in capitulo dudum.de deci.& sic ex isto capite laudum illud est ipso iure nullum. Et etiam est nullum ipso iure ex alio capite: videlicet ex compromisso: quia cum nõ fuerit compromissum in arbitrum de dimidia bonorum omnium ipsius Contis: ergo non potuit arbiter pronunciare super eo, de quo non fuerat compromissum. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ imo potuit pronuntiare super non petito: vt est casus in capitulo constitutus.de religio. domi. & hoc decidit gloss. ibi, & optimè facit capitulo nisi. de præbend. vbi est casus singularis, quòd arbitrator potest iudicando extendere manus suas sententiando extra limites compromissi adiudicando res nõ deductas in compromisso: & idem voluit ibi Domi. Anto. & idem voluit in dicto capitulo licet Hely. de simonia, in di-
6 cto capitulo nisi principalis† quæstio erat super titulo beneficij, & eiusdem redditibus: & tamen ibi arbitrator extendit manus ad redditus capituli: & facit.dicto capitulo constitutus. vbi Papa condemnauit super pensione non petita: quinimo plus videtur dicendũ, quòd vbi causa esset summaria, in qua procederetur sine strepitu & figura indicij, quòd in tali.causa sufficit, quòd pronuntietur iuxta illud, quod est petitum: licet illud, super quo pronuntiatur, nõ fuerit petitum. Ita dixit Bartol.in extrauaganti ad reprimendum. in versiculo sine figura. facit text.in dicta clemen.sæpe.in ver. iuxta petitionis formam: & sequuntur ibi Ioan.de Ligna.& moderni. ¶ Et in casu nostro fuit compromissum in istum Sempro-
7 nium vt† arbitrum, & arbitratorem cum plenaria potestate procedendi: & per consequẽs summariè, & sine strepitu & figura iudicij: ergo licet non pronuntiauerit super petito: quia tamen pronuntiauit iuxta petitum: quia dixit, quia constat nobis in præsentiarum dicta bona omnia, vt supra obuenta in partem dicto Conti non extare: & non esse in hæreditate dicti Contis tempore suæ mortis: ideo &c. nã talis arbiter, seu arbitrator videtur pronuntiasse iuxta petita, licet non pronuntiarit super petito: ergo sequitur, quòd talis pronuntiatio valuit, & tenuit. & ideo pulchrè & singula. dixit Barto.in dicta l.cum aquiliana.in ver.circa illam rem autem, de qua dubitabatur, potest talis arbitrator se intromittere, iubendo dari rem, vel pecuniam pro re, allega. institutio.de officio iudicis.in prin.& in l.si cum in fundũ. §.si fundus.ff.de iure do. Pecunia enim, nec est per quam omnes res æstimantur, & sic alia res esse non videtur. vt l.si ita fideiussorem accepero. ff.de fideiussor.& ideo Angelus in d.l. de his. sequitur istam doctrinam Bart.dicendo, quòd si peto librum a te, posset arbitrator te damnare ad dandum mihi decem: quia pecunia, per quam omnia æstimantur, succedit in locum libri: vt in dicta l.si ita.& etiam dicit, quòd posset te condemnare ad reddendum mihi librum: solutis per me prius tibi decem.& hoc dicit tenere Specu.in titu.de arbitr.& ita Ange. ibi refert se in contingentia facti obtinuisse. Et istam doctrinam Bartol. quòd arbitrator posset iubere dari rem pro re, sequitur do.Anto. in dicto capitu. constitutus.& in dicto capitu. nisi. & in dicto c.licet Hely. Ita videtur in proposito nostro dicendum, cum arbiter in suo laudo dicat; quia nobis constat bona obuenta dicto Conti non extare, & non esse in hæreditate dicti Contis tempore suæ mortis: ideo dictũ Guidonem condemnamus ad dandum, & restituẽdum medietatem omnium, & quorumcunque bonorum, iurium, & actionum existentium in hæreditate dicti quondam Contis tempore eius mortis dicto Benti. Et si arbiter voluit compensare res eum rebus; quia cum quarta pars bonorum, quæ obuenerunt dicto Conti de bonis Tarlati sui patris, esset debita iure fideicommissi dicto Benti ex dispositione testamenti ipsius, voluit ille arbiter compensare res iam distractas per illum Contem debitas dicto Benti vigore dicti fideicommissi cum rebus, quas repertus est habuisse ille Contes tempore suę mortis: & sic potuit pro bono pacis, & concordiæ, & pro cõseruanda pace inter ipsos consanguineos recompẽsare res iam distractas cum rebus repertis tempore mortis ipsius Contis. Et sic potuit hoc facere ex doctrina Barto. Angeli, & domini Antõ.& est doctrina communis. Nec est verum dicere, quòd ipse arbiter fuerit ita supini intellectus ĩ hoc passu, quòd voluerit adiudicare medietatem omnium bonorum ipsius Contis dicto Benti, cum in eodem laudo pronũtiauit quartam bonorum Tarlati obuentorum dicto Conti spectasse, & spectare ad ipsum Bentem: & sic ipse arbiter expresse laudauit quartam illorum bonorum obuentorum dicto Conti esse debitam ipsi Benti Francisci, nec est præsumendum, quòd in eodem actu & ita incontinenti seipsum correxerit, & sibiipsi contradixerit, argumen.l. non ad ea. ff.de conditio. & demonstratio. iuxta illud, quod apud Terentium scriptum est; hui tã cito: & apparet hoc ex clarissimis verbis ipsius laudi, dũ dicit, quòd nobis constat dicta bona non extare, ideo condemnamus ad dimidiam: & sic videtur voluisse ille arbiter compensare rem cum re, seu res cum rebus: videlicet illam dimidiam bonorum existentium tempore mortis in hæreditate ipsius quondam Cõtis cum quarta, quæ debebatur dicto Conti vigore fideicõmissi. ¶ Et si quispiam dixerit, quòd ista sententia non est liquida, seu laudum non est liquidum: quia

debuit

debuit liquidari, vt ista dimidia bonorum existentium tempore mortis dicti Contis sit æqualis & con formis quartæ bonorum debitæ vigore fideicommissi debiti ex testamẽto illius Tarlati, & tanquàm incerta & informis nullius est effectus, aut vigoris, per totum titu. C. de senten. quæ sine certa quantitate. Quia ad hoc potest responderi, quòd satis est, si istud laudum inquantum continet condemnationem restitutionis medietatis omnium bonorũ, certificatur habita ratione ad illam quartam debitam dicto Benti, vt ea pars bonorum debeatur, quæ ascendat ad illam quartam debitam, maximè habẽdo respectum ad fructus perceptos per ipsum Guidonem a tempore mortis ipsius Contis & ista erãt, q̃ iudicio meo faciebant dubiam istam cõsultationem in præiudicium ipsius Guidonis. Sed in veritate non obstant: ideo apparet responsio aperta. ¶ Et præmitto primo illud, quod voluit domi. Ludoui. in preallegato consilio, vbi dicit, quòd laudum non tenet, quando fertur extra casum contentum in compromisso, nec compromissum sit nisi super eo, de quo est inter partes compromittentes dubium. Modo in casu nostro non erat aliqua dubitatio super dimidia portione: quia dumtaxat quarta portio erat debita illi Benti: ergo non potuit pronunciare super dimidia, vt pronuntiauit: ergo sequitur, quòd laudum fuit ipso iure nullum. Nec obstat dicto capitulo nisi essent, primoque ibi dicitur, quòd illi arbitratores fecerunt pro bono pacis & vtilitatis: hic vero in hoc laudo hoc non dicitur: sed dicitur: quia nobis constat, quòd bona & cætera. & sic non fundat se super bono pacis & vtilitatis: sed se fundat super fundamento inualido, inepto, & supino: quia illa non est iusta causa condemnandi illum Guidonem in dimidia: cum non teneretur nisi ad quartam: & sic ille text. non obstat: non ibi dicitur: quia hæc ordinatio est ab omnibus recepta: & sic probat ibi textus, ꝙ partes acceptarunt illud laudum, & illam ordinationem: & sic concurrunt duo, videlicet quia illi arbitratores dicebant pro bono pacis & vtilitatis sic ordinasse: & etiam concurrit: quia partes illam ordinationem acceptauerunt & approbauerunt. Et si dicatur, quòd ille textus destruit doctrinã Baldi in dicto versic. sententiæ. & dicto capitulo examinata. dum voluit, quòd partes non possunt homologare laudum latum extra cõtenta in compromisso: Respondeo, quòd ibi non solum interuenit homologatio: sed etiam interuenit, quod arbitratores dixerunt se fecisse pro bono pacis, & vtilitatis: & sic non obstat. Nec etiam obstat ex alio, & erit tertia responsio, ꝙ arbitrator ibi non extendit manum ad extranea vltra contenta in compromisso: nam fecit condẽnationem in pecunia, quæ est æstimatio aliarum rerum: & sic tria cõcurrerunt in casu illius. capitu. quæ in casu nostro non interuenerunt. quinimo nulllum interuenit. primo non interuenit, ꝙ arbitratores dixissent, quod pro bono pacis & vtilitatis hoc faciebant. Secundo non interuenit, ꝙ partes receperunt & acceptauerunt istud laudum: imo ille quidem appellauit ab illo laudo. Nec etiam interuenit condemnatio in pecunia pro illa quarta, & sic multifariè illud. capitulo nullo modo obstat. Et quarto potest responderi, videlicet, ꝙ in casu nostro non fuit data potestas arbitrandi lata: sed fuit restricta, vt de iure tantum pronuntiaret, & per cõsequens sileat textus in dicto capitulo nisi. Nec etiã obstat, cum allegat dictum capitu. constitutus. quia primo ille textus loquitur in Papa: & sic in eo, qui non cogitur seruare ordinem iudiciorum: potest
8 enim Papa excedere† modum petitionis, ita dixit domi. Anto. in dicto capitulo licet Hely. & etiam allegat Specu. in titu. de actio. & peti. §. super. versic. sed nunquid. & in versi. sequenti. Et sic ille text. non est trahendus ad alios. Item potest aliter responderi ad illum textum, ꝙ licet dicatur, ꝙ Papa condemnauit in pensione non petita: tamen non est verum, imo satis fuit petita pensio: eo quia fuerunt petita iura episcopalia. Vel tertio potest responderi aliter secũdum Hostiens. ibi, ꝙ imo fuit petita pensio ibi in libello: & sic ille textus non est contra casum nostrũ. Item quia in casu nostro non fuit limitata potestas arbitri, vt pronuntiaret secundum ius dũtaxat. Nec etiã obstat dictum Bartoli in dicta l. cum aquiliana. loquitur enim ibi Barto. quando partes dederũt plenam potestatem arbitro arbitrandi, quo casu dicit, posse dari per arbitrum rem pro re, vel pecuniã pro re: & sic, iste non est casus noster: quia partes in casu isto dederunt potestatem arbitro arbitrandi. dũtaxat de iure tãtum. Sed Bartolus loquitur, quãdo dederunt plenam potestatem: ergo &c. Item qa Bartolus loquitur, quando iussit dari pecuniam pro re, quo casu dicit, ꝙ cum pecunia sit res, per quam omnis res ęstimatur, dando pecuniam, non videtur dare aliam rem. Sed in casu nostro assignari iussit dimidiam pro quarta, quæ nullam conformitatem inter se habere videntur: sunt enim termini se habentes tanquàm excedens & excessum, ergo vna nõ potest poni pro alia: & ita etiam respondetur ad dictũ Angeli in dicta l. de his: quia ipse ibi commemorat dictum Bartoli, & illud sequitur. Nec etiam obstat cum dicitur, ꝙ potuit pro bono pacis ille arbiter sic pronuntiare: quia imo debuit sequi formam compromissi: nec debuit ab ea recedere, d. §. sed si forte. cum si. seruanda enim est forma. l. diligenter. ff. manda. c. prudentiam. de officio delegati, cũ si. Nec etiã hoc fecit pro bono pacis: cum illud nõ expressit: & etiã si expressisset, nõ potuisset excedere formã compromissi: vt est dictum. Nec obst. cum dicitur, quòd in eodem laudo dixit, quartã bonorum Tarlati obuentorum dicto Conti fore debitam ipsi Bẽti: quia in hoc bene dixit: cum autem dicitur, quòd non est præsumptio, quòd sibi contradixerit incontinẽti, hoc fateor præsumptiuæ: sed vbi apparet expresè, quòd sibi contradixerit stabimus certo, & cessabit præsumptio. l. si certis annis. C. de pactis. cum simil. in incertis enim & non in certis locus est coniecturis: vt l. continuus. §. cum ita. de verborum obligationibus. Nec obstat, cum dicitur: quia nobis constat, quòd dicta bona non extant &c. quia concedo, quòd ideo condemnauit ad dimidiam: quia omnia bona obuenta in partem dicto Conti non extabant: tamen non iure fecit, quia venit contra formam cõpromissi, & excessit illam formam: & etiam excessit modum libelli: ideo glossa in l. codicillis. §. fin. ff. de leg. 2. dicit. audi stultum testatorem, non tamen sibi prodest stultitia sua. Vnde non debuit arbiter excedere formam compromissi: quia est (vt ita dixerim) pedisequus quoad tenorẽ & formam compromissi: vt in dicto §. de officio. & etiam nulllam fecit mentionẽ de quarta, debuerat enim dixisse, quia bona, quæ fuerunt reperta tempore mortis ipsius Contis, non sufficiunt ad quartam debitam ipsi Benti vigore fideicommissi, & quia medietas bonorum superexistẽtium tempore mortis ipsius Contis æquiualet quartæ debitę illi Benti: ideo condemnamus illum Guidonem ad restituendum & dandum dictam dimidiam, quod non fecit, & etiam hoc modo facere non potuisset: quia excedebat modum & formam compromissi: quia solùm debuit laudare illum Guidonem condemnando ad dandam quartam illorũ bonorum, quæ obuenerunt in partem dicto Conti de bonis illius Tarlati, & istud erat conforme compromisso

promiſſo partium,& petitioni illius Bentis ex eo,q̃a non habuit iſte arbiter plenam poteſtatem arbitrādi:ſed limitatam de iure dumtaxat,& Bart.in d.l.cū aquiliana. loquitur non ſolum in arbitro ſed etiam in arbitratore, vt nō poſſit excedere modum compromiſſi:poſito quòd habuerit poteſtatem plenam arbitrandi. ergo multo minus in caſu noſtro, cum iſte videtur elegiſſe viam vt arbiter, & tenaciori & firmiori modo: vt plene de hoc dixit dictus conſulens,allegando dictum Specu.in titu.de arbitr.§.ſe-
9 quitur.verſicul.ſed pone &c.vbi † voluit,quòd licet quis poſſit procedere vt arbiter & vt arbitrator, in dubio videtur pronuntiaſſe vt arbiter.quia laudum erit firmius,per l.diem proferre.§.ſtari. ff. de arbitr. ¶ Et ſi dicatur,immo elegiſſe viam vt arbitrator: & ſi latiores habuit habenas in pronuntiando, per elegantem doctrinam Bald.in l.ſi ſeruus plurium. §.fina.de legat. primo. & in l.non codicillum. C.de teſtamen.:& voluit Ludouic.Roma. in l.in teſtamento.C.de teſtamen.milita. vbi dicit ſe quæſtione facti obtinuiſſe contra illud dictum Specul. licet ita ſimpliciter dominus conſulens alleget dictum Specul. vt ibi per domi.Ludoui.quia ad hoc poſſum reſpōdere & bene:primo poſito,non tamen conceſſo, ꝙ vt arbitrator pronuntiaſſet:tamen non potuit excedere tenorem compromiſſi & formam iuris, & ſic tenorem libelli: quia in l.compromiſſi fuit dictum, quòd de iure tantum laudaret. quæ ergo temeritas eſſet dicere, quòd vt arbitrator pronuntiauit: quia vel vt arbiter, vel vt arbitrator laudauerit, non potuit excedere formam iuris, & per hoc tollitur doctrina gloſſ. quæ alleg. pro ſingula. in l.ait prætor.§, Marcellus.ff.de iudic.quæ voluit,quòd ſtatur verbo iudicis,ex quo capite tulerit ſententiam: quia in caſu noſtro debuit iſte arbiter, ſeu arbitrator de iure dumtaxat laudare, & ſic non obſtat illud dictū Bal. Ludouic.Roma.& ſequacium.Secundo poſſum reſpondere,quòd dictum Speculatoris eſt verius, quā dictum Baldi & Ludouici Roman. & ad hoc allego eundem Baldum,quem Ludouicus non vidit in capitulo finali. de re iudicata. vbi dicit,quòd ſi aliquis poterat procedere vt delegatus & vt ordinarius: in dubio videtur vt ordinarius proceſſiſſe & ſententiaſſe:quia firmior redditur actus facit.l. tertia, ff.de teſtamen.milit.vbi quis videtur elegiſſe viam in dubio,vt ſua iudicia non impugnentur.Ita dicamus in caſu noſtro,vt potius in dubio videatur pronuntiaſſe vt arbiter:& ideo poſito ſine præiudicio, quòd vt arbitrator laudaſſet, tamen non potuit, nec debuit excedere formam iuris.Et ſic apparet ex iſtis, quòd fuerit ſibi contrarius iſte arbiter,dum pronuntiauit quartam eſſe debitam,& poſtea adiudicauit ei dimidiam.facit gloſſ.ſing. vndecima quæſtione tertia,capitulo ſi is qui præeſt.quæ dicit, quòd ſi iudex in ſententia dicit,condemno,& abſoluo:talis ſententia dicitur nulla,& præſumitur fatuus talis iudex, allegat ibi gloſſ.capitulo cum dilectus. de ſucce. ab inteſta. ¶ Et ſi dicatur,quòd loco illius quartæ ſuccedit iſta condemnatio in dimidia omnium bonorum.Dico, quòd iſtud non poteſt cadere in propoſito noſtro; ex eo quia in dicto laudo dicitur. ideo condemnamus dictum Guidonem ad dandum & reſtituendū medietatem omnium, & quorumcunque bonorū mobilium,& immobilium,iurium,& actionum exiſtentium in hæreditate dicti quondam Contis tempore eius mortis dicto Benti. vnde non ſolum condemnauit ad reſtituendum tot bona,quæ æquiualerent quartæ parti bonorum : ſed multo plus: quia primo præſumptio eſt,quòd dictus Contes acquiſiuerit.l.cura.§ deficientiū.ff.de mu. & ho.l.ſi defunctus.C.arbitri.tu.Item in dicta hæreditate erant bona illorum Gratiani & Leonis, quibus ille Contes ſucceſſerat, & etiam erant bona ſubiecta fideicommiſſo,quæ peruenerant eis a morte illius Tarlati:& erant pro illo fideicōmiſſo debita illi Guidoni, quæ omnia apprehenderat ille Contes,& erant in hæreditate illius Contis,ideo cum dictus arbiter cōdemnauit dictum Guidonem ad dandum dicto Benti medietatem omnium bonorum exiſtentium in hęreditate dicti quondam Contis: ſequitur, quòd exceſſit modum & formam compromiſſi, & condemnauit vltra illa quartam. ¶ Et ſi dicatur, illa verba bonorum exiſtentium in hęreditate dicti quondam Contis, ſolum comprehendunt bona illius Contis. Dico hoc non eſſe verum:quia verba illa ſunt generalia & amplia,& comprehendunt quæcunque bona:vnde facile fuiſſet arbitro dicere bona illius Contis,argumen.capitulo ad audientiam.de deci. Cum ergo dixerit, quæcunque bona exiſtentia in hæreditate Contis:ergo cōprehenduntur bona illius Leonis & Gratiani.& per conſequens aperto ore apparet de errore, aut iniquitate ipſius laudi : & ſic non poteſt dici,ꝙ illa medietas ſuccedat in loco quartæ. Nec ob.cum dicitur, quòd liquidabitur ex relatione ad quartam debitam:vt l. 3.C.de ſenten.quæ ſine certa quantita. quia quantum ad hoc aduertat do-
10 minus iudicans:quia † ſententia incerta non tenet, per totum titulum,de ſenten. quæ ſine certa quantita.ſed iſta ſententia eſt incerta,ergo eſt nulla.Non obſt.cum dicitur, quòd ſatis eſt certa habita relatione ad quartam : quia iſtud non cadit in propoſito: quia arbiter non dixit condemno Guidonem ad dādum dicto Bēti tot de illa medietate bonorum, quæ aſcendat ad quartam debitam:ſed dixit,condemno Guidonem ad dandum medietatem quorumcunque bonorum exiſtentium in hæreditate dicti Contis ex eo:quia bona pro illa quarta non reperiuntur in hęreditate Contis tempore eius mortis:& ſic nulla poteſt haberi relatio:& ideo Bartol.in dicta l. tertia.C.de ſenten.quæ ſine certa quantita.dicit, quòd quantitas debet eſſe expreſſa in actis, quod in caſu noſtro non fuit.Facit elegans & ſingula.dictum Io. And.in addi.Specu.in titu.de ſenten.prolati.§.qualiter,verſicul.quid ſi iudex. quod refert, & ſequitur Dom.Ant.in capitulo conſtitutus. & in c.cum venerabilis.de religio.domi.& Angel.in l. ſi conuenerit. ff.de re iudicata.bene facit,quod ſingu.voluit Bald. in l.prima ad finem. C.de ſenten. ex breuiculo reci. Et ſic non obſt.obiectum: & ſic apparet de maxima iniquitate arbitri, & nullitate, dum voluit pro illa quarta parte, quæ debebatur illi Benti in bonis obuentis illi Conti de bonis ipſius Tarlati, dare illi Bēti dimidiam omnium bonorum exiſtentium in hæreditate dicti Cōtis,in qua erant illa bona illius Leonis & Gratiam obligata illa Guidoni pro fideicommiſſo ſibi debito ex teſtimonio Tarlati : & qui habet aures audiendi hanc iniquitatem,audiat.¶ Præterea ſi pur quis dixerit, quòd dictus Bentes petierit dimidiam omnium bonorum obuentorum dicto Conti de bonis illius Tarlati, certè mihi non videtur verum:quia in ſuo libello dicit,pro vna dimidia portionis obueniente dicto Conti debita ipſi Benti, & pro alia dimidia debita illi Guidoni:quia clarum eſt, quòd de legitima & trebellianica non detrahitur fideicommiſſ. ſed ſolum de reſiduo: ideo videtur dicendum,quod illa verba important quartam ſibi debitam:ergo peſſimè fecit arbiter condemnare aliter,quàm petitū fuit: vt ſuperius eſt oſtenſum. Sed ſi pur volumus dicere, ꝙ ille Bentes petierit dimidiam in bonis illius quodam Contis, omnino iſtud laudum incidit in ſcillam, cupiens euitare carybdim::quia cum petierit plus debito, ergo debet

puniri

puniri tanquam plus debito petierit: vt l.prima.C. de plus peti.& in capitulo primo, eodem titulo. Et etiam facit, quia talis libellus fuit calūniosus, quo casu calumniosus libellus æquiparatur libello inepto: vt dixit Bal.in l.prima.C.si de mo.poss.fue.app. allega. Innocent. in capitulo primo, de officio vi-
11 car.& sententia super inepto libello † est ipso iure nulla: vt est gloss.singul.institu. de obliga. in principio, quam alleg.Bald.in l.actori. C. de iureiurando. ego allego text.in l.nisi.in versiculo. nihil consumitur &c.& ibi Bald.ff.de tutel.& ra.dis.ergo sequitur, quòd laudum latum super huiusmodi libello manifestè calumnioso fuit nullum ipso iure. Et etiam apparet nullitas ex alio: quia posito quòd dimidiā petijsset, tamen arbiter pronuntiauit quartam esse debitam: & etiam laudauit condemnando Guidonem ad dandum dimidiam ex eo: quia constabat bona non superesse &c.& non fuit conformis libello.¶Et sic apparet ex istis, quòd quocunque se vertat, reperiet laudum ipso iure nullum. ¶Præterea accedat ad prædicta; qa in dicto laudo dicitur, ideo dictum Guidonem condemnamus ad dandum, & restituendum medietatem omnium bonorum &c. quia nobis constat impræsentiarum dicta bona obuenta non extare:& loquitur arbiter more oratorū vtendo verbo impræsentiarum, de quo allego text. in l.prima.§. exigere. in verbo, impræsentiarum.ff. de magi. conuen. & ibi dixit Nicolaus de Neapo. quòd forte in grammatica tale verbum non audisti, alleg.tex.in l.de ætate.§.ex causa. ff.de interroga. actio.& l.prima.§.fina.ff.quod vi aut clam. & sic arbiter pro executione fideicommiss. condemnauit hæredem grauati ad dandum & restituendum in bonis ipsius grauati: & non in bonis multo tempore iam dudum alienatis quo casu dominus consulens dicit se mirari, quòd non meminit se legisse: quia debet retractari alienatio bonorum subiectorum fideicommisso, & agi rei vendicatione per ipsum fideicommissarium.Circa hoc est accurate animaduertendum: quia sunt demonstranda duo circa hoc:videlicet,quòd laudum propter hoc sit iniustum,& iniquum, & quod ex hoc sit ipso iure nullū considerata forma tradita per compromittentes in ipso compromisso.Et quod sit iniquum, & iniustū, ostendo: vbicunque ex iusta ignorantia hæres institutus alienauit rem subiectam fideicommisso,tunc non agitur rei vendicatione per fideicommissariū, sed agitur ad pretium contra fideicommissarium rogatum:iste est tex.singula.nec est alibi in l.fina. §. fina.de legat.secundo.secundum Dyn.& Bartol.ibi. vbi probatur, quòd si ex iusta ignorantia fuit alienata res subiecta restitutioni,non potest auocari ab emptore: sed his grauatus dumtaxat tenetur ad precium restituendum, ita cantat ibi text. & ita etiam ibi colligit.Dominus meus Ioan.de Imol. & licet ipse non dicat, ego allego in terminis dictum Bald.in authen.res quæ.C.communia de lega.in principio, vbi dicit, quòd tenet alienatio; sed precium succedit in fideicōmisso, quod dicit esse speciale propter iustam ignorantiam emptoris, & venditoris,secundùm Petrum & Cyn. & alleg. dicto §. final. ergo sequitur, quòd vbicunque non est iusta ignorantia emptoris & venditoris in fideicommisso,nunquam succedit precium, & alia res loco rei alienatæ: ergo multo minus vna res succedit loco rei.facit in argumento.l.fina.C.de compen.sed in casu istius alienationis, aut distractionis rerum obuentarum dicto Conti ex hominis illius Tarlati nulla interuenit iusta ignorantia: ergo sequitur, ꝙ nec precium, nec alia res succedit loco alterius rei iam venditę:& per consequens sequitur, ꝙ iniquè fecit & iniustè arbiter, condemnando hęredem illius Contis dare alias res hæreditarias illius quondam Contis pro rebus subiectis fideicommiss. alienatis per illum Contem rogatum de restituendo.Et per istam doctrinam videtur sufficienter ostensa inquitas huius laudi. Accedat text.in l.fina.§.sin autem. C. communia de lega.vbi dicitur,quòd si sub conditione, vel die incerta fuerit hæres grauatus de restituendo, potest interim hæres alienare:sed adueniente conditione, vel alia die incerta alienatio in irritum deuocatur: & subdit tex.sic intelligendum esse, quasi nec scripta, nec penitus fuerit celebrata: & pateat omnis licentia fideicommissario rem vendicare, & sibi assignare nullo obstaculo a detentatoribus ei opponendo. vbi est casus aureus, quòd dominium talis rei alienatæ restituendæ per fideicommissarium adueniente die, vel conditione transit in fideicommissarium sine restitutione:& est ibi casus specialis, vt ibi dicit Angel.in versicu. vendicare.ibi. Vnde ponderet D. iudicans, si dominiū illius rei iam alienatæ est translatum in ipsum fideicommissarium, sequitur, quod non potuit arbiter condemnare Guidonem ad dandum alia bona dicto Benti, quàm bona subiecta restitutioni:cum dominium illarum rerum alienatarum esset translatum in ipsum Bentem, ne grauaretur duplici onere ille Guido, quòd esse non debet: vt dicit tex.in capitulo at si clerici.ad fi. de iudi.quis enim non debet conteri duplici pęna.l.senatus censuit.ff.de accusatio. Et si aliter diceremus, sequeretur vnum, quod esset sycophanta dignum: quia si ille Contes alienauit, non posset hæres illius Contis agere aduersus emptores ementes res subiectas fideicommiss.istius Bentis: quia cum teneatur de euictione, non posset aduersus illos agere. l. vendicantem.cum simi.ff.de euictio.vnde quoad illos emptores ementes res subiectas fideicommisso ipsius Bentis nullo modo posset agere hæres Contis;& per cōsequens ridiculum esset dicere, quòd pro illa parte sibi reseruauit arbiter ius suum contra emptores & possessores illarum rerum habentes causam & titulum emptionis ab illo Conte alienante.Et per istud deletur & confunditur adima terræ laudum istud, & maxima iniquitas esset illud obseruare. & facit, quod voluit Bartol.in dicta l.fina. §.fin. C.commu. de lega.vbi dicit,quòd in rebus alienatis non est necessaria restitutio per illum textum,& dicit hoc glo. ibi:nam illa alienatio fingitur a iure esse nulla, & factum retro nullum, & sic concludit, quòd per talem alienationem reputatam nullam non est translatum dominium in ipsum fideicommissarium. & sic potest sibi dici, amice, quod petis, intus habes: vt l.prima.C.de exc. rei iudica. Si ergo est translatum in illum Bentem dominium, ad quid grauauit arbiter illum Guidonem hæredem ad dandum alia bona illi Benti? pessimè ergo fecit,& sic ostensa est iniquitas huius laudi. ¶ Ostendo nunc, quòd sit ipso
12 † iure nullum per istam iniquitatem, & ad hoc primo considero illud, quod dictum est in dicto compromisso, quòd de iure dumtaxat debet pronuntiare, quo casu licet ita sit de iure, quòd arbiter teneatur decidere secundùm ius: quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum: nec curo dicere, ꝙ iste sit iudex (vt audio) ꝙ dicit quidam: quia priuatorum consensus non facit quem iudicem. l. priuatorum. C.de iurisdictione omnium iudicum,& hoc decidit Barto.formaliter in dicta l.diem proferre.§.stari.vbi dicit, quòd est arbiter.& non arbitrator: nihilominus ex quo est apposita expressa illa forma pronuntiandi de iure tantum, illa specificatio inducit formam quandam substantialem, adeo ꝙ iniquè, aut iniustè pronūtiando videtur facere cōtra formam

traditam

traditam ab homine,& sic laudum tanquam informe est nullum ipso iure. Et ad hoc allego elegans dictum Hostien. in capitulo finali, de præben. vbi dixit,quòd si iudici delegato data est forma, audiat & iustitiam faciat:si tulit iniquam sententiam contra ius partis, sententia est ipso iure nulla : quia contra formam traditam ab homine,allego Bartolus in dicto §.stari. vbi loquens in arbitro hoc ibi dicit in indiuiduo:licet idem Bartolus in commento.l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.tetigerit & indecisum reliquerit:tamen in dicto §.stari.refert se in cōtingentia facti consuluisse.Et si dicatus,quòd domi. Antoni.in dicto capitulo ex insinuatione. sequatur dictum Bartol.illud est somnium: dicit enim ibi domi.Antoni.quòd dicta clausula potius sonat in monitionem quàm in conditionem: quia arbiter tenetur pronuntiare secundùm ius, etiam si nihil dicatur : vt voluit Iaco. But. in authentica decernimus. C.de arbitr.allega.l. rem non nouam,cum authentica.ibi posita. C. de iudic.licet si aliter pronuntiet, debeat stari eius sententiæ:vt in dicto §.stari.licet faciat litem suam:vt habetur in l. penul. iuncta gloss. ibi.C.de pactis.& idem voluit domi.Antoni.in commento.capitu.Quintauallis.de iureiuran. quia licet ita dixerit:tamen Ioan.de Imola in dicto capitul. ex insinuatione.& in dicto capitu.Quintauallis.tenuit contra dominum Antonium,& respondet motiuis domi.Antoni.quem placeat domino iudicanti videre,& idem voluit elegans doctor.dominus Florianus de Bononia repetens dictum §. arbitrorum. & etiam ibi Salyce.& facit,quod voluit domi.Rapha. Fulgo.in l.prima.C.de arbitr. vbi dicit se tentasse in scholis dicere contra Bartol.ex eo:quia expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur.l. non rectè. C.de fideiusso. sed quòd arbiter pronunciet secundum ius,est expressum a iure,allega.dictam l.penul. ergo &c.Ista ratio fuit domini Antonij. Finaliter dicit,quòd propter auctoritatem Bartol.& Angel.qui ita voluit in dicta l. prima.esset difficile obtinere cōtra Barto.& Ioan.de Imo.in dicto capitu.ex insinuatione.dicit,quòd practicatur secundùm opini. Bartol.& licet subtilis Doctor Fancisc. de Albergotis in commento.l.si quis arbitratu.ff.de verborum oblig. teneat contra Barto.quia quando exprimitur illud, quod in est,non dat formam:tamen dictum Barto. est verius : quia licet insit, quòd arbiter prenūtiet secundùm ius,non tamen est de necessitate,nec inest sibi de forma. Et quòd non insit de necessitate, apparet:quia arbitrium iniustè latum valet, vbi id quod inest de iustitia exprimitur,in forma hominis inducit necessitatem: vt probatur in cap. cum dilecta.coniuncta sua glossa,extra de rescript.nam quoties verba possunt aliquid operari, non debent esse sine effectu.l.si quando.C.de inofficio.testamen.capitul. si Papa, de priuilegi. libr.6. sed in casu nostro possunt operari præmissum effectum, ergo &c. Et si allegaretur forte dictum Innocen. in contrarium, quod ipse voluit in capitulo prudentiam,de officio delegati. & etiam domi. Antoni.ibi.Respondeo, ꝙ Innocen.loquitur eo casu,quo illud, quod exprimitur,sapit monitionem, & non quando sapit conditionem & formam: vt in casu nostro, & istud latissimè voluit sequendo opin.Bartol.domi.Abb.in cap. cum dilecta,de resciptis. & in dicto capitu.Quintauallis. & in dicto capitulo ex insinuatione.& facit, quod voluit Baldus in capitulo consanguinei.extra de iudic. in versiculo, & per hoc deciditur quæstio de compromisso facto coram arbitro procedēdi de facto,& sententiandi de iure tantum,&c.vbi dicit, ꝙ illa clausula, de iure tantum, non est monitio, sed conditio.¶Præterea facit, quod habetur in capitulo,cum aliquibus. in textu coniuncta glossa sua. de
13 rescri. libro sexto.vbi† quoties illud, quod exprimitur in mandato inerat ex sola voluntate, tunc videtur nouum mandatum fieri & inducit nouam formam:exemplum poni potest in illo textu cum glossa,Papa mandat episcopo, vt conferat beneficium Titio, iste episcopus contulit:talis collatio facta videtur auctoritate apostolica,& non auctoritate episcopi: quia licet episcopus teneatur conferre, non tamen tenebatur conferre Titio,nisi voluntariè:qa in cui conferendo habet episcopus liberam voluntatem : vt notat glossa in capitulo,relatum.de præbend.& ideo expressio inducit nouam formam:facit glossa in clementina prima, de iure patronat. & idem quando exprimitur illud in mandato, quod ab initio inerat de honestate: quia tunc expressio inducit nouam formam: vt in capitu. venerabili. de de officio delegati.Siue ergo dicamus, quòd stat in voluntate arbitri, quale laudum ferat: vt probat textus in dicto §.stari.dum dicit,standum esse sentētiæ arbitri:vel stat in honestate, quòd ferat istū laudum:tamen quando partes illud expresè mandāt arbitro, vt ferat tantùm sententiam de iure: videtur tale mādatum inducere nouam formam:quia partes arbitri sortiuntur effectum ex compromisso, & quatenus in compromisso mandatur: vt in dicto §. de officio.l.non distinguemus.ff.de arbi.facit,quod voluit Angelus in authentico,de exiben.reis.in princip.aliàs in §.primo.vbi dicit, quòd quoties statutū exprimit illud,quod inerat ex iuris cōmunis dispositione:tunc alterat ius commune: non solum inducit nouam actionem, vt voluit gloss. elegans in lege tertia.§.si rem.ff.de leg.tertio.& ponitur exemplū: iure cauetur, quòd victus victori condemnetur in expensis,si victus non habuit iustam causam litigādi:ita intelligitur ius commune.Modo ipse dicit,statutum disponit, quòd victus condemnetur victori in expensis,an tale statutum intelligetur,& limitabitur,nisi victus habuerit iustam causam litigandi? & decidit quòd non: quia introducit nouā dispositionem:& allegat glossam ibi,& idem in l. non solùm. vbi est bona glossa, ff.de rei vendicatio. & facit in simili glossa singula.in lege,si cum militaribus. C.de in integrum restitutione milita.quæ vult,quòd licet præscriptio legalis non currat militi: tū præscriptio conuentionalis bn̄ currit militi.ita dicamus in casu nostro in arbitro, cuius laudum iniustū valet ex dispositione iuris communis, vt in dicto §.stari.sed vbicunque partes exprimunt, quòd de iure tantum pronuntiet,laudum erit nullum,si aliter pronūtiat. Et ista videtur purissima veritas,& est communis opinio probata per Baldū,Bartolū,Angelum,Salycetū,Ioannem de Imola,domi. Abba. & Rapha.ergo tenenda est in iudicando & consulendo.l. prima. ff. de sena.19.distinctio.c.in canonicis. cum similibus. Cum ergo in proposito iste arbiter condemnando laudauerit Guidonem ad dandum medietatē omnium & quoruncunque bonorum existentium in hęreditate dicti Contis, nec dixit medietatem bonorum ipsius Contis,quo casu comprehensa sunt omnia bona in dicta hæreditate existentia: siue fuerint illius Gratiani & Leonis,vt est dictum,siue aliunde fuerint quæsita : & etiam reseruauerit ius illi Guidoni contra possessores illarum rerum alienatarū, quo casu non potuit fieri: quia vt hæres illius Contis iste Guido tenetur de euictione illis emptoribus:nisi scienter emissent res subiectas restitutioni: vt est casus in l.finali.§.emptor.C.communia de legatis,ergo fuit dictum laudum iniquum,& per consequens nullum.¶Præterea etiam conuincitur iniquitas, & nullitas istius laudi ex alio: videlicet dictus

14 ctus Guido † reconuenit istos aduersarios suos coram dicto arbitro, qui arbiter super illa reconuentione nihil pronuntiauit. Et est videndum, an hoc facere potuerit. & quidem extat doctrina Barto. in authen. & consequenter. C. de senten. & interlo. om. iudi. in fin. verbis, vbi dicit coram arbitro non esse locum reconuentioni, per capitu. cum dilectus. de arbit. quia tunc cessat ratio. l. cum Papinianus. eod. titu. non enim actor illum arbitrum elegit potius, quam reus: imo vterque simul: & ideo dicit se putare, quòd etiam si aliquis est delegatus de consensu vtriusque partis, coram illo delegato non esset locus reconuentioni eadem ratione, qua de arbitro dixit. Sed certè in arbitro assignatur alia ratio in d. capitu. cum dilectus. in hoc vltimo quo ad iudicem delegatum non insisto: quia non facit ad casum nostrum, & posset rectè consuli contra Bartolum, & contra eum tenuit domi. Anto. & dominus meus Ioan. de Imo. in capitu. primo. de mutu. peti. & optimè contra Barto. facit text. in dicta authen. & consequenter. sed de hoc non est curandum. ¶ Sed capio
15 articulum † nostrum, vtrum coram arbitro habeat locum reconuentio in casu huius cōsultationis? Et circa hoc facio istam considerationem, & erit verissima. Statutum Bononiæ disponit, quòd causę, quæ vertuntur inter coniunctos, compromittantur, quo casu omnia iura loquentia de iudice habent locū in isto arbitro electo ex dispositione statuti: appellatur enim arbiter iuris, & non appellatur arbiter hominis, hoc decidit Barto. in l. fina. C. de interdict. & in l. 1. §. interdum. ff. a qui. appel. non li. vbi voluit, ꝙ a sententia talis arbitri possit appellari, hoc decidit etiam text. in capitu. ab arbitris. de officio delegati, libr. 6. hoc tenet domi. Pet. de Ancha. ibi. ideo dixit Barto. in d. l. fina. se millies allegasse in quęstione facti, quòd arbitri electi ex forma statuti habent vim iudicium delegatorum magis, quàm arbitrorum: idem sequitur etiam ibi Bald. & idem Bald. in l. venales. C. quando prouoca. non est neces. dixit, quòd arbiter iuris æquiparatur iudici, & idem Bald. in l. Imperatores, ff. de transactio. limitat dictum Iaco. de Aret. dicens aduocatos istius ciuitatis distinguere in arbitro electo ex dispositione statuti, & in arbitro electo voluntariè. Idem etiam voluit in d. §. stari. & in l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euic. & in l. prima. C. de pericu. rei vendi. facit, quod voluit Ioan. Andre. in capitulo final. de re iudica. vbi dixit, quòd ille textus non habet locum in arbitris electis ex dispositione statuti, & quod plenissimè notat dominus Abbas in dicto capitulo finali. Ita ergo dicamus in casu nostro, quòd eo ipso quòd agitur de arbitris electis ex dispositione statuti, habet coram eis locum reconuentio: quia propriè non sunt meri arbitri. ¶ Et si quis dicat, quòd Speculato. in titulo de recusat. §. finali. versiculo, sed nunquid coram istis fiet reconuentio, dicit non posse: per id, quod habetur in capitulo suspicionis, de officio delegat. vbi dicitur, ne negotium plus debito prorogetur: & solum ille articulus est eis commissus: & quia coram arbitris non fit reconuentio, allega. d. capitu. cum dilectus. & sic sentit expressè Specula. quòd non fit reconuentio coram istis arbitris iuris. Quia ad hoc respondeo, quòd in iudicijs procedit reconuentio, etiam si sint iudices delegati. capitulo primo, & secundo, de mutu. petitio. capitulo dispendia. de rescript. libro sexto, sed isti arbitri assumpti ex dispositione statuti æquiparantur iudicibus delegatis: vt voluit Bartol. in dicta l. cum specialis. de iudi. ergo coram eis habebit locum reconuentio. Et facit simile, quod voluit Baldus in dicto capitulo suspicionis. vbi voluit, quòd in arbitris iuris discordantibus recurritur ad Papam, nec habet locum textus in capitulo finali, de re iudicata. ita dicamus in casu nostro. & facit textus in capitulo suspicionis. præallega. loquens de istis arbitris iuris: quia cum ille textus sit positus in titulo de officio delegati. & loquatur de talibus arbitris: ergo sequitur, quòd sunt potius delegati, quàm meri arbitri: valet enim argumen-
16 tum † a situatione tituli: vt est glossa in capitulo tibi qui. de rescript. libr. 6. facit l. in pares. ff. de in diem adiec. & facit dicta l. fina. quæ loquitur de istis talibus: & est locuta in titulo de iudic. Et etiam potest aliter responderi ad dictum Speculator. loquitur enim Speculator eo casu, quo commissus fuit vnus articulus causæ: videlicet suspicionis: ideo nimirum si aliter non potest prorogari iurisdictio, seu negotium: sed in casu nostro fuit compromissum ab istis partibus de litibus & quæstionibus inter eos vertentibus occasione testamenti Tarlati eorum aui paterni, & cæterarum substitutionum, & fideicommissi in eo factarum, & relicti &c. quo casu succedit singularis doctrina Goffredi in dicto capitulo cum dilectus. vbi dixit illum textum procedere, quòd coram arbitro non habeat locum reconuentio, quando compromissum est factum super re certa: secus si sit factum compromissum generale: quia tunc potest fieri reconuentio coram arbitro. Et plus dixit Ioannes Andreas in dicto capitulo cum dilectus, quòd tunc ex latis verbis compromissi potest fieri reconuentio: & hoc sequitur dominus Ioannes de Imola. Sed in proposito concurrit generale fideicommissum in istis substitutionibus & fideicommisso occasione testamenti, & ista reconuentio est versata super hoc: ergo sequitur, quòd ex vigore dicti compromissi; quia non fuit factum super aliqua certa re, & ex verbis latis comprehensis in eo, potuit fieri ista reconuentio. Facit etiam: quia in ista causa reconuentionis non fuit oppositum ex parte illius Bentis, non posse reconueniri in causa illa coram arbitro, sed fuit processum pariter, quo casu talis reconuentio valet, hoc decidit textus in dicto capitulo, cum dilectus. versiculo, cum arbitri non valeant iudicare nisi de his tantùm, super quibus extiterit in eos compromissum. Vnde eo ipso quod partes procedunt coram arbitro, nec opponitur, & illa verba compromissi adaptantur ad hoc, vt sub lato vocabulo & nomine comprehendant id, super quo fit reconuentio, tunc valet & tenet reconuentio. etiam si per aduersarium opponatur non posse fieri: ergo multofortius in casu nostro: cum per illum Bentem non fuerit oppositum: & verba compromissi latè concepta sint: maximè quia erat connexa ista causa, in qua reconueniebat illum Bentem ille Guido cum causa principali: eo quia dicebat, illum Bentem tenere & possidere iniustè, & indebitè quoddam prædium rusticum pretij mille librarum, & vltra, quod habuit & recipit indebitè viuente ipso Conte: & sic quod petit, intus habet. meritò ergo potuit fieri ista reconuentio, & in veritate non est propriè reconuentio: quia cum sit annexa cum principali, & sit quædam exceptio excludens illum Bentem principalem, potuit coram
17 isto arbitro ventilari quia † de connexis est idem iudicium, etiam tempore, quo connexum de per se stare non potuit. Tamen dato principio habili in vno connexo potest sequi iudicium in alio connexo: vt probatur in l. eum actum. ff. de negotijs gestis. vbi ratione connexitatis deducitur in iudicio illud, quod aliàs deduci non posset. & hoc colligit ibi Bartolus, & allegat elegantem glossam hoc determi

determinantem in c.accusatus.in versicul.iudicari. de hæretici.libro 6.quæ dicit,quòd iudicatur idem de articulo connexo. Facit etiam,quod voluit Ang. in dicta authentica,& consequenter.vbi dicit per il lum textum reprobari opinio.Bar.qui voluit, quòd coram delegato de communi partium voluntate non habet locum reconuentio:quia casus est ibi cõtra eum.Et sic multa concurrunt in casu nostro, vt illa reconuentio valuerit:videlicet quia fuit arbiter assumptus vigore statuti:& quia verba compromissi sunt latè concepta : & comprehendunt istum casum,vt voluit Goffr.& Ioannes Andreas : & quia iã facta fuit reconuentio,nec fuit oppositum : & quia iã æquiparatur delegato talis arbiter, & clarissima & vera est conclusio,ꝙ potuit fieri ista reconuentio. Et multofortius,cum sit connexa principali petitioni illius Bentis : & sic exclusiua intentionis agentis. Facit etiam, quod voluit dominus Abbas in d.c.1. in fin.verbis, de mutu.petitioni.vbi dicit, ꝙ coram arbitro certi articuli non procedit reconuentio, & ita procedat dictum Speculato. quod superius allegaui:quia duntaxat habet iurisdictionem super illo articulo:vnde non fuit de mẽte iuris ampliare eius iurisdictionem,cum mandetur incontinenti illum articulum expediri,arg.c.legitima,de appel.lib.6.& c.cum speciali.eod.titu.sed coram arbitris iuris certæ causæ ponuntur, cũ episcopus vult agere contra subditum,quo casu eliguntur arbitri : vt 11.q.1.c.si clericus.tunc satis putat reconuentionem posse fieri.& idem dicit in arbitris,qui eligunt inter consanguineos ex dispositione statuti:quia habebit locum coram eis reconuentio.& licet vtatur isto verbo forte,tamen non est mirandum:quia consultores & similes respondent per verbum,forte,& valet eorum consilium non obstante illo verbo,forte. Ita est textus,& hoc ibi firmat Angelus in l. in substitutione. ff.de vulga.& pupil. & sic dominus Abbas in terminis decidit istam quæstionem nostram : ergo valuit coram isto arbitro reconuentio. Facit etiam elegãs decisio Lapi in suis allegationibus, in tertia allegatione,vbi dicit,quòd quoties cõuentio & reconuẽtio accumulantur respectu eiusdem causæ, tunc indistinctè procedit reconuentio : quia hic non est separata reconuentio,sed illi annexa, quasi defensio ex parte alterius, argumento capitu. cum inter. de ceptioni.facit,quod notat Innocentius in capitu.ex conquestione.de restitutione spoliatorum.Cum ergo ista causa reconuentionis fuit connexa causæ cõuentionis : quia est defensio illius Guidonis contra petitionem illius Bentis:quia quod petit, intus habet,ergo &c.Et ista sunt,quę vere imponunt decisionẽ,& finem huic decisioni.& sic multifariè, multisque modis apparet istam reconuentionem potuisse fieri coram isto arbitro. ¶ Restat nunc videre veritatem in hoc: videlicet quia iste arbiter non pronuntiauit super illa reconuentione, an sit laudum suum ipso iure nullum.Et quidem Brrtolus in dicta authentica,& consequenter.vbi glossa voluit, quòd causæ conuentionis,& reconuentionis eadem sententia sunt determinandæ,& exponit ibi Bartolus, hoc est primo vna sententia,& statim alia, alleg.l.1. §.finali.ff.quæ senten.sine appel.re.l.neque,C.de cõpensatio.& textus dictæ authenticæ. & ca.1.de mutuis petitionibus.& capitulo cum dilectus, de ordine cognitio.huius ratio est fauor rei,ne prius condẽnetur actori,quàm actor sibi:vt l.neque. C.de compensa.sed huiusmodi fauori posset ipse reus renunciare expressè, vel tacitè.quod dicit apparere ex eo: quia si iste ordo non fuerit obseruatus,non est sentẽtia nulla,sed venit annullanda per appellationem: vt in dicta l.prima. §. finali. & sic concludit ibi Bartolus,talem sententiam valere in causa conuentionis:licet non sententiauerit super recõuentione. & Baldus in l.cum Papinianus. eodem titulo,dicit, ꝙ quædam est reconuentio connexa, q̃dã est separata in reconuentione : primo modo non valet sumpta sentẽtia,nisi feratur super vtroque.l.in hoc iudicio. ff. familiæ erciscundæ. In reconuentione secundo modo sumpta, si de vtraque liquet, potest appellare,si super vtraque non pronuntiauit:sed idem Baldus in dicto capitulo primo,de mutuis petitio.versiculo. Quæro, si iudex non procedat secundum ordinem iuris in causa conuentionis,& reconuentionis, sed omittendo,vel præposterando ordinem, vtrum processus sit ipso iure nullus : videt̃ quòd sic. l.prolatam.C.de senten.& interlocu. om. iudicum. concludit tandem valere iudicium:sed posse appellari, nec oportet iustificare appellationem aliter, quàm per ordinis præposterationem . alle.d.l.1.§.fi. & in arg.l.ait prætor.§.permittitur. ff.de minoribus. & quod no.gl.summæ.2.q.1.quæ gl.est solennis ſm eum:& idẽ quod voluit Bar.ibi,tenet Sal.in d.auth. & consequenter. Modò in proposito, aut dicimus istam reconuentionem esse connexam, vt superius est ostensum : & clarum est, ꝙ processus & laudum fuerunt ipso iure nulli;quia arbiter videtur diuisisse continentiam causæ,quod facere non potuit.l.nulli.C.de iudic.facit quod habetur in l.j.C.si aduersus rem iud.& ibi Bar.& Bal.& quod super hoc dicit dominus consulens,& istud voluit etiam Bal.in d.l.cũ Papinianus.Aut reconuentio non erat connexa ; & tunc Bar.& communiter doctores firmant,ꝙ debet appellare,& iam appellauit iste Guido ab huiusmo di laudo : ergo potuit appellare. & per consequens male fecit ille arbiter non ferre laudum etiam sup illa reconuentione,quinimo in proposito nostro dico & verè, quod istud laudum etiam ex hoc reddit ipso iure nullum:quia cum ex dispositione iuris sit pronuntiandum in eodem iudicio,& vna sententia, seu pluribus super conuentione,per iura superius allegata : & partes compromiserunt in istum arbitrũ cum hoc,ꝙ pronuntiet de iure tantum:sequitur, ꝙ tale laudum fuit ipso iure nullum tanquam latum contra formam mandati per doctrinam Bar. in d.§. stari.cum dictis superius allegatis;& ista limitata potestas arbitri in pronuntiando secundùm ius,annullat illud laudum ipso iure, & sic remanẽt modo declarata illa duo: videlicet, ꝙ laudũ istud est iniquũ, & est nulllum ipso iure. Præterea ostendo nullitatẽ ex alio, istud compromissum fuit cõceptum primo sub illa forma, ꝙ ipse arbiter haberet procedere de iure, & de facto, pronuntiare vero de iure tantum, postea in fine dicitur,ꝙ ipse adultus,qui compromisit cum auctoritate curatoris, & etiam aduersarius iurarunt non reclamare a laudo proferendo per illum arbitrum,etiã ratione damni modici, vel enormis vel enormissimi. quo casu dico tale cõpromissum nõ valuisse:& alle.in indiuiduo Ang.in l.Imperatores.ff.de pactis.vbi est gl.2. ꝙ administrator † ẽt transigendo nihil potest remittere gratis, & ponit exemplum in tutore & curatore,reipublicæ administratore,& in procuratore habente generale mandatum cum libera, vt est prelatus.Quod dictum an sit verum,ꝙ prælatus sit procurator cum libera,tangit glossa in ca.si priuatum.12.q.j. & doctores in c.1. de donat. Et subdit postea ibi Angelus, quòd propter hoc semper dixit,& etiam dicit, quòd nullus istorũ potest compromittere de iure & de facto in arbitratorem: licet eius arbitramentum sit quędam transactio: vt in authenti.si vero.C.de iudic. & in cõcordan.vnde sumitur, & isti administratores habẽt potentiam transigendi: vt in l.præses. C. de transactio, tamen

tamen nihil possunt transigendo gratis remittere. Ita determinat gloss. ibi, & in l. tutoris.eodem titulo,& in dicta l.præses. Sed compromittendo de facto in arbitratorem concedit sibi potestatem gratis auferendi de iure domini,aut pupilli, aut minoris, aut ecclesiæ,ergo non possunt. Limitat tamen Angelus istud dictum ibi, nisi tale compromissum fiat propter bonum pacis, & concordiæ, quod habere expedit pupillis, vel minoribus, aut ecclesiæ: quia forsitan contendit cum potentiori.& vtilius est per arbitratores fieri dictam remissionem gratuitam, quàm non fieri, & litigare: & ideo videmus, ꝙ ob hanc causam permissum est tutori facere pacem de morte patris ipsius pupilli: vt not.Guli.de Cu.in l.in personam.ff.de pactis.& Iacob.But.in l. tutoris. præalle. & pactum gratuitum curatoris cum tendat ad vtilitatem domini,est seruandum:vt no.glo. in dicta l.tutoris. Modo ista apponunt gladium ad hanc decisionem: quia cum iste curator habuerit potestatem iudicis decreto ad interponendum auctoritatem suam compromisso fiẽdo in arbitrum, qui habeat decidere de iure tantum,& in dicto cõpromisso fuerit dictum, ꝙ stetur dicto laudo arbitri, nec possit reclamari per ipsos compromittentes ratione damni etiam enormissimi, videtur, ꝙ multominus potuerit hoc fieri, quàm dare potestatem arbitrandi de iure, & de facto, & sic cõcurrunt duæ prohibitiones, videlicet superioris, qui voluit habilitare curatorem ad compromittendum de iure tãtum,& concurrit prohibitio iuris communis: non enim potest dari curator ad donandum immo est impossibile, vt dixit Bald.in l.j.C. si aduersus dona. & ideo tale compromissum ex hoc capite est nullum,& nullius effectus: & per consequens laudum ipsum super eo fundatum est etiam nullum: quia vires laudi originantur ex compromisso c.dum dilectus.de arbit.d.l.non distinguemus.§.de officio. eoque magis cum sit repugnantia in isto compromisso:ergo sequitur, ꝙ compromissum fuit nullum, & per consequens dictum laudum est nullius momenti.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iu.

EPITOME.

¶Testator non potest liberare tutorem a reddẽda ratione administrationis eorũ, quæ dolosè gessit,siue in futurum geret.

SVMMARIVM.

Intellectus gloss.in l.imperatores.ff.de in diem adiectio. numero 1.

Dolus siue præteritus siue futurus an possit remitti, numero 3, 7.& 8.

Confectio inuentarij non potest remitti tutori ab ipso testatore. numero 9.

Dolus quid.numero 10.

Verbum, voluerit, & verbum placuerit, quid importent.nu.12.

CONSILIVM IIII.

Illud In medium adducã, qđ glorioso Paulo Apostolo bellissimè venit in mẽtem primo ad Corinthios. Oĩs sapientia nobis a Deo, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Ideo optimũ & clemẽtissimũ Deum huic cœpto inuoco: vt sua solita liberalitate labia mea aperiat ad huius cõsultationis veritatem inuestigandã, amen. ¶Visis & maturissima animaduersione pensatis huius rei serie, & cõsilijs redditis per hos insignes iuris interpretes, duo mihi videntur digna auditu & inuestigatione ꝓ clarissima huius hæsitationis decisione. Primum est, vtrum iste Adam testator in suo testamento potuerit liberare illum Barnabonem a reddenda ratione administrationis in eo, ꝙ dolosè gesserit & administrauerit tam in pterito, q̃ in futuro. Secundum est, vtrum verba prolata per ipsum testatorem importent istum effectũ, ꝙ dato ꝙ potuerit liberare a reddenda ratione administrationis tam de his, quæ dolosè gessit in præterito, quàm de gerendis, vtrum verba illa prolata in dicto testamento per ipsum testatorem importent istum effectum: videlicet ꝙ liberauerit ipsum ab his, quæ dolosè gessit, & gesturus in futuro erat. Et quia, vt inquit ille philosophorum antistes Aristoteles: sermones nostri veriores esse videntur si ad particularia descendamus. Ideo pono † & deduco primam dubitationem ad indiuiduum. Et quidem textus in l.cum necessitatem reddendæ rationis defunctus remittendam esse tibi petierit, manifesti iuris est defuncti voluntatem immutatam esse debere. C. de fideicommissis vbi textus positus est in titulo de fideicommissis,& sic loquitur in casu vltimæ voluntatis: quia a situatione rubricæ validum est argumentum. vt dixit glossa in capitulo, tibi qui. de rescriptis. libro 1. facit l. imperatores. ff. de in diem addictio. vbi tutor liberandus non tenetur reddere rationem,& ibi glossa dicit tutori, vel curatori, vel cuilibet administratori, & sic comprehendit negotiorum gestorem, & subdit ibi glossa, tutelæ præteritę non futuræ,& extendit illum textum ad alios administratores. Modò certi iuris est, quòd ratio reddendæ administrationis futuræ potest prohiberi per testatorem: vt est textus in l.quidam decedens.ff. de administratione tutorum. & probat etiam textus in dicta l.cum necessitatem. Sed gloss. illa dicit, quòd potest prohiberi ratio reddendæ administrationis præteritæ,& non futuræ: ergo sequitur, quòd intellexit de administratione dolosè gesta: quasi velit, quòd prohiberi potest per testatorẽ ratio reddendæ administrationis dolosè gestæ: non autem gerendæ: & iste videtur verus intellectus istius glossę. Et si aliter diceremus, sequeretur, quòd glossa illa dixerit contra casum legis; quòd non est dicendum. fuit † enim glossa vberrimus iuris fons: vt Baldi vtar verbis in capitulo, primo. de constitutionibus. sequitur ergo, quòd sicut in contractu potest dolus remitti tacitè, ita potest etiam in vltima voluntate. & hoc formaliter tenuit etiam Gulielmus de Cu.in l.si vnus.§.illud.ff.de pactis. in primis suis verbis. ¶ Et si quispiam respondeat ad hoc, quòd Gulielmus ibi ponit exemplum istud: testator in suo testamento grauauit hæredem, vt non agat actione depositi cum depositario, dicit ibi Gulielmus, quòd videtur remitti dolus ex eo: quia tale legatum nihil potest operari: ideo vt aliquid operetur, oportet, vt dicamus, quòd testator videtur remittere dolum, argumento capitulo. si Papa.de priuilegijs, libro 6. & l. si quando, de legatis primo, & ita formaliter loquitur ibi Gulielmus, secus quando tale legatum posset aliud operari: quia tunc nõ videtur remitti dolus, & ita formaliter dixit Angelus.in dicto §.illud.qui dixit, quòd vbi tale legatum non potest operari nisi remissionem doli, aut latæ culpæ, tunc totum id erit in vltima volũtate, quod est in contractu. & etiam idem sentit Bartolus in dicta l. Aurelio.§. Caius.ff.de libe.lega.secus vbi veniret dolus, lata culpa, leuis, & leuissima in tali legato: quia tunc venit illa culpa leuis, & leuissima, & non dolus, aut lata culpa; allegat Guliel. ibi in dicto §.Caius.& l.si seruus vetitus.de lega.primo. cum simili. quia ad hoc respondebit aduersarius, amice, verba testatoris excludũt dolum & culpam leuem, & leuissimam. Et assumo fundamentum inconuincibile

uincibile ex prædictis, videlicet, ꝙ testator potest remittere dolum præteritum: sed in casu nostro remisit dolum præteritum: vt apparet ex suis verbis: dixit enim, ꝙ dictus Barnabo non possit, nec debeat apponi ad rationem quouis modo aliqua ratione, vel causa talia verba copulant maiora expressis: vt est glossa, quæ reputatur singularis in clemen. prima, de re iudica. per Ioannem de Imola ibi ego allego textum cum glossa in clementi. ne Romani. de elec. vnde illa verba sunt prægnantia, & pinguia, & videntur importare omnem modum, per quem posset poni ad rationem. facit glossa singularis, in clementina prima, in verbo quibuscunque. vbi per illa verba comprehenditur non solùm persona ecclesiastica, sed etiam laica. & Angelus in l. quòd si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edict. dicit, quòd si quis dicat, promitto Titium pronuntiare toties, quoties, & quandocunque ei mandatum fuerit: quòd intelligitur etiam post sententiam. & ita limitatur. l. grecè. §. post litem. ff. de fideiussoribus. & ideo gloss. optima. in l. prima. versicu. quacunque causa. C. de seruis fugitiuis, exponit illa verba. s. iniusta. Ideo in casu nostro cum dicit, quòd non possit poni ad rationem ex aliqua causa, vel ratione, etiam comprehendit causam iniustam. & sic cum testator possit remittere dolum præteritum, ergo per illa verba videtur remisisse: quia aliter illa verba nihil operarentur, quod esse non debet: vt dicta l. si quando. licet ergo glossa in l. actione. C. de transactionibus. quam Bald. reputat singularem, in dicta lege, cum necessitatē. sit similis in dicto §. illud. & facit glossa in dicto §. Caius. & in l. sub prętextu. C. de transactionib. & in l. quidam decedens. præallega. & in l. Pomponius. ff. de nego. gestis. & insti. de lega. §. antepenult. quæ faciunt differentiam inter vltimam voluntatem & cōtractum, quando relaxatur ratio administrationis reddendæ, & illa sit opinio cōmunis: nihilominus illud est verum in dubio: sed vbi verba defuncti possunt adaptari ad dolosè gesta, adaptabitur dispositio. l. prima. §. loquitur. ff. de magi. conuenien. ¶ Et si dicatur, quòd Bartolus in dicto §. Caius. assignat rationem: quia quando testator liberat, non videtur de dolo, aut reliquisse, aut sensisse, aut cogitasse, quasi mortis cogitatione turbatus. l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testamen. facere possunt. ita dicamus in casu nostro, quòd ille Adam cogitatione mortis turbatus ita in suo testamento disposuit, qui incontinēti mortuus est, ideo non videtur cōgitasse de dolosè gestis per ipsum Barnabonem. Ad hoc respondeo, quòd ista ratio Bartoli non est generalis, & sic non est bona: quia hæc cogitatio non est omni tempore, sed tempore ęgritudinis: ideo non est bona. & eam reprehendit Angelus consulendo in consilio suo incipiente, in Dei nomine. sub hoc puncto nulla est dubitatio. & in ordine est. 182. vbi concludit, liberationem testatoris porrigi ad dolosè gesta, & reliqua. Cum ergo in casu nostro testator dixerit, absoluto & libero a reddenda ratione & consignatione relinquorum. ergo sequitur, quòd videtur absoluisse a dolosè gestis, & ista pungunt & stringunt in fauorem illius Barnabonis, vt videat̄ absolutus a dolosè gestis tēpore illius te-
3 statoris. Quod † autem etiam comprehendat gerenda dolosè, & non teneatur reddere rationem de gerendis dolosè, ostendo viua ratione, assumendo fundamentum Bartol. in dicto §. Caius. vbi dixit, quòd si testator liberat a reddenda ratione administrationis, non comprehenduntur dolosè gesta, nec si ab hærede legat liberationem: sed si damnat hæredem ad soluendum de gestis, aut gerendis per administratorem: tunc veniunt gesta & gerenda dolosè, p text. in l. si quis rationes. ff. de libe. lega. & licet Barto. ibi expressè non dicat de gerendis: tñ hoc voluit Dynus, cuius doctrinam refert Salice. in dicta l. cum necessitatem. vbi dicit Dynus consuluisse per illam. l. si quis rationes. & per indirectum etiam, quòd in tutela futura potest grauare hæredem, vt liberet administratorem ab omni eo, quod apparuerit ex ipsa administratione obligatus. & mouetur Bartolus multum subtiliter. quare est, inquit, quòd cū testator liberat, vel legat liberationem, non comprehenduntur dolosè gesta, & quando mandat hæredi, ꝙ liberet, comprehenduntur dolosè gesta: Respondet, primo casu est actus vltimæ voluntatis, qui non comprehendit gesta dolosè. Secundo casu dicit, ꝙ cōprehendit: qa non est actus vltimæ volūtatis. Stat ergo conclusio, ꝙ potest testator per viam indirectam, vt voluit Dynus, legare liberationem administrationis futuræ dolosè gerendæ. & hoc potest facere, si mandat hæredi, ꝙ liberet. Sed arguo nunc hoc modo ex fundamento ipsius Bartolus vbicunq; mādat testator hæredi, quòd absoluat a reddenda ratione administrationis, & hęres absoluit, ille dicitur actus vltimæ voluntatis, & non dicitur actus inter viuos: imo reputatur actus ipsius defuncti, & per cōsequens actus vltimæ voluntatis. hoc voluit Dynus per text. ad hoc notabilem in l. vxorem. §. agri plagā. ff. de lega. tertio. & facit ad hoc. l. si hæres. ff. de actionibus empti. & Baldus ibi, inducit principium illius. l. ad quæstionem statuti disponentis, quòd nulla actio cedi possit forensibus, & aliquis est damnatus ex testamento cedere alicui forensi, & cedit, quòd non incidit in pęnam: quia illud non facit iure contractus, sed vltimæ voluntatis. sed facit, quod notat idem Baldus in dicta l. prima. C. communia de lega. & in l. in æstimationibus. ff. de petitio. hæreditatis. & Angelus in l. prima. C. communia de lega. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligationibus. & in dicta l. in æstimationibus. & Ioannes Andreæ in addi. Specula. in titul. de rerum permutatione, in Rubrica. vbi refert disputationem Iacobi Butrigarij & Oldradi. Et etiam facit, quòd non faciat iure
4 contractus inter viuos; quia contractus † non potest admisceri in vltima voluntate. l. hæredes palam. §. final. ff. de testamen. Ex quo nunc subtiliter infero, quòd aut Bartolus pessimè loquitur, aut testator potest in testamento remittere dolum futurum per viā indirectam; ergo potuit iste Adam remittere dolū futurum, ita velatè & indirectè liberando, & absoluendo ab actu gesto & gerēdo. Et potest etiam subtiliter adduci solenne dictum Baldi in capitulo primo, in titul. de feud. guardiæ. vbi quærit, an valeat pactum de non reuocando donationem, aut feudum propter ingratitudinem, & decidit, quòd aut illa ingratitudo resultat ex contractu, & potest: aut ex delicto, & non potest. Ita dicamus in casu nostro: quia ista mala administratio resultat potius ex contractu, quàm ex delicto: ergo sequitur, quòd potuit liberari tam a dolosè gestis, quàm gerendis ille Barnabo. Et etiam facit, ad hoc ratio inconuincibilis hoc modo: potuit liberari a dolosè gestis: vt est superius ostensum, ergo & a gerendis, si erant connexa iam gestis: quia censentur eiusdem rationis cum ipsis gestis; text. est in l. eum actum. ff. de nego. gest. & glossa ordinaria & solennis in capitu. accusatus, de hæreticis, lib. 6. & in indiuiduo ponit ista quęstionem Angelus in supra allegato consilio. vbi quidam Tudertinus reliquit tutores filiorum, liberans eos, & absoluens a ratione reddenda, & mandans suis hæredibus, ꝙ si contingat tutores condemnari ratione tutelæ administratæ, ꝙ gratis eis restituant, mō occasione doli, vel culpæ condemnentur, & ra-

tione reliquorum, an dicti hæredes teneantur gratis remittere ipsis tutoribus condemnationem. & consuluit ibi quòd sic. & allegat Rayn. de Forliuio ita tenentem per dicta l. si quis rationes. Dicit tamen, quòd questio est dubitabilis valde, quia illam l. gloss. ibi videtur intelligere in liberatione relicta a præterita administratione, & sic consuluit Angelus, quòd potuit ille Adam testator remittere dolum gerēdorum per istum Barnabonem velatè. Facit simile, quod dixit Bald. & est nouum dictum in capite primo, de iureiurando. vbi dixit, quòd si quis iurat soluere vsuras, & hoc exprimit in iuramento, ꝙ tale iuramentum est nullum ipso iure, sed si velatè iurauit exprimendo vsuras indirectè, & velatè, puta soluere meritum &c. tunc tale iuramē tum obligat, iuxta doctrinam. c. debitores. de iureiurando. & est mirabilis limitatio, nec tacta, nec dicta per alium ad capit. debitores. quia expressa nocent, vt ibi per eum. ita dicamus in casu nostro: qa testator velatè potest remittere dolum futurum, licet non expressè, sed in casu nostro verba ipsius testatoris hoc important: dixit enim, ꝙ non possit poni ad rationem quouis modo, aut reliqua ratione illius causæ pro capitali ipsius testatoris vel lucris inde perceptis, aut percipiendis per ipsum Barnabonem plus, vel aliter, quàm ipse Barnabo voluerit, & sibi placuerit, quo casu verbum voluerit importat voluntatem non regulatam a iure. Et subdit, quòd in administrandis habeat liberam voluntatē cū absoluta potestate: nā certissimi iuris est, quòd textus in lege 3. §. primo, in versiculo quoniā hæc res libera, & absoluta est, vbi ponitur textus melior de corpore iuris, non curo allegare vulgaria de hoc verbo voluntas, quem textum ad hoc ponderauit Baldus in consilio suo incipiente, pro parte negatiua. quem dicit non allegari per alium, vbi voluntas est libera & absoluta. Et etiam facit capitulo sancimus. 43. distinctio. & capitu. qui emē dat. 46. distinctione, capitulo nulli. 38. distinctio. capitulo relatum. 37. distinctione, capitul. nicena. 31. distinctio. capitulo de eulogij. 18. distinctione, ideo dixit glossa singularis in capitulo iudicet. 3. quæstione septima, quòd iudex debet iudicare secundùm opinionem, & non secundum suam voluntatem.
5 & facit, quòd vbicunque † verbum de sui natura importat arbitrium boni viri, per adiectionem verbi liberam, mutat & alterat propriam naturam, & importat liberam, voluntatem. textus est in l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de legatis 3. Licet ergo in casu isto apponatur verbum placebit, quod de sui natura importat arbitrium boni viri: vt notat Bart. in l. si sic. de legatis primo. & in extrauaganti, ad reprimendum. in versi. videbitur. tamen propter adiunctionem verbi voluerit alterabitur eius propria natura, & importabit liberum arbitrium. Primo in dicto testamento dicitur, debere credi libris societatis prædictæ scriptis, & scribendis per dictum Barnabonem, & stari debere simplici verbo, dicto, & assertioni dicti Barnabonis sine quantitate capitalis & cætera quę verba rectè intellecta habent istud significatum, videlicet, quòd si dictus Barnabo scripsit libros, stetur libris, si non scripserit, stetur dicto, & verbo simplici sua, quæ verba alterant naturam illius verbi, dicto. & intelliguntur, id est voluntati eius. & ideo Bartol. in l. Theopompus. ff. de dote præle. exponit illud verbum dicto, id est voluntati alicuius. & sic non apponitur aliquod verbum, quod stet pro arbitrio boni viri in dicto testamento: sed omnia tendunt ad liberam voluntatem. Et
6 etiam est animaduertendum: quia† vbicunque partes approbant vnum testem in duobus, videlicet in persona, & in dicto: tunc facit plenam probationē, nec potest probari contrarium, ex quo approbata est persona & dictum eius. Ita dixit Bald. in l. in bonæfidei. C. de iureiurando. facit, quod nota. in l. si quis testibus. C. de test. Modo in præfatione istius testamenti ille Adam approbat mirum in modum personam illius Barnabonis per experientiam, quę est rerum magistra; capitu. cupientes. in principio. de electio. lib. 6. & approbauit eum in dicto, nescio videre quomodo poterit contrarium probari. & sic videtur, ꝙ nō poterit probari dolus, aut culpa istius Barnabo. Et illa erant, quę iudicio meo possunt fundare partem illius Barnab. ad victoriam adipiscendam: & istis sublatis apparebit indubitata veritas huius consultationis. ¶ Et licet superiora dicta sint
7 colorata, & † apparentia, satis tamen casum nostrū non attingunt. ideo aduersa sententia mihi videtur verior, quam ostendo clarissimorum virorum auctoritate, iuribus, & rationibus validissimis. Et primo in terminis & indiuiduo allego Do. Petrum de Anchara. in consilijs suis, consil. in ordine 107. incipiente. in Christi nomine, casus talis est. Pater habens quinque filios &c. vbi quosdam in testamento suo dedit tutores filijs, & quemlibet eorum absoluit, & liberauit, & quemlibet eorum exemit a confectione inuentarij, & administrationis suæ ratione reddenda, volens & omnino vetans ipsum & quēlibet eorū pro prædictis iurm aliquod præstare, & inuentarium conficere de hæreditate, & bonis ipsius testatoris. Item rōnem aliquā administrationis dictorū bonorum, & dictæ tutelæ aliquo tēpore assignare, vel exhibere ipsi nepoti, vel alicuius nomine & occasione, a quibus omnibus & singulis, & omni lege tutelæ ipsos tutores, & quēlibet eorū, & cuiuslibet eorū hęredes & bona ipse testator liberauit, & penitus absoluit, & analogistas esse voluit, & eorū approbauit fidē: dānas ex nūc dictus testator dictū nepotē, ne aliqd ab ipsis tutoribus, vel ab aliquo eorū prædictis de causis mō aliquo suas exerceat actiones: & si dicti tutores, vel aliqs eorum prædictorū occasione, vel alicuius eorū, siue etiam occasione dictæ tutelæ & administrationis antedictæ, & bonorū dictæ hęreditatis, bene, vel malè gestæ, omissæ, & neglectæ, siue dolo, siue culpa, vel negligentia in aliquo teneretur, vel damnaretur, reliquit eidem ipse testator illud totum, vel tātundem de suo ipsis tutoribus iure legitimæ, vel institutionis, mandans dictus testator dictum eius nepotem stare, & habitare debere communiter cum dictis suis tutoribus, seu aliquo eorum, & quòd ad dominium suorum bonorum non perueniat per se, vel alium dicto nomine, donec erit ætatis annorum 25. Fuit dubitatum, an finita tutela potuerit dictus nepos petere rationem administrationis, & reliqua bona sibi reddi, & arguit ibi domi. Pet. primo quod non, per illa verba ita prægnantia expressa ab illo testatore, & postea concludit cōtrarium, & dictam absolutionem & liberationem factam dictis tutoribus nec extendendam ad ea, quæ dolo gesserunt, vel ad reliqua, quæ sunt penes illos tutores. & dicit esse casum ad literam in l. non solum. §. finali. & l. si quamuis rationes, in principio, ff. de lib. lega. & textus in dicta l. quidam decedens. & alleg. gloss. in dicta l. cum necessitatem. Nec obstant iura, quæ in contrarium allegantur: qa debent intelligi de scrupulosa redditione rationis non exigenda. Nec obstat legatum eius, in quo ipsi tutores damnarētur: qa tale legatum respectu administrationis futuræ dolosæ, vel respectu reliquorum, nihil operatur: tum quia non præsumitur de mēte testatoris: tum quia præstitisset causam maleficij, quod testator

non

non potuisset facere: qa contra ius publicum: vt l. quidam decedens. ff. de legatis 3. nec fideicommissum respectu reliquorum in administratione futura operatur. Nec obstant iura, quæ videntur velle, ꝙ fideicommissum reliquorum possit relinqui tutori: quia debent intelligi de reliquis administrationis præteritæ, & non futuræ, alleg. Bartol. in dicta l. quidam decedens. & in dicta l. si quis rationes. & docto. in dicta l. cum necessitatem. Ex quibus concludit, ꝙ dictus nepos petere possit administrationem integram administratorum post tempus finitæ tutelæ administratæ per dictos tutores respectu doli, & reliquorum. & ita residet ibi dominus Petrus, & sic punctualiter domi. Petr. decidit istam cōsultationem: nam in casu illo approbauit personā, & fidem tutorem ille testator, & absoluit eos a ratione reddenda: & legauit eis illud, in quo damnarentur, aut dolo, aut negligentia administratorum: & non videtur eos absoluisse de administratis dolosè. & sic sopita est ista quæstio. Secundo si contrarium diceremus, sequeretur, ꝙ hodie frequēter haberetur in vsu in graue præiudicium pupillorum: quia semper tutores procurarent tutelas cum illis clausulis, contra textum ad literam in dicta l. quidam decedens. in ver. nec eo nomine. & cōtra glossas superius allegatas. Vnde obseruandæ memoriæ domi. Bartholomeus de Salic. cum habuisset istam
8 quæstionem in facto consuluit, ꝙ † nec per viam directam, nec per viam indirectam poterat testator relinquere tutelam alicui, & absoluere illum a dolosè gerendis, & motus est istis rationibus. Primò, ne videatur remissum id, propter quod inuitetur tutor ad delinquendum: vt l. conuenire. ff. de pac. dota. cum sim. li. Secundò, ne fructum suæ malitiæ cōsequatur: vt l. penultima. C. de lega. Tertiò: quia non meretur, qui dolum & fraudem committit. l. si legatarius. ff. de dolo. ergo legatum ipsum nō debet habere, cum fiat ob meritum. l. nec adiecit. ff. pro socio. l. Lucius. §. Lucius Daman. ff. de legatis 2. Quartò cum sit futurus debitor heredis, non debet defunctus eum posse liberare, sicut nec remittere satisdationem de vtendo arbitrio boni viri: vt l. scire. C. vt in possessio. lega. Quintò: quia relictum quasi videtur in pœnam non patientis se fraudari: igitur non debet valere: vt l. prima. C. de his quæ pœnæ nomine. Et ex istis dicit apparere responsum ad legem, si quis rationes. in contrarium allegatam: quia ille textus loquitur in debito psi defuncto ex administratione præterita: vt patet ex principio illius legis, & ita intellexit glossa illum textum in l. Aurelio. §. Caius. ff. de libe. lega. Et si dicatur, quid ergo verba testatoris operantur. Respondet ibi Salicetus quòd sola scrupulosa inquisitio dicatur ei remissa: vt vult glossa in dicta l. si quis decedens. & hæc dicit esse notanda quia quotidiana, & per ea pupillis succurritur contra fraudes tutoris, & ita residet Salicetus in illo consilio. & hæc posuit idem Salicetus in dicta l. cum necessitatem. & sic consuluit Salicet. sequendo opinionem Petri, posito quòd testator absoluisset tutores a tutelæ ratione reddēda. & grauasset hæredes dare tutoribus id, in quo fuissent condemnati per tutelam malè gestam: nihilominus non videtur remisisse dolum, nec potuisset remittere dolum. Quanto ergo magis in casu nostro non videtur remisisse dolum, cū solùm absoluerit, & nolle voluerit poni ad rationem illum Barnabonem, nec grauauit filium suū dare illi Barnaboni, in quo gessisset capitale & lucra merzariæ. Facit etiam ad hoc, quod voluit Angelus in suo consilio 141. incipiente in Dei nomine amen. ad primum dico. vbi accidit secundum eum in facto. Testator voluit, quòd vxor sua administraret omnia bona ipsius testatoris eo mortuo, & de fructibus & redditibus percipiendis ex bonis ipsius testatoris non teneretur dicta vxor reddere rationem: sed stari voluit conscientiæ ipsius vxoris vsque ad pubertatem filij instituti: fuit dubium, an teneretur reddere rationem administrationis, & an testator potuerit remittere confectionem inuentarij: & arguit pro & cōtra. & finaliter dicit veritatem esse, quòd teneatur reddere rationem doli, fraudis, & latæ culpæ, non leuis, & hoc dicit, quòd importat prohibitio rationis: vt scrupulosa inquisitio non fiat, alleg. d. l. si seruus vetitus. de legatis primo. & l. cum tale. §. primo. ff. de conditioni. & demonstrationibus. & l. Pomponius. ff. de negotijs gestis. & ea quæ ex fructibus & bonis mobilibus apud eam remanserunt, tenetur restituere, alle. d. l. quidam decedens. & d. l. Aurelio. §. Caius. Et subdit Angelus, quòd qui vult administratorem de eo quod in futurum administrauerit liberare: & vt ad redditus reliquorum non teneatur in effectu, grauare debet hæredem de restituendo administratori id, quod ab eo exegerit: vt in d. l. si quis rationes. in secundo responso, & ꝙ doli, vel fraudis futuræ, vel futuri intelligatur facta remissio, quæ fieri nō pt: vt d. l. si vnus. §. illud. de pactis, sed si ei, q ab administratione cessauit liberatio est relictā, non porrigitur ad ea, quæ dolo gessit, & quæ apud se remanserūt: vt l. nō solū. §. hęres. ff. de libe. leg. maximè autem hoc ita dicendum est: quia testator hoc conscientiæ remiserit, q̄ regulatur secundùm arbitrium boni viri, non autem ex absoluta. l. prima. ff. de legatis 2. & in clemētina exiui. de verborum significatione, vbi Papa cōsciētias fratrum onerat, propter quod ad relictum, & bonam conscientiam fit relatio, & non ad absolutam dolo, vel fraude, aut machinatione vel dicendum inquit & melius, ꝙ relinquitur ei, qui in præteritum administrauit, & qui teneatur reddere rationem administrationis, & tūc aut relinquitur patri iure relicta liberatio a toto: vt in l. Aurelius. §. Titius. ff. de libe. lega. aut extraneo? & tunc aut testator liberat per seipsum: vt quia liberationem administrationis reliquit, & non videtur remissus dolus, nec liberatio a reliquorum præstatione videtur relicta, alleg. d. §. Caius. aut non liberat per seipsum, sed grauat hæredem, vt liberet, & tunc a dolo, & a reliquis liberasse videtur. & sic intelligitur d. l. si quis rationes. & ratio est secundum eum: quia cum hæres liberat, est actus inter viuos, qui in dubio refertur ad dolum, si liberans hoc sciuit, vt not. gloss. in dicta l. Pomponius. secus vbi hoc ignorauit, & ex dolo liberato aliquid adest, vt l. Lucius. & l. tres fratres. ff. de pac. Si vero nō grauauit hæredem, vt cum liberet, sed solum vt non agat, tunc hoc legatum non est ita plenum, ideo non videtur legata liberatio a dolo, & fraude, vt d. l. non solum. §. si hæres. & ideo in quæstione sibi proposita, qa administrationis reddendæ rationis facta est prohibitio, & vxoris conscientia onerata. dicit solā scrupulosam inquisitionem fore remissam, non doli, nō fraudis, nō latæ culpæ, quæ similis dolo est, vt l. qđ Nerua. ff. deposi. nec restitutio reliquorum, & quia rationē reddere oportet, & inuentarium caput est oīum rōnum, vt l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tu. ad inuentarij confectionem vrgeri poterit actore pupilli vrgente, seu petente, nam & administratores simplices tale inuentariū facere compellūtur. l. nulli. C. de epis. & cleri. ¶ De alio dubio, an possit. remitti cōfectio inuentarij, dicit, quòd potest. tex. in l. fina. C. arbi. tu te. si tamen tutor suspectus est, & aliqua iusta causa a testatore in persona tutoris formata ignora-

ta moueat iudicem ad compellendum inuẽtarium facere, receditur a voluntate testatoris, & vtilitatẽ populi iudex prosequetur: vt l. vtilitatem. & l. in confirmando. ff. de confirma. tut. & d. l. quidam decedens. §. Pomponius scribit. & hoc tenuit etiam Martinus Silima. & residet Angelus in dicto consilio suo, & licet Angelus in dicto consilio discrepet a domino Petro, & domino Salicet. in hoc: quia voluit, quòd quando testator grauat hæredem, vt liberet administratorem, istud non facit ad casum nostrum, & etiam Dyn. & alij, qui hoc tenuerunt, aliter sunt loquuti: videlicet, ꝙ testator legat administratori illud, in quo condemnabitur ratione administrationis. ita formaliter dicit Dy. & sequentes eum: sed Ang. non sic loquitur, & sic non bene, nec nunc istud examino: quia non expedit in præsenti consultatione ex eo: quia testator non grauauit, vt liberet illum Barnabonem, nec legauit sibi liberationem, & id in quo condẽnabitur rõne administrationis dolosè gestæ: nec etiam si ita legasset, valuisset tale legatum: vt consuluit Sal. & D. Pe. & etiam quia Ang. loquitur eo casu, quo testator sciuit illũ dolosè administrasse: secus vbi hoc ignorauit. loquitur etiã Ange. eo casu, quo testator mandauit hæredi, vt nõ agat, nec ponat ad rationẽ: sed stet consciẽtiæ administratoris. & iste est formaliter casus noster. hic testator non liberauit, sed grauauit hæredẽ, vt non ponat illum Barnabonem ad rationem, sed stet simplici verbo, & dicto suo: nec teneatur conficere inuentarium. & ita est formaliter in casu nr̃o. & Ang. consuluit, ꝙ non videtur plenum legatum, nec videtur relicta liberatio a dolo, aut lata culpa. quinimo potest vrgeri ad inuentarij cõfectionem: nec stabitur suæ conscientiæ in his, quæ dolosè administrauit, aut culpabiliter. & sic in terminis & in indiuiduo Angelus decidit præsentem consultationem contra illum Barnabonem. Cum ergo in proposito nostro testator prohibuerit illum Barnabonem poni ad rationem, & voluit stari simplici verbo, & dicto, & grauauit hæredem, ne inquietet dictum Barnabonem: sed stare debeat † simplici verbo illius liberans eum a reddenda ratione administrationis futuræ: sequitur, ꝙ non liberauit eum a dolosè, vel culpabiliter gestis, vel gerendis, nec stabitur dicto suo, sed arbitrio boni viri: vt est ponderandum, quia Angelus loquitur, quando testator voluit stari conscientiæ administratoris quo casu est maius dubium, per glossam in capitu. statutum. §. assessorem de rescriptis. libro sexto. & tamen non statur, si dolosè gesserit. facit gloss. in clementi. j. de iure patrona. Ergo multofortius quando voluit stari dicto, & verbo illius Barnabonis. & sic Angelus ibi apponit gladium huic certamini contra illum Barnabonem. Facit etiam, quod voluit Angelus in consilio suo 172. vbi consuluit. Testator reliquit Titium tutorem filij sui, & sic remisit confectionem inuentarij: & in eo, in quo contingit ipsum tutorem condemnari, ipsum ex nunc absoluit. & incipit illud consilium, in Dei nomine amen. circa primum punctum videtur de iure dicendum, quòd tale legatum se non extendit ad condemnationem, quæ fieret ratione doli, vel reliquorum: quia aut dicimus tale legatum liberationis esse ab administratione futura, & non porrigitur ad administrationẽ, quæ dolo fit: nec ad restitutionem reliquorum, alle. tex. in d. l. quidam decedens. Aut dicimus liberationẽ relinqui ab administratione iam facta: cõsiderato ꝙ post condemnationẽ legatur id, quod in cõdemnationẽ deducitur, & similiter ad dictos duos casus doli, & latæ culpæ nõ porrigitur, ex quo testator simpliciter liberationem reliquit, alleg. d. §. Caius. ideo põt reliqua vendicari: quia non extẽditur ad dolosè gesta, & ad reliqua, quæ possunt reuendicari. l. Aurelius. §. Mæuia. ff. de lib. le. l. creditor. §. Titia. eo. ti. secus dicit, si specifice grauaret hæredem: vt liberaret eum ab eo, quod in cõdemnatione deduceretur. & sic dicit, debere intelligi notabilem. l. si quis rõnes. & illi consilio se subscripserũt illustres doctores, vt apparet in suis subscriptionibus, Ioã. de Ligna. Petrus de Perusio. frater D. Bald. Franciscus de Albergotis. Et sic formaliter ibi Angelus determinat istam quæstionem, ꝙ licet iste testator liberauerit ab administratione præterita, & futura illum Barnabonem, non tamen eum liberauit a dolosè, & culpabiliter gestis, & gerendis, & ad restitutionẽ reliquorum. Facit quod voluit etiam idem An. cõsilio 173. incipiente in Dei nomine amen, viso dicto statuto &c. vbi refert se aliàs fuisse consultum. & cõsuluisse extensè. ꝙ tale legatum rationis non reddẽdæ de administratione, non porrigitur ad peruenta ad manus tutoris: nec ad dolo facta. & in finalibus verbis illius consilij dicit, ꝙ si quid ad eius manus peruenit, & non restituit, non restituendo versatur in dolo, maxime cum negat ad suas manus peruenisse, alle. l. qui restituere. ff. de rei ven. cõiuncta. l. fi. eod. tit. & not. in auth. de trien. & semis. §. ꝙ sæpe. & auth. contra qui propriam. C. de non numerata pecunia. & in l. j. C. de in litem iurando. vbi cõtra non exhibẽtem, quod est minus, quàm restituere nolle iuratur in litem, & sic in dolo versatur. & cõcludit, quòd tenetur reddere rationem villicationis non obstante testamento defuncti. & sic An. concludit in indiuiduo contra illum Brnabonem. Et erit sing. ponderandum dictum eius, in quantũ voluit, ꝙ si quid ad manus suas peruenit, & non restituit, non restituendo dicitur versari in dolo, quia eo ipso ꝙ iste minor, aut pupillus, seu maior probabit, ꝙ plus de capitali, aut de lucris peruenit ad manus illius Barnabonis, & interpellatus & requisitus ex parte ipsius minoris, vt restituat, & ipse non vult restituere, vel negat apud se illud habere, ꝙ dicitur versatus, & versari in dolo, ideo erit optima practica libellare, ꝙ plus de capitali, & plus de lucris peruenit ad ipsum Barnabonem, quàm ipse ostendit patri ipsius minoris, aut ipsi minori, & quòd requisitus & interpellatus vt restituat, non vult restituere, vel negat se habere illud tale, ꝙ eo ipso dicitur versari in dolo, per d. l. qui restituere. & d. l. fin. & d. §. quod sæpe. & d. auth. contra qui propriam, quod in hac consultatione est dictum, & auditu dignũ, & in practica optimum. Facit etiam, quod voluit idẽ Ange. consilio 182. vbi secundùm eum testator liberauit & absoluit a ratione administrationis reddenda tutores, mandans suis hæredibus, quod si occasione rationis reddẽdę dictos tutores, aut aliquem eorũ contigerit cõdemnari, dicti hæredes debeant gratis restituere illi tutores occasione doli, vel culpæ. aut ratione aliquorum reliquorum, condemnati sunt, an hæredes dicti defuncti teneantur gratis restituere illis tutoribus id, in quo sunt condemnati. & cõsuluit ibi Angel. quòd quatenus sint condemnati ratione doli, vel propter reliqua restituenda, non videtur votum testatoris in hoc obseruãdum, quasi præstet materiam & iura fraudandi, & delinquendi. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. & §. illud nulla. ff. de pac. & hoc dicit asserere quosdam, vt refert Iacob. de Aret. ipse not. ibi & dicit veritatem esse, ꝙ si relinquitur patri, est plena liberatio. vt iam superius est dictum, quia propter naturalẽ affectionem omnia videntur esse concessa, vbi aliud testatorem sensisse probetur, vt d. §. Titius testamento. Sed si relinquat extraneo, tunc non videntur remissa ea,

quæ

quæ sunt apud ipsum legitimum, ita quòd possunt ab eo tanquam a possessore simplici vendicare: vt d. l. Aurelius. §. Mequia. subdit Bartolus dixisse, quòd si testator liberat per se ipsum administratorem, ꝙ illa liberatio non porrigitur ad obligationes cōtractas dolo, & occasione reliquorum. Idem dixit, si grauasset hæredem non agere, & ista omnia punctualiter decidunt casum nostrum: quia testator liberauit istum Barnabonem, & voluit, ꝙ hæres staret simplici verbo illius Barnabonis & sic talis liberatio nō comprehendit reliqua restituenda: nec quæ dolo aut culpabiliter gessit, aut gesturus erat. Et licet Angelus in dicto consilio mordeat rationem Bartoli, quam ipse assignauit in d. §. Caius. in quantum ibi Bartolus tradidit rationem, quare quando testator mandat hæredi. ꝙ liberet administratorem, ꝙ comprehendit dolo gesta: quia est actus inter viuos: qa istud non facit ad propositum consultationis nostræ: quia testator ipse absoluit, non autem mandauit in testamento, ꝙ hæres illum administratorem absolueret, & liberaret. & sic non loquitur in casu nostro, dum Angelus ibi mordet rationes Bartoli. Quinimo dicit Angelus in dicto consilio, ꝙ eo casu quo testator legat administratori ab hærede id, in quo fuerit condemnatus ratione administrationis dolosè gestæ, procedit, quando dolus erat manifestus ipsi testatori: quia tunc bene videtur relinquere ei illum dolum præteritum: sed si erat testatori incognitus & occultus: tunc non comprehendit dolosè gesta, alleg. d. l. Lucius. de libe. le. & dictam l. tres fratres. & dicit se loqui de dolo, per quem leganti aliquid abest, & legatario aliquid adest. aliàs bene intelligeretur dolus remissus, sicut in contractu: vt d. l. actione. Et hoc dicit procedere quoad administrationem præteritam, & quāto fortius erit id in casu nostro: vt non comprehendat dolosè gesta in præteritum ex eo: quia testator ignorauit dolum pteritum huius Barnabonis ex eo: quia in præfatione, quam facit i le testator, commendat mirum in modum fidem, legalitatem, & sinceritatem, quam in præterito per experientiam vidit adesse illi Barnaboni. & sic testor ille fuit ignarus, & ex toto inscius doli præteriti illius Barnabonis. Subdit ibi Angel. ꝙ quando relinquitur liberatio ab administratione futura simpliciter, concludit, ꝙ non porrigitur ad dolosè gesta. etiam si hoc esset expressum: quia dolus futurus non potest remitti: nec porrigitur ad reliqua, ne detur occasio fraudandi. & sic dicit intelligi. d. l. quidam decedens. Postea ibi Angelus met examinat illud, quando testator grauat hæredem in eo, in quo contigerit illum administratorem cōdemnari: & iste non est casus noster. & in hoc est discors ab opinione domini Petri, & domini Salyc. dicit tamen se non negare illud esse valde dubitabile: quia glossa intelligit illam l. si quis rationes. in dolo preterito, & sic non ex toto discrepat ab opinio. Sal. sed istud non examino: quia non expedit. Et sic clarissimè apparet, istud Barnabonem esse solutum & dumtaxat liberatum a scrupulosa inquisitione: vt voluerit tot illustres doct. Facit etiam, quod voluit Paulus de Castro consilio suo 368. incipien. in Christi nomine amen, ad primum quæsitum respondetur. vbi erat statutum, ꝙ si tutor facit aliquid cum consensu consanguineorum pupilli, & liberatur a testatore, vt non teneretur ad reliqua: fuit dubitatum, vtrum posset compelli ad restituendum, quicquid ad manus dicti tutoris peruenit de bonis dicti testatoris: aut ipsius pupilli: & consuluit ꝙ sic: quia dicta liberatio se non extēdit ad reliqua, quominus teneat ipsa restituere: sed solùm operat, ne scrupulosa inquisitio fiat: & tenetur edere libros rationū, alleg. l. dominus. ad finem. ff. de pecul. lega. & Bartolus ibi, nec comprehenditur dolus: quia non intelligitur remissus. Et sic clarissima est conclusio, ꝙ teneatur reddere rationem de his, quæ dolosè, vel ex lata culpa administrauit, & ad reliqua restituenda ex auctoritate tantorum doctorum. Nunc allego rationem inconuincibilem in præfatione, quam facit ipse testator dicit sciens dictus testator, prout ipse dixit, iam diu habuisse, & habere de præsenti cōmunionem, & societatem in apotheca & fundico merzariç cum ipso Barnabone, eum esse hominem probum, & legalem, prout longa experienia ipsum testatorem docuit, & ob id confidens in virtute & bonitate ipsius Barnabonis, disposuit &c. Vnde est sic pro veritate indubitata dicendum, ꝙ causa apposita in præfatione, & proemio est causa finalis, & vltima intentio ipsius condentis: vt dixit Baldus in ca. secundò requiris. de appellatio. & in l. illam. C. de collatio. l. vt liberis. eodem titulo. l. fina. ff. de hæredibus institu. l. hæc verba. C. de adiect. fal. causa legat. l. prima. ff. de origine iuris. in prima constituti. C. §. quibus. & in l. cum hi. ff. de transactionibus. tex. & Bartol. in l. prima. ff. ad Macedonia. Ange. in l. j. ff. de iudi. tex. in l. regula. §. licet. ff. de iuris & facti ignorantia. Causa verò finalis, quæ est primum mouēs: quia omne agens agit propter finem, & finis est, q mouet agentem, fuit legalitas, virtus, & bonitas illius Barnabonis, quæ mouit in principio, & in fine ipsum testatorem ad disponēdum ita, vt fecit, & ad absoluendum illum de præteritis & futuris administratis, & regendis. si ergo ista causa finalis cessat ex eo: quia ille Barnabo tempore vitæ illius, testatoris dolosè se habuit circa capitale, & circa lucra dictæ societatis, & communis, qui dolus & fraus latebant ipsum testatorem, & eorum erat ignarus: sequitur ratione viua, & naturali, ꝙ cessante hac causa finali ipsius dispositionis, cessabit dicta dispositio: vt capitul. cum cessante. de appellat. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. cum similibus. Vnde sequitur, quòd dicta absolutio est nullius effectus: quia ideo facta fuit: qa credidit testator ipsum fuisse fidelem, & bonum circa administrationem negotiationis merzariç, & sic sequitur, ꝙ non opitulatur dicta absolutio, & est nullius effectus: quia ideo facta fuit, quia credidit testator fuisse ipsum fidelem, & bonum circa negociationem administrationis merzariæ, & sic sequitur, ꝙ nō opitulatur dicta absolutio dicto Barnaboni etiam quoad scrupulosam inquisitionem, si de fraude & dolo suo non constaret: sed si constaret de dolo, & fraude, tunc in nullo sibi prodesset: nam talis absolutio facta per illum testatorem valuisset, si sine fraude facta fuisset. l. 3. §. j. ff. de contrario iud. tu. sed si de fraude & dolo illius Barnabonis constare posset, tunc appareret de dolo & fraude eius, qui ob fictam & simulatam legali-
10 tatem, & fidem illã extorsit, cum dolus † sit abscondita mentis machinatio alterius decipiendi causa. l. j. §. dolum. ff. de dolo. l. finali. in ver. absconditam machinationem. C. de litig. & ibi Barto. & glossa in proæmio cle. & doctores omnes in c. primo. de cōmo. & in l. quod Nerua. ff. depositi. & in l. pignus. C. de pigno. actio. & quod notat Cynus in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. Et ꝑ consequens sequitur, ꝙ dicta liberatio, & absolutio per ipsum testatorem facta non valet: & sic videtur, ꝙ de iure teneatur reddere rationes, & reliqua, si sunt restituenda, nec potest dici istum patrem familias remisisse dolum illius Barnabonis, & reliqua: cum illa ignorauerit: quia illo casu non tam paciscitur,

ſcitur, quòd decipitur. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi. omnium iudicum. non enim ignorans remittere poteſt. l. Clodius. ff. de acquirenda hæreditate. l. mater decedens. ff. de inofficioſo teſtamen. ſcientiam enim non ignorantiā volumus allegari, vt dixit textus in l. generali. C. de tabu. libro 10. nam licet in generali remiſſione inter viuos contractus factus videatur remittere dolum præteritum: vt notat gloſſa in dicta l. actione. C. de tranſactio. hoc verum eſt de illo, per quem nihil adeſt doloſè: ſed ſi aliquid adeſt, non videtur remiſſus, l. tres fratres. præallegat. & dicta l. Lucius. per hunc autem dolum adeſt illi Barnaboni, quanto ergo fortius in caſu noſtro non videtur remiſſus dolus ex eo: quia iſta liberatio, & abſolutio fuit facta in contractu vltimæ voluntatis, & per iſtum dolum aliquid adeſt dicto Barnaboni: q̄a retinet multum de capitali, & de lucris, licet ergo in redditis cōſilijs dicat̃, ꝙ pōt videri remiſſus in generali liberatione facta inter viuos, dico illud eſſe verum, quando per talem dolum nihil adeſt ei, qui liberatur: ſed ſi aliquid adeſt, tunc non videtur remiſſus dolus etiam in actu inter viuos: vt meis detur audacia verbis, dico hoc in terminis conſuluiſſe Paulum de Caſtro conſilio ſuo 306. incipiente, aduertendum, ꝙ ſi mala redditione computorū & ibi dixit dom. Paulus ꝙ ſi de mala redditione cōputorum conſtaret. tunc dicitur apparere de fraude & dolo ipſius Barnabonis contrariū offendentis in ſimulatione facti, & verborum in bonitate & legalitate, & propter hoc videtur extorſiſſe illam liberationem & abſolutionem: cum dolus ſit falſa vocis aſſeueratio ſcienter facta cum intentione fallendi. d. l. j. ff. de dolo. & ibi dicit do. Paulus, ꝙ ēt ſi abſolutio & liberatio talis eſſet iurata non valeret, alle. gloſſ. in l. 3. §. j. ff. de contrar. iud. tut. & de nouo teneretur reddere rationes, & reliqua reſtituere. & iſtud etiam erit optimum in practica ad demonſtrādum dolum & fraudem illius Barnabonis. Præterea hoc oſtendunt verba illius teſtatoris, dum dixit, nō poſſit poni ad rationes, nec vexari, nec inquietari: quia illa verba referuntur ad vexationē, & inquietationē iniuſtam, & de facto: ſed ad iuſtam vexationem nullo modo referuntur: iſtud formaliter dixit Bal. in l. j. C. de his quæ pœ. no. ver. quid ſi teſtator mandauit hæredi, ne moleſtet vxorem in ſuo legato, qualiter intelligatur: reſpōdet, ꝙ intelligitur malo modo & animo non moleſtet: ſecus ſi bono animo: q̄a quod bono animo fit, nullam pœnā meretur. allega. gl. in l. ſi ſeruū. §. prætor. in ver. quod malo. ff. de acq. hær. & glo. mirabilis in c. pro illorum. de præbendis: quę dixit, ꝙ in literis publicè dicitur, nullo admiſſo contradictore, vt quotidie fit, debemus intelligere de facto: ſecus ſi contradiceret de iure. & Bald. in l. j. C. de vſufructu, teſtator dixit, ꝙ hæres nō moleſtaret eius vxorem in vſufructu, quod intelligitur iniuſtè: vnde poterit ab ea exigere cautionem de vtendo arbitrio boni viri. & do. m. Ioan. de Imola. in l. pater fami. primis tabulis. ff. de vul. & pup. dixit, ꝙ ſi teſtator grauauit hæredem, ne moleſtet fideicommiſſarium, ꝙ nihilominus poterit detrahere quartam trebellianicam. & Speculator in titulo de obligatio. & ſolutio. §. primo. verſicu. inſtrumentum. ſuper verſicu. nullam contrariam exceptionem. dixit, ꝙ ſi quis ꝓmiſit non opponere aliquam exceptionem, intelligitur de calumnioſa, & malitioſa. alleg. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pactis. c. cauſam. de electio. cap. cum adeo. de reſcriptis. c. ex parte. de officio delegati. idem voluit Hoſtienſis in titulo de officio delegati. §. ꝙ ſit eius officio verſiculo item ad officium & facit, quod dixit etiam Bar. in l. prima. §. per vim. ff. quod vi aut clam. & in l. prima. §. interdum. ff. a quib. appel. non licet. & in l. omnes populi. ff. de iuſtitia. & iure. ita dicamus in propoſito, ꝙ intelligatur de vexatione iniuſta, & malitioſa. & ſic non eſt verum dicere, ꝙ verba expreſſa ab ipſo teſtatore inferant liberationem a doloſè geſtis. Præterea facit etiam id, quod voluit Angelus in l. ſi mora. ff. ſolut. matrimonio. vbi induxit illam gloſſ. cum textu ibi, ꝙ ſi Poteſtati electo conceditur, quòd non poterit ſyndicari, niſi de furto, & barataria, tamen poterit ſyndicari in his, in quibus culpabilis fuit culpa leui & leuiſſima commiſſa in faciendo, quod eſt iuſtum ſecundum eum. & ſi ſecus diceremus, daretur ſibi occaſio delinquendi contra, l. conuenire. ff. de pact. dota. & licet Moderni reprehendant eum quoad culpam leuem, tamen non reprehendunt in eo, in quo commiſit dolum, nec per illum dolum aliquid ſibi adeſt: quia de illo poterit ſyndicari. non enim videtur remiſſus dolus: vt d. l. Lucius. idem dicunt, ꝙ poterit ſyndicari de eo, quod ad eum peruenit: vt l. dominus ſticho. ad finem. ff. de pecu. lega. & ibi Bar. & l. ſi ſeruus vetitus. de leg. j. & loquuntur Moderni ibi in remiſſione adminiſtrationis iam factæ, & præteritæ: quia in actu inter viuos facta nō remittit dolum, per quē aliq̄d adeſt doloſo, per d. l. actione. ergo multo minus videt̃ remiſſus in actu vltimæ voluntatis, qn̄ aliquid adeſt doloſo: vt eſt in caſu noſtro. & idem ibi dicunt in adminiſtratione futura, vt non videatur remiſſus dolus futurus, allegant. d. l. quidam decedens. & d. §. illud nulla. & etiam in caſu Angel. ibi dicunt, ꝙ ſi eſt conceſſum Poteſtati, ꝙ non poſſit ſyndicari, tenetur tamen de dolo, & lata culpa. & licet Moderni ſcribentes in d. l. ſi mora. reprehendant Angelum, non eſt mirum: quia ſuo tēpore præſumebant ſummam Mineruæ arcem attigiſſe: quia idem Angelus in d. l. ſi ſeruus vetitus. in ver. ne ſcrupuloſa inquiſitio. dicit, tunc ſit inquiſitio ſcrupuloſa contra adminiſtratorem, quādo inquiritur contra eum de negligentia, quod dicit, eſſe ſummè notandum pro aſſeſſoribus: quia eſt conue-
11 niens vt † de negligentia puniatur, ſaluo niſi ſit diſſoluta, & dolo proxima. & ita ſeruat conſuetudo, per quam multum fauetur aſſeſſoribus: ſed de mero rigore ſyndicari debent, & ſic Ang. reſtrinxit illud dictū ſuum in d. l. ſi mora. ad rigorē merum iuris & ſic non meruit ita ex abrupto reprehendi. & ꝙ ēt de culpa de mero rigore iuris ſit ſyndicādus Ptās, alle. ibi Ang. l. mancipia. C. de ſer. fug. & l. ſi quis in ꝯſcribēdo. C. de pac. & l. iudices. C. de decur. li. 10. & Io. de Im. ſeq̄tur Ang. ibi, immemor eius quod ipſe dixit ꝯ Ang. in d. l. ſi mora. & etiam Lu. Ro. ibi. Facit, quod voluit Bald. in d. l. ſi ſeruus vetitus. quem domini cōſulentes allegant in ſuis redditis conſilijs. & Bald. in d. l. actione. & Bar. in d. l. Aurelio. §. Caius. de lib. leg. quos iam allegabant domini conſulentes, & illud etiam tenuit Salycetus in dicta l. actione. & ſic ex ꝑdictis, ꝙ dicta abſolutio & liberatio nullo modō cōprehendit doloſè, & lata culpa geſta, & gerenda per dominum Barnabonem, & ad reliqua reſtituenda.

¶ Reſtat nunc videre de verbis prolatis ab ipſo teſtatore ſi important remiſſionē doli præteriti, & futuri. & in hoc reſpondebo mutiuis factis in contrarium. Et aduertendum eſt, vt prædixi, quòd poſito, non tamen conceſſo, quòd verba defuncti importarent remiſſionem doli, & latæ culpæ: tamen non obſtant ex eo: quia verba non plus operantur, quàm mens: quoniam verba ab ipſa mēte regulantur: quia vt dixit Baldus in l. commiſſoriæ. C. de pactis inter empto. & vendito. litera occidit, ſpiritus autem viuificat. & quod pulchrè voluit idem Baldus in c. j. de conſtitu. facit. c. præterea. & in c. intelligentia. de verborum ſignificatione. cum ſimi. Modo ideo

dò ideo illa verba protulit testator: quia putabat illum Batnabonem fuisse fidelem, legalem, & virtuosum in negotijs merzariæ: & iam, vt in facto præsupponitur, non erat sic: quia imo dolo & fraude versatus fuerat dictus Barnabo in dicta socictate & cõmunione, & dicto testatori erat hoc incognitum: ergo illa verba nihil operantur, tanquam ab ignorante prolata. primò apparet etiam, quòd illa verba non videntur comprehendere dolum, nec præteritum, nec futurum. primò ex illis verbis, vexari vel inquietari, vt est dictum. secundo: quia dicitur aliter, quàm dictus Barnabo voluerit, & illi pla-
12 cuerit. illud verbum † placuerit, importat arbitriũ boni viri: vt in iuribus allegatis per d. consulentes, & restringit vim & naturam illius verbi, & voluerit posito ꝙ verbum, voluerit importaret voluntatem non regulatam a iure, tamen restringitur per verbum sequens, videlicet placuerit. & sic non stat in propria virtute: & etiam apparet ex alio: & etiam scribitur in euangelio. omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite ipsis. c. humanum genus. & ibi Archidia. singul. declarat illud verbum, voluerit, quia sæpe importat voluntatem a iure regulatam: vbi poterit videre. D. iudicãs. ¶ Et si dicatur, vt iam in allegatiouibus. in contrarium per me adductis, ꝙ imo sunt verba hic importantia voluntatem liberam, & non regulatam a iure. Ad hoc respondeo, posito ꝙ ita esset, non tamen concesso, nihilominus dico, ꝙ licet alicui concedatur voluntas libera, & absoluta super aliquo actu, adeo, ꝙ potest præferre iniquum æquo, intelligitur dummodo non insit dolus, ita formaliter dixit Ludouicus Romanus in commento rubricæ. ff. de arbitris. alleg. in argumen. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. cum ergo in proposito iste Barnabo fuerit in dolo, sequitur, ꝙ licet testator voluerit stari liberæ voluntati suæ, tamen non includit dolum ergo in eo, in quo dolosè se hubuit, non stabitur suæ voluntati. licet ergo testator dixerit, velle stari voluntati illius: tamen si illa voluntas est dolosa, non stabitur suæ voluntati. Item dixit testator, velle stari simplici verbo, dicto, & assertioni illius. certum est, quòd ista verba nõ important liberam assertionem, imo arbitrium boni viri: vt dixit Bartol. in l. j. in fin. ff. de prætoris stipulation. & super hoc dictum est per d. consulentes. Nec etiam per illa verba dum testator dixit, ꝙ ille Barnabo haberet plenum, absolutum, liberum, & generale mandatum, cum absoluta administratione gerendi, & disponendi ea, quæ ipse testator, si viueret, facere posset, non videtur exclusus dolus: vt dictum est per dictum §. Lucius. & per dictum D. Ludouic. Secundo: quia ista verba fuerunt expressa in vltima voluntate quo casu non videtur remissus dolus præteritus & futurus: vt dixit glo. in d. l. actione. & Bar. in d. l. Aurelio. §. j. Tertio: quia testator illa verba ita prægnãtia dixit: quia cõfisus fuit de bonitate, legalitate, & virtute illius Barnabonis: sed non erat sic: quia immo dolo versatus fuerat circa negotia societatis prædictæ. ergo nec illa verba ad ipsius Barnabonis liberam voluntatem extenduntur: quia (vt dixi) illa verba non comprehendunt dolum, imo intelliguntur, dummodo absit dolus. & ita respondetur ad l. fideicommissa. §. quanquam, de leg. 3. & etiam quia testator superius apposuerat verba sonãtia arbitrium boni viri, ideo restringuntur illa vltima verba per verba præcedentia, ar. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. facit, quod voluit Bar. in d. l. creditor. §. Lucius. vbi dixit, ꝙ si negotium committitur in liberam voluntatem procuratoris, valet, quod agit, si tamen dolus malus absit: nec habetur alibi tex. ita clarus ad hoc, & argum. d. l. cum quidam. de le. 2. respondet, ꝙ debet intelligi, dummodo absit dolus, & ibi dixit Bald. ꝙ in concessione generalis administrationis non venit doli remissio, sed videtur facta, quatenus bene gerat, & idem dicit esse in gestore, allega. l. non solùm. §. si hæres. ff. de lib. lega. & ideo dixit Barto. in l. procurator cui libera. ff. de procu. ꝙ licet procuratori concedatur libera administratio, intelligitur exclusus dolus, quod voluit Bal. in l. cõtra iuris. §. fi. ff. de pac. idem voluit Ang. in d. l. procurator. & pulchrè dixit Bar. in l. cũ quidã, de le. 2. ꝙ si testator dat liberã voluntatẽ alicui eligendi pauperes, intelligitr tamen, dummodo dolosè nõ eligat. & idem voluit Salyc. C. de procu. l. si procurator. Et sic apparet clarissimè, ꝙ verba prolata a testatore non excludunt dolum. Et etiam est acauratè ponderandum, ꝙ ex quo testator ideo fecit istum analogistam: quia credidit illum fuisse legalem &c. quod non fuit: ergo sequitur, ꝙ illa remissio inuentarij non prodest: ergo tenetur ad rationes reddendas: vt l. quædã. ff. de edend. l. si ita fuerit. ff. de manumis. testa. & ibi Ang. l. cum seruus, & ibi Bar. & alij. ff. de condi. & demonstra. l. j. §. officio. ff. de tu. & ra. distra. & ibi glo. & Bal. plenè, Io. An. in addi. Spe. in titu. de fide instrumen. §. nunc dicendum. in addit. magna. ¶ Nec obstant in contrarium allegata. primo cum allegat. gloss. in
13 d. l. cum necessitatem: † quia illa gloss. non sentit, ꝙ in actu vltimæ voluntatis videtur remissus dolus præteritus: sed procedit in actu inter viuos: vt voluit gl. in d. l. actione. & superius plenè fuit dictũ. & ideo licet gl. illa sentiat, ꝙ possit in vltima voluntate remitti dolus præteritus, concedo, sed negatur, ꝙ in casu nostro iste testator remiserit istum dolum præteritum: imo nullo modo remisit: vt supra est ostensum. ergo &c. Nec ob. cum dicitur, ꝙ testator remisit propter illa verba prægnantia: quia illa verba, quouis modo vexari, vt superius est ostensum, inferunt vexationem iniustam, & malitiosam, & de iusta & legitima non intelliguntur, vt voluit Bal. in d. l. j. C. de his quæ pę. & no. & superius dixi. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ ratio Bar. non est vera: quia nõ est generalis: quia respondeo, ꝙ sufficit in casu nostro, ꝙ militet ista ratio Bar. quia iam erat infirmus tempore testamenti, & incontinenti decessit post factum testamentum iste testator, & sic non est verũ ꝙ remiserit dolũ de præterito. Et ẽt fortius colligit hoc ex eo, quia testator fuit deceptus, credens illum Barnabonem esse legalem sibi in illa negociatione, qui tamen non erat. & etiam non est curandum de reprehensione Ange. quia tota iuris prudentia moderatur, secundum Bar. ergo &c. l. j. ff. de sena. cum si & etiam quia Ang. ibi loquitur, quãdo dolus erat cognitus testatori, quod non fuit in casu nostro, ergo &c. Nec etiam obstat allegata doctrina Dyni, qa non facit ad propositum istius quęstionis, nec oportet insistere, an sit differentia, quando testator liberat, an quando mandat, ꝙ per hæredem liberetur: quia hic non mandauit testator, ꝙ hæres liberaret illum Barnabonem, sed solùm prohibuit, ne ingeret illud ad rationem reddendam: imo ipse testator eum liberauit, & absoluit: & ideo non est opus insistere, inquantum Ang. mordet rationem Barto. & etiam quia omnes sequuntur rationem Bart. indistinctè. Et sic clarum est, ꝙ non potuit remittere dolum futurum dictus testator: vt superius fuit dictũ. Nec obstat dictum Baldi in c. j. de feu. guar. quia nõ loquitur in pacto arguente dolum futurum, non loquitur enim, quando dominus feudi fecit pactum de non reuocando propter ingratitudinem, quod

valet

valet, si illa ingratitudo resultat ex contractu, puta quia alienauit feudum domino consulto, quo casu non est dolus. facit, quod notat dominus Antonius & omnes alij in c. fina. de donatio. Bal. in l. fin. C. de bo. liber. & in l. fina. C. de pactis. Nec obstat cum dicitur de connexis &c. quia, vt superius fuit ostēsum iste testator non remisit dolum præteritum, nec futurum: ergo nec etiam velatè potest remitti dolus, nec expressè, vt superius fuit ostensum post Salycetum & do. Pet. de Anchar. Nec obstat, cum dicitur ꝙ ista voluntas est libera, & absoluta in administratione illius Barnabonis: quia licet testator dixerit illa verba, non tamen est absolutus a dolo: vt in d. §. Lucius. & superius fuit ostensum. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ illa verba, ꝙ stetur dicto simplici, & assertioni &c. quia posito, ꝙ illorum verborum signum esset alteratum, & importaret volūtatem liberam, quod non est verum: tamen non importat liberam voluntatem a dolo.

EPITOME.

¶Statutum disponens, partem permittentem filium negotiari, teneri pro eo, an comprehendat tātùm patrem scientem, an verò etiam ignorantē.

SVMMARIVM.

Scientia an præsumatur in patre, an verò debeat probari. nu. 2.
Dictio publicè, quid importet. nu. 3.
Sententia secunda contraria primæ an valeat, vel obstet exceptio rei iudicatæ contra eam. nu. 6.
Intellectus cap. inter monasterium. de re iudica. nu. 7.
Consequi propter alium possum, quod per me non possum. nu. 8.
Statutum non extendit vires suas extra territorium statuentium. nu. 10.

CONSILIVM V.

ILLud. In medium adducam, qđ glorioso Paulo Apostolo bellissimè venit in mentem, primo ad Corinthios. Omnis sapientia nobis a Deo, iustitia, sanctificatio, & redemptio: ideo optimum ac clementissimum Deum huic cæpto inuoco: vt sua solita benignitate labia mea aperiat ad huius consultationis veritatem inuestigādam. ¶ Prima dubitatio versatur super statuto Senensi, quo cauetur, & quòd pater, qui permisit filium negotiari, vel non prohibuerit, sit obligatus pro facto negotiationis ipsius filij, istam dubitationem satis amplè examinaui superioribus diebus. ideo remitto me ad ibi dicta.

¶ Extat secunda dubitatio, de qua est nunc videndum; quia statutum præfatum dicit, vel permisit filium negotiari, seu ipsum non prohibuerit negotiari. & sic est dubitatio non mediocris, an iste pater dicti Ioann. sciuerit filium negotiari, & non prohibuit, quo casu pater obligatur ex dispositione statuti, & videtur, quòd ignorauerit, quod sic ostendo. istud statutum presupponit scientiam ipsius patris: vnde oportet, quòd pater sciuerit, & non prohibuerit: & sic oportet probare scientiam: quia in facto
1 † alieno presumitur ignorātia. c. ab excommunicato. de rescrip. l. fi. ff. pro suo. cum simi. vnde pulchrè dixit text. in l. generali. C. de tabu. libr. 10. scientiam non ignorantiam volumus allegari. l. fi. ff. de decret. ab ordin. faci. l. Paulus. ff. si quis testa. libe. esse iussus fuerit. qnimmo oportet articulare in libello de sciētia ipsius patris, quòd cum sciuerit ipsum Ioann. negotiari, non prohibuit: vt probat text. in l. omnes. C. de agrico. & censi. lib. 11. & Barto. ibi voluit quòd si ex dispositione statuti præstans opem bannito debeat puniri, ꝙ debet articulari, & probari, qualiter illum esse bannitum sciebat, alleg. l. vtrum. ff. de parici. & l. j. C. de rapto. virgi. & l. raptores. C. de episc. & cleri. Barto. in l. j. ff. de recepta. & in l. j. C. de deserto. libr. 12. & in l. j. C. de colo. illirici. libr. 11. & in l. 2. §. j. ff. de incen. rui. naufra. & in l. Metrodorum. ff. de pœn. & Bald. in commento. l. data opera. prope finem. C. qui accu. non possunt. dixit, quòd debet articulari de scientia, alleg. glo. quam reputat aureis literis scribendam in l. ex maleficio. §. longè minus. ff. de actio. & obliga. & Ange. & in l. j. C. de nili agg. non rumpen. dicit se habuisse de facto, nec fuit articulatum de sciētia, quòd propter hoc ille succubuit & facit tex. in c. quicunque. in ver. scienter. de hære. libr. 6. vbi est text. solennis. & facit gloss. & ibi Dominicus in c. concertationi. de appell. libr. 6. Modo in proposito nostro credo fuisse articulatum de scientia, quòd iste pater sciuerit, & non prohibuerit. Sed
2 pulchra inuestigatio † erit, an præsumatur scientia: seu sufficienter erit probata scientia. Et videtur ꝙ sic, ꝙ plenariè sit probata ex eo: quia per testes probatum est, qualiter publicè dicebatur in ciuitate Senensi, ꝙ dictus Ioann. erat in ciuitate Neapolis ad negotiandum, & traficandum pro dicto Ioann. de Buchis, & Salerno, quo casu videtur probata scientia: quia quæ publica sunt, præsumuntur sciri: vt in c. j. de postula. prælator. & in c. quod dicitis. 16. distinct. & in c. apostolicæ. de clericis excommunica. ministr. & in c. final. qui matrimo. accusa. possunt. ¶ Et si quispiam dixerit. amice posito ꝙ testes probent, ꝙ publicè audiuerunt dici: non tamen probant publicam vocem: quia possibile est, ꝙ audiuerint publicè dici a personis non facientibus publicam vocem, & famam. & hoc pulchrè voluit Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & idem etiam voluit in l. Labeo. ff. de sup. legat. & eum secutus est Bald. in l. de quibus. ff. de legib. & Ang. in l. ea quidem. C. de accusa. & etiam, vt voluit Barto. in d. §. tormenta. debet nominare personas, a quibus hoc publicè audiuit: quia ad ista potest responderi, primo cum accidisset in facto ista dubitatio. Dyn. consuluit contrarium, ꝙ imo probant plenè publicam vocem & famam. & retulit Bald. & sequitur in leg. testium. in finalibus verbis. C. de testibus. nam inter alia specificata huius verbi publicè,
3 hoc est: vt illud publicè dicatur, ꝙ † cōmuniter asseritur & opinatur, vt l. 2. C. ad Macedonia. sed fama est publica vox, & communis assertio, vt plenè per Barto. in d. §. tormenta. facit. l. 3. ff. ad Macedon. & verbum a plerisque ibi positum videtur appositum ex abundanti, vel declaratiuè, per d. l. 3. ad Macedonia. sed quod communi opi. fertur, illud publicam famam inducit. facit etiam, quia publicè idē est, ꝙ populicè, sed populicè dictum, vel assertum famam facit. assumptum probatur ex leg. j. §. publicum. ff. de iusti. & iure. leg. seruum quoque. §. publicè. ff. de procurat. ff. de iureiurando. leg. non erit. §. sed & si quis. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. noui nuntia. vbi populicè idem est & publicè. sic exponit gloss. publica accusatio, idest populica, institution. de supr. tutor. §. consequens. & de public. iudic. in princip. & ff. eod. super rubrica, sic etiam dicimus, publicè notum est, quod populicè innotescit. l. eum qui. ff. falsis. & hoc voluit Salyc. in d. le. ea quidem. in versicu. 4. iuxta hæc quæro. vbi alleg. aliquas rationes, quas placeat domino iudicanti videre, vbi etiam refert Salyce. se vidisse quendam doctorem ita consuluisse in ciuitate Bononiæ, damnando opin. Barto. & ego vidi quasdam solennes allegationes, quæ fuerunt subtilium doctoris domini Argentinij, filij domini Raynerij de Forliuio, qui super hoc habuit contentionem cum domino Bald.

& tenuit

& tenuit ɔtra Bar. & Bal. Ego uidi dubitari de facto, cum essem Ferrariæ, & fuit maximus conflictus allegando super hoc passu: & cum essem in isto articulo aduocatus, allegaui contra Barto. vltra prædicta elegans dictum Inn. in c. 1. de fide instr. vbi dixit, ꝙ quem fuisse notarium, probatur, si testes dicunt, ꝙ ille publicè vtebatur officio notariatus. & allegaui contra Barto. text. in cap. quia nos. de appella. in versicu. publicè respexi, & allegaui Ludouic. Roma. in dict. §. si quis ruos. vbi dicit per illum text. cum gloss. ꝙ idem est dicere publicè, ꝙ in toto populo, & distinguit hoc modo. Aut profertur impersonaliter, publicè dicitur, & tunc importat maiorem partem populi, allega. dict. §. sed & si quis. & d. §. publicum. cum si. Aut profertur personaliter, puta talis publicè dicebat: & tunc secundùm subiectam materiam, & eius exigentiam hoc verbum interpretamur, argumen. l. si vno. ff. loca. l. eas causas. de condit. & demonstratio. hoc probatur institu. de iure natu. §. responsa prudentum. & l. j. §. pueritiam. ff. de postu. vbi Nerua filius de iure publicè respondit, hoc est patenter & coram populo. Aliquando tamen publicè sumitur, quod coram aliquibus publicè dicitur: vt puta coram tabellione non occultè, sed patenter. C. de his qui per me. iudic. non ap. l. 2. leg. nemo. C. de summa trinita. l. cum quidam. ff. de ap. & per hæc infert Barto. malè dixisse in d. §. tormenta. & in d. l. Labeo. quia imo si testes dicunt se audiuisse publicè dici, probant publicam vocem, & famam: quia cum hoc verbum publicè diuersimodè accipiatur: debemus illum interpretari secũdùm subiectam materiam, de qua loquimur. argu. l. si stipulatus. ff. de vsuris. l. insulam. ff. de præscrip. verbis: cum simi. Vnde cum testis deponit de fama, quæ est communis vulgi opinio, merito hoc verbum publicè exponere debemus, & ita refert se vidisse Bald. tenere in conclusionibus iuris: licet Salycet. sibi appropriet in dicta l. ea quidem. dicebam etiam, quòd si bene ponderetur dictum Bartol. in in d. l. 2. in princ. ff. ad Macedo. tenet istam partem: dicit enim ex illo tex. colligi modum formandi articulum ad probandum, ꝙ quis gerebat se publicè vt paterfam. & sic sentit, ꝙ idem est publicè, ꝙ a maiori parte populi. & finaliter ita fuit pronuntiatum, & obtentum, ꝙ tales testes probabãt publicam vocem & famam: ergo multofortius in casu nostro ꝓbatur scientia patris ex publica voce & fama: nam illud dicitur publicè, qđ cõmuniter præsumitur sciri: ne aliquis excusetur ab eo, quod publicè dicitur, l. pupillus. §. proscribere. ff. de exercito. d. l. ea quidẽ. C. de accus. c. cum in tua. qui matr. accu. pos. cum simi. Vnde dicebat singu. Ange. in l. j. C. de nili agge. non rumpendis. ꝙ si quis dedit opem bannito, debet articulari de scientia, vel quia præstiterit opem nobili, puniatur, sed excusatur, se nescire illum nobilem, ꝙ si ignorantia est supina, non excusatur; quia habetur pro sciente. facit glossa elegans in l. si tutor. C. de pericul. tutor. & ibi Baldus. vnde dixit Bartolus in leg. is potest. ff. de acquirenda hæreditate, ꝙ speciale est, ꝙ excusetur quis ab eo, quod publicè dicitur in ciuitate, si est infirmus: quia tunc tollitur illa præsumptio scientiæ, quod intelligunt ibi moderni scribentes, si est grauis infirmitas, secus si esset leuis: quia tunc non excusaretur ab ignorantia, argum. l. primæ, §. proinde si leuis. & l. ob quæ vitia. §. finali. ff. de ædil. edic. & l. quæsitum. ff. de re iudicata. & l. idem apud Labeonem. §. questionem. ff. de iniurijs. Et sic concludit ibi Bartolus, ꝙ non est tolerabilis ignorantia eius, quod publicè dicitur in ciuitate. Facit, quod habetur in c. proposuisti. 82. distinctio. & in ca. primo. de postulatione prælatorum. & quod not. in c. cognoscentes. de constitutio. & l. prima, & secũda. ff. de recepta. & facit, quod habetur iu l. prima. C. qui & aduersus quos. & Baldus in l. si tutor. prælleg. Et non potest excusari iste pater a sciẽtia: eo quia de facili potuit scire, si voluit, ergo præsumitur ignorantia supina: vt probatur in dicto capi. apostolicæ. & ibi per dominum Cardinalem, de clericis excommunica. mi. & habetur in l. nec supina. ff. de iuris & facti ignorantia. & maximè quia ex quo pater erat obligatus si non prohibebat illum negotiari, & sciebat illum filium suum esse aptum ad negotiandum, debuit inuestigare: si ergo non inuestigauit, præsumitur sciens: vt est textus valde singularis in cap. innotuit. de electio. Et ex isto capite est dicendum istũ patrem habuisse scientiam de filio negotiante: cũ ergo non prohibuerit, sequitur, quòd consensisse videtur. leg. fideiussor. §. pater Seio. ff. de fideiussoribus. leg. si filius. ff. ad Macedonianum. & facit, quod voluit Baldus in leg. prima. C. ad Macedonianum. vbi dixit, quòd in actu, in quo requiritur diligens inuestigatio, præsumitur scientia. ita dicamus in casu nostro, debuit pater inuestigare, ex quo erat publica vox, quòd filius negotiaretur: & ibi dixit Baldus, quòd licet regulariter præsumatur ignorantia, nihilominus tamen ex aliquibus principijs per se, vel per accidens notis præsumitur scientia, allegat: dict. l. si tutor. & sic ex isto capitulo præsumitur scientia in isto patre, & ꝑ consequens est obligatus ex dispositione præfati statuti. Item ex alio capite præsumitur scientia. iste pater & ille Ioan. erat filius, & per testes probatum est, quòd non erat diuisus a patre, & fratribus, quo casu præsumitur scientia, & allegat Bartolum formaliter hoc dicentem in l. is potest. ff. de acquirenda hæreditate. vbi dixit, qualiter probari poterit, hæredem sciuisse mortem testatoris, ex quo præsumitur ignorantia: decidit formandos esse articulos de vicinia, seu de consanguinitate, & † ꝙ erat in ipsa ciuitate de hoc fama: vicini enim præsumuntur scire 4
facta vicini. l. si vicinis. C. de nuptijs. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. cap. quanto. & c. quosdam. de præsumptionibus. Ita etiam consanguinei præsumuntur scire facta suorum consanguineorũ. l. octaui. ff. vnde coga. l. de tutela. C. de in integrum restitutione. & facit, quod notat Bartolus in leg. prima. ff. si certum petatur, & quod habetur in l. eius qui in prouincia. ff. eodem. & in l. non est ferendus. ff. de transactionibus. ergo posito quòd non concurreret publica vox, & fama in ciuitate Senarum, quòd iste filius negotiaretur, tamen præsumeretur ex hoc capite: quia est pater, qui præsumitur scire facta filij, & maximè propter naturalem affectionem, quam habet ad filium: vt l. nihil. §. facilior. ff. de bo. libe. l. scripto. ff. vnde li. cum similibus. quanto ergo fortius in casu nostro, ex quo concurrit, quia filius, & concurrit publica vox, & fama in dicta ciuitate Senarum, quo casu nulla potest prætendi iusta ignorantia. & est bene ponderandum: quia Bartolus in dicta l. is potest. non solùm loquitur, quòd consangnineus præsumitur scire ætatem consanguinei, sed etiam facta. Quinimo plus dixit etiam ibi Bartolus, ꝙ si non esset vicinus, sed etiam ciuis eiusdem ciuitatis, debet probari fama in ciuitate, & pręsumeretur sciẽtia eius. l. regula. §. primo. & l. nec supina. ff. de iuris & facti ignorantia. nisi ipse ex aduerso probaret absentiam: & sic tolleret istã præsumptionem, quod dicit esse summè notandũ: & sic dicit & fundata est intentio aduersarij eo ipso ꝙ est probata præsentia, nec est necesse, ꝙ istud scire, intelligatur de vera scientia, quæ percipitur per sensum, sicut dicimus in isto: vt l. testium. C. de testibus, sed

bus.sed intelligitur de scientia.i.de vehementi opinione : vt l.cum quidam.§.quod dr.ff.de acquirenda hereditate.& in l.si quis extraneus,eodem titulo. Et propter hoc videtur sine aliqua dubitatione, ꝙ iste pater sciuerit,vel præsumitur sciuisse,ꝙ iste suus filius negotiabatur,& per consequens est obligatus negotiantibus, & contrahentibus cum ipso Ioanne filio eius. Et multo fortius in patre, qui est iuris præsumptione eadem persona cum ipso filio: vt habetur in leg.fina.C.de impub.& alijs substitut.adeo ꝙ æstimum ipsius patris dicitur esse æstimum filij: vt nota.in leg.2.C.qui ætat. se ex libr.10.nam quod vnus habet,alter habere videt vt l.cum scimus.C.de agric.& censib.libro 11.& ibi Barto. Bald. in dicta l. finali. & in l. sciendum ff. qui satisdare cogan. & in leg.si non plures.C.de sacrosanct.eccle.& in leg. diximus.§. si pater.cum l.sequen.ff.de excus.tut.& in add.Speculat.in titulo de censi.ad finem.& per scribentes in leg. prima. in princip.o.ff. ad Sillania. Facit illud,quod scribitur in illo Virgiliano.Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.& ideo sequitur necessariò, quòd præsumitur scientia in isto patre : & sufficienter est probata:& per consequens non obtinet,quod oppositum fuit superius.Nec obstat, cũ dicitur,quòd testes non dicunt,a quibus audiuerint publicè dici:quia ad hoc respondeo.quòd testes dicunt, quòd a diuersis personis publicè audiuerunt, & Barto.in dicto.§.tormenta. dicit allegando Innocentium,quòd debet testis interrogari,& responderi a quibus audiuerit : vt ipse voluit in c. qualiter.el 2.§.de accusa.& Specu.in titulo de inquisiti.§.nunc tractemus. vbi ponit verba Innocen. adeo quòd si testis neminem nominaret,sed diceret,se non recordari, eius testimonium non valeret : quinimo plus voluit Innoc. in c. cum oporteat. de accusat. quòd non interrogatus debet respondere, aliàs non probat.& istud sequitur in dicto.c.cum oporteat. Ioan. Andre. & dominus Antonius dicens ibi ita seruari in practica.& ita etiam sequitur do. Abbas in c.cum causam.de testib.& sequitur Ang.in d.l.ea quidẽ.& facit ratio solennis:quia circa ea,quę sunt perceptibilia intellectu, debet testis deponere non interrogatus: vt in dicto.cap.cum causam.& per Barto.in l. solam.C.de testib. & ibi Bald. & Angelus in dicta.l. ea quidem.dicit ita tenere Bart.in dicto.§. tormenta.& idem etiam dicit Ioannes de Imola in dicto.c. cum oporteat. quòd Bartol. istam partem tenebat etiam in dicto.§.tormenta. sed certè si Bartol. bene ponderetur in d.§.tormenta tenet,ꝙ testis debet interrogari,& sic tenet contrarium eius,quod dicunt Angel.& Ioann. de Imola, & idem Innocen. in dicto.cap. qualiter.tenet, ꝙ imo debet interrogari.& idem tenuit etiam Specula. in dicto.§. nunc tractemus. vbi alleg. Innocen. in dicto. cap. qualiter. & idem etiam voluit domi.Cardinal.in d.c.cum causam,vbi allega.Innocen.in dicto.c. qualiter & idem voluit domi.Barthola.de Salycet.in d.l. ea quidem. in 7.quęstione. Et conuincitur opinio contraria ratione viua,& inconuincibili:licet enim testis quando deponit super his, quæ apprehenduntur per potentiam intellectiuam, teneatur reddere causam
5 non interrogatus vt est dictum, procedit † quo ad ea,quæ apprehẽduntur per intellectum cum magno discursu:sed in his, quæ apprehenduntur cum modico,& paruo discursu, est secus: quia imo potest testis deponere,licet non reddat causam dicti non interrogatus, ista fuit solennis doctrina Bartol. in tractatu de teste, vbi singulariter loquitur. Sed clarum est, ꝙ cum modico discursu comprehenditur, an aliquis sit bonæ opinionis, & fidei,an grauis, an leuis,& malæuolus,an vox sit publica,vel non,ergo sequitur, ꝙ valet dictum testis, posito ꝙ super talibus non deponat de causa non interrogatus: ergo sequitur, ꝙ valebit dictum testis super talibus deponentis.& doctrina est solẽnis, & aliàs vidi eã refricari in dubiũ.& ita in facto obtinui me existente aduocato. Et est ẽt considerãdũ in hoc: qa ista inuestigatio meo iudicio nõ est hic necessaria ex eo: qa Innocentius & alij loquentes de hac materia loquuntur eo casu, quo testes sunt producti ad probandam infamiã alicuius, & aliquem esse publicè infamatũ : & qa illa infamia nõ dẽt habere originem a maleuolis, suspectis,& vilibus personis: vt d.c.qualiter.& in c.deus oĩpotens. 2. q.j. ideo non sufficit testificari ꝙ aliquẽ eũ esse infamatum publicè, nisi exprimat personas, a quibus audiuerit esse infamatum: quia nõ stat in arbitrio ipsius testis arbitrari, an illæ personę sint honestæ, vel non, & an malęuolæ. facit etiam, quod not.Innocen.in c.quoniam contra. de proba. ideo orta est illa hæsitatio inter doctores. Sed iste non est casus noster : quia non deponunt testes illum Ioannem esse publicè infamatum, sed solum deponunt in facto honesto, videlicet ꝙ publicè dicebatur illum negotiari in ciuitate Neapoli pro Ioanne de Buchis, Salerno, & socijs, & sic non meretur illa doctrina allegari contra istam consultationem. Et etiam est ponderandum : quia si bene ponderentur dicta Barto. in dicto. §. tormenta.mihi videtur, ꝙ non dicat illud, ad quod eum alleg. Ange.& Bald.dicit enim Bartolus in versicu.cautus ꝙ si testis dicat, ꝙ est publica vox,& fama: sed quomodo scit, respondet, ꝙ publice dicitur per ciuitatem,vel a maiori parte ciuium, certè non probat: quia non reddit causam, per quam sensus aliquid percipiat : non enim dicit audisse a maiori parte, sed dicit ꝙ dicitur. vnde Bartol. ibi parificat adinuicem illam dictionem,publicè, & illam dictionem,a maiori parte.& sic non obtinet in casu nostro, & ipse non facit differentiam in illo verbo dicitur: quia possibile est, quòd hoc diceretur publicè ab vno. Vnde non potest adduci contra casum nostrum:qa testes isti dicũt se audiisse publicè dici a diuersis personis,& in diuersis, & varijs locis, & in ciuitate seruari.& sic isti testes non dicunt simpliciter se audisse dici,sed addunt in pluribus & diuersis locis,& diuersis personis,& publicè : & etiam posito ꝙ isti testes dixissent se audiisse publicè dici, tamen intelligitur populicè,& sic populariter, & per consequens probata est publica vox, & fama sufficienter, & per consequens est probatum de scientia ipsius patris, & per consequens patrem Ioann. teneri, & obligatum esse pro ipso suo filio dicto Ioanne de Buchis & alijs : maximè, quia pater illius Ioannes produxit scripturam,in qua continebatur, qualiter dictus Ioannes se posuit ad negotia illius Salerni, & sic multifariè,multisque modis apparet de scientia ipsius patris Ioannis, & per consequens est obligatus ex forma dicti statuti, & ita concludo. ¶ Restat vi-
6 dere aliud dubium : vtrum huic secundæ † sententiæ latæ in fauorem ipsius Ioannis de Buchis & sociorum obstet exceptio rei iudicatæ ex prima sententia lata in fauorem dicti Antonij patris ipsius Ioannis. Et circa hoc est sciendum,quòd in puncto dicitur,quòd ista secunda sententia licet sit contraria primæ fuit lata in diuersa instantia,quo casu succedit doctrina Bartol.in lege prima.C.quando prouocare non est necesse.vbi dicit, quòd tunc non valet secunda sententia contra primam,quando ambe latæ fuerunt ex eadem instantia,& ita Bart.ibi intelligit textũ in c.inter monasterium.de iudic.Si autem ex diuersis instantijs,tunc semper tenet secũda sententia, allegat.pro hoc, l. duobus.ff.de exceptio.rei iudica.

iudica. & lege prima. C. si plures vna sen. & mouetur ad hoc: qa causa, quare secūda sententia nō valet contra primam, est: quia reperitur lata sine instantia: cum per sententiam pereat instantiam. l. grecè. §. & post litem. ff. de fideiusso. l. cum apud. ff. iudic. sol. Item quia iudex per sententiam est functus officio suo: vt l. iudex postquàm. ff. de re iudic. capit. in literis. de officio delega. & hę rationes militant solùm, quando secunda sententia fertur ex eadem instantia: secus si instantia renouetur. ¶ Et licet quidam dixerint, quòd secunda sententia non valet: quia prima fecit ius: & sic secunda videtur lata contra ius: tamen hoc dictum reprobat ibi gloss. & Bartolus: quia non est expressus error in sententia: tunc quia secundum Bartolum sententia lata contra ius, quamuis non redacta in corpore iuris, non est ipso iure nulla, vt l. cum prolatis. ff. de re iudic. sed illa prima sententia non erat redacta in corpore iuris, ergo quidam dicunt hoc contingere, vt sit litium finis. & hoc sequitur Baldus in dicta l. j. & glossa ibi, quòd non placet Barto. quia eadem ratione non valet sententia lata contra iuramentum, vel transactionem: cum iuramentum & transactio sint introducta, vt sit litium finis. sicut & sententia, vt l. prima. ff. de iureiurando. sed vtrunque est falsum. primum probatur in l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiurando. secundum probatur in l. eleganter. ff. de condict. indebi. & idem etiam voluit idem Bartol. in dicta l. duobus. Et licet aliter loquatur domin. Anton. in dicto capit. inter monasterium. tamen opinion. Bartoli videtur verior de iure: quia aut de prima sententia non fuit oppositum, & tunc clarus est casus, quod teneat secunda sententia: vt probatur in dict. capit. inter monasterium. aut fuit oppositum, & est facta probatio, vt est in casu nostro: quia fuit oppositum de prima sententia: & tamen iudex tulit contrariam sententiam: & tunc videtur idem esse dicendum de iure, quia ferendo contrariam sententiam videtur primam ex alio casu reprobasse: quia prima sententia causat executionem peremptoriam: & tamen iudex non tenetur specificè pronūtiare super peremptoria: sed super principali: quia pronuntiando super principali satis videtur pronuntiare super peremptoria, vt not. in capitul. primo. de ordin. cogni. vnde dando sententiam contrariam primæ iam productæ, videtur super ea pronuntiasse, eam reprobando. & de hoc videtur casus in dicto capitu. inter monasterium, secundùm vnum intellectum. intelligen-
7 do † quòd illa verba posthabita, sit vna dictio: vt sit sensus, posthabita, idest postposita, & adiecta contrarium statuissent. & istum intellectum ponit gloss. in versicu. posthabita, &c. Si verò volumus teneret alium intellectum, quem etiam ponit gloss. ibi, vt sint duæ dictiones, vt tunc sit sensus, quòd ostensa sententia iudices contrarium statuissent. & ad hunc sensum domin. Anton. adducit illum textum pro se. Sed hoc ille text. non probat, si secunda sententia non tenuisset: sed dicit, quòd cōtrarium statuissent, & quod secunda sententia teneat, facit optimus text. in capitu. suborta. de re iudic. nam priuilegium facit notorium: vt tenet Innocen. in capit. ex insinuatione. de appella. & tamen tenet sententia lata contra priuilegium: quia iudex sententiando contra priuilegium, videtur illud reprobare: vt ibi apertè dicitur. nam notorium primum inficitur p sententiam contrariam: quia debemus præsumere iudicem fuisse motum aliqua iusta causa: vt in capi. causam. de re iudica. nam transactio & iuramentum inducunt notorium, & tamen tenet sententia contraria, & nullus interuenit a principio consensus partium. Vnde & fortius debemus dicere in sententia contra sententiam, & per hoc tollitur ratio domini Antonij & eius dictum. Nec obstat. l. prima. C. quando prouo. non est necesse. quia potest intelligi, quando sententia fuit lata in causa dubij super eadem instantia, vel si quis vellet intelligere, quòd fuit lata in diuersa instantia, dico, quòd dubium fuerat ibi; quia secunda fuerat lata directè cōtra veritatem: quia fuerat pronuntiatum, quòd nō fuerat aliqua sententia lata: & sic non videbatur valere. argumen. capit. secundi, de purgat. vnlg. quia nihilominus concluditur, quòd valet: fortius ergo debet valere, quando fuit producta, & tacitè reprobata per contrariam sententiam: quia tunc non fertur secunda contra veritatem: quia præsumere debemus, quòd ex aliqua iusta causa prima sententia fuit reprobata per secundam: vt in dicto cap. causam. sicut pręsumimus iustitiam, quando fuit in dubium reuocatum de viribus primæ, cum inter tacitum & expressum nō debeat esse differentia. l. cum quid. ff. si cer. petat. l. de quibus. ff. de legib. & optimè facit: quia probationes deductæ in iudicio faciunt notorium: vt in capit. significauerunt. de testib. & in capi. cum olim. de verborum significatione. & tamen tenet sententia contra probationes: vt in dicto capit. causam. & ita formaliter tenet domin. Abba. in dicto capitu. inter monasterium. sequendo opin. Barto. Ideo videtur, quòd ista sententia lata in fauorem istius Ioannis de Buchis valuerit, non obstante prima sententia. Facit etiam, quod voluit Ang. in dicta l. 1. C. quando prouo. nō est necesse. vbi dixit, quòd licet sententia contra sententiam non valeat, tamen hoc ideo est, quia secunda sententia non habet instantiam. & istum dicit esse verum intellectum, quicquid dixerit gloss. & idem voluit Bartol. in l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiuran. & Barto. satis animosè loquitur in dicta l. duobus, vbi dicit, ꝙ ista est veritas, vt Deus est Deus. Facit etiam, quod voluit Bald. in dicto capitu. inter monasterium. in versic. quæro. ad euidentiam, quare sententia contra a sententiam sit nulla. Responde: quia instantia non durat secundùm Bartol. & sic Bald. ibi videtur tenere opinio. Bartol. licet ipse aliter dixerit in dicta l. prima. & etiam Baldus in dicto capi. inter monasterium. in 6. ratione ibi allegata per eum dicit, quare secunda sententia non tollit primam. Respondet: quia esset lata sine libello, & sine ordine iudiciario: quia non potest in toto omitti, etiam de consensu partium: ut not. in cap. de causis. de officio delegati: ita ibi punctualiter dicit, & sic amplectitur istam partem, & sic Bartol. Bald. Ang. do. Abb. & Ludouic. Roma. sequuntur istam partem: ergo secundùm eam erit iudicandum, ex quo est communis opi. moderniorum. l. prima. ff. de senato. cum simi. Et maximè, quia in dicta sententia absolutoria lata in fauorem patris Ioan. Anto. dicitur, reseruato tamen dicto Ioann. omni alio iure: quod sibi competeret contra prædictos Ioan. & Anton. patrem, & fratres, maximè si haberet, & ostenderet alia iura, q̃ supra producta: vnde licet in dicta sententia dicatur sibi competeret aliter, q̃ supra intelligitur, idest eo mō, quo supra est deductū: sed si aliter deduceret, tunc esset secus: qa tale ius aliter deductum esset sibi reseruatum, & hoc uoluerunt dicere primi iudices: quia ad quid dixissent, maximè si ostenderet alia iura, quā supra producta. unde uoluerunt, ꝙ si per alia iura ostenderetur sibi ius competere contra dictos Ioann. & Ant. patrem & fratres, sibi illud reseruant: sed iam ostensum est, ꝙ alia iura produxerunt in isto iudicio, quàm in illo primo: vt apparet ex puncto ergo

sequitur,

sequitur, ꝙ ex verbis primæ sententiæ absolutoriæ est reseruatum dicto Io. de Buchis ius competens sibi contra illos Io. & Ant. patrem & fratres eius, nec illa verba illud important, nisi expressè dixissent in sententia, reseruamus sibi ius competens ex alia cã quàm ex supradicta: sed ideo dixerunt aliter, quàm supra: quia reseruarunt sibi deductionem futuram ostendẽdam sui iuris ex eadem causa & occasione, quæ reseruatio fieri potuit: vt no. gl. & text. in l. item Labeo. ver. si purè. ff. fami. ercis. Bal. in auth. interdicimus. C. de epis. & cleri. & Ange. in suo consil. 26. & do. Car. in c. qualiter. el 2. de accusa. Et sic ex isto capite valuit illa sententia contra illos Io. & Anto. patrem & fratres. & ideo illa verba dũ dicunt, aliter q̃ supra, inferunt qualitatem & accidẽs: cum ergo aliter fuerit deductum ius istius Ioã. quia præsentatæ sunt literæ, quas recognouerunt do. Io. & Anto. quæ in primo iudicio non fuerunt productæ: & multa fuerunt adducta in illo secundo iudicio: ergo aliter quàm primo dicitur ius illius Io. de Buchis deductũ. ex quo sequitur, ꝙ potuit ferri ista sententia secunda contra primam & ex isto capite non ob. opi. gl. in d. l. 1. & in d. c. inter monasterium. & opin. Bal. & do.
8 Ant. Facit etiam ad prædicta: quia iura sunt † manifesta, ꝙ vbicunque quis ex persona sua non potest consequi aliquid: tamen illud potest consequi ex ꝑsona alterius sibi adiuncti, text. est in l. si communẽ. ff. quemadmo. serui. ami. & ibi glossa dixit, ꝙ illud, quod non possum per me, possum tamen per aliũ. l. Arist. ff. quæ res pigno. obliga. poss. & ibi dixit Bald. ꝙ priuilegiũ vnius consortis prodest alteri consorti. facit textus singul. in simili in l. si is qui duos. ff. de lib. lega. & Inno. in c. ad audientiam, de præscrip. & in cap. dudum, de electio. & quod no. in c. primo, de iurepatrona. lib. 6. & etiam pulchrè dixit Barto. in l. præcipimus. §. eodẽ obseruando. C. de appellatio. ꝙ laicus ex persona clerici sortitur illud, quod de se sortiri non posset. & idem videtur voluisse in l. solent. ff. de alimentis & ciba. lega. facit, quod voluit dominus Abbas in dicto capitu. ad audientiam. vbi dixit, ꝙ priuatus adiuuatur in præscriptione intuitu eccl. Roma. in præscriptio. centum annorum. & Bart. in d. l. si qui duos. dixit post Dynum, ꝙ spurius per coniunctionem socij consequetur dimidiam hæreditatem sui patris: licet per se non posset: & vt idẽ voluit Saly. in l. si societatis. C. pro socio. facit, quod voluit do. Abbas in c. primo. de præscriptioni. vbi propter adhesionem sedis vacantis est priuilegiatum capitulum, vt non currat præsciptio contra capitulũ in bonis communibus, licet contra bona propria ipsius capituli curreret præscriptio, etiam sede vacante, allega. d. l. si communem. facit, quod etiam ipse voluit in c. fina. de iurepatrona. vbi clericus propter immixtionem laici in iurepatronatus adiuuatur, vt legatus de latere non possit illud conferre, allegat Federicum de Senis in suo consilio 63. facit glossa in l. fi. C. de mune. & honori. non conti. libro 10. vbi quis consequitur excusationem a muneribus propter cõsocium. & quod voluit Bartolus in l. si emancipati. C. de collatio. vbi dixit, quòd si vnus nepos est in potestate, & alter est emancipatus, ꝙ patruus tenetur conferre vtrique propter illum, qui est in potestate. Facit, quod voluit Baldus in capitu. primo. in titulo quibus modis feudum amitta. vbi dixit, ꝙ vnus consequitur, seu euitat pœnam priuationis propter admixtionem alterius, qui non deliquit. Ita ergo erit dicendum in casu isto posito, non tamen concesso, ꝙ iste Ioannes de Buchis non potuisset obtinere secundam sententiam contra primam: tamen illud procederet, si ex persona sua sola intentasset actionẽ in illo sc̃do iudicio, sicut fecit in primo: sed in illo secundo iudicio intentauit actiones, & procurationes illius domini, & vt procurator illius Salerni. & licet intentasset etiam nomine suo proprio: tamen quia illud secundum iudicium fuit intentatum in personam illorum duorum, quibus non obstabat illa prima sententia: ex eo quia in illo primo iudicio non fuerant nominati, nec aliquid fuerat intẽtatum ab eis, nec nomine suo: illa prima sententia non fuit lata contra eos, & sic non nocuit eis, vt per totum titulum, res inter alios acta. ergo sequitur, ꝙ secundum iudicium potuit intentari ex persona eorum cõtra primam sententiam. ergo sequitur, ꝙ istud secundũ iudicium erit validum ex persona eorum, & per cõsequens sustentabitur illa secunda sententia quoad ipsum Ioannem; quia cõsequetur ex persona illorũ illud, quod ex persona sua consequi non potuit. & ꝑ consequens nullo modo obstat dicta l. prima, quando prouoca. non est necesse. facit in simili textus val de singula. in l. si quis ex argentarijs. §. sed si omnes. in versicu. quid enim si humilis, & deploratus vnus edidit. ff. de edendo. vbi editio rationum edita ab vno deplorate opinionis sustentatur ex persona aliorum habilium, & per illum textum dixit Angelus in consilijs suis, in consilio primo, quòd si plures testes
9 † sunt idonei, & inter illos est vnus testis domesticus, qui aliàs repelli potest, quòd non poterit repelli propter habilitatem aliorum. Vnde sustentabitur actus propter habilitatem aliorum. & Baldus per illum textum in l. imperator. ff. de statu homi. dixit, ꝙ si duo notarij sunt rogati de eodem actu, & ambo conficiant instrumentum, & vnus illorum est inhabilis, sustentabitur actus propter habilitatem alterius. Et facit, quod pulchre voluit idem Baldus in commento. l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. per illum textum. alleg. Innocen. in c. super eo. el 1. de appel. & quod voluit Iac. Butri. & idem Bald. in dicto §. sed si omnes. Ita ergo erit dicendum in casu nostro: posito, non tamen concesso, ꝙ ex persona illius Ioan. de Buchis illa sententia nõ tenuisset: nihilominus tenuit ex ꝑsona illorum coniunctorum: & ideo valuit & tenuit talis sentẽtia. Facit etiam, quod habetur in textu sing. in c. ad dissoluendum. de desponsatio. impube. vbi si aliquis dixit, accuso, vel denuntio, & delictum adhuc nõ erat commissum: ideo non poterat deduci per modum denuntiationis. & sic libellus erit ineptus ex capite accusationis, & aptus & congruus ex capite denuntiationis: & tamen ibi dicitur, ꝙ libellus sustentatur ex capite habili. facit l. habebat. ff. de insti. & quod voluit Bartolus in disputatione, adunantia generalis. Ita dicamus in casu nostro, posito, non tamen cõcesso, quòd talis sententia secunda non posset sustẽtari ex persona illius Ioannis, nihilominus sustentabitur ex persona illius Salerni, & illius domini Dominici. Et multofortius idem debet esse in sentẽtia, quàm in libello. facit, quod habetur in l. & puto. ff. famil. ercisc und. & in l. & Proculus. ff. de vsu. Et sic ex istis apparet, quòd illa sententia secunda contra personam valuerit: primò ex doctrina Bart. & aliorum Moderno. quæ est communis; quam sequũtur Moderni, & probatur in d. c. inter monasterium. inducendo vt dixit dominus Abbas, & superius dixi. & quia sustentatur melioribus rationibus, & motiuis, vt supra fuit ostensum. ergo est præferenda opinioni contrariæ, vt in c. capellanus, de fer. Item quia sustentatus ex reseruatione facta in dicta prima sentẽtia, vt dictum est. Item sustentatur ex persona illorũ Salerni & domini Dominici, & etiã est æquior propter iniquitatem illius patris dicti Ioannis, qui sciuit illum suum filium negotiari, nec prohibuit, nec protestatus fuit: ideo non est mirum, si percontrariam

trariam sententiam tollatur illa prima: maximè propter multa, quæ de nouo deducta fuerunt in illo secundo iudicio. & bene facit, quod voluit dominus Paulus de Castro in suo consilio 321. vbi consuluit, quòd receditur a prima sententia, quæ transiuerat in rem iudicatam propter instrumenta de nouo reperta. & respōdet ad iura, quæ in contrarium allegātur: nec æquitas iudicantis debet hoc pati secūdùm eum. & ibi latissimè consuluit, posito quòd victus non posset excipere contra primam sententiam: tamen iudex ex suo officio sibi succurreret. Quanto fortius in casu nostro; cum in prima sententia iudex reseruauerit dicto Ioanni ius ostendendi de iure suo per alia iura, quæ in primo iudicio produxit, rescindetur illa prima sententia per istam secundā. & ista videtur pura veritas, quòd secunda sententia valuerit contra primam. & ita concludo. ¶ Capio nunc aliud dubium, cum opponitur de statuto disponente, quòd nullus filiusfamilias possit se æqualiter obligare in aliquo contractu sine consensu sui patris, & si secus fieret, nullam habeat roboris infirmitatem. quo casu videtur, quòd cum istud statutū tendat ad vtilitatem ipsius filijfamilias, videtur, ꝙ se extendat ad contractus & obligationes initas extra territorium Senense, per illam doctrinam Bart. & Bald. in d. l. cunctos populos. C. de summa trini. & fide. quam allegaui superius in primo dubio. Cum ergo dicitur, ꝙ dictus Ioan. Anto. contraxerit obligationem in ciuitate Neapo. ergo sequitur, ꝙ tale sta-
10 tutum non porrigit vires † suas illuc, & per consequens non potuit obligari sine consensu & voluntate sui patris, & per consequens talis obligatio fuit nulla: & quia statutum dicit, non possit aliqualiter obligari, non solùm comprehendit ipsam obligationem, sed etiam mandatum de se obligando. facit, qđ habetur in simili in ca. at si clerici. in prin. in ver. aliquatenus. de iudic. & quod habetur in l. oratio. ff. de sponsal. cum simılib. ¶ Sed non obstantibus istis contrarium puto de iure verius: videlicet, ꝙ iste pater sit obligatus, & etiam ipse filius, quod sic ostendo: nam primum statutum disponit, ꝙ si pater non prohibuerit filium negotiari, teneatur pro facto negotiationis. vnde non dicit statutum, ꝙ in negotiando requiratur voluntas patris: sufficit ergo solùm si non prohibeat filium negotiari, aut non proteste tur: vt dictum fuit in primo dubio. vnde licet postea aliud statutum dicat, ꝙ filius nō possit obligari sine consensu patris, aut voluntate intelligitur saluo casu alterius statuti: quia negotiando poterit filiusfamilias se obligare sine voluntate patris, si pater non prohibeat illum negotiari, vel non protestetur: vt statutum primum disposuit. Vnde intelligitur saluo primo statuto in negotiando, & in his quæ sunt præparatoria ad ipsum negotiari: vt dictū est in primo dubio. Facit, quod voluit dominus Petrus de Anch. in commento. c. canonum. de constitu. & in c. statutum. §. cum autem. de rescriptis. lib. 6. vbi refert se ꝯsuluisse. Teruisij. ibi erat statutum, quòd prædecedēte vxore in matrimonio vir lucraretur dotē, & alio statuto etiam cauebatur, ꝙ forensis nō possit acquirere bona immobilia Teruisij: modo forensi cōtraxit matrimonium cū Triuisana, a qua habuerit in dotem, bona immobilia, & prædecessit in matrimonio. fuit dubitatum, vtrum ille vir forensis potuit lucrari immobilia sibi data in dotem vigore statuti Teruisij. & ipse consuluit ꝙ sic: nec obstabat aliud statutum: quia debuit capi sensus, vt vtrunq; statutum seruetur, & allegat doctrinā Bartoli in l. prima. §. per vim. ff. quod vi aut clam. & Ioan. And. in addi. Specu. in titulo de executio. sentē. §. postremo. & in titulo, de senten. §. vt autem. Facit, quod pulchrè dixit Bal. in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. vbi dicit, statuto cauetur, ꝙ pater teneatur relinquere filijs quintam partem bonorum suorū. Alio vero statuto cauetur, ꝙ testamentum, in quo non relinquitur filijs integra legitima, sit, ipso iure nullum. Vtrum dicta quinta dicatur integra legitima, an verò intelligatur secundùm ius commune, videtur secundùm ius commune: quia verba statuti debent intelligi propriè: sed non dicitur legitima propriè ibi, secundùm ius commune: vt l. 2. & 3. de petitione hæreditatis. institutio. de iustitia & iure. §. sed ius. Item statutum posterius æquum tollit prius sta-
11 tutum iniquum: cum † odiosa & iniqua de facili tollantur. In contrarium arguit & concludit: quia posterius statutum trahitur ad prius. l. nam & posteriores. ff. de legi. & ita refert se in quæstione facti consuluisse. Ita videtur dicendum in proposito, ꝙ cum ille Ioan. Anto. se obligasset pro facto negotiationis, & negotiando, sequitur, ꝙ potuit. Nec obstat istud statutum, ꝙ nullus filiusfa. &c. quia limitatur per aliud statutum, vt non habeat locum quando filius negotiatur, & sic vtrunque statutum seruabitur: & per consequens licet se obligauerit negotiando, extra territorium Senense, tamen obligatur ex dispositione primi statuti, quod extendit vires suas extra territorium. Præterea etiam facit: quia iam ipsum statutum dicit sine consensu, & voluntate patris, & in casu nostro interuenit voluntas patris, ex quo publice dicebatur Senis, ꝙ stabat negotiādo in ciuitate Neapolis, & præsumptio est, ꝙ pater sciebat, vt fuit in secundo dubio dictum: & quia iam produxit dictus pater Ioannis prędicti literas, in quibus dicebatur, illum Ioannem Antonium stare pro negotijs Salerni in ciuitate Neapolis, & sic videtur se obligasse obligatione ipsius sui filij, per l. si filius. ff. ad macedoni. per quàm l. dixit Baldus in l. finali. C. eo. ꝙ si statuto cauetur, ꝙ filiusfamilias non possit contrahere sine consensu patris, & filius contrahat sine consensu patris, qui postea literas recipiat de contractu ipsius filij sufficit: quia videtur ratificare, per illam elegantem. l. si filius. Et ex istis concludo, istum Ioannem Antonium esse obligatum non obstante dicto statuto. ¶ Capio vltimam dubitationē, dum opponitur, ꝙ dominus Dominicus non seruauit solennitatem statuti dicentis, nullus forensis conquerēs de aliquo supposito mercantiæ audiatur in curia officialium, nisi primò satisdet de iudicio sisti, & iudicato soluēdo. Non intro illam dubitationem, an huiusmodi statutum valeat, inquantum denegat audientiam, de quo per Angelum in l. venditionem per illū textum in versiculo. audiatur. C. de vsucap. o. pro em-
12 pto. & per eundem in consilio 230. de quo † verbo non audiatur, facit. l. secunda. C. de legi. quam allegat Angelus in dicta l. venditionem. facit ibi text. in versicu. non audiatur, & voluit idem Ange. in l. 1. C. de bonis vacan. libr. 10. tex. in l. 1. C. de pa. potesta. & ibi Baldus in l. 1. in princip. ff. de iure patrona. vbi dicit Nicola. de Neapo. declarari per illum textum statuta disponentia, ꝙ querelæ bannitorum nō audiātur. Baldus in l. iubemus. §. sanè. C. de sacro sanctis eccle. vbi allegat tex. in l. si seruus. C. de his qui ad ecclesi. confugi. Ang. in l. si non speciali. C. de testamē. Bartolus in l. cum mulier. ff. sol. mat. & in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebellianum. & Bal. in l. cum mulier. præallega. Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de sen. §. iuxta. in versiculo, item cum nulla. & concludit Bartolus, ꝙ ibi lex in ciuilibus dicit, quem non debere audiri, causatur exceptio: sed in criminalibus excluditur ipso iure. & ita dicit fuisse de mente Iac. de Are. in sua disputatione per l. primam. §. ꝙ autem. ff. de aleato. & idem voluit Ange. in d. §. sublata. & Bart. in l. cum

lex.ff.de fideiuss. Cum ergo in casu nostro sumus in
actione ciuili, ita excluditur demum forensis ab a-
gēdo, si opponatur: cum ergo in casu nostro est op-
positm, ꝙ non debeat audiri: quia non satisdedit a
principio, vt disponit statutum prædictū; sequitur,
quòd iudicium non tenuit quoad illum dominum
Dominicum forensem. Sed istis non obstantibus cō
trarium puto de iure verius. videlicet, ꝙ iudiciū va-
luerit. primò per elegantem doctrinam Bald. in di-
spositione sua. incipiente, statuto cauetur &c. vbi re
fert illam dispositionem. Iaco. de Are. & decidit, ꝙ
aut statutum denegat alicui audientiam propter ꝑ-
sonæ inhabilitatem & improbitatem, & tunc pro-
cessus est ipso iure nullus, & ponit exemplum in bā-
13 nito, & ille non est casus noster: quia hic non † dene
gatur audientia forēsis propter improbitatem, aut
inhabilitatem personæ, aut denegatur audientia
propter moræ diuturnitatem, aut actoris iniquitatē
præsumptam, & tunc validum est iudicium, vel pro
pter præsumptam personarum charitatem, vel pro-
pter facti præcedentis ad id, quod nunc cōpetit con
trarietatem, siue difformitatem, vt l. qui semisses. ff.
de vsur. & in omnibus istis iudicium est aliquod, &
valet sententia, alleg. in argumen. l. nam & postea. §.
si damnetur. ff. de iureiurando. & l. eodem tempo-
re. ff. de pecul. & lege, posthumus. ff. de inofficioso te
stamento. in §. si quis ex his. l. 1. cum similibus. ff. de
iuris & facti ignorantia. Modo in proposito nostro
ista non est actio criminalis, sed ciuilis: nec est intro
ducta propter improbitatem forensis: sed est intro-
ducta propter fauorem, & vtilitatem ciuium, & ad
hoc statutum istud principaliter emanauit: ergo iu-
dicium valuit, & tenuit. Et si dicatur, fuit oppositū.
Respondetur, quòd iudex ante sententiam admittē
do illam satisdationem de iudicio sisti, & de iudica-
to soluendo, videtur reiterare illam executionem:
cum potuerit forensis illam moram purgare, argu.
capitu. ex literis. de constitutione. & eo magis; quia
iam fuit satisfactum statuto Senensi disponenti de
ciuibus Senensibus cogēdis ad petitionem credito-
rum forensium: quia ex persona illius domini Do-
minici fuit promissum legitimè, quòd occasione di
cti debiti commune Senarū vel alios Senenses non
inquietabit per se vel per alium: ergo sequitur, ꝙ ex
illo capite potuit ille dominus dominicus, licet forē
sis, conuenire illum Ioannem Antonium: & sic fuit
habilis ad illum conueniendum, cum postea aliud
statutum disponat, quòd non debeat audiri, nisi pri
mo satisdederit: tale statutum interpretabimur, ꝙ
non dicebat, quandiu durabit contumacia, modo si
fuit auditus procurator illius Dominici, nec satisde-
dit, & postea fuit oppositum, & obtulit & dedit satis-
dationem, audietur: & iudicium, quod iam erat va-
lidū, tenebit, & poterit purgari illa cōtumacia: hoc
decidit Baldus in l. prima. C. de postulādo. vbi dicit,
ꝙ bannum, quod fertur ex contumacia bannito cō-
parente reducitur ad simplicem citationem: nec
amplius dicitur esse bannitus, allegat dictum capi-
tulum, ex literis. quinimo in dicto statuto dicitur, ni
si primo satisdet, vel ꝑsonaliter astrictus steterit ad
petitionem officialium mercantiæ pro prædictis ser
uandis: nam tale statutum primo debet intelligi se-
cundùm dispositionem primi statuti: videlicet de ci
uibus Senensibus cogendis ad petitionem credito-
rum forensium: vt si legitimè promiserit, quòd oc-
casione dicti debiti &c. argumento eius, quod dixit
Bartolus in l. prima. §. per vim. ff. quod vi aut clam.
& dominus Petrus in dicto capitu. statutum. §. cum
autem. de rescip. lib. 6. & etiam in præcedenti dubio
dixi, & habet rationem apertam hoc dictum: non
enim debet forensis duplici onere conteri: vt dicit
tex. in cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iudic. l. sena
tus. ff. de accusatio. & ideo non debet forensis legiti-
mè promittere, ꝙ occasione dicti debiti, vel occasio
ne dictæ obligationis non inquietabit cōmune Se-
nense, vel alios Senenses per se, vel per alium: & sta-
re districtus, vel dare satisdationem de iudicio sisti,
& iudicato soluendo: & sic grauari duplici onere, &
addi afflictio afflicto. l. diuus. cum simili. ff. de officio
præsidi. Quāto ergo fortius in casu nostro: quia iam
subijt vtrunque onus dictus D. Dominices. Et ex su-
pradictis concludo, iudicium valuisse, & tenuisse in
fauorem dicti Dominici, & partes dominicis iudicis
esse in confirmando sententiam latam in fauorem
dicti Ioannis de Bùchis, & illius Salerni, & illius do-
mini Dominici. & ita concludo.

EPITOME.

¶Statutum permittens debitores posse pro pri-
uatis debitis incarcerari, an comprehendat mino-
res 25. annis, & an laici possint disponere circa iu-
ramentum, maximè in contractibus minorum.

SVMMARIVM.

Minor 25. annis pro debito priuato non potest carcerari, quia non potest esse contumax. nu. 2. 20.

Contractus venditionis cum minore celebratus accedente iura-mēto & decreto sine causæ cognitione interposito an valeat. nu. 4. 6. 14.

Intellectus authenticæ, sacramenta puberum. C. si aduersus ven-ditionem. nu. 6.

Decretum ex iniusta causa interpositum valet, sed ex falsa est ipso iure nullum. nu. 14.

Dictio, præcisè, apposita in statuto habet vim clausulæ deroga-toriæ. nu. 17.

Iuramentum non firmat venditionem dolo initam in præiudiciū minoris. nu. 18.

Minor potest cedere beneficium restitutionis in integrum. nume-ro 21.

Possessio ex contractu simulato & ficto non transfertur. nume-ro 22.

Ratificatio an faciat reconualescere venditionem a principio nullam. nu. 23.

CONSILIVM VI.

ILlud in medium adducā, quod
diuino spiritu constantissi-
mo viro Danieli venit in ore. Ipse re-
uelat profunda, & abscondita, & no-
uit in tenebris constituta: quare ip-
sum immortalem Deum omni ani-
mo, & humili corde oro, vt huius consultationis ve
ritatem pro suo in genus humanū amore mihi in-
docto aperiat. Et ideo viso puncto & visis allegatio-
nibus redditis per clarum, & insignem iurisconsul-
tum, & accuratè discussis & examinatis, capio istā
consultationem. Et ante omnia præmitto pro fun-
damento potissimo huius hæsitationis, ꝙ iste Ioan-
nes de Zambelis tempore suæ minoris ætatis pro il-
lis debitis non potuit carcerari: nam licet statutum
Parmense generaliter loquatur: consequens est, vt
tam minores comprehendat. l. si fine. §. Lucius. ff. de
administratione tutorum. capitu. constitutus. de in
integrum restitutione: tamen in casu nostro non cō
prehendit minorem, ea ratione potissima: quia cū
1 hæc constitutio † sit odiosa carcerationem & deten
tionem permittens: igitur restringenda est secūdùm
iuris communis regulam. cap. cum dilectus, de con
suetudi. c. dilecto. de verborum significatione. cap.
causam quæ, de rescrip. c. ad audientiam. de clericis
non residentibus. cap. 1. de feud. cogniti. capitu. 1. de
con-

consuetu.recti feud.l.Cesar.ff.de publica.l.secunda. C.de noxalibus.l.fina.§.in computatione.C.de iure deliberandi. adeo vt de debitore habili ad detinendum,& capiendum intelligimus.l.1.C.de sacro sanctis ecclesijs.l.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de muneribus & honori.quare videndum esse arbiter,an iuris communis dispositione minor annis vigintiquin-
2 que pro priuato debito † capi & carcerari possit.In qua dubitatione duas reperio fuisse opiniones:prima fuit Bar.in suo tractatu de carceribus, circa finē dicentem, minorem iure communi capi posse, per textum.l.fi.C.de custodia reorum.dicentem carce-
3 rum† custodem carceratorum ętates præscripta die iudici manifestare debere, cuius quidem ætatis appellatione,& minor & maior ætas comprehēditur: sed tanti doctoris honorificentia salua: vt ex verbis textus vtar.9.dist.c.neq;.illa lex nihil probat.quę intelligenda est, vt ætates carceratorum ipse custos iudici ostendat descriptas.s.ad capiendum habilium, aut idoneorum,non autem inhabiliū,qualis minor est, vt inferius ostendam.ideo autem carceratorum ætates lex iudici notas esse voluit, quia non ita exactam custodiam incarcerato sene fieri volet, qualē in iuuene adhibere debet.l.si vt certo §.custodiam. ff.commoda. Item quia si perspiciat senio confectū in carceribus existere,id incunctantur principi nuntiabit, qui forte pietate motus dimitti faciet: sicut inquit iurisconsultus in l.in metallum. ff. de iure fisci.Secunda opinio fuit Ang.in commento.l.nemo carcerem.C.de exacto.tribu.libro 10.contrariū affirmantis.s.quòd minor ipse pro priuato debito carcerari non possit.Cuius sententiam sequor his rationibus.Prima:quia ad hoc vt quis pro debito carcerari possit,præcedens requiritur contumacia: vt probatur in dicta lege,nemo carcerem.& clarius in l.consentaneum C.quomodo & quando iud. vnde secūdùm verum intellectum Iacobi Butri.& Bald.& maximè in casu,quo loquitur istud statutum Parmense,cum requirat debitores citandos, vel contumaces,& quòd pręstent fideiussorem,& si contumaces in præstanda fideiussione fuerint,possint illico detineri.clarum est, minorem non posse se defendere: vt l.contra pupillum.& l.acta.ff.de re iudicata.l.minor.ff.de bonis aucto iudic.possi.l.cum & minores. C.si aduersus rem iudicatā. & probatur in l. minor etiam si quasi contumax.cum sua gloss.ff.de mino. ergo non potest constitui in contumacia. sequitur ergo,quòd non potuit carcerari:& maximè,quia cū verba ipsius statuti non possint adaptari ad ipsum minorem,cum non possit esse contumax: ergo non adaptabitur dispositio statuti: vt l.prima.§.loquit.ff. de magi.conue.l.quod constitutum.ff.de testamento militari.l.4.§.toties.ff de damno infecto.l.ita autem.ff.de administratione tutorum. c.indemnitatibus.§.sed cum eas de electione.lib.6.ca.ex parte. de concessione præbendæ. Secunda ratio,minor non potest vocari in ius regulariter. ff. de in ius vocādo. l.neque impuberes.ergo nec verbaliter, nec personaliter in ius vocari potest,argumēto l.primæ.§.generaliter.ff.de legatis præstandis. cum similibus. ergo istud statutum loquitur de citando debitore, & minor regulariter citari non potest,sequitur, quòd propriè statutum ipsum nullo modo loquitur in minore debitore, cum etiam verba ipsius statuti non possint adaptari ad ipsum statutum.l.hos accusare. §.omnibus.ff.de accusationibus.& quod notat Bartolus in dicta l.quod constitutum.& in §.toties.pręallega.Bal.in lege,in copulandi.C.de nuptijs.Tertia ratio pro priuato debito quis carcerari non potest prius,quàm præcedat bonorum excussio: vt notat gloss.in l.3.§.tutores. ff.de susp. tuto. sed in casu nostro non præcessit bonorum excussio. igitur captura fieri non potuit,& sic apparet, ꝙ tam ex dispositione iuris communis iste minor non potuit carcerari,nec detineri in carceribus: quàm etiā ex dispositione statuti Parmensis:& licet Bar.aliter fuerit loquutus,tamen bene facit,quod notat Bar.in l.neq;. ff.de in ius vocando.& Bald.in l.1.C.qui bonis cede. poss.& cum in contingentia facti ista quæstio fuisset in splendida vrbe Florentiæ super statuto Florentino, ita generaliter disponēte de debitore citato, vel contumace capiendo, vel carcerando, & fuisset captus quidam minor,& carceratus: fuit consultum, quòd illa constitutio non comprehendebat minorem, imo erat interpretanda secundùm dispositionem iuris communis, quo iure communi non potest capi minor pro debito priuato. & ita consuluit aperto ore dominus Ludouicus Romanus consilio suo 118.incipiente, in Christi nomine amen, circa primum, quod quæritur vigore Florentinæ constitutionis &c. & ibi etiam damnat illam doctrinam Barto.Modo in casu nostro nullam dubitationem habet illam consultatio stante statuto prædicto: qa loquitur eo casu,quo quis est citandus,vel est contumax,quæ regulariter non cadunt in ipsum minorē, & eo magis quia fuit debitum vinarium contractū per minorem in taberna,capiendo vinum ad minutum,& ego vehementer admiror, quòd non posuerit ille tabernarius in illo debito ꝑ ficaticijs, & alijs luxurioso dignis viro.& mirū est, ꝙ in ciuitate Parmæ,vbi est summa ciuitas, pinguis iustitia, & celeberrimorum doctorum copia summa, caperetur minor pro debito vinario,& detineretur in carcere, & daretur curator,& iudex ad vendendum bona stabilia magna quantitatis pro paruis debitis. difficile esse satyram nō scribere, & afferre illud, quod præclare apud Iuuenalem scriptum est vltra Sauromatas &c. Deus gloriosus iudicium suum regi det.& sic ex superioribus dictis apparet clarissimo iure, ꝙ ille minor iniustè fuit captus & decentus:& quia,vt inquit ille Philosophorum facile Princeps Aristoteles primo physicorum in principio, vno inconueniēti dato plura sequūtur:& probatur in lege,ratas. C. de rescindenda venditione. & ibi Bald. ¶ Modo da-
4 to isto fundamento † nunc ad ostendendam nullitatem,& iniquitatem pestiferam illius venditionis. capio decisionem in indiuiduo ad istam quæstionē, & allego celebrem iuris interpretem dominum Petrum de Ancharano in consil.js suis,cōsilio septuagesimonono & est consilium illud decisiuum,& incip.visis diligēter actis,& actitatis in dicta causa.fuit etiam illud dubium cum toto processu, & allegationibus partis vtriusq; transmissum de communi concordia decidendum iudicio,& consilio ipsius domini Petri,quo casu maioris est auctoritatis consilium decisiuum. & quæstio fuit; quia interuenit decretū iudicis & creatio curatoris,& interposita auctoritas ipsius curatoris & cōtracta obligatio per ipsum minorem cum iudicis decreto,& cum auctoritate curatoris fuit refricatum in dubium, ꝙ ille contractus non tenuit; quia non interuenit causæ cognitio: & etiam in illo contractu & obligatione minor iurauerat seruare illum contractum,& illam obligationem domi. Petrus peroptimè ponderatis processu & allegationibus partium consuluit & decidit, ꝙ illa obligatio non tenuit, & motiua sua sunt ista, videlicet,auctoritas iudicis requirit causæ cognitionē multiplicem: vt l.magis puto.§. non passim,l.qui neque ff.de rebus eorum,l.fin.ff.de cur.furio.l.secūda. C.eod.titulo,& quod ibi notat.l.actus.C.de ferijs. ꝑ Cynum in lege,ne quicquam.§.vbi decretum. ff.de officio proconsulis.Similiter inquit, curator nō debet

bet interponere suam auctoritatem passim: sed tūc demum cum versatur vtilitas minoris, cuius negotia gerit. Sed in casu illo quo ipse dominus Petrus consuluit, eodem momento temporis creatus fuit curator, & contracta dicta obligatio cum dictis decreto, & auctoritate, ex qua temporis breuitate liquidò dicit apparere, nullam fuisse causæ cognitionē adhibitam, alleg. ca. cum ex literis. de in integrum restitutione. & quod notat Bartolus in lege prolatā, C. de sententia. & interlocutor. omnium iudicum. & optimè facit illud, quod voluit glossa in capitulo, pōderet quisque sermones suos, 50. di. dū dixit, tempore egemus, vt aliquid maturius agamus. & est ibi solennis textus, & ibi dominus Dominicus arguit contra multos iudices, qui de mane habent processum, & de sero, seu in vesperis ferunt † sententias, ꝙ
5 tales sentētiæ sunt ipso iure nullæ, tanquam latæ sine causæ cognitione: quia præsumitur, ꝙ non cognouerint ex illo momentaneo, & instātaneo actu: & facit text. in prima cōstitutione digestorū. & ibi Baldus dicit, quòd pauco tempore pauca parari possunt. & facit illud Terentianum, hui tam cito. & etiam pulchrè consuluit idem dominus Petrus cōsilio 222. incipiente, in causa & quæstione, quæ vertitur, vbi dicit, ꝙ etiam in imperatore præsumitur ex tempore modico, & momentaneo, ꝙ non cognouerit de causa, allegat. dict. capitu. cum ex literis. & facit, quod voluit dominus Antonius in ca. si pro debilitate. de officio deleg. de consultore, qui visò pūcto consuluit; quia præsumitur, ꝙ de causa non cognouit, ideo non valet consilium: & idē voluit Baldus in l. captatorias. C. de testamen. milit. quinimo voluit idē Bal. in l. is apud quem. C. de edē. ꝙ posito, ꝙ iustam sententiā tulerit iudex, si tamen de causa non cognouit, sententia est ipso iure nulla. Idem voluit in l. multa. ff. de condi. & demonstra. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infe. & in l. quæsitum. ff. de re iudica. & in l. hęc autem, per illum textum in versicul. constare liquere prætori. ff. ex. qui. causis in possessi. ea. & etiam allego text. formalem in l. generaliter. in versic. postquàm hæc intimata fuerint prætori &c. C. de iureiurando. & hoc decidit ibi Baldus, & allego glossam in capit. sępe. de appella. quā gloss. allegauit ipse Bald. in l. sed si de sua. §. cum autem. ff. de acquirenda hæreditate. & idem etiam voluit idē Baldus in dicto capit. sępe. & allego text. in l. si pater §. primo. in versicu. liquere prætori. ff. de fideicommiss. liber. & idē dicit domi. Anto. in capit. ex tenore. de foro competenti. & idem voluit domi. Abbas in capit. quoniam contra. de probati. & allego ibi gl. & idem voluit Ang. in l. bonorum. C. qui admitti. & alle. ibi Angel. & si multo minus valebit actus, quando tendit ad iniustitiam, & ad dānum, & dixit Baldus. in l. quęcunque. C. de bono. quæ libe. ꝙ etiam si alienatio tenderet ad vtilitatē ecclesię, non posset fieri aliter quàm ius disponit, & est accuratè considerandum; quia dominus Petrus loquitur eo casu, quo præsumitur, ꝙ non interuenit causę cognitio: quia tūc actus nō tenet, & loquitur in obligādo ipsum minorē: quāto ergo fortius in casu nostro nō valebit illa venditio: quia constat, ꝙ non interuenit causæ cognitio: etiam multofortius si eodem tempore fuit constitutus curator, & interposita auctoritas curatoris dictæ vēditioni, & iudicis decretū: quia præsumitur, ꝙ non fuerit cognitum de causa: & etiā quia sumus in alienanda magna possessione ipsius minoris: & sic de maximo præiudicio minoris. Subdit etiam dominus Petrus in præallegato consilio, hæc ergo auctoritas & decretū sunt nullius momēti, postquàm iudex de contingentibus omisit inquirere. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. & iō ꝯcludit ibi dom. Petrus obl ōnē illā fuisse nullā, & nullius momenti, veluti a minore: & auctoritas perperā interposita: & etiam dicit do. Petrus. ꝙ ex quo illa obligatio tendit in præiudicium, & lęsionem ipsius minoris, ideo dicit, ꝙ non tenet. allegato textu in l. fin. de cur. fur. & qđ nota. in l. prima. C. si aduers. vend. & quod not. Cy. in l. non videt. C. de in integrum restitutione. & quia in casu illius consilij ille minor iurauerat, quid iuris: dicit super hoc esse aduertendū, ꝙ si talis obligatio tendit ad læsionem ipsius minoris; quia fragile est ætatis minoris consilium, & multis captionibus expositum: vt l. prima. ff. de minori.
6 ideo † cum sit læsus minor, vbi est iniquitas, non habet locum authentica. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis; & per consequens nō esse seruandum; & de facili est relaxandum: quia cōtra iniquitatem iudex debet occurrere non obstante iuramento, alleg. not. in capitulo cum cōtingat. de iureiurando. & Ioannes Andreas in capitulo quintauallis. eodem titulo in nouella post Hostiē. & refert dominus Petrus se aliàs consuluisse Senis. & dicit, ꝙ nullitas illius obligationis non est purgata illo iuramento; & ita respondet dominus Petrus in dicto cōsilio. Et sic videtur decidere in terminis istā dubitationem. ergo sequitur, ꝙ talis venditio, cum celebrata fuerit ex iniusto fundamento: quia captura illa non tenuit, & tēdebat talis venditio ad lęsionem ipsius minoris: & quia nulla interuenit causæ cognitio, sequitur ꝙ iuramentum non purgauit illam nullitatem. Secundò facit, quod voluit idem dominus Petrus consilio 322. incipi. in Christi nomine amen. visis facti narratione & copijs testamenti. vbi adultus cum auctoritate curatoris, iudicis decreto, & cum iuramento etiam liberauit tutorem ab administratione, & reliquis: modò ipse vult dicere illam liberationem nullam vel saltem iniquam, an debeat audiri, & ex quibus causis reddatur nulla, & an statutum possit annullare iuramentum adulti. & arguit ibi dominus Petrus, ꝙ non possit dici nulla: quia interuenerunt iuris solennia: videlicet iudicis decretum, auctoritas curatori, & etiam iuramētum. Postea arguit, & consuluit contrariū dicens, ꝙ decretum iudicis redditur nullum: quia sine causæ cognitione & perperam interpositum. nā de veritate eorū, quæ asserunt tutor, & minor, nihil iudex inqsiuit, & malè fecit eis credere, alio de veritate negotij non inuestigato, allegat nota. text. secundùm eum in lege, magis puto. §. in primis. de rebus eorū. debet enim iudex perquirere bonum virum, qui dicat veritatem, & inuestigare de annexis & coniūctis: at non sic fecit: sed statim dando fidem assertioni curatoris, auctoritatem & decretum interposuit, & sic passim & nimis propere, & per cōsequens auctoritas & decretum est nullum. allegat dictā legē, magis puto. §. ne passim. alleg. & quia sine causæ cognitione interposuit, nō valet talis cōtractus. quod præsumitur: quia ita repente decretū interposuit. allegato dicto capitulo, cum ex literis. allegata etiā dicta lege, ne quicquam. §. vbi decretum. & dicta l. cum hi. §. prætor. & concludit illud decretum, & illam auctoritatem interpositam non valuisse, per consequens & non tenuisse dictā liberationē. Quò autem ad iuramentum præmittit regulam, ꝙ iura-
7 mentum † non fuit institutū vt esset vinculū iniqtatis. vigesima secunda quæstione quarta. c. inter cætera. vbi textus vtitur illo verbo iniquitatis: & etiā qa iurm̄ dēr hēre tres comites veritatē iudiciū, atq; iustitiam: vt in capitulo quanto. de iureiurando. c. animaduertendum, vigesima secunda quæstione quarta. & in casu illo apparebat iniquitas: ideo si principale

principale est nullum, vel iniquum, iuramentum non confirmat illud:sed eius naturam sequitur tan quàm accessorium l.non dubium.C.de legibus.lege qui iurato.ff.qui satisdare cogātur. lege, adigere.§. finali.ff.de iure patronatus.¶ Et si quispiam dixerit, si ita est,ad quid authentica,sacramenta puberum. C.si aduersus venditionem, membranas occupat, contra capitulum si Romanorum. nonagesima distinctione.Respondet,ꝙ confirmat contractū, initum contra omissam iuris solennitatem: non autē quando de fide,dolo,aut iniquitate arguitur: nam non est iniquitatis vinculum. ideo Ioānes Andreas in capitulo, cum contingat. de iureiurando. post Vincentium dicit,ꝙ etiam contra iuramētum præstitum super rebus, de talibus debet peti relaxatio. Dicit etiam,ꝙ illa quietatio nulla redditur:quia iuramentum præsumptione statuti est simulatum, & dolo & fraude initum:ideo non præludicat minori iuranti quò ad restitutionis beneficium obtinēdū: potest enim statutū tales fictiones inducere,& subdit dominus Baldus commendare tale statutum: quia habet in se æquitatem, & rationem naturalē: quia natura hominum est multum prona ad decipiendum minores.ideo magna suadet æquitas subuenire eis: vt dicit textus in lege,prima.ff.de minor. licet enim iuramentum obseruandum sit in præcepto de iure diuino: tamen ius diuinum ex post legitima subsistente causa modificari & restringi pōt: vt in certis casibus nō seruetur. Et hinc est,ꝙ in multis casibus reprobat lex iuramētum, & in hoc tenet vim apostolici: vt not.glossa singularis in lege,adigere.§.quamuis. ff. de iure patronatus. & quod no.in capitulo,quæ in ecclesiarum, de constitutionibus. & ideo concludit ibi dominus Petrus illam liberationem esse nullam. & ad cautelam potest in libello peti,ꝙ si esset aliqua,petit restitui in ītegrum,tāquam sit læsus enormiter, & ita solēniter dominus Petrus consuluit, & est consilium valde elegans, & copiosum & placeat.d.iudi.illud videre. Et sic in terminis,& in diuiduo dominus Petrus determinat istam quæstionem quò ad venditionem, vt sit nulla,& etiam quò ad iuramentum,non obstante ꝙ interuenit iudicis decretum, & auctoritas curatoris, ex quo non interuenit cognitio causæ,& sic sequitur, ꝙ dominus iudex debet pronuntiare & declarare istam venditionem fuisse nullā, & nullius momenti,nec fore vallatam per iuramentum præstitū per illum minorem. Tertiò facit text.in dicta lege; magis puto. §. non passim. ibi cuius officio in primis hoc conuenit excutere, an aliunde possit pecunia ad extenuandum ęs alienum expediri & in §.itē requirat.non aliæ res sint præter prædia. & in versiculo,ne plus accipiatur sub obligatione prædiorū, quàm quod opus sit ad soluendum æs alienum,ne, propter modicum æs alienum magna possessio distrahatur. & in §. in primis.ibi, requirere debet eū, qui se instruat de fortunis pupilli, nec nimium tutoribus, vel curatoribus credere, qui nonnūquam lucri sui gratia asseuerare prætori solent.&c.ff.de rebus eorum.qui textus apponit gladium & securim ad istam quæstionem. Primò enim iudex non fecit istam excussionem requisitam a iure. Secundò plus alienari ꝑmisit,quàm erat opus ad æs alienū soluēdū.Tertiò magnā & elegantē possessionē ꝑmisit distrahi.Quartò ꝑ minori ꝑtio,quàm valebat Quinillo ille Ioānes ista omnia procurauit gratia sui cum illo Marco,& forte cum illo curatore, & iudex ille parum prudens credidit,& sic versatur nullitas venditionis,& etiā enormis læsio ī re ipsius minoris ex isto capite,& per cōsequens nulla fuit talis vēditio, Et posito,non tamen concesso,ꝙ esset aliqua: tamē venit rescindenda propter enormem læsionem ipsius minoris.& facit lex,qui neque.eodem titulo.§. finali.ibi,nō puto sine decreto obliganda. apparet, ꝙ decretū debet interuenire: vt per totū titulum.C. de prædi. minorum. & ideo dixit Baldus in d.§.non passim.ꝙ alienatio rerum pupilli aut minoris sine causæ cognitione,& ordine iuris,non debet permitti per prætorem,& ibi extendit illum textum ad executores vltimarum voluntatum, qui habent arbitriū vendendi, quod intelligitur de arbitro proportionato secundum mensuram legatorum, vel debitorum: quia occasione parui debiti non debet vendere rem magnam.Idē dicit esse in abbatibus,& rectoribus ecclesiarum:quia iuxta modum necessitatis moderandus est modus venditionis. Et sic apparet verissimam esse conclusionem, talem venditionem fuisse nullam multiplici respectu. Et ex prædictis apparet,practicam aliquorum assessorum ex imperitia procedere: quia in eodē instāti constituitur curator,& assessor interponit decretum, & curator præstat auctoritatem venditioni:quia nec decretū, nec auctoritas tenet:& facit textus in lege,ob ęs alienum tantum causæ cognita præsidiali decreto prædium minoris distrahi permittitur.C:de prędijs minorum.& requiritur,ꝙ precedat causæ cognitio tali decreto interponendo.Tertiò facit,quod pulchrè voluit Innocentius in capitulo, tua nos.de cohabitatione clericorum & mulierum.vbi dixit, ꝙ mādatum,vel decretum iudicis factum sine causæ cognitione non habetur pro nuda citatione, de quo dicto fecit festum Baldus in l. iùs alimentorum.ff. vbi pupill, educ. debet. vbi est textus, quòd iudex nihil debet decernere sine causæ cognitione, & ipse allegat Innocentium in dicto capit.tua. ꝙ decreta,
8 vel † mandata sine causæ cognitione, etiā non habetur pro nuda citatione.Et facit legans dictum Innocentij in cap.consultationibus. de iurepatrona. vbi dicit, ꝙ auctoritas iudicis interposita sine ordine iuris habetur,ac si nō esset īterposita. Et per optimè facit,quod voluit Paulus in clementina prima, de rebus ecclesiæ non alienandis, vbi dicit, quòd in alienatione rei minoris requiritur decretum iudiciale:alleg.l. si prædium. C. de præd. mino. Et facit pulchrū dictū domini Bal.in rubrica.C. qui admitti.vbi dicit,ꝙ exprimenda est natura negotij intelligibiliter ipsi iudici.alias nihil agit iudex. idē Baldus in lege prima.C.qui admi.dicit,quòd non dicitur factum coram iudice, nisi iudex intelligat: facit illud, quod voluit vberrimum vas electionis gloriosus Paulus apostolus:nemini,inquit,cito manus impo-
9 nas.& dicitur † fieri cito, qđ fit sine causę cognitione: vt est textus in capitu.cum nobis olim. de electio. & sic nec causa iusta vēditionis interuenit: nec etiam ordo a iure traditus.& per consequens nō tenuit talis venditio. Quartò etiā facit: quia illud decretum fuit interpositum in ecclesia: ergo non valuit:habetur ergo ac si non interuenisset. facit legās dictū Baldi in lege actus,C.de ferijs. vbi quærit, vtrū decretum in alienatione rei minoris possit interponi die feriata: videtur ꝙ sic, quia emanauit per modum iurisdictionis voluntariæ: contrarium dicit ipse esse verius:quia requirit iudicialem indaginem. i.plenam causæ cognitionem. ita seipsum exponit text.in l.secunda.§.dies.ff.quis ordo in bono. possessio.seruetur & allegat Iacob.de Arena, & sic in terminis decidit istam dubitationem. ergo cum istud decretum fuerit interpositum super alienandis rebus illius minoris, & debuit interuenire iudicialis causæ cognitio,non potuit fieri die feriata:& per cōsequēs, nec in ecclesia:quia validū est argumētū de loco ad tempus,& ecōtra: vt l. vinū.ff. si certū petatur,

tur,& quod voluit idem Baldus in l.nemo. C. de sacrosanctis ecclesijs. & facit optimus text.in c.decætero.in versiculo loca. eadem laicorum cognitionibus alienari.de immunitate ecclesiæ. Cum ergo iudex laicus debuit præmittere cognitionem causę super isto decreto interponendo, non potuit illud interponere in ecclesia.¶Et si quispiam diceret, quòd ille Ioannes minor iurauit non venire contra dictã alienationem: ergo seruiet tale iuramentum. ideo dixit Bald.in authentica, sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. quòd refutationes, quas faciunt sorores fratribus de hæreditate paterna, vel materna,vel refutationes,quas faciunt minores suis tutoribus,vel curatoribus de administratione tutelæ cum iuramento,sunt validę in tantum,quòd a tali iuramento non possit petere absolutionem, vel relaxationem.& facit,quod voluit Ioannes de Imola, quem refert Ludouicus Romanus in l. qui supersti tis.ff.de acquirenda hæreditate, & dominus Dominicus in c.quamuis.de pactis.libro 6.ꝙ quædam neptis renuntiauit hæreditatem paternam, valentem quinque milia patruo suo pro quingentis; & illam renuntiationem firmauit iuramento,ꝙ talis renuntiatio tenuit propter illud iuramentum. Et idem voluit Ioannes de Imola in capitu.cum contingat, de iureiurando.Quia ad hoc respondeo,& capio statutum Parmæ,vbi ponuntur hæc verba formalia: qñ minor obligatur cum cõsensu curatoris, in conspectu vnius ex iudicibus D. Potestatis, cum interpositione decreti, & cum iusta & euidenti causæ cognitione:& si aliter facti fuerint, quocunque modo illi contractus appareant,vel quancunque obligationẽ contineant, habeantur pro simulatis, & tanquam simulati & fictitij sint nullius valoris quo ad præiudicium minoris,& bonorum suorũ,& nemo audiatur, nec habeat ius petenti contra dictos minores, nec eorum bona,& prædicta omnia præcisè debeãt obseruari,Ista sunt formalia verba statuti,ad quod est accurratè aduertendum per dominum iudicantem.primò licet de iure communi interpositio decreti requirat causæ cognitionem,vt fuit expressum superius,tamen istud statutum requirit, ꝙ interponatur decretum:ergo sequitur, quòd præsupponit causæ cognitionem: quia debet intelligi ſm terminos iuris cõis:vt est dictum superius.Postea addit,& cum euidenti causæ cognitione.de ista euidenti cognitione,aut probatione,quando dicatur euidens; dominus Antonius latè hoc aperit in commento.c. vestra,de cohabitatione clericorũ & mulierum.vbi

10 dicit,ꝙ notorium † habet multiplicem nominationem:aliter enim dr̃ notorium aliquãdo manifestũ: vt ibi per eum latè. Aliter dr̃ euidens. ca.euidentia. extra de accusationibus.c.qua fronte,de appellationibus.c.2. de verborum significatione libro 6. cum sua glossa c.cum sit Romana.& ca. cum speciali.de appellationibus.facit etiam,quod not.in l.licet Imperator.ff.de legatis primo,& sunt nomina generis, & possunt æquiparari notoriæ probationi, & plenę probationi,quo casu cum de iure communi requiratur in interpositione causæ cognitio, ergo sequit̃ plena,si statutum requirit euidentem cognitionem causæ,videtur superaddere ad plenam probationẽ, quo casu videtur,ꝙ requirat notoriam causæ cognitionem.Addit etiam statutum ad ius commune,requirens plenam cognitionem, vt etiam interueniat euidens.i.manifesta, & notoria: quia statutum expressè addit ad ius commune illud verbum euidẽs, & de natura statuti in dubio est addere ad ius commune:vt not.in l.3.§. si rẽ.per glossam de legatis tertio. & in l.non solum.ff.de rei vẽdicatione. & plenè per Ioannem de Ligna.in ca.primo. de rescriptis.& per omnes scribentes in c.primo, de constitutionibus. libro 6.Et plus etiam audeo dicere, hoc in statuto, ꝙ non sufficit, ꝙ iudex cognouerit de causa alienationis,& constet,ꝙ cognouerit,ex quo statutum requirit:sed est necesse, ꝙ constet & appareat, ꝙ euidens cognitio causæ fuit habita, ex quo statutum requirit illã qualitatẽ annexã:qa accipens elegãs accidẽs elegãs adueniẽs enti qualificat illud, & reponit in specie,& esse specifico,& elegãti:vt voluit ille philosophorũ facile princepes Aristoteles, & probatur in gl.valde singulari in casu suo in cap.statutum. de electio.lib.6.quæ vult.quòd pęna.ca.licet canon. de electio.loquens de ecclesia parochiali non habeat locum in ecclesia parochiali collegiata: quia addit ad parochiam illud accidens elegans. s.collegium. Ideo est dicendum in proposito, ꝙ est necesse, ꝙ in libello articuletur per aduersarium, ꝙ interuenit euidens causæ cognitio, aliàs non dicitur satisfactũ statuto. & hoc diligenter ponderet patronus causę, & ad hoc allego elegantem doctrinam Bartoli in l. prima.§.si quis neget.ff.quemadmo.te.aper. vbi lex requirit testes esse optimæ opinionis, cautela est, ꝙ articuletur,ꝙ probatum est per testes, qui erãt optimę opinionis. & Angelus ibi dicit esse accuratè tenendũ menti illud dictũ:qa vbicũq; est optima opinio testium,ibi est causa inductiua plenæ probationis,quæ aliàs non sufficeret, nisi probaretur per testes idoneos,& optimos: est igitur articulandum & probandum de optima opinione.Ideo dicit Angelus ibi, Bononiæ cauetur,ꝙ ad probationem mortis alicuius,qui extra territorium dicitur decessisse, sufficiat probatio per tres testes optimę opinionis & famæ, quod est articulandum, ꝙ illi testes sunt optimæ opinionis. & ideo glossa valde solennis in capitu.ad nostram.el 3.de iureiurando.sentit, ꝙ vbicunque fundamentum processus iudicis est notorietas, & non constat,ꝙ iudici erat notorium,licet processisset vt super notorium,ꝙ processus nõ tenet: ideo est articulandum,ꝙ notorium erat,& iudici constabat,& ideo Ang.in consilijs suis,consilio 6.dicit,statutum Florentiæ disponebat, ꝙ sententia lata in cã mercantiæ mandetur executioni per Potestatem, ꝙ Potestas non poterit exequi,nisi fuerit articulatum, & libellatum,ꝙ illa sententia erat lata in causa mercantiæ,& constabat hoc.& idem voluit etiam idem Angelus in cõsilio vigesimosexto.& dicit esse singulare dictum Innocentij paucis cognitum in ca.cum sit generale.de foro competen.& facit, quod voluit Bartolus.in l.quæsitum.ff.de re iudicata.& in l.multum.ff.de conditio.& demonstrationibus. Modò in proposito in appositione cognitionis causæ, intelligitur de plenaria:facit textus,& notant doctores. & ibi dominus Ioãnes de Imol. qui expressè dicit hoc. iudex iurat seruare ordinem iudiciarium, quod intelligit̃ de ordine plenario, & de causis plenarijs. ita in proposito cum statutum dicit, ꝙ de causa cognoscat,intelligitur de cognitione plenaria: cum statutum addit illam qualitatem, ꝙ euidens sit causæ cognitio,addit ad plenariam cognitionem illud accidens,quod sit euidens.ergo sequitur, ꝙ oportet, ꝙ aduersarius in libello apposuerit, ꝙ ille bonus iudex præmisit euidentem causæ cognitionem:& etiã debuit exprimi in actis, ꝙ euidentẽ causæ cognitionem præmiserit.Si ergo non est appositum in actis, vel ille aduersarius in libello nõ apposuit,debet succumbere: quanto ergo fortius succumbet in casu nostro, cũ nulla interuenerit causæ cognitio.& ista sunt noua,nec credo tacta per aliquem consulentẽ quo ad intelligentiam ipsius statuti. Et sic apparet, ꝙ multo minus potuit in ecclesia interponi tale decretũ; qa si in ecclesia dẽt cessare cognitio laicalis,

tanto

tanto fortius debet cessare cognitio qualificata, videlicet euidens. Subdit postea dictum statutum, ꝙ aliter facti habeantur pro simulatis, & simulati sint, quæ verba apponunt formaliter in textu. l. primæ. §. fina. ff. quod quisque iuris. in versiculo, pro nullo habetur, & est, quem textum summè ponderauit ille vberrimus fons iuris Baldus in prima constitutione fforum. in principio. ad fi. vbi dicit, quòd illa verba,
11 habeantur † & sint, introducunt omnem dispositionem: vt si dicatur, habeatur & sit aliquis, vt ciuis, &c. propriè videtur esse ciuis originarius. & sic iste contractus venditionis initus aliter, quàm statutum Parmæ disponit, verè est simulatus, quo casu succedit regula tradita a Bart. in lege, omnes populi. ff. de iusti. & iure. in tertia quęstione. vbi quærit, an statutũ possit disponere super re spirituali, & sic super iuramento, & dicit ꝙ sic, quando statutum excludit causam peccati: quia præsumitur actum simulatum, & fictitium, vel dolo, aut metu extortum, & voluit, &c. sequitur Bal. in dicta authentica sacramenta. & plenius per eundem in sua mirabili repetitione legis secundæ. ff. de iureiuran. & etiam sequitur Saly. in dicta authentica, sacramenta. & domi. Pet. de Ancharano in capitulo, ea quę. de regu. iur. lib. 6. & in capi. 1. de constitutionibus. in repetitione, & Io. de Imol. in cap. cum contingat. de iureiuran. Et ideo dicebat domi. Pet. in dicta repetitione dicti capituli, ea quę. in 11. quæstione, quòd vbicunque statutum habet annexam rationem: quia propter multas deceptiones, quas patiuntur minores, tale statutum est validum: quia continet rationem naturalem. & in casu nostro concurrit illa ratio annexa, videlicet: quia habet & reputat illum actum simulatum, quòd est plus, quàm habere illam rationem annexam. Facit: quia ille, qui prohibetur bona sua alij obligare, & alienare, æquiparatur ei, cui interdicitur bonis: vnde sicut si ille alienat, non valet contractus: vt lege, is cui. ff. de verborum obligationibus. ita nec iuramentum: vt ibi notat Barto. ita in nostro proposito non valet ista venditio: nec iuramentum eum obligauit. Et multo fortius cum actus sit simulatus, & statutum disponit, ꝙ iuramentum non validet talẽ actum. & facit, quod voluit Angelus in consilio incipiente, domina Catherina &c. & etiam do. Petrus in illis duobus cõsiliis allegatis superius, vbi voluit, quòd iuramentum non obligauit iurantem, ex quo non interuenit causæ cognitio, & obligatio erat cũ læsione, & pręiudicio minoris contracta. Et ideo dicebat Baldus in dicta authentica, sacramenta. quòd quando statutum prohibet minorem renuntiare, vel donare sine certa solennitate, aliàs actus sit nullus etiam cum iuramento, tale statutum valet: quia fundatur sub æquitate naturali: ne dolo, & fraude minores amittant propriam patrimonium, & idem Bal. in lege, pactum. C. de collatio. dixit, ꝙ si statutũ prohibet recipi iuramentum, non potest ex illo iuramento agi, nec excipi, per nota. in l. secunda. C. ne fideiussor. dotium den. & ibi etiam dicit valere statutum, quo cauetur, quòd mulier contrahens sine cõsensu propinquorum non obligetur, etiam si iurauerit. & idem voluit in lege, nec patronus. C. de operis libe. & in lege secunda. C. de indi. vidui. tollen. dicit idem Baldus, quòd tenet statutum prohibens minorem, vel mulierem iurare, si aliquo bono & rationabili motiuo statuentes moti fuerunt ad sic statuendum, nec perperam dicuntur periuri. Facit etiam, quod voluit idem Baldus in capitulo primo. §. item sacramenta. de pace iur. firman. in vsibus feudorum. vbi dicit, præsumi quendam tacitum, & velatum metum, conseruata qualitate personæ: ideo dicit, quòd refutationes factæ a minoribus ita sunt validæ: si nec metus nec fraus interuenerit: ideo boni pręsides faciunt talia iuramenta remitti, etiã per capturam personæ, argumen. legis, illicitas. ff. de officio præsidis. & etiam dicit, quòd præsumitur dolus contra minorem commissus ex enormi lęsione: quia ex enormitate facti præsumitur prauum consilium animi. Subdit postea, nos videmus, quòd minores faciunt refutationes, & seruantur illæ refutationes. ipse dicit, quòd boni pręsides faciunt talia iuramenta relaxari. & ideo glossa in lege tertia. §. per contrarium. ff. de contrario iudic. tutelæ. dicit maturè, dummodo in tali refutatione cesset dolus aduersarij: & dicit se de facto vidisse pluries ita seruari: quia præsides relaxari faciunt talia iuramenta & refert Cynus in dicta authentica, sacramenta. talem consuetudinem esse odiosam, & per eam multos adultos multis fraudibus exponi, & per illam authẽticam multos mitti ad inferos, nec potestatem habet contra iniquitatem illius authenticæ. Modò in proposito apparet manifestè de metu: quia in carcere erat iniustè detentus & timore carcerum, vt illos euitaret, emanauit illa venditio, & iuramentum: ideo tale iuramentum non firmauit venditionem. apparet etiam de dolo illorũ emptorum, seu illius Ioannis & illius Marci: quia pro paruis debitis, & ꝓ debitis iam solutis, & pro debitis inefficacibus, quæ non poterant exigi ab illo minore, fecerunt illum vendere ita notabilem possessionem. Facit ad hoc etiam, quod voluit dominus Petrus de Ancharano in dicto capitulo primo, de constitutionibus. in 11. quæstione. circa finem. vbi dicit se de facto cõsuluis-
12 se in ciuitate Senarum, vbi statuto cauetur, † quòd nullus contractus, finis, vel quittantia, quæ fieret per minorem vigintiquinque annis, valeat, nec de eo reddatur ius, nisi intercesserit certa solennitas: ꝙ patruus tradidit neptem nuptui datis sibi in dotẽ quingentis, & ipsa renuntiauit patruo omne ius sibi competens in hæreditate patris, & iurauit non contrauenire, quæ valebat multo plus: consuluit, ꝙ potuit petere absolutionem a iuramento. & idem dominus Petrus in consilio 328. consuluit etiam de nepte, quæ renuntiauit patruo bona paterna, ꝙ nõ valuit talis renuntiatio, etiam iuramento firmata. Et facit, quod voluit dominus Gaspar de Calde. in consilijs insertis inter consilia Ioannis Calderini, in titulo de iureiurando. in consilio incipiente, duæ puellæ. quòd propter dolum præsumptum non tenetur minor seruare iuramentum, tanquam extortum dolo. Ita est dicendum in proposito nostro. facit, quod voluit Salycetus in dicta authentica, sacramenta. in versiculo, sed tunc quæro, quid si adultus curatorem habens, quòd tunc videtur ei interdicta administratio, & videtur sibi interdictũ iurare, quo casu dicit cessare dispositionem dictæ authenticæ, sacramenta. vnde glossa. in l. iusiurandum. §. pupillus. ff. de iureiurando. dicit, quòd minor curatorem habens non potest iuramentum deferre: quia in eius detrimentum iuratur: ergo multo minus ipse ꝯ se iurare non põt. & ideo aut dicimus istud iuramẽtum sortiri effectum ex eo: quia curatorẽ habebat, qui interponebat auctoritatẽ suam tali actui, & iuramento, & clarum est, quòd non valet ex eo: quia
13 curator non potuit interponere suam auctoritatem ad impossibile: curator enim datur † ad tuendum bona. quomodo ergo potest auctorare ad læsionẽ, & damnum minoris, certè non posset: ideo Baldus in lege prima. C. si aduersus dona. dicit, impossibile esse dari coratorẽ ad donandũ: quia daretur ab impossibile, cum detur ad tuendum bona, nec istud iuramentũ potest sortiri effectũ ex parte ipsius minoris ꝑ istam elegantẽ doctrinã Saliceti, in d. authẽ. sacra-

cramenta. ergo &c. Et ideo dominus Bal. in l. secunda. ff. de iureiurando. in sua repetitione, in versicu. super. quinta quæstione, dum disputat, an statutum possit remittere iuramentum inter subditos, ex quo habet vim apostolici: vt voluit glossa in dicta lege, adigere. ff. de iure patronatus. alleg. pro & contra, & finaliter decidit, ꝙ quando statutum excludit peccatum: quia præsumitur iuramentum dolosè extortum: tunc tale statutum valet, & maximè in casu nostro: quia videtur tale iuramentum extortum dolo, & metu carcerum, quo casu tale statutũ cẽsetur esse contra certam moralitatem contradictoriam rectæ rationi viuendi, & est contra iustitiam publicæ honestatis, & distrahit hominem a via rectè ex virtuosè viuẽdi, ne ipsos minores decipiãt ciues municipij. & ideo tale statutũ voluit, ꝙ interueniat iudicis decretum cum euidenti causæ cognitione, confidit enim se de iudice statutum prædictum, si euidentẽ causæ cognitionem præmittat, & sic talis venditio, & tale iuramẽtũ nullo modo tenẽt. Facit etiã, quod singulariter voluit Baldus in lege secunda. C. de rescindenda venditione. versiculo quarto quero. nunquid ille, qui scienter vendit rem minus dimidia iusti pretij habeat beneficium illius legis, concludit ꝙ non, per legẽ primã, in fine. ff. de actio. empt. qa sciẽs æquiparatur renũtianti. lege quæritur. §. si vẽditor. ff. de ędil. edic. & voluit Odoff. & Nicola⁹ de Matta. qđ intelligitur esse verum, nisi personæ simplicitas, vel rusticitas, quæ arbitrio iudicis committitur, suadeat potius esse processum ex facilitate, quàm liberalitate, & ponit exemplũ in muliere, & in minore, & rustico vere rustico. & illud exemplum de minore, ꝙ sua facilitate fecerit, sequitur dominus Ioãnes de Imola in repetitione dicti capituli, cum contingat. Cum ergo in proposito nostro iste esset minor tempore huius venditionis, & etiam metu carcerũ fecerit cum præiudicio, & cum læsione sua, sequitur, ꝙ sibi non nocebit talis venditio, nec etiam iuramentum. Et etiam est accuratè ponderandum, quia statutum Parmæ expresſè nõ disponit de iuramẽto ꝑstito, scilicet loqtur de iuramẽto ꝑstãdo, dicit enim, sacramentum minoris non habet validare contractum prædictum in præiudicium ipsorum minorũ, quo casu loquitur in iuramento præstando: & tunc succedat illud, quod voluit Ioãnes de Imola in capitulo, quamuis. de pac. lib. 6. sequit̃ ibi Dominicus, vbi dixit, ꝙ licet statutum non possit inualidare iuramentum præstitum; potest tamen impedire iuramẽtum præstandũ: & inualidatur iuramentũ præstãdũ. Facit simile, qđ dicimus, non potest beneficiatus renuntiare beneficium sine cõsensu superioris in prę iudicium ipsius superioris: procedit enim in beneficio quæsito, sed in beneficio quærendo, bene potest illud ab se abdicare sine consensu superioris: vt voluit Innocentius in capitulo, amouet. de renũt. & sequitur Federicus de Senis cõsilio nono. Simile dicimus, non potest prælatus renuntiare ius quæsitũ ecclesiæ: sed ius quęrendũ bene potest renuntiare: vt notat Federi. de Senis in præal. consi. & doct. in c. vt super. de rebus ecclesiæ non alienandis. & in capitulo, tua. de his quæ fiunt a pręlat. & Baldus in lege, si pupillorum. C. de repudianda hæreditate. ita dicamus in casu nostro. Nec obstat cum allegaui Ioannem de Imola, in dicto capitulo, quamuis. de pactis. libro 6. vbi dicitur, non sequi dictum cõsilium domini Petri de nepte renuntiante: quia ipsemet Ioãnes de Imola videtur illud sequi in dicto c. cum contingat. Item quia non bene loquitur Ioannes de Imola: qui contrarium tenet tota iuris prudentia. Item quia Ioannes de Imola non loquitur ibi in minore, vt est casus noster: quia ipse ibi dicit, ꝙ illa neptis sciebat valorem hæreditatis paternę, & sic videtur renuntiasse scienter & appensatè, quia si nos dicimus, ꝙ ipse loquatur in illa puella, inquantum erat minor ætate legitima, ipse pessimè loqueretur & contra doctrinam Odofre. & Nicolai de Matta. & Bal. in dicta l. secunda. de rescindenda venditione. & etiam ipsemet in dicto c. cum contingat. seqtur illam doctrinam Bald. & aliorum, ꝙ non habeat locũ in minore. Si verò loquimur in maiore, & tunc non obstat, & sic iste non est casus noster, & per consequens multifariè, multisq; modis est ostensum illud iuramẽtum nullo modo obstare dicto Ioanni. Et sic apparet ex prædictis nullitas huius venditionis in aperto. ¶ Præterea infringitur etiam ista venditio propter dolum adhibitum per Ioannem, quod clarissimè ostendo, & capio illa, quæ in puncto tradita sunt. Primò enim dicitur, ꝙ factum fuit præceptum de soluendo creditoribus ipsi Ioanni minori sine auctoritate curatoris, quo casu tale præceptum nõ potuit fieri. l. cum & minores. C. si aduersus rem iudicat. cum ibi nota. per Cynum, Baldum, & Salycetum. Item etiam ex alio apparet dolus, & hoc ostẽdit aperto ore, & fuit narratum ipsi iudici, quòd dictus Ioãnes minor erat debitor illius dominæ Vrsolinæ matris suæ in dotibus: & iam vt in puncto præsupponitur, ꝙ dotes fuerãt solutæ dictę dominæ Vrsolinæ. Fuit etiam narratum iudici, ꝙ ipse Ioannes minor erat debitor Lucæ de Mon. in libris trecentis octo. & tamen in veritate non erat debitor, nisi in libris 208. Fuit etiã narratum iudici, ꝙ erat debitor, sed de causa turpi non erat expressum: quia pro vino ad minutum in taberna, & sic ex causa turpi & inhonesta, quo casu non obligatur ille minor. l. si qs cum sciret. ff. de vsucapio. pro emptore. Modò dicit pulchrè do. Bald. in l. falsus. C. de furtis. ꝙ falsum peccat in iure naturæ, & falsum non potest asseuerari & exprimi, nisi cum dolo, vt per totum titulum. ff. de falsis. vnde concurrunt nunc duo, videlicet dolus & falsitas, & grauiter est puniendus, qui mentitur in auditorio principis, aut iudicis: vt habetur in capitulo, ex parte decani. de rescriptis. & facit, quod habetur in l. si quis obrepserit. ff. de fal. Modò apparet, ꝙ dolose fuit procurata dicta venditio: & etiam tale decretum est nullius effectus: quia fuit interpositũ ex falsa causa, quo casu decretũ ĩterpositũ ex falsa cã est ipso iure nullum. l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicõmissarijs liberta. fuit enim subreptum: ergo est ipso iure nullum. l. Seiæ egressæ. l. tutor si petitus. ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. prima. §. hæc verba. & ibi Bartolus. ff. ne vis fiat ei. l. qui testamẽto. ff. de excusa. tuto. latissime per Ludouicum Romanum. in l. is ad quem. ff. de acquirenda hæreditate. Bald. in l. prim. C. de manu. vindicta. & in l. penultima. ff. de iustitia & iure. & tex. in l. prima. ff. de nata. resti. & domi. Anto. in c. diuersis fallacijs. de clericis coniu. facit etiam textus in l. iusta. de manu. vindic. vbi Ang.
14 per illum tex. ꝙ decretum † interpositum ex iniusta causa valet, & tenet; sed si ex falsa causa interponitur, est ipso iure nullum. & ita eleganter limitat. d. §. subuentum. facit elegans dictum Innoc. in c. inter dilectos. de fide instrumentorum. vbi dicit, ꝙ etiam priuilegium ex falsa causa interpositum est ipso iure nullum, quod est mirabile ad ampliationem. d. §. subuentum. & quod notat Bartol. in d. l. tutor si petitus. & in dicta l. Seię egressę. & in l. iuste. ff. de acquiren. possessio. & quod not. Bart. in l. 2. C. quando ꝓ uo. nõ est necesse. Quinimmo si dicat, amice, istud decretum fuit in parte verum: quia si non erat debitor in trecentis octo, libris tamen erat debitor in libris ducentis octo, & sic in parte fuit uerũ istud decretũ: ergo sustẽtatur ex illo capite uero: facit tex. in

cap. ad

cap. ad dissoluendum, de despon. impub. vbi si libellus habet duo capita, & in vno capite est aptus, & ex alio capite est ineptus, tunc sustentatur ex capite apto, & cēsetur libellus aptus. Facit, quod sing. voluit Ian. in c. in præsentia, de renū. vbi dixit, ꝙ si in sentētia sunt expressæ duæ causæ, vna falsa, & altera non, sustentatur vera: vt est de hoc textus notabilis in ca. per tuas. qui filij sint legi. alleg. illum text. ad hoc D. Ant. & sequuntur moderni. Facit elegans dictū Bar. in q. adunantia generalis. vbi voluit, ꝙ si procurator contraxit ex capite inhabili, & poterat contrahere ex capite habili, ꝙ sustentatur actus propter caput habile, allegat tex. solennem in l. qui habebat. ff. de instito. facit dictum Inno. in capit. cum ex officij, de præscrip. vbi voluit, quò si iudex processit vt delegatus, & in veritate non erat, sed bene erat ordinarius, & potuit procedere vt ordinarius, & sic aptè & congruè: & tamen processit vt delegatus, ꝙ sustentatur sententia ex capite habili: & facit text. aureus in l. Claudius. ff. de acquirend. hæredita. Ita dicamus in casu nostro, vt illud decretum sustentetur ex capite habili, & vero. Et istud pungit & mordet contra istā consultationem: quia re vera non obstat. ideo respōdeo & dico, quòd omnia superiora dicta limitantur non habere locum in decreto: quia si est interpositum ex causa partim vera, & partim falsa, non sustētatur ex illa parte vera: imo vitiatur in totum iuxta illud poeticum. fel modicum mel amaricat. vnica menda totalem faciem deformat. hoc dicit in terminis, & in indiuiduo solennis Doctor Lud. Roma. in d. l. is ad quem. de acqui. hære. alleg. Bald. referentem Barto. ita consuluisse in l. certi condictio. §. quoniam igitur. ff. si cer. peta. Sed certè Barto. hoc idem dixit in l. si non sortem. §. Titio centum. ff. de condi. indebi. licet Bal. non alleget, quod dictum cōsonat rationi: quia sententia ipsius decreti est indiuidua. l. in hoc iudicio. ff. fa. erciscun. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. cum si. Et contraria non loquuntur eo casu, quo causa partim est vera, & partim est falsa; vt est casus noster. & facit, quod in simili dicimus de teste opponēte falsitatem in dicto suo in parte, de quo per Inn. & alios in c. fraternitatis. de hereti. & Oldra. consilio suo 27. glo. in c. si ad sacras. 9. dist. Specul. in tit. de teste. §. i. in versi. item ꝙ aliquid Bar. & alij in l. si ex falsis. C. de transac. Bald. in l. fin. C. de ædi. actio. Nec obstat dictum Inn. in d. c. cum ex officij. quia cōmuniter illud dictum non tenetur: vt ibi per Hostiē. Anto. Ioan. de Imola, & alios, & per An. in l. si per errorem. ff. de iur. om. iudi. & in l. 2. in princip. aliàs in §. j. ff. de iudi. & sic cum istud statutum loquatur, quando debeat interuenire decretum, alias annullat actum, intelligitur de decreto valido, & solenni: vt l. quoties. ff. qui satisda. cogan. l. 4. §. condemnatū. ff. de re iudic. gl. in clementina prima, de sequestra. pos. & fru. ideo dixit Baldus in l. non dubium. C. de legi. quòd si cauetur statuto, quòd soluatur gabella de contractu venditionis, & contractus sit nullus, ꝙ non soluetur gabella. Facit, quod etiam voluit Bar. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de cōtra tabulas. nisi statutum diceret, ꝙ de venditione posita in figura contractus soluatur gabella: quia tunc posito, ꝙ contractus esset nullus: tamen ex quo est in figura contractus, soluetur gabella, est noua ista limitatio non tacta, & nec dicta per aliquem, & moueor ex tex. & eleganti dicto Ang. in l. non figura. ff. de actio. & obliga. Cum ergo istud decretum est nullum, & actus fuit gestus dolo & fraude, sequitur, ꝙ licet ista venditio fuisset facta propter æs alienum, quo casu potuit fieri: vt in dicto §. non passim, tamen debuit esse æs alienum verum, & debuit probari. & ad hoc allego gl. in terminis, in d. l. magis puto. §. illud. & illā glo. magnifecit ibi Bal. ad relationem nuntij. & optimè facit gl. fin. in c. non est, de consue. lib. 6. per quā gl. dicit ibi Dominicus, statuto cauetur, ꝙ de eo qđ est allegatum in iudicio per partem non possit probari contrarium, ꝙ intelligitur de eo, quod est allegatum & probatum: quia non sufficit allegare: sed probare. c. ad decimas. de restitu. spo. lib. 6. c. cum super. de conces. præbē. c. a nobis. de deci. l. doce ancillam. C. de rei vendi. & gl. in rub. ff. si qua. paupe. fecis. dica. quæ dicit, dicatur & probetur. & allego gl. in c. super eo. el 1. de appel. Bal. in l. j. C. commo. & quod habetur in l. 1. de incen. rui. & naufra. Et sic non fuit sufficiens allegare corā iudice illa debita, nisi essent vera debita, & probata: & sic silebit æs alienum hoc casu dicendo, ista venditio fuit facta propter æs alienum, & sic apparet de dolo, qui dedit causam fundamentalem huic venditioni. Primo iste dolus etiam

15 apparet: quia † insolita cautela inducit fraudem præsumptam: quia propter calliditatem hodiernā, vt pallient homines suas fraudes, apponunt, & inserunt cautelas insolitas: vt est gl. in l. cum al. C. de vsuris. & in l. si quis sub conditione. ff. de cond. insti. Modo in ista venditione fuit apposita cautela insolita, quæ non consueuit apponi: fuit enim interposita auctoritas curatoris bis: quia si ista venditio fuisset celebrata in veritate propter æs alienum verum, & ꝙ aptè & rectè fuisset interpositum decretum iudicis, & auctoritas curatoris. ad quid fuisset opus interponere bis illam auctoritatem? nam nullo iure cauetur, ꝙ bis interueniat. Ideo fuit ad palliandum fraudem, & dolum interpositum, qui dolus ex coniecturis probatur apertè: vt est tex. & glo. in c. 2. de renuntia. lib. 6. l. dolum. C. de dolo. & in auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, text. est, & Bald. ibi dixit in specie, in dicta l. magis puto. §. non passim. vbi dixit Bald. quòd nullo iure cauetur, quòd decretum interponatur bis: tamen optima cautela est, si bis interponatur, secūdùm eum, & alleg. Iaco. de Are. tagentem hoc ibi. & facit, quod habetur in l. ait prætor. § antepe. ff. de minо. & facit l. 2. eo. titu. de reb. dub. eo. Quia ad hoc respondeo, ꝙ illa cautela procedit, & est tuta, quando aliter non apparet de fraude, & dolo, sed quando apparet de dolo, & fraude: vt in casu nostro est ostensum, illa cautela præsumitur fraudulosa, & per consequens sequitur, ꝙ dolus est in aperto in hac venditione. Præterea probatur ex alio, si debitum erat lōge minoris quantitatis, quàm esset illa possessio, nōne fuit dolus diabolicus vēdere magnificam possessionem ipsius minoris, quæ fuit suorum progenitorum, & maximè pro debito materno iam soluto, & extincto. Et posito, ꝙ non fuisset extinctum, non est verisimile, ꝙ mater ita asperè contra filium egisset, vt venderet ita magnificam possessionem: & maximè si illa erat melior res, quàm habebat ī bonis suis ille minor: quia tunc dicitur dolose & fraudulenter alienata. ita dicunt omnes scribentes in l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cred. per tex. ad hoc singu. in l. summa cum ratione. ff. de pecu. & etiam pro debito indigno, & quod nō erat efficax, vt exigi posset, cum ex turpi causa fuerit contractum per ipsum minorē. ¶ Et si dicatur, ꝙ pro illo pluri emptor obligauit se soluturum octo pro centenario: quia etiā istud fortius arguit dolum ex eo: quia sapit vsurariā prauitatem: quia possessiones, vt communiter videmus, non respondēt ad octo pro centenario: & etiā imminet periculum casuum fortuitorium: & tamē ille emptor non prouidit sibi de casu fortuito. Vnde ex hoc magis arguitur dolus ipsorum ementium. s. Ioannis & Marci. ¶ Præterea, ꝙ fuerit læsus, hoc est clarissimū: qđ sic probo, & tollo ante omnia, si quispiam

spiam

spiam dixerit, amice vbicunque pecunia est deposi-
16 ta † pœnes aliquem ad emptionem prædiorum ꝑ pupillo, vel pro minore, tūc talis pecunia reputatur res immobilis, & hr̄ pro re immobili, text. est valde sing. in l. 3. §. qd ergo. ff. de ꝯ. iud. tute. in ver. qa erat deposita ad prædiorū comparationē. & sic sequitur, ꝙ cum de ista pecunia debebat emi aliqđ prædium ipsi Ioanni minori, ergo sequitur, ꝙ cessat dolus, & læsio: quia ad hoc est dicendum, ꝙ satis dicitur læsus, adeo quòd competit restitutio in integrum ex eo dumtaxat: quia illa possessio fuit suorum maiorum, & antiquorum, & est text. aureus in l. si in emptionem. ff. de mino. & sic dolo inductus videtur ad vendendam possessionem, quæ fuit suorum maiorum: & etiam quia non est congruens digno, & exercitato ingenio, ꝙ ille emptor voluerit dare octo pro centenario citra fraudem & dolum: & etiam qd ad illud decretū ex falsa causa interpositū, & causa nō cognita, si ille se obligauit dare octo pro cētenario? certè nihil: seruanda enim fuit lex municipij, & statutum Parmense, quod disponit, quòd illud statutū
17 sit præcisum, & præcisè † obseruetur: quia de illo verbo, alleg. tex. in terminis in c. 2. de rescrip. in ver. præcisè. & allego Iaco. de Are. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. vbi dixit, quòd si illa dictio præcisè, apponitur in statuto, habet vim clausulæ derogatoriæ ad illud statutum contrarium, nec valet statutum secundum contrarium primo, nisi fiat expressa mentio de primo. facit, quod no. gl. in c. contra christianos. de hæreticis. lib. 6. & quod no. D. & consiculus meus dominus Abbas in d. c. 2. de rescri. & licet ipse ibi dicat, ꝙ verbum præcisè, ibi appositum intelligatur, idest sine discussione; tamen ipse malè loquitur, & est falsum dictum: vt est ibi text. in verbo, cognito. & ibi Bal. in finalibus verbis dicit, falsum esse: vt intelligatur ille tex. idest sine discussione: quia ꝯrium ibi dicit tex. & ideo Bal. ibi dr̄ præcisè, idest, ad literā, ꝑut iacet, & si opꝰ est, ēt manu militari, itē & remedio carceris: vt l. sacri, §. fi. ff. ad l. Iul. pecul. l. qui restituere. ff. de rei ven. & quod not. in l. stipulatio. §. siue. de ope. noui nunci. & l. sed & hæc. §. prætor. ff. de procur. Ista sunt formalia verba Bald. & sic tale statutum debet intelligi, dum dixit præcisè, idest ad literam obseruetur, prout iacet. & sic poterit carcerari ille emptor, & cogi manu militari ad obseruandum illud statutum, quod summè ponderet patronus præsentis causæ. Et facit, quod voluit ēt idem Bald. in rubrica, extra, de const. vbi dicit no. ꝙ statuta præcisa dispensationem arbitrij non recipiunt. & ideo vbi in statuto apponitur verbum præcisè, debet ad vnguem obseruari. alleg. not. in cle. ne romani. de elec. & tantum est dicere præcisè, quantum omnimodo & indistinctè. l. semper. §. demonstrat. ff. de iure immu. Facit ēt, quod voluit idē Bal. in l. omnes populi. versi. pone, statuto cauetur, quòd statuta sint præcisa, & præcisè obseruētur, quid importat dicit, quòd recipit tale statutum interpretationem laudabilem, & intelligitur, idest procedat, & præcidat, seu tollat omnia alia, q̄ ꝯriū disponēt. Sequitur ergo ex tali statuto Parmensi, ꝙ cum non fuerit obseruatum ad vnguem, talis venditio fuit nullius momenti, & dolo fuit celebrata, & per con-
18 sequens † iuramentum non firmauit talem venditionem dolo initam, & in læsionem & præiudiciū ipsius minoris: vt voluit D. Pe. & docto. superius allegati. Primò, ꝙ iste minor aliter fuerit læsus, apparet ex eo: quia illa possessio valebat multo plus, quàm fuit vendita: vt est superius dictum. ergo sequitur, ꝙ vendendo pro minori precio, dicitur læsus. Et si dicatur, amice licitum est partibus se circumuenire. infra dimidiā iusti pretij; vt l. in causæ. §. idem Pomponius. cum si. ff. de minor. Secundò: quia interuenit præsentia iudicis, & eius decretum per id, quod voluit Ange. in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. ob. & Bald. in l. 2. C. de resci. vend. cessat enim præsumptio fraudis coram superiore. l. probatorias. C. de diuer. offici. libr. 12. & facit. l. j. C. de præd. cur. libr. 10. & ibi dixit Barto. quòd decretum operatur, quòd quis nō potest conqueri de iniusto precio. & sequitur ibi Ang. & d. Anto. in c. cum pridē. de pactis, dixit quòd factum coram superiore præsumitur iustum. & idē dixit in c. accepta. de rest. spolia. & facit, quod pulchrè dixit Bal. in l. fina. C. de contrahen. emptione. ꝙ consiliarij Principis, possunt emere immobilia, ꝑut est ꝯscientia ipsius principis, alleg. l. non est verisimile. ff. quod me. causa. & quod ipse voluit in l. pacta nouissima. C. de pac. & quod voluit dominus Abbas post alios in c. cum clerici. de censit. & quod voluit Bal. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. Quia ad omnia ista r̄ndetur primo, quòd illa regula, ꝙ licitum sit partibus se circumuenire in precio, non habet locū in minore, & allegaui superius Bal. in l. 2. C. de rescin. vēd. & voluit Io. de Imola in d. c. cum contingat. de iureiuran. & allego text. & Bal. in l. cū ipse. C. de contrahenda emptione. vbi dixit, ꝙ venditio de re pupilli rescinditur propter modicam læsionem. & simile, inquit, dicimus de. l. fundus q Lucij Titij. ff. de rescin. vendi. ita dicamus in isto minore curatorem habente: vt l. si curatorem habens. C. de in integ. rest. mi. cum si. Item non congruit bono viro decipere aliquem in pretio etiam infra dimidiam iusti pretij, & allego gl. sing. in l. semper in conuentionibus nō solum, quod liceat, sed & quod honestum sit, considerandum est. ff. de reg. iur. de qua glo. exclamauit Bal. in c. cum causam. de testi. & in c. si proponēte, de rescr. & in auth. ad hæc. C. de vsu. & facit, quod no. D. Ant. in c. in ciuitate. de vsuris, & dixi latè in c. j. de emp. & vendi. vbi allegaui quotā gloriosi Thomę de Aquino. Ad rem redeo de interpositione decreti; quia dictum Bar. Angeli & sequacium, si esset verum, procederet, quando esset interpositum causa cognita, & in forma solenni, prout requirit statutum. Sed hoc non interuenit in casu nostro. Item illud dictum Barto. ꝑcedit præsumptiuè. sed vbi apparet de læsione, & de contrario, cessaret illa pręsumptio: nam in incertis, & non certis locus est coniecturis. l. si certis annis. C. de pactis. cum si. non enim quis debet decipi sub iudiciali clipeo. l. j. C. de his qui veniam ęta. qui vnde iura emergunt, non debet oriri iniuria. l. meminerint. C. vnde vi. & istud tenet in terminis Ioannes de Imola in d. l. si quis cum aliter. & ibi Ludouicus Roman. qui allegat iura ad hoc probantia. & sic non obstant superiora dicta. ¶ Et si quispiam etiam opponat, amice, fuit facta subhastatio istius possessionis vendēdæ, & non potuit reperiri maius pretium: ergo sequitur, quòd non dicitur læsus, nec deceptus dictus minor. vnde dixit Ange. in l. sciendum. ff. de verb. obliga. ꝙ non est locus remedio. d. l. 2. C. de rescindenda venditione, quando res venditur cū subhastationibus:
19 quia subhastatio † arguit rem esse venditam pretio reperibili. Non potest dici, etiam venditam esse minus iusto pretio l. precia rerum. cū si. ff. ad l. fal. Quia respondeo, quòd hoc dictū suum est falsum, & contrarium tenet Bartol. in l. j. C. de præscrip. 30. an. per text. in l. si quos. C. de rescindenda venditione, ex quo dicto sequeretur inconueniens, videlicet ecclesia vendit cum subhastatione: vt in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. cum si. quod non posset ecclesia intentare remedium. d. ca. cum dilecti. & c. cum causam. de emp. & vendi. & tamen ibi probatur cōtrarium. ergo & contra Ang. tenuit

Ludo-

Ludouicus Roma. in d. l. si quis cũ aliter. & sic non obstat illud contrariũ. ¶ Præterea si dixerit quispiã, in illo decreto dicitur, causa cognita. vnde Bal. in l. mater tua. C. de rei vendicatione. dicit, ꝙ si tabellio dicit, talis ex certa scientia iuris, & facti, & non per errorem ratificat &c. an credatur tabellioni. respondet ipse quòd sic: quia si tabellio diceret talis cõsentit, crederetur instrumento: & tamen hoc verbum
20 † cõsensus includit omnem errorem cessare lege cũ precibus. C. de probat. ideo si iudex dixit, causa cognita, multo fortius creditur sibi: tum etiam, quia præsumitur pro iudice, & pro suo decreto: vt l. 2. C. de officio ciui. iudi. l. Herennius. §. Caia. ff. de euic. c. in præsentia. de renunci. c. Pisanis. de testi. spol. cum si. Quia ad hoc respondeo, istud dictum nullo modo obstare ex eo: quia statutum istud exigit cognitionem causæ euidentẽ, & sic qualificatam: ideo oportet constare de illa euidẽti cognitione: vt superius dixi. Vnde cũ in dicto decreto dr̃, cognito de cã, posito, nõ tamen concesso, ꝙ stetur illis verbis, tñ illa verba non satisfaciunt ex eo: quia statutum requirit euidentem cognitionem. Secundò dico, ꝙ etiam nõ statur verbis iudicis, posito ꝙ diceret, p̃habita euidenti cognitione &c. & allego singularẽ textum, qui in indiuiduo hoc decidit, in l. si quãdo. C. de stat. & imagi. vbi dicitur, & ibi Bartolus magnificat illum textum ad hoc, ꝙ si statutum requirit, ꝙ iudex sedeat certis diebus, & certis horis ad bancũ, ꝙ sibi nõ creditur, nisi aliter appareat, & si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ minores exponerentur multis fraudibus, & laqueis in alienandis suis rebus, qđ esse non debet. Et sic ex prædictis apparet, ꝙ non debeat stari verbo iudicis, cum statutum requirat hoc pro forma. & dicit, quòd præcisè ita obseruetur: ergo &c. Facit, quod habetur in l. si forte. & ibi Bartolus, de castren. pecul. & glossa in l. si donatione. C. de colla. & Baldus in l. illud. C. de sacrosanctis ecclesijs. & Bartolus in leg. per diuersas. C. manda. & per Guilelm. de monte Laud. in clement. prima. de rebus ecclesiæ non alienand. vbi dicit, non stari instrumento, si in eo dicatur, ꝙ prælatus alienat ꝑpter necessitatem ecclesiæ, & ibi per dominum Petrũ & alios, ita in proposito nõ creditur iudici asserenti de ista causæ cognitione: maximè qa statutũ requirit, ꝙ sit euidens: & eo magis iuxta illud, quod dixit glossa in l. de quibus. ff. de legibus. omnis veritas laborat in contrarium circa hoc ex eo: quia iam non cognouit de causa: quia exitus acta probat: nõ est credendum, ꝙ pro debito asserto, & non probato, & pro debito falso, & pro debito ex turpi causa contracto interposuisset decretum ad vendendam rem magnam non parem illis debitis, & pro minori iusto pretio: & maximè si illico, & in eodem instãti fuit creatus curator, & interposita auctoritas, & interpositum decretũ iudicis, & sic stabimus certo, & non coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de verborum obligationi. cum simi. Et maximè hoc apparet: quia in instrumento dicit, ꝙ fuit facta vox publica de vendenda illa possessione illius minoris, & ꝙ nõ inuenerunt hominẽ, qui vellet emere totã, vel partẽ illius possessionis pro maiori pretio: & istud est falsum; quia plures emptores reꝑti fuissent, q ꝑ maiori pretio emissent, & totam, & partem illius possessionis: & non est verũ de illo voce publica. Et ẽt quia dicitur in instrumento, ꝙ oportuisset vendere meliorem partem possessionis, si venderetur pars, & residua pars remaneret inculta propter maximas expensas fiendas in illa parte meliori: tamen est ꝑbatum contrarium. Et etiam dicitur in instrumento, ꝙ iõ emptor emit, vt liberaret illũ minorẽ à molestatione, & incarceratione: qa oĩa sunt falsa, & in facto, vt ostensum est, & etiã in iure: qa minor pro debito priuato ciuili, & etiam turpi non potuit incarcerari, nec constitui contumax: vt dicit statutũ. Et facit, quod voluit Bald. in lege prima. C. qui bonis ced. poss. & in primo præsupposito apparet. Nec etiam obstat, si quis allegaret cõsilium domini Pauli de Castro. 207. incipiens, coram domino Vicario. vbi consuluit, quòd contractus non tenuit: & tamẽ iurans tenetur seruare illum contractum: vt ibi per eum: quia ipse loquitur eo casu, quo ille iurans nõ fuit dolo inductus ad contrahendum, & iurãdum. Item ipse non loquitur in minore: item ipse non loquitur, quando statutum fingit illum cõtractum simulatum. & fictitium, & per consequens, non obstat huic consultationi. Et in istis apparet, quòd iste minor fuit læsus. & vt læsus potest restitui in integrum: vt l. prima, cum similib. ff. de minori. ergo
21 sequitur, ꝙ beneficium † restitutionis in integrum sit competens, vel ius dicendi illam venditionẽ, nullam, potuit cedere huic magnifico domino Bartholomeo de Corrigia. hoc decidit glossa solennis. 16. quæstio prima. c. hinc est vbi minor potest cedere beneficium restitutionis in integrum. probat text. in l. si minoris actum. ff. de administratione tuto. & ibi latè Bartolus, & in l. ex pluribus. eodem titulo. & voluit Angelus in l. si eius. & ibi Ioannes de Imo. ff. ad Trebellianum, & quod notat idem Angel. in l. ꝙ si in diem. §. Iulianus. ff. de petitione hæreditatis. facit in simili textus & glossa in l. secunda. C. de litig. vbi Baldus dixit per illum textum cum sua glossa quòd rei vendicatio cedi potest. facit text. in l. quod sæpe. §. ꝙ si res. ff. de contrahenda emptione. facit l. apud Iulianum. §. fina. & l. restituta. §. si pupillus. & l. quamuis. ad finem. ff. ad Trebellianum. & textus in l. finali. C. de cessione bono. & quod ibi notat Salicetus, & allego in optimis terminis dominum Paulum de Castro consilio quadragesimotertio, incipiente, dicendum, ꝙ dictus Christophorus. vbi statutum erat, quòd consors vendẽs rem immobilem teneatur vendere consorti, aliàs cõsors possit illam venditionem retractare. modò accidit, quòd alteri consors vendidit, qui non erat consors: ille, qui poterat retractare venditionem: quia erat consors, nõ habebat pecuniam ad retractandum: ideo cessit iura sua cuidam alteri, qui incepit retractare in iudicio illã vẽditionẽ iure cessionis. fuit dubitatum, an potuerit cedere illud ius retractandi: & consuluit ibi dominus Paulus ꝙ sic, & istud decidit formaliter istam quęstionem. ergo potuit dictus Ioannes illam cessionem facere de iure sibi competẽte ad petendam retractationem illius venditionis, & ad petendam restitutionem. ¶ Restat videre, an statutũ Parmẽse obstet, inquantũ dicit, si quis fecerit acceptũ de ea re, quam alius tenet, & possidet, seu habebat, & possidebat tempore acquisitionis, & annullat iur̃m, & tp̃e quo dictus magnificus vir D. Bartholomeus acq̃siuit istã cessionẽ, ille emptor tenebat, & possidebat. qđ iuris erit de viribus huius cessionis: qa posito, ꝙ potuerit cedere illud ius retractãdi, an obstet statutũ p̃dictũ. Et circa hoc aĩaduertant dñi aduocati, ꝙ si ille emptor aduersarius allegat istud statutũ in sui fauorẽ, ꝙ ẽt tenẽt acceptare ad sui p̃iudiciũ: qa istud statutũ annullat iur̃m: si ergo approbat istud statutum pro se, debet acceptare ꝯ se, inquantum superius fuit dictum, ꝙ illa vẽditio fuit nulla nõ obstante iurõ: quia ita vr̃ approbare illud statutũ: & sic incidit in scillam, cupiens vitare carybdim. Est videndum, quid sentiant statuentes illo modo statuendo: & quia sermones nostri videntur veriores, si ad indiuidua descendamus. vt voluit philosophus, alleg. textus ponentem illa verba, habere

bere & possidere &c.in l.si in emptione.§.omnium
rerum.in ver. habere & possidere. ff. de contrahen.
emp.vbi est casus aureus, ꝙ vbicunq; illa verba ha-
bere & possidere proferuntur simul, verbū habere
significat ciuilem possessionem,& verbum posside-
re significat possessionem naturalem : vnde q pro-
babit habere & possidere, probabit naturalem & ci
uilem possessionem. Ita formaliter dicit ibi Bald. in
suis recollectis, licet in lectura mea hoc nō dicat; sed
in recollectis hoc dicit aperto ore. Datur ergo intel-
lectus verus & solennis a iure ciuili huic statuto Par
mensi; vt istud statutū requirat, quòd habeat vtran-
que possessionem ciuilem, & naturalem ille, qui
vult gaudere commodo, & beneficio illius statuti:
maximè cum istud statutum si exorbitans a iure cō
muni, debet intelligi in casu, in quo loquitur, & in
dubio recipit interpretationem a iure communi:
vt in c.cum dilectus.de consue.& iam clarum est, ꝙ
de iure cōmuni res aliena vendi potest : vt l. rē alie-
nam.ff.de contra.emp.cum si. Vnde istud statutum
restringit ius commune: vt res aliena non possit vē-
di, quando per alium possidetur naturaliter,& ciui-
liter : si ergo non possidetur naturaliter & ciuiliter,
sumus extra casum statuti, & sic remanemus in di-
spositione iuris cōmunis: vt l.cōmodissimè.ff. de li.
& posth.l.si extraneus.ff.de cō.ob cau. iō erit restrin
gēdum in casu, in quo loquitur. l.si vero.§. de viro.
ff.so.matri.facit.l.si seruus: ver. non dixit prætor. ff.
de acquiren.hære. Est ergo videndum, si ille Ioana-
tus auctor illius fraudis, & deceptionis iuxta illud,
scælerum inuētor Vlixes.tenebat & possidebat, seu
hēbat & possidebat ciuiliter & naturaliter. Et circa
hoc animaduertat D. iudicans : quia in dicto statu-
to dicitur, quòd si non fuerit seruata forma statuti,
habeatur ꝯtractus pro simulato, & ficto & sit simu-
latus & fictus: sed in casu nostro non fuit seruata di-
spositio istius statuti: vt fuit superius ostensum.ergo
talis venditio habetur pro simulata & ficta. Est opus
22 videre, nunc, vtrum † ex contractu simulato & ficto
transferatur possessio: & certè est dicendum, quòd
non transit possessio : vt est casus expressus in l. em-
ptor.ff.de aqua plu.ar.istud decidit Bal. in terminis
in l.emptione.C. plus valere qd agi.& latè hoc assu-
mit, & ita decidit.D. Ludouicus Roman. in l.j.§. si
vir.ff.de acquir.poss.& facit, quod not.Bald.in l.j.C.
de suffra.& in l.non dubiū.C.de legi.& in l. contra-
ctus.C.de fide instrū.& quod no.per omnes in l. ele
ganter.ff.de dolo.& sic sumus extra casum & dispo-
sitionē statuti. seqtur ergo ex hoc, ꝙ dictus Marcus
emptor simulatus,& fictitius nō habuit aliquā pos-
sessionem translatam ex illo contractu venditionis
simulato & fictitio. Et si dicatur, or bene, quid ad il-
lum Ioanatum. Ad hoc dico, quòd si rectè pondere-
tur iste casus, ille Ioanatus fuit ille, qui principali-
ter emit,& ille Marcus se interposuit simulatè: quia
ex repentina venditione, quam fecit ille Marcus di-
cto Ioanato, præsumēdum, ꝙ ille Ioanatus fuit em-
ptor principalis, & fuit facta fraus de persona in p-
sonam. & ideo non est translata aliqua possessio in
illum Ioanatum . & facit de ista fraude de persona
in personam, quod habetur in capitu. putant qui-
dam.& in c.quia plerique, 14.q.3.cum si. Et quia in
illum Marcum nulla fuit translata possessio stante
dicto statuto . ergo ipse nullam potuit transferre in
illum Ioanatum: quia nemo dat, quod non habet;
vt in c.Daibertum.j.q.7. cum similibus. & sic in ip-
sum Ioanatum non erat possessio ciuilis, & natura-
lis: vt reqrit statutū Parmæ, & per ꝯns verū est dice-
re, ꝙ dispositio istius statuti loquentis de faciente
accaptum, non habet locum in casu nostro. Et etiā
est bene ponderandum. quia inquantum istud sta-
tutum loquens de faciente accaptum,& infringens
iuramentum, nō loquitur ita, vt loquitur primum
statutum disponens de minore: qa primū statutum
loquitur fingendo contractum simulatū & fictum,
& excludēdo peccatū, vt superius dixi. ergo ista ces-
sio valuit,& tenuit, non obstante dicto statuto. ¶ Re
23 stat nunc videre : quia dictus Io. factus † maior rati-
ficauit dictam venditionem dubitatur, quid iuris,
& quidē ꝓsupponitur in puncto, istā ratificationē
fecit, postq̄ fuit facta cessio illi spectabili & magni-
fico militi. D. Bartholomeo, quo casu habet minus
dubitationis. Et circa hoc ante omnia est ponderā-
dum statutum præfatum, dum dicit, & si aliter, fa-
cti fuerint, quocunque modo illi contractus appa-
reant, vel quamcunque obligationem contineant,
sint & habeantur pro simulatis, & sint præcisa,& p-
cisè debeant obseruari prædicta, quo casu apparet
de nullitate dictę venditionis,& de dolo in ea com
misso, quod etiam apparet ex non obseruantia sta-
tuti: vt est glos. in l.j. C. de fide instru. & iur. hastæ fi-
sca. li. 10. in versi. mala fide. vbi omissio solennitatis
requisitæ vehementem doli præsumptionem indu
cit. facit c. qui contra iura. de re. iur. li. 6. & ꝙ illa ra-
tificatio non faciat reconualescere illam venditio-
nem, superioribus diebus consului Parmæ in eodē
statuto, & allegaui consilium D. Ludo. Rom. quod
est. 53. incipien. id de quo queritur. & ibi refert insi-
gnes doctos ita consuluisse. Et facit text. in l. j. cum
sua glo. C. si maior fac. & quod voluit Bald. in l. j. C.
qui admit. versi. extra quæritur, statuto cauetur, ꝙ
mulier non possit adire hæreditatem sine consen-
su duorum proximorum consanguineorum : & ēt
quia istud statutum imponit necessitatem, & cogit
partes ad obseruanda omnia, & singula cōtenta in
dicto statuto: ex eo quia dicit, præcisè obseruent: vt
superius demōstraui: & etiā quia dicit, nulli possint
minore &c. quo casu præsupponit negatiuam, &
inducitur necessitas: vt est gl. solennis in c. j. de reg.
iur. lib. 6. Et facit glo. in cle. dispendiosam. de iudi-
cijs. & in c. cum diœcesim. in gl. fi. de vsu. & quod vo
luit Bal. in c. j. qui succe. teneā. vbi dicit, quòd quo-
ties statutum annullat contractum ipso iure, si non
fuerit certa solennitas obseruata, tunc videtur ap-
ponere formam, adeo ꝙ partes non possunt renū-
tiare illi solennitati : sed in casu illius statuti infrin-
gitur actus ipso iure, dum dicit, sint nullius valoris:
ergo ista ratificatio non potuit cōualidare dictam
venditionem nullam stante dicto statuto. Facit ēt;
quia quoties statutum apponit clausulam decreti:
quia annullat actum ipso iure, quando nō interue-
nit solennitas statuti, tunc consensus partium nihil
operatur: vt est glossa in c. dilecto. de præben. & no.
in cap. cum venissent. de institu. & tex. in c. denique.
in versi. decretum necessitatem. facit 4. distinct. Et
per optime facit glo. in l. a diuo Pio. ff. de ritu nupt.
vbi contractus reprobatus a lege non potest confir
mari & conualidari, etiam si interueniat consensus
partium, quam gloss. reputat singularem Bald. in
c. lator. de re iudi. & in l. cum mulier. ff. sol. ma. & in
l. non dubium. C. de legi. & in l. iubemus. §. sane. C.
de sacrosan. eccle. & facit, quod dicunt omnes scri-
bentes in c. cum dilecti. de empt. & vend. vbi dicūt,
ꝙ si dolus dat causam contractui, potest a partibus
approbari, & valet ille contractus : vt est glossa in l.
eleganter. ff. de dolo. sed fallit, vbi lex reprobaret il-
lum contractum; quia tunc consensus vtriusq; par
tis nihil operaretur, alleg. glos. in dicta l. a diuo Pio.
& multum late dixi in d. l. consilio, & sic sole clarius
est, ꝙ dicta ratificatio non fecit recōualescere illam
venditionē nullā, & præcipuæ: qa ex quo illa cessio
valuit, vt hr̄ in l. per diuersas. C. man. siue ille Ioan.
fuerit

fuerit in minori ætate, siue in maiori: qa potuit cedere ius dicendi nullam illam venditionem, vt voluit D. Pau. in supra allegato cõsilio, quæsitum fuit ius dicto D. Bartholomeo, ad dicendum nullam dictam venditionem. ergo sequitur, ꝙ non potuit sibi tolli facto ipsius Ioannis Zambelli: qa ius mihi quęsitum sine facto meo mihi tolli non potest: vt l. ius nostrum. ff. de reg. iur. c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publi. facit. l. fi. ff. de pactis. Et accedat elegans dictum Angel. in auth. de nup. §. quia vero. ad finem. vbi inducit gl. ibi positam ad quæstionem, quòd si de quolibet cõtractu debeat solui gabella ad certam rationem, & contractu perfecto partes velint recedere a contractu in totum, vel in partem, & minuere, ad hoc, vt non soluant: & dicit, quòd non possunt: quia cum sit quæsitum ius communi ad gabellam, nõ potest recedi a contractu in præiudicium communis, maximè per regulam: quia ius nostrum non tollitur: vt in d. l. ius nostrum. ita formaliter dicit ibi Angelus. ita ergo in proposito nostro non potuit ille Io. posteaquam fecit illam cessionem ad annullandũ & retractandum illam venditionem: quatenus de facto processit, & fuit quæsitum sibi ius: non potuit dictus Io. in præiudicium ipsius D. Bartholomei ratificare dictam venditionem: & sic nulla fuit dicta ratificatio. Et etiam posito, non tamen concesso, quòd fuisset aliqua, non tamen potuit fieri ad pręiudicium dicti domini Bartholomei: cum ista cessio valuerit. quia fuit vera, & non simulata, & habebat omnia substantialia requisita ad cessionem fiẽdam, de quibus in tex. glo. & Bart. in d. l. per diuersas. & per consequens dicta ratificatio non præiudicauit dicto D. Bartholomeo. Cum ergo abdicauit a se dictus Io. illud ius dicendi vẽditionem nullam per cessionem factam D. Bartholomeo, sequitur, ꝙ illa ratificatio non inuenit ratificabile: quia ratificatio requirit subiectum susceptiuum ratificationis: quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: vt voluit Aristo. in secundo de anima. ideo cum ista ratificatio non reperiat extremum habile & susceptiuum ratificationis: vt in text. aureo. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. necessario nihil est operata; cum sit fundata super non ente, & ex non ente non resultat ens, & (vt dicunt philosophi) ex nihilo nihil existit: sententia vera: vt voluit Boetius. sequitur, ꝙ talis ratificatio nihil est operata, & multo minus operabitur, quia probata non est, & si forte est probata, tamen est probata minus sufficiẽter, quia per testes ad æternam memoriam receptos ipso domino Batholomeo, de † cuius præiudicio agitur, non citato, non monito, nec requisito, quo casu requiritur citatio: vt c. in nomine domini. de testi. etiam quando recipiuntur ad æternam rei memoriam, debet citari aduersarius, cõtra quem producuntur, vt est text. apertus in c. quoniam frequenter. extra, vt lite non contest. in principio. Cum ergo non fuit citatus dictus D. Bartholomeus, sequitur, ꝙ talis receptio fuit nullius momenti in præiudicium iuris quæsiti dicto D. Bartholomeo, concludo ergo illam ratificationem esse nullius momenti. & ita concludo.

24

EPITOME.

¶In materia exemptionis an possit præiudicar iuri alteri quæsito, & quid inquirendo.

SVMMARIVM

Pater an possit præiudicare in iure quærendo filijs & descendentibus. numero 1. & 2.

Priuilegio quantuncunque generali concesso priuato, vel pio loco non præiudicatur publicæ vtilitati. nu. 4.

CONSILIVM VII.

ILlud Afferam in medium, quod bellissimè scripsit Paulus apostolus ad Corinthios primo. Omnis sapientia nobis a Deo, sanctificatio, iustitia, & redẽptio. Ideo optimi, maximi Dei omni inuocato præsidio. Viso puncto, & solenni animaduersione pensato & discusso, dubitatio huius cõsultationis multa habet capita, capiam ea, quæ mihi videntur magis ad decisionem accommodata. Et pro potissimo & formali fundamento præmitto, quòd in bulla Ioannis olim Papæ dicitur, nec non & filios, descendentes posteros quoscunque in tertiam generationem inclusiuè, & quę filios, & descendentes, & posteros tuos interim adipisci contigerit &c. Ex quibus verbis apparet quæsitum esse ius ipsis filijs, & posteris illius Calderini. Stat modò † dubitatio, si ille Calderinus potuerit per suam compositionem præiudicare non solum sibi, sed etiam iuri a se quæsito illis suis filijs & posteris: & in compositione facta per illum Calderinum, & per commune Duciæ dicitur: chegli homini de Ducia, si agrauano de questa essemptione, lamentandose e condolendose. dicendo, ꝙ ista exemptio erat maximum damnũ dicti communis: & considerato, ꝙ dictus Calderinus vult remanere frater, & amicus hominũ dicti cõis, & etiam cõsiderato ꝙ ipse, & filij, & sui descendentes volũt viuere, & mori in terra dicti cõis Duciæ, & pro statu & substẽtamẽto dñij eorũ, & ꝓ pace, & bona cõcordia, & vnione, & ꝙ dicti homines terræ Ducię sunt contenti &c. quo casu liquido apparet, ꝙ ista cõpositio emanauit ꝑꝑ bonũ pacis & concordiæ, & vt ille Calderinus cũ suis descendentibus non remaneret exosus & inuisus hominibus cõmunis. & sic ex præfatione apparet, qualis sit natura contractus, & compositionis: vt eleganter decidit Bar. in l. cum hi. per illum text. ff. de transac. & in l. cum quid. ff. si cert. peta. & in l. j. ff. ad Maced. vbi dicit illum textũ esse notabilem ad hoc, & idem voluit Bal. in l. fi. ff. de hęred. inst. per illũ tex. & ꝓbatur in tex. in l. regula. §. & licet. in versi. initium constitutionis demõstrat. ff. de iur. & facti igno. Bal. in l. vt liberis. C. de colla. & in l. j. ff. de origi. iur. & in prima constitutio. C. & in dicta l. cum hi. & in l. hæc verba. C. de fal. cau. adie. lega. & Angelus in l. j. ff. de iudicijs. & in dicta l. cum hi. & dominus Antonius in clementina prima, de elec. text. & ibi dominus Abbas in c. ex multa. de voto. dominus Cardinalis in c. causam. extra de rescri. Apparet ergo nobis ex his prædictis, ꝙ causa potissima huius compositionis fuit propter pacem, & cõcordiam, & vnionem, & propter euitandum odium, quod homines dicti communis gererent contra, & aduersus ipsum Calderinum, & filios, posteros, & descendentes suos, quo casu † licitum est etiã tutori & curatori remittere debitum liquidum ipsius pupilli & infantis, si ageretur de vtilitate animæ, vel corporis ipsius pupilli. Vnde dicebat Iacobus Butrig. in lege, pactum curatoris. C. de pactis. doctores & aduocatos dicere, quòd potest tutor facere pacem cum occisoribus patris ipsius pupilli, si hoc expediat ipsi pupillo: quia forte illi occisores occiderent pupillum: sequitur ibi Bald. & Salicet. & idem tenet ibi Albericus de Rosatę. Et facit, quod habetur in Specula. titu. de homici. §. j. versi. illud. & idem voluit Angelus in

in l. imperatores. ff. de pactis. ꝙ prælatus, vel alius administrator potest remittere de iure ecclesię propter bonum cōcordiæ, & pacis. Modo in proposito nostro est summè considerandum: quia Angel. ibi. & Iacobus Butri. & alij doctores relati loquuntur, ꝙ potest remitti de iure quæsito ipsi pupillo, vel ipsi ecclesiæ propter bonum concordiæ. ergo multo fortius poterit remitti propter bonum concordiæ ius quærendum, argumento. l. ex his. ff. de his quæ in fraud. credito. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter virum & vxorem. & quod voluit Federicus de Senis, consilio nono. & etiam Innocen. in ca. admonet. de renuntia. Bald. in l. si pupillorum. C. de repu. hære. & l. contra iuris. ff. de pactis. & dominus Cardinalis in c. potuit. de locato. vt in c. vt super. de rebus ecclesiæ non alie. & Salyce. in dicta l. pactum curatoris. C. de pactis. & quod habetur in l. seruus. C. de pactis. Cum ergo in proposito nostro ille Calderinus teneretur ad onera municipij, & fuerit exēptus ab illis oneribus, & sic tractatur de iure quærendo tam sibi, quàm suis filijs, & descendentibus: & quia de hoc insurgebat & oriebatur maximum odium, & indignatio inter homines cōis Duciæ, & inter eū & suos filios, & descendentes: & vt tolleret illud odiū, & illa indignatio, cōposuit se sup illa bulla, & sic propter† bonum concordiæ & pacis, & tol-
4 de pulchrè dixit D. Ant. ꝙ quando concurrit † paruitas precij cum pacto de reuendendo, præsumitur contractus usurarius, maximè si factum esset illud pactum de reuendendo post certū tempus, uel simpliciter, quando placuerit uenditori, & idem tenet glo. multū sing. in capitulo conquestus. de usu. quæ

vult,

vult, ꝙ paruitas pretij cum pacto de reuendēdo faciat præsumi cōtractum vsurarium, præcipuè si emptor consueuit vsuras facere, alleg. d. ca. illo vos. qui tex. probat hanc doctrinam, ver. præsertim, quæ dictio importat idem, ꝙ maximè: &[sic] si implicat. tex. in l. illud in verbo, præsertim. ff. ad l. Aquil. & in c. j. de excep. in ver. præsertim. & in l. j. C. in quibus cau. resti. in integ. non est necess. & in c. antiquis. de rerum permu. & in cle. j. eo. ti. gl. in c. per tuas. de simo. & in c. illud, de præsump. Et sic vult glossa, in d. c. conquestus. ꝙ etiam in non solito fęnerari præsumitur contractus esse vsurarius, & illud etiam sequitur Archi. in c. plerique. 14. q. 3. & sic D. Anto. sequitur opinionem illius glossæ, & Archi. & etiam D. meus Ioā. de Imol. in d. c. ad nostrā. sequitur illam glossam, & dicit esse rationabile tenere illā glossam propter euitandas fraudes vsurariorum. etiam illam glossam sequitur Do. Abb. in d. c. conquestus. Et sic cōiter doctores sequuntur illam glossam, & per consequens modicitas pretij, & pactum de reuendendo faciunt censeri contractum vsurarium: maximè si emptor consueuit esse vsurarius, & sic sufficiunt illa duo, & maxima erit auctoritas glossæ in iudicando, & consulendo: vt dixit bellissimè Iaco. But. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. & ideo dicebat Salycetus in l. traditionibus. C. de pactis. ꝙ nos debemus inhærere opinioni glossæ, sicut Bononienses inhærent Carotio, de quo est glo. sing. in l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris, & idem voluit etiam Angelus in l. 2. ff. de accusatio. & ideo dixit Baldus in l. hæreditas. C. deposi. ꝙ auctoritas glossæ omnes antecellit, & in capitul. j. de natura succe. feud. in vsib. feud. dixit idem Baldus, quòd in dubijs opinionibus multum sequimur opinionē glo. in consulendo, & iudicando: quia non pōt adhærere meliori, & idē voluit in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. & in auth. cessante. C. de legi. hæred. & in l. 2. ff. de vulgari & pupillari. & in capitulo primo, de constit. & maxime in casu nostro, vbi doctores communiter sequuntur gloss. dicti capituli, conquestus. Et etiam multo fortius in casu nostro: quia concurrunt plurima, & varia ingentissima indicia, ex quibus liquido comprehenditur, ꝙ iste contractus sit fœneratitius. Præterea facit etiam, quod pulchre voluit Do. Cardinalis in dicto capitulo illo vos. vbi dicit, ꝙ ꝑ coniecturas arguitͬ contractus vsurarius, vt ibi est casus: nam ibi duæ coniecturæ sufficiunt secundùm eum, vt in litera apparet: est etiam alia coniectura secundùm eum, quæ sæpe accidit de facto: nam si venditor remansit in possessione rei venditæ, ponit exemplum; quia conduxit ipsam rē venditam ab emptore, præsumitur, quòd non fuerit venditio in rei veritate, sed solum simulata; alle. dictam legem, sicut. §. superuacuum. & legem, volūtate. eo. ti. & quod no. glossa in lege fina. C. de remiss. pigno. Et subdit do. Cardi. ibi, hoc procedere quoad tertium: sed quoad ipsum venditorem requiruntur aliæ coniecturæ: puta illæ, de quibus habetur in dicto cap. illo vos. vel de quibus habetur in d. c. ad nostram. sed in casu nostro non solum concurrit venditio, & locatio, sed etiam ꝯcurrit mutuū: quia mediante sensali dicta pecunia fuit mutuata, seu locata ad habendum septem pro cētenario: vt superius est dictum: & etiam cōcurrit vilitas, & paruitas pretij, & alię fictiones, & alia pacta insolita, de quibus inferius ostendam. ergo sequitur, ꝙ talis contractus dicitur esse vsurarius. Præterea facit illud, quod voluit dominus Laurentius de Rodulphis de Florentia in suo eleganti tractatu de vsuris. q. 60. vbi dicit, ꝙ in istis talibus contractibus sunt considerandæ circunstantiæ, quę occurrere possunt: nam si prædicta indicia, de quibus habetur in d. c. illo vos. & in d. c. ad nostram. interueniant; tunc sufficit cōtractum censeri vsurarium: & cum hoc dicit transire canonistas. idem ibi dicit esse, & si prædicta indicia nō interueniant: sed interueniant alia indicia æquiualentia, vel quæ magis apertè fraudem detegunt. Idem dicit esse dicēdum maximè propter ea, quæ scripsit Io. And. in d. c. ad nostram. volentes, si quidem prælibatis modis in iure scriptis eorum fraudes detegētibus prouidere, tam exquisitas fraudes inuenire, ꝙ nisi ex alijs præsumptionibus conuincantur, ex illis forsan in iure scriptis, non de facili, allegat etiam dicta per se in eodem tractatu in 18. quæstione primæ partis, & refert se aliàs in accidētia facti obtinuisse. Quæ autem alia indicia, quàm ea, quæ in iure scripta sunt, vt in dicto capitulo illo vos. & in dicto capitulo ad nostram. sufficiant ad præsumendum contractum esse vsurarium, dicit residere in arbitrio boni viri, qui est iudex: vt l. vir bonus. ff. iudic. sol. & putat sufficere, si vsurarij fuerint contrahentes. de facili enim præsumitur in eos: quia pessimum hominū genus: vt dixit Host. in dicto capitulo, illo vos. & nota. in dicto capitulo ad nostram. Si autem non fuerint consueti vsuras facere, alias oportebit probationes habere, allegat, quod no. Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de vsuris. & quod not. Ioan. Calde. in 18. quæstione incipien. vsurarius &c. & sic formaliter videtur dominus Laurentius istam quæstionē decidere, quòd non solū sufficiunt illa indicia, quæ apponuntur in dicto capitulo illo vos, & in dicto capitulo ad nostram. sed etiam sufficiant indicia æquiualentia, quæ iudex arbitrabitur: & non solum præcisè stare debemus illis præsumptionibus appositis in dictis iuribus, sed alijs æquiualētibus. Sed in proposito nostro ista indicia, de quibus in isto contractu, non sunt similia indicijs, & præsumptionibus appositis in dictis iuribus: quinimo sunt longè diuersa: primo ille Marcus īdigebat pecunia mutuo, & dicta Margarita volebat dare pecunias ad pēsionem, & per consequens ad vsuras, quo casu certissima est præsumptio vsurarum in cōtractu venditionis. Secundo interuenit vilitas: & hoc ponderet dominus iudicans; quia tam precij paruitas inducit suspicionem fraudis: vt est textus singu. & melior, qui reperiatur in corpore iuris, in capitulo primo. versi. quis enim dubitat, &c. in titu. qualiter olim feu. po. alie. vbi paucitas pretij inducit suspicionē fraudis: & maximè in casu nostro, in quo interuenit magna vilitas pretij: quia domus valebat vltra quingentas libras, & fuit vendita pro ducentis libris: & sic nō solum est deceptio in precio, imo est suspicio fraudis, & simulationis propter precium ita vile. Et sic cessat, si quis arguat, ꝙ potius est capienda deceptio in precio, iuxta no. in l. 2. C. de rescindenda vendi. & c. cum dilecti. de emptio. & venditio. ꝙ̄ suspicio fraudis, arg. l. quoties. ff. de reg. iur. quia istud non procedit ex eo; quia vilitas precij tollit deceptionē in precio: quia non est verisimile, ꝙ venditor fuisset ita vilissima deceptus in pretio; & per consequens dictū capitu. j. apponit gladium in ista dubitatione. Item etiam reperitur, quòd venditor possidet post celebratam venditionem: vt dicto §. superuacuum. ¶ Et si quispiam dicat, respondendo ad dictum §. superuacuum. dum dicit, veruntamen pecunia soluta non sit: loquitur enim quando celebrata est venditio, & venditor possidet nondum soluto precio, sed quando precium est solutum, vt fuit in casu nostro, tunc est secus, per textum in l. tenetur. §. sed si eadem. ff. de actio. empti. vel posset responderi aliter, videlicet, ꝙ non procedat, quando venditor reperitur possidere ex titulo locationis: & sic nō possideret, sed detineret, vt in casu nostro; quando quis ex

ex titulo locationis habet rem, quam vēdidit, quod probatur per simile. l. si pignus. ff. de pignora. actione, vbi non arguit iurisconsultus contractum pignoris simulatum ex eo: quia debitor reperitur illud postea a creditore retinere conductum, & per simile. l. quædam mulier. ff. de rei vendic. vbi iurisconsultus contractum donationis non arguit simulatum ex eo; quia reperiatur donatarius possessione rei donatæ postea fore tanquam conductor: allegauit etiam simile de l. si sterilis. §. si tibi. ff. de actio. emptio. & l. q fundum. ff. de contrahenda emptione. vbi in venditione expressum est, illam simulatam non censeri ex eo; quia venditor eam postea reperiatur ex cōductionis titulo detinere: quia ista non obstāt in casu nostro: ex eo quia hic non solum concurrit, ꝙ ille Marcus venditor detineat titulo locationis: sed interuenerunt alia indicia, videlicet vilitas pretij, conuentio de mutuando, & alia, de quibus supra dictū est, & etiam inferius dicetur: & etiam quia nō est verum, ꝙ ipse Marcus detineat, imo possidet: quia ex titulo locationis ad vigintinouem annos, qbus finitis ad renouandum, & sic possidet dictam domum, & ex tempore ita longo translatum est ius in ipsum Marcum, & sic nō detinet, imo possidet. l. 2. ff. si ager vectigalis. cle. j. de rebus eccle. non alien. c. nulli. & c. ad audientiam. eodem titulo, in antiquis. & per consequens dicta similia nullo modo obstant. Accedat etiam, quod voluit Baldus in l. j. C. de collu. detegē. ex qua lege colligit argu. contra feneratores, qui faciunt fieri cōfessionem coram epō, quod instrm est de vero, & puro capitali: nam ista collusio in fraudē vsurarum facta non valet: ꝙ autē sic collusum, debet probari saltem per præsumptiones canonum, q̄ in hoc iuris articulo præualent confessioni: non tñ ibi Baldus allegat, qui canones sint, sed re vera sunt, cap. illo vos. & dictum c. ad nostram. & sic sentit Baldus, ꝙ licet instrm, vel actus iudicialis coram episcopo factus præsumatur verum, seu verus: vt in dicta l. quamuis. C. si quis alteri vel sibi. & dicta l. cum precibus. cum similibus. nihilominus per præsumptiones canonum probatur contrarium: vt est casus in d. c. illo vos. & in d. c. ad nostram. Et facit tex. cū sua glossa in c. cum in diœcesi. de vsur. & per consequēs; licet ex sui serie & forma istud instrm non videatur sapere vsurariam prauitatem, tamen ex indicijs & presumptionibus optimè probatur esse vsurarium:
5 præsumptiones enim† canonum & legum dicūtur probatio liquida: vt voluit glos. elegans in l. si tutor. C. de pericu. tu. Facit etiam illud, quod voluit Saly. in l. tertia. C. plus valere. vbi dicit, petebam a Titio, c. mutuo, qui dixit se paratū mihi illa mutuare, sed volebat, ꝙ facerem ei venditionem certi prædij, ꝓmittens illud post 10. annos reuendere pro eodem precio: nam præsumit talis contractus feneratitius. allega. Odof. & hoc ideo; quia originalis causa fuit mutuum. dicit tñ ibi Baldus, ꝙ iurauerit ille venditor, stādum est iuro, donec relaxatur per epm: vt in c. j. de iureiur. secus dicit ibi Salyc. si causa originalis non fuisset mutuum: quia tunc ex hoc solo pacto de reuendendo non iudicaretur contractus vsurarius: etiam si cum vsurario esset celebratus: nam & vsurarij non sunt prohibiti veros contractus facere, & multoties veros contractus celebrant, & refert ibi Saly. idem dixisse Iacob. de Aret. & Cy. etiam si probaretur, ꝙ res valeret plus, q̄ conuenit. Nec obstat c. ad nostram. & c. illos. præalleg. quia ibi erant alia adminicula ad aperiendam præsumptionem vsurarū, quod dicit esse valde no. quia materia est quotidiana, & ita residet ibi Saly. & sic sequitur Baldū, & Odof. quando causa originaria fuit mutuum: vt fuit in casu nostro. Et licet dicat, ꝙ si fuit venditus fundus minus, quàm valeret, non ex hoc iudicaret contractus vsurarius. Ad hoc respondeo, ipse loquitur eo casu, quo non fuit causa originalis mutuum, quod non militat in casu nostro: quia causa originalis fuit mutuum. Item ipse non loquitur eo casu, quo precium fuit vilissimum, vt in casu nostro: quia res valebat vltra quingentas libras, & fuit vendita ꝓ ducentis: vt est casus sing. in c. j. superius alleg. Item hoc apparet ex verbis suis, dū dicit plus valet, quàm
6 conuenit: quia illa† dictio plus, refertur ad modicū: vt l. hæc adiectio. ff. de verb. sig. l. ab hostibus. §. si simpliciter. & ibi Bartolus & Iaco. But. ff. ex quibus causis maiores. l. & si post tres. & ibi Bartolus & Baldus, si quis cau. Bartolus. in l. cum filius. §. pater cum filiæ. & ibi Baldus, de legatis 2. facit capitu. literæ. de dilatio. & ibi doctores. Et sic Salyc. non loqnitur, qn̄ interuenit vilitas precij: vt fuit in casu nostro. Item quia multa & varia indicia & præsumptiones vsurariæ prauitatis interuenetunt in casu nostro. Et licet interuenerit iuramentum: nihilominus relaxabitur per episcopum loci. vt voluit Baldus & sequit Saly. in d. l. 3. & facit c. j. & c. debitores. de iureiurando. Quæ autem indicia sint vrgētia, & varia, possunt ita connumerari. Primo, ista fuit monialis professa, seu soror professa, & in loco prophano, & sine licentia sui superioris fecit talem contractum, quo casu
7 præsumitur dolus: eo enim ipso, † quòd non seruat iuris solēnitas, præsumitur dolus & fraus: vt voluit gl. ordi. in l. j. C. de fide instrum. & iur. hastæ fis. libro decimo, super versic. mala fide. facit. cap. qui contra iura. de reg. iur. lib. 6. & l. quemadmodum. C. de agricolis & censi. libro vndecimo. præsumitur etiam dolus ex eo: quia videtur iste contractus celebratus in occulto, ex quo in loco prophano, & priuato sine licentia sui superioris: & sic clam & occultè videtur celebratus; quo casu præsumitur dolus, facit. l. non existimo. ff. de administratione tutorum. l. fi. ff. de ritu nup. capitu. quia propter. de elec. l. j. in gloss. C. de interdic. matri. not. in c. vt nostrum. vt eccles. benefi. vbi allegat concordantias. facit gloss. elegans. in l. 2. C. de his qui ex pub. rati. libro decimo, quæ dicit, ꝙ clam dicitur fieri actus, si in eo faciendo requiritur superioris authoritas: & sine ea expediat actus. & sic ex isto capite apparet de dolo & fraude ipsius sororis Margaritæ. Secundo apparet: quia fuerat conuētum de pecunia mutuanda, sen de pecunia locāda. Tertio apparet: quia finxit in eodem tempore, & in eodem instanti tria instrumēta donationum factarū dictæ Margaritæ a suis amicis, pauperibus tamē, non diuitibus, donantibus sibi dictas ducentas libras. Quarto apparet vilitas precij, de qua superius est dictum. Quinto apparet locatio eiusdē domus iam venditæ. Sexto apparet: quia remansit semper ille Marcus in possessione dictæ domus venditæ. Septimo apparet pactum factū, ꝙ dictus Marcus possit liberare dictum domum ab illa annua pensione quatuordecim librarum, dando aliam rem immobilem sufficientem, ex qua similiter haberentur libræ quatuordecim annuatim: & in isto etiam comprehēditur maxima fraus: quia si in veritate prima vēditio fuisset vera, pura, & simplex, & illā habuisset pro ducentis libris, quæ valebat vltra quingētas, nō est verisimile, ꝙ relaxasset dictam domū pro annua pensione quatuordecim librarum. Octauo apparet fraus: qa dictus Marcus assumpsit ī se omnē casum fortuitū domus ꝑdictæ, q casus spectat ad ipsam domū: seu ad ipsum locatorē, iuxta plenissimè no. ī ca. ꝑꝑ sterilitatē. de loca. & ēt apparet de fraude: qa est appositū pactū, ꝙ si bina vice, seu ꝑ bienniū cessaret soluere, esset priuatꝰ oī iure, & melioramētis, q̄ fecisset ī ipsa domo, qđ est ꝯ nām locationis: vt ꝑdat omnia

nia melioramenta: istud enim vendicat sibi locum in contractu emphyteutico, non in contractu locationis: vt in l.2.C.de iure emphy.& etiam est contra naturam emphyteusis: quia habet locum cessatio per trienniũ: vt in dicta l. secunda. Et sic multifariè, multisq; modis apparet de præsumptionibus,& indicijs necessario indicatibus fraudem vsurariæ prauitatis,& omnia insimul iuncta indicant,& componunt vsurariam prauitatem in isto contractu, iuxta not.in l.excipiuntur. ff.ad Sylla.& per gloss. notabilem in l.secunda.ff.de excu.tut.quæ vult, quòd duæ præsumptiones faciant plenam probationem. & facit,quod voluit Bartolus in l.j.§.item Cornelio.ff.de quæst. & gloss.in capitu.accedens.el secundo, vt lit. nõ cõtesta. & in capit. cum causam. de probatio.& in l.3.§.eiusdem.ff.de testi.Baldus.in l.3.C.ad legem Iuliam maiest.& in l.sciant.& ibi Salyce. C.de probatio.& per scribentes in cap. tertio loco. de probatio.& in cap.veniens.el primo.de testi.& per dominum Petrum de Ancha.in consi.265.& sic sole clarius est,istum contractum censeri vsurarium. Præterea facit,quod voluit domi.Pet.de Ancha.in consi. 244.incipiente, ex ordine contractum. vbi dicit esse difficile probare apertè, & clarè cõtractum esse vsurarium: cum occultè istos contractus ineant, & tot fraudes,& modos contrahendi in fraudem vsurarij reperiant, ꝙ vix conuinci possunt de vsuraria prauitate: vt in clementina prima,de vsuris.& in dicto capitulo ad nostrã.& dicit in dicto consilio,ꝙ tot indicia concurrunt, vt contractus venditionis factæ dicatur vitiosus,& malitia inuolutus,& allegat no. in dicto capitulo illo vos.& in dicto capi. ad nostram. & quia in dicto contractu venditionis,in quo consuluit,dicit,ꝙ interuenit pactum de reuẽdẽdo,& ꝙ in minus dimidia iusti pretij facta fuit talis venditio:& quia venditor remansit in possessione conducendo domum vẽditam. Et etiam dominus Petrus in dicto consilio dicit,ꝙ quantitas, quæ soluebatur annuatim in illo casu, commensurabatur directo quantitati precij: quia decem pro centenario, & in casu nostro soluuntur septem pro centenario: ergo sequitur, ꝙ istud precium ducentarũ librarum debet sumi pro mutuo, quia frequentius ad mutuum adaptatur soluere septem pro cẽtenario, nec in nomine,aut vocabolo est facienda vis: sed effectus debet attendi.l.insulam.ff.de præscrip.verb.14. q.3.capitu.plerique.Et etiã accedat: quia licet dici soleat, abundans cautela non nocet: vt l.testamenta. C.de testamẽ.tamen in personis suspectis, vt pote vsurarijs,cautelę adhibitę plus redarguunt,& conuincũt eos de fraude.vt no.Bald.in l.emptione.C. plus val. quod agi.gloss.in l.si quis sub conditione.ff. de condi.institu.& in l.cum allegas.C.de vsuris.glo.in cap. significauit.de censi.Ita est dicẽdum in casu nostro: quia ista soror Margarita est persona suspecta: quia religiosa,& sine licentia superioris,& sic occulte videtur cõtraxisse,quo casu facilius præsumitur fraus contra ipsam: vt superius est ostẽsum.& ita etiam cõsuluit dominus Petrus in præallega.consilio. Et per consequens videtur, ꝙ partes domini iudicis erant in pronunciando huiusmodi instrumentum vsurarium,& pensiones tot annorum esse computandas in sortem; & etiam deberet dominus iudicans aperire oculos intellectus pro tuenda salute animarũ: q̃a in ista ciuitate frequentati sunt contractus huiusmodi in pessimum modum, ne detur materia magis frequentandi huiusmodi pessimos contractus.¶ Restat nunc respondere rationibus formatis in contrarium.non obstat primo,cum allegatur dictum domini Cardinalis: quia non est cõtra casum nostrum: ipse enim non loquitur eo casu, quo conuentum fuerat de mutuo contrahẽdo:& causa originalis fuerat mutuum. & isto casu non loquit̃ domi.Cardina. & iste est casus noster. Secundo domi. Cardin.allegat Cy.in dicta l.tertia.C.plus val. quod agitur,qui ibi post Odof.quem sequitur ibi Baldus & Salyce.loquitur, quando fuit contracta venditio cum vsurario, & factum pactum de retrouendẽdo, & interuenit modicitas precij: nec apparebat, quòd mutuum fuerit causa originalis; & quod ipsa venditio fuerit causa mutui: nec etiam, posito quòd dominus Cardinalis loqueretur, quando venditio illa fuisset causa mutui,quòd non est dicendum,tamen non loquitur quãdo precium fuit ita vilè: vt fuit in casu nostro.Item quia illud dictum est contra gloss. singu.in dicto capitulo conquestus.quam ibi sequitur dominus Antonius & domi. Abbas. & superius dixi. quæ voluit,quòd paruitas precij, & pactum de retrouendendo facit cõtractum censeri vsurarium, quanto fortius in casu nostro, in quo concurrunt tot indicia, de quibus superius fuit ostensum. Nec obstat,cum ipse respõdet ad dicto capitulo illo vos. quia alia indicia ibi concurrebant: quia ita in casu nostro alia & fortiora indicia concurrebant;& iam sufficiunt etiam alia indicia æquipollentia: vt voluit dominus Laurẽtius, quem superius retuli.Nec obstat, cum dicitur, quòd contractus præsumitur
8 verus,& etiam instrumẽtum: quia fateor† in dubio: sed per presumptiones & indicia probatur esse fictitium,& in fraudem vsurarum; vt probat text. dicto capitulo illo vos.& dicto capitulo ad nostram.& gl. in dicta l.cum allegas.& in d.l.si quis sub conditione.& no.in capitulo secundo, de rescript. & in l.dolum.C.de dolo.& in capitulo secundo. de renuntia. libro sexto,& in l.post contractum.ff. de donatio. & in capitulo cum in diœcesi.de vsuris.maximè aduersus palliantes vsuras,& est hodie difficile ꝓpter versutos & callidos homines circa vsurariam prauitatem,& in vna quaque diœcesi satis prouident synodales constitutiones.Nec obstat,quod voluit dominus Petrus in dicto capitulo.ad nostram,quod in casu dictorum canonum, scilicet capitulo illos vos.& capitulo ad nostram. concurrebãt tot indicia: quia maiora & fortiora concurrunt in casu isto: vt superius fuit demonstratum.& satis bene apparet respõsio per ea, quæ superius dixi & maximè super illa dictione præsertim.Nec obstat,cum allegatur dictum Lauren.de Pinu dicentis,quòd debebant interuenire illa tria,de quibus in dicto capitulo illo vos. quia respondeo sufficere,quòd interueniant illa, vel illis similia, vel æquipollentia, vt superius dixi post dominum Laurentium.Nec obstat cum allegat Ioan. de Imola: quia ipsemet, vt superius retuli, sequitur opinionem gloss. in dicto capitulo conquestus. & etiam Ioan.de Imol.non loquitur in casu nostro: vt superius est ostensum: & etiam quia Ioan. de Imol. subdit, nisi interuenerint indicia, quæ habentur in dicto capitulo illo vos. vel in dicto capitulo ad nostram.quo casu, vt superius dixi sufficit, quòd interueniant illa, vel alia similia,& æquipollentia:& etiã quia Ioan.de Imola, ibi allegat dictum Baldi in dicta l.3.& Baldus formaliter, vt superius dixi. decidit in fauorem nostrum. Nec obstat, cum allegatur dictum Bartoli in dicta l. post contractum. ff. de donatio.& in dicto §.superuacuum. quia ad hoc respõd. Bartolus ibi,dicit, quod si vult dicere hoc esse factũ in fraudem,non potest; allegat dictam l.si creditori-
9 bus.quasi velit† quòd non possit allegare suam turpitudinem. Aut vult dicere venditionem fuisse fictitiam,non in fraudem alicuius priuati, vel fisci, sed vt se defenderet a tyranno, vel ex alia honesta causa: & tunc bene posset allegare illam fictionem,

ista sunt formalia verba Bartol. in dicta l. post contractum. Et etiam dominus Cardin. in dicto capitulo illo vos. quærit, an venditor possit dicere contractum vsurariū: & decidit, quòd illa cōiectura, quòd venditor remansit in possessione ad hoc, vt contractus dicatur vsurarius, sufficit quoad tertium opponentem illum contractum fuisse vsurarium allegat Bartolum in dicta l. post contractum. & in dicto §. superuacuum. sed quoad ipsum venditorem requiruntur aliæ coniecturæ: puta illæ. de quibus habetur in dicto capitulo illo vos. & de qubus habetur in dicto capitulo ad nostram. quo casu poterit venditor dicere contractum vsurarium. Quæ dicta sic declaro. Primo, Bartolus nō loquitur in vsuraria prauitate: vt est casus noster, quo casu licitum est cuicunque allegare suam turpitudinem, ex quo agitur de fauore animæ: vt plenè habetur de donati. capitulo cum dilecti. cum similibus. Secundo, Barto. loquitur eo casu, quo causa esset honesta illius fictionis, vel simulationis: sed in casu nostro ita est: quia Marcus ille habuit necesse habere pecuniam, & sic pecunia indigebat, & quærebat illum mutuo: vt ergo illam posset consequi, introduxit se ad faciendū huiusmodi contractum venditionis simulatum, nō ad perniciem alicuius, sed ad succurrēdum suæ necessitati: & vt superius allegaui Baldum in dicto capitulo primo, de vsuris. dicentem multos perire, si non essent vsurarij succurrentes suis necessitatibus, & sic ex causa honesta. & necessaria fuit inductus ad huius venditionem simulatam faciendam, & per consequens licitum est allegare contractum vsurarium. Ad dictum domini Cardi. respondeo. Primo, ipse extendit dictum Bartol. in dicta l. post contractum. ad vsurariam prauitatem, quod nō est benedictum, ex quo tendit ad salutem animæ. Secundo ipse dicit, ꝙ non potest venditor dicere contractum vsurarium ex hoc ipso solo, videlicet, ꝙ ipse remansit in possessione rei venditæ: sed si concurrunt alia, de quibus in dicto capitulo illo vos. & in dicto capitulo ad nostram. tūc bene poterit ipse venditor opponere. & sic tam Bartol. quàm dominus Cardin. concludunt in fauorem huius Marci, & ego vidi istam quæstionem arduam, dum legerem Ferrariæ coram clarissimo doctore tunc vicario episcopi Ferrariensis: & multum strictè fuit examinata & discussa, & aduocaui in illa causa: & etiam in voce pluries allegaui: & etiam consului, & fuit decisum cōtra illum contractum, & fuit declaratum fuisse vsurarium, & venditorem potuisse opponere illum ꝯctum declarari, & dici vsurarium, & ita iure mediante fuit obtentum, & in veritate non erant in illo casu tot indicia vrgentia vsurariam prauitatem: vt sunt in casu nostro, & sic concludo in fauorem dicti Marci.

EPITOME.

¶ Legitimatio non expressis omnibus qualitatibus est nulla, nec præiudicat filiis legitimis & naturalibus.

SVMMARIVM.

Legitimatio multipliciter redditur nulla. nu. 1.
Clausulæ non obstantium, vis & effectus. nu. 2.
Legitimatio an & quando præiudicet filijs legitimis. numero nono.
Spurius an possit hæres a patre institui. nu. 13.
Imbreuiatur an & quando extendenda, & per quem. nu. 16.
Dictionis & c. vis & effectus. nu. 18.
Protocollum quid.

CONSILIVM IX.

Illud In medium afferam, quod pulchrè scribit apud sapientem, sapiētiam, & miseris Spiritum sanctum tuum da de altissimis; hęc illa deprimit: est enim terrena habitatio sensum multa cogitantem. quare tennis ego, & parum doctus tremendi Dei auxilium ex corde inuoco: huic cępto, vt virtutem iuriū mihi sua solita clementia aperiat. & viso consilio clarissimi doctoris domini Lucæ de Vernacijs, qui subtilissimo ingenio consultationem præsentē examinauit, & enucleatam suo reddito consilio tradidit: vt nulla vlterius extet hæsitatio. Attamen quia diuersitas corporum diuersitatem parit ingeniorū: ideo habita solenni animaduersione circa præsentem dubitationem, circa effectū ipsius legitimationis aliqua vtiliter in medium afferā. Et dico, quòd multifariè talis legitimatio redditur nulla. Primo,
1 † qa non fuit facta specifica mentio spurietatis, qualiter dicti spurii nati fuerunt ex coniugata, & sic de adulterio, & coitu damnato; quo casu ex hoc corruit talis legitimatio, & ad hoc allego elegans consilium excellentissimi doctoris domini Benedicti de Plumbino, quod consilium incipit: pro declaratione prædictorum est primo videndum, an dicta legitimatio, vbi accidētia facti fuit, quòd quidam fecerat ltīmari suos filios naturales natos ex serua, nec in legitimatione fecerat mētionem, qualiter er serua nati fuerant consului legitimationem esse vitiosam, & censeri surreptitiam, & nullius momenti. & mouetur ex l. prima. ff. de natali. restitu. vbi restitutio natalium concessa per principem redditur nulla, si tacuerit se ex ancilla natum: & quia si hoc fuisset expressum, Comes Palatinus illū non legitimasset: quia scriptum est: filius ancillæ non debet esse hæres cum filio liberæ. 28. quæstio. 4. c. dicet aliquis, & quæstione 2. cap. non omnis. & quod not. Bartolus in l. 3. ff. de testamentis. ergo multo fortius in casu nostro debuit fieri expressa mentio istius spurietatis: quia natus ex coitu adulterino, & punibili. & ideo non debent esse hæredes cum filijs legitimis.

¶ Et si dicatur, ꝙ idem Baldus in c. naturales. in titulo, si de feud. fue. controuer. tenet contrarium. dicit enim in tali legitimatione nō esse necesse exprimere qualitatem illegitimationis: & ideo non est opus dicere, ꝙ est natus ex monaca, aut ex adultera, & allegat Ioan. And. in cap. fin. de filiis presbyter. lib. 6. in nouella: & etiam illud dictum Baldi & Ioā. And. sequitur Ludouic. Roma. in consilio 194. incipiente, in proposita conclusione. Quia respondeo, dictū Bald. & Ioan. And. non obstare: ex eo quia ipsi dicūt debere exprimi, ꝙ est spurius: licet qualitas spurietatis non sit expressa. Modo in casu nostro nō fuit expressum, quòd dicti legitimati erant spurij, & sic nō solum fuit peccatum in substantia, sed etiā in qualitate: quia non fuit expressum, quòd erat spurius, nec fuit expressum, quòd erat natus ex adultera, & sic dictum Ioannis Andr. & Bald. non meretur allegari contra hanc consultationem. quinimo dico dictum Bald. & Ioan. Andre. etiam ex alio non obstare: quia idem Baldus in lege eam quam. C. de fideicommiss. versiculo, sed pone, quidam erat ex adulterio & incestu natus, fuit legitimatus tanquam spurius: tamen non fuerunt expressæ qualitates spurietatis, an valeat legitimatio, & videtur quòd non: sicut quando quis est excommunicatus pluribus excommunicationibus, & supprimit causas excōmunicationis. allegat. c. ex parte. de officio delega. & dicit hoc sentire Oldra. in quodam suo consilio dicit tamen, ꝙ si ex clausula, non obstantiū; potest apparere

rere

rere de mente: vt quia est clausula non obstante lege, qui contra. C. de incest. nupt. Item non obstante. §. penultimo. in authentico, quibus modis natura.
2 effi. sui. tunc valet legitimatio: quia licet† per clausulam non obstantium, non augeatur gratia: vt not. in clemen. prima, de præbend. tamen declaratur intentio circa concessum. Dicit etiam, quòd si clausula non obstante esset in nube, & ille, qui legitimatur, esset plurimum odiosus legi, quòd talis clausula non comprehendit hominem ita exosum legi, allegat. l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. de legatis primo. & cap. 1. de fil. presby. libr. 6. & sic Bald. in terminis contrarium determinauit eius, quod dixit in d. cap. naturales. Et etiam in casu nostro non est apposita clausula non obstãtium in specie, nec etiam in nube: ergo talis legitimatio ex hoc redditur nulla. & idem voluit Ioan. An. in addi. Specu. in titu. qui filij sint legiti. in rubrica. & domi. Anto. in repe. cap. per venerabilem, qui fil. sint legiti. & refert & sequitur Ludo. Roma. in repet. l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimo. & in indiuiduo allego excelsum doct. do. Petr. de Anchara. consilio 406. incipiente, circa primum quæsitum. vbi dicit in principio illius consilij ibi, aduertendum: quia dicitur in facto istum spurium ꝯceptum in adulterio, & per consequens odiorum iuribus, nec per rescriptum legitimandum, nisi cum clausula derogatoria: vt in authentico, quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si quidem, & certum est, quòd si ista qualitas coitus damnati nõ fuit expressa in legitimatione, redderetur nulla: & non solùm expressio requireretur, sed etiam derogatio illi legi: nam & Papa repellit preces pro talibus oblatas: quia vtriusque testamenti pagina, & vtrunque ius detestantur talem prolem: vt in dicto §. vltimo. & cap. per venerabilem, qui filij sint legi. & ista sunt verba formalia domini Petr. in dicto consilio. Et sic
3 aperto ore† tenuit legitimationem esse nullã, si non fuit expressa qualitas spurietatis, & derogatio legis contrarium dictantis. Sed in casu nostro non fuit apposita clausula derogatoria, nec etiã fuit expressum, quòd erat spurius, nec quòd fuerat natus ex adultera: sequitur indubitanter, legitimationem fuisse nullius effectus, & etiam allego Oldra. consilio 247. incipiente, factum est tale, quidam rex. vbi consuluit, ꝙ legitimatio facta de bastardo nato ex ligato, & ligata: quia non fuit facta mentio de vtroque vitio, sed quia fuit facta mentio de ligamine dumtaxat vnius talis legitimatio non tenet: vt ibi latè per eum: multo fortius in casu nostro non valuit ista legitimatio ex eo: quia in ea dicitur: & etiam filij dominæ Mattheæ de Senis, famulę dicti quondam Antonij de Signoretis &c. quo casu ex puncto resultat surreptio, & obreptio ex eo: quia in puncto dicitur, quòd illi bastardi fuerunt nati ex illa Matthæa habente maritum: & in dicta legitimatione dicitur: quia erat ancilla & famula, & non dicitur, quòd erat vxor alterius: & sic videtur, ꝙ fuerit talis legitimatio surreptitia. & dicendo, quòd erat famula ipsius, videtur asserere, ꝙ erat soluta, & per consequens videtur obripere illi tali Comiti. Et sic tanquam facta per rescriptum surreptitium fuit, & est nulla, vel saltem annullanda. l. 2. C. si contra ius vel vtilitatem public. l.
4 & si legibus, eodem titulo. fuit enim impetrata† per mendacium tacita veritate, & quasi expressa falsitate: licet velatè, quòd dicta Matthæa, quæ dicebatur famula, & ancilla dicti quondam Antonij erat coniugata: ergo impetrãs carere debet impetratis: quia concessio facta intelligatur, si preces veritate nitantur. l. fina. C. de diuer. rescript. cap. super literis, de re-
5 script. Videmus idem in decreto: quia † decretum per obreptionum interpositum non tenet. l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicom. liberta. l. tutor si petitus. ff. de tuto. & curato, da. ab his. l. si quis obrepserit. ff. de fal. l. sed si hac. §. patronum. secũdùm vnam lectu. ff. de in ius voca. & quod not. Ioan. And. in d. c. super literis. Ita ergo videtur, quòd multiplici capite dicta legitimatio reddit̃ nulla, & nullius effectus. Et etiam est diligenter considerandum: quia ista legitimatio non fuit facta a principe, seu a rege: vt fuit in casu in quo consuluit Oldr. sed fuit facta a Comite Palatino: & tamen vitiatur, quando fit a principe, si nõ specificatur spurietas, & eius qualitas: vt superius est dictum: ergo sequitur, quòd multo magis vitiabitur, quando fit a Comite Palatino: vt est in casu nostro. quinimo multum singulariter dixit Bald. in commento. l. secundæ. C. de serui. & aqua, in 17. quæstione, in versic. not. quòd plenitudo potestatis.
6 vbi dicit, ꝙ licet concedens potestatem † legitimandi habeat plenitudinem potestatis: non tamen transit illa plenitudo potestatis in illum, cui cõceditur: vnde dicit, ꝙ licet imperator faciat me comitem ad legitimandum spurios: vt not. in l. prima. ff. de tuto. & curato. da. ab his, & hoc faciat solum ex plenitudine potestatis: tamen ego non potero legitimare, si per hoc præiudicetur filijs legitimis, vel iuri acquisito, & radicato alteri: licet imperator hoc facere possit: nisi specialiter imperator hoc mihi concesserit. l. secunda. ff. de nata. resti. l. ex facto. ff. de vulgari & pupillari. no. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. quia solius est principis iura vnius auferre, & alteri dare ex plenitudine potestatis: est etiam plenitudo potestatis arbitrij plenitudo, nulli necessitati subiecta nullisque iuris publici regulis limitata: ge-
7 neralis enim † concessa potestas ad ea non extenditur, quæ supremæ insunt principis potestati, c. quod translationem, de offic. lega. l. prima. §. qui mandatam. ff. de officio eius cui mãdata est iurisdictio. Modo ĩ proposito nostro agitur de præiudicio filiorum legitimorum natorum ipsius aui: ergo sequitur, ꝙ iste Comes Platinus non potuit præiudicare iuri ipsorum filiorum legitimorum: quia non est verisimile, ꝙ imperator cõcesserit huic Comiti ea, quæ competunt ipsi imperatori in signum supremæ potestatis. per d. ca. quod translationem. Et si asserit se illam potestatem hr̃e, hoc negatur, & sibi incumbit onus probandi, ex quo præsumptio est contra eum, per d. c. quod translationem: vnde satis dicitur esse probatũ contra illud priuilegium illius Comitis, quòd talem potestatẽ non habet, ex quo est iuris præsumptio contra eum: vnde eo ipso, quòd ipse non probat, contrarium satis dicetur esse probatum contra eum per id, quod voluit gloss. in l. prima. & in l. in testamento. C. de testa. milit. & in l. super seruos. C. qui mili. non poss. libro 12. & in l. si creditor. C. de pigno. actio. & gloss. in capi. proposuisti. 82. distin. & in cap. super eo, de testib. cog. & in cap. sicut, el secundo. de iureiurando. & in cap. penultimo, de excep. & in c. 3. de præscrip. vbi sunt glossæ magistræ: nam iuris presumptio appellatur liquida probatio: vt dixit glo. solennis in l. si tutor. C. de pericu. tuto. ideo sibi incumbit onus probãdi: non enim sufficit asserere, sed probare: vt dixit glos. in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum, & in l. prima. ff. si quadru. pau. fe. dica. & in c. non est, de consuet. lib. 6. & facit. l. doce ancillam. C. de rei vendic. l. ait prætor. §. docere. ff. vi bonorum raptorum. c. cum super, de conces. præben. Et etiam fortius apparet, ꝙ aduersario incumbat onus pro-
8 bandi ex eo, † quia non consueuit princeps transferre in alium ea, quæ sibi competunt in signum supremæ potestatis: vt dictum est. sed vbicunque aliquis negat illud, quod consueuit fieri: tunc semper sibi incumbit onus probandi. Ita deciditur per gloss. &

Bar.

Bar.in l.neque natales.C.de proba.& sic per ista redditur indubitata conclusio, ꝙ iste Comes nõ potuit auferre ius ipsis legitimis filijs, nisi specialem potestatem habuerit a principe ad sic faciẽdum,& istud debet probare, & per consequens sequitur, ꝙ non potuit auferre ius ipsis filijs legitimis. Vnde est inter docentes dubitatio non mediocris, vtrum legitima-
9 tio facta de filio † bastardo noceat filijs legitimis natis post illam legitimationem: quasi per susceptionem nouæ prolis legitimè procreatæ post illam legitimationem tollatur effectus succedendi, resultans ex illa legitimatione,& Dy.& Guid.de Suza.& Old. in d.l.ex facto.ff.de vulgari & pupillari. voluerunt, quòd tollatur, quòd filij legitimi postea nati excludant illos legitimatos, & voluit dominus Antonius in commento.cap.per venerabilem, qui filij sint legi.& idem ibi voluit domin. Abb consiculus meus. Et licet Bartolus, Baldus & Angelus aliter dicant in dicta l.ex facto.& Ludo. Rom.in dicto consilio 194. quod nunc non examino, quia non facit ad propositum: quia ipsi loquuntur in filijs nasciturís:nos autem loquimur in filijs legitimis iam natis,quo casu dico, & est pura veritas, quòd talis legitimatio non valuit quoad ipsos filios legitimos iam natos: quia non extarent alij filij illius aui, qui erant legitimi & naturales,quo casu imperator etiam ipse non legitimat:vt in authentico, quibus modis natu.effi.sui.in §.& generaliter,in fin.& § illud.in authentico, quibus modis natu. effi.legi.§ si quis verò. Et ideo consuluit domi.Paul.de Cast.in suo consi.255.incipiente,in Christi nomine Amen.super primo quæsito videtur dicendum, in versicul.secundo principaliter videtur &c.in ꝯtingentia facti,quod in preiudicium filiorum legitimorum natorum, & sine eorum voluntate non potuit legitimari filius naturalis, per l. fina.ff.de nata.re.& ita ibi consuluit,quòd in casu illo, de voluntate filij legitimi iam nati fuit naturalis filius legitimatus a Duce Mediolani.Sed in casu nostro non interuenit voluntas ipsorum legitimorum filiorum iam natorum:ergo sequitur,quòd talis legitimatio non præiudicat dictis filijs legitimis iã natis:vnde Angel.in authentico, quibus modis natu. effi.legi.§.si quis verò.in versicu.non forsan.dicit ibi
10 esse notabilem tex.ad hoc.quòd filij†naturales non possunt legitimari existẽtibus filijs legitimis,nisi solummodo per confectionem dotalium instrumentorum:vnde licet pater suus velit filios naturales sibi effici legitimos successores, vel in testamento eos appellaret filios, per quod videtur induci legitimatio.vt not.gl.in authentico.quibus modis natu.effi. sui.§.igitur si sunt filij legitimi, per hæc verba nullo modo inducitur legitimatio: vt ibi est casus. Nec ẽt possunt legitimari existẽtibus filijs legitimis per preces oblatas principi, casum dicit ibi esse formalem. Et facit etiam,quod bellissimè voluit legalis sciẽtiæ doctor Salyc. Bononien.in authentica,item si quis C.de natu.lib. vbi text.dicit,quoniam legitima soboles non extat. Sed ipse inquirit, quid si legitima soboles extat,an legitimatio facta per rescriptum principis liberis legitimis existentibus teneat, & valeat, quantum ad hoc, vt dicti filij legitimati possint succedere, & venire ad hæreditatem paternam vnà cũ ipsis filijs legitimatis, & cum cæteris agnatis. refert Iaco.de Bel.in corpore.vnde illa auctoritas sumitur in §.filium verò.vltimatè dicentem, ꝙ ex quo vterque est volens, scilicet pater, & filius qui legitimatur, quòd vnus succedat alteri: & econtra. & sic in casu illo cum fratribus legitimis succedit patri. Sed fratribus & alijs agnatis defuncti non succederet,& hoc temperat,& dicit esse verum, quando in rescripto fieret mẽtio de liberis legitimis, & quod imperator diceret tali lege non obstãte: vt ibi plenissimè habetur per Iacob.de Bel.& si ita non diceret,legitimatio non teneret: qa legitimis existentibus in duobus casibus dumtaxat prodest legitimatio, scilicet per oblationem curiæ, & per matrimonium,alleg. dictum.§. generaliter. in fin. Cum ergo in casu nostro ista legitimatio non fuerit facta cum clausula, non obstante tali lege.sequitur, quòd ex hoc capite isti legitimati non succedunt auo suo vnà cum filijs legitimis ipsius aui: nec etiam in tali rescripto fuerit facta mentio de filijs legitimis ipsius Henrici: ergo sequitur,ꝙ talis legitimatio non præiudicat filijs ipsius Henrici,ergo sileãt illi sic legitimati.¶Et si dicatur,ꝙ iam interfuit ille Leonardus filius dicti Hẽrici patris,& aui dictorum spuriorum. Ad hoc dico, ꝙ ille Leonardus non potuit præiudicare alijs fratribus suis, & filijs dicti Henrici: quia res inter alios acta &c. semper enim intelligitur ius tertij exceptũ. capitulo super eo, de offic. delegat. capitulo vt debitus,de appel.cum similibus. Ideo non præiudicauit dictis filijs legitimis factum illius Leonardi.Secũdo:quia veritas est,ꝙ ex verbis illius imbreuiaturæ, seu illius legitimationis non apparet,ꝙ ille Leonardus petierit illos legitimari: sed solum,& dumtaxat venit cum suo patre,associando ipsum,& pater eius petijt illos legitimari: vnde non interuenit factum aliquod illius Leonardi quoad legitimationem illorum.¶ Et si dicatur erat præsens, ergo consentit, ego hoc nego: quinimo est falsum sic dicere, quia
11 in suum damnum † quis non præsumitur consentire,secus a suum commodum.vt l.filiusfam.§.inuitus.ff.de procurat.l.inuitum.ff.de seruitu.l.inuitus. C.de procura.Vnde pulchrè dicebat Innocen.in ca. cum in Genesi. de elect. ꝙ in actu concupiscibili & honorabili,tacens præsumitur cõsentire,sed in actu oneroso,& damnoso præsumitur dissentire. Et bellissimè dicebat Ioan.And.in c.Ioannes,de testa.ꝙ licet testator constituat sibi executorem in suo testamento præsentem, & tacentem, tamen non præsumitur cõsentire oneri assumendi executionem, per d.l.filiusfam. §. inuitus. & retulit illud dictum Lud. Roma.in l.quæ dotis.ff.solu.matr.& ibi etiam retulit aliud dictum Ioan. Andr. ꝙ licet quis eligatur in arbitrum,& sit presens,& taceat, nihilominus non præsumitur consentire in assumendo illud onus.ita dicamus in casu isto,ꝙ non præsumitur, ꝙ ille Leonardus voluerit præiudicare iuri suo,quod sibi competebat in succedẽdo in bonis sui patris, quod preiudicium apparet in ostio,quia propter ampliorem numerum liberorum diminuitur portio filiorum, vt l.nec ei.ff.de adoptio. Facit etiam, quod voluit do.Bald.in auth. præterea.C.de natu.lib. vbi colligit argu.a contrario sensu illius text.ꝙ bastardi non possunt legitimari a comite, existentibus filijs legitimis,quod Bald. ibi credit esse verum,nisi legitimi consentiant. & est ratio secundùm eum, quia præiudicaretur legitimis in successione. Cum ergo in casu nr̃o non appareat,ꝙ filij illius Henrici cõsenserint legitimationi illorum spuriorum, sequitur, ꝙ posito non tamen concesso, ꝙ talis legitimatio de iure tenuisset,quæ certè non tenuit, vt superius fuit ostensum, nihilominus nullo modo præiudicauit filijs legitimis ipsius Henrici. Facit etiam quod eleganter voluit Ang.in præalle.auth.preterea.vbi di-
12 xit, ꝙ Comes Palatinus non potest † legitimare, si non potest esse matrimonium inter virum & mulierem,ex quibus natus fuit filius, nisi hoc dicatur in priuilegio.Ita ergo est dicendum in casu isto,qa cum inter illum Antonium, & illam Matthæam habentem virum non potuit contrahi matrimonium,& tunc temporis nati fuerunt illi bastardi & spurij,

ſpurij,& hoc non eſt dictum in priuilegio, ſequitur, ꝙ talis legitimatio eſt nullius momenti,& ſic impoſitus eſt gladius huic legitimationi vſq; ad radicem, adeo,quòd funditus eſt euerſa, nec tenuit,nec ſi tenuiſſet,prȩiudicauit filijs legitimis dicti Henrici aui. Et etiam accedat ad prædicta, quod pulchrè voluit Barto.in l.tertia.ff.de teſt.& Bald.in l.cunctos popu-
13 los.C.de ſumma trin.vbi dicunt,non valere † ſtatutum,quòd ſpurius poſſit a patre hȩres inſtitui.& mouentur hac ratione: quia inferior a principe hoc facere non poteſt.Ita videtur dicendum in propoſito, quòd iſte Comes Palatinus nō potuit legitimare eo modo, quo legitimauit. Et ſi dicatur, quod habuit circa hoc poteſtatem a principe:nihilominus reſpōdeo,& dico, quòd debuit facere ſecundum iuris diſpoſitionem, apponendo qualitatem ipſius ſpurietatis,& ipſam ſpurietatem: & cum clauſulis debitis, & maximè ſi non potuit contrahi matrimonium inter ipſum Antonium , & ipſam Matthæam tempore,quo nati fuerunt dicti baſtardi : vt voluit Ang.in dicta authen.præterea . Accedat etiam ad prædicta: quia in pūcto dicitur, quòd illa mulier habebat maritum:quia ſi poteſt probari,ꝙ tempore conſtantis matrimonij inter ipſam Matthȩam,& virum ſuum
14 quòd nati fuerunt † ipſi filij præſumptio eſt , quòd nati fuerūt potius ex ſuo marito,quàm ex dicto Antonio, & per conſequens præſumptio eſt,quòd ſint legitimi:& ideo non fuit opus,ꝙ legitimarētur.text. eſt ſolennis in l.miles.§.defuncto.ff.de adulte.quem text.ſummè ponderant ibi ſcribentes , & hoc voluit domi.Abb.in c.per tuas,de proba.& in ca.tranſmiſſæ , qui filij ſint legi.Et ideo dicebat Bald.in l.filium diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.ꝙ potius p̄ſumitur poſſibile honeſtū , q̄ poſſibile inhoneſtū . allegat illā.l. in tertio r̄nſo. & alleg. ēt dictā l. miles. §. defuncto.& ideo dicit,ꝙ probatio filiationis non eliditur per probationem adulterij , quod dicit eſſe notabile . & ibi etiam dicit, quidam puer natus eſt in domo mea pediſſequa mea,nunquid prȩſumitur filius meus : certè dicit , quòd non : niſi probetur,ꝙ eſſet mea concubina:quia indigna eſſet illa prȩſumptio,argumen.illius.l.in primo reſponſo.& cap.Michael , de fil. presbyt. Ita ergo eſt dicendum in caſu noſtro,quòd ſi tempore,quo illi filij fuerunt nati ex illa Matthæa , ipſa ſtabat cum ſuo viro,præſumptio eſt potius,quòd nati ſunt ex viro, & ſic ex matrimoniali ſtatu , quàm ex adulterio : & etiam ſi nati fuerunt in domo ipſius Antonij ex illa pediſſequa , ſeu famula,non præſumūtur nati ex illo Antonio:quia eſſet indigna præſumptio, niſi probetur, quòd illa Matthæa erat eius concubina.Prȩterea etiam facit, quod voluit Bald.in l.benignius.ff.de legib.vbi referendo Guliel.de Cuneo,ibi quærit , an mortuo filio poſſit , quis ſibi legitimare nepotem per matrimonium cum eius naturali auia : & dicit, ꝙ non : quia iſta fictio requirit perſonam filij : vt per eam extendatur ad nepotem : ergo amotio medij directi in finem impedit effectum extremi,argumen.l.huic ſcripturæ.ff.ad l. Aquil.l.qui libertinus.§.poſthumus.ff. de bonis liberto. alleg.Guliel.de Cuneo,in l.final.ff. de his qui ſunt ſui vel alien.iur.& refert, & ſequitur iſtud dictum Guliel.de Cun.dominus Anton.in ſuo ſtupendo commento.cap.per venerabilem , qui fil. ſint legi. Modo in propoſito noſtro, licet iſte auus fecerit legitimari iſtos aſſertos filios ſpurios illiꝰ Antonij , clarum eſt, ꝙ quo ad hæreditatem illius Antonij patris, quæ erat alijs acquiſita, non potuit præiudicare : per ea quæ not.Bald.in l.nam ita diuus.ff. de adopt.& domi. Anto.in dicto capitu.per venerabilem.in verbo,nunquid etiam retro trahitur iſta legitimatio , ita ꝙ tollat ius alteri medio tēpore quæ-

ſitum,refert quoſdam dicere , ꝙ ſic.Sed Barto.tenet contrarium in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib. & poſthum.quia fictio non trahitur retro ad præiu-
15 dicium illius,cui medio † tempore eſt ius quæſitum, niſi ad illud ſpecificè reſtituatur. ff. de vſucap. l.ſi is qui pro emptore. Et hāc opinionem reputat veram domin.Anton.ibi,qui allegat ad hoc cap.quamuis, de reſcript. libro 6. Et iſtam concluſionem ſequitur Ioann.Andr.in addit.Specula.in titu. de ſucceſſ.ab inteſtato.§.primo.verſic.primam quæſtionem , &c. & Hoſtien.in ſumma,qui filij ſint legi. verſicu.quid ſi imperator.Si tamen teneremus,quòd traheretur retro in præiudicium illius,cui eſt acquiſita hæreditas : & dicit, quòd etiam filius fecit ſe legitimare ex tacita voluntate patris, qui declarauit ipſum velle ſuccedere ex teſtamento , & non exigitur , quòd illi vocentur,allegat authenticam , ſi quis.C.de natu.libe.ſi non apparet aliud,dicit , quòd exigitur , quòd citentur illi, quibus præiudicatur : imo exigitur eorum conſenſus , alleg.l.penult.ff. de nata.reſtitut.& hoc idem tenet Iacob.de Aret.Hæc tamen vera,niſi appareat de expreſſa voluntate principis , ꝙ voluerit præiudicare in hæreditate,ſed domi.Anto.ibi dicit,ſe credere,ꝙ ſi non exprimit aliquid de iure alteri quæſito,ꝙ valeat legitimatio:ſed non ad præiudicium illius , de cuius præiudicio agitur:ſi autem exprimit princeps de hæreditate,& iure alteri quæſito ſpecificè , an tunc princeps poſſit illud tollere : latè ibi diſputat domi.Anto.Sed modo in propoſito noſtro , ex quo mortuus erat pater ipſorum baſtardorum quo ad hȩreditatem illius alteri quȩſitam,non potuit præiudicare talis legitimatio : maximè,quia facta fuit a Comite Palatino,& ſic ab inferiori a principe : vt voluit Bald.in d.l.ſecunda.C.de ſerui. Ergo nec præiudicauit iſtis Leonardo,& fratribus quoad hæreditatem fratris Antonij iam defuncti,nec quoad hæreditatem illius Henrici ſui patris,& aui aſſerti illorum ſpuriorum . Præterea dicit etiam domin. Anto.ibi expedire,& eſſe neceſſe,ꝙ impetrans legitimationem exprimat qualitatem illegitimitatis , an ſit ſpurius , vel inceſtuoſus:quia difficilius diſpenſatur cum inceſtuoſo,vel ſpurio , quàm cum illlo,qui fuit naturalis dumtaxat:vt patet ex illo text.& in talibus nil taceri debet. 25. quæſtione 1.per totum. C. de preci.imper.offeren.l.vniuerſa.l.quoties.l.prȩſcriptione.C. ſi contra ius vel vtili.pub.capitul.ſuper literis,& capitu.cum dilecta, de reſcrip.vbi in talibus ſurreptio vitiat ipſo iure,& quod not.in capitu.2.& 3.de confir.vtilit.& in cap.fin. de filijs presbyt. Et ſic firmat domi.Anto.talem legitimationem eſſe ſurreptitiam , & multo fortius in caſu noſtro cum fuerit facta ſubreptio tam in ſubſtantia , quàm in qualitate:vt ſuperius demonſtraui.Prȩterea facit,quod voluit dom.Anto.in c.præalleg.cap.per venerabilem, vbi dicit , ꝙ ſi legitimatio fiat in vita patris,& ad voluntatem patris,ꝙ tūc pater poteſt diſponere,quod ſibi placet , ad præiudicium ſperantis hæreditatem, & talis legitimatio valet etiam nō vocata parte:exigitur tamen,ꝙ fiat mentio agnatorum,& ꝙ dicatur non obſtante tali lege: aliàs non ſufficeret : cum ergo in caſu noſtro non fuerit facta mentio filiorum , nec ſit appoſita clauſula , non obſtante tali lege, in iſta legitimatione:ſequitur,ꝙ nullo modo præiudicauit talis legitimatio ipſis filijs dicti Henrici:& etiā iſtam partem ſequitur dominus Abba.in repet. ſua eleganti,quam fecit ad d.capit.per venerabilem , & etiam;quia nulla interuenit cauſa legitima huius legitimationis:vt plene firmat dominus Antonius,in præalleg.capitu.per venerabilem.Apparet ex ſupradictis,quòd talis legitimatio non tenuit, & fuit ſurreptitia , & nullius momenti. Et poſito,non tamen

conceſſo,

concesso, quòd tenuisset: nihilominus non præiudicauit filijs legitimis ipsius Henrici, nec iudicio meo esset necessarium insistere circa alium defectum huius legitimationis: quia non fuit extensa, & ex sui serie apparet defectuosa, & nullo modo extendenda: tamen ostendo, quòd nullo modo debeat extendi. Nunc vero capio vltimum dictum, videlicet, ꝙ talis
16 imbreuiatura † est imperfecta, & nullo modo extendi debet, quod sic euidentissimè demonstro: nec etiã ꝓbat talis imbreuiatura. Et arguo sic: illud, qđ non est completum, nullam probationem inducit. hoc dicimus in sententia: quia licet sit scripta, tamẽ si non est completa, non inducit dispositionem. l. secunda. C. de sentent. ex breuicu. reci. cap. final. de re iudi. l. si is qui. ff. de testam. vbi testamentum inceptum si nõ est completum non probat. Facit, quod habetur in l. Lucius. ff. de testa. mili. & in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de legatis 3. & quod voluit Ioan. de Imol. in capitu. relatum, de testamen. Et facit tex. in l. contractus. C. de fide instrument. sed istud prothocolum non est completum, ergo sequitur, quòd non probat. minor probatur in cap. cum P. tabellio. de fide instrumen. in versicu. morte præuentus quædam non perfecerat instrumenta, quę in nota redacta fuerant. Ergo est hic casus formalis, quòd prothocolum, aut talis imbreuiatura est imperfecta, & incompleta. vnde dicit ibi tex. quędam non perfecerat instrumenta, quæ in nota redacta fuerant: ergo sequitur, quòd talis imbreuiatura dicitur scriptura non completa, ergo non probat: quia quandiu ali-
17 quid restat † agendum, nihil dicitur esse actum. l. fi. C. de his quib. vt indig. de pœnitent. dist. 5. cap. consideret. 38. dist. cap. quæ, de episcopis. cap. animaduertendum. 22. questio. 2. Ergo sequitur, quòd cum talis imbreuiatura non probet, & sit incompleta, sequitur, quòd nullius est momenti. Secũdo redactio in publicam formam, seu extensio in publicam formam inducit prothocolum ad probandum, text. est formalis in dicto capitu. cum P. tabellio. de fide instrumen. in versi. publicam formam redegit, habitura propter hoc perpetuam firmitatem. ergo sequitur, ꝙ imbreuiatura non redacta in publicam formam non probat. ergo sequitur, quòd nullo modo potest extendi. Vnde eo ipso, ꝙ deficit forma substantialis alicuius actus, eo ipso actus est nullus: quia forma est, quæ dat esse rei, & conseruat rem in esse: vt voluit Philosophus, & text. in l. sed & si quis. §. Iulianus. ff. ad exhib. cum similibus. Sed redactio in publicam formam est forma substãtialis ipsius imbreuiaturæ: vt dicto capitulo cum P. tabellio. ergo sequitur, quòd talis imbreuiatura non probat, & per consequens tanquam informis, vacua & inanis nullo modo est extendenda. Tertio facit tex. in authentico, de tabellio. §. nos autem. in versicu. non aliter imponatur chartæ completo. coniuncta sua glo. dicit enim ibi tex. quòd aliter charta non habetur pro completa, nisi interueniat tria: videlicet, quòd tabellioni mandetur chartæ confectio. Item, quòd per se. Item ꝙ ipse audiat verba contractus vsque ad complementum, & iam (vt dixi) non dicitur complementum, vsque quo redegit in publicam formam: ergo &c. & facit, quod singulariter dixit Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de instrumen. editione. §. videndum restat. versicu. & not. quòd tabellio. in addi. quæ incipit, vbi hoc not. Accur. vbi refert dictum Nicolai de Matar. qui voluit, quòd talis imbreuiatura prothocoli non probet, quando ita breuitur est prothocolum scriptum, & illam opinionem Nicolai de Matar. & Ioan. Andr. sequitur domi. Antonius in dicto ca. cum P. tabellio. & licet Bald. in rubrica. C. de fide instrum. aliter dicat, tamen do. Abb. in d. ca. cum P. tabellio. reducit opiniones ad concordiam: & dicit, ꝙ aut actus gestus, & in extensum descriptus in prothocolo habet omnes solennitates, quas habere debet puplicum instrumentum, & tunc prothocolum probat, & sic procedat opinio. Bald. dicentis contra Nicolaum de Mata. Aut prothocolum est abbreuiatè descriptum secundùm consuetudinem notariorum, & tunc prothocolum non probat: quia cum multa possent intelligi sub illis abbreuiaturis, non est congruum fidem adhibere, antequam sit facta redactio in publicam, & extensiuam formam: & ita dicit procedere opin. Nicol. de Mata. Ioann. And. & domini Anton. Et subdit non esse credendum verbo notarij, allegat, quod habetur in cap. post cessionem, de probatio. vbi pars ad faciendam fidem de procuratione prothocolum notarij: & tamen fides negatur adhibenda. & ita ibi residet domin. Abba. Et sic opin. Nicol. de Matarellis est communis temperata ita, vt fecit domin. Abba. Modo in casu nostro, si ista abbreuiatura notarij est descripta in prothocollo notarij, clarum est, quòd nullo modo probat: quia est abbreuiatissimè descripta cum illis ver-
18 bis &c. & sic † multum est truncata, adeo, quòd sub illis verbis, &c. multa possent intelligi, & loquitur etiam domin. Abba. ibi quando talis abbreuiatura est descripta cum illa dictione, &c. ergo sequitur, ꝙ non probat: vt voluit dominus Abbas. Si ergo non probat, est sicophanta dignum dicere, quòd talis abbreuiatura possit extendi per alium notarium: quia natura extensionis est pręsupponere materiam pręexistentem: quia illud extenditur, quod est: vt not. in capitu. significasti, de foro competen. & per gloss. in capitu. hi qui auctoritate, de præben. lib. 6. cum similibus. Et multominus poterit extendi si talis abbreuiatura nõ est descripta in prothocolo, sed est deorsum a prothocolo, & sæpenumero videmus notarios tenere tales abbreuiaturas in aliquo armario, quo casu non erit fides adhibenda, & per consequẽs non extendẽda, & multofortius in casu nostro, cum ista abbreuiatura sit imperfectissima, & multũ non digna apponi, nec consueta apponi in talibus legitimationibus, quo casu non caret sinistra suspicione fraudis: vt not. gloss. in l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit. & not. scribentes in capitu. illo vos, de pigno. & in capitu. ad nostram, de emptio. & vendit. & in capitu. significauit, de censibus. Et ad prædicta facit elegans consilium domini Petri de Anchar. in consilijs suis ad finem consiliorum, quod est 401. incipiente præmissa sine allegationibus in facto narrata, vbi dicit, quòd prothocolum est scriptura primaria, de quo sumi debent originalia instrumenta partibus assignanda, inter quæ si varietas aliqua reperitur, ad prothocolum recurritur, & eidem statur, vt in authentico, de tabell. §. penul. & in capitu. quoniam contra, de proba. & not. Bartolus & Baldus in l. Sempronius. ff. de legatis 2. scriptura autẽ, de qua petitur reuelari, non potest dici prothocolum: sed quędam chartula, quæ si caret die, & signo tabellionis, & alijs solennitatibus, est penitus vitiosa, & reprobata a iure: vt in dicto §. penultimo. nec est credendum notario asserenti se rogatum de his, quę in ea continentur, postquam scriptura solenni eius assertio nõ firmatur, ad similitudinem iudicis aliquid asserentis in grauamen partis: vt in dicto capitulo, quoniam contra. & talis asseueratio accedit potius ad naturam simplicis, & priuati hominis, quam publicæ personæ, postquam de eius assertione scriptura authentica non apparet, allegat not. per doctores in l. Domitius Labeo. ff. de testament. & ita dicit in dicto consilio domin. Pet. Modo in proposito no-
19 stro † ista abbreuiatura non habet debitas solennitates:

tates: vt in ea apparet: ergo sequitur, ꝙ non probat, siue apposita sit in prothocolo, vt voluit Io. Andr. & sequaces in loco præallegat. siue sit extra prothocolum, etiam non probat, vt voluit domin. Pet. in præfato consilio. Et multo fortius non probat ista abbreuiatura, cum contineat aliqua fatua: vt ex ea apparet, & per consequens sequitur, quòd nullo modo veniat extendenda, maximè etiam cum sit obscura, quæ ex hoc etiam redditur inualida, iuxta no. per Bartolum in l. quicquid astringẽdæ. ff. de verborum obligat. vbi loquitur de notario, qui scripsit
20 sententiam ita † obscuram, vt ex illa scriptura non posset percipi mens sententiæ, quòd non tenuit talis sententia, & sic ex istis concludo, talem abbreuiaturam esse nullam, & nullius effectus, & nihil probare: & ex ea posse fieri nullo modo aliquam extensionem, & ista est veritas. ¶ Restat nunc videre, posito, non
21 tamen concesso, † ꝙ talis abbreuiatura posset extendi, an possit per alium notarium. Est dubitatio non mediocris: in qua forma autem modo illam extendet, certè ego nescio videre, quomodo illam possit extendere: quia notarius videtur rogatus extendere instrumentum secundum stylum suum, ita decidit Hostiens. in summa, de fide instrum. in §. quid si abbreuiatura. in princ. allegat. l. si seruus plurium. §. si numerus. ff. de leg. 1. facit. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. act. l. qui semisses. ff. de vsur. cum similibus. Modo in proposito non constat de stylo illius notarij, qui fuit rogatus de illa legitimatione, qualiter consueuerat extendere instrumentum legitimationis. Si dicatur, quòd debet extendere secundum stylum istius notarij, penes quem peruenerunt rogationes illius notarij iam defuncti: istud etiam non est verum: quia partes eum non rogarunt de hoc: vt habetur in authentico, de tabellio. §. nos autem. vbi requiritur, quòd per se notarius audiuerit, & perceperit omnia verba contractus. Sed isti non audiuit verba contractus, seu legitimationis per se: ergo sequitur, quòd non potest extendere secundùm stylum suum. ¶ Et si quispiam dixerit, quòd notarius ille primus videt̃ rogatus apponere omnes clausulas, quæ de consuetudine consueuerunt apponi in tali actu: vt est text. valde singul. in l. generaliter. C. de fideiuss. quem tex. sic allegat ibi Bald. & eodem modo illum allegat in repet. rubricæ. C. de fide instrument. & in l. imperator. ff. de statu ho. & in rubrica. C. de reuoc. his quę in frau. credi. ergo sequitur, quòd poterit extendere istam abbreuiaturam secundùm, quòd consuetudo notariorum illam consueuit extendere de communi stylo notariorum: facit, quod habetur in l. si prius. §. rectè placuit. ff. de aqua pluuia arcenda, & in l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edic. & in l. domini prædiorũ. C. de agri. & censi. lib. 11. & quod no. Io. An. in addi. Spec. in titulo, de instrument. edi. in §. instrumento. versic. quid si a contrahentibus, & quod not. Bart. in l. fin. quæ in fraud. credi. Quia ad hoc respondeo, ꝙ istud dictum procedit in eo notario, qui primo fuit rogatus de contractu, & audiuit & percepit per se voluntatem, & verba partium contrahentium. & ideo dixit Bald. in repertorio suo, ꝙ
22 ipse composuit super Innoc. in verbo, notarius. † ꝙ notarius ideo dicitur, quia in notis redegit ea, quæ coram eo aguntur. Ea vero quę in notis non redigit non sunt acta coram eo: quia tunc non dicitur notarius, & sic videtur, ꝙ illa doctrina procedat in notario principali, qui audiuit ea, quę coram eo acta fuerunt, qñ fuit rogatus a partibus, & sic illa doctrina non habet locum in isto notario volente extendere abbreuiaturas notarij iam mortui. Et etiã potest aliter responderi, & subtilius hoc modo: videlicet, ꝙ illud est verum, ꝙ notarius videtur rogatus apponere omnes clausulas, quæ de consuetudine veniunt apponendę, scilicet eo tempore, quo est rogatus, & contractus est in fieri: tunc enim videtur notarius rogatus apponere omnes clausulas ɔsuetudinarias: sed postquam contractus est in facto esse, & est absolutus, & completus a partibus, dico ꝙ tunc notarius si primo non apposuit clausulas ɔsuetudinarias, non poterit apponere postea, arg. l. iudex postquam. ff. de re iud. c. in literis, de off. deleg. ita videtur dicendum in proposito: ista fuit sing. & peregrina nota. do. Bal. in repet. rub. C. de reuoca. his quæ in frau. credi. & ẽt loquitur ibi Bald. in notario principali, qui videtur rogatus apponere tales clausulas, quando est rogatus de ipso instrumento, seu de ipso contractu: tamẽ est in fieri, sed postquam est in facto esse, est secus. Ergo multominus videtur, ꝙ iste notarius, qui nõ fuit rogatus, possit apponere clausulas ɔsuetudinarias, & extendere, abbreuiaturas alterius. Et etiam facit elegans dictum domin. Barto. in l. 1. ff. de iure codic. vbi dixit, quòd notarius si in instrumento apposuit illã clausulam codicillarem, si nõ valet vt testamen-
23 tum &c. quòd talem clausulam non videtur † apponere, tãquam sit rogatus ab ipso testatore: & tamen illam clausulam consueuerunt apponere notarij de communi stylo suo: & nihilominus Bart. dicit ibi, ꝙ testator non videtur rogare, ꝙ illam clausulam apponat. ita dicamus in casu nostro, quòd multo minus poterit iste tabellio apponere, quando extendet abbreuiaturas alterius. Pręterea facit illud, quod voluit Bart. in l. galllus. §. idem credendum. ff. de libe. & posthum. vbi dixit, quòd si in prothocolo reperiatur hæc dictio &c. si est talis ɔ̃ctus, cuius natura requirit scripturam, nunc nihil addi potest: totum enim extente prius scribi debet: vt in l. contractus. C. de fide instrumen. quędam, dicit, sunt instrumenta celebrata non scriptis, sed in scriptis redacta: & tunc dicit Bartolus, quòd per notarium non debent extendi, si sunt abbreuiata cum illa dictione, &c. quia quid cõtineatur sub illo verbo, est dubium, & est tũc in æstimatione iudicis ex præcedentibus, & sequentibus: vt in l. si seruus plurium. §. fina. ff. de legatis. 1. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de legatis 2. l. voluntas. C. de fideicommissis. debet ergo notarius exemplare, prout iacet. & ita Bartolus ibi refert obseruari, quòd notarius non extẽdit illam dictionem, &c. Sed actus legitimationis est actus solennis, & debet celebrari in scriptis, per not. in authentico, quibus modis natu. effi. sui. §. illud. cum sequenti. & hoc dixit supradictus dominus Consulens, cum talis legitimatio fiat per preces oblatas principi, & per rescriptum principis, vel habentis potestatem ab eo: vt in dicto §. illud, cum similibus allegatis per dominos Consulentes, ergo &c. Et maximè in casu nostro, cum ex ista abbreuiatura notarij non possit colligi, quid voluerit scribere, aut sentire præfatus notarius: ergo nulla debet, aut potest fieri extensio: vt firmat Speculat. in titulo. de instrument. edit. §. ostenso. versiculo, quid si talis imbreuiatura. & quod pulchrè not. Baldus. in l. errore. C. de testament. & istud iam per extensum allegauit dominus Consulens. Et ex prædictis resultat conclusio verissima, quòd posito, non tamen concesso, quòd talis abbreuiatura posset extendi: tamen nullo modo notarius poterit addere ad illam abbreuiaturam: nec extendere illam dictionem, &c. nec apponere clausulam derogatoriam. & ideo dixit glo. in l. si non est. C. de condictione ex lege, quòd notarius non potest apponere mentem partium, sed verba contrahentium: quam glo. summè ponderat Baldus in d. l. si non est. & pulchrè dixit Innocen. in ca. fraternitatis. extra, de hæreticis,
24 ꝙ notarius † in instrumento, & testis in dicto, non debent

bent

bent dicere, nisi illud, quod in veritate nouerunt, & audierunt, & Baldus in l. cum precibus. C. de proba. & in rubrica. C. de fide instrumen. dixit, quòd notarius suam imbreuiaturam circa substantiam negotij extendere non potest, sed solum, quod intellexit a partibus, dummodo non exprimat aliud, quàm viderit a contrahentibus, vel audiuerit ab eis, & glo. in authen. de tabellio. dicit, quòd omnia, quæ ponit in prothocollo, seu prima scriptura debet audire, vel videre. & idem Bal. multum eleganter dixit in lege, contractus. C. de fide instrument. ꝙ instrumentum & contractus non recipiunt supplementum facti, al legat, quod not. Ioan. And. in nouella, in dicto capitulo, cum P. Tabellio. & etiam dicit ibidem Baldus, ꝙ abbreuiatura est a notario scribēda salua substantia veritatis. Et subdit, quòd veritas dicitur constare ex prima scriptura, ex qua probatur negatiua, scilicet nil aliud factum exitit inter partes, quàm illud quod est scriptum in prima abbreuiatura. Facit, quod voluit glo. in 10. d. cap. vt veterum, & per consequens sequitur ex istis, ꝙ iste notarius nullo modo poterit extendere illam dictionem &c. cum ignoret substantiam veritatis, de qua fuerit rogatus ille primus notarius. Et sic multifariè, mlutisque modis apparet appositus gladius, & securis ad radicem huius legitimationis delendam, & euertendam funditus, & ex toto, & per consequens partes domini iudicis erunt in pronuntiando, & declarando illam legitimationem esse nullius momenti, nec posse extēdi.

EPITOME.

¶ Falcidiam, & Trebellianicam potest prohibere testator: item an societas præsumatur continuata, aut renouata cum filio mortuo suo patre, & quid de pupillo, & eius patruis.

SVMMARIVM.

Falcidia & Trebellianica quando æquiparentur. nu. 1.

Legitima debita filio non perditur propter non cōfectionem inuentarij. nu. 6.

Societas an & quando presumatur tacitè contracta: & ibi multa de societate, vsque ad nu. 8. & 22.

Legitima filiorū quota sit, & an eius respectu filia computetur in numero liberorum. nu. 22. & 23.

Institutus in sua legitima dicitur successor singularis. numero 24.

CONSILIVM X.

ILlud Referam in medium, quod bellissimè scriptum est: 27. q. 5. c. non licet. in ver. Deum inuocet adiutorem, qui eis sapientiam donauit. Ideo optimi maximi Dei omni inuocato præsidio, viso puncto & solenni animaduersione pensato, Capio primam huius consultationis dubitationem: videlicet, iste testator substituit filio suo Federico fratres ipsius testatoris sine vlla detractione quartæ, vel Trebellianicæ, an potuerit testator prohibere Trebellianicam. Et veri
1 tas est, quòd † potuit iste testator prohibere Trebellianicam, sicut potuit falcidiam prohibere, quod sic ostendo; lex antiqua disponit, vt in illis casibus, in quibus cessat falcidia, cesset Trebellianica, casus est in l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebellia. & sic quoad casum cessationis ius antiquum æquiparat falcidiam & Trebellianicam: si ergo superuenit lex noua, & disposuit, quòd testator possit prohibere falcidiam, fiet extensio per legem antiquam, vt pari formiter possit prohibere Trebellianicam, per not. in l. si quis seruo. C. de furtis. & in l. vt tantum. ff. de seruo corrup. & in l. quod vero. ff. de legib. & plenè per Ioan. de Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matr. Et si quispiam dixerit, ꝙ regula tradita in d. l. si quis seruo. & similibus, non loquitur in exorbitantibus, & in correctorijs: ergo non probat doctrinam Bartoli, & sequacium. Ad hoc respondeo, quòd satis procedit in correctorijs, ex quo militat in pœnalibus: vt est glo. singula. quam omnes sequuntur, in c. si postquam. §. fin. de electio. libro 6. ergo multo fortius vendicat sibi locum in correctoriis, cum pœna non debeat excedere casum proprium: vt in §. pœ-
2 næ, de pœni. dist. 1. Secundo facit, vbicunque † duo sic se habent, ꝙ lato sumpto vocabulo vnum venit appellatione alterius, & est eadē ratio in vtroq;, & exprimitur in lege, tunc iura correctoria, pœnalia, aut exorbitantia disponentia de vno, comprehendunt alterum, ita probatur in cle. 1. de rescriptis, in glo. coniuncta glo. in clemen. auditor. eod. titu. & in cle. 1. de elect. & in d. c. si postquam. §. fin. & in c. 1. de postula. præla. & in cap. fi. de ele. lib. 6. sed falcidia & Trebellianica sunt huiusmodi: qa lato sumpto vocabulo vnū venit appellatione alterius: vt in l. Marcellus. ff. ad Trebel. l. iubemus. C. e. l. Titia. ff. ad l. fal. l. si vt allegas. C. ad l. falci. & in auth. de eccl. tit. § finautem. in ver. omni cessante falcidia. Sed in Trebellianica est eadem ratio, & maior, quàm in falcidia: nam ratio finalis imperatoris prohibendi fuit falcidiam, vt voluntas testantium plenissimum sortiretur effectum, & quia hodie deficere non potest here de adire nolente: quia defertur alijs secundum ordinem, authen. hoc amplius. C. de fideicomm. & sic licet appareat certum esse, nihil apud hæredem remanere, tamen habet locum dispositio dictæ authenticæ, similiter. C. ad legem falcid. ergo idem erit in Trebellianica: quia sublata est causa, & ratio, quare olim non poterat prohibere testator. Tertio facit, illa impotentia prohibendi, quæ erat olim, non erat principaliter inducta in fauorem hæredū institutorum, sed in fauorem iuris publici, quod versabatur in hoc, ne deficerent voluntates defunctorum, vt l. quod de bonis. §. ff. ad l. falci. sed quia in aliquo non obseruabatur: quia prohibitio detractionis quartæ nō administrabatur, fuit nouiter magis & pinguius subuentum, vt quarta non detrahatur, & istam partem, ꝙ hodie possit prohiberi expressè Trebellianica, tenuit glo. insti. de fideicom. hæredita. § sed quia. & eam sequitur ibi Bal. & mouetur: quia vbi est ea-
3 dem ratio† ibi idem ius est statuendum. l. a Titio. de ver. obl. sed eadem ratio, imo maior est in Trebellianica, quàm est in falcidia, allegat l. 4. & ibi not. ff. ad l. falci. ergo facilius poterit testator prohibere Trebellianicam, quàm falcidiam. & refert hāc opinionem tenere Odof. Ia. de Ra. Ia. de Aret. Pet. & Cy. in auth. sed cum testator. C. ad l. falci. Idem etiam tenuit gl. in authen. de hæred. & falci. in §. si vero expressim. & ibi. Angel. sequitur istam partem referens Ia. de Bel. disputasse ex ratione tali: quia non reperitur mutatum, ꝙ testator possit prohibere Trebellianicam, sicut reperitur mutatum, quòd possit prohibere falcidiam: vt in d. §. si vero expressim. l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. C. de appel. cum simil. Nec obst. secundum eum, ꝙ eadem sit ratio in vtroque: quia ex identitate rationis non inducitur legū correctio: vt in authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. quia Angel. dicit primam opi. sibi placere. & respondet ad rationes Ia. de Bel. quia imo satis est immutatum per rationem, quæ est eadem in vtroq;, & quia
4 correctio † legum non inducitur, nisi per aliam legem extendatur ex identitate rationis, allegat. d. l. si quis seruo. & idem voluit idem Ang. in dicta auth. sed cum testator. & idem etiam tenuit in dicta lege, Marcellus. §. quod autem. idem tenuit Bartolus, in

dicto

dicto.§.quod autem. & reprehendit opi.Iac.de Bel. & respōdet ibi rationibus suis.& idem voluit ibi dominus Battho.de Salycet. in dicta authent.sed cum testator licet glos.ibi, & Iacob.Butriga.contrarium voluerint: & respondet ibi ad rationes Iacob. Butriga. Idem etiam voluit dominus Petrus de Anch. in capitulo Raynaldus.extra,de testa.& idem voluit Reuerendus domi.Cardina.Florentinus in dicto capitulo Raynaldus,in §.fina.in vlt.quæstio.& mouetur per dictum.§.quod autem.& dicit, quòd docto. communiter tenent istam opin. & etiam Ludouic. Roma.in dicta authentica,similiter.C.ad legem falcid.in sua repetitione dicit,quòd ista est communis opi.Et ita etiam dicit Ioan.de Imo.in d.l.Marcellus. quòd communis opi.doctorum est ista,quòd possit prohiberi. Ergo ista communis opi.est sequenda in iudicando & consulendo,iuxta illud: Iudicium populi nemo contempseris vnus.& Seneca in suis epistolis,nos vulgo similes esse scias. Et facit textus in §. quidam,de pœniten.dist.prima, & in capit. de quibus.20.distin.& in capitulo,in canonicis.19.distinc. Hostien.in capitulo capellanus, de fer.Innocent.in capitulo, ne innitaris,de constitu.Ioannes Andreæ in capitulo primo,de hæretic.in capitulo primo,de postu.prælat.lege prima, & ibi Baldus.ff.de Senato. & in lege,athletę.ff.de his qui not.infa.per Baldum, & per eundem in lege, obseruare.§.proficisci. ff. de officio proconsulis,& Bartolum in lege fin.C.de pęna iudic.& Ange.in lege, cum prolatis.ff.de re iudi. & ex istis satisfactum est, primæ dubitationi, ꝙ ista mulier non poterit deducere Trebellianicam.Facit etiam ad hoc, quod voluit Bal.in lege,filium quem habentem.C.fami.ercis.vbi in versi.demum quęro, nunquid testator possit prohibere Trebellianicam, dicit glo.esse contrarias disputationi Iacob.de Belu. qui determinauit, quòd testator nō potest prohibere Trebellianicam: maximè quia hæres inuitus cogitur adire,& restituere: ergo si sponte vult adire,debet habere quartā: vt spontanea aditio aliquid operetur fauoris: & quia in quarta Trebellianica non reperitur correctum. Idem tenuit Iacob.Butri.in d. authent.sed cum testator.quòd sicut legitimam debitam iure naturæ non potest testator prohibere: vt in l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testa.ita nec Trebellianicam:quia si posset prohibere Trebellianicam,posset facere, ꝙ hæres penitus desineret esse hæres in effectu: cum restituta hæreditate omnia transirent in fideicommissarium, & nil remaneret penes hæredem:sed falcidiam iure institutionis potest prohibere:quia hæres nihilominus remanet hę-

5 res:quia ex legatis particularibus† non transit in legatarios ius vniuersale: secundum Iacob.Butri.Refert postea ibi Baldus alios doct.vt superius fuerunt relati,tenere contrarium,quare potest prohiberi falcidia hoc est, vt hæres se æstimet habere lucrum in obsequio volūtatis defuncti,non in perceptione vtilitatis:hoc enim est adimplere fidem testatoris.ff.de dona.inter virum & vxo.l.si sponsus.§.penul. Ista eadem ratio habet locum in Trebellianica.Item falcidia fauorabilior est,quàm Trebellianica; ergo si de quo minus videtur inesse &c. Postea refert rationē Bartoli per d.legem Marcellus. §.ꝙ autem,quia vbi cessat falcidia propter fauorem testatoris, ibi cessat Trebellianica:sed ita est in proposito propter fauorē testamenti cessat falcidia prohibente testatore;ergo cessat Trebellianica. Et si tu dicis, ius antiquum non reperitur correctum:ergo remanet in prima figura:Respondet,quòd imo debet dici,quòd reperitur correctū: quia lex posterior trahitur ad priorē, lege,nam & posteriores.ff.de legi.Item,quòd quando duo parificantur per aliquam legem,& idem ius disponitur in vtroque, si corrigitur postea in vno, intelligitur correctum in vtroque,lege,fina.C.de indic.vidui.quæ opi. est æquior secundum eum,& ita dicit se in facti contingentia consuluisse, & per consequens verissima est conclusio, quòd potuit testator prohibuisse detractionem Trebellianicæ.¶ Ca-

6 pio secundam dubitationem,cum quęritur† vtrum propter non confectionem inuentarij perdatur legitima debita filio.Et ad hoc dico, quòd gl.in auth. sed cum testator.C.ad legem falci.tenet,quòd legitima debita iure naturę,non perditur propter non ꝯfectionem inuentarij.& idem tenuit in authen.hoc amplius.C.de fideicom. & in l.fina.§.si quis autem. C.de iure delibe.licet contrarium teneat glo.in corpore vnde sumitur d.authent.sed cum testator.Tamen glo. illæ contrariæ sunt veriores,& Angel.in dicta authentic.sed cum testator,sequitur, gloss.illas, damnata glo.in corpore:refert tamen quosdam deridere,eo quòd non videtur habere effectum:sed dicit illos ignorasse calculum. & idem Angel.in dicta authentica, hoc amplius.& idem voluit in dicta lege,fina.§.si quis autem.refert tamen multos deridere illam glo.quia frustra tractatur de legitima,cum hæres teneatur insolidum legatarijs de iure authen. sed ipse dicit non esse deridēdam:ideo dicit verum: quia tanto minus est in legato, quantum capit sua legitima,& ad illud solum tenetur,& non legata integra: licet ad solutionem eius, quod debet, possit compelli,vt de suo satisfaciat.Cyn.& Bartolus in dicta authen.sed cum testator.Specul.in titu.de instr. edic.§.dicto.versic. quid in hærede &c.Idem tenuit Baldus in dicta authen. sed cum testator.in princip. & idem tenuit domin.Petr.de Anchara.in capitulo

7 Raynaldus,de testa.Et facit ratio:quia quando † filius est inobediens patri,legi,& iudici, non priuatur legitima,vt dicta authentica hoc amplius.ergo multo minus priuabitur legitima, si tantum legi est inobediens. Item facit: quia legata.quæ minuuntur propter æs alienum,sunt ipso iure nulla,& non censentur legata: vt ff.ad Trebell.l.prima.§.pen.& not. glo.in d.l.fin.§.& si præfatam.C.de iure delibe.ergo nec soluenda, cum ista legitima censeatur ab initio vt æs alienum: vt l.Papinianus.§.quarta. & §.quoniam.ff.de inoffic.testa.& l.cum ratio.ff.de bo.damna.& istam partem etiam sequitur domi.Cardin.in d.cap.Raynaldus.§.fina.in 8.quęstio.vbi dicit,quòd legitima diminuet legata omnia vsque ad tertiam, & legata sic diminuta soluentur insolidum, & dicit hanc opi.esse communem,& omnes illam sequi,in d.l.final.§.si quis.& Bartol.in dicta authent.sed cum testator.est tamen verum,quod Salyce.aliter loquitur in d.§.si quis.& etiam Ludouic.Roma.in repet. authen.similiter.C.ad l.falci.dicit tamen ibi Ludo. quòd doctores sequuntur, quòd non perdatur legitima: & ita concludo super hoc passu.¶ Capio ter-

8 tiam hæsitationem, in qua quæritur † vtrum dicta filia possit petere communicari omnia lucra facta per dictos fratres in mercantijs ratione societatis olim tacitè contractæ inter ipsos fratres,& patrem ipsius nepotis defuncti, quasi fuerit continuata cum ipso nepote mortuo suo patre, & per consequens petit sibi reddi rationem administrationis, & circa

9 hoc facit dubium:quia societas non solùm† expressè,sed etiam tacitè contrahitur: vt lege, qui admittitur.& lege, planè.ff.pro socio.per mutuū enim consensum declaratum forsan verbis simplicibus, aut factis societas probatur, lege quarta. ff. pro socio.& tunc hoc casu est vnius rei, aut vniuersorum bonorum, aut vnius negotij societas: nam per extrinsecos actus voluntas ostenditur per quos intentio ipsa comprobatur, vt l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de sup.

leg.

leg.l.Fulcinius.§.quid sit latita.in glo.nam & volun
tas.ff.ex quib.cau.in poss.eatur. Sed iste nepos stetit
cum patruis communiter longo tempore,commu-
nicando omnia,& fructus possessionum,& lucra:er
go sequitur, ꝙ videtur contracta societas omnium
bonorum inter ipsos,& ideo dicebat Oldra.post Ri-
10 car. Malumb.quòd insimul † habitatio, lucrorum
in communi collatio,eius insuper,quod alter lucra
tur,inuicem non reddita ratio,facit præsumi socie-
tatem,argument.legis,si seruus communis.ff.de do-
na.inter vir.& vxo.l.Procula.ff.de probatio.& refert
Bartolus in lege, Titium & Meuium.§.altero.ff. de
administra.tuto.& originaliter fuit apostilla Iacob.
de Are.relata per Ricard.& Oldra.eius discipulum,
hoc etiam not.Baldus in lege.1.C.qui testa.fac.poss.
& ibi dicit Bal.in fratribus,quòd quando diu simul
stant, propter diuturnitatem temporis,& commu-
nem vsum viuendi,& communes expēsas sine com-
putatione in viuendo, & quia negotia promiscuè
gesta, præsumuntur tacito consensu contraxisse so-
cietatem, & refert tenere Ricar.ex quo simul habi-
tauerunt diu,& omnia bona sua simul habuerunt,
& communibus expensis sine computo vixerunt,&
negotia sua promiscuè egerūt, presumitur societas.
allegat capitulo primo,de benefic.fra.& plus est ex-
pressum de iure Longobardo, quòd si duo fratres,
& patruus, & nepos simul habitant, & vnus emat
feudum,tenetur alijs communicare: vt in Lombar-
da,de successio.c.si fides,quia præsumitur emptum
de communibus rebus. l. quintus. ff. de donatio.in-
ter virum & vxorem, hoc not. Bald. in l.si vt propo-
nis.ad fi.C.de rei ven.& in l.cum duobus.§.si fratres.
ff.pro socio.& ibi Cyn.in addit.& Pet.de Anchar.in
suo consil. 199. Cum ergo iste nepos habitauerit cū
suis patruis in eadem domo,& ad vnum panem, &
ad vnum traficum , & negotiationem vixerunt : se-
quitur, ꝙ præsumitur contracta societas omnium
bonorum.¶ Et si dicatur,amice,tempore mortis pa
11 tris iste nepos remansit pupillus,& cū pupillo † non
potest ꝯtrahi societas, nec expresè,nec tacite : vnde
dixit Baldus in lege, cum oportet.C.de bo.quæ libe.
quòd si sunt duo fratres,& vnus non potest negotia
ri:quia est pupillus,& alter sic, quòd non præsumi-
tur societas:licet de vtilitate pupilli tractetur: vt l.Ti
tium & Meuium §.altero.ff.de administra.tuto.nisi
pater mandasset communi noīe exerceri traficum ,
& negotiationem : quia quod iussit testator,eo no-
mine factū præsumitur:textus est vnicus,& singula-
ris,secundùm eum,in lege,qui negotiationem.ff.de
administr.tuto.ergo sequitur,ꝙ cùm iste erat pupil-
lus,quòd non potest præsumi contracta societas ta-
citè: cū ipso pupillo expresse non potuerit contrahi.
Quia ad hoc ego respondeo,& considero,quòd iste
patruus erat tutor ipsius pupilli,vnde Bar.in dicta.l.
Titium & Meuium.§.altero.de administ.tuto.dicit,
ꝙ si patruus est tutor pupilli, aut negotiat nomine
communi , aut nomine proprio , aut dubitatur : si
cōi nomine , non est dubium , quia compendium
est commune,si proprio nomine:& tunc si de pecu-
nia communi cum ipso pupillo,tūc quia res emptæ
efficiuntur communes,communicabitur compen-
dium:vt l.actione.§.ū in rem.ff.pro socio.Si verò de
propria pecunia redacta ex rebus communibus,tūc
compendium,& sic lucrum est proprium:sed tene-
bitur pupillo ad vsuras,seu interesse,si dubitatur de
cuius pecunia,in dubio præsumitur de propria:vt l.
si defunctus.C.arbi.tut.nec est opus secundùm eum
recurrere ad coniecturas, de quibus per glossam in
l.cum oportet.C.de bo.quæ lib.Si verò est dubium,
vtrum nomine communi,vel proprie fuerit merca-
tus, præsumitur, quòd nomine proprio.l.& magis,
ff.de sol.fallit in l.qui negotiationem, præalleg.pro-
pter mandatum precedens.& subdit,quòd quando
tutor facit illud , quod facere tenet, licet faciat suo
nomine : tamen videtur facere nomine pupilli : vt
est casu valde singularis in l.Lucius.§.tutorem.ff.de
administ.tuto.vnde in casu nostro cum iste patruus
esset tutor ipsius pupilli,erit accurate videndū,quo
nomine isti patrui contraxerint, & mercati fuerint,
& de quibus pecunijs, aut proprijs,aut cōibus,cum
non fuerit facta diuisio inter ipsos : & ēt per optime
facit,quod dixit Bal.in lege si patruus.C.communia
vtriusque iudici,quòd si tutor aggreditur negotian-
do negotium insolitum patri pupillorum : vt quia
pater pupillorū nunquam fuerat mercator: & tunc
in dubio videtur gerere nomine proprio:quia in du
bio non præsumitur in culpa : quia quædam culpa
12 † est,insolita negotia aggredi,lege,negotia.ff.de ne-
got.gest. Sed si tutor continuat negotium solitum ,
non autem aggreditur insolitum:vt si erant duo fra
tre, qui faciebant mercantias simul,& vno mortuo
alter cōtinuauit superstitibus filijs fratris indiuisam
substantiam possidentibus,tunc videtur eodem no-
mine continuare.l.nam & Seruius.§.si viuo.ff.de ne
got.gest.quia a primordio tituli posterior formatur
euentus.l.j.C.de imp.lucra.descript.lib.10.& argu.l.
si filia. §. Neratius.ff.famil.erc.& pro so.l.actione.§.
morte.versicu.quod ex re communi.Nec dicit se di-
stinguere, vtrum ex prima mercantia aliquid deue-
niat,vel perueniat, vel ex sæpius repetita:quia ex na
tura huius actus est, ꝙ id, quod postea fit, semper
loco possessoris subrogetur,vt lege, cum tabernam.
in princ.ff.de pigno.& ita etiam sequitur Saly.ibi, si
ergo de pecunia communi,& sic ipsius pupilli,& in
solitis mercantijs cum ipso quōdam patre ipsius pu
pilli exercuerunt mercantias, & negotiati fuerunt,
sequitur, quòd tenentur communicare lucra inde
percepta. Et ista erant, quæ faciebant istam consul-
tationem dubiam,& videtur per ista , quòd sit con-
tracta societas omnium bonorum inter istum quō-
dam pupillum,& illos patruos.¶ Et licet ista sint co
lorata, tamen casum nostrum non attingunt : ideo
illis non obstantibus cōtrarium puto esse verius de
iure: videlicet quòd non sit,nec renouata, nec tacitè
contracta societas inter ipsos pupillum,& nepotem
& patruos, & ostendo inconuincibiliter : aut enim
nos loquimur,quoad societatem omniū bonorum,
aut quoad societatem ad negotiandum. Primo casu
dico nullo modo esse contractam societatem oīum
bonorum hoc modo. vbicunq; lex requirit aliquid
fieri specialiter,tunc non sufficit,quòd fiat verbis ta
citis,nec verbis generalibus.textus est in l.fin.§.om-
nem.in versicu.specialiter.C.de admini.tuto.quem
ibi Bartol.Baldus & Angelus magnifaciunt ad hoc:
requirit enim lex , quòd tutor specialiter pemittat
agere vtilia pro pupillo,& inutilia prætermittat.de-
cidit ibi Bartolus , quòd si generaliter hoc facit tu-
tor,& non specialiter, tunc non valet instrumētum
tutelæ.& ideo fecit multa instrumenta cassari. Ita
ibi dicit Bartol.& communiter ibi doctores sequun
tur.& facit textus in l. si quando.§.& generaliter. in
13 versi.generaliter.C.de inoffi.test.vbi non † sufficit ad
hoc vt filius excludatur a supplemento legitimæ,vt
dicat,se esse contētum eo,quod pater sibi reliquit,
nisi specialiter exprimat pro legitima.& ita ibi dicit
Baldus & Salycetus. Et etiam facit,qđ voluit Guliel.
de Cu.& Angel.in lege, de his.ff.de transact.ex quo
lex requirit,quòd specialiter fiat mētio de legitima.
facit glo.in clement.prima.in versicu.specialiter,de
iudi.& in cap.inquisitionis, de hæreti.& l.fina.C.de
indi.viduit.& in l.si quis in principio testamenti, de
leg.3.in versicu.specialiter.& in l.final.C.arbi.tut.&
habetur

habetur per do. Anto.in cle.constitutionem,de ele.
Et sic vera est ista maior, ꝙ vbi lex requirit aliqd fieri
specialiter,non sufficit,ꝙ fiat tacite,aut generaliter.
Sed casus est in lege expressus, ꝙ specialiter est contrahenda societas omnium bonorum,iste est tex.in
l.3.§.j.ver.cum specialiter omnium bonorum socie
tas coita est.ff.pro socio.q text.declarat omnes alios
textus loquentes de societate omnium bonorum,vt
in l.cum duobus.§.idem Papi.& §.socium.& in l.so
cietatem.ff.pro socio.& glo.in d.l.3.§.1.in ver.specia
liter.exponit idem est,quod expresse:ergo sequitur,
quòd non sufficit tacite: & ideo legalis scientiæ doctor Paulus de Castro,qui in consulendo extremam
Mineruæ arcem conscendisse videtur,in consil.184.
aliàs 349.in prima parte consil.incipient.ex die quo
iste Raphael.in ver.iuxta prædicta quæritur.consuluit, quòd duo fratres communicarunt lucra, an esset contracta societas omnium bonorum,& conclu
14 dit ꝙ nō,& mouetur,quia societas † omnium bono
rum debet specialiter & expresse cōtrahi, & allegat
dictam legem tertiam.§.1.ergo sequitur necessario,
ꝙ ista non est societas omnium bonorum,quia con
tracta si posset dici,non est contracta nisi tacite:licet
nec tacite est contracta: vt inferius ostendam, & ex
hoc capite posito,ꝙ Bal.& Sal.dixerint verum in d.l.
si patruus.tamen non procedit dictum eorum quoad societatem omnium bonorum,nec etiam ipsi lo
quuntur in societate omnium bonorum,& sic posito,non tamen concesso, ꝙ dictum Baldi,& Salyceti
esset verum non tamē militat in societate omnium
bonorum,& multo minus in casu nostro, cum iste
erat pupillus, qui non poterat consentire societati
renouandæ,aut de nouo ineundæ,vt inferius ostendam.Aut loquimur quoad societatem in negotiando: & tunc idem dico, ꝙ non potest videri contracta societas inter istum pupillum,& eius patruos:&
circa hoc,aut nos loquimur quoad vnum ex illis pa
truis, qui non erat tutor,aut curator illius nepotis:
& isto casu certissimi & enucleati iuris est,ꝙ cum ipso non videtur contracta societas, & hoc sentit Bar.
in d.l.Titium & Meuium.§.altero.dum sentit,quòd
videtur tacite contracta societas cum ipso tutore:ergo sequitur,ꝙ cum alio,qui non esset tutor,non videtur tacite contracta societas: & hoc etiam sentit
Baldus, & Salycetus in d.l.si patruus, & hoc dicit in
terminis Petrus de Anchar.in consilijs suis, consilio
98.incipiente,parum subtiliter intuenti. vbi consul-
15 uit, duo fratres pupillus, & adultus simul † habitabant, & simul hæreditatem paternam possidebant,
& adultus totum,quod ex arte sua lucrabatur,pone
bat in communione, & communiter omnia onera
subierunt, an videatur inter eos contracta societas?
& videbatur,quòd sic per communicationem lucri
& bonorum consuluit domi.Pet.ibi, ꝙ non videtur
contracta societas: quia licet omnia prædicta concurrant: tamen ex his non sunt dicendi socij: quia
cum societas contrahatur consensu: vt l.4.ff.pro socio. non potest videri pupillū societatem fuisse contractam,qui ad eam contrahēdam consensum non
habet,& sic non videtur tacite agere illud,quod expresse agere non posset.lege, qui ad certum.ff.locati.in maioribus verò fratribus insimul habitatio, &
lucri in commune collatio, & eius insuper quod alter lucretur,non reddita ratio,facit præsumi societatem,ar.l.legis Procula.ff.de prob.in pupillo cessat dicta præsumptio: quia non posset expresse, ergo nec
tacite,& hoc dicit tenere Bartolum post Ricardum
Malumbrę in §.altero.pręal.per l.in conditionibus.
ff.pro soc.& idem voluit Bald.in d.l.cum oportet.C.
de bo.quæ lib.dum dixit,ꝙ si vnus potest negotiari,
& alter non:quia est pupillus,non præsumitur tacita societas:licet de vtilitate pupilli tractetur,alle.dictum.§.altero.nisi pater mandasset cōi nomine negotiari: vt in d.l.qui negotiationem, & idem voluit
idem Bal.in l.si patruus.pręal.& in l.cum duobus.§.
si fratres.ff.pro soc.& Sal.in d.l.si patruus.vnde Ang.
in ɔsilio suo incipiente,morte dicti filij,& est in ordi
ne.59.consuluit, plures erant fratres & socij oīum
bonorum,& vnus eorum decedit relicto pupillo,qd
erit de lucro facto per patruos,& dicit,ꝙ morte dicti
fratris aliorum ɔfratrum dissoluta fuit societas quo
ad decedētem,& eius hæredes,in quos societas non
transit, ne impediatur liberalis factio testamenti.ff.
pro soc.l.duobus.§.idem respondit.ibi, nec in tutela,nec in societate succedit.ff.de infa.l.furti.§.mandati.vers.non tamen.ff.pro socio.l.actione. Societas
enim de nouo inter patruos & nepotem tacite non
intelligitur renouata propter duo.primo pp inhabi
litatem ætatis nepotis,qui ɔsentiēdi potestatem nō
habuit: vt l.1.C.de fal.moneta.C.de iure delib.l.po-
16 tuit,& sic deficit † in eo consensus,qui est potissima
pars ad ɔhendum societatem & ɔtus reliquos: vt l.
j.ff.de pac.l.consensu.ff.de act.& obl.Nec ɔhit socie
tatem infans,aut pupillus,qui consentire & obligari non potest.l.1.§.furiosum.ff.de act.& obli.mouetur etiam ibi Ang.ꝙ patrui morto eorum fratre om
nia gesserūt nomine proprio: non nomine nepotis
communiter.Vnde ex hoc abfuit nō solùm consensus infantis,imo & patruorum maiorum:ideo concludit ibi Ang.ꝙ omnia empta nomine proprio ipsorum eis acquisita sunt,nec tenentur ea communi
care nepoti:licet illi patrui gubernauerint dictos ne
potes:& in eadem familia eū tenuerint,ex quo nulla societas ɔcta fuit, vel ɔhi potuit inter patruos, &
nepotem: nec ad communicandum contracta per
eos tenentur: ex hoc,ꝙ hæreditatem & bona tenuerint indiuisa: vt d.l.cū duobus.§.cum duo.& §.si fratris.l.1.§.si quis hoc interdicto. ff. de itine.act.priua.
& ideo concludit,ꝙ omnia lucra,& omnes quæstus
per dictos patruos factos nullo modo tenentur com
municare nepoti limitat tamen prędicta,nisi acqui
situm sit feudum per patruos prædictos:in eo enim
17 † hæc specialitas est: vt si acquirens de suo proprio
acquisiuit,suum est:sed si de communi pecunia,do
nec simul habitant fratres, pertinet ad omnes, de
quorum pecunia feudum est emptum,donec simul
habitant: & sic concludit ibi Ang.istos patruos non
teneri communicare nepoti lucra,& quæstus quęsitos per eos: cum societatis iure non teneantur,quia
nulla societas est contracta, aut renouata inter eos.
18 Et facit ratio,quia in † societate veniunt communi
canda lucra & damna inde sequuta,aliàs esset socie
tas leonina,si vnus solus lucrum,alius damnum sen
tiret.l.si non fuerit.§.fin.l.igitur.ff.pro socio.sed pupillus non potest obligari ad damna,etiam cum auctoritate sui tutoris,aut sui curatoris: vt not.in l.j.C.
si aduer.dona.ergo sequitur, ꝙ non potest dici contracta societas inter ipsum nepotem, & patruum illum,qui non erat,aut tutor,aut curator ipsius nepo
tis.Et sic remanet decisum,ꝙ nec quoad societatem
omnium bonorum,nec quoad ipsum patruum,qui
non fuit tutor,videtur contracta societas,& ista doctrina est vera & indubitata sine ruga aliqua.Si verò
loquimur quoad ipsum patruum,qui erat tutor, &
tunc stat doctrina Bartoli in d.§.altero.& etiam Sali
ceti in d.l.si vt proponis.& ibi Bal.qui dicunt,ꝙ si de
pecunia communi negotiatur nomine suo proprio
compendiū spectat ad omnes,& idem dicit ibi Bal.
si exercuerunt solita negotia,quæ consueuerunt ne
gotiari cum ipso patruo: quia tunc videtur tacite
contracta societas. Circa hoc est accuratissime animaduertēdū,quia iudicio meo sumus in passu satis
difficili.

difficili. Vnde Bald.in tractatu de duobus fratribus. versiculo, item dicit. Item dico, ꝙ si vnus sit maior, alter pupillus, si pupillus habeat tutores, qui communicat,& ei cõmunicatur, ꝙ tunc societas contrahitur: quia potest contrahi cum auctoritate tutoris. Et si dicas, quãdo tutor auctorizatur est opus, quòd loquatur, lege prima, in fine. ff. de auctoritate tutor. respondetur, illud esse verum in his, quę procedunt per actum verbi: sed in his, quæ dicuntur per actum fieri, non est opus sermone tutoris. l. fistulas. §. fundum. ff. de contrahen. emp. & idem Bal. in l. mandatum. C. manda. in ver. quia est in arg. ꝙ societas contracta cum patre, quę finitur morte, si ijsdem institoribus filius cum socio patris negotiatur, sicut prius, ꝙ intelligitur societas renouata:& etiam cum pupillo, si habeat tutorem,& interuenit patientia tutoris. Et si dictis, tutor non potest auctorari, si loquatur: vt no. in l. vbi non voce. ff. de reg. iu. l. 1. in fi. ff. de aucto. tut. respondet illud esse verum in actibus expressis: secus in tacitis, arg. l. de quibus. ff. de legibus,& istud dicit se credere esse verum. Modo Bal. in dicto tractatu loquitur, quando pupillus habet tutorem,& tutor communicat,& ei cõicatur: tunc enim videtur esse ꝯcta societas. Modò in proposito nostro iste patruus tutor non cõicauit illi pupillo, nec ei fuit communicatum: imo apparet de actu contrario: quia eo ipso, ꝙ mortuus fuit pater istius pupilli dicti patrui composuerunt libras nomine eorum proprio, vnde cum dicta societas, quæ fuerat cum patre, fuit iam finita & extincta morte fratris, vt est casus in d. l. actione. §. morte socij societas dissoluitur, nec hæres socij succedit. ff. pro so. & per illum actum. l. intitulãdi libros nomine suo proprio, declaratur,& aperiatur voluntas illorum patruorum, ꝙ illam societatem iam finitam non continuant, nec ꝯtinuare intendunt cum ipso nepote:& sic cum non communicauerunt actum ꝯrium,& ꝯdictorium illi societati: ergo sequitur, ꝙ Bal. formaliter determinauit istam societatem non fuisse continuatam, aut ꝯctam,& ratio est inconuincibilis in societate ineunda requiritur consensus, qui declaratur re, verbo,& per nuncium. l. societatẽ coiri. ff. pro socio. Modò ista societas iam finita non fuit ꝯcta verbis: quia nulla verba interuenerunt, non fuit ꝯcta re ex eo: quia nulla interuenit communicatio, quinimo interuenit actus ꝯrius,& declaratorius animi ipsorum patruorũ volentium continuare ipsam societatem cum ipso nepote. Et ideo cum fuisset quæstio in facto: quia vnus ex fratribus fecit mercãtias de pecunia hęreditaria,& lucratus est, quęrit, an illud lucrum esset fratribus communicandum, dicebat Bar. ꝙ si nomine cõi negotiabatur, communicabitur, ideo dicit se fecisse in quæstione facti apportare libros rationum, vt videret intitulationem libri,& cum vidisset intitulationẽ, quia dicebatur iste liber mercationum Io.& A. filiorum quondam talis, ex hoc iudicauit eum communi noĩe fecisse, ar. l. Nesennius. ff. de neg. ges.& sic lucrum fuit cõicandum,& ita ẽt refert,& sequitur Saly. in d. l. si patruus,& ita etiam ibi refert & sequitur Bal. Cum ergo in proposito nostro libri fuerunt intitulati nomine proprio ipsorum fratrum,& multo fortius in casu nr̃o, quia libri erant intitulati nomine communi omnium fratrum tempore vitę fratris iam mortui,& illo iam mortuo remanẽte ex eo isto nepote, isti patrui non fecerunt intitulationem cõem cum illo nepote, sed propriã suis proprijs noĩbus. vnde apparet mutatio volũtatis.& sic cum concurrant duo, mutatio voluntatis,& nulla facta communicatio, sequitur necessario, ꝙ non videtur renouata societas,& sic primum dictũ Bal. decidit istam q. pro istis patruis. cum vero Bald. in d. l. mandatum. dicit, ꝙ si ijsdem institoribus filius cum socio patris negotiatur: istud etiam nõ facit ad casum nostrum: quia imo iste nepos, nec ꝯxit, nec negotiatus est cũ illis patruis: quinimo ipsi patrui de per se,& suis proprijs nominibus negotiati sunt.& per ꝯns nulla cõmunicatio, nec negotiatio cum ipso pupillo intercessit. ergo sequitur, ꝙ nõ est renouata societas cum ipso pupillo,& cum Bal. in d. l. mandatum. dixit, ꝙ si habeat tutorem,& interuenit patientia ipsius tutoris, videtur renouata societas: quia auctoritas potest interponi tacitè in actibus tacitis: adhuc dico, quòd non facit ꝯ istam consultationem: quia ipse Bal. loquitur eo casu, quo tutor tacitè cõsentit cum socio patris pupilli: non enim loquitur Bald. ibi, quando agitur de renouanda societate cum ipso tutore, qui fuit socius patris pupilli,& sic Bal. loquitur in alio casu,& per consequens non ob. eius dictum, nec est verum dictum eius, ꝙ tutor tacitè renouat societatem & obligat pupillum, vt infra ostẽdam,& etiam quia Bald. loquitur, quando interuenit communicatio cum ipso socio patris ipso tutore patiente, sed in casu nostro nõ interuenit aliqua communicatio: imo interuenit mutatio voluntatis permutatam intitulationem librorum: vt superius dixi: ergo sumus extra casum Bald.& sic Bald. decidit pro ista parte, ex quo interuenit communicatio ex eo: quia patientia tutoris, de qua loquitur Bald. præsupponit aliquem actum positiuum societatis: puta quia communicabat, vel socios se appellabant in illis libris cum ipso pupillo. dicto tutore tacente: sed in casu nostro non interuenit patientia actus positiui. facit, quod habetur in l. Caius. ff. de pig. act.& l. fideiussor. §. pater Seij. ff. de pignor. vbi quando interuenit patientia cum actu positiuo, tũc inducitur actus introductio, quod non fuit in casu nostro. vnde Bal. in tit. de pace Constan. in vsi. feud. in §. item societatem, per illum textum ibi dicit, quòd si facta est liga inter duas ciuitates per quinquennium duratura, vtrum si post quinquennium præstant sibi mutuos fauores, intelligatur liga,& societas tacitè renouata,& dicit ꝙ non, nisi renouetur expressè, ar. l. si cum Hermes. C. loca. præsertim hoc dicit, si fuit prius contracta per stipulationem: quia stipulationes verba desiderãt: sequitur ergo in casu nostro, ꝙ talis societas extincta,& finita non videtur renouata cum dicto pupillo,& dicto patruo tutore ipsius pupilli:& potest ostendi ad oculum,& inuisibiliter hoc modo: societas, aut contrahitur re, aut verbis, seu per nũcium: hic non fuit ꝯtracta verbis: imo per verba apposita in libris mercantiæ circa intitulationem apparet, ꝙ nulla societas est inter eos,& ipsum pupillum, nec interuenit res: quia nulla communicatio & nullum traficum interuenit,& posito, ꝙ interuenisset, tamen non potuit contrahi cum ipso pupillo: vt dictum est. Fuit ergo opus auctoritate tutoris, sed certo certius est, ꝙ auctoritas non potest præstari mutu: vt est tex. solennis in l. 1. §. mutus. ff. de tutel. in ver. mutus tutor dari nõ potest: quia auctoritatem præbere non potest, vt est text. formalis, ꝙ expressis verbis præstari debet auctoritas: clarum est, ꝙ mutus potest consentire, vt mutus. ff. de procu. l. mutus. ff. de iure doti. l. mutum. ff. de acq. hered.& tamen non potest esse tutor; quia non potest præstare auctoritatem: sequitur, ꝙ auctoritas est pręstanda verbis expressis. Et ideo Lu. Roma. in l. 2. §. fina. ff. solut. matrimo. dicit, ꝙ vbi requiritur auctoritas, non sufficit tacitus consensus resultans ex non contradictione: quoniam auctoritatis interpositio requirit verborum expressionem, allegat glossam in l. etiam. ff. de auctor. tutor.& text. in dicta lege prima. §. mutus. allegat simile de licentia: quia vbicunque requiritur licentia ad legitimandam

mandam personam, non sufficit tacitus consensus, sed requiritur expressus, allegat Ioannem Andreę in c. si Abbatem, de elec. lib. 6. in nouella, & Lapum in suis allegationibus. 86. quod dictū dicit non esse alibi. Videtur ergo, ꝙ non sufficiat tacitus consensus tutoris ad obligandum ipsum pupillum. Et si dicatur, ꝙ actus inceptus cum patre continuatur cum filio, etiam pupillo, iuxta not. in l. Emilius Largianus. ff. de mino. & in l. 2. per glo. C. de iure emphyt. & quod not. in l. fundum. ff. de fund. dota. cum si. Ad hoc respondeo, ꝙ prędicta limitatur, nisi mortuo patre fuerit ille actus mutatus, & interruptus: vt in casu nostro contingit: quia mutata intitulatione librorum post mortem fratris, fuit extincta & finita ex toto illa societas quoad ipsum filium: vnde non potuit dici renouata. Prӕterea etiam ex alio tollitur, quia Bal. ibi non loquitur de tutore, qui auctoratur in facto suo proprio: vnde loquitur, quando agitur cum socio patris & non cum ipso tutore, qui fuit socius patris: vnde non sufficit, ꝙ idem tutor & socius auctoretur in facto proprio, vt l. 1. §. penul. ff. de au. tuto. & quod ibi not. glo. & Bar. & voluit Ioan. de Imo. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. Et ideo Ang. in consil. 140. dixit statuto cauetur, ꝙ mulier non possit testari, nisi cum consensu propinquorum, ꝙ poterit testari cum consensu propinquorum ad vtilitatem ipsorum: secus dicit, si statutū requireret auctoritatem, & ad hoc allegat dictam legem primam. §. penul. & idem voluit in d. l. j. §. fuit quæsitum. Et facit gloss. in l. si furiosi, C. de nup. & per illam glo. dixit ibi Bald. ꝙ in facto proprio quis non potest auctorari, ꝙ debet suppleri auctoritate iudicis, & ibi inducit illam glo.
19 in arg. ꝙ licet pater † non possit auctorari filio, in cuius est potestate, vt sibi denotet causa mortis: tamen debet fieri auctoritate iudicis, & quod voluit Ang. in authen. de alie. & emphy. §. æconomus. vnde non potuit auctorizari ĩ causa sua iste talis tutor. facit capitulum fin. de institu. non ergo potuit interponere istam auctoritatem in sui fauorem, seu in actum gerendum a se iste tutor. Facit, quod habetur in c. per vestras, de iure patro. & quod not. Bal. in l. cum ipse. C. de contrahen. empt. & in l. si is qui. C. de fur. Et sic apparet verissima conclusio, quòd quoad istum patruum tutorem nō potest videri contracta societas, ergo sequitur, ꝙ non potest ista soror, & hæres exigere rationem administrationis tanquam a socijs, ab ipsis patruis. ¶ Non obstant allegata in contrarium. primo cum dicitur, ꝙ per mutuum consensum taci
20 tum contrahitur societas: quia hoc nō † procedit in societate omnium bonorum: quia est fienda specialiter & expressè: vt superius dixi. Itē istud est verum in personis, quæ possunt contrahere societatem expressè: quia tacitus & mutuus consensus inducit tacitam societatem: & ita procedunt iura allegata in contrarium: sed non procedūt in personis, quę non possunt contrahere societatem expressè: vt in pupillo, & iam superius dixi. Et ita etiam tollitur, cum dicitur de mutua habitatione, & communi vsu viuendi: quia procedit in valentibus contrahere expresse societatem: secus in non valentibus: & maximè in casu nostro: quia ibi patrui regebant, & gubernabant illum vt nepotem, & pupillum non autem illum tenebant vt socium. Nec ob. cum dicitur de doctrina Bar. in d. §. altero. dum voluit, ꝙ si patruus tutor negotiatur nomine proprio de pecunia communi cum ipso pupillo, quòd tunc res emptæ efficiuntur communes, & communicabitur compendium, quia ad hoc respondeo, ꝙ istud non militat quoad alium patruū, qui non erat tutor. Secundo hoc non constat, ꝙ de pecunia communi negotiatus fuerit. Item & posito, ꝙ de pecunia communi fuerit negotiatus, tamen Bartolus ibi non dicit, ꝙ propter hoc sit contracta societas. Vnde ista stant simul, quòd lucrum sit communicatum: sed non sit contracta societas, & sic non ob. huic consultationi decisio Bartoli. Item Barto. non declarat, qualiter sit fienda ista communicatio: licet ita simpliciter dicat, lucra esse communicanda: non dicit qualiter, & quomodo, & ideo inferius enucleabo. Cum vero Bartolus dicit, ꝙ si patruus tutor est negotiatus de pecunia propria, sed redacta ex bonis communibus cum ipso pupillo, tunc lucrum est proprium ipsius patrui: sed tenebitur pupillo ad vsuras, & interesse: quia debuit illā pecuniam deputare ad emendum bona immobilia pro ipso pupillo. Respondeo ad hoc: primo, Bar. loquitur in patruo tutore, ergo non vendicat sibi locū in patruo, qui non est tutor: in patruo vero, qui est tutor, bene vendicat sibi locum dictum Bartol. Et fateor procedere, quòd tenetur tutor patruus ad fructus percipiendos ex illis rebus emptis: sed tunc est necesse articulare, & probare ex parte illius sororis, ꝙ erant prædia vænalia, & res vænales, quas iste patruus tutor potuisset emere, & non emit: & hoc modo conuincitur tutor in negligentia: ista est elegans doctrina Bartoli in l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem. ff. de administrat. tuto. allegat text. in auth. vt hi, qui ob. res mi. §. pe. & l. cum plures. §. fi. ff. de administ. tuto. & l. idemque. §. 1. ff. pro socio. Et si quispiam dixerit, ꝙ saltim debuit ponere ad honestum lucrum penes aliquem bonum mercatorem: vt voluit Bar. in l. diuus. ff. ad l. fal. qui allegat ad hoc c. per vestras, de do. post diuor. restit. & quod voluit Ludo. Roma. in consilijs suis, consilio 136. incip. pro propositæ quæstionis decisione, quia ad hoc respondeo, ꝙ illud dictum Bartoli in d. l. diuus. & Ludou. Roma. in dicto consilio, debet intelligi eo casu, quo potuit reperire bonum mercatorem, penes quem debuerit deponere pecuniam pupilli ad honestum lucrum, alias non tenetur. & ideo sit bene cautus procurator, vt videat si per aduersarium est articulatum, quòd potuit emere prædia & non emit, vel potuit ponere penes bonum mercatorem, & non fecit: & sic fuit negligens: & ita si non articulabit, succumbet. Nec obstat, quod voluit Bald. in d. l. si patruus. vbi dicit, ꝙ si tutor aggreditur solitum negotium patri pupillorum &c. quia ad illum respōdeo, & pro certo est dictu, & recitatione, & auditu memorabile, sed loquitur ibi Bal. qn̄ simpliciter continuat eandem negotiationem: quia alio non apparente videtur continuare societatem cum pupillis nepotibus, sicut cum fratre pater illorū pupillorum: sed in casu nostro non est sic ex eo: quia isti patrui mutarunt intitulationem librorum, & illam conceperūt suis proprijs noībus, quo casu non vr̄ voluisse continuare societatem, & istud voluit Ang. in superius al-
21 legato cōsilio, & sic Bal. loquitur in casu dubio: sed in casu certo stabimus certo: quia in incertis † & nō certis locus est coniecturis. l. si certis annis. C. de pac. l. certa forma. C. de iur. fisc. libr. 10. l. pediculis. §. argento. ff. de auro & ar. leg. cum si. & sic illud dictum Bald. quod ibi sequitur Sal. non pungit, nec mordet hanc difficultatem, & sic ꝯclusio est verissima, ꝙ nul-
22 lo modo vr̄ ꝯcta societas. ¶ Capio † aliud dubium, posito ꝙ dicta filia, seu soror possit petere legitimā debitam iure naturę ipsi suo fratri, an poterit solum deducere medietatem tertiæ partis totius hæreditatis, & bonorum dicti testatoris: cū legitima, quæ est tertia, hoc casu erat filij & filiæ, q̄ filia in sua medietate dictę tertię partis debet computare dictas quingentas libras, in quibus fuit hæres specialiter instituta, an legitima debita ipsi filio sit tertia totius hæreditatis dicti testatoris, in qua nihil debeat imputari

de dictis libris quingētis, in quibus dicta filia fuit instituta: mihi videtur esse, ꝙ ista filia computet sibi illas quingentas libras. Et circa hoc iudicio meo facit quæstio, quam formauit Dyn. in l. plane. §. si duobus. ff. de legat. 1. vbi quæsiuit, pater habens duos filios vnum exhæredauit, & merentem, seu gratum alium filium fecit vniuersalem hæredem: modo dubitatur, an legitima illius instituti sit triens totius: quia exhæredatus habetur pro mortuo: vt ff. de coniung. cum eman. lib. l. 1. §. si pater. el primo. & sic tanquam solus, & vnicus trientem suo iure sentit. Pro hoc etiam facit: quia cum exhæredatus nihil sit habiturus, non debet alijs partem facere, arg. ff. de contra tab. l. post mortem. §. l. ber. & ibi inducit Dy. text. in authen. de natu. lib. §. ꝙ si legitimorum. quam rubricam pauci habent, & est post titulum, de consulibus. Modo in casu nostro, aut dicemus istam filiam videri stante dicto statuto exhæredatam, seu exclusam a successione patris: aut non dicemus illam exhęredatam & exclusam a dicto statuto, Dyn. decidit in fauorem istorum patruorum, videlicet, quod legitima dicatur triens, tam in eo, quod habuit dicta filia, q̃ in eo, qđ habuit, aut debebatur ipsi filio. Et ꝙ nō sit exclusa a legitima, apparet ex primo statuto, in quo dicit, mulier a successione ab intestato, vel ex testamēto repellatur, si inter masculos ad inuicem, vel cum alijs quæstio oriatur super debita iure naturæ, quota sit: vt quanta intelligatur propter numerum liberorum tales fęminę in numero liberorum non contineantur, seu computentur, quoad legitimam, & sic non exhæredat, aut excludit eam a legi-

23 tima simpliciter: sed quo† ad hoc, videlicet, quando est, quæstio inter ipsos masculos ad inuicem quota sit eorum legitima: tūc filia non computatur in numero filiorum quoad legitimam: ergo vbicunque nō est quęstio, quota sit legitima inter ipsos liberos, tunc stamus dispositioni iuris communis. l. si extraneus. ff. de condit. ob cau. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. nam nunquam quis excluditur a legitima, nisi specialiter de illa legitima fiat mentio: vt habetur in text. sing. l. si quando. §. generaliter. in ver. specialiter. C. de inoff. test. & ibi Bal. & Sal. & notat Gul. de Cu. & Ang. in l. de his. ff. de transact. & facit: quia excludere quem a legitima hæreditate est exhæredare eum: lege, qui volebat. ff. de hæredi. instit. exhæredatio autem non valet, nisi fiat nominatim. l. 1. ff. de lib. & posthu. ergo sequitur, ꝙ extra casum statuti stabimus dispositioni iuris communis, & limitata causa limitatum parit effectum. l. age. C. de transact. l. in agris. ff. de acqui. re. do. cum si. ergo cum ista mulier non sit exhæredata, nec exclusa a legitima ex dispositione dicti statuti, sequitur necessario, ꝙ nullo modo poterit lucrifacere dictas quingentas libras, & petere tertiam partem bonorum dicti testatoris. Nec etiam excluditur per aliud statutum, quod incipit, ordinamus, ꝙ si pater, vel mater, in versi. & in ipso testamento aliquid iure institutionis, vel alio modo filiabus, vel alijs fœminis relinquatur, etiam si minus sit legitima, quod relinqueretur aduersus filios, vel alios liberos masculos ex tali testatore descēdentes ad repletionem, vel contra testamentum agi, vel excipi non possit per filias, vel alias fœminas supradictas. Si bene consideretur istud statutum non excludit filiam a legitima, nec exheredat: sed causa excludit a supplemento, & vult, ꝙ stet contenta eo, quod relinquetur sibi a patre, & sic mandat, & præcipit, ꝙ pater relinquat, & ꝙ filia stet contēta eo, quo pater reliquerit: quasi statutum confidentiam accipiat a patre versus amorem filiarum, & sic nullo modo excluditur ista filia a legitima, & per consequens sequitur, ꝙ illę quingentę librę cōfunduntur cum tertia parte bonorum dicti testatoris: & sic Dyn. in terminis decidit pro parte nostra. Si vero dicimus, quòd est exhæredata, & exclusa a legitima, stante dispositione dictorum statutorum, quod non est verum: vt superius, est ostensum: tunc stat opinio Dy. ꝙ tertia pars bonorum est, integra legitima filiorum succedentium: sed opinio Dyn. non videtur vera. & contra Dy. tenuit Bartolus in commento legis, pater fi-

24 lium. ff. de inoff. test. & mouetur: quia institutus † in re certa, vel in sua legitima censetur singularis successor, saltem in scripto hærede vniuersali adeunte vt lege, quoties. C. de hæred. institu. Sed particulares successores non habent ius accrescendi, eo quòd est conuictus alteri coniunctione legali: lege, & Proculo. ff. de legatis secundo, & plenè no. in l. seruus communis. ff. de acquirend. hæred. Constat autem, quòd fratres in hac legitima sunt coniuncti coniunctione legali: quia omnes ad vnam legitimam vocātur: ergo iure accrescendi non veniunt, & per consequens nō possunt habere partem exhæredati ex iure accrescendi, nec possunt suo iure totum petere: cum sua legitima non sit nisi tertia eius, quod ipsi essent habituri ab intestato. l. cum quæritur. l. parentibus. C. de inof. test. & in d. auth. nouissima. ergo &c. Ita dica-

25 mus in casu nostro, cum legitima † ipsius filij non sit nisi tertia eius, quod ipse esset habiturus ab intestato, sequitur necessario, quòd tertia pars bonorum comprehendit totam legitimam filiorum, & legitima ipsius filij est illa portio, quæ sibi debebatur ab intestato: sed ambo filia & filius succedebant ab intestato in tertia parte bonorū ipsius patris, ergo &c. Facit etiam; quia portio deficiens tūc accrescit coniuncto, quando non est a testatore, vel a lege dispositum, quid de ea sit fiendum in casu illo, vt est in substituto, qui præfertur coniuncto. l. j. §. in primo. C. de caduc. tol. & §. pro secundo. auth. hoc amplius. C. de fideicom. Sed propter demerita exhæredati est prouisum tam per testatorem, quàm etiam per legem, vt remaneat penes vniuersalem hæredē, illud quod aufertur exhæredato: vt in authent. vt cum de app. cog. §. causas. sequitur in casu nostro hic, posito, non tamen concesso, quòd illa filia haberetur pro exhæredata ex dispositione dicti statuti, quòd non est verum, vt est dictum: nihilominus sua legitima veniret ad hæredē vniuersalem, & non ad fratrem eius, & per consequens vt hęres vniuersalis tenetur ad restitutionem bonorum testatoris: vt ex dispositione testatoris. Et ex prædictis apparet responsio ad primam rationem Dy. nam licet filius exhæredatus habeatur pro mortuo, tamen alius filius non venit ad totum iure suo: quia non potest nec iure accrescendi, quod nō potest habere locum: sed in d. §. si pater. veniūt iure proprio. Ad secundam rationem patet etiam responsio: quia tunc qui nihil esset habiturus partem alijs non facit, quando alius a testatore, vel a lege non est subrogatus loco illius: vt l. si Titio. ff. de lega. 2. sed hæres vniuersalis est huiusmodi, vt est dictum: ergo &c. Ad §. quòd si legitimorum, respondet ipse, ꝙ magis facit pro se: quia ibi loquitur in curialibus, qui etiam si nullum habēt filium, nouem vncias suę hæreditatis non possunt hæredi extraneo relinquere: vt in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. si igitur. & §. vero. & §. gñaliter. merito ibi portio filij exhæredati non debetur extraneo hæredi licet id permittatur patri illam portionem distribuere inter liberos, sicut voluerit: & sicut hæc distributio permittitur inter liberos pro patris libito, sequitur, quòd legiti-

26 ma illorum, qui non sunt ingrati † patri, non augetur propter aliorum ingratitudinem, alias non posset ingratorum portionem inter gratos, & beneuolos pro libito distribuere: cum legitimā nulli libero-

rum

rum possit minuere. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. & sic Bar. decidit formaliter istam. q. sequitur ergo, quod legitima illius filij non est aucta, posito, quod illa filia sit exhæredata ex dispositione talis statuti: quod tamen non est verum: vt superius est ostẽsum. Et etiam est animaduertendum ad statutum, quod incipit, ordinamus, quod si pater &c. quia inquantum dicit, quod si in testamento filiæ aliquid relinquatur iure institutionis, etiam si minus sit legitima illud, quod relinquitur, aduersus filios, vel liberos descendentes ex ipso testatore non possit filia agere ad supplementum: nec etiam agere, aut excipere contra testamentum, & sic tale statutum excludit eam ex testamento, sed ab intestato eam non excludit, & sic ab intestato eam non facit insuccessibilem. vnde Bal. in quodam suo eleganti consilio, quod incipit, statuto ciuitatis Mantuæ, sub rubrica de suc. ab intestato sic cauetur, quòd sorores cum fratribus ab intestato non succedant in bonis patris: & si dotatæ non fuerint, teneantur fratres ipsas dotare, consuluit Bal. quòd si pater fecit testamentum, & reliquit filiæ minus legitima portione, quòd potuit filia agere ad supplementum: quia tale statutum non considerauit, nisi causam intestati: si ergo fecit testamentũ, stabimus dispositioni iuris communis, tanquam in casu non prouiso a statuto: & est illud consilium in ordine meo consilium 250. & idem Bald. in quodam alio consilio, quod incipit, quęstio in hoc stare videtur. & est. 12. consuluit, quòd si statutum excludit filiam ab vniuersali successione in causa intestati, an excludat eandem a iure rumpendi per contra tabulas, vel a iure dicẽdi nullum in causa testati: & multum laborat ibi super hoc Bald. & dicit, quid dicam, finaliter subsisto: quia de apicibus iuris est quęstio, ęquitas fauet testamento, rigor est in contrarium, quia statutũ loquitur de simplici via succedendi ab intestato: tamen si statuentes fuissent de hoc interrogati, proculdubio idem statuissent: vt l. tale pactũ. §. fina. ff. de pact. Postea subdit, non possum recedere ab eo, quod dixit lex: quia illud testamentum est non solẽne, & sic concludit, quòd illa mulier est insuccessibilis ab intestato: sed ex testamẽto bene succedit, & potest rumpere, & contratabulare testamẽtum, & istud voluit Salycet. in dicta authen. nouissima. in vlt. q. vbi multum subtiliter, & copiosè tenet istam partem, quòd filia potest venire contra testamentum patris, quando statutum eam excludit ab intestato, & refert in contingentia facti ita consuluisse dominum Ioannem de Riccis de Florentia, & Bald. in ciuitate Mantuæ, dum legeret Papiæ: non tamen allegat consilium: sed ego superius allegaui. & facit, quod voluit idẽ Bal. in l. Gallus. §. & qd si tantùm. ff. de liber. & postum. in versicu. & hæc faciunt ad quandam quæstionem difficilem, & idem etiam voluit Ange. in dicto §. & quid si tantum. licet aliter dixerit idem Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. Et sic in casu nostro, cum istud statutum prohibeat filiam venire contra testamentum, quando pater ei aliquid reliquit: sequitur, quòd eam non facit insuccessibilem ab intestato: & etiam disponit tale statutum, quòd ex testamento succedat, & quòd pater ei relinquat iure institutionis, aut alio quocũque modo, & per consequens non potest dici istam filiam non debere habere legitimam, ex quo stabimus in regula iuris communis, quòd istius filiæ, & illius filij legitima erit tertia pars bonorum ipsius testatoris, & per consequens illæ quingentę librę computabuntur in illa tertia parte bonorum testatoris, & per consequens dicta filia computatur in numero liberorum. Et ita concludo in fauorem ipsorum patruorum.

EPITOME.

¶ Dictio insultus; quomodo sumatur, & de materia testium, & an princeps possit remittere pœnã applicandam parti. & quid de statutaria

SVMMARIVM.

Insultum quis dicatur facere. nu. 1.
Testi vario, aut contrario non credendum. nu. 5.
Testimonio vt quis repellatur, oportet eum esse condemnatum de crimine, aut conuictum. nu. 10.
Testes eundem & præmeditatum sermonem afferentes, an probent. nu. 13.
Iniuria, quæ dicatur personalis, & quæ realis. nu. 19.
Princeps, cui facit gratiam, videtur eum restituere. nu. 21.
Partes pœnam statutariam non possunt tollere. nu. 22.

CONSILIVM XI.

Illud In medium afferam, quod gloriosus Paulus apostolus bellissime scripsit ad Corinthios primo capitulo. Sapientia nobis a Deo, sanctificatio, & redemptio. Ideo clementissimum Deum oro, vt sua solita benignitate intellectũ mihi aperiat ad veritatem inuestigãdam in pręsenti consultatione. Et quidem viso puncto, & processu, & attestationibus diligenti animaduersione pensatis, & examinatis, capio primum dubium, an insultus, de quo in dicta inquisitione habetur, sit sufficienter probatus. Et ante omnia præmitto illud, quod pulchre voluit Bar. in l. j. §. 1. ff. si quadru. pau. fecis. dica. vbi dicit illum tex. esse notandum pro statutis, quæ loquuntur de aggressu,
1 vel insultu: quia ille † dicitur facere insultum, qui se promouit de loco ad locum: vt l. is qui aggressorem. C. de sica. Et etiam ibi dicit Bart. quod aggredi, insultare, & similia idem important: nam idem est dicere aggredi, quod ad alium ire. Item insultus hoc est in aliũ saltus, & similiter assalire, hoc est aduersus aliũ salire, allegat d. l. is qui aggressorem, & idem Bar. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff de pœn. dixit, quod insultus est in alium saltus: ideo dicit, quod si vnus ex socijs stantibus in mensa, vel eũtibus per viam, alium vulnerat, non punitur pena insultus: sed pœna proditionis, & sic siue consideremus insultum secũdùm allusionem vocabuli, siue secundùm diffinitionem, est motio de loco ad locũ, & saltus aduersus, & contra alium: vt voluit Lud. Ro. in l. si quis. §. fi. ad sylla. & Bald. in c. 1. §. similiter. in titu. qui. mo. feu. amit. dicit, quòd assaltus dicitur ad alium saltus, qui fieri potest pedes & eques, in solo & in aqua, allegat dictam l. primam. §. cum arietes, & l. quemadmodum. §. si nauis. ff. ad l. aquil. Et subdit ibi Bal. quod si ad inuicem se astringere non possunt, iste non dicitur assaltus in personam: vt si sunt duo, qui bellant in duabus turribus, & ex istis apparet, quid sit insultus: quia est saltus in alium de loco ad locum. Modo Ioannes Frigerij testis examinatus per iudicem maleficiorũ super insultu facto Petro Barberio per Andream & Bonifacium de Rosatis: dicit, quòd prædictis de Rosatis declinauerunt arma, quæ in suis manibus habebant: videlicet vnum spetum pro quolibet erga ipsum Petrum, faciendo contra ipsum Petrum maximum insultum, & terrorem: dicendo ipsi Petro: fatti inanzi se tu voi dire niente: qui testis audiens prædicta accessit, vbi erãt illi de Rosatis, & Petrus prędictus, & dixit illis de Rosatis: voi ve deueresteue vergognare a fare tale cosa, andate con Dio in malhora, & incontinẽti illi de Rosatis a nemore prędicto recesserũt. ita formaliter deponit iste testis. Modo est accurate vidẽdum, si iste testis probat insultum, & recte videtur dicẽdum, quod non: quia (vt ex supradictis apparet)

insultus dicitur esse saltus in alium,& commotio de loco ad locum: sed iste testis dicit, quòd fecit maximum insultum contra ipsum Petrum,& maximum terrorem dicendo: fatti inanzi se tu voi dire niente. & sic apparet, quod si illi de Rosatis dixerunt: se tu voi dire niente fatti inanzi, quòd illi de Rosatis non mouerunt se de loco ad locũ, faciendo saltum contra ipsum Petrum: ergo sequitur, quòd non fecerunt maximum insultum contra ipsum Petrũ: quia si interpellarunt ipsum Petrum ad veniendum contra eos, si aliquid dicere volebat: ergo necessarium est dicere, quod insultum nullum fecerunt: quia si insultassent ipsum Petrum, non interpellassent ipsum ad veniendum contra se:& sic iste testis, primò videtur sibi contrarius, dum dicit de maximo insultu,& de vocatione. Vnde ista stant simul, ꝙ inclinauerint, seu ambassauerint arma, & interpellauerint ipsum Petrum, si volebat aliquid dicere contra eos, & nullum insultum fecerunt: ergo iste testis tanquã sibi contrarius est repellendus,& perꝯsequens nulla fides est ei adhibenda. Facit c. cum ecclesia Sutrina, de causa poss.& proprie.& l. qui falso. ff. de testi-
2 bus. allegans contraria † non auditur. l. 1. C. de fur. c. solicitudinem, de app. cum si. Et dicit bellissimè Io. And. in c. cum Ioannes Heremita, de fide instr. in q. cuiusdam Abbatissæ, ꝙ non potest esse simplicitas, vbi est contrarietas,& loquitur in muliere, & rustico contrariante: vt nullo modo sit eis parcendum, & refert & sequitur illud dictum Bal. in l. scripturæ. C. de fide instru. Licet ergo in proposito nostro iste Ioannes testis productus sit rusticus: tamen ex quo est sibi cõtrarius, nullo modo est excusandus, & per consequens non est ei fides aliqua adhibenda:& sic ex hoc capite testimonium istius Ioannis peccat, &
3 laborat in dicto:& etiam facit, quia vbicunque † testis deponit super eo, quod non est verisimile, non est adhibenda fides sibi, vnde singu. dixit Innoc. in c. auditis, de præscrip. quòd si testes sunt hincinde contrarij: quia ex vna parte producti sunt contrarij testibus productis ex altera parte, quòd tunc statur testibus deponẽtibus super eo, quod est conforme iuri communi potius, quam testibus deponentibus super eo, quod est conforme iuri speciali. & est ratio: quia deponunt super eo, quod est verisimilius. Hoc etiam probatur in c. licet causam, de prob.& in l. ob carmen. §. fi. in ver. credendum est, quod naturæ negocij conuenit,& in ver. quę rei aptiora esse compererit.& in versi.& testimonia quibus potius lux veritatis assistat,&c. ff. de testi. non enim congruit naturæ huius insultus, quòd non recesserint de loco ad locum, saliendo contra ipsum Petrum. Vnde repugnat definitioni,& allusioni vocabuli ipsiꝰ insultus: vnde necessario sequitur, quòd non fecerũt saltum in ipsum Petrum: ergo insultum non fecerunt, & maximè, quia loquitur dictus testis in superlatiuo: dicit enim, ꝙ maximum insultum fecerũt in ipsum Petrum: & maximè quia sumus in causa criminali: quia licet causa sit ciuilis, tamen ex quo pœna ve-
4 nit applicanda fisco, est pœna criminalis, † & causa criminalis est, vt voluit gl. in l. prætor ait. §. 1. ff. de sepul. viola. quam ibi sequitur Bar.& illam glo. allegauit ad hoc pro sing. Io. de Imo. in rub. ff. de pub. iudi. & in c. testimonium, de testi.& idem voluit Bald. in l. si qua per calumniam. C. de epi.& cler.& d. Ant. in rub. de iudic.& plenius ibi Abb. consiculus meus:& multo fortius in casu nostro cum sit causa criminalis, quo casu probationes debet esse luce meridiana clariores, vt l. sciant. C. de probat. cum si.& sic ex isto capite apparet, quòd non probat iste Ioannes insultum. Prẽterea deponit etiam idem testis, ꝙ ipse testis audiens prędicta accessit, vbi erant illi de Rosatis,& Petrus predictus,& dixit illis de Rosatis. voi ve deueresteue vergognare, a fare tale cose, voi deueti fare la pace insieme, voi vene potresti pentire, andateue cõ Dio in malhora.& incontinenti ꝓdicti de Rosatis a nemo predicto recesserunt: sed idem testis postea iterũ examinatus, & repetitus: quia prima vice fuit receptus ad informationem curiæ, dixit idem testis in ista secunda examinatione, an ipse Petrus habebat, aliquod genus armorum in manibus: respondit, quòd habebat vnum spetum cum hasta. interrogatus an illud abassauerit contra illos de Rosatis, respondit, quòd non, quod viderit: quia ipse testis semper reparauit, & obuiauit: ac medium se posuit, ne dicti de Rosatis irent contra dictum Petrum. Ita formaliter dicit in secunda sua examinatione. Apparet modo maxima variatio, & contradictio istius testis, tam in prima testificatione, quàm etiam in secunda: quia in prima testificatione dixit, illi de Rosatis abassauerunt arma, quæ habebãt in manibus erga ipsum Petrum, faciendo contra eum maximum insultum: dicendo, se tu voi niente veni inanzi. ex quibus verbis apparet manifestè, quòd non mouerunt se de loco ad locum contra ipsum Petrum: & subdit iste testis, ꝙ audiens predicta accessit, vbi erãt prædicti de Rosatis,& Petrus,& dixit illis, voi ve deuerestene vergognare,&c. Ex quibus verbis apparet, quòd illi de Rosatis non mouerunt se de loco ad locũ contra ipsum Petrum, nec ille testis posuit se medium, ne illi de Rosatis irent contra illum Petrum, nec semper reparauit, aut obuiauit: quinimo illi de Rosatis ad verba istius incontinẽti a prædicto nemore recesserunt, & per consequens aperto ore
5 iste testis est varius † in sua testificatione, & contrarius,& per consequens nulla fides est ei adhibenda: vt in d. capitul. cum ecclesia Sutrina.& d. l. qui falso, vel variè. Cum ergo ista varietas sit circa ipsum negotium principale, dictum eius non valet. l. eos.& latè ibi Bar. ff. de fal. vnde Bar. ponit cautelam in dicta
6 l. eos, quòd testis † in secundo testimonio ista verba apponat, quòd ipse dicit, prout sibi videtur modo, & si apparuerit aliter dixisse in alia causa ex nũc corrigit dictum suum: cum illo tempore melius recordaretur, & in casu nostro iste fatuus, seu iniquus testis non apposuit istam cautelam, & multo minus in casu nostro: quia est in eadem causa inter easdem personas ista variatio. ergo dictum eius est nullius momenti. Præterea etiam ex alio conuincitur falsitas huius testis: nam quidam testis productus, vocatus Iacobus, deponit se audijsse dici ab isto teste, antequam fuisset productus ad testificandum, ꝙ oportebat eum ire Mutinam ad testificãdum inter illos de Barberijs, & illos de Rosatis in quadam eorum differentia, qui interrogauit eum, quæ esset de ista differentia, qui testis narrauit accidentiam facti, videlicet, quòd Andreas Rosatus conquerebatur, ꝙ ille intrauerat territorium suum, seu boscum, & secabat,& ille Petrus respondit, tu non dici lo vero.& tunc Andreas dixit, tu menti per la gola: se tu sei de' Barberi, io sono de' Rosati, fatti inanzi se tu voi chouellæ,& abasò vna giauarina, che haueua verso lui dicẽdo: Piero me disse al corpo de Dio, che ce vignerò. & ipse testis mediauit se,& reputat se certum, ꝙ si ille Petrus habuisset arma longiora, fecisset malũ alicui illorum puerorum. Ecce modo qualiter longè variat ab eo, qđ postea testificatus est in iudicio, quo casu ꝓsumitur esse falsum eius testimoniũ præstitum postea in iudicio: maxime qa non fuit interrogatus ab illis de Rosatis. ¶ Et si forte quispiã diceret, ꝙ illud ita dixit extra iudicium, vt vellet complacere parti aduersæ, & sic illis de Rosatis, quod non fuit in casu nr̃o: vnde succedit elegãs,& sing. doctrina

na Bart.in d.l.eos.vbi dixit, ꝙ si testis dicit vnum extra iudiciũ,& aliud postea deponit in iudicio, ꝙ de-
7 bet puniri de falso & dat cautelam † ibi Bart.ꝙ ille, qui vult, ne alius producatur in testem, eum interroget, qualiter se habeat negotium, ꝙ si postea aliud deponit in iudicio, punietur vt falsarius, & licet ꝯtra Bartolum faciat gl.in c.cum causam, de testibus, & ꝯtrium teneat Saly.in auth.qui semel.C.de proba.in 8.q.& in l.si quis decurio.C.de fal.& in d.l.qui falso vel variè,& Ant.in c.dilectus, de capel.mona.& Bal. in c.1.§.si enim domino.in tit.quid sit inuestitura.& in c.1.§.cum autem, in tit.de controuersia inuestitu.& Angel.in consilio incipiente, posito pro constanti &c.& do.Anto.in c.cum in tua, de testibus, & in d. c.cum causam.& do.Pet.in c.per tuas, de prob.& in clem.2.de testibus. nihilominus in casu nostro non obstat, si illi doctores teneant ꝯ Bar.quia Bar.loquitur eo casu, quo testis est interrogatus à parte, quo casu est coloratum satis tenere ꝯ Bart.ex eo; quia vt communiter videmus, volũt testes complacere partibus: & aliter dicunt, quàm sint dicturi in iudicio. Sed in casu nostro iste testis non fuit interrogatus a parte, videlicet ab illis de Rosatis, sed ab extraneo: ergo sequitur, ꝙ non obstat opinio doctorum ꝯ Bar. quia loquitur in alio casu. Et etiam est subtiliter cõsiderandum circa hoc, & dicendum, ꝙ considerare debemus præsumptiones: aut enim extant validio-
8 res, †& fortiores presumptiones pro primo dicto: & licet aliter dicat postea in iudicio, tũc erit standum primo dicto licet extra iudicium. Aut præsumptiones sunt fortiores, & potentiores pro secundo dicto, quàm pro primo, & tunc stabimus secundo dicto, & non primo. ista est distinctio noua in ista materia, & probatur in textu aureo, & singulari in ca.literas, de præsumptio. Modo in proposito extãt fortiores præsumptiones pro primo dicto prolato per ipsum Ioãnem coram dicto Iacobo teste, vt apparet ex varietate ipsius testis, tam in testimonio primo reddito coram iudice maleficiorum, quàm etiam, quia ipse testis postea coram multis alijs ꝑsonis productis in testes, variauit ab eo, quod dixerat in iudicio, & sic antequam produceretur in testẽ variauit ab eo, quod dixit in iudicio, quàm etiam ab eo, quod postea extra iudicium dixit, & multiplex variatio reperta est in isto homine, & sic non est conueniẽs tale testimoniũ. facit, quod hr̃ in passione dñica dum dr̃.& non erant ꝯuenientia eorũ testimonia, & maxime considerato, ꝙ iste Ioannes est homo criminosus, & infamis, & homicida, & iam committens homicidium dr̃ cõmittere crimen immane: vt pulchre dixit text. in c.miror.l.di.in ver.flagitium tam immane, vt inferius hoc ostendam. Et sic apparet ex multis, ꝙ nullo sit adhibenda fides huic Ioanni testi, considerato, ꝙ causa sit criminalis, & ipse est infamis saltem de facto, & sic non est testis omnino integer, & attẽtis tot variationibus: vnde coniungendo oĩa simul, liquidissime apparet, ꝙ nulla fides sit ei adhibenda. Facit glo.quæ allegatur pro singulari.in l.2.ff.de excu.tut.
9 ꝙ duę præsumptiones † faciunt vnam plenam probationem, facit.c.afferte, de prę̄sump.c.ad nostram, de emp.& vend.& c.illo vos, de pignoribus.& l.excipiuntur.ff.ad sylla.& quod not.ibi Bald.& quod voluit idem Bal.in l.fin.C.de proba.& sic probatur per ista, ꝙ fit plurium præsumptionum coniunctio, vt inducantur plena probatio: vt voluit Barto.in l.1.§. item Cornelio.ff.de quæstio.& facit, quod habetur in l.in modicis.ff.de contrahen.emp.gloss.in c.accedens.el 2.vt lite non contest.& in c.cum causam, de prob.& in l.3.§.eiusdem.ff.de testib.& Bald.in l.3.C. ad l.Iuli.maiesta.& Ioan.de Imo.in c.veniens, el j.de testibus.& do.Abb.in d.c.cum causam, & in c.tertio loco, de probatio.& pulchre scribit do.Petr.de Anchar.in consilijs suis, consilio 165. Ex quibus modo apparet, ꝙ ex istis pluribus præsumptionibus resultat integra probatio, ꝙ nulla fides est adhibẽda huic Ioanni testi. Et præterea facit ad prædicta, quia probatum est, istum Ioannem testem esse criminosum: quia commisit homicidium, quo casu repellitur a testimonio per c.testimonium, de testibus. Et si dica-
10 tur, de iure † ciuili ad hoc vt quis repellatur a testimonio, vel ab accusatione, requiritur, ꝙ sit conuictus, & condemnatus de crimine, hoc tenuit glo.in c.super eo.el 1.de testi.& in c.j.de excep.& mouetur per tex.in l.athletas.§.calũniator.ff.qui no.infamia.& per tex.ĩ l.3.§.lege.ff.de testi.& facit.l.qui iudicio. in versic.calumnia notatis.ff.de accusati.& in l.eius qui delatorem.ff.de iure fi.& in l.eadem.§.hac lege damnatus testimonium publice dicere prohibetur. ff.ad l.Iuli.repetun.& l.1.ff.de his, q̃ no.infa.& quod voluit Ia.Bu.& Ang.in d.§.calumniator. Quia imo probo euidentissime, ꝙ sufficiat, ꝙ sit conuictus, & pro hoc alle.glo.valde sing.in d.l.qui iudicio, in glo. iudicatus.quæ supplet, vel conuictus.vnde sicut repellitur quis ab accusando, si est condemnatus, vt ibi: ita repellitur si est conuictus, & allegat tex.in d.l. 3.§.lege. ¶ Et si dicatur, amice.l.qui iudicio.loquitur eo casu, quo quis accepit pecuniam, vt accusaret, vel vt non accusaret: & sic loquitur in accusatore.& text. in §.lege.loquitur in teste. ergo de vno arguitur non ad reliquum, & sic non bene loquitur illa gl.quia de vno non infertur ad reliquum. Glo.ibi valde sing.respondet, ꝙ eadem æquitas est in repellendo accusatorem, quæ est in repellendo testem, & sic concludit, ꝙ illamet exceptio, quę repellit testem a testimonio repellit accusatorem ab accusando. Et sic concludit, ꝙ ad repellendum testem, vel accusatorem, sufficit, ꝙ sit conuictus de crimine: quo efficitur infamis, & ibi Bar.dicit illam glosam optime dicere, & eam ibi sequitur Ang.& sentit ibi gl.expresse, ꝙ text.in §.lege. habet locum in conuicto solum, & per ꝯñs Bernardus in suis gl.pace sua dixerim, nõ bene ponderauit in isto puncto. Et ad hoc ẽt allego tex.in l.accusator de præuaricatione conuictus, postea ex l.non accusat.ff.de præuaricato.vbi præuaricator infamis efficitur: vt d.l.athletas.§.præuaricator.& tñ sufficit, ꝙ sit conuictus, vt repellatur ab accusando. Ita dicamus in testimonio sufficere, ꝙ sit conuictus.allego etiam ad hoc 4.q.3.tex.in §.lege.in vers.qui ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus, vel ꝯuictus erit: ecce ibi clarus tex.ꝙ requiritur, ꝙ sit aut condemnatus, aut conuictus. Ad hoc etiam allego gl.in d.§.lege.4.q.3.quę dicit, ꝙ ſm leges repellitur criminosus, & si nondũ sit lata sententia ꝯ eum, & sic sufficit esse conuictum, & glo.Accur.in d.l.3.§.lege.in vers.conuictus, supplet, scilicet per suam confessionem. Et sic apparet, ꝙ sufficit, ꝙ sit cõuictus, aut testibus, aut ꝯfessione sua, vt repellatur a testimonio, & æquiparãtur ista confessio, & conuictio, seu esse conuictum testibus: vt probat tex.c.at si clerici, de iudi. Et ad iura superius allegata in ꝯtrium respondeo, ꝙ debent intelligi ſm.d.l.accusator.& sic sufficit, ꝙ sit conuictus: vnde quod dicitur, ꝙ imo requiritur sententia, supple, vel æquipollens.& ideo dixit Bald.in l.j.C.ne ex deli.defun.ꝙ si reus accusatus post confessionem criminis mortuus est, bona eius confiscãtur, & si opponatur, ꝙ requiritur sñia: respondet ipse, ꝙ sufficit æquipollens.facit l.fi.C.ex quibus causis infa.irro.in ver.conuictus, aut conuentus &c. Et satis est, ꝙ appareat ex actis istum fore criminosum, argumen.eius, quod not.glo.in l.sancimus.C.ad Trebel. Cum ergo in proposito nostro appareat per testes istum Ioannem

nem fuisse confessum se occidisse hominem,& probatur ex fama,& ex multis, vt apparet ex processu, quo casu resultat crimē notorium,& homicidiū notorium: ergo sufficit,arg.eius,quod habetur in c.ad nostram, de iureiur. & in.c.cum olim.de re iudi.& in c.bone. de elec.&.l.ij.§.ꝙ si de frumentaria .ff.de admi.re. ad ciui. perti. ergo &c. ¶ Preterea accedat etiam;quia iste perseuerat in peccato mortali, quo casu repellitur a testimonio. nā licet gl.multū sing. in d.l.3.§.lege.dicat,ꝙ de iure nostro, scilicet ciuili, homicida non repellitur a testimonio:sed secūdùm canones bene repellitur.& ibi allegat gl.totas decreti. & facit gl.in.l.fi.C.ex quibus cau.infer.irrog.tū ille gl.intelligende sunt in homicida emendato,& reducto ad bonos mores: sed in eo, qui perseuerat in peccato mortali est secus:& ad hoc alleg.elegans simile, quod refert Bal.in l.apud antiquos,ad fi.C.de fur.vbi dicit,ꝙ faciens domestica,& perseuerat in illis,punitur vt pro magno furto,alle.Nico.de Mat.& Odof.& facit l.3.ad finē.C.de epi.au.& quod ibi voluit Guil.& Bal.cum ergo ille perseuerat in peccato mortali,imo continuato tali peccato non est alienū ab heresi: nā dixit in suo testimonio, ꝙ in paschate pp sua demerita non accepit corpus dñicum,ꝯ omnem iuris dispositione: vt in c.oīs vtriusque sexus,de pę.& re.& iuxta illud.quod dixit beatus Paulus,probet seipsum homo,& sic de pane illo edat,& de calice bibat &c. Et sic
11 † apparet,ꝙ perseuerat in peccato mortali,& cōtinuatū tale peccatū non est alienū ab heresi.vt no.in d.c.oīs vtriusque sexus. Et facit,quod hr̄ in c.quicunque,& in c.rursus.11.q.3.& no.in c.1. de iudi.de intellectu illorum iurium.c.quicunque, & ca.rursus.& facit, quod hr̄ in c.cum contumacia, de here.lib.6. Præterea nos sumus in causa criminali:vt superius fuit dictum,quo casu requiruntur probationes luce meridiana clariores: vt in l.sciant.C. de proba:& sic requiruntur testes integri, & per ꝯns
12 testes infames † infamia facti repelluntur a testificando in cā criminali:facit, quod no.Bar.in l.Cassius.ff. de Senato.& Bal.in l.cunctos populos.C.de sum.tri. & fide. Et ideo idem Bal.dicebat in c.j.in ti.per quot testes probetur ingra.ꝙ vbicunq;ius requirit testem integrę opinionis,non sufficit esse infamem infamia facti. Et facit,quod voluit Ia.Bu.in d.l.ob carmen.§. fi.de testi.& latè concludit Bal.in l.cunctos popu.infamē infamia facti non posse testificari in causa criminali.sed ille effectus est infamis infamia facti,& leuis opinionis,& grauata est ꝯditio sua apud bonos, & graues pp homicidium ab eo commissum, & pp alia,de quibus apparet in testibus productis: sequit̄, ꝙ nō potuit testificari in ista causa. Et ex istis multifariè,multisq; modis apparet nullam fidem esse adhibendam huic testi:& maximè cū dicit,ꝙ iuit cum illo Petro ad denuntiādum illum insultum ad illos de Barberijs,quo casu resultat sinistra suspicio ꝯ eū. ¶ Nunc vero capio secundū testem, videlicet illum Antonium filium dicti Ioānis testis, qui formaliter deponit eodem modo,quo deponit eius pater,& sic
13 eūdem † meditatum sermonem exprimit,quo casu non valet dictum eius. vnde Bal.in ti.de pace Const. in §.die lunæ.dicit per illum tex.probari apertè, ꝙ si tabellio scripsit primo dicta vnius testis,& postea dixit idem per omnia talis testis, siue sub eadem die, siue sub alia, non est vis, ꝙ talis scriptura probat in vnam consonantiā concordasse: licet aliqui dicant, ꝙ ista scriptura non valet pp incertitudinem,alij dicunt,ꝙ non valet: quia proferunt eundem meditatum sermonem.Bal.verò ibi dicit,ꝙ nec prima rō valet:quia totum vr̄ repetitū,nec secunda:quia quod dr̄ de eodem meditatio sermone, habet locum, qn̄ testes sunt suspecti: secus si sunt bonæ famæ,& sic ꝯcludit Bald.ibi, ꝙ data suspicione testium, quando proferunt eundem meditatum sermonem, non valet eorum testimonium,& per consequens non adhibetur eis fides. Sed ita est in casu nostro:quia proferunt eūdem meditatum sermonem,& sunt suspecti:vt satis appareat de suspicione illius primi testis: & quia iste seruus est eius filius, & est.14.annorum: & sumus in causa criminali: ergo sequitur, ꝙ nulla est fides adhibēda huic seruo testi.facit l.3.post prin. ff.de testi.vbi testes dicuntur suspecti,quando proferunt eundem meditatum sermonem:& ideo Host. in c.nihil,de verb.signifi.reprehendit quosdam notarios,qui ex pigritia scribunt dicta testium hoc modo, dixit in omnibus,vt proximus, & malè faciunt secundùm eum: & hoc etiam corrigit:quia ex modo loquendi multum potest comprehendi falsitas, & ideo dicit,ꝙ tutius est, quòd extense describātur, & loquitur Hosti. eo casu, quo notarius scribit hoc modo, talis testis productus dixit in omnibus, prout testificatus est dictus testis. & in casu nostro non est sic:quia iste notarius scripsit per extensum testificationē istius Antonij,qui Antonius de verbo ad verbum testificatus est:vt eius pater,& sic eundem meditatum sermonē protulit.meritò apertissimè comprehenditur falsitas.& ibi domi. Anton.dicit in d.c. nihil.ꝙ est necessarium,ꝙ notarius scribat per extensum:quia aliàs non probaret dictum testis,quasi per omnia proferat eūdem meditatum sermonem. Facit,quod pulchrè voluit Spe.in tit.de teste.§.tractandum.versi.cautum quoque vbi dicit,ꝙ curia Romana reprobat talem modum, ꝙ notarius scribat dictum testis abbreuiate,& dixit,testificatus est vt proximus, & Clemens quartus tale testimonium non admittebat.Et ideo Bal.in l.1.C.de vete.iure enucle.
14 dicit, ꝙ propter nimiam † obscuritatem,& diuersitatem & similitudinem dicitur fides testium vacillare:& ibi etiam dicit, ꝙ iudex debet arbitrari:& considerare ex coniecturis,an proferendo vnum,& eundem meditatum sermonem videātur subornati: & facit,quod voluit Bald.in l.verbum volo.C.de fideicom.& in l.ampliorem.§.in refutatorijs.C.de appel. & in l.testinm.C.de testi.& text.in c.causam quæ, & in c.ex tenore,de testibus,& do.Anto.in c.licet ex suscepto,de foro compe.Et sic apparet ex hoc,ꝙ nulla fides adhibenda est huic secūdo testi,& maximè pręsumitur subornatio de facili: quia pater falsum est testificatus, vt apparet ex prædictis, & iste filius profert eūdem meditatū sermonē,& est puer,quia quatuordecim annorum, in quo de facili præsumitur subornatio,& maxime, quia ꝑ oīa dicit,vt dixit eius pater:& etiam quia est minor.20.annis,quo casu iura prohibent minorem posse esse testem in causa criminali: vt est tex.est in l.in testimonium,in verb.qui minor.20.annis erit.ff.de testibus. & facit gl.mag.in l.inuiti.ad fi.eo.ti.cum ergo ista sit causa criminalis, sequitur,ꝙ nullo modo potuit testificari iste Antonius minor.20.annis.& admirari vehementer soleo in hac facti contingentia,ꝙ iudex ad testificationem istorū duorum testium tulerit sententiam ꝯ illos de Rosatis ad soluendam pœnam: Deus videat,& qui habet aures audiendi, audiat, ꝙ in causa criminali feratur sn̄ia ex testificatione testium falsorum,inhabilium,& minorū.20.annis,auditu & dictu vr̄ horrendum. Et ideo concludo ex supradictis,insultum prædictum nullo modo fuisse probatū:& ideo standum est regulæ,ꝙ actore non probante, reus est absoluendus:vt in c.vt nostrū,vt eccle.benefic.& l.qui accusare.C.de edendo.cum similib.Et ideo ex superioribus dictis concludo partes iudicis esse in declarando dictos de Rosatis nō indicisse in pœnam: & ēt declarare illam sententiam fuisse nullius momenti.

¶ Capio

¶Capio aliam dubitationem, quæ iudicio meo est toto posse examinanda: licet per dominos aduoca-
15 tos non fuerit tacta, videlicet stante † instrumento ꝓmissionis de nō offendendo aliqualiter, vel aliquo modo, vel quacunque ratione, vel causa &c.& illi de Barberijs fecerunt laborari, aut secari in bosco, & nemore illorum de Ro.quo casu nulla est dubitatio; ꝙ posito, ꝙ illi de Rosatis dedissent cum speto illis de Barberijs, non propter hoc incidissent in pęnā contentam in instrumento promissionis, & est ratio viua, & formalis: quia quoties quis non ex antecedenti causa, per quam ante promissionem fuerat facta promissio de non offendendo: sed ex causa de nouo superueniente offendit, nō dicitur venisse cōtra instrumētum promissionis: quia intelligitur ex causa de præterito, non ex causa de nouo superueniente: quo casu non dicitur venire contra promissionem. ita expresse determinat Bart. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœnis. & per tex. illum ibi. Et facit simile eius, quod dicimus de sententia, & transactione, contra quos quis venire non dicitur, si ex antecedēti cā non egit, sed ex noua superueniente: vt de sentētia probatur. ff. de except. rei iudi. l. cum quæritur. l. si de certa. C. de transact. & in l. si ita quis. §. Seia. ff. de ver. obli. Huic etiam sententiæ acquieuit Bal. in c. j. circa prin. de pace tenen. & viola. eius. ergo &c. Cæterum eadē cōclusio probatur ex sententia eiusdem Bal. in l. verum. ff. de furtis. & in l. licitatio. §. qđ illicitè. ff. de publica. dicentis, quod per adulterium in vxorem eius, cum quo pax facta est, commissum ante furtum bonorum eiusdem, non dicitur pax esse rupta: cum hæc ambo non fiat cā præiudicandi, sed retractandi inimicitiam iam sopitam: sed vnum causa libidinis, aliud vero causa lucri. Sic itaque est dicendum in proposito dicti de Ro. posito. non tamē cōcesso, ꝙ fecissent insultum, tñ non fecerunt illū insultum ex antiqua causa inimicitiæ, sed ex alia diuersa nouiter superueniente, ex quo fecerunt illi de Barberijs laborari in boscho, aut terreno illorū de Rosatis, vnde non dñr venisse ꝯ instrumentū ꝓmissionis. Præterea facit: quia licet in dicto instrumento promissionis dicatur, ꝙ promisit non offen-
16 dere † aliquo modo, vel causa vel ratione, nihilominus habet tacitam conditionem, seu tacitam clausulā a iure subintellectam: scilicet, nisi causa noua superuenerit, ob quam ad offensam idem impulsus fuerit; hoc primo manifestè probatur ex decisione Io. Andr. in addi. Spec. in rub. de treu. & pace. & Bal. in l. cum proponas. C. de nauti. fœno. & in l. cum ꝓponas. C. de pac. & in l. semel mora. ff. so. mat. & in l. qui fidem. ff. de transac. & habetur in l. cum par. §. illi. ff. de reg. iur. & per canonistas in c. constitutus. de pęnis. vbi decidunt, ꝙ si post promissionem mutuo factam de non offendendo sub pęna & quis ex post facto offenditur, si ipse offensus offendit, non dicit rupisse pacem, nec venisse contra instrumentū promissionis, & per consequens non incidit in pęnam ex eo: quia tacitam habuit subintellectum dicta ꝓmissio, rebus scilicet sic se habentibus, & noua non superueniente causa. l. quæro. §. inter locatorem, ff. locati. c. cum P. de renū. l. qđ Seruius. ff. de cōdictione ob causam. & quod no. gl. ordinaria in l. quidam cum filium. ff. de verborum obligationibus. Et optimè facit, quod no. Barto. in l. quoties. §. si duo. ff. de hære. insti. & in l. qui seruum. ff. de verb. obl. Et in simili facit, quod habetur in l. si libertus non aluerit. alias. l. si patronus non aluerit. ff. de bon. liber. & qđ voluit Bal. in dicta l. cum proponas. C. de nauti. fœno. vbi inducit illum textum ad hoc notabilem, ꝙ ꝓmissio facta de alio nō inquietando sub pęna tacitum habet subintellectum, nisi culpa præcedat inquietationem ab eo, cui promissio facta fuit: sed in casu proposito, si dicti de Rosatis offendissent illos de Barberijs, quos tamen non offenderunt: nihilominus processit illa offensio culpa & defectu illius Petri de Barberijs faciendo post promissionem dicti instrī laborari in bosco, seu nemore dictorum de Rosatis, & per consequens sibi imputet, & maximè quia fecit iniuriam in rebus, & etiam in personam: cum ille Petrus de Barberijs dixerit, tu non dicelo vero. quod idem est dicere, quod tu mentiris, & sic offendit illos de Rosatis, re, & verbo; quo casu
17 talia † verba inferunt iniuriam, quæ offensa est, & ita formaliter consuluit Ludouicus Roma. in suis consilijs, consilio 182. incipien. in casu proposito dicendum est. Facit, quod not. Bartol. in l. prima. §. cū arietes. ff. si quadru. pau. fecis. dica. & in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. secundo, & in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verborum obligationibus. & quod no. Petrus & Cynus in l. petens. C. de pact. & Barto. in d. l. qui fidem. & Bald. in authen. dos data. C. de dona. ante nup. & gloss. in l. si non fuerit. ff. de iureiurand. & Angelus. in l. iurisgētium. §. si paciscar. ff. de pac. Et per optimè facit illud, quod doctorum illuminatissimo Gregorio venit in mentem ad Nepotianum: vt refert Gratianus in capit. esto subiectus. 95. distin. in versicul. scitum est illud oratoris Domicij? cur ego, inquit, te habeam vt principem, cum tu nō habeas me vt senatorem? & ibi gloss. colligit argu-
18 men. quod frustra petit † debitum, qui quod debet non impendit. & facit, quod no. glo. in c. frustra. de reg. iur. lib. 6. & facit, quod habetur in c. peruenit. de iureiurā. & quod ibi dominus Abb. Et sic concludo ex prædictis, quod posito, non tamen cōcesso, quòd dicti de Rosatis fecissent insultum contra illum Petrum de Barberijs, nihilominus impune potuerunt facere: quia ex causa nouiter superueniente post illam promissionem de non offendendo: quia ille Petrus de Barberijs rupit instrumentū promissionis, faciendo laborari in terreno illorum de Rosatis: & ideo ex quo impune potuit facere ille de Rosatis, & ille Petrus fuit ille, qui incidit prius in pęnam ducētorum ducatorum: & ideo videtur, quod ille Petrus de Barberijs inciderit in pęnam, & sic partes iudicis erunt in condēnando illum Petrum de Barberijs ad pœnam ducētorum ducatorum, quorum centum applicabuntur cameræ fiscali, & alij centum applicabuntur illis de Rosatis. ¶ Capio nunc aliud dubium, videlicet posito quod probatus esset insultus non tamen concesso, an ex hoc si pœna conuentionalis commissa, posito ꝙ armis se non tetigerint. Et circa hoc ego cōsidero summam imperitiam illius iudicis maleficiorum, qui examinauit illum Ioānē primum testem: quia ille testis est rusticus, & deposuit per nomen iuris: dixit enim, ꝙ maximum insultum fecerunt illi de Rosatis, & certum est, ꝙ ipse ēt dixit extra aliter: videlicet, ꝙ illa erant pueri: dixit enim, ꝙ si ille Petrus de Barberijs habuisset arma lōgiora, fecisset malum alicui de illis pueris de Rosatis, isto vocabulo vsus est, vt superius est ostensum, & postea deposuit, quòd maximum insultum fecerunt. Modo cū iste esset rusticus, quæ dementia fuit in illo iudice non examinare, & interrogare ipsum testem, quid intelligebat esse insultum iuxta ea, quę no. Barto. in l. j. ff. si cer. peta. & ideo pessima fuit illa examinatio, & per cōsequens nullius effectus, facit c. præsentium. de testi. libr. 6. & ideo considerato, ꝙ erat rusticus, & deponit per verba iuris, debuit examinari, & interrogari, quid erat insultus, & quid intelligebat esse insultū, & propter hoc videtur, quòd fuerit malè examinatus, & per consequens nullo modo probat. vnde succedit sing. doctrina Bald. in

c. sacra.

c.sacra.in titu.de conſ.recti feu.in vſib.feu.vbi dicit, ꝙ teſtis non legitimè examinatus non facit indiciū, & dat doctrinam mirabilē in hoc, quòd ſi teſtis eſt legitimus, & idoneus: tamen modus examinādi nō eſt congruus, ꝙ dictum teſtis non facit indicium: & ſubdit,ꝙ talis examinatio non caret quali quali ſuſpicione:quia non laborauit ad veritatem inquirēdam,quæ doctrina imponit gladium, & ſecurim ad iſtam dubitationem. Et ſic duo interuenerunt:quia perſona non eſt legitima: vt ſuperius eſt dictum : & ēt quia non interuenit lĩmus modus examinādi. Et eodē mō accidit in illo Antonio ſecundo teſte ꝓdu cto:qa iudex ille ēt non interrogauit illū teſtē,quid erat inſultus, & quo mō intelligebat eſſe factum in ſultū, & ſic erat ille teſtis quatuordecim annorū,& deponebat ſuper cā criminali, & non fuit rectè examinatus,& ſic interuenit defectus pſonę:qa nō erat teſtis lĩmus: & ēt interuenit defectus modi examinandi,& ſic apertiſſima eſt concluſio, ꝙ dicta illorū teſtiū ſunt nullius effectus:& ideo de illo inſultu nō eſt curandū. Eſt aūt operepretium videre ſi ita eſſet, ꝙ illi de Roſatis abbaſſaſſent ſpeta, & dixiſſent:ſi tu vis aliqd venias huc.an iſta dicatur offenſa adeo, ꝙ incidant in pœnam contentā in inſtrō. Et circa hoc Baldus multum eleganter in l.licitatio. §. quod illi-
19 citè.ff.de publica.tangit,q̄ dicat̄ eſſe † iniuria perſonalis,& q̄ dicatur eſſe iniuria realis:& dicit,ꝙ vbicū que infert̄ violentia,qua quis eijcit violenter de loco,vel de poſſeſſione, dr̄ fieri iniuria perſonalis,alle gat gl.in l.itaque fullo.ff.de fur.quam glo.alleg.pro ſingula.Bal.in c.quāto, de iudi. & etiam illam gloſſam magnifecit Bartol. in conſilio incipiente. ſtatu to caſtri plebis.& ſtrictè dicitur offendi pſona,quan do tangitur perſona,vel res cohærēs perſonæ:vt vo. luit Innocentius in capitulo nuper. de ſententia excommunicationis. & Baldus in l. ſi qua per calumniam.C.de epiſcopis & clericis.vnde ſi aliquis principaliter facit aliquid ꝯ res,& ſecundario cōtra perſonam:vt in violentia, dicitur fieri iniuria perſonæ: ſi vero fiat in rebus vt in furto & ſimilibus, tunc cōcludit Bartolus ibi,ꝙ nō dr̄ fieri iniuria pſonę. Modo in propoſito noſtro certum eſt,quòd dicendo illa verba cū ſpeto abaſſato, fati inanci ſe tu voi,nulla infertur violentia rebus, nec infertur violentia pſonæ:licet ergo verba appoſita in dicto inſtrumento ſint ita prægnantia:& larga: quia dicunt de ſe ali qualiter non offendendo, & in hoc nō ſe offendere, vel offendi facere quouis modo, rōne, vel cauſa, & in hoc parti,quæ offendet̄,ſiue illa verba cōprehen dant offenſam pſonæ,ſiue offenſam rerū: tñ in caſu noſtro non interuenit offenſa rerū, nec offenſa pſonæ: neſcio videre ex quo capite ille iudex condemnauerit illos de Roſatis. Et ſi dicatur,ꝙ textus ſingularis in l.item apud Labeonē. §.j. ff.de iniur. vbi eſt textus de admenatione. vbi ille, qui non percutit, nec verberat,tenet̄ actione iniuriarū vtili: licet non teneatur actione directa,quod Ange.ibi reputat no tabile ꝑꝑ ſtatuta: vnde licet illi de Roſatis non percuſſiſſent, tamē ſufficit admenatio,vt teneatur vtili actione deſcendente ex iſto inſtrumento ad penam ducentorum ducatorum. Quia ad hoc ego reſpondeo,& ante omnia pondero textum dicti §. in verſi. ſi quis quidem pulſatus non eſt,verū manus aduerſus eū leuatæ ſunt,ſæpe territus; quaſi vapulaturus, no tñ percuſſit: vtili iniuriarum actione tenet̄. & ibi dicit Angelus illum textum fore valde notabilē ad ſtatutū diſponens,ꝙ percutiēs puniatur in decē: nā ſi non percutit,ſed admenat,tenetur vtili ex iſto ſtatuto,alleg.plenè no.in l. ſi quis nō dicam rapere.C. de epiſ.& cleri. vnde ille textus non facit ꝯ hanc dubitationē ex eo:quia loquit̄,qñ quis admenauit: & ex illa admenatione fuit perterritus:& qa vapulatū rus ex illa admenatione : ſed ĩ caſu nr̄o illi de Roſatis non admenauerunt, nec perterruerūt illum Petrum de Barberijs quaſi vapulaturū ab eis: ſed dūtaxat abaſſauerunt ſpetum, & dixerunt, ſi vis aliquid venias huc.vnde nec admenauerunt,nec perturrue runt illum, vt vapulaturum : ſed interpellarunt eū, ſi volebat facere aliquid ꝯ eos, & ſic ille textus non meretur allegari in contrariū.vnde ex illo actu nullum delictum factū reſultat: quia nō eſt facta offenſio perſonæ aut rebus: ergo ſequitur, ꝙ nulla pœna venit imponenda.l.teſtō centurio. ff.de manu.teſtamen. Et ex iſtis concludo,ꝙ nullo modo fuit cōmiſſa pęna cōuentionalis. ¶ Capio nunc aliud dubiū: videlicet,poſito ꝙ ipſa pęna conuentionalis potuiſſet peti ab ipſo Iacobino,conſiderato,ꝙ pro eodem delicto fuit impoſita pœna ſtatuti: & de ipſa pœna
20 fuit habita gratia,an per hmōi†gratiam videatur re miſſum delictū inſultus, & per ꝯn̄s omne, quod ex inſultu ſequi poſſet:& ad hoc reſpondeo, ꝙ iſta pęna ꝯuentionalis partim veniebat applicanda fiſco, & partim parti:aut nos lq̄mur quo ad partem applicandam parti,& certum eſt, ꝙ non vr̄ remiſiſſe illam partem.hoc decidit gloſſa elegans,& peregrina in l. veniam.C.de in ius vocan.quæ dicit, non licere ſupplicare principi ſuꝑ remiſſione pęnæ, qñ hmōi pœna venit applicanda parti. Et ſilr̄, ꝙ conceſſio facta per principem pęnam remittentem nō haberet parti obeſſe:vt lege,inuaſor.C. vnde vi. & ibi inducitur illa gloſſa per Bartolum & Baldū, & cōiter omnes ad compoſitiones,quæ quotidie fiunt inter cōitates: vel etiam inter dominum & communitatem, quando hincinde oīa remittuntur generaliter: vt huiuſmodi remiſſiones extendantur ad pœnas par ticulares,quæ particulariter veniunt applicandæ ꝑſonis particularibus ipſarum cōitatum. & facit ad hoc,quod no. Inn.in d.auth.in c.in noſtra.de iniuri. & hoc ſequitur etiam idē Bald.in l. poſt deſertionē. C.de fur.ꝙ pulchrè limitauit idem Baldus in l. quicunque. C. de ſeruis fugi. vbi dicit hoc habere locū in compoſitionibus generalibus,ſi in illis fieret mētio eorum, quæ particulariter pertinerent ad particulares perſonas,& princeps haberet ꝯſenſum particularium perſonarum, vt quia hoc fieret in conſi lio gn̄ali,qđ totū populū repreſentat.voluit gl.in ru bri.C.quæ ſit longa conſue. Vel qñ hoc fieret a capi taneo generali,qui ſimiliter ꝯſenſum haberet cenſe tur:vt l.legitima. ff. de pactis. tunc enim eſſet ſecus. Et ad prædicta facit, quod voluit Angelus in l.cauſas.C.de tranſa. Modo in propoſito ſequitur, ꝙ aut nos loquimur quo ad partem pęnæ applicandā parti, & non vr̄ facta gratia,& iſtud eſt indubitatū. Aut nos loquimur quo ad partem pœnæ, quæ veniebat applicanda fiſco,& tūc dico, ꝙ ex quo princeps fecit gratiam, videlicet,ꝙ illa gratia ſit latiſſime interpretanda quo ad ea, quæ tendunt in præiudicium ipſius concedentis: vt in l.beneficium.ff.de conſtitu tionibus prin.l.ſi quando.C.de bo.vacanti.libro 10. capitu.viſis.16.quæſtione ſecunda.c.cum dilecti.de donationib.Vnde pulchrè dicebat Bart.in l. prima, §.finali.ff.de quæſtio. per illum textum in verſicul.
21 gratiam tibi &c.quòd†quoties princeps facit gratiā alicui;quòd tunc videtur illum reſtituere,ꝙ eſt plus quàm indulgentiam concedere. & idem voluit idē Barto.in l.finali.C.de ſen.paſſ. & idem voluit in l.finali. ff. eodem. Ita dicamus in ꝓpoſito noſtro.cum ergo princeps fecerit gratiā dicto Iacobino đ hmōi delicto, ſequitur, quod illa gratia intelligitur cum plenitudine: quo caſu remittuntur culpæ, & recipitur ad fauores,vt pulchrè voluit Bald.in titu. de pace Conſtantiæ. ¶ Nec curo inſiſtere, vtrum debea-

tur

tur etiā pęnæ, quæ venit ex dispositione instrumenti promissionis: quia ex quo statutū apponit pęnā, & partes apponunt etiam pœnam, quòd non videntur recessisse a pęna statuti: qa non potuerunt† par-
22 tes per sua conuentiones tollere dispositionē statutariā. l. nemo pt. ff. de leg. j. c. reqsisti. de testa. cū sim. & facit, quod not. Bartol. in l. prima. ff. vi bo. rap. & dominus Petrus de Anchara. in capitulo conquestus. de foro compe. & in c. primo. de re iudi. li. 6. & Ioan. An. in addi. Spe. in rub. de furt. & per eundem. d. Petr. in c. primo. de cōsti. lib. 6. & per Bal. in l. si quis ab alio. ff. de calum. & glos. in capi. secundo. de tēpo. ord. libr. 6. & ibi do. Dominicus & Bald. in l. non est nouum. ff. de legi. glo. in cap. olim. de accusa. & Salyce. in l. qui sepulchra. C. de sepul. viola. & Ange. in l. quoties. ff de actio. & obli. & quod voluit Albericus de Rosatæ in quæstionibus statutorum, in secunda parte, in quæstione 22. quia circa hoc non insisto: quia satis apparet de victoria huius quæstionis: qa iam superior videtur remisisse omnem pęnam descendentem ex illo delicto: quia gratia debet intelligi plena: vt superius dixi. Et ex istis concludo, ꝙ princeps, seu fiscus nullo modo possit agere ad dictā pœnam centum ducatorum, tāquam illam remiserit, & maximè odio pęnarum, de pęnit. distin. prima. §. pe. capitu. odia. de regu. iur. libro sexto, cum similib. ¶ Et maximè quia iste Iacobinus, a quo ista pęna petitur, non est de inquisitis, nec laborat morbo, & delicto proprio, sed alieno, si delictum dici posset: licet in veritate illi de Rosatis in hoc non delinquerunt: vt superius fuit manifestè ostensum. ¶ Ad aliud dubium, dum quæritur, dato sine præiudicio veritatis, ꝙ pęna conuentionalis peti possit, an tota peti possit, an vero debeat detrahi statutaria. Et circa hoc dominus Baldus in capitulo at si clerici. extra de iudi. quærit, an si quis est minus punitus, quā debuerit, possit ī plus puniri: vt est in casu nostro: quia isti de Rosatis debebant puniri, in pœna promissionis instrumenti, & fuerunt puniri in pęna statutaria, licet in veritate nullo modo sunt puniendi, nec in pęna conuentionali, nec in pœna statutaria: vt plenè superius est ostēsum. Baldus ibi dicit. Aut ista pœna pluris descendit ex eadem lege, aut ex diuersis legibus, quarum vna punit in plus, alia in minus. Primo casu decidit, ꝙ debet illo pluri puniri, & quatenus punitus est, nō debet in illo pluri puniri, sed vna pęna potest euelli de corpore alterius. vt l. si seruus. §. boue. ff. de condi. fur. Modo in casu nostro, si ista pęna veniret imponenda ex eadem lege, vna pęna pōt euelli de corpore alterius. Si vero pœna venit ex diuersis legibus, & tūc aut quælibet lex suis finibus est contenta, quasi integra pœna, & sufficit punitio ex vna, lege, senatus censuit. ff. de accu. quia hic est terminꝰ, & maximè pęnæ, & dicit hoc procedere, si lex posterior fit mitior: vt ff. de re milita. lege, qui cum vno. §. qui post. Modo in proposito nostro ista pęna imponitur diuersimodè a statuto Mutinæ, & ab illo instrumento promissionis facto ipso Potestate mandante & exigente illam promissionem de nō offendendo: quia partes ipse non sponte sua & volutariè illam promissionem fecerunt, ergo cum quælibet dispositio suis finibus est contenta, quasi integra pęna, sufficit, ꝙ ex vna pęna fuerit punitus ille Iacobinus ex dispositione statuti, sequitur, ꝙ impositus est finis talibus pęnis, & per cōsequens non potest amplius puniri: quia de delicto vnius nō debet pluries apponi pœna, & sufficit eum semel fuisse punitum. Facit, quod voluit dominus Baldus in l. nullum. C. de testi. vbi refert disputationem Iacob. de Bel. ergo conclusio est verissima, ꝙ non debet peti amplius alia pęna, & sic doctrina Bal. in dicto capit. at si clerici. apposuit gladium, & securim ad radicem huius quęstionis, & per consequens partes domini iudicis erunt in pronuntiando, & declarando, non posse illum Iacobinum, seu illos de Rosatis amplius conuenire ad pœnam, vigore promissionis præfatæ factæ in illo instrumento: licet in veritate non sit probatum de illo insultu & offensione. Vltimo cū quęritur, an dictus Iacobinus veniat absoluendus stante dubitatione potius, quàm condemnandus, certè sic: quia semper capitur probatio, quæ fauet liberationi: vt l. lege iulia petronia. ff. de manu. & per Bal. in l. contractus. C. de fide instrumen. & in c. domino guerram. §. portiones. in titu. hic finitur lex, deinde incipiunt cōsue. regni. Ita est dicendum in casu nostro, vt stemus absolutioni, & liberationi, cum agat de fauore liberationis. l. Arianus. ff. de actio. & obli. capitu. ex literis. de proba. cum sim. ¶ Et ex prædictis elicitur conclusio manifestissima, illam sententiam malè, & pessimè fuisse latam, & illos de Rosatis non incidisse in pęnam, nec venisse contra instrumentū promissionis de non offendendo; nec posse peti pęnam. c. & 200. ducatorum ab illo Iacobino, seu a fideiussoribus. Et ista mihi videtur esse veritas indubitata.

EPITOME.

¶ Index potest cōueniri in syndicatu; etiam si renuntiatum sit iuri appellandi, vel etiam si appellatio fuerit deserta: item quādo sit locus excussioni. Et de intellectu l. si seruus. §. si communis. ff. pro socio.

SVMMARIVM.

Renuntians iuri appellandi, an & quando agat contra iudicē in sydicatu. nu. 1.

Excussio an sit necessaria, vbi proceditur sine strepitu & figura iudicij. nu. 11.

Aestimatio an & quando faciat emptionem. nu. 19.

CONSILIVM XII.

Illud Afferam in medium, quod pulchrè scribitur eccles. c. primo, Oīs sapientia a domino Deo est. Ideo optimum, clementissimum Deum ex corde oro, vt solita clementia mihi veritatem aperiat in huiusmodi consultatione. Et primo accedo ad primā hæ-
1 sitationem, videlicet, vtrum renuntians iuri† appellandi ante appellationem interpositam possit agere contra iudicem in syndicatu. & ample & subtiliter scriptum est per dominos consulentes, ideo succinctè super eo incedam. & veritas esse videtur, ꝙ siue omittat appellare, aut appellet, & nulliter, aut appellet; & appellationem deserat, potest agere contra iudicem in syndicatu, siue expresse renuntiet iuri appellandi. primum sentit glo. in capitulo pastoralis. §. quia verò. de offic. delega. Innocen. in capitulo sæpe de app. & communiter ibi doctores, & hoc voluit Angelus in l. fi. §. illud. C. de temporibus ap. vbi est tex. quòd ex prima sententia oritur actio, qn̄ est confirmata lapsu fatalium. & subdit ibi Angel. ꝙ licet illa sententia maneat firma, tamē victus deferens appellationem tempore syndicatus cōtra iudicem potest habere regressum, si malè iudicauit, & idem Ange. in l. mancipia. C. de seruis fugi. ad fin. in
2 versicu. scias etiam aliud singulare, quòd nō† euitat pęnam iudex malè iudicans, licet victus appellet semel, vel bis, & succumbat, vel etiam appellationem deserat, allegat Innocen. in dicto capitulo pastoralis. & in dicto capitulo sæpe. licet per non appellare purgetur omnis turpitudo primæ sententię. & idem voluit idem Angel. in consilio incipiente. Sed nunc videndum restat, an qui promisit non appellare, vel

de

de nullitate dicere, & in ordine est.176. vbi conclu
3 dit, quòd pactum de non querelando † contra sententiam, non opitulatur iudici: sicut nec sententia bis confirmata per iudicem appellationis opitulatur primo iudici, quin faciat litem suam, si iudicauit iniustè. Eodem modo dicit, si quis appellauit, & & appellationem deseruit, potest recurrere contra iudicem, qui iudicauit iniquè, allegat Innocent. in dicto capitulo sæpe. & in dicto capitulo pastoralis. Facit etiam, quod voluit idem Angel. in l. si filiusfamilias. ff. de iudi. & l. quarta. §. fina. ff. de damno infecto, & istas duas quotas Angeli vltimas allegant domini consulentes. & istud voluit. Ludouicus Romanus in dicta l. 4. §. fina. & voluit D. meus Ioannes de Imola in dicto capitulo pastoralis. §. quia vero. & in l. j. in principio. ff. de appellationibus, & in dicta l. 4. § fi. & idem voluit reuerendus dominus Abbas cõsiculus meus in dicto capitulo sæpe, & Bald. in 28. quæstione in l. obseruare. § proficisci. ff. de offi. procõsul. & in l. j. ff. quod quisque iur. in suis recollectis. & idem voluit in capitulo primo §. iudices. in titulo de pace iur. fir. in vsibus feu. & ibi dicit, quòd per desertionem appellationis purgatur iniustitia pronũtiationis inter partes: sed inter partem & iudicem non. & circa hoc membrum nulla est discrepantia inter docentes, quòd ista tacita ren. appe. quæ resultat ex desertione appellationis, vel quia non appellet victus, nõ excusat iudicem, quin teneatur in syndicatu. ¶ Et allegatur ratio viua per doctores, quòd,
4 † vbicunque competunt alicui plura remedia, renũtiando vni, non videtur renuntiare alteri, allegat. l. si domus. ff. de serui. vrb. præd. c. ex tuarum. de auto. & vsu pal. & latè per dominum Abba. in dicto capitulo sæpe. & ista ratio relata est per dominos consulẽtes. Aut expresse renuntiat quis iuri appellandi, & & tunc dubitatio est non mediocris, vtrum per talẽ expressam renuntiationem videatur renuntians exclusus a iure agendi in syndicatu cõtra iudicem. Et quidem mihi videtur, quòd omnis veritas sit, quòd siue tacitè, siue expresè renuntiet iuri appellandi, possit agere renuncians contra iudicem in syndicatu. Et ad hoc allego. tex. qui ad hoc deberet scribi literis aureis in l. cum antea. C. de arbitris. cõiuncta. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. inducẽdo hoc modo in d. l. cum antea. est casus quòd siue homologetur sententia laudi tacitè, siue expresse, oritur actio ex illo laudo: & tamen in d. l. si quis in conscribendo. dicitur, quod agi potest contra arbitrum cõpromissarium in syndicatu, si iniquè iudicauit, & sic facit litem suam; vnde multo fortius idem erit dicendũ in iudice iniquè iudicãte: vnde siue expresse, siue tacitè victus alias approbet sententiam deserẽdo appellationem, siue renuntiando iuri appellandi, poterit victus ille agere in syndicatu contra iudicem inique iudicantem, & per consequens est ibi textus apponens gladium ad radicem in ista quæstione. non ergo oportet clamare, quod soli Bald. & soli domino Abbati fuerint cognita. Secundo induco illum tex. aliter hoc modo. deciditur ibi, ꝙ paria sunt approbare sentẽtiam tacitè, vel expresse: vt ibi est tex. solennis: sed docentes omnes vno ore cõcludunt, quòd tacita approbatio sententiæ resultans ex desertione, appellationis, vel ex non appellatione; non claudit viam victo, quin possit dicere cõtra iudicem de iniquitate sententiæ in syndicatu: ergo eodem modo erit dicendum, quando victus expresse renuntiauit iuri appellandi: cum homologatio seu approbatio sententię, siue sit tacita, siue sit expressa, eiusdem sunt effectus: vt est text. ibi formalis. Et vt meis detur audacia verbis, ista est solennis, & singulariter doc. no. Bald. super Innocẽ. in titulo, de appellatio. in versicu. appellans, qui non prosequitũ appellationẽ vbi dicit, ꝙ renũtiãs appellationẽ potest agere contra iudicem a quo, de iniustitia sibi facta. & pro hoc alleg. dicta l. cum antea. & ista sunt incognita, nec vulgo tradita quo ad istam dubitationem. Tertio istud in terminis decidit Ang. in præalleg. consilio 186. vbi dicit, quòd pactum de non querelando contra sentẽtiã, non opitulatur iudici, sicut nec sententia bis confirmata per iudicem appellationis opitulatur primo iudici, quin faciat litẽ suam, si iudicauit iniustè. Eodem modo dicit esse, si appellat, & appellationem deseruit: quia recurrere potest contra iudicem, qui iudicauit iniquè, allegat Innocen. in dicto capitulo sæpe. & sic Angelus parificat adinuicem desertionem appellationis, & per consequens tacitam renunciationem. & pactum de non querelando contra sentẽtiam & sic æquiparat tacitam renuntiationem. & expressam. Sicut ergo iudex facit litẽ suã in syndicatu ꝑ tacitã renuntiationẽ ita ꝑ expssam renũtiationẽ iuri appellandi, & sic Angel' ĩponit finẽ huic dubio, & decidit ꝯriũ eius, quod dixit Baldus in d. §. iudices, & subdit ibi Angelus, multo fortius esse dicendum idem, quando nõ potuit appellare, & allegat simile in arbitro, & arbitratore, a quorum sententijs non appellatur: & tamen faciunt litem suam, allegat dictam l. si quis in conscribendo, in fin. & per Cyn. C. de arbi. auth. decernimus. dicit tamen ibi Angelus per verbum, forsan, quòd si victus potuisset appellare, & non appellauit, forsan tunc cõtra iudicẽ iniquè iudicantem non poterit haberi recursus: quia non appellando cõfirmat quis sententiam suo consensu. l. hi qui ad ciuilia. C. de appellationibus. & turpitudo sententiæ purgatur propter omissionem appellationis. & istud vltimum non facit contra istam decisionem. primo quia eo ipso, quòd renuntiauit iuri appellandi, nõ potuit ille victus appellare, & sic Angelus nõ contradicit huic decisioni. Secundo: quia Angelus loquitur per verbum forsitan, & sic loquitur dubitãdo, & non affirmando: vt est tex. coniuncta sua glos. in l. prima. §. per hanc autem. versiculo, nisi forte inquit &c. & ibi gl. in verb. adiecta causa. ff. de rei vendic. dicit, quòd primo sub dubio forte, & postea indubitanter, & sic Angelus dubitando, & non decidendo illud dixit. Facit etiam, quod nota glo. solennis, in l. prima. ff. de appellationibus, quæ dicit simpliciter, quod licet pars habeat remedium appellandi, tamen potest cõuenire iudicẽ in syndicatu, & sic sentit gloss. quòd licet non appellet, potest agere cõtra iudicem in syndicatu, & gloss. in l. prima. ff. quod quisque iur. dicit hoc verum, quando ex causa aliqua non appellaret, seu commodè appellare non possit, & appellet: sed in casu nostro commodè non potuit appellare, ex quo renuntiauit iuri appellandi: ergo sequitur, quòd omissio appellationis nõ iustificauit sententiam quo ad ipsum iudicem. Præterea facit: quia doctores communiter in dicta l. pri-
5 ma, maximè Guil. de Cu. & Bartol. dicunt † idem esse si pars commodè potuisset appellare & non appellauit quia iudex nõ potest parti imputare culpã ex quo ipse fuit culpa, malè & iniquè iudicãdo, per id, quod habetur in l. cũ in fundo. §. quòd si mulier. ff. de iure dot. & hoc etiam tenet Baldus in quæstione quam disputauit, a sententia iudicis &c. & hoc sequitur dñs meus Ioan. de Imol. in dicta l. prima. in principio. ff. de appel. Idem tenuit Do. Petrus de Anchara. in dicta l. prima quod quisque iur. & idem tenet ibi Cyn. in 6. q. & idem tenet Bal. qui plus, dicit, hoc verum, etiam si appellauit & succubuit: allegat Innocen. in dicto capitulo pastoralis. Et communis opi. ita se habet, quod etiam si omisit appellare: tamen

tamen poterit agere in syndicatu cõtra iudicem. & ideo Angel. propter hoc loquutus est dubitando, & non dicẽdo. Nec obst. cũ ipse dicit, ꝙ propter omissionem appellationis purgatur iniquitas sententiæ: quia istud est verum quo ad ipsas partes, nõ autem quo ad partem victam, & ad ipsum iudicem: vt voluit Bal. in d. §. iudices. & sic apparet manifestè Ange. consuluisse in terminis in fauorem huius consultationis, nec est allegatus per aliquem consulentiũ, licet eum allegent in l. prima. ff. de appella. in noua lect. sed in mea lectura non habeo, nec etiam Ioan. de Imola. illum habuit in sua lectura. Et per consequens sequitur, ꝙ potuit agi contra istum iudicem in syndicatu, non obstante ꝙ renuntiauerit iuri appellandi. Quarto hoc decidit Do. Bartholomeus de Salyce. in l. fina. §. siue autem. C. de tempo. appell. in princip. vbi dicit, quòd renunciando iuri appellandi non obstat, quo minus euitet pœnam, vt non faciat litem suam. vnde concludit, quòd per talem renuntiationem non euitat iudex, quo minus litem suam faciat, & sic formaliter isti patres decidunt in fauorem huius consultationis. & bene facit, quod voluit idem Salyce. in l. fina. C. de pœna iudi. q malè iudic. in 8. quæstione. vbi dicit, quòd si appellatio est deserta, non propter hoc excusatur ille, qui malè iudicauit. allegat Bar. & Innocent. in dicto capitulo pastoralis. & quod not. in l. si per imprudẽtiam. ff. de euic. & sic coniuncto eo quod voluit in d. l. fi. §. finautem. æquiparat Saly. tacitam & expressam renunciationem iuri appellandi. & in vtroque casu iudex iniquè iudicans facit litem suam. & idem etiam voluit Bald. in d. l. fina. de pœna iud. Præterea facit: qa
6 eo ipso† quòd iudex iniquè, & iniustè iudicat, delinquit cõtra Deum: quia est periurus: quia iurauit iustè iudicare: vt in authen. iurisiuran. quod præsta. ab his. & no. in c. j. de consti. Item cõtra rempublicam: quia infidelis. Item contra litigatorẽ, quem oppressit: vnde suum delictum nõ purgatur, nisi puniatur, & in integrum statum reponatur. ista sunt formalia verba domini Bal. in dicta l. fina. de pęna iudicis. in versicu. idem si appellatio est deserta. quæ verba necessario inferunt, ꝙ posito ꝙ pars expresse renuntiauit iuri appellandi, nõ propter hoc purgatur iniquitas, & delictum iudicantis, & per consequens facit litem suam. Præterea facit, quod voluit Bal. in dicta l. fi. §. finautem: quem ad hoc allegant domini consulentes, vbi dicit idem, quod ibi dixit Saly. ꝙ si quis renuntiauit appellationi, hoc pactum non prodest iudici, quin faciat litem suam. & etiam idem voluit in dicto c. sæpe. qui etiam allegatur per dominos cõsulentes, vbi dicit Innocen. dicere, ꝙ appellans, qui renũtiauit, appellationem tacitè deserendo, vel expresse, habet remedium sibi ortum contra iudicem a quo, de imperitia, quod dicit esse not. dignum. Et sic Bald. parificat expressam, & tacitam renuntiationem iuri appellandi. Et cum oppo. ꝙ Bal. refert Inn. tenere hoc, ꝙ siue tacitè, siue expresse renuntiet iuri appellandi, potest agi in syndicatu contra iudicem. & hoc est falsum: quia Innocen. loquitur solum tacita renunciatione, quando non esset appellatum, vel nulliter: quia circa hoc respondeo primo ad Inno. quia si bene ponderetur dictum Innoc. ipse non loquitur aperte magis in renuntiatione expressa, q̃ tacita. Vnde non facit differentiam, an tacitè renuntiet, an expresse: sed dicit, ꝙ si pars appellauit: & deseruit appellationem, potest agere contra iudicem in syndicatu: quasi velit, ꝙ culpa iudicis ꝓponderat culpæ deserẽtis appellationem interpositam. Vnde ista ratio ita militat in renuntiatione iuri appellandi, sicut in deserẽte appellationem interpositam. & multo fortius: quia magis sinistra suspicio versatur ꝯ victum, qui appellauit, & deseruit appellationem, arg. l. si quis inficiatus. ff. depositi, q̃ ꝯ illum, qui non appellauit, & renuntiauit iuri appellandi, & iõ Bal. ibi optimè intelligit illud dictum Inno. tam in tacita, q̃ in expressa renuntiatione iuri appellandi. ¶ Et cum oppo. ꝙ Bal. dixit cõtrarium in dicto §. iudices. vbi dicit, ꝙ si appellans renuntiaret expresse appellationi, videlicet fateri, se malam causam habere, allegat text. in l. 3. C. de fide instrumen. ideo etiam iudex liberatur: secus in renunciatione tacita, quæ nõ inducit hanc tacitam cõfessionem. & hoc sequitur Domi. Abbas in dicto capitulo pastoralis. §. quia vero. & etiam oppo. ꝙ maturius Bal. est locutus in dicto §. iudices. quia ad hoc respondeo primo ad istud vltimum, quòd imo potius est standum ei, quod ipse voluit, in dicto capitu. sæpe. & in dicta l. fin. §. finautem. quàm his, quæ ipse voluit super Innocentiũ in titulo de appellatio. ex eo, quia maturius, & cum maiori deliberatione fuit ibi loquutus, qui ad hoc allegat casum. l. vt in dicta l. cum antea. & sic dicendo, ꝙ Bal. fuit sibi contrarius, potius est standum dicto suo in locis præallega. primo, quia allegauit casum legis pro suo dicto secundo: quia illud dixit in pluribus locis, & sic maturius: quia, vt dicit tex. in capitulo, & si Christus. de iureiuran. sermo duplicatus
7 †præsumitur prolatus cum maiori deliberatione. & solitariæ Bal. dixit contrarium in dicto §. iudices. sed in alijs pluribus locis tenuit posse agi contra iudicẽ. & sic istud præsumitur dictum cum maiori deliberatione. Secundo: quia istud dictum suum est commune, & approbatum a pluribus: quia illud approbat Salyce. in dicto §. finautem. licet de Bald. non faciat mentionem. & etiam illud tenet Angel. in præalleg. consilio, & vt dicitur in redditis consilijs: vt in dicta l. prima. ff. de appellatio. in lectura noua, & sic
8 dictum a pluribus† dignioribus præsumitur verius. c. de quibus. 20. distin. capitu. in canonicis. 19. §. quidem. de peni. dist. prima. Et sic stabimus regulæ traditæ in dicta l. diui fratres. ff. de iure patrona. & si domino Abbati fuissent reuelata hæc dicta, videlicet Salyce. Ange. & Bald. in tot locis indubitanter non tenuisset cum illo dicto saturnino Bal. in dicto §. iudices. & sic potest dici illud, quod scripsit bellissimè poeta clarissimus Dantes. Eolo aperto vide Saladino. Præterea Bald. non est sibi contrarius, si bene põderetur dictũ eius, ex eo: quia Bal. nõ loquitur, quando appellatio adhuc non fuit interposita: sed loquitur, quia postquam appellatio interposita fuit, & post interpositionem renuntiauit appellationem: & licet in redditis consilijs istud dicatur, tamen ego ostendo noua ratione ex eo: quia Bal. fundat se ex l. tertia. C. de fide instrumẽ. quæ lex loquitur in instrumento iam apud acta producto: & cum reuocaret in dubium fides illius instrumenti, producens fuit protestatus se nolle vti, quo casu pręsumitur diffidere de fide & valore instrumẽti. & sic loquitur de instrumento producto in iudicio, & sic dictum Bal. est intelligendũ secundum legem, quam allegat; & per ꝯñs loquitur in appellatione deducta in esse: sed iste non est casus noster, & etiam: quia illa l. 3. procedit secundum Nicolaum de Mara. eo casu, quo per aduersarium diceretur illud instrumentũ fore falsum: inducendo aliqua indicia, propter quæ producenti incumbebat onus probandi, instrumentum esse verum: & si non probaret instrumentum esse verum, puniendus erat: ideo renuntiando euitat pœnã falsi, quam fuisset incursurus, si instr̃o illo fuisset vsus: ideo trahitur per legem coniectura, ꝙ ex quo renũtiat instr̃o, quod sciebat illud esse falsum: & intell̃r ꝯfiteri de falsitate: sed omnia ista cessant in casu nostro, ex quo appellatio non fuerat interposita: & sic

nihil

nihil ad rumbum in consultatione nostra illud dictum Bal. & ideo Nic. de Mata. ibi allegat simile de
9 illo, † qui renuntiat liti: quia præsumitur confiteri se non habere ius, allegat. l. postquam liti. C. de pactis. Et sic sole clarius est, quod Bald. loquitur in appellatione interposita, sed antequam sit interposita appellatio, ipse non loquitur. Præterea dictum suum nō est verū, quod si expresse renuntiat appellationi, nō potest agere contra iudicem quia sine lege loquitur, vt in §. consideremus. in authen. de trien. & semis. cum similibus. Nec obstat, d. l. tertia. quia loquitur, quan-
10 do † erant iudicia falsitatis contra instrumentum productum, quo casu stantibus indicijs falsitatis, & secuta renuntiatione, non est mirum, si præsumitur confiteri se malam causam habere. Sed in casu nostro non est sic: quia nulla indicia erant in fauorem sentētię, & sic ille tex. non meretur allegari ad hoc. Nec est verum, cum dicitur, quòd alia ratio est in renuntiatione tacita, & alia est in expressa: quia istud dicere est contra casum dictæ l. cum antea. & etiam facit: quia ex quo ista lis erat inter ipsas partes, nihil ad tertium. ideo illa renuntiatio nihil ad iudicem, qui est tertius: vt voluit glossa, quæ reputatur singularis in lege, creditor. post principium. ff. manda. & sic dictum Baldi non est verum. Et maior ratio est, quando deserit appellationem iam interpositam. argumē. dictæ l. tertiæ. C. de fide instrumēto. quàm quando renuntiat expresse iuri appellandi appellatione nondum interposita, per dictam l. postquam liti. & cum Bald. dixit, quòd purgatur iniquitas sententiæ, est verum quo ad partes, sed non quoad ipsum iudicem iniquè iudicantem: quia iniquitas sententiæ attribuitur iudici, qui sentētiauit, & non parti, pro qua est lata, argumen. not. in capitulo primo, de re iudica. libro sexto. Præterea istam partem vidētur sentire domi. Petr. de Anchara. in dicto capitulo sæpe. vbi dicit, quod renuntiando appellationi, videtur renuntiasse omnibus accessorijs: vt in capitulo solicitudinem. de appellatio. postea dicit, quòd in cōtrariū est veritas, quod imo agere poterit contra ipsum iudicem, qui sententiauit. & sic expresse vult, quòd renuntiando appellationi, non videtur renuntiasse iuri sibi competenti contra iudicem iniquè sententiantem in syndicatu. Et sic apparet malè fuisse consultum, & iudicatum non potuisse agi in syndicatu contra iudicem iniquè iudicantem: cum communis opinio sit in contrarium. Nec Bald. in dicto §. iudices, dixit verum, nec etiam loquitur in casu nostro. Et ista procedunt in puncto iuris: & non solum ex iuris censura, sed etiam ex verbis ipsius renunciationis clarissimè colligitur, quòd dicta renunciatio appellationis non opitulatur iudici sententianti, in quibus verbis dicitur hoc modo, dictis Thomasio & ser Mattheo renuntiantibus iuri appellandi, & de nullitate dicendi a dicta sentētia ad magnificos dominos ancianos, seu ad alium iudicem appellationis: ita quòd intelligatur, acsi dicta sententia transijsset in rem iudicatam: & ita incontinenti dicti Thomasius, & ser Mattheus renūtiauerunt iuri appellandi, & de nullitate dicēdi modo, & forma suprascriptis, & non aliter, vel alio modo. vnde ista renuntiatio iuris appellandi, aut dicendi de nullitate fuit limitata, & non simpliciter, vidèlicet ad magnificos dominos ancianos, seu ad aliū iudicem appellationis: vnde non renunciauerunt iuri agendi contra ipsum iudicem. vnde formaliter est casus de hoc in dicta l. si quis in cōscribendo. C. de pactis. partes promittūt parere laudo arbitri sub pœna, & sic promittunt habere ratum, & firmum illud laudum: tamen si ille arbiter iniquè laudauit, potest agi contra eum in syndicatu, seu facit litem suam: vt ibi. & voluit Angel. in præalleg. consi. Modo in proposito si simpliciter partes iste renuntiassent iuri appellandi, vel de nullitate dicendi, nihilominus potuissent agere contra iudicem in syndicatu: vt dicta l. si quis in conscribendo. Ego multo fortius in casu nostro, cum ista renuntiatio fuerit facta limitato modo de non appellando, vel dicendo de nullitate ad magnificos dominos, vel ad alium iudicem appellationis: ergo coram ordinario, vel syndicatore contra iudicē est reseruata sibi potestas agendi: & dicta renuntiatio ita qualificata facta fuit modo & forma subscriptis, nō aliter, vel alio modo: ergo refertur ad scripturam. l. fi. in prin. ff. de his quæ in te. del. Et quod ista sententia præsumatur iniquè lata, & iniusta, apparet: quia dicti actores requisiuerunt iudicem, quòd ipse debeat absoluere ab expensis dictum Thomasiū, dictis Thomasio & Mattheo renuntiantibus iuri appellandi. vnde ita voluerunt illum Thomasium absolui, si renūtiaret iuri appellandi præsumptio ergo est, quòd timebant, ne iniquitas, aut iniustitia sententiæ detegeretur, & per consequens est verisimili, quod si illi, pro quibus lata erat sententia, non dubitassent de iniquitate sententiæ, non passi fuissent, quòd absoluere ille Thomas ab expensis. Et ex istis concludo, potuisse agi in syndicatu contra iudicem, non obstante quod fuerit renuntiatum iuri appellādi, & ista mihi vr̄ veritas īdubitata.

¶ Capio nunc secūdam dubitationem, in qua præ-
11 supponitur statutum, quod in † causis, in quibus proceditur per formam statuti simpliciter, & de plano sine strepitu & figura iudicij, fit necessaria excussio. Et videtur, quod stante prædicto statuto non fuit necessaria excussio, & iudicio meo nō est magna difficultas in hoc: quia est casus coniuncta glo. sua in c. dilecti. de iud. in versi. ne ita, cuiusmodi actio intētetur, inquiratis subtiliter, sicut a multis fieri solet, sed simpliciter, & purè factum ipsum. & gloss. ibi dicit multum singulariter: cum enim de bona fide agitur de apicibus iuris non est disputandum, allegat. l. fideiussor. §. quędam. ff. manda. vnde tex. ibi vult, quod quando simpliciter, & purè est procedendum in aliqua causa, non sunt requirenda ea, quæ sunt de apicibus iuris: vt ibi dicit gl. Sed in casu nostro statutum Lucanum disponit, quod simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij procedatur: ergo sequitur, quod non est curandum de apicibus iuris: sed exceptio præposterationis, & sic ordo excussionis est de apicibus iuris: vt est glo. singu. in l. si mancipium. §. si communi diuidūdo. ff. de euict. ergo sequitur necessariò, quod stante statuto quod simpliciter, & sine strepitu & figura iudicij procedatur, non curabimus de remedio excussionis bonorum. nescio alibi esse meliorem tex. cum sua gl. quàm in d. c. dilecti, & ita vidi. aliàs consultum, & ita etiam consului hic Bonō. & ita fuit obtentum. Et peroptimè facit doctrina Bal. in d. l. si mancipium. §. 1. vbi dixit in suis apostolis, quod in causis, in quibus pceditur de ęquitate, † nō 12
habet locum exceptio excussionis bonorū, & optimè facit, quod voluit Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in versi. sine figura, &c. vbi dicit, quod quando proceditur sine figura, non requiritur causę conclusio: vt in cle. sępe. de verb. signi. quia est solennitas merè ciuilis, nec est necesse, quod ferat iudice sedēte, nec est necesse seruare formam. l. j. C. de sententijs, & interlocut. omnium iudicum. & sic concludit, quod non requiritur solennitas iuris positiui. & loquitur eo casu, quo statutum disponit, quòd non procedatur in figura iudicij: ergo multominus in casu nostro, vbi statutum istud Lucanum apponit verba prægnātia simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij & c. Et etiam multominus requirunt ea, quæ

sunt

sunt de apicibus iuris, vt ipsa discussio bonorum. Et facit, quod voluit D. Pet. de Anch. in d. cle. sæpe, vbi dicit, quod per illud verbum sine figura, tolluntur substantialia inducta a iure ciuili. & est mens gl. Io. An. ibi, quod iudex non astringitur ad obseruandas aliquas formas. aut regulas iudiciorum. facit in simili, quod consuluisse refert quosdam Ludouicus Roma. in cõsilio 209. vbi quidam promisit libere soluere ad creditoris voluntatem. quòd illa verba excludunt exceptionē discussionis: ergo multo fortius excluditur eo casu, quo ex dispositione statuti ꝓceditur simpliciter, sine strepitu, & figura iudicij. Et sic non oportet insistere, an ista exceptio pręposterationis non fuerit opposita ante litē contestatā: quia postea opponi non potest, quia ꝑ dictū cap. dilecti. cum sua gloss. ista quæstio est decisa. & sopita, & multo minus habet dubium, si non fuit opposita ante lit. contesta. vt in terminis hoc dixit Salycet. in authen. præsente. C. de fideiussoribus. in 7. quæstione, & refert idem tenere Iacobum de Areti. & idem voluit Bartol. in l. 2. ff. de exceptionibus, & idem voluit idem Saly. in authen. hoc si debitor. C. de pignoribus. Et facit etiam, quod ipse voluit in l. 2. C. communi diui. & Baldus in l. si quis libertatē. ff. de tutel. & ra. distr. & in d. authen. hoc si debitor, & in l. j. C. si in fraud. pa. & voluit etiā Barto. in l. fi. §. si cum Seio. ff. si cer. pe. & Ioannes de Imola in l. decē. ff. de verb. ob. quia cū ista sit exceptio dilatoria, non potest opponi post litem contestatem. l. exceptionem. C. de prob. l. penultima. C. de exceptio. Vnde speciale est in excommunicatione, vt possit opponi in quacunque parte iudicij: vt in c. pia, de excep. lib. 6. Nec obstat illud consilium domini Ludouici Roma. in materia excussionis: quia in illo consilio ipse consuluit contra communem opinionem glo. in dicta l. decē. & in dicto §. si cum Seio. sequendo opin. Iacob. But. in d. auth. hoc si debitor. & contra Iac. But. sequēdo gloss. tenuit Ioannes de Imola in dicta l. decem. & idem Ludouicus in d. l. fi. §. si cum Seio. Et facit etiā quod voluit Oldra. in consilio 115. vbi dicit, ꝙ per illa verba est remissa solennitas, & remanet sola negotij, seu facti veritas. Præterea etiam ex alio capite sustentatur, ꝙ non fuerit necessaria excussio, quòd
13 Apollonia erat filia, & in suo non est dare† hæreditatem iacentem. hoc decidit gloss. in l. cum hæreditas. C. depositi. & Bald. ibi refert idem tenere Cyn. per liber homo. §. fi. de stip. seruorum. & sequitur illam gloss. ibi Bald. qui dicit, quòd illo casu nō potest dari curator hæreditati: & ideo nō annullatur processus tanquam factus ꝯ hęreditatem iacētem: quia existentia sui hæredis inducit continuationem dominij sine alio medio. l. in suis. ff. de liber. & posthu. quod dicit esse tenendum menti: quia multa argumenta possunt fieri in contrarium. tamen ita dixit glo. ordi. cuius auctoritas omnes alias antecellit. Et sic sentit ibi Bald. quòd in hoc, quòd non possit dari hæreditas iacens in suo, est standum dicto gl. potius, quàm dicto aliorum. & hoc etiam sequitur Saly. in dicta l. cum hæreditas. vbi dicit, nō esse dandum curatorem tali hæreditati vt iacenti: dicit tamē, quòd ad omne dubium euitādum cautela esset, vt si suus conueniatur, dicat se deliberare, vel nondum hæredem esse, & quòd vtitur beneficio ei a iure cōcesse. & sic poterit dari curator tali hæreditati vt iacenti. & sic concludit, ꝙ interim talis hæreditas non dicitur iacens. Facit, quod voluit idem Bal. in l. apud hostes. C. de suis & leg. vbi dicit, quòd licet glo. in l. si cū dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matrimo. dicat, quòd ipso iure filius nō teneatur creditoribus & legatarijs, nisi probetur, quòd se immiscuerit hæreditati paternę: nihilominus suus præsumptiuè est hæres, & si pater fuit debitor suus, præsumitur esse debitor, & vno probato probatur reliquum. & allegat ad hoc glo. quam reputat singularem in authen. vt hi qui ob. §. sancimus. in gloss. quæ incipit. & per cōsequens. Et pro istis glo. dico esse casum singu. in c. j. de solu. vbi sic clericus tenetur ad debita prædecessoris, sicut filius, tenetur ad debita patris, & per consequens hæreditas non dicitur iacens, vbi est dare suū, facit in simili, quod dixit Angelus in l. si seruus communis Meuij, & castrensis peculij. ff. de stipulatione seruorum. vbi dixit, quòd vbi est dare hæreditatem priuilegiatam, ibi non est dare hæreditatem iacētem: sed non est dare hæreditatem magis priuilegiatam, quàm hæreditatem, quæ defertur suis: vt in l. apud hostes. C. de suis & legi. & l. j. C. de his qui ante aper. tabu. & in l. necessarijs. ff. de acquiren. hæreditate. ergo sequitur necessario, ꝙ non est dare hæreditatem, iacentem, vbi est suus. Facit etiam, quod voluit Barto. in d. l. necessarijs. vbi formaliter dicit, ꝙ suus ante abstensionem est obligatus creditoribus, ergo quandiu est dare subiectū susceptiuum, & receptiuum hæreditatis, non dicitur hæreditas esse iacentis actus actiuorum: vt voluit philosophus, in patiente bene disposito, in secūdo de anima. Præterea facit: quia istud ius abstensionis competit ipsi filio in modo facultatis, ergo quandiu non est in esse deductū, nihil operatur. quod probo hoc modo, sicut facultas adeūdi non deducta in actum nihil operatur. l. precia rerum. ff. ad l. falc. ita nec facultas abstinēdi. Facit simile: quia licet maiori competat facultas restitutionis in integrum, tamen hæc restitutio non potest per modū exceptionis opponi, nisi prius fuerit in actum deducta: ergo quandiu non est deductum ad actū ius abstinendi, nunquam est dare hæreditatem iacentem, & hoc etiam voluit Raphael Cuma. in dicta l. necessarijs. ergo frustra loquitur de hæreditate iacente, quando est suus in medio. & licet glo. in dicta l. si cum dotem. §. transgrediantur. ff. soluto matrimonio. & in dicta l. necessarijs. dicāt, ꝙ non est obligatus creditoribus paternis filius, eo ipso ꝙ est mortuus pater, & filius nisi institutus appareat de immixtione: quia ad hoc respondet primo, gloss. ille non dicunt, ꝙ sit dare hæreditatem, vbi est suus. Secundo gloss. dicit in dicta l. cum hæreditas. & gloss. in dicta authen. vt ij, qui, & sunt gloss. legitimę, & est vltimi opin. Accur. & sic videtur magis approbata: vt habetur in l. qui filium. §. Sabini. ff. ad Trebellia. & etiam quia secundum illam glossam in dicta l. cum hæreditas. est iudicandum & consulendū. Ita formaliter dixit Bal. in dicta l. cum hæreditas. qa cum glo. illa sentiat, non esse dare hæreditatem iacētem, vbi est suus, Bal. ibi dixit, ꝙ nō potest quis adhærere meliori, quàm illi gloss. in consulendo, & idem voluit idem Bald. in cap. primo. de natur. succe. feu. & in l. prima. ff. de vulga. & pupil. & in l. precibus. C. de impuber. & alijs substi. & in authen. cessante. C. de legi. hæredi. & Angel. in l. secunda. ff. de accusa. & Saly. in l. traditionibus. C. de pactis. Iaco. But. in l. prima. C. qui pro sua iurisdictione. Et per consequens ita est tenendum, ꝙ non sit dare hæreditatem iacētem, nec Bartolus dixit cōtrarium: & sic non est insistendum, si potuit procedi contra hæreditatem iacentem: quia hic non fuit hæreditas iacens. Et ideo dixit Ang. in d. l. si seruus communis. vbi est hæreditas priuilegiata, non est dare hæreditatem iacentē: adeo, inquit ipse, ꝙ non indiget curatore, nec dabitur curator vt hæreditati iacenti, & ideo in casu nostro sufficit, ꝙ fuerit citatus propinquus, vt ex dispositione statuti est, vt citetur propinquus loco curatoris, & iam ita extitit seruatum. & ideo licet hæreditas iacens non patiatur secūdum decretum, aut iudiciū:

vt

vt per Bar. in rubrica. C. de succe. edic. & in l. licet. C. de iure deliberã. & in l. fina. C. de te. manu. & in l. si intra. C. de non nu. pec. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. ea quę. C. de temp. in inter. resti. pe. & per domi. Ant. in capit. cum non liceat. de præscrip. & per dominum Abba. in capit. de quarta. de præscrip. & per Angel. & alios in l. quarta. §. toties. ff. de damno infecto. & per eundem Angelum in l. sed si cõditioni. §. seruus alienus. ff. hęred. insti. & in l. si qs hæres instituat. eodẽ titu. & dictis ꝑ dominũ meũ Ioan. de Imola. in l. si seruus hęreditarius. ff. de stipula. seruo. Et per ista sit expeditum secundũ du-
14 bium. ¶ Capio nũc tertiũ dubiũ, videlicet, vtrũ † §. si communis pecunia. l. actione. ff. pro socio, habeat obstare, vt non potuerit agi contra hæredes Thomasij administratoris capitalis, sed prius debuerit agi contra Bursarium. Et videtur agi ꝙ prius debuit contra Bursarium: quia cum ius excipiendi trãseat in singularem successorem: vt in l. si superatus. ff. de pigno. l. si mr. §. idem Iul. & l. si a te. §. Iulianus. ff. de excepti. rei iudica. l. denique. §. fina. ff. pro socio. l. in hoc iudicio. §. si inter socios. ff. commi. diuidun. Bartol. in l. si tertius. §. si qs prius. ff. de aqua pluuia arcẽ. Ideo domina Nicolosia potuit opponere omnem exceptionem, quam poterat opponere Thomasius, si viueret, qui si vixisset, potuisset ipse opponere, & dicere, vt videatur & calculẽtur libri rationum: vt videamus, quę pecunię sunt apud Blasium communẽ bursarium: ergo hac exceptione potuit vti ipsa domina Nicolosia, vt est casus in dicto §. si communis. vbi si communis pecunia sit penes aliquem sociorum, vt quia fecerũt eũ bursarium, vel camerlingum, est prius agendũ cum ipso bursario, ꝙ̃ cum alijs socijs: & sic actio pro socio licet sit ꝑsonalis, tñ sequitur sociũ cõem vniuersalium. & hoc prouenit ſm Raphaelẽ Fulgosium ibi, rõne cuiusdam æquitatis, quæ versatur in iudicijs bonæ fidei. Ita in casu isto prius agendum fuit cum illo Blasio, qui fuit bursarius, & videndæ & calculandæ rões, anteꝙ̃ ageretur cõtra illam dominam Nicolosiam, & hoc debet fieri suadente æquitate, quæ versatur inter socios, quæ habet instar cuiusdam fraternitatis l. verum, in princi. ff. pro socio. & ista faciunt dubium in præsenti cõsultatione. Et sic remanet inuestigare veritatem tex. dicti §. si com munis. cuius verba hæc sunt. Si cõis pecunia penes aliquem sociorũ sit, & alicui sociorum quid absit, cum eo solò agendum, penes quem ea pecunia sit, qua deducta de reliquo, quod cuique debeatur, oẽs agere possunt. Ista sunt formalia verba illius tex. & ante omnia assumo quoddam potissimũ fundamentum imponens gladium huic dubitationi, quod collegi ex Gui. de Cuper l. sed Iulianus, aliàs. Itẽ si filius. §. idẽ ait, si duos. ff. ad macedo. arguens per illum textum, ꝙ si plures rei debendi cõstituantur, videtur actum, si in rei veritate ad vnum peruenit pecunia, ꝙ alij sunt loco fideiussorum habendi & fideiussorum, & bñficio gaudent per gl. in authentico. de fideiusso. §. primo. quę incip. cum dñam, & voluit Barto. in suo consilio incipiente: Titius promisit mihi, ita ꝙ ille prius est cõueniendus, ad quem pecunia peruenit, & illo nõ reperto soluendo deuenitur ad aliũ correum, qui nõ habuit pecuniam. & Bartolus in l. in duobus. §. primo. ff. de duobus reis. in versiculo sexto quęro, pone inquit ꝙ ad vnum ex correis peruenit tota quantitis, an possit petere alter, ꝙ ille prius excutiatur. & respondet, ꝙ si hoc fuit actũ a principio cũ creditore, ꝙ ad vnũ ex correis perueniret pecunia, tũc pars posset hoc petere, ꝙ ille prius cõueniatur, ad quem pecunia peruenit, allegat dictum §. in authen. de fideiusso. Si vero hoc non fuit actum cum creditore, sed tñ inter ipsos correos, tũc prima facere factum illorum non præiudicat creditori: vt in §. si vero minus idonei. in authen. de exhiben. reis tandem decidit, ꝙ si alter correus ostẽdit ad alterum pecuniam peruenisse, ideo petit suo periculo, & suis expensis aliũ executi: videlicet illũ, ad quẽ pecunia ꝑuenit, ꝙ actor hoc facere cogitur, allegat. l. vnde quæritur. ff. cõmo. alleg. etiam simile, quod dicimus de tutore, qui gerit: quia prius est conueniendus, ꝙ̃ qui non gerit. l. secunda. §. fina. ff. de cur. bo. dan. idem firmauit Salyce. in authen. hoc ita. C. de duobus reis. in 10. q. volens illum prius discutiendum, & conueniendũ, ad quem pecunia peruenit. Et facit, quod voluit Iacobus Butrigarius in l. vnde quæritur. §. post esse. ff. de commo. vbi voluit, ꝙ ille prius est conueniẽdus, ad quem spectat, seu peruenit pecunia. idem tenet ibi Angelus, & idem etiam ipse voluit in dicta l. vnde quæritur. & idem voluit Baldus in l. cum in plures. §. vestimenta. & facit, quod ibi notat Bartolus. ff. loca. & bene facit, quod voluit Ludouicus Rom. in suis consilijs, consi. 20. Et sic elicicitur conclusio verissima, & indubitata, ꝙ ille prius est cõueniendus, & discutiẽdus, ad quem ipsa pecunia peruenit. Modo in proposito nostro pecuniæ non fuerunt penes ipsum bursarium, nec hoc constat: sed bñ constat, ꝙ pecuniæ suorũ sociorũ fuerũt penes ipsum Thomasium, vt ꝑ suam cõfessionẽ apparet: ex quo sequit̃, ꝙ ille bursarius non debuit ꝯueniri, cũ non appareat, ꝙ penes eum peruenerit pecunia. & facit etiam ad hoc: quia ille prius est cõueniendus, qui negotia societatis gessit & administrauit. textus est in d. l. diui. in versicu. prout quisq; gessit. & in l. tutores. §. curatores. ff. de admi. tut. in versicu. negotia gesserunt. & in l. actione. versi. nemo tenetur, nisi qui in ingerenda. & in l. prima. §. de rationibus. ff. de tu. & ratio. distra. vbi si sunt plures contutores, ille tenetur, q gessit, & ille prius esse conueniendus, quàm alter, qui nõ gessit. Modo in casu nrõ si ille Thomasius gessit & administrauit negotia societatis, & ad eũ peruenit pecunia, quæ ꝑsumptio est dicere, ꝙ ille Thoma-
15 sius non veniebat prius conueniendus † cum cõstet pecuniam, peruenisse apud eum, & sic sumus in regula vera & inconuincibili, ꝙ ille prius est discutiẽdus, penes quem pecunia peruenit. Vñ Baldus in indiuiduo hoc decidit in dicta l. actione. §. si cõmunis. pecunia vbi allegat ꝓ cõcordãtia ad illũ. §. si cõmunis. dictã l. vnde quæritur. ff. commodati. & sic apertè sentit. dicto §. si communis pecunia. disponere, ꝙ ille prius est cõueniendus. penes quem pecunia ꝑuenit: cũ ergo pecunia peruenit ad illum Thomasium, ille Thomasius fuit primo conueniendus. & hoc decidit formaliter textus in dicto §. si communis pecunia. dum dicit, & alicui sociorũ quid absit, cum eo solo agendũ penes quem ea pecunia sit &c. & sic non requirit, ꝙ contra bursarium agat, sed cõtra eum, penes quem est pecunia. Et hoc ponderat ibi Iurisconsultus: & facit æquitas, vt ille prius conueniatur, ad quem pecunia peruenit. Et si dicat q̃spiam, ꝙ ille textus loquitur de massario societatis: quia cum ille textus dicit: si communis pecunia penes aliquam sociorum sit, intelligitur, vt ibi conseruetur, & sic loquitur in massario: quia ad hoc respõdeo, ꝙ ideo ille tex. dixit massarium conueniẽdum: quia præsupponitur penes eũ peruenisse pecuniã, & ideo dicit cum eo solo agendum, penes quẽ pecunia ꝑuenit. vnde loquitur generaliter non se restringens ad massarium, sed ad illum, penes quem fuit pecunia, & sic ille tex. est contra consilium consultãtis, cum pace sua dixerim. & postea subdit ibi textus qua deducta, idest soluta, de reliquo, qđ cuiq; debeatur, oẽs agere pñt, vnde vult ille textus, ꝙ prius soluatur

natur pecunia socio,& per illum,ad quem illa pecunia peruenit. & per illa soluta fiat rō & calculatio de reliquo, quod cuiq; debeatur, omnes agere possunt, quasi velit, ꝙ postea possunt pati rationes & calculationes. Et ideo ille textus est fundatus sub maxima equitate, vt prius conueniatur ille, penes quem peruenit pecunia,& ratio equitatis colligitur ex illa lege, vnde quæritur. cum similibus dictis superius allega.& bene facit lex, verum.§. si cum tres. ff. pro socio. vbi cum tres essent socij, & vnus egerit cum vno, ad quem pars sua peruenit, & partem suā cōsequutus extitit: deinde alius socius cum eodem agat,& partem suam integram consequi nequit:qa ferre solidum non potest, ꝙ poterit iste, qui minus est consecutus, agere cum illo, qui solidum accepit. Ecce tunc qualiter ibi est casus, ꝙ ille prius est conueniendus, qui pecuniam accepit, deinde est recurrendum ꝯ alium, si ab illo primo integram suam pecuniam consequi non potuit. Facit etiam, quod voluit Pau.de Cast.in d.§.si cōmunis pecunia. vbi colligit ex illo tex. ꝙ licet omnes socij sint obligati viriliter: tamen insolidum agitur contra vnum: quia apud eum est pecunia, de qua debet sibi satisfieri.allegat simile, quod habetur in d.l. vnde quæritur. ff. commodati.& sic sentit aperto ore, ꝙ ille est conueniendus, apud quem est pecunia.& subdit, ꝙ cōtra massariū societatis potest agere quiuis ex socijs insolidum, allegat. d.§.si cum tres. Idem etiam ibi dicit Bal. Et sic præsupponit, ꝙ tunc potest agi cōtra massarium, seu bursarium societatis, quando est certū, ꝙ pecunia est penes eum: aliàs non potest agi contra eum. Modo in casu nostro non constat, ꝙ pecunia esset penes illum bursarium, quæ fatuitas fuisset agere contra illum, penes quem non constat esse pecuniam, & non contra illum Thomasium confitentem pecuniam fuisse apud eum, qui etiam administrauit ipsa negotia societas prædictę. vnde in dicto instrumento depositi dicitur, ꝙ elegerunt Blasium in bursarium omnium denariorum exigēdorum,& releuandorum, penes quem Blasium voluerunt dari, & consignari, & deponi omnes denarios exigendos, & reuelandos de bonis dictæ societatis, & artis. Modo ego nescio videre, quo spiritu ductus dominus consulens allegauit dictum. §. si communis pecunia. ad ostendendum prius debere agi contra Blasium bursarium, ex eo quia d.§.si communis præsupponit pecuniam esse penes massarium, vel camerlinghum societatis, quo casu bene erat agendum contra Blasium, si pecunia societatis fuisset deposita penes eum: sed ex ipso instrumento apparet fuisse factum bursarium pecuniarum exigendarū,& sic actus futuri & dubij: oportebat ergo prius constare, ꝙ pecuniæ dictæ societati debitæ fuerunt exactæ, & fuerunt depositę penes dictum Blasium bursarium. Vnde ex ipso instrumento depositi non probatur, nec etiā ex aliquibus probationibus alijs hoc est ostensum: quo ergo colore, aut quo modo potuit dirigere suas actiones actor contra illum Blasium, cum non constaret, ꝙ pecunia exacta esset penes eum, & iam pecunia societatis fuerat deposita penes illum Thomasium administrantem & gerentem negotia societatis prædictæ, contra quem fundata erat intentio & actio ipsius actoris: vt est tex. in d.§. si communis pecunia. & d.l. vnde quæritur. cū similibus superius allegatis. Facit etiam id, quod voluit Bart.in l.2.§.prætor ait.ff.qui satisd. cog. statuto cauetur, ꝙ qualiscunque fuerit sententia arbitri mādetur executioni, quòd constare debet, ꝙ ille fuerit arbiter.& bene facit, quod ipse Barto. voluit in l.j.§. per vim.ff.quod vi aut clam.facit.l.1.§.item illud. ff. ad Silla.& in l.1.C.vbi causæ.fi.& l.1.C.de testa.& l.si quæramus.ff.eo.tit. Et ideo dicimus, ꝙ stante statuto, quo cauetur, villam teneri ad emendationē damnum passo in territorio, debet prius probari ipsum patientem damnum, videlicet passum fuisse. facit.l. diuus.& quod ibi no. Bar.ff.de test.mili. ideo Bar.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic.dicit, ꝙ si statutū disponit, ꝙ instrumētum guarentigiæ mereatur executionem paratam, ꝙ oportet prius probare instrumentum fuisse guarentigiæ. Et facit etiam, quod hr in l.1.§.si cista.ff.depositi. & in l. cognitionem. ff. ad Silla.cum simi. Et sic apparet, ꝙ text.dicti.§.si communis pecunia.nihil facit ad rumbum. Et etiam est aduertendum: quia text.d.§.si communis pecunia. dicit, penes aliquem. Vnde pōdero, quòd ille tex.loquitur in eo, penes quem est pecunia de præsenti, non aūt penes illum, penes quem de futuro est pecunia peruētura.& sic ille tex. disponit extra casum nostrum, cum in dicto instrō dicatur pecunia exigēda,& sic si pecunia non erat penes ipsum Blasiū, ad quid debebat prius cōueniri de eo, quod erat incertum, an esset apud eum:& sic nec meretur allegari, nec de eo verba fienda sunt quoad istam quæstionem,& per consequens malè est consultum:.quinimo si bene ponderentur ista, dicta sententia lata vigore istius consilij videtur continere errorem iuris. & cum allegatur dictum Raphae. Fulgo.ibi, ꝙ hoc prouenit ex quadam æquitate, quæ versatur in iudicijs bonæ fidei: ad hoc allego optimum tex.in l.3.§. si hæres. ff. commoda. vbi actio cōmodati cōcernit personarum, quæ hēt facultatem rei restituendę. ita est in casu illius §. si communis pecunia. quia cum actio pro socio sit actio personalis, nihilominus comitatur personam, quæ habet facultatem rei restituendæ. vt probat dispositio.l. 1.§.si hæres.ff.ad Trebellianum. & l.si fideicommissum. ff. de iudic. non enim sequitur fundum actio personalis: ideo ratione cuiusdam æquitatis personarum comitatur illa actio pro socio. ita in casu illius §.si communis. illū comitatur, qui potest restituere rem. Modo in casu proposito ista æquitas, de qua loquitur ibi Raphael non habet locum: ex eo quia penes istum Blasiū nō fuerunt depositæ pecuniæ actu,& exercitio, sed habitu & potentia: quia partes fecerunt eum bursariū quoad pecunias exigendas, & deponendas penes eum: sed nullæ fuerunt depositæ; quia nullæ fuerūt exactę, ex quo non apparet: & paria sunt non esse actum, vel non apparere.l.Rutilia Polla.cum simili. ff.de contrahen. emp. ergo &c. Et maximè apparet ex verbis illius reconuentæ excipientis dubiè, cū apposuit, ꝙ pecuniæ poterant esse penes illum Blasiū bursariū, & sic dubiè excipiat, & sic dubia exceptio
16 non iuuat † excipientem: vt c. auditis.& ibi scribentes, de præscrip. Bar.in l.non solum.§. sed vt probari. ff.de operis nou.nunc. quo casu multo fortius videt esse certum, ꝙ dictus Blasius non exegit pecunias, nec penes ipsum sunt. Præterea est etiam accuratè ponderandum instrumentum dicti depositi: quia imo non apparet, ꝙ dictus Blasius deberet exigere dictas pecunias debitas societati prædictæ: sed bene apparet esse depositarium dictarum pecuniarū exigendarum: ergo duo erant necessaria: videlicet, ꝙ exigerentur, & deponentur penes ipsum Blasium. si ergo exactio non spectabat ad ipsum Blasium, quę dementia supina fuisset dicere, quòd debuit agi cōtra illum bursarium, per text. dicti §. si communis pecunia. quinimo & apparet probatum per libros mercatorum, quòd dictus Thomasius exegit debitores societatis prædictæ post factum depositum, nec apparet, quòd depositę fuerint penes ipsum Blasium. & sic optimè,& rectè,& rite actum fuit contra illam dominam Nicolosiam,& non ꝯ illum Blasium.

sium. Et sic.§.si communis pecunia. formaliter est contra illud redditum consilium. Et per consequēs sententia fuit nulla lata vigore illius cōsilij. Nec aliter videtur instandum circa hoc: quia ista est forma his veritas. & eoque fortius cum dictus Thomasius administrator societatis prædictæ habuerit ad manus suas dictos libros societatis post illud instrumētum depositi, & exegit debitores societatis, quo casu est indubitatum debuisse agi contra ipsum Thomasium, & per consequens contra eius successores, & per consequens malè fuit sententiatum per illud consilium, in quo reperitur error: quia dicitur in eo, quòd omnes pecuniæ societatis prædictæ fuerunt depositæ penes illum bursarium: quia non est verū, imo erant deponendæ: quia nō erant exactę, sed exigendæ: & sic illa depositio pendebat ex futuro euentu exigendorum debitorum: & per consequens nō erat vera dispositio. ¶ Nec obstat cum dicitur in dicto consilio, nonne notoriè constat iudici, quòd excussio, non fuit facta solenniter ex eo: quia eo ipso quòd producta fuerunt instrumenta, qualiter Blasius erat factus communis bursarius omnium pecuniarum: ideo videtur confiteri omnia contenta in instrumento, c. cum venerabilis, de exceptio. l. cum
17 præcum. C. de lib. ca. & talis confessio facta † in iudicio inducit notorium. c. tua nos, de coha. cler. & mulier. quia istud est nihil: quia iam, vt superius est dictum, ille fuit depositarius pecuniarum exigendarum, & falsum ex dicere, ꝙ fuit bursarius pecuniarū, nisi dicatur exigendarum: sed in casu nostro producendo instrumentum depositi, non fatebatur ille actor pecunias exactas, sed exigendas, super quo ergo debeat executi ille Blasius, ex quo non erant pecuniæ exactæ penes ipsum Blasium, & sic cessat doctrina Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. de verbo. obliga. & in l. lecta. ff. si cer. peta. & in l. exceptionem. C. de proba. Nec etiam obstat, cum dicitur, ꝙ fuit opposita exceptio excussionis fiendæ per ipsam D. Nicolosiā: quia iam fuit opposita sub dubio, videlicet quia pecuniæ poterant esse penes Blasium, & sic dubia excep-
18 tio † non releuat excipientem, sicut nec releuat dubia probatio: vt in c. in præsentia, de proba. coniuncta. l. 1. §. 1. ff. de fluminibus, vt superius fuit dictum. Nec obstat cum dicitur in dicto consilio, ꝙ si quis bene consideret instrumēta societatis, ipse Thomasius non confitetur se debitorem suorum sociorum in certa & determinata quātitate pecuniarum: sed simpliciter dicit, dictos de Narducijs fuisse socios suos, & in societate vendendi pannum ad retagliū ipsos de Narducijs posuisse tantam pannorū quantitatem, quæ ascendebat ad summam tot Florenorum. vnde talis æstimatio pannorum non facit emptionem, & allega. not. Bal. in l. 1. C. pro soci. in 8. q. vnde positi fuerunt panni in societatem ad retagliū vendendi, & per consequens debuit videri ratio venditionis ipsorum pannorum exinde subsequuta: & sic in instrumento ipse Thomasius se obligat duntaxat ad reddendam bonam, & diligentem rationē ipsius de Narducijs, cum reliquorum restitutione: non autem se obligat ad certam & determinatam quantitatem pecuniarum: quia verè istud non obligat. Et circa hoc sunt accuratè ponderāda verba ipsius instrumenti, quæ ita dicunt: cum hoc sit, ꝙ Thomasius dudum exercuerit artem vendendi pannos ad retalium pro se, & vice, & nomine aliquorum suorum sociorum, cumque ad manus dicti Thomasij, & in eius potestate deueneri de bonis dictorum sociorum nonnulla quantitas pannorum de lana, ascendens ad summam Florenorum mille trecentorum. 12. de quibus detractis Floren. 500. solutis dicto Thomasio per dictos suos socios, cæteris pro dotibus dominæ Isabetæ vxoris ipsius Thomasij, & de dictis pannis dictos Flor. 500. valenti. & colligendis restat penes dictum Thomasium quantitas Flor. 800. de dicta summa Flor. 1312. ad eius manus peruenta. Vnde si rectè ponderentur verba huius instri, iste Thomasius nō facit se debitorē pannorū, sed facit se debitorē quātitatis Florenorū, & hoc apparet clarius ex eo, qa dicit solutos eē Florenos. 500. & sic refert se ad quātitatē & numerū Florenorū, & postea dicit se debitorem quantitatis, quo casu quid oportet in re clara & aperta opponere nodum: quia si dicit penes se restare quantitatem Florenorum, 800. ex dicta summa, quis dubitare potest, ꝙ dicta quantitas erat petenda, & non panni, quod sic demōstro.
19 Aut dicimus, quòd ista æstimatio † non fuit facta ea mente, vt sit loco precij, sed, vt si res deterioretur, vel pereat, sciamus quantitatem deteriorationis: & tunc licet æstimatio non faciat emptionem, puta si traditur in dotem res æstimata: quia æstimatio tūc fit, vt si res deterioretur, sciamus quantitatem deteriorationis: vt in casu soluti matrimōij des tantam quantitatem, per illam notabilem regulam, quæ ponitur in l. cum manu sata. §. nemo. ff. de contrah. emptio. ita formaliter dicit Bald. in l. prima. C. de iure doti. ad fin. & sic decidit, quòd quantitas est in obligatione: ergo sequitur, quòd etiam quantitas est in executione. Modo in casu nostro, si panni vendēdi ad retalium dati fuerunt æstimati, videtur esse quidam contractus innominatus, vt soluta societate des tantam quantitatem: ergo sequitur, quòd quantitas æstimata potuit peti: vt sic Bald. in dicta l. prima. in indiuiduo determinat contra dictum cōsilium. facit ad hoc, quod voluit idem Bald. in l. quoties. C. de iure dotium. vbi in terminis decidit istam q. ad fin. vbi dicit, maritus recepit rem in dotem æstimatam, & promisit restituere per ista verba, quā dotem &c. quòd tunc precium ipsum est in obligatione: & ideo debetur precium, & ita alias cōsului, & vidi etiam ita consultum. Facit l. fina. in princip. ff. de pact. dota. Facit l. æstimatis. ff. sol. matimonio. & quod not. in authen. siue a me. C. ad velleia. & qđ not. Barto. in consilio incipiente, Paula nupsit. Ita dicamus in proposito, quòd quantitas æstimata veniant petenda: licet ergo talis æstimatio non faciat emptionem, tamen operatur hoc, quòd possit peti illa quantitas. Facit simile, quod habetur in d. l. æstimatis. solu. matrimo. vbi licet æstimatio non faciat emptionem, sed sit, vt videatur augmentum, vel diminutio rei æstimatæ, nec faciat desinere fundum esse dotalem, tñ eligitur quædam media via: qa non potest alienari sine cōsensu mulieris: vt ibi. & in l. ꝙ si fundus. ff. de fundo dotali. sed cum consensu mulieris bene potest alienari: secus autem si æstimatio faceret emptionē: quia tunc posset alienari sine cōsensu mulieris. Ita in proposito nostro alterabit ista ęstimatio nām istius contractus, vt æstimatio illa conuenta possit peti, maximè cum in ipso instrumēto dicatur, ꝙ quantitas remanet apud ipsum Thomasium, & per consequens potuit peti illa quantitas conuenta in dicto instrō: licet ergo in dicto consilio dicatur, ꝙ non fecit emptionem dicta ęstimatio; nihilominus facit videri illam quantitatem ęstimatam posse peti. Aut dicimus, ꝙ fecit emptionem & tunc in dubio valet ex iuris dispositione: cum faciat emptionem. vt l. si inter. C. de iure doti. l. plerūque. §. fi. ff. eo. l. 1. C. de iure doti. Bald. ibi. & in l. quoties. C. eo. & in l. Gallus. §. & quod si tm̄ ff. de libe. & posth. & in l. cum dotē. C. de iure doti. & in l. per diuersas. C. māda. Bar. in l. j. §. j. ff. de superficie. & in l. facta. §. hæres. ff. ad Treb. ¶ Nec obstat, cū allegat dictum Baldus in d. l. j. in 8. q. quia Bald. ibi dicit, ꝙ in con-

contractibus non ordinatis ad dominium, estimatio non facit emptionem, & allegat Bald. in l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. & allegat regulam. d. l. cũ manu sata. §. nemo. Ex quibus verbis coniuncto eo, quod Bald. dixit in d. l. 1. C. de iure doti. qđ superius retuli, non negat, ꝙ quantitas æstimata non debeatur, sed solum dicit, ꝙ æstimatio non facit transire periculum casus fortuiti, & sic Bal. in d. l. prima. non dicit, ꝙ quantitas æstimata debeatur. & iste casus videtur: quia imo debetur, vt superius dixi. Nec meretẽ illud dictum Bal. allegari in ista dubitatione: eo qa
20 Bal. ibi ita † duntaxat loquitur, an per æstimationẽ transeat periculum casus fortuiti: & sic nihil facit ad propositum nostrum, & cum Bald. ibi allegat rationem, quare æstimatio non facit transire periculum: quia in cõtractibus non ordinatis ad dominiũ æstimatio non facit emptionem. Ad hoc respõdeo: quia non bene loquitur in assignanda ratione illa, ex eo, quia ille. §. damna. probat contrarium. probat enim, si trado alicui boues estimatos, vt laboret, vel custodiat, & ipse dumtaxat operam præstet, ꝙ hoc ipso videtur actum, ꝙ boues sint communes, quod patet: quia tex. dicit, commune damnum est. nam si non esset cõmune damnum, esset mei solius: vt patet in l. si id quod. ff. pro socio. ita formaliter dixit, verus iuris interpres D. Pau. de Cas. in d. §. damna. & sic dominium facit transitum per estimationem rei deductæ in contractu societatis pro parte: & sic nõ est verum, ꝙ simus in contractibus nõ ordinatis ad dominium: quia dominium transit pro parte. idem firmauit solennis doctor D. Florianus doctor Bono. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. in quadã distinctione, quam ibi facit super æstimatione: dixit enim, ꝙ in contractu societatis, vbi transfertur dominium pro parte, æstimatio non facit transire casum in alterum socium. & sic non est verum dicere, ꝙ dominium non transeat: quia imo transit, aliàs sequeretur absurdum, de quo in consilio reddito, per celeberrimum doctorem D. Marianum, & per consequens nec debuit, nec potuit adduci contra hanc dubitationem dicta doctrina Bald. in d. l. 1. in 8. q. & ideo iudicio meo malè fuit consultum, & malè iudicatum contra D. Franciscum de Crem. Nec insisto super nullitate sententiæ latæ per D. Albertum: qa plenè & subtiliter dictum est per D. Benedictũ, ostẽdendo apertam & multifariam nullitatem sententiæ latæ per D. Albertum. Et ex prædictis concludo malè, & iniquè fuisse iudicatum, & sentẽtiatum per D. Albertum, & meritò, & iure fuisse cõdemnatum in syndicatu per D. Franciscum de Crem. & malè & pessimè fuisse iudicatum & consultum per D. Iacobum de Puteo. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Iudæi in matrimoniis contrahendis suas leges obseruant, & non canonicas; & quare.

SVMMARIVM.

Ecclesia in matrimonijs potest dispensare in secundo gradu, in linea tamen equali. nu. 2.

Consuetudo etiam iniusta excusat a pœna temporali, sed non a spirituali. nu. 3.

CONSILIVM XIII.

Illud in medium referam, quod bellissimè scribitur primo regum. c. secundo. nolite loqui sublimia gloriantes: quia Deus scientiarũ est dominus. Ideo Spiritussancti gratia ex corde, & animo implorata, vt Deus gloriosus sua solita clementia veritatem huius consultationis mihi aperiat. Amen. Viso puncto & facti contingentia, & viso consilio elegantissimo celeberrimi Doctoris dñi Pauli de Doctis Paduani, quem in patrem mihi summo honore obseruandũ habeo, qui ita luculenter & subtiliter consultationem præsentem examinauit, vt nil vlterius melius, aut ad mãm accõmodatius allegari possit, & reqsitus de sola subscriptione paucula in medium afferã vltra scripta per eum. Et primo istam quęstionem ponit in terminis solennis doctor dñs Florianus de Sancto Petro, doctor Bononiensis in l. in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. vbi dicit esse du-
1 bium † vtrum iudæi subijciantur canonicæ regulæ in matrimonijs contrahendis, & dicit se habuisse de facto, & consuluisse, quòd non subijciuntur regulis iuris canonici: & mouetur; quia iudæi solùm ex lege Mosaica vident prohiberi quoad ascendentens, & descendentes. 35. quæstione 2. in princip. quia nihil ad nos de his, qui secundùm eorũ ritum contrahunt: sicut enim eos toleramus in eorum festiuitatibus, ita in eorũ ritu, in contrahendo matrimonium. Item nihil ad nos de his, qui foris sunt: & ratio, quare nos non possumus contrahere matrimonium inter affines, est propter peccatum mortale, quod eis ascribi non potest, secundum ea quæ habentur in c. gaudemus, de diuor. Et sic ꝯsuluit, vt ibi ipse refert, ꝙ potuit neptis contrahere cum patruo: ergo multo fortius in casu nostro potuit iste iudæus cõtrahere cum sorore vxoris. & sic in terminis consuluit dominus Florianus pro ista quæstione, licet illud, qd ipse dixit, ꝙ neptis potuit cõtrahere cũ ipso patruo, ego non pono pro constanti ex eo: quia Ioan. An. in
2 c. literas. de restitu. spolia. dicit † ecclesiam posse dispensare in secundo gradu, in linea tamen ęquali: vt puta vt filij duorum fratrum cõtrahant: secus dicit in secundo gradu inæquali. Et ideo dicit, ꝙ patruus non potest contrahere cum nepte. Et ita dicit seruare iudæos. & sic concludit ibi Ioan. An. seruare per iudæos, & filij duorum fratrum contrahunt: & ita seruant inter se iudæi: ergo multo fortius contrahet quis cum sorore vxoris iam defunctæ; & per consequens sentit, ꝙ inter iudæos seruare eorum consuetudo in contractibus matrimonialibus, & per consequens lex, nec fratris. & l. licet. C. de incest. nup. nõ vendicant sibi locum in iudęis. Et sic Ioannes Andr. sentit ibi, quòd iudæi in suis matrimonijs seruant leges suas, & cum illo dicto Ioan. And. transeunt ibi doctores, & ibi dominus & cõsiculus meus Abbas sequitur illam doctrinam Ioan. And. Et sic si iudæi seruant, ꝙ filij duorum fratrum contrahant inter se, multo fortius concedunt, vt frater accipiat in vxorem sororem vxoris mortuę, & iam in pũcto pręsupponit illud, ꝙ iudæi ita seruãt, & ita est de eorum consuetudine. Præterea licet Salyc. in l. nemo. la 1. C. de iudi. dicat, ꝙ nuptię sicut sunt prohibitæ inter Christianos, ita sunt præhibitæ inter iudæos, & etiam ibi Raphael Fulgo. dicit, ꝙ iudæi non putant debere contrahere matrimonium secundùm leges Romanas, sed secũdùm leges suas hebræas, & putant posse facere diuortium, ꝙ dicit ibi Raphael non esse verum: quia imo tenentur, contrahere matrimonium secundùm leges ciuiles Romanas: quia ad ista satis est rñsum in dicto cõsilio dñi Pauli. Nec curo disputare de intellectu. d. l. nemo. sed quò ad excusandũ istum iudæum nulla est dubitatio, & iniquissimum est velle agere contra eos ad publicationem bonorum. & ad hoc allego eũdem dominum Raphaelẽ in d. l. nemo. vbi dicit, ꝙ iudæi nõ seruãt illam. l. & ẽt Ang. ibi dicit, ꝙ iudæi nullũ illorũ, quę ꝯtinentur in illa. l. nemo. seruant: quia imo ꝯhunt fm leges suas hebræas. Si ergo iudæi nõ seruant in suis matrimonijs leges Romanas, sed leges suas hebręas, & ita cõsueuerunt facere, qs dubitat, ꝙ iudęi ꝯhendo secun-

secundum suas consuetudines, non veniunt puniēdi. consuetudo † enim etiam iniqua, licet non excu-
3 set a pœna æterna, & spirituali: vt est gl. in c. deniq;
4 dist. tñ excusat a pęna tpali: & sic a pęna corporis: & a pena honorũ: vt est gl. singularis in c. cũ venerabilis: de consuetudine. & ideo consuluit D. Petr. de Anch. consi. 281. incip. iure scripto & consuetudine. dicit, ꝙ consuetudo etiam quæ est corruptela, excusat a pœna homicidij, allegat gl. d. c. cum venerabilis. ex consuetudine pueri in ciuitate Bononien. consueuerant proijcere sibi lapides vnus aduersus aliũ, tandem secutum fuit homicidium, decidit ibi, ꝙ vigore talis consuetudinis non potuit puniri de homicidio. & idem D. Pet. in d. c. cum venerabilis. dicit ꝑ illam glo. ꝙ licet consuetudo reprobetur tanquam praua: gesta tamen respectu illius consuetudinis nõ sunt irritanda, & rationem dicit esse; quia ille, qui sequitur communem errorem, non est in dolo licet iniusta ratione ductus credat ipsam valere; liberat hæc iniusta credulitas quem a pœna, allegat no. per tex. in l. 1. ad fin. ff. de ambi. & refert ibi se habuisse de facto, quidam rector villæ fecerat poni plures in cippos, fuit formata inquisitio ꝯ eum de priuato carcere, probauit, ꝙ eius prædecessores fuerant vsi isto iure, licet forte minus iustè, refert se obtinuisse, ꝙ ille talis non potuit puniri, ꝑ illam glo. Ita dicamus in proposito nostro, posito tamen sine præiudicio, ꝙ iudæus teneretur contrahere ſm dispositionem iuris ciuilis, & non ſm dispositionem legis hebraicæ,
4 tamen ex quo † consuetudo eorum ita se habet, vt in suis matrimonijs sequantur legem suam hebraicam, excusantur vi consuetudinis. & doctores superius relati hoc decidunt: dicunt enim, ꝙ iudæi non seruant. d. l. nemo, sed seruant legem hebraicam, & per consequens non veniunt puniendi seruando legem suam ex eorum cõsuetudine. Facit, quod dixit gl. in l. ex consensu. §. fi. ff. de appellatio. quæ vult, ꝙ colorata causa excusat quem a contumacia, & glo. idem voluit in l. 1. ff. si quis in ius vo. ad finē. & Ang.
5 in d. l. ex consensu. §. fi. dixit, ꝙ omnis † causa etiam fatua, si est colorata, excusat. & idem voluit in l. j. ff. de eo per quem fac. er. Et facit glo. singularis in l. in hac. ff. de condi. tritica. quæ voluit, ꝙ colorata causa excusat quem a pęna interitus. Et facit, quod eleganter voluit Bald. in consilio suo incipiente, in Christi nomine amen, quando aliquid cõceditur. vbi dicit, ex dispositione statuti ludus debebat fieri in certo loco, aliàs punirentur ludentes. Modo quidam luserunt extra illum locum deputatum a statuto, & sic in alio loco, fuit dubitatum, an venirent puniendi. & allegabant illi tales ludentes, ꝙ non debebāt puniri ex eo: quia consuetudo erat, ꝙ extra illum locũ deputatum a statuto ludebatur, ꝙ nihilominus fuerunt excusati vigore consuetudinis. ita dicamus in casu nostro, ꝙ veniant iudæi excusandi, si contrahēdo matrimonium sequantur consuetudinem obseruatam ab eis, & per consequens iste iudæus non venit puniendus. Facit text. in l. miles. §. si mulier. ff. de adulte. & l. igitur. ff. de lib. causa. vbi iniusta causa excusat a dolo, si est colorata. & facit tex. ĩ l. nouissimè, §. si quis compulsus. ff. quod fal. tu. auctor. vbi Bal. ꝑ illum tex. dixit, ꝙ illi legi non potest dari melior concordantia quàm de. d. l. igitur ad probandum, ꝙ fama excuset a dolo: ergo multo magis excusabit consuetudo a dolo. Facit, quod pulchrè voluit Bal. in l. j. in fin. post glo. C. vbi cau. status. ꝙ bona fides potest etiam causari ex iniustis rationibus, & temerarijs, & quod voluit Bart. in l. diuus Claudius. ff. ad l. Cor. de fal. & quod habetur in l. plagij. C. de plagiar. & quod voluit Inno. in c. penulti. de rebus eccle. non alie. Et sic videtur ex istis concludendum vnà cum domino Paulo consulente, ꝙ iste iudæus non inciderit in aliquam pœnam contrahendo matrimonium secundùm legem Mosaycam, & per consequens veniant absoluendus ab impetitione fiscali. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Contractu rescisso an debeatur gabella. Item instrumento annullato annullantur omnia in eo apposita. Item feudum an & quando possit alienari.

SVMMARIVM.

Causa expressa in prœmio præsumitur finalis. nu. 1.
Contractu rescisso rescinduntur omnia, quæ ex eo sequuntur. numero 5.
Feuda an & quando alienabilia, aut diuisibilia. nu. 7. & 8.

CONSILIVM XIIII.

Clementissimi optimi Dei Iesu Christi pijssimi Redemptoris ex corde inuocato præsidio. Viso puncto & celebri reddito cõsilio, & subscriptionibus, & solenni animaduersione pensatis, cõsulatio ista est apertissimè enucleata, adeo quòd nulla eget ampliori inuestigatione: tamen quia maiores nostri illud quemquam scitè arbitrati sunt, qđ ratione optima demonstrasset. c. ego solis. 9. di. ideo aliqua succinctè percurram, & in medium afferam, quod Bald. venit in mentem. in c. secundò requiris,
1 de appel. vbi dixit, ꝙ clausula † prooemialis respicit omnia præcedentia, & sequentia. & idem voluit in l. 1. ff. de orig. iur. & in prima constit. C. §. quibus. vbi dicit, ꝙ procemium non est ponendum, vbi nullum suffragium præstat: sed si declarat mentem legisla-
2 toris, † quæ etiam ex procemio colligitur, tunc multum operatur, idem voluit in l. fina. ff. de hære. insti. vbi est text. elegans de hoc. & idem voluit in l. vt liberis. C. de colla. & in l. hæc verba. C. de fal. cau. adie. leg. & in l. cum hi. ff. de transa. Ange. in l. 1. ff. de iudi. Barto. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & in l. prima. ff. ad macedo. vbi est solen. tex. & in d. l. cum hi. Et ideo dixit D. Car. Zabarela in c. penul. de cle. cõiuga. quòd
3 † causa expressa in procemio præsumitur esse finalis, facit text. in capitu. ex multa. de voto. & ibi Do. Abb. consiculus meus. & D. Anto. in clem. 1. de elec. & text. melior de iure in l. regula. §. & licet. in versic. initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. ignoran. Ista ergo est conclusio verissima, ꝙ finalis causa huius societatis est illa, quæ colligitur ex procmio: est enim finis primum mouens: vt scribitur ꝑ Philosophum. omne enim agens agit propter finē, finis est, qui mouet agentes, & intendentes pro maiori lucro, bono, & vtilitate adinuicem in commune bonorum perseuerare: finis ergo inducens istos fratres ad hunc contractum societatis ineundum, fuit maius bonum, & maius lucrum, & maior vtilitas, quæ resultarent ex perseuerantia societatis, & communis: ergo eo ipso ꝙ communi consensu dissoluunt contractum societatis etiam videntur resoluere omnia secuta, & illata, & inducta ex illo contractu societatis: quia non data perseuerantia inducta societate cessat maius lucrum, & maius bonum, & maior vtilitas. Vnde Lud. Ro. in quodam suo consilio, quod incipit. licet communi iure, quo vtimur. & est in ordine. 76. consuluit, stante statuto municipij, ꝙ de cõtractu soluatur gabella, & partes, ꝯxerũt in forma valida, & fecerunt contractum validum, &
4 partes ipsæ rescindunt illum cõtractum, † quòd de tali contractu non soluetur gabella, ex quo est rescissus: quia statutum volens solui gabellam de cõtractu,

tractu, intelligitur de contractu praeexistente, nõ autem de contractu rescisso. Et sic apparet ex hoc, ꝙ dissoluto contractu dissoluta sunt sequentia ex illo contractu. ¶Et si dicatur, quòd imo ius quaesitum ex illo contractu valido camerae fiscali non potuit sibi auferri facto illorum contrahentium: vt est glo. in authentica, de nuptijs. §. quia verò. & ibi dixit Angel. quòd si de quolibet contractu debet solui gabella ad certam rationem, & contractu perfecto partes volunt a contractu recedere in totum, vel in partẽ minuere, ad hoc vt non soluant, non possunt: quia cum sit quaesitum ius communi ad gabellam, non potest recedi a contractu in praeiudicium communis: & maximè per regulam. l. id quod nostrum, de reg. iu. & quod voluit Guli. de Cu. in l. ab emptione. ff. de pactis. & Cyn. & Bald. in l. secunda. §. sed quia nostra. C. communia de lega. Quia ad hoc respondeo: quia verè non obstat in casu nostro: quia non agitur de praeiudicio fisci, seu camerae Mutinensis. Et posito non tamen concesso, ꝙ ageretur de praeiudicio fisci, vel camerae Mutinensis, nihilominus loquitur An. eo casu, quo ex contractu illo acquisitũ est ius fisco, vel communi. Sed in casu nostro ex huius societate nihil est acquisitum fisco, aut communi Mutinensi respectu gabellarum, quas alter frater per seipsum conduxerat a fisco: vnde obligatio fuit acquisita fisco contra illum conductorem, non contra fratres postea contrahentes societatem omniũ bonorum cum illo alio fratre cõductore dictarum gabellarum. & sic Angel. & sequaces loquuntur eo casu, quo ex contractu celebrato inter duos immediate acquiritur ius fisco, quod non est in casu no-
5 stro. Ideo stamus in hac conclusione, ꝙ † rescisso cõtractu valido rescissa sunt omnia, quae ex illo contractu sequuntur quoad ipsos contrahentes: ergo rescissa societate communi cõsensu ipsorum fratrum, rescissa sunt omnia, quae ex illo contractu societatis sequi debebant. vnde Guli. de Cu. in l. fina. ff. de constitu. pecu. videtur formaliter decidere istam q. dicit enim pone, quidam conduxit a rege quandam bauiliam ad quinquennium, obligauit se quidam praetextu bauiliae, postea Rex abstulit sibi illam bauiliam ex aliqua causa: quaeritur, vtrum ille talis teneatur illis, quibus se obligauit: videtur ꝙ non, argu. illius. l. & ff. de insti. l. fina. sed videtur, ꝙ illa. l. non faciat: quia loquitur quando ab initio causa erat falsa, nos loquimur, vbi causa erat certa: & videtur ꝙ teneatur, argu. l. procurator, qui pro euictione. ff. de procur. decidit ibi Gul. ꝙ si nihil vtilitatis percepit, non tenetur illis, quibus se obligauit: quia illa rescissio contractus, quam facit Princeps, videtur rescindere omnia contenta in illo contractu, etiam quoad alios obligatos ex illo conttactu. certè istam quęstionem in indiuiduo decidit ibi Gul. de Cu. quia si tertius, vt est Princeps, ex ista causa annullat cõtractum, videtur annullare inde sequuta ex illo cõtractu: multo fortius ipsae partes vidẽtur annullare sequuta ex illo contractu annullando ipsum contractum quoad ea, quae tendunt ad commodum & incommodum ipsorum contrahentium, maximè in casu nostro: cum ex conductione gabellarum facta per ipsum Iacobum nomine proprio ipsius Iacobi nõ fuerunt obligati fratris ipsius Iacobi. & sic istud dictum Gul. de Cu. in d. l. fina. & illud consilium Ludouici Roma. decidunt istam dubitationem apertissimè, ꝙ omnia sint extincta & annullata. Praeterea facit; quia quoad ipsas partes paria esse vidẽtur, ipsum contractum esse ipso iure nullum, vel per ipsas partes annullari, ex quo non agitur, nisi de praeiudicio ipsarum partium: possunt enim ipsi contrahentes suo fauori renũciare. c. porrectum. & c. apostolica. de regula. l. si quis in conscribẽdo. C. de pact. cum simi. Sed vbicũque contractus est nullus, nulla sunt ipso iure cõtenta in eo. vnde pulchre dixit Bal. in c. j. §. j. de feu. dato in vic. leg. commiss. in vsi. feud. ꝙ si instrumentum non valet, nec etiam valet constitutio precarij in dicto instrumento apposita, tanquam eius accessoriũ. & clarius & apertius hoc voluit etiam Bal. in l. ex testamento. C. de fideicom. facit d. l. fi. C. de consti. pecu. vbi est casus singularis, ꝙ
6 existente † instrumento nullo, efficitur nulla cõfessio in dicto instrumento interposita, quem text. ad hoc allegauit Bal. in d. l. fi. §. sed quia nostra. & in l. si absentis. C. si certum petatur. Facit ca. principaliter. & c. cum Paulus. j. quaestio. j. vbi sublato fundamento tolluntur omnia ex illo fundamento sequuta. facit, quod voluit Inno. in c. cum venerabilis. de exceptio. Et ideo Lud. Roma. in consilijs suis, consi. 288. consuluit, ꝙ instrumento existente nullo nulla est confessio in eo apposita tanquam accessoria: quia corrumpitur accessorinm principali corrupto. & ad hoc allegat Inno. in d. ca. cum venerabilis. de excep. & quod not. Bartol. in l. post legatum. ff. de his quib. vt indig. & Bal. in l. alia. C. eo. ergo eodem modo videtur dicendum in casu nostro, vt dissoluto contractu societatis, videantur dissoluta omnia conuenta, & contenta in ipso contractu societatis: & per consequens donationes, quittationes, obligationes, & similia contenta in ipso contractu societatis videntur esse resoluta, & eo maximè: quia causa finalis, & potissima illorum talium fuit; quia societas erat duratura vsque ad quinquennium. Cum ergo fuerit dissoluta, ergo resoluta sunt omnia sequentia iutuitu dictę societatis in futurum duraturae. Ex quibus concludo, ꝙ pacta, obligationes, donationes, remissiones, & quittationes gabellarum, & datiorum cõicationes contenta in dicto instro societatis sunt resoluta, ita vt est resolutum ipsum instrm societatis ipso iure. & pro certo optimè vr decisa ista consultatio per illam doctrinã Ludouici Romani, & Gulielmi de Cuneo. Et ita concludo. ¶Capio aliud dubiũ, videlicet ꝙ ista castra, quae sunt comitatus, vt ex largitione illius principis vnici, ac memoriae perpetuae celebrandi quondam Philippi Mariae Ducis Mediolani, cuius animam Deus gloriosus sinat fęlini frui aeuo, colligitur, nullo modo põt diuidi, quod probo ratione inconuincibili, posito ꝙ iura nobilis in hoc
7 puncto deficerent. Feuda † vel castra iure feudi concessa non põt alienari rsr: vt in c. j. de alie. feud. cũ si. sed diuisio est alienatio: hoc probat tex. in l. si pupillorum. in prin. ff. de rebus eo. & ideo Lud. Ro. in ꝯsi. 181. incipiente, in casu proposito animaduertendũ. vbi cauebatur statuto, ꝙ de alienatione soluatur certa gabella. fuit dubitatum, qa de diuisione? cõsuluit tale statutum hre locum in diuisione: quia iam diuisio est alienatio. diuisio enim tenet locum emptionis, tex. est in l. diuisionẽ praediorum placuit emptionis vicẽ obtinere. C. cõia vtriusq; iud. & ibi dixit Bal. ex diuisione transire dñiũ, est vasallus nõ possit alienare feudũ, nec vẽdere feudũ: ergo sequitur, ꝙ illud nõ poterit diuidere. Scdò ad hoc faciat. l. imperialẽ. §. pręterea. de prohi. alie. feu. p Fed. vbi ducatus, marchionatus, comitatus, & similes nõ diuiduntur: sed feudum diuisionẽ recipit, si consortes volunt, ita tñ si oẽs, qui feudi partem habent, fidelitatem dño facere vellent. & sic feuda principatuũ, vt est comitatus, ducatus, marchionatus & similes nõ diuidunt. Et est rõ: quia, vt dicit euãgeliũ, oẽ Regnũ in seipsũ diuisum desolabit. & apud Lucanũ in primo. Oĩsq; ptãs impatiens cõsortis erit. & in prima tragedia dr. nõ capit regnũ duos. & Aristoteles. 12. metaphysicę, in fi. dicit, entia nolunt male disponi, malum pluralitas

litas principatuum, vnus ergo princeps. Item dignitates non debent minui, sed augeri. l. obseruandũ. ff. de off. præsid. & quod hr̃ in auth. de trien. & semisse. post principium. debent ergo tales principatus in sua integritate manere. c. maioribus. c. nisi essent, de præb. Cũ ergo in casu nostro ista feuda sint comitatus, ergo sequitur, ꝙ non pñt diuidi, & allegat. tex. dicti. §. præterea. Bart. in l. inter tutores. ff. de admi. tu. vbi refert se in facto consuluisse super ista q. cuidam militi fuit concessum feudũ a principe de pluribus castris filij eius postea diuiserunt castra, & vni obuenit in partem vnum castrum, alij aliud, tandẽ vnus istorum deliquit in partem obuentam alteri. quærebatur, vtrum possit ab eo puniri, & decidit ꝙ nõ: qa dicit, ꝙ ista diuisio est quoad administrationem: dominium autem est penes quemlibet pro indiuiso simul & insolidum: ideo par in parem non habet imperium, & allegat pro casu. d. §. præterea. & gl. ordina. dicit, ꝙ feudum non diuiditur inter hæredes vasalli in l. communi diuidundo. ff. commu. diui. & dicit verum illa gl. loquendo in feudo marchiæ, ducatus, vel comitatus; quia non potest diuidi: sed loquẽdo in alio feudo inferiori alicuius territorij, cui inhæret iurisdictio, tunc cadit diuisio iuris, & administrationis: & ideo si consortes volunt tale feudum, bene possunt diuidere: vt ꝓbat text. in d. §. præterea. per quem tex. dixit Bald. in l. voluntates. C. de fideic. vbi quærit, quid de duobus fundatarijs vtrum vnus possit vendere iura sua alteri confeudatario, vel locare ad longum tempus sine ꝯsensu dñi: & decidit, ꝙ si acquisiuerunt de nouo fundum, tunc non pñt: quia funda diuersum principiũ habent: secus si feudum sit paternum: vt not. in c. 1. §. cũ verò Cõradus. qui feud. da. pos. & in c. 1. de suc. feud. & eodẽ modo dicit ibi Bal. esse distinguendum, si volunt diuidere feudum: & sic Bal. primo in d. l. Imperialem. §. præterea. trãsit cum decisione Bar. referens eundẽ Bart.
8 in d. l. inter tutores. & ẽt vult, ꝙ † si feudum inferius est paternum, tunc possunt filij diuidere, si volunt: & est tex. in d. §. præterea. de feudo inferiori. & hoc etiam voluit Bart. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de ver. oblig. in ver. 4. quęro duo fratres &c. vbi allegat. d. §. præterea. & etiã. d. l. voluntas. ꝙ duo fratres possunt diuidere emphyteusim paternã inter se, & sic Bar. ibi extendit illum tex. loquentem de feudo inferiori ad emphyteusim. & idem voluit idem Bart. in consilijs suis, cõsi. 57. in cip. ex themate prædicto &c. & copiosè loquitur super hoc, & idem etiam voluit in l. cum hi. §. si vni ex pluribus. ff. de transac. & in l. j. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. & in l. & ideo. ff. de condi. & quod voluit Fede. de Senis, consilio 228. & Io. Calde. in suis consilijs in titu. de loca. vbi concludunt, ꝙ ipsa feuda inferiora, & emphyteusis potest diuidi inter ipsos emphyteutas, ex quo omnes sunt obligati domino, & requiritur voluntas ipsorũ confeudatarium. Sed in casu nostro istud non est feudũ inferius, sed est comitatus: ergo nullo modo patitur diuisionem: & si esset feudum inferius, nihilominus esset necesse concurrere consensum omnium confeudatariorum. vnde non posset prouocare aliũ diuisionem. & sic Bald. quoad feuda superiora: vt est comitatus, & similes transiuit cum dicto Bart. in d. l. inter tutores: facit etiam, quod no. gloss. solen. in c. si
9 hæredes. de testa. quæ vult, † ꝙ feuda dignitatum nõ diuiduntur, & quod voluit glo. in c. licet, de voto. Et ideo Andreas de Isernia in dicto §. præterea. limitat illum textum, nisi ex priuilegio speciali principis tales dignitates essent effectæ diuisibiles, vel ex consuetudine introducta scientibus, & videntibus Imperatoribus, ita quòd ex certa eorum sciẽtia introducatur illa diuisio, per legem, de quibus, ff. de legi. & sequitur Baldus in dicto §. præterea. & latè hoc voluit Ioannes Andreæ in addi. Spec. in titu. de feud. super rubri. in ver. non omittam, argu. l. si in emptione. §. omnium. ff. de contrahenda empt. & d. l. de quibus. Facit etiam, quod voluit Bald. in authenti. hoc amplius. C. de fideicom. vbi dicit, ꝙ dignitates magnæ non diuiduntur: vt in cap. 1. de feudo march. & hoc suadet vtilitas subditorum: quia expedit multitudinem regi ab vno: vt l. 2. §. nouissimè. ff. de origi. iur. facit, quod voluit Andreas de Isernia, & Moderni scribentes in capitu. omnes filij. in titu. si de feudo fuerit controuer. & Specu. in titu. de feud. §. quoniã. versicu. 24. & 33. & 31. Facit etiam, quod voluit Bal. in d. l. communi diuidundo. vbi sequitur illam glo. dicens, ꝙ vasalli non possunt diuidere feudum quãtum ad plenam diuisionem: sed fructus bene possũt diuidere inter se. l. Lucius Titius. ff. famil. ercis. & facit, quod habetur in l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. nec est opus in hac consultatione insistere, an feudũ sit ius hęreditarium, & reguletur, vt regulantur alię res hæreditariæ: quia satis est, ꝙ iura feudalia exprimant & decidant istũ casum, ꝙ comitatus, marchionatus, & ducatus, & similes non recipiant diuisionem. Et ex istis resultat conclusio verissima, ꝙ huiusmodi castra, ex quo sunt comitatus: vt ex tenore inuestiturę apparet, nõ possunt diuidi; semper enim attendimus tenorem inuestituræ, quæ derogat omni iuri feudorum: vt dixit textus in capit u. 1. de duobus fratribus a capita. inuesti. & sic conc ludo huiusmodi castra non posse diuidi.

EPITOME.

¶Statutum prohibens debitorem detineri pro debito priuato. si habeat bona expedita vnde possit satisfacere, quomodo intelligendum: item quando actio iniuriarum detur, vel non, contra proferẽtem verba iniuriosa.

SVMMARIVM.

Debitor an possit detineri pro debito priuato. nu. 1.
Iuramenti effectus. nu. 2.
Statutum laicorum non disponit super iuramento, & maxime minore contrahente. nu. 3. & 5.
L. si quis inquilinos. §. fina. de legatis 1. intellectus. nu. 8.
Periurij pęna. nu. 10.
Verba iniuriosa alicui dicens, an & quando teneatur actione iniuriarum. nu. 11.

CONSILIVM XV.

Clementissimi Et maximi Dei & pijssimi Iesu Christi Saluatoris Nostri ex corde inuocato præsidio. Capio primam hæsitationem, cum quæritur, an dictus Franciscus debitor dicatur incidisse in periurium stante statuto Parmensi, de
1 quo in puncto, ꝙ nullus † debitor detineri possit pro debito priuato, si debitor voluerit & potuerit satisfacere creditori de bonis suis expeditis non obstante, ꝙ debitor promiserit, ac etiam iurauerit soluere in pecunia numerata: & etiam renuntiauerit huic statuto, quo casu iste Franciscus debitor iurauit soluere in pecunia numerata, & etiam renuntiauit beneficio ipsius statuti, & omnia prædicta firmauit iuramento. Mihi videtur de iure aperto esse dicendũ istum Franciscum incidisse in periurium, quod sic
2 ostendo. Vinculum iuramentale † est tanti vigoris, & roboris, quòd licet quis non cogatur præcisè ad factum: vt l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verborum obligationibus. tamen si apponitur

ponitur iuramentum, compellitur precisè ad factū. Ita est glossa singularis in lege, si pecuniam. ff. de cō dictio. ob causam. quā glossam sequitur & magnifacit Baldus in præludijs feudorum. & in l. prima. C. de sen. quæ pro eo quod interest profer. & canonistę in capitulo veniens, & in capitulo ex rescripto. de iureiurando. & in capitulo per tuas, de arbitris. Multo fortius in casu nostro, cum iste Franciscus se non obligauerit ad factum, sed ad soluendum in pecunia numerata, tenetur soluere: vt not. in capitulo debitores. & in capitulo primo, de iureiurando. Est enim maxima vis iuramenti, adeo quòd dixit Angelus in lege, hæres absens. §. primo. ff. de iudic. ꝙ in materia contractus est locus remissioni, si apponatur iuramentum. allegat textum singula. in authen. de exhi. reis. §. si verò etiam quidam. & Bart. in lege, si quis maior. C. de transactio. dixit, ꝙ iuramentum habet virtutem clausulæ rato manente pacto. & in lege, si quis in principio testamenti. dixit, quod habet virtutem clausulæ derogatoriæ. & in lege, cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. quod habet virtutem clausulæ specificatæ: & probatur in capitulo, ex rescripto. de iureiurando. & facit gloss. singula. in dicta lege, si pecuniam. quæ vult, quòd licet in cōtractibus innominatis sit locus pœnitentiæ, regulariter tamen non habet locum, quando in tali contractu fuit appositum iuramentum, quam glossam reputat singularem ibi Saly. quinimo dixit Saly. in l. si pacto quo pœnam. C. de pac. quòd vbi apponitur iuramentum, nō habet locum purgatio morę, de quo dicit esse casum singularem in l. si quis maior. C. de tran. voluit Bar. in l. si insulam. ff. de verb. oblig. Facit etiam, ꝙ vbicunque apponitur iuramentum, ibi nō est necessaria interpellatio, singulare dictū fuit Spe. in titu. de aduoca. §. 1. versicu. sed nunquid is qui iurauit. sequitur dominus Anto. & Moderni in capit. breui. de iureiurando. Cum ergo in casu nostro iste Franciscus iurauerit soluere in pecunia numerata: sequitur, quòd cogendus est soluere: quia cum possit illud iuramentum seruare sine dispendio salutis æternæ, debet illud seruare. c. cum contingat. de iureiuran. Reddenda enim & soluenda sunt iuramenta: vt in d. cap. debitores. cum simi. Vnde cum non potuit purgare moram, tenetur ad pœnam, & etiā tenetur soluere: cum tale iur̄m habeat vim clausulæ, rato manente pacto: vt in d. l. si quis maior. ¶ Sed
3 si quispiam † dixerit, amice, statutum Parmę est illud, quod liberat illum Frāciscum iurantem a periurio: habet enim princeps vim apostolici in iuramento: vt est gl. singularis in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa. de qua gl. exclamauit Bal. in l. nec patronus. C. de oper. lib. & in l. pactum quod dotali. C. de col. & in l. 2. C. de indic. vidui. tol. & D. Pet. de Anch. in repe. auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & Ioannes de Imola in l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1. & in repe. c. cum contingat. de iureiurand. fac. tex. in l. fi. ff. ad municip. vbi Imperator potest remittere iuramentum. fac. l. qui iurato. ff. qui satisd. cog. cum similib. Ergo cum tale statutum sit fundatum super eo, quod ipsum statutum disponere potest: qa iam potest remittere iuramentum: vt est dictum: ergo sequitur, ꝙ valebit, & tenebit dispositio eius, & ꝑ consequens sequitur, ꝙ iste Franciscus non erit periurus. & ideo dixit Bal. in l. non dubium. C. de legib. & in auth. sacramenta. præallega. ꝙ quando statutū prohibet minorem renuntiare, vel donare sine certa solennitate, aliter actus sit nullus etiam cum iuramento: tunc tale statutum valet: quia fundatur sup æquitate naturali: & idem Bald. in d. l. pactum quod dotali. dixit, ꝙ vbi statutum prohibet iur̄m recipi, non potest ex illo iuramento agi, nec exipi. per not. in l. secunda. C. ne fideiusso. do. dentur. dicit etiā ibi valere statutum, quo cauetur, ꝙ mulier contrahens sine consensu propinquorum non obligetur, etiam si iurauerit. & idem Bald. in l. 2. C. de indic. vidui. tol. dixit tenere statutum prohibens minorem, vel mulierem iurare, si aliquo bono motiuo, & rationabili statuentes moti fuerunt ad sic statuendum: nec propterea dicentur periuri. Et ideo dicebat D. Petr. de Ancha. in c. ea quæ. de reg. iur. lib. 6. in 11. q. circa fin. ꝙ si statutum habet annexam rationem, puta propter multas deceptiones, quas patiuntur minores, tale statutum validum est: quia continet rationem naturalem, & æquitatem. Et facit, quod Ang. voluit in quodam suo consilio incipiente, domina Catherina. vbi consuluit tale statutum valere, & contractum gestum contra dispositionem talis statuti non tenuisse. Ita ergo videtur dicendum in casu nostro, quòd cum tale statutum videatur fundatum super bono publico ipsorum subditorū, ne cogantur exbursare pecunias, postquam habent bona sufficientia, & expedita, quæ in solutum dari possunt suis creditoribus: sequitur, ꝙ tale statutum valet, & tenet, firmis inhæret anchoris: & etiam pacto remitti potest iuramentum. l. fina. ff. qui & a qui. cum si. multo fortius poterit statuto fieri. illud enim quod potest fieri statuto, potest fieri pacto: vt est gl. in rubrica. C. de decretis decur. lib. 10. & text. in l. neque pignus. §. priuatorum. & in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. glo. in c. pen. de consue. lib. 6. Bald. in l. non impossibile. ff. de pac. tex. in l. fina. C. de fideiuss. & ibi Bal. & idem Bald. in l. de quibus. ff. de legi. & canonistę, in c. fi. de consuetudine. ergo multo fortius in casu nostro potuit tale statutum remittere tale iuramentum. Facit etiam; quia verba talis statuti sunt directa principaliter ad debitorem iurantem, dum dicunt, nō obstante ꝙ debitor promiserit, & iurauerit soluere in pecunia numerata: quo casu tale statutū illaqueat iurantem, seu contrauenientem ad peccatum: nam non obediens superiori peccat mortaliter: vt in ca. 2. de maio. & obe. etiam si superior sit laicus, vt in c. qui resistit. & in ca. Iulianus. 11. q. 3. & c. duo sunt. 96. distinctio. Ergo iuramentum nō est obseruandum, cum sine peccato mortali seruari non possit: perseuerantia enim in actu reprobato contra legū pręcepta, est nutritiua peccati iam commissi: & sic nō dēt compelli ad obseruantiam iur̄i, ne cogatur persistere in peccato. Pro hoc facit; quia ille, qui prohibet soluere, seu permittere soluere pecuniam numeratam, videtur æquiparari illi, cui est interdicta administratio quò ad istum actū. lege, is cui. ff. de ver. obl. nec iuramentum, vt ibi no. Bar. operatur: quia deficiunt comites, quos habere debet iuramentum. Facit etiam: quia ex quo iste Franciscus promisit, & iurauit lege prohibente, fecit contra bonos mores: q enim legem contempsit, moribus abutitur. lege veluti, & leg. iustitia. §. iuris præcepta. ff. de iusti. & iur. ergo tale iuramentum tanquam a lege reprobatū non est obligatorium. c. non est obligatorium. de regulis iuris, lib. 6. Facit etiam, quia ad hoc vt iuramētum sit licitum, debet babere tres comites, iudiciū, veritatem, & iustitiam. & si ista defuerint, non iuramentum, sed periurium est censendum. 22. quęstione secunda. capitu. animaduertendum. & in capitulo, & si Christus. de iureiurando. Sed in casu nostro non habet tale iuramentum præstitum per ipsum Franciscum tres comites: quia interpositum fuit ꝯ legem superioris: ergo &c. Facit etiam: quia solennitates sunt inductę in fauorem publicum: siue intelligamus de solennitate probatoria siue formali: hinc est, quòd priuatus eis renuntiare non potest: vt in cap. fin. de renuntiatio. lib. 6. cap. quia propter.

4 de electio. ergo nec iuramento † remitti possunt: qa
pacto etiam iuramento firmato ius publicum re-
mitti non potest. capitu. si diligenti. de foro compe-
tenti. l. ius publicum. ff. de pactis. cum similib. Et sic
videtur ex istis, quòd iste Franciscus non inciderit in
periurium: & ista erant, quæ iudicio meo faciebant
dubium in præsenti consultatione: ideo istis accu-
ratè discussis apparebit veritas indubitata. ¶ Et li-
cet ista sint colorata, & apparentia satis: tñ casum
nostrum non attingunt: ideo illis non obstantibus
puto ꝯrium esse de iure verius: videlicet, ꝙ iste Fran
ciscus inciderit in periurium non obstante præfato
statuto, quod sic ostendo. Sicut istud statutum pro-
hibet debitorem promittere soluere in pecunia, &
prohibere iurare. sic in simili lex prohibet fundum
dotalem alienari: & etiam res donatas propter nu-
ptias. l. rem in præsenti. §. cum autem. C. de rei vxo.
act. ff. de fundo dotali. per totum. authen. siue a me.
C. ad Velleianum. & tamen de iure canonico com-
pellitur mulier seruare iuramentum, vt in c. cũ con-
tingat. de iureiuran. ca. licet. eod. titu. lib. 6. Idem ser-
uatur in pacto de non succedẽdo, quod reprobatur
a iure: vt l. pactum. C. de collatio. tamen iuramento
firmatur. capitu. quamuis, de pactis. libro sexto. licet
aliter videatur sentire, & non bene glossa iuris ciui-
lis in præallegata. l. pactum. Ita dicamus in casu no-
stro: licet statutum istud videatur ꝓhibere debito-
rem compelli soluere pecuniam, licet iurauerit, ta-
5 men iuramentum eum ligabit. Secundo † iuramen
tum tanquam spirituale non subijcitur dispositioni
laicorum: spectat enim ad forum ecclesiasticũ de-
cernere, valeat, vel non valeat. c. per venerabilem, de
electio. c. tuam, de ordine cognitio. cap. lator. qui fi-
lij sint legitimi. Ergo statutum prædictum respectu
iuramenti nihil potest statuere: ergo sequitur, ꝙ iu-
ramentum non reprobatum lege diuina, vel cano-
nica necessariò nec obseruandum. c. si vero. & c. & si
6 Christus, de iureiuran. Tertiò non debet † permitti
indirectè, quod directa via prohibeatur. c. tuæ. de ꝓ-
curato. c. cum quid, de regulis iuris, libro 6. l. oratio.
ff. de sponsa. sed directa via non potest ius ciuile, seu
laicorum impedire se de iuramento, seu alia re spiri
tuali: vt in c. decernimus. de iudi. 96. distinctio. c. be-
ne quidem. ergo nec indirectè debet eis permitti, qđ
esset, si statuta prohibentia impedirent, & euacua-
rent vires iuramenti. Quartò facit, iuramentum
principaliter dirigitur in Deum, & sibi quæritur ob-
ligatio principalis: vt in d. c. debitores. & d. capi. & si
Christus. ergo nõ potest impediri, nec tolli, nisi per
eundem, vel eius vicarium in spiritualibus, ex causa
tñ, & non aliter: vt in c. nouit. de iudi. & quod no. in
c. auctoritatem. 15. q. 6. per glossam in ca. quanto, de
iureiurando. & per Inno. in cap. cum P. de renuntia.
Quinto via periurijs aperiri non debet. c. cum con-
tingat. de iureiurando. c. clericos, de coha. clerico. &
mulie. l. 2. C. de indic. vidui. tol. & in concernentibus
periculum animæ, præsumimus in partem tutiorẽ,
licet duriorem. c. iuuenis, de sponsa. c. primo. de scru
ti. Sed tenendo, ꝙ iuramentum non obliget in casu
prædicto, aperiretur via periurijs, & quandoq; periu
rium committeretur: ergo debemus in partem tu-
tiorem inclinare, vt iuramẽtum valeat. Sextò facit,
vnicuique licitum est renuntiare iuri & fauori pro
se introducto: vt in c. ad apostolicam. de regulari. l. si
quis in conscribendo. C. de pactis. maximè cum in-
terpositione iuramenti. vt d. c. cum contingat. & ca.
2. de pactis, libro 6. sed istud statutum emanauit in
fauorem debitorum: ergo saltem cum iuramento
licuit renuntiare: licet ergo statutum istud dicat, ꝙ
non possit renuntiare debitor tali statuto: nihilomi
nus cum iuro potuit tali statuto renũtiare in fauo-
rem suum introducto. Septimò facit, quod voluit
Bal. in l. 2. C. de indic. vidui. tol. vbi dicit, ꝙ statuta in-
7 uitantia † mulieres & minores venire ꝯ proprium
iuramentum, non tenent: sed sunt irrationabilia. l.
si vnus. §. illud. ff. de pactis. Sed istud statutũ inuitat
debitores ad periurium: & sic vt veniant contra pro
prium iuramentum: ergo sequitur, ꝙ tale statutum
non tenet. & multominus in casu nostro ex eo: quia
non loquimur in minore, aut muliere: sed in maio-
re: ergo &c. Facit elegans doctrina Bart. in l. omnes
populi. ff. de iustitia & iure. in 3. q. vbi quærit, an sta-
tutum possit disponere super re spirituali: & sic su-
per iuramento, & decidit quòd non: dicit tamen, ꝙ
si statutum vltra procederet statuendo, ꝙ si minor
cõtraxerit sine solennitate statuti, ꝙ tunc iuramẽtũ
præstitum super tali cõtractu præsumatur metu ex-
tortum: tunc enim tale iuramentum non obligat,
arg. c. quãuis, de pactis. lib. 6. Sed in casu nostro istud
statutum nullam præsumit simulationẽ, aut metũ,
aut dolũ: ergo sequitur, ꝙ tale statutũ nõ potuit im-
pedire istud iurm: & istam doctrinã sequitur Bal. in
auth. sacrã puberum. C. si aduer. ven. & plenè ibi Sal.
& D. Pe. de Anch. in c. ea quæ, de regu. iur. lib. 6. & in
c. 1. de consti. in repetitione. & Ioã. de Imo. in d. c. cũ
contingat. Et ideo dixit Saly. in d. auth. sacramenta.
ꝙ si statutum dicat, ꝙ malitia hominum illius loci
adeo excreuit, ꝙ homines sunt prompti ad decipien
dum minores: ideo statuimus, ꝙ nullus minor obli-
getur etiam iuramento interueniente, ꝙ tunc vali-
dum est tale statutum: cum ergo in casu nostro nõ
sint expressa talia verba in ipso statuto, sequitur, ꝙ
tale statutum est nullius momenti. Facit, quod vo-
luit Bal. in d. auth. sacramenta. vbi dicit, ꝙ istud sta-
tutum valuit ſm opinio. antiquorum, qui ad hoc al
legabant tex. in l. si quis inquilinos. §. fi. de lega. 1. sed
ipse ibi tenet ꝯrium, ꝙ tale statutum non valeat. &
8 ad † illam. l. respondet, videlicet, ꝙ loquatur, qñ ius
cõe reprobat contractum, & etiam reprobat iura-
mentum: sed in casu nostro lex non reprobat istam
promissionem, nec iuramentum in ea appositum.
ergo &c. Facit etiam illud, quod dixit do. Ant. in d. c.
cum cootingat. videlicet, ꝙ si statutum disponat, ꝙ
contractus factus cum minore, vel muliere sine con
sensu propinquorum etiam cum iuramento sit nul
lus, ꝙ nihilominus si minor contrahat sine illa solẽ
nitate cum iuramento, obligabitur vigore iuramẽ-
ti. & istud sequitur ibi Ioan. de Imo. & D. Abbas cõ-
siculus meus. Facit etiã, quod voluit ibi Io. de Imol.
vbi dixit, statuto cauetur, ꝙ minor non possit cõtra-
here sine certa solennitate, etiam cum iuramento:
& si aliquis vtatur illo instrumento, incidat in cer-
tam pœnam contentam in statuto, ꝙ tale statutum
non potest imponere pęnam vtenti iuramẽto. l. Se-
ius, & Augerius. l. quod de bonis. §. j. ff. ad l. Falc. nec
etiam potest adijcere solennitatem quoad infringẽ-
dum iuramentum, si dicta solennitas non seruetur.
Facit etiam, quod voluit do. Ant. in d. c. cum contin
gat. ꝙ prohibitio facta in casu statuti præfati emana
uit fauore personæ, & sic videtur cessare turpitudo
ex parte contrahentis; & sic iuramentum erit obli-
gatorium: quia lex Dei non habet pro turpi, ꝙ iurãs
obseruent in casu nostro iuramentum parti, cui iu-
rauit. Vnde cum istud statutum cõsiderauerit fauo-
rem debitoris, nec considerauit peccatum, quod cõ
siderat lex canonica propter bonum animæ: vt dixit
gl. in d. ca. cũ contingat. nã dẽt quis potius oĩa mala
pati, q̃ committere aliquid cum detrimẽto aĩæ suę:
vt in c. sacris. quod metus cau. & ꝑ hæc infert ibi D.
Ant. ꝙ malè dixit Fede. de Sen. consi. 252. qui voluit,
ꝙ cogatur contrahens relaxare iurm: quod dictum
Do. Anton. imponit gladium huic dubitationi. Fa-
cit:

cit:qa voluit impator hēre recursum ad ecclesiā: vt in c.si impator.96.di.facit etiam, qđ voluit Rayn.de Forli.in commenro.l.omnes populi,de iustit. & iure.vbi dixit, ꝙ huiusmodi statutū emanauit contra fauorē iuris canonici volētis iuramentū esse seruandū.ideo tale statutū non est seruādū tanꝗ factū in p̄iudiciū legis superioris.facit etiā,qđ voluit Io.An.in c.statutū.de hære.libr.6. Apparet ergo ex istis, ꝙ nō obstāte tali statuto iste Franciscus incidit in periurium.& per consequens dicitur venisse contra conuentionem iuratam,& hoc maximè apparet ex eo, qa instat circa absolutionē obtinendā a tali iuramēto.¶Nec obstant allegata in ꝯrium.Primò cū dicit,

9 ꝙ lex ciuilis habet † a vim apostolici quoad remittendū iuramentū: quia illud est verū, qñ tale iuramentu est turpiter præstitū, & approbata est illa remissio a iure canonico: vt in c.nō est obligatoriū.de reg.iur.li.6.Sed in casu nostro istud nō est iuramentū turpiter p̄stitū,nec reprobatū est a lege cōi: imo est cōforme iuri cōi,vt recipiēs pecuniā depositā restituat pecuniā: vt l.si.C.depositi. cū si. ergo seqtur, ꝙ statutū nō potuit annullare tale iuramentū præstitum super licito.Nec ob. cū allegat dictū Bald. in d.l.pactū.qa illud dictū Bal.est intelligendum,quando tale statutū apponit & annectit cām,quare sic statuerit ex eo: qa supexcreuit ita hoīum loci malitia, ꝙ iō statuentes &c. vt ipsemet Bald.voluit,& etiam Salyc.vt superius fuit ostensum: & etiam D.Petr.de Anchar.vel quia tale statutum fingit tale iuramētū esse extortū metu, vel dolo: vt voluit Bar.in l.omnes populi. & ita intelligatur dictū Bald. in d.l. pactum. Item quia ipsemet Bal.tenuit cōtrariū in locis superius allegatis: & etiam cōmuniter omnes scribētes tenent tale statutum non posse derogare iuramēto: & etiā qa Bal. ibi loquitur in alio casu:loqtur enim in minore.Sed iste non est casus noster:quia iste Frāciscus non est minor, nec sumus etiam in re magni præiudicij: tū non pp hoc tale statutū posset derogare iuramento.& ideo dicebat.D.Pe. in loco superius allegato, quādo statutum habet causam annexam,tunc validum est tale statutum:sed in casu nostro istud statntum nullam causam annectit: ergo &c.Nec ob.cum dicitur, ꝙ illud, quod potest fieri pacto,potest etiam fieri statuto: quia concedo esse verum,nisi illud tale esset de iurisdictione iudicis superioris, & spectaret ad iurisdictionē alterius, quā ad iurisdictionem statuentium:quia tunc licet posset fieri pacto,non tamen posset fieri statuto. iste est casus formalis, ar.quia cum iuramentum sit res spiritualis,& sic de iurisdictione iudicis ecclesiastici: vt in d.ca.quanto.& d.c. venerabilem.sequitur, quòd laicus nullo modo potuit se impedire, & per consequens tale statutū non potuit derogare iuramento præstito per ipsum Franciscum: non enim potuit statutū immittere falcē in messem alienā: vt in d.c. si imperator.96.di.& in illo Virgiliano.nō ille imperiū pelagi.Nec ēt ob.cū dr,ꝙ verba statuti sunt directa ad principē, & peccat persona veniēdo cōtra legē superioris: vt voluit Bar.in l.si quis ꝑ eo.ff.de fide iuss.primò:quia illa doctrina Bar.est cōiter reprobata per oēs canonistas: vt refert D.Ant.& Io.de Imo. & D.Abba. in cōmento dicti c. cū contingat.& dñs Abbas in quadā sua disputatione incipiente, statuto Senensi cauetur.Item quia illa doctrina Bart.nō ob.in casu nostro:quia istud statutū non dirigit verba sua ad ꝑsona prohibendo illā,vt nō possit iurare, sed solùm dicit,non obstante iuro, vnde non prohibet debitorem iurare, sed solùm vult debitorem iurantem non teneri ad obseruandum tale iurm, & sic iste Franciscus nō iurauit lege prohibēte, & etiā posito ꝙ statutum prohibuisset, tamen non potuit prohibere iurm præstari,cum non sit præstitum super re turpi. Nec ob.etiam,cum dicitur, ꝙ iuramentum istud non habuit tres comites, quia istud non est verum: imo veritate inspecta hic non defuerunt iustum est enim, vt seruet iurm suū iste Franciscus, ex quo nulla reperitur turpitudo, ꝙ licuerit fauori suo renūtiare, nec ibi defuit discretionis iudicium ex quo non temere,non calore iracundię processit, nec deceptus fuit.Nec ob.cum dicitur, quòd statutum disponit in fauorem publicum &c.quia ad hoc respondeo, quia imo istud statutum principaliter emanauit in fauorem ipsius debitoris, & iurādo renuntiauit suo fauori,& sic nulla turpitudo maximè respectu Dei, & in actu spirituali, vbi attenditur ius naturale & diuinū potius ꝗ positiuum & laicale, vt not.Inno.in c.j. de regula. & ideo cōtrahere potest contra edictum in fauorem ipsius contrahentis.Pro hoc tex.est apertus in d.c.cum cōtingat. & d.c. quāuis.& d.c.licet.& d.auth.sacra puberū.vbi excipiunt casum,qñ interuenit dolus. ergo ex solo ꝯtu ꝯ tale statutū non p̄sumit dolus sufficiens ad euacuandū iurm.Et per ꝯñs verissima est ꝯclusio,ꝙ dictus Franciscus incidit in periuriū nō obstāte tali statuto Parmensi, & sic cum iste Franciscus venerit ꝯ conuentionem iuratam, incidit in pœnam infamiæ, vt est text.in l.si quis maior.C.de transac.qui text.non solùm loquitur de veniente contra transactionem iuratam, sed etiam cōtra pactionem & conuentionē iuratam: vt apparet ex illo tex.in verbo,aduersus pacta.& in ver.innitarum pactionem. Et etiam periu-
10 rus † punitur ab homine ciuiliter: vt l.si legatarius. ff.de dolo.Item punitur pęna remotionis a testimonio & dignitate.l.quoties.C.de dignita.libr.12.l.Lucius.ff.de his qui no.infa.Punitur etiam pęna exilij. vt l. de periurio.ff. de cri.stellio. Et etiam punit̄ ictu fustium.l. si duo patroni.§. fi.ff. de iureiur.Itē punit̄ pœna capitali.vt in auth.vt nō luxu. ꝯtra na.Itē punitur pro nutu principis ratione contemptæ religionis.l.cunctos populos.C.de sum.Trini. Itē punit̄ pęna legis Corneliæ, quandoq; de falso, quādoque de sicarijs.l.j.§.j.ff. de sicar. Et sic apparet ex istis istū Frāciscum periurū,& infamem,& punibilem. ¶ Capio nunc aliam hæsitationem, cum quęritur, ꝙ ille Leonardus petendo suum depositum ab ipso Francisco, & ipse Franciscus denegando rupit in verba iniuriosa digna periurio illius Francisci,an puniendus veniat ipse Leonardus actione iniuriarum, posito ꝙ ille Franciscus sit periurus,vt est superiùs ostēsum.vnde præsupposito,quòd verum dixerit,cū in-
11 ciderit in pęnam periurij,& sic quæritur † de hoc,an dicens verba cōtumeliosa, & vera teneatur actione iniuriarū, & qdem fuit opinio, ꝙ non teneat̄ actione iniuriarū dicens alicui uerba cōtumeliosa & uera,per text.in l.si nō ęs.& l.si quidem.C. de iniur. & hoc siue illa uerba ꝯtumeliosa in iudicio, siue extra iudiciū dicantur. hanc sententiā firmat glo.insti.de iniur.circa princi.l. eum qui nocentem.ff. de iniur. Alia opin.fuit Hostien.in summa de iniur.§.contra quis. vbi uidet̄ distinguere,an proferre uerba cōtumeliosa proueniat ex culpa eius,cui dicuntur,tunc illud uerbum cōtumeliosum proferens actione iniuriarū non tenetur. Aut sine culpa, ut qa uocauit aliquem bastardum, & tunc tenetur actione iniuriarum,arg. 56.di.c.nasci.facit.C.de natura.li.l.legē dicere enim quem illegitimè fore natū, & ꝯsequēter spuriū,qđā infamia est,ut not.ꝑ Azo. in summa de infam. & refert Bald.in l. bonæfidei. C. de rebus cre. ꝯtra aūt infamantē iniuriarū actio competit.l. item apud Labeonē.§.cū uitiū. cū simili.ff.de iniurijs.alia fuit opinio. Aut enim illud uerbū iniuriosum ꝑfert in iudicio,aut extra,si in iudicio, non tenetur

netur iniuriarum actione, sed si extra iudiciũ contumeliosum verbum dixerit, tunc tenetur actione iniuriarum. Ista fuit opinio verissimi iuris interpretis
12 Ioannis † theutonici glossatoris decreti.2.q.j.si peccauit.in solutione.d.l.eum qui nocentem. de iniur. Alia fuit opinio, ꝙ aut expedit reipublicæ, contumeliam fieri notam, & tunc siue proueniat culpa illius, contra quem profertur, vt homicidium, vel simile, siue sine culpa: vt quia est leprosus, quod expedit reipublicę detegi propter contagiosum morbũ: quia tales veniũt ab vrbe expellendi, ne inficiant & contaminent alios: vt in authen.iusiu.quod præsta. ab his.ad fin. no.Bald.in cap. intelleximus. de iudici.& Gui.de Cu.& Bald. in l.nullus.C.de sum.tri. & fide cath.facit auth. de leno.§.fi.& ibi no. Nicolaus de Neapoli,& no.per modernos in lege casus.C.de testamentis.iuxta illud Ouidianum.Sed immedicabile vulnus ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur &c.& tunc si id est votum, dicẽs illa verba iniuriosa non tenetur actione iniuriarum.ff.de iniurijs.l. quod reipublicæ. Aut illud vitium non expedit reipublicę,detegi: vt puta quia dicatur, quem bastardum,& tunc ẽt si id, qđ profertur verũ est, tunc tenetur actione iniuriarum proferẽs talia verba con
13 tumeliosa: defectus enim † nostros detegi inhumanũ atque iniuriosum est.l.2.§.j.versic.quid enim.C. quando & quibus quar.pars debetur.li. 10.istæ sunt opiniones, quas in ista materia reperio. Modò si tenemus primam opin. quę fuit glo.clarum est, ꝙ iste Leonardus non tenetur actione iniuriarum,& ma-
14 xima est auctoritas gl.ↄsulendo,† & iudicãdo. iõ dixit Bald.in l.cum hereditas.C.depositi.ꝙ auctoritas gl.oẽs alios antecellit. & in l.precibus.C.de impub. dixit non posse adhęrere meliori, quã opinioni glo. in consulendo: & idem voluit in authen. cessante. C.de legi.hære.& in c.j.de suc.feu.in vsi. feudorum. Ideo dixit Salyc.in l.traditionibus.C.de pactis,ꝙ debemus inhęrere opinioni glo.sicut Bononienses inhęrent carocio: vt est glo.fin.in l.omnis diffinitio.ff. de reg.iur.facit,quod voluit idem Bal.in c.j. de constitu:& Iaco.Bu. in l.j.C.qui pro sua iurisdictione.& sic iste Leonardus non tenetur actione iniuriarum. Si verò tenemus opin. Hostien. cum illa verba contumeliosa fuerunt dicta dicto Francisco per illum Leonardum ex culpa,& causa ipsius Francisci denegantis soluere depositum, & dicentis illud depositum fuisse vsurarium : tunc iste Leonardus non tenetur actione iniuriarum : quia prouocatus dictus Leonardus illa verba contumeliosa protulit. facit l.qui cum maior.§.libertus. in versicu. ignoscẽdum est,si voluit vlcisci &c.ff. de bo.lib. & quod habetur in l.cum proponas.C.de pactis.cum similibus.Si verò tenemus opinionem Ioannis, inquãtum voluit, quòd aut illa verba dixit in iudicio, aut extra: clarũ est,quòd ista verba, quæ dixit ille Leonardus fuerũt quædam pręparatio ad iudicium : quia petebat depositum suum ab illo Frãcisco iturus ad iudicium : & ille negabat, & veniebat contra instrumentum, & conuentionem iura tam, quo casu perinde est, acsi in iudicio illa verba protulisset, argumen.l. ex facto.la grande.ff. de hæredibus instituendis. & cle. ne Romani.de elect. Si tenemus aliam opinionem, quæ habet, an illud conuitium expediat republicæ detegi : & clarum est, quòd isto casu non tenetur actione iniuriarum: quia ista opinio tenet, quòd expedit reipublicæ detegi homicidã: ita & eodem mõ expedit reipublicæ detegi periurũ: æꝗparatur enim
15 periuriũ & homicidium: † vt est tex. in c.cum nõ ab homine.de iudic. Vnde vř mihi dicendũ esse in hoc elegãti passu, ꝙ aut verbũ contumeliosum ꝓfert in iudicio, & est verũ illud verbum sic iniuriosum: & tũc nõ teneť actione iniuriarũ: vt l.si qdẽ.C.de iniu. l.si tibi.C. de lib.cau.ff. de iur.l.si de libertate.a ↄ̃rio sensu.nõ enim vř quis vim aut iniuriã facere, si suo iure vtiť, & ordinaria experitur actione. l. iniuriarũ actio.§.j.& §.quę iure.ff.de iniuri.& l.factũ.§.nõ vř. ff.de iniur.& idẽ ẽt vř dicendum, si ad iudicium iturus verba iniuriosa,& vera dixerit ↄ̃ eũ,q iturus erat ad iudiciũ ꝓ suo iure petẽdo, ar.d.l.ex facto, & dictę cle.ne Romani. Aut illa verba contumeliosa protulit quis extra iudiciũ,& in famoso libello,& tunc teneť ꝓferens iniuriarum actione,& ẽt pœna capitali tenetur.l.j.ff.de famo.lib.ꝙ ibi no.gl. Si verò sine libello contumeliosum verbũ ꝓtulit, tunc aut illud dř ex causa,aut sine causa.si ex causa, puta cã correctionis, ꝙ põt q̃nq; dici, iuxta illud, peccãtẽ corã hominibus argue.11.di.illa.vel dř corã superiore, licet nõ in iudicio, ea tñ intẽtione, vt iste puniať, & eius pęna sit alijs exẽplũ.l.j.C.ad l.Iuli.repetũ.l.qm̃.C. de plagiar.l.aut facta.§.fi.ff.de pę. nam ad hoc expedit peccata nocẽtiũ nota fieri, vt dicit.d.l.eũ qui nocentem.expedit enim reipublicæ, ne delicta remaneãt impunita.l.ita vulneratus.ff.ad l.aquil.c.vt famę.de sen.excõ.l.licitacio.§.ꝙ illicitè.ff. de publica.Aut illud verbum iniuriosum dixit, vt a ꝓximis nocumentũ auferat corporale: puta quia ille, cõtra quẽ profertur, vult perdere ciuitatẽ, vel est lapsus, & simile, vel vt auferat nocumentum spirituale : vt quia est occultus hæreticus,& posset simplices de facili decipere, vel dicit, quem fore bastardũ : vt a promotione remouentur: vt in cap.lator.qui filij sint legi.cap. accedens.de purgatione canoni.& omnibus istis casibus cum hoc, quod iniuriosum est, dicatur ex causa,& non animo iniuriandi: dicens aut proferens tale verbum non tenetur actione iniuriarũ : vt d.l.eũ qui nocentem.ff. de iniu. C. de episcop. & clericis.l. nulli.in fi.ff.de iniur.l.ꝙ reipublicæ.Huius autem di
16 cti sit potissima ratio : quia actio † iniuriarum non datur nisi contra illum, qui animum iniuriandi habuit.l.si non conuicij.C.de iniur. probatur autẽ animus præsumptione verbi, vel dicti, vel facti : talis enim præsumitur animus, qualem ostendunt verba, aut facta.l. quod Labeo.ff.de supel.lega.l. reprehendenda.C.de inst.& substit.c.significasti.de hom. l.j.§.diuus.ff.de sica.dic.l.eum qui nocentem.no. in d.l.si non conuicij.& in l.quæro.§. fi.ff. de ædil. edi. & ꝑ gl. elegantẽ in l.apud Celsum.in principio.ff.de dol.excep.& in l.Fulcinius.§.quid sit latitare. in ver. hic animus.ff.ex qui. cau. in pos.eatur. & in l. cũ ꝓponas.C.de bo.auctorit.iudi.poss.sed istæ causæ tollunt hanc pręsumptionem resultantem ex verbis.s. ꝙ iniuriandi animo illa verba expressa fuerint, arg. l.j.cũ ibi no.C. de sica.l.plagij.C. ad l.flau. de plag.l. igitur.ff.de libe.cau.§.potest.l.j. ad finem. ff. de abigeis. nam causa colorata licet iniusta excusat a dolo: vt dicit tex.in d.§.potest.facit gl.in l.j.C. vbi causa sta.in c.cum venerabilis. de consue.& quod not.D. Pe.de Ancha.in consilio 271. & in d.c. cum venerabilis.& qđ voluit glos.in l.ex cõsensu.§.fi. & ibi Angel.ff.de appel.& quod not.glos.in l.in hac.ff. de triticar.igitur cũ animũ iniuriandi præfatæ causæ tollant & excludãt.primò: q̃a verum dixit, cũ ille Franciscus veniat contra cõuentionẽ iuratã, & sit periurus. & etiã dicebat illũ cõtractum vsurarium, & sic cãm dicẽdi habuit ille Leonardus: ergo actione iniuriarũ nõ teneť: volũtate eñ & ꝓposito distinguũtur ac ↄsiderantur maleficia ipsa.ff.de fur.l.qui iniuriæ.c.cum voluntate.de senten.excõ.imò ꝙ plus est, q̃nq; causa nec vera, nec iusta, sed iniusta ꝓsumi facit verba, q̃ aliàs de sui natura sunt iniuriosa, nõ esse dicta iniuriandi aĩo: adeo ꝙ nec iniuriarum actio datur.l.item apud Labeonem.§.si quis astrologus.

ff.de

ff. de iniurijs. Vnde iste Leonardus non ex libidine iniuriandi protulit illa verba: sed quia causam habuit a dicto Fräcisco. facit tex. in l. iustissimos. in ver. nam si veræ voces fuerint, nec per libidinem. C. de officio recto. prouin. Et facit, quod voluit Oldradus in consilijs suis, consilio 52. Ideo dicimus, ꝙ licet possumus opponere infamiã contra testem, non ꝑpter hoc possumus teneri actione iniuriarum: vt per Guli. & Bald. in l. fina. ff. quod quisq; iur. facit etiã, quod voluit Ioann. And. in addi. Specu. in titulo, de iniurijs, in rubrica: vbi dicit, ꝙ causa etiam iniusta excusat ab actione iniuriarum. alle. d. §. si quis astrologus. & Ioannes Andr. ibi in principio refert opinionem quorundam, ꝙ si conuicium prouenit ex culpa eius, cui iniungitur: quia prodigus, hæreticus, vel periurus, tunc non tenetur actione iniuriarum. & sic ponit casum de periurio, vt fuit in casu isto. Et ex istis elicitur manifesta conclusio, ꝙ cum iste Leonardus habuerit iustam causam dicendi illa verba iniuriosa dicto Francisco, sequitur, quòd non tenetur actione iniuriarum. & sic partes domini iudicãtis erunt in absoluendo dictum Leonardũ ab actione iniuriarum: & sic in fauorem Leonardi præfati concludo.

EPITOME.

¶Iudæi an permissu principis secularis, aut summi Pontificis licitè exercent vsuras: & licitè eis locantur domus ad fęnus exercendum.

SVMMARIVM.

Ius naturale improbat contractus vsurarius. nu. 3.
Concessa omnia intelliguntur, nisi sint specialiter prohibita. nu. 9.
Clausula derogatoria excipiens publicam vtilitatem semper intelligitur in omni dispositione. nu. 11.
Intellectus cle. 1. de vsuris. nu. 14.
Papæ an & quando obediendum, vel non. nu. 16.
Domorum domini an salua conscientia possint locare domos suas iudęis ad publicè fęnerandum. nu. 17.
Dispensatio extenditur ad consecutiua. nu. 22.

CONSILIVM XVI.

Clementissimum Deum & pijssimũ saluatorem nostrum Iesum Christum ex corde inuoco, vt in præsenti consultatione veritatem mihi aperiat sua solita bonitate. amen. Viso puncto & solẽni animaduersione pensato, quia præsens hæsitatio apud consistorum omni iustitia plenissimum illustris & excelsi principis Do. domini Marchionis Mantuani, per excellentissimos iuris vertices eiusdem principis consiliarios, & apud tribunos reuerendissimi D. domini episcopi & principis Semidei Mantuani omni sanctimonia plenissimi examinanda, & decidenda erit. Ideo paucula in medium afferam: cum nihil ita elimatum, aut elegãs, aut subtile a quouis excelso iurisconsulto excogitari, aut inueniri possit. Et tria sunt accuratè vidẽda pro clarissima decisione huius hæsitationis. Primum est, vtrum stantibus bulla papali, & sententia domini episcopi, & conuentionibus inter principem Mantuanum, & ipsos Hebræos, possint ipsi Hebræi publicè exercere vsuras sine onere conscientiæ eiusdẽ potentissimi principis, & ciuium suorum. Secundum erit, vtrum salua cõscientia domini domorum possint locare domos suas ipsis Hebræis ad publicè fęnerandum, & per consequens teneantur ad obseruandum locationes iam factas. Tertium erit, quid in alijs domibus, in quibus iudęi non exercent publicè vsuras, an possint salua conscientia domini domorum locare ipsis Hebręis, & cum locauerint teneantur ad obseruantiam contractus ipsarum locationum, & per consequens erit videndum, si iudęi possint acquirere bona immobilia de iure communi. Et istis maturè discussis apparebit veritas indubitata. ¶Ca-
1 pio primam dubitationem, & videtur, quòd † nullo modo possint ipsi Hebręi exercere vsuras nec per permissionem principis, nec populi sui, nec per permissionem Romani Pontificis, aut episcopi Mantuani: & per consequens in nullo opitulatur iudęis bulla papalis, seu rescriptum papale quod sic ostendo. Ius naturale non potest facere hanc permissionẽ: ergo multo minus positiuum, iuxta illud Esaię, nunquid gloriabitur securis contra dominum secantem. cap. inferior. vigesimaprima distinctio. po-
2 tentius enim est ius † naturale positiuo. institutio. de iur. natura. ff. de naturalia. cum sim. Assumptum probo, illud quod simpliciter est contra aliquod ius, nullo modo potest concedi ab eodem iure, alioquin simul esset contra ipsum, & non contra ipsum, inquantum ab ipso concessum: contractus vsu-
3 rarius † est simpliciter contra ius naturale, cum sit vitiosus ex natura rei. vnde Aristoteles sola naturali ratione ductus, lucrum vsurarum est detestatus primo politicorum. quod non fecisset, nisi contractus ex natura rei fuisset vitiosus. & facit: quia rapina est actus vitiosus ex natura rei: quia autem accipit vsuram, & rapinam facit: vt capitul. si quis. 14. quæstion. 4. est ergo contra ius naturale contractus vsurarius: si ergo simpliciter est contra ius naturale: ergo simpliciter est contra ius diuinum: quia ius naturale est deriuatum a iure diuino: ergo sequitur, quòd multominus poterit permitti contractus vsurarius per censuram, aut permissionẽ sedis Apostolicæ: & videmus in iure canonico expressum, quòd contractum vsurarium nec cõcedit, nec permittit: imo comminatur imponit pœnam facientibus vsuras. ca. quia in omnibus. de vsuris. c. quàmquam. eod. titu. lib. 6. Nec est mirum, si non permittit: quia nec permittere posset contra vetus & nouum testamentum. cap. super eo. de vsuris. nam vt ibi dicitur, sacra scriptura prohibuit pro alterius vita mentiri: vt habetur. 22. q. 2. capitu. ne quis. ergo multo fortius, sicut concluditur ibidem, prohibendus est quilibet, ne pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur: cum tamen illud videatur potissimum bonum, quod possit ex vsuris prouenire, nec vlterius potest dici, quòd in ipso contractu vsurarum cadat dispensatio: vt euitetur per ipsum maius malum: quia malũ spirituale, quod incurrit ipse vsurarius ex dicto contractu vsurario, est
4 † maximum peccatũ propter quatuor, primò quia contemnit Deũ audacius. Secundo, qa contemnit naturam expressius. Tertio, quia contemnit scripturã deterius. Quartò iura diutius. Primo casu contemnit Deum audacius: quia cum in omnibus peccatis, quæ sunt expresse contra diuina mandata, hõ verecundetꝰ & erubescat in isto peccato, q̃tumcũq; sit expressa ꝯ diuinum mãdatum, nõ vr̃ verecũdari, sed potius gloriari. c. qa in oĩbus. đ vsuris. Scđo casu ꝯtẽnit naturã expressius. qa nõ solũ ꝯtẽnit eã in uno genere rerũ, sed in pluribus, uult enim ꝯ nãm, ꝙ numerabilia, sicut denarij, supualeãt suo numero, & põderabilia sicut aurũ, supualeant suo ponderi, & cõmensurabilia sicut uinũ supualeant suæ mẽsuræ. qua ꝑꝑ bñ est dictũ, ꝙ contẽnit naturã expressius, & cõtẽnit ulterius scriptura deterius, qa ur̃ eam contẽnere per infidelitatem, quæ est opposita fidei, q̃ in baptismo ꝓfessus est, nã si ꝑfectè crederet, impossibile est, ꝙ ꝯ Deũ, & eius scripturã, sic apertè, & inuerecũdè ꝓcederet. Itẽ ꝯ utriusq; testĩ scripturas solẽt

tales

tales pertinaciter asserere, ꝙ usura nõ sit peccatũ, ẽt ꝯ quos emanauit, cle. j. de vsuris. ꝯtẽnit etiã iura diutius: qa nõ obstante ꝓhibitione cuiuscũque iuris in dicto peccato ab hoc ꝯtinue ꝑseuerãt, in tm̃ ꝙ ad ipsum relinquendũ vsq; ad mortẽ sæpius se retardãt: & iõ ius canonicũ nullo mõ põt ꝯcedere, aut ꝑmittere ꝯtũ vsurariũ ꝑꝑ maius malũ euitãdũ: qa regulariter loquẽdo nõ apparet, aliqđ maius malũ, aut incõueniens ipsa vsuraria prauitate: & iõ multo minus poterit apostolicus ꝑ suã bullã ꝯcesã ad postulationẽ supplicãtis: nec tũc ꝓsumit ꝓ principe: licet enim præsumat, ꝙ voluntas principis est iusta: vt est gl. in l. relegati. ff. de pœn. Inn. in c. quæ in ecclesiarũ. de constitu. procedit, quando motu ꝓprio aliqd facit, vel condit legem generalem: sed quãdo ad postulationem alterius rescribit, vel mandat: tunc nõ præsumitur pro voluntate principis, argu. l. j. C. de peti. bo. subla. libr. 10. Ita scribit. D. Anto. in d. c. quæ in ecclesiarũ. & voluit Cy. in l. rescripta. C. de preci. imper. offer. & in l. fin. C. si contra ius vel vtili. pu. & refert & sequit̃ Lu. Ro. in cõmento suo. l. si verò. §. de viro. ff. so. ma. Modò in casu nostro ista bulla fuit concessa ad supplicationem Marchionis, & populi Mantuani, ergo cessat, omnis bona ꝓsumptio, quæ regulariter ꝓsumitur in dispositione papali: nec est lex generalis, ergo nullo modo potuit rescribere ꝯ vetus & nouũ testm̃: vt in c. qui resistit. & in c. Iulianus. & in c. dixit dñs. & in c. is qui præest. 11. q. 3. Et iõ Io. And. in c. peccatũ. de regu. iuris. li. 6. in mercurialibus, in tertio articulo, concludit bellissimè, ꝙ ius canonicum non potest concedere, aut permittere vsuras. ergo &c. Præterea facit, quod voluit Guliel. de mõte Lauduno, in cle. j. de vsuris. quem refert & sequitur D. Cardinalis Zabarella ibi, in 15. q. in versicu. 15. quæro in eo ꝙ prohibentur statuta, quæ impediunt repetitionem vsurarum: quid inquit, de rege Aragonum, qui leuat tributum a iudęis, vel saracenis propter vsuras, quas permittit eos exercere, incidit ne rex, vel eius officiales in excommunicationem? De quo ibi respondet ꝙ sic; quia nedũ † Chri-
5 stiani, imo etiam iudęi sunt prohibiti vsuras exercere, cũ ẽt lege veteri sint vsuræ prohibitæ: & hoc maximè si exiguntur a christianis, vt in c. q̃to. & in cap. post miserabilem. de vsuris. & dicit D. Card. in d. cle. j. ꝙ quæstio ista satis decidit̃ ibi, bona ibi repetitionem impediunt. & ibi etiam dicit idem Guli. ꝙ pos-
6 sunt compelli iudæi † ad restituendum vsuras per principes seculares, & nõ per iudices ecclesiasticos, vt in d. cap. post miserabilem. qui si negligentes fuerint, procedet iudex ecclesiasticus iuxta tenorem. c. q̃to. eo. titu. & c. postulasti. de iudęis. & ibi dominus Cardinalis temperat hoc, nisi ecclesia habeat temporalẽ iurisdictionẽ in loco, qa tunc per se coercet iudęos pęna tẽporali, vt in d. ca. postulasti. Et sic apto ore tenent, ꝙ principes seculares nõ pñt ꝑcipere tributũ a iudęis, quibus permittunt publicè fęnerari. Eodem modo non poterunt ex permissione Romani Pontificis. Est tamen verũ, ꝙ nec Ioan. And. in d. c. peccatum. nec D. Cardinalis, nec Guliel. de mõ-
7 te Lauduno tangũt in indiuiduo, an Papa possit † ꝑmittere iudęis publicè fęnerari ob necessitas hominum, & propter publicam vtilitatem subditorum, & per consequens prædicta non obstabunt veritati huius cousultationis, & ibi etiam dicit idẽ Gul. ꝙ in multis casibus iura permittunt vsuras: vt in c. j. & c. cõquestus. de vsuris. 14. q̃. 3. in summa. an sicut in illis limitat, ita possit Papa generaliter statuere, ꝙ in nullo casu vsuras exigere sit peccatũ, & sic crimẽ vtraque lege damnatum facere non esse peccatum, & decidit quòd non: nam in simili licet papa possit specialiter prohibere certas personas, ne contrahãt, non tñ posset vniuersaliter tollendo omne coniugij sacramentum, aliàs esset peruertere totũ statum fidei, qđ non licet. aliqua ergo licent in specie, quę nõ licent in genere, & illud est vnum de illis, vbi Papa põt ius diuinũ & naturale modificare, & nõ tollere in totum: vt not. in c. quæ in ecclesiarum. & in c. cum omnes. de const. & per Inno. Ita in proposito non poterit Romanus Pontifex ꝑmittere, ꝙ iudæi publicè exerceant vsuras, ergo sequitur, ꝙ ista bulla, & illa sentẽtia in nullo pñt opitulari dño Marchioni, & cõi Mantuano, ad eos excusandos a dicta permissione usurariæ prauitatis. Et ista sunt, quæ faciebãt dubiũ in ista ꝯsultatione: & plus dicit dñs meus Ioann. de Imo. in d. clemen. j. ꝙ ex dicto Guli. ibi sequitur, ꝙ oẽs domini, & oẽs ciuitates erunt excõmunicati. ¶ Et licet sint colorata & apparentia satis; tamen casum nostrum non attingũt, iõ illis non obstãtibus ꝯriũ puto esse de iure uerius. Et primò ostẽ-
8 do, ꝙ nullum † peccatum potest prætendi ex huius permissione, ergo sequitur, ꝙ cũ non sit peccati nutritiua, ꝙ erit seruãda. Nõ enim uersatur delictum, aut peccatũ ex parte Christianorũ recipiẽtiũ ad usuras, ut no. in c. super eo. de usuris. nõ ex parte iudęorum mutuantiũ: nihil enim ad nos de his, qui foris sunt. cap. gaudemus. de diuor. nam, vt dicit canon, superuacuæ rei videtur dare operã, qui coercere iudæos nititur a peccato: vtpote iã dãnati propter perfidiã. Tolerãdi sunt igit̃ in eorum ritibus: vt 45. di. c. qui sincere. Si ergo non reperitur hoc decretũ continere in se vitium, vel peccatũ, ergo permissum, cũ
9 oĩa sint † de genere ꝑmissorum, nisi expresè reperiãtur prohibita: vt in c. inter corporalia. de translatio. episcopo. cum ibi nota. Et per consequens multo fortius erit valida illa bulla, cũ ita solenniter emanauerit habito & facto processu, & assumptis probationibus legitimis per reuerendissimum dominum episcopum Mantuanum, ita vt in bulla continetur. Secũdò hoc probatur, quia leges communes editæ á catholicis principibus, vt a Iustiniano, permittunt vsuras. vt in toto titulo. C. & ff. de vsuris. ergo & qlibet dominus, & quælibet domina, & quælibet ciuitas potest statuere, & facere statutum super eo, cũ sit regulariter a iure concessum facere statutum, vt in cap. j. de constit. libr. 6. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. cum si. Tertiò propter bonum, quod ex aliquo malo gesto sequitur, ipsum malum toleratur, & similiter propter maius malũ. vnde cum Paulus quodã incontinentes in ecclesia aspiceret cõcessit minora, vt maiora declinarent, dicens, propter fornicationem vnuquisq; suam vxorem habeat, vt habetur in c. nerui. 13. distinc. & idem beatus Augustinus, ecclesia eñ tolerat publicas meretrices, & sub dissimulatione pertransit, vt euitet maius malum, vt not. in c. inter opera charitatis. de sponsalib. Cum ergo Papa in sua bulla hoc permittat ipsis iudæis, vt euitet maius malũ, quod verteretur: Christiani sub fęnore mutuarent, & si subditi & forenses non possent reperire pecunias mutuò, orirentur scandala, & mala pessima, videtur hac ratione posse defendi dicta ꝑmissio, de ipsis enim Christianis Romanus Pontifex tenetur reddere rationem. capitu. irrefragabili. de officio ordin. Et si hoc non ageret, posset sibi obijci illud ꝓuerbiorum, noli esse nimis iustus, nam sanguinem elicit, qui nimis emungit, vt dixit gloss. in l. sciendum. §. illud. ff. de ædil. edicto. & text. 4. distinct. cap. denique. nam, vt ibi dixit text. in quibusdã leuibus peccatis laici cum uenia suo ingenio relinquẽdi sunt, ne forte peiores existant, si ab eorũ ꝯsuetudine ꝓhibeant̃. Quartò, ut dixi, ꝓpter bonũ publicum, quod ex hoc sequitur, uidetur tale decretum posse defendi: prouidetur enim necessitatibus subdito-

subditorum non valētium aliter reperire pecunias mutuò cum enim pecunia omnia ęstimentur: vt l. j.ff. de contrahen. emp. videtur de facili summi numinis venia speranda, postquàm per hanc permissionem papalem multorum & salus & incolumitas procuratur: vt l. pręsides.C.de fer.hinc est,quòd propter necessitatem regulariter prohibitam iure diuino iure humano conceduntur: vt furtum, homicidium.& similia.cap.si quis propter necessitatem.de fur.cap.licet.de fer.facit.cap.j.de pigno.gloss.in c.pastoralis.de offic.ordin.Et quod habetur in cap.cum apostolus.de censi.c.licet ex quadam.de testi.& glo. in l.2.§.cum in eadem.ff.ad l.Rhod.de iactu.prę omnibus enim Deo placet creaturam rationabilem & corporalem conseruare. pro qua etiam animam suam dedit: vt no.Io. And.in c.cum ad monasteriū. de statu mona.in nouel.Et propter hoc bonum publicum ius ciuile concessit vsuras, volens per eas indigentibus subuenire: simili de causa cōcedit, quòd possumus pscribere res alienas ēt cum mala fide: vt l.si quis emptionis.C.de præscrip.30. an.& hoc propter bonum publicum. ne diu sint dominia in incerto: vt l.j.ff. de vsucap.& appellatur istud ius bonum, sed non æquum: & aliquid est, qđ est bonū, & æquū, & aliqđ est æquū, & non bonum: vt patet per exempla in l.j.ff.de iustiti.& iure. Ex quibus videtur hæc bulla permittēs iudæis vsuras facere, posse tolerari propter bonum publicum, & publicam vtilitatem: licet per ipsam modificetur ius diuinum, quod
10 potest † modificari, distingui, & limitari etiam per constitutiones principum ex causa: vt not.Bartolus in l.omnes populi.ff. de iusti. & iure. & Innocen. in c.cum omnes. de constitution. vnde Augustinus in libro de libero arbitrio, lex, inquit, ista, quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit, quæ per diuinam prouidentiam iudicantur. & clarum est, ꝙ
11 † in quacunque dispositione semper intelligitur clausula derogatoria, excipiens publicam vtilitatē: vt est text. in l. si quis in graui.§. hi quoque.ff. ad silla. l. iubemus. la j.C. de sacrosanctis ecclesijs.l. nullus.C.de cursu.pu.ilbr. 12.l.iubemus.C. de naui. nō excusa.libr. 11.l.in prouinciali.§.fina.ff. de oper.no. nuncia.l.mulier.ff.de popula.actio.cap.non minus. de immu.eccle.l. si venditor.§. constat.ff. cōmunia prædiorum. Bald.in rub.C. qui accu. non poss. & in l.j.C.de hæred. vel acti.vend.& in dict.l. iubemus. & Salyce.in l.2.C.de noxa.Dyn.in l.si ex toto.ff.de le.j. Quintò facit assensus subditorum in hac pmissione
12 concedenda concurrēs: cum enim de eorum † prę iudicio agatur, videtur eorum consensus necessarius: vt no.in simili.in c.quanto.de iureiu. & in c.humilis.de maio.& obe.& ꝙ eorum consensus in hoc operetur, apparet ex eo qa in re propria quilibet est moderator, & arbiter: vt l.in re mandata.C.man. si ergo sponte supplicarunt Papæ, & sponte voluerūt obligari ad solutionem, habetur ac si specialiter cōuenissent, ar.l.de quibus.ff.de legibus.& dictæ.l.omnes populi. & maximè ponderata causa finali, quæ est, vt necessitatibus indigētiū succurrat: nā ex causis nō ita cōcernentibus bonorum vniuersorū vtilitatē, ius canonicum cōcedere videtur, ꝙ possit recipi vltra sortem: vt in c.j.& in c.salubriter.& in c.conquestus. de vsuris: nam talis assensus purgat omne vitiū, & peccatum, scilicet ꝙ in casu isto verteret soluēdo vsuras, quod tñ non vertit, cū ad eas soluēdas se obligauerūt: vt in c. debitores.de iureiur. & pbat clarius p ea, quæ sunt dicta in prima rōne superius posita.Cū ergo accedat ꝯsensus totius populi, publica vtilitas, necessitas publici boni, & pmissio Papę, seqtur, ꝙ talis ꝯcessio, ꝙ pmissio valet, & tenet. Sextò accedat elegās ꝯsilium dñi Petri de Anch. consi. 230.incip.in Christi nomine amen. christianissime & singularissime domine &c. & ibi accidit in contingentia facti, ꝙ dominus tēporalis vnà cum ꝯsensu populi sui, ꝯcessit iudæis decretum fęnerādi publicè in territorio illius dñi: nec interuenit pmissio papalis: concludit dominus Petrus in dicto cōsilio
13 per rationes, quæ sunt vrgentes, ꝙ tale † decretum valeat propter publicum bonum, & propter consensum populi: & quia ex neutra partium committitur peccatum mortale: tamen non credit spectare ad iurisdictionem ipsius domini tēporalis: sed spectat ad Romanum Pontificem, si illę causę sunt sufficientes, vt talis permissio sit consensibilis an nō. allegat, quod no.in simili Pau.de Lia.in cle.dispēdiosam.de iudicijs, & ꝙ qđ in simili no.Bart.in l. Titia. & ff.sol.mat. nec propter publicum bonū debet dominus temporalis in minimo peccare, aut transgredi honestatē.& sic D.Pet. verissimus iuris interpres in indiuiduo decidit istam quæstionē: videlicet, ꝙ dominus temporalis non potest tale decretum, aut permissionem facere iudæis, etiā propter bonū publicū, sed examinare causas, & bonum publicū, & necessitatem subditorum: & permittere iudæis facere publicè usuras, spectat ad Romanū Pontificē. Modò in casu nostro ita formaliter accidit: quia ppter commoditatem populi Mantuani dictus Marchio, & sui pdecessores composuerunt cum ipsis iudæis super fęnore publicè exercendo, nec habuerūt ad hoc pmissionē a sede Apostolica: iō supplicatū fuit ex parte ipsorū domini Marchionis, & cōmunis Mantuæ Romano Pōtifici: vt dignaretur cōcedere hāc permissionem, ut iudæi possint publicè fęnerari: & ita Papa cōmisit domino episcopo, ut de prædictis se diligēter informaret, & absolueret eos, qui incurrerūt excōmunicationē propter hoc, & ꝙ in futurum plenam licentiā, & liberam auctoritate apostolica largiretur domino Marchioni, & cōmuni Mantuæ, vt permitterent dictis Hebręis posse publicè fęnerari: ut in dicta bulla ꝯtinet: ergo sequitur, ꝙ in indiuiduo D.Petr.decidit istam dubitationē in fauorē cōmunis Mantuæ, & dñi Marchionis, ut iudęi possint publicè exercere fęnus, & usuras secundùm pacta & ꝯuentiones: ut in dicta bulla cōtinetur. Septimò facit, qđ uoluit excellens doctor D. Pau.de Ca.in suis consilijs.consilio 376. incipien.in Christi nomine amē. non uidetur expediēs &c. ubi in contingentia facti narrat, ꝙ quædā ciuitas subdita opulētissimo dominio Venetorum conuenit cū certis iudæis, ꝙ mutuarent ad usuras sub certa quātitate: quæ pacta fuerūt p potesttē illius loci, & consiliarios, & totū cōsiliū, populi, & per dominatū Venetorū, cui illa ciuitas erat subiecta, cōfirmata. Modò iudæus petebat usuras a christianis ſm ꝙ in pactis cū ipso communi erat ꝯuentū, christiani cōfitebātur debitū, sed nolebant soluere usuras, dubitabatur propter dispositionem cle.j. de usuris. an Potestas loci posset salua cōscientia iudicare, & determinare per sententiam diffinitiuam vsuras, quæ negabātur deberi uigore pactorū initorū cū ipso cōi, & cū ipsis iudęis, & sic salua consciētia an posset Potestas mandare Chrianis, qui acceperāt pecunias mutuo ad vsuras, vt soluerent ipsas vsuras ſm ꝙ in pactis celebratis cū ipsis iudęis ab illo cōi continebatur: & sic an salua cōsciētia posset exequi dictū decretū cōcessum iudęis: & qa hmōi pacta & ꝯsuetudo vigent per vniuersam Italiā, & erat ēt priuilegiū Martini Papæ quinti & Eugenij, an tale priuilegiū Romanorū Pontificū, & dicta ꝯsuetudo iuuaret ipsos iudęos, vt possint agere p vsuris exigēdis, & excusarēt Ptātē faciētē executionē circa executionē vsurarū, & sic indiuiduo & terminis ponit qōnem nostram:

ſtrã:& dicit, ꝙ cũ vſuræ ſint rñr ꝓhibitę tã diuina, q̃
humana lege; vt l.j.C.de ſumma tri,nõ pñt licitè fie
ri,nec aliqua obligatio, vł actio ꝑ eis petẽdis intro-
duci.l.ſi nõ ſortẽ.in prin.ff.de ꝯd.indeb.& ad hoc di-
cit tẽdere cle.j.de vſuris, quæ improbat, & deteſtat̃
ſtatuta terrarũ,vel cõitatũ ꝯriũ diſponentia,tanq̃ ſi
non eſſent ꝓhibita,a cuius diſpoſitione cle. præfata
dubia oriunt̃,& fundamẽtũ aſſumũt:ſed fruſtra eſt
14 ſm eũ:qa cle.illa † voluit obuiare proteruiæ, & in-
ſaniæ quorundã laicorũ volentiũ plus credere capi-
ti ſuo q̃ ſcripturis diuinis, & humanis, contra.c.ne
innitaris prudẽtiæ tuæ. de cõſti.quibus aliqua ratio
ſuggerit:vt ꝑpter neceſſitates hominũ vſuræ hodie
habeãt eſſe ꝑmiſſæ,ſicut olim erant, ſaltẽ de iure ci
uili:ita pertinaciter aſſerunt,& ſtatuta ꝯdunt, & ꝯdi
faciunt,non ſolũ in perſonis iudæorũ,ſed etiã laico-
rũ chriſtianorũ ſaltẽ in eorũ territorijs cõi ſnīę ꝯdi-
cãt.quæ eſt in ꝯrium:tã in perſonis chriſtianorũ, q̃
ẽt iudæorũ. c. poſt miſerabilẽ. de vſuris. talia nãq;
ſtatuta,& aſſertiones continentes,& contiuẽtia hę-
reſim.ꝯſtitutio illius cle.obteſtat̃,execrat̃, & annul-
lat. cæterũ obſeruãtia vniuerſalis,q̃ tã illo tpe, quo
cõſtitutio illius cle.emanauit,ꝙ etiã hodie vigebat,
& viget per Italiã de tolerãdo iudæos,& imõ ꝯcẽdo
cũ eis,ꝙ ſtent in ſingulis terris, & præſtent ad vſuras
chriſtianis ꝑꝑ immenſas neceſſitates hoĩum, q̃bus
alio modo nõ põt ꝓuideri,cũ tñ talis ꝓuiſio ſit ſum
mè neceſſaria,nõ eſt illius cõditionis, qualitatis, &
naturæ, cuius naturæ erat opinio illorũ, quæ dedit
cauſam illi clemen. & quæ per ipſum cle. reproba-
tur: nõ enim populi chriſtiani tales ꝯuentiones fa-
ciunt cũ iudæis:qa credũt vſuras poſſe fieri, ſed per
tales ꝯuentiones:qa ſi hoc crederent, facerent inter
ſe non cũ iudæis,imo cũ ſentiãt contrarium, potius
volunt illaqueari animas ipſorũ iudæorũ, qui non
tenẽt,ꝙ ſit eis vetitũ; vt no.in d.c.ſuper eo.ſi mutuat̃
ad vſuras chriſtianis, cũ non teneãt nos fore fratres
eorũ.tales ergo populi componẽtes cum iudæis ſu-
per exercendis vſuris potius deteſtantur vſuras per
præfatas conuentiones factas cum iudæis, q̃ appro-
bent,ſi bene conſideretur,quid agant. & ſic nõ pec
cant,ſed peccatum euitant, non volẽtes inter ſe fę-
nora exercere,ſed ea ſoluere.c.debitores.de iureiur.
& ſic nec verba, quę ſunt in principio illius cle.ꝯue-
niunt huic obſeruantiæ,nec illa,quę ſunt in fine,cũ
nunq̃ fuerit viſa grauis.& ſcãdaloſa, ſed imo ſuauis
ꝑꝑ neceſſitates frequẽtes, q̃bus ſi ꝑ iſtũ modũ vni-
uerſalis rei publicæ ſtatui non ꝓuideret, neceſſe fo-
ret,ꝙ chriſtiani facerent hoc inter ſe, quod eſſet lõ-
gè deterius tã animabus, ꝙ corporibus, vt quilibet
imaginari poteſt. ſicut ergo neceſſarium,& ſalutife
rum fuit, & ſine peccato talem conſuetudinem in-
troducere.ſ.paciſcendo cũ dictis iudæis,de quorum
animabus,vel eorũ ſalute nihil ad nos, q foris ſunt.
2.q.j.c.in primis. Item neceſſarium fuit tales conuẽ
tiones cum ipſis iudæis habenti conſeruare fidẽ eis
datam. l. j. ff. de pactis. cum ibi notat. aliàs nec ipſi
ſeruarent,quod ꝓmiſerunt.& ſic vtilitas & neceſſi-
tas publica, & communis vtilitas defraudaretur:er-
go l.2.ff.de iur.om.iudi.conſiſtit,aut in obſeruantia
fidei datæ in concedendo dictis iudæis executores,
qui conuentionem, quã habent cum neceſſitate fa-
ciant de facto obſeruari ꝑ bono cõmuni omnium:
ſi enim eſſet ita graue delictũ: vt innuit illa cle. j. in
principio,etiam Deus nõ toleraret,ſicut nec tolera
uit illud,de quo ibi.ſed videmus,ꝙ tolerat vbicũq;,
etiam in terris ſubiectis temporaliter eccleſiæ:quia
nõ dare aliq̃ terrã,in qua tales iudæi ꝯducti nõ ſint:
nec eſt noua conſuetudo ſed dudum, & ante illam
cle.j.de vſuris. ſolita & incõuenta: non ergo illa cle.
voluit eã tollere,ſed ſolũ ſtatuta,q̃ fiebant a q̃buſdã
laicis obſtinatim credẽtibus nõ ſolũ iudæis,ſed etiã
chriſtianis licere hodie ſicut olim,ſicut re vera nũq̃
licuit,licet iura ciuilia tolerauerint,hodie non tole
rant:ſicut nec iura canonica,quæ præualent in his,
quæ concernunt periculum animę,iuxta no. in c.2.
de regu.iuris lib.6.cum de iudæis,qui ſunt extra ec-
cleſiam, ſe nõ impedit eccleſia quò ad animæ ſalu-
tem, ſed quò ad reſtitutionẽ ſic, vt in dicto ca.poſt
15 miſerabilem.Non † eſt ergo imputãdum populis,ſi
tales ꝯuentiones faciant cum iudæis ad ſubuenien-
dũ eorũ neceſſitatibus, propter qđ obuiãt periculis
animarum ipſorum chriſtianorum: ſed potius eſt
eis parcendum & indulgendum: nec etiam iudici-
bus, aut rectoribus facientibus executionẽ vſurarũ
dictis iudæis cõtra illos, qui ſemel in hoc ꝯſenſerint
verè,vel interpretatiuè:ſufficit autem ſemel voluiſ-
ſe, pactũq; pro communi & publica vtilitate vel ne-
ceſſitate factũ eſt, ar.l.in diem.ff. de aqua pluuia ar-
cen.l.ei apud.§.finali.ff.depoſi. Ex quibus ſine dubi-
tatione quantacunq; concluditur rectores prædi-
ctorum locorum ſalua conſcientia poſſe procede-
re ad inſtantiam prædictorum iudæorum,ſuper di-
ctis vſuris,ſecundũ tenorem pactorum, quæ habẽt
cũ cõmunitatibus per omnes modos, de quibus in
ſupradictis dubijs mentio fit: ſemper tamen indu-
bitanter tenendo vſuras eſſe prohibitas de iure di-
uino,& humano,& indebitè ſolui, & in præiudiciũ
animarum ipſorum iudæorum: ſoluentibus tñ non
eſt peccatum, nec eſt peccatum eos compellere ad
ſoluẽdum pro euictione maioris mali, & pro ſuſtẽ-
tatione pauperum,& communis ſtatus, & pro ſuſtẽ
tatione publicæ fidei datæ & promiſſæ.Et ad prædi
cta facit.c.j.& c.milites.23.q.5.& ita in terminis cõ-
ſuluit tantus doctor, cuius auctoritas maxima eſt,
præcipuè in conſulendo:& ſic cum in caſu nřo ema
nauerit permiſſio Papæ, & conſenſus principis, &
cõmunitatis Mantuanæ,ſequitur, ꝙ impune & ſal-
ua conſcientia dicta pacta & conuentiones ſeruan-
da ſunt, & ſeruandæ ipſis iudæis publicè fęneranti-
bus. Et etiã accedat,quod voluit Io.de Anania, qui
fecit mentionem. in dicto c. poſt miſerabilẽ. de illo
conſilio ſuperius allegato domini Pe.de Anchar. &
tranſiuit cum illo conſilio. Et per conſequens ſine
dubitatione aliqua tenet dominus Marchio & cõ-
munitas Mantuæ ſeruare pacta, & conuentiones di
ctis iudæis & ſalua conſcientia, & ſine peccato ani-
mæ ſuæ,& ſuorum ſubditorum poſſunt & debẽt ip-
ſis iudæis talia pacta ſeruari: & ideo licet populus
non poſſet per ſuum ſtatutum, aut per ſuam ꝯſue-
tudinem ꝯcedere exercitium vſurariæ prauitatis: vt
dixit Angelus in ſuis conſilijs, conſilio 87. quod in-
cipit,pro deciſione quęſitorum &c. tamen quando
acceſſit permiſſio papalis ſtantibus cauſis ſuperius
expreſſis propter bonum publicum poterit fieri: vt
voluit dominus Petrus & dominus Paulus & domi
nus Ioannes de Imola. Quinimo dixit Angelus in
dicto conſilio,quod licet per ſtatutum nõ poſſit in-
duci exercitium vſurarię prauitatis, qa contradicit
iuri diuino: tamen per ſtatutum bene poteſt indu-
ci, vt adminiſtrator conuertens in vſum ſuum pe-
cuniam domini certum quid vltra ſortẽ ſoluere te-
neat:qm̃ illud,qđ ſortẽ excedit, aut erit pœna, aut
erit intereſſe domini,aut quæſtus factus ex vſuris,&
ab ipſo ſtatuto ꝓſumptus. multo ergo fortius in ca-
ſu nřo potuit Papa permittere ꝑꝑ bonum publicũ,
& vt euitentur multa & varia mala, ꝙ iudæi poſſint
publicè exercere vſuras,interueniẽte ꝯſenſu dñi tẽ-
poralis ſui. Pręterea facit id, qđ voluit Bart. in l.oẽs
populi.ff.de iuſt.& iu.vbi dixit, ꝙ ſtatutũ populi põt
diſponere ſuper his, quę ſunt diſpoſita a iure diui-
no ex cauſa,diſtinguendo & limitando illud quãto,
ergo

ergo fortius poterit facere hoc Papa.& iõ dixit glo. valde singul.in c.vbi periculum.de elec.li.6.ꝙ Papa potest reuocare constitutionem totius concilij vniuersalis,ideo bellissimè dicebat Inn.ꝙ si Papa
16 †præcipit aliquid iniustum, cũ non habeat superiorem, cum quo agi posset, obediẽdum est sibi:qa nemini licet de eius factis iudicare.c.si Papa.40.di.nisi mandatũ eius hæresim contineret, vel nisi ex præcepto iniusto præsumeretur vehementer ꝑturbare statũ ecclesiæ, vel ẽt forte alia mala futura essent: qa tũc peccaret quis obediendo, cum debeat futura mala præcauere,non iuuare.Ita dixit in c.inquisitioni. de senten.excom.& idẽ Inn. singulariter dixit in c.cum ad monasteriũ.de statu mona.quosdã dicere, & forte nõ malè,ſm eum, ꝙ licet in his, quæ sunt ꝯ votũ tacitum,vel expressum, vel in alijs, quæ sunt contra euangeliũ,nõ possit Papa dispensare, nisi ex causa: & forte idẽ est intelligendũ ſm eum, si dispensetur cõtra in his,quæ sunt ꝯtra generalẽ statum ecclesię: nõ tñ hoc est verum in his dispensationibus,q̃ fiunt contra ius positiuum duntaxat: in his enim sufficit sola voluntas Papę. Facit etiã solẽne dictum Host.in c.quãto.de transl.epi.vbi dicit,ꝙ Dei & Papæ vnum est ꝯsistorium.ar.c.2.& 3.de excess.prela.& c.Romana.de appe.li.6.& pulchrè dixit Spe. in tit.2.§. nunc ostendendum.ver. 89. ꝙ Papa est Petri successor, & vicarius Iesu Christi, vicem non puri hominis, sed veri Dei gerens in terris.vnde omnia regit,& disponit,& iudicat,prout sibi placet.9.q.3.ca. cuncta per mundum.& ꝑ principalem habet cęleste arbitrium. l.j.C.de summa tri.Facit etiã tex.maximè iuncta gl. in c.a nobis.de decimis: vbi patet,ꝙ Papa potest aliquẽ eximere a ꝓstatione decimarum, & tñ decimæ debentur de iure diuino.c. tua nobis. de deci.& ibi dixit gl. ꝙ Papa potest ꝯtra ius naturale dispensare, remittendo decimas alicui specialiter: licet nõ possit in totũ illud ius decimandi tollere: qa tunc esset tollere ius diuinũ. videmus etiã in simili, ꝙ licet dictũ sit de iure diuino,in ore duorum, vel triũ &c. vt in c.cum esses.de testa.cum si. tñ Papa & imperator in multis casibus disponunt de maiori numero.l. si vnus.l.hac consultissima.l.fi.C.de testa.2.q.4.c.præsul.c.licet vniuersis.de testi. Facit ẽt;quia Papa dispo nit circa matrimonium carnis copula non cõsumatum: vt no. cõiter in c. cõmissum.de conuer.coniuga. & qñq; consumatũ saltem inter infideles, vt qñ alter coniugum redit ad fidem, altero volente secũ habitare.c.quanto.de diuor.Facit etiã, qđ dixit Bal. in l.Barbarius.in fi.ff.de officio præto.ꝙ Papa est supremus vicarius Dei:& qui dicit contrarium, mentitur: & in finalibus verbis dicit, ꝙ Papa est omnia, & super omnia in spiritualibus: vt sanctè & deuotè ait testis veritatis beatus Bernardus de contemplatione ad Eugeniũ, vbi ponit verba elegantia plena fide.& veritate:& idem Bat.in proœmio Greg.dixit, ꝙ Papæ est cõmissa tota monarchia spiritualis, & thesaurus omnis dignitatis est in eo:& ibi etiam dixit,ꝙ sibi est data clauium multitudo: & summa ac libera potestas, quæ appellatͬ potestas absoluta ab omnibus vinculis canonũ,& ab omni regula arctatiuã.facit ẽt,qđ voluit Bal.in l.rescripta.C.de diuers. rescrip. & in proœmio feudorum. facit etiam gloss. solen.in c.sunt quidam.25.q.j.quæ dixit,ꝙ Papa potest dispensare contra apostolum,& etiã in euangelio. Modò in casu nostro applicando oĩa ista simul ꝯiuncto eo,qđ publicè dixit dñs Pe.de Anc. in d.cle. j.de vsuris. vbi dixit,ꝙ licet Papa possit ꝓmittere vsuras in certis casibus,de quibus in d.c.conquestus. & in d.c.salubriter.& bene facit tex.valde sing.in c. ab illo exige. 14.q.3. non tamen potest vniuersaliter & indistinctè permittere, ex quo est vsura prohibita vtroq; testamento:& adducit simile: quia licet Papa possit aliquibus prohibere,ne contrahant matrimonium in certis gradibus non tamen posset in totum sacramentum matrimonij tollere. adducit simile de decimis.& facit.c. licet. de fer. vbi Papa indulget diebus dñicis piscari: & tñ feriæ sunt inductæ tam de iure diuino,quàm de iure humano: qñ mo sunt in præcepto. Et facit etiam,ꝙ dicit D. Car. in d.c.super eo.vbi dicit Gof.dicere, ꝙ per dispensationem qñdoq; receditur a bono, cũ suadet pietas, pulsat necessitas blanditur vtilitas.8.q.3. cap. talia. cñ ibi nota. Si ergo Papa potest in certis casibus dispensando permittere vsuras, vt superius est ostensum, non generaliter.& simpliciter, ergo sequitur, ꝙ quoad quid potest permittere vsuras ꝓpter publicum bonum,& necessitatem rei publicę,& subditorum, maximè sine peccato Christianorum: ergo sequitur,ꝙ quoad iudæos,& sic ad certũ genus ꝑsonarum ex causa reipublicæ,& vtilitatis cõmunis Christianorum, poterit permittere vsuras fieri publicè. sicut enim dispensat cum iure diuino, & cum præceptis: vt in d.c.licet.& in decimis, vt cum apostolo, & cũ dño: vt in d.c.sunt quidã.& in matrimonio: vt superius est ostensum. ergo seqͭ, ꝙ poterit dispensare ꝑmittendo in casu nr̃o ipsis iudæis fęnerari propter cõem vtilitatem Christianorum, cum nõ cõmittatͬ peccatum ex parte Christianorum: vt superius est ostensum: nec etiã cõmittatͬ peccatũ ex parte iudæorum:qa ipsi dicunt,ꝙ nos nõ sumus sui fratres, vt voluit D.Pau.& D.Pe.in cõsilijs superius redditis. Et posito, ꝙ ex patre ipsorum iudæorum esset peccatum, nihilominus Papa nõ tenetur de eis reddere rationem,qa nihil ad nos de his,qui foris sunt, ergo seqͭur, ꝙ talis ꝑmissio potuit fieri ex causis superius enarratis accedente cõsensu principis & populi Mantuani. Pręterea etiam facit illud,qđ voluit D. Florianus de sancto Petro Bonõ.qui in quodam suo consilio consuluit in ciuitate Ferrarię,ꝙ iudęis licitè poterant locari domus ad publicè fęnerandũ ab ipsis Christianis, & Christiani domini domorũ poterant salua ꝯscientia domos suas locare iudæis ad publicè fęnerandum, de quo dicetur in sequenti dubio,& per consequens aperto ore sentit tantus doctor, ꝙ valida sunt decreta ipsis iudæis concessa ad publicè fęnerandum.ꝙ intelligo permissione Papa acedente ex causa vrgẽti, vt in casu nostro. Et sic omnes concludunt pro ista parte, & etiam ego vidi in accidenntia facti, cum legerem Ferrariæ magnã contentionem, qa quidam religiosus sanctæ & venerandæ vitæ prędicauit multũ accuratè ꝯ Christianos, & cõtra dominum Marchionem Estensem,ꝙ non poterat concedere decreta ipsis iudęis ad publicè fęnerandum,& re vera nõ erat ibi aliqua ꝑmissio apostolica,sed ex tempore antiquissimo ita erat practicatũ, ꝙ domini illius ciuitatis permittebãt ex decreto ipsis iudæis publicè exercere vsuras, & ex hoc soluebatur ipsis dominis tributum, fuit ibi dubitatum, an valerent talia decreta, & a multis in iure exercitatis iuriscõsultis dicebatur,quòd sic, ex quo erat ꝯsuetudo vniuersalis in tota Italia, & in terris ecclesiæ,quam Romani Pontifices sciebãt,si tolerabant,arg. eius,qđ dixit dominus Cardinalis in d.c. a nobis.de deci.de cõsuetudine Venetorũ quoad decimas,quã Papa scit,& tolerat, finaliter fuit cõsultũ ꝑ oẽs claros, & celebres iuris interpretes ibi legentes, ꝙ dominus Marchio haberet permissionem a Romano Pontifice, & absolutionem de tempore præterito,& ꝑmissionem de futuro:& ita fuit cõsultum & obtentum a Romano Põtifice. Et sic apparet ex supradictis, ꝙ talis permissio põt rite seruari per totam Italiam,& minimè mutanda sunt,q̃ certam

tam interpretationem habuerunt: vt l. minimè mutanda sunt. ff. de leg. & ꝙ Papa hoc possit ꝑmittere ipsis iudęis ex causis superius expressis, est cõis opi. vt est dictum: ergo tenenda & sequenda. l. j. ff. de senato. l. athletæ. ff. de his qui no. infa. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. c. in canonicis. 19. di. c. de libellis. 20. di. de pęni. di. j. quidam innocens. in c. ne innitaris. de const. Io. An. in c. j. e. ti. Host. c. capellanus. de fer. habet in c. j. de postul. pręla. Ang. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. Bar. in l. fi. C. de pęna iudi. Bal. in l. j. ff. de vul. & pu. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio procon. & in d. l. j. de sena. & in d. l. athletæ. Et etiam est ponderandum accurate in hac consultatione: qa nõ habetur aliquis doctor, qui in casu huius hæsitationis teneat contrarium: omnes enim dicũt, ꝙ principes seculares & communitates non possunt permittere iudeis, ꝑ publicas necessitates exercere publicè vsuras, quod fateor de plano: sed an possit permitti accedente ꝯsensu principis, & populi sui, cũ auctoritate & licentia Apostolicæ sedis: nec Io. An. nec Guli. de monte Laud. nec alij antiqui tangunt in indiuiduo, nec dicunt ꝯtrium: & etiam superioribus annis fui ꝯsultus ab excelso & magnifico comite Mirandulæ, an ipse cũ suo populo posset ꝑmittere iudæis publicè fęnerari: consului, ꝙ nõ nisi ex permissione sedis Apostolicæ. ¶ Nec obstant allegata in cõtrarium. primò cũ dicitur, ꝙ ꝯctus vsurarius est vitiosus sui natura, & est contra ius naturale: qa Papa bene põt dispensare quoad ius naturale certis casibus, limitando, restringendo & interpretando, vt superius fuit ostensum. Quinimo ius ciuile potest distinguere ius naturale: vt l. ius ciuile. per glo. ff. de iust. & iur. ergo multofortius poterit distingui per Papam: vt superius dixi, & iã in vsura in certis casibus distinxit Papa: vt in d. c. ab illo exigere vsuras, cui rapinam facere potest. 14. q. 3. & superius fuit ostensum. Nec ob. cũ dicitur, ꝙ contractus vsurarius est contra naturam: ergo a iure naturali non potest introduci permissio: qa respondeo, ꝙ est quędam generalis permissio, & ista nõ potest fieri: quia esset contra ipsum, & non contra ipsum est quædã permissio & introductio specialis in certis casibus: & ista fieri potest, & est ꝑmissa: vt superius fuit ostensum ꝑ d. c. licet de ferijs. & ꝑ no. in d. c. a nobis. de deci. & in d. c. si quis propter. de furtis. & in specie de vsuraria prauitate probatur in d. c. ab illo exigere. Nec ob. cum dicitur, ꝙ pro redimenda vita alterius non debemus mentiri: qa concedo: sed cum dicit, ꝙ nec pro crimine vsurarũ &c. ad hoc respondeo, ꝙ quoad casum nostrum nõ est peccatũ, aut crimẽ: vt superius est ostẽsum, qa nec quoad Christianos, nec quoad ipsos iudæos, & posito, ꝙ quoad eos eẽt crimen, tamen nihil ad nos de his, qui foris sunt, vt est dictum superius. Et cũ opponitur, ꝙ non posset permittere, qa talis permissio esset contra nouũ & vetus testamentum. Respon. procedit, quando simpliciter & generaliter permitteret, vt est dictum, vel quãdo permitteret, ꝙ Christiani facerent publicè vsuras, sed iste non est casus noster. Nec ob. cũ dicit, ꝙ malũ, qđ incurrit vsurarius, est maximũ: qa non procedit quoad iudæos, qui non putant esse peccatũ, nec de salute eorũ est curandum, vt dixit D. Pet. & alij superius recitati. Nec ob. cũ dicitur, ꝙ cõtemnit Deũ audacius, & naturã expressius, & iura diutius, qa ex quo nos sumꝰ in ipsis iudæis, q credũt eis nõ eẽ peccatũ exercere publicas vsuras, vt est dictũ, tollitur illud contrarium. Itẽ quia ꝓcedit, vbi Papa generaliter ꝑmitteret vsuras exerceri. Itẽ quia hoc casu non fit ista dispensatio, & ista permissio in contemptum aut Dei, aut scripturæ, sed fit ob necessitatem publicam, & ad euitandum peccatũ, ne Christiani faciant vsuras. Nec ob. inquantum dicitur: ꝙ d. cle. j. de vsuris, emanauit contra asserentes pertinaciter, ꝙ vsura non sit peccatum, quia illa cle. non considerauit casum istum, qñ Papæ permitteret iudæis, ꝙ publicũ fęnus exercerẽt, ne Christiani inuoluant se in vsuris, & vt superius allegaui D. Paulum in allegato consilio, vbi optimè respondet ad illam cle. j. Nec etiam ob. cum dicitur, ꝙ talis permissio emanauit ad supplicationẽ D. Marchionis, & cõis Mã. quia ꝯcedo, & dico, ꝙ hoc oportuit fieri, vt supplicaret Papæ, quia ex quo ista solutio vsurarũ debebat fieri per homines, & cõe ciuitatis Mantuæ, oportebat, ꝙ interueniret petitio ipsius cõmunis, & quia oportebat, quòd ex causa fieret, iõ fuit inserta in dicta supplicatione, mõ Romanus Pontifex non tantũ fuit motus propter supplicationem & preces supplicantium, sed etiam propter casum vtilẽ reipublicæ, & communi vtilitati hominum, & ideo in dicta permissione commisit casum reuerẽdo episcopo Mantuano, vt diligenter se informaret de prædictis, in quo suam conscientiã onerabat. quòd si ita erat, absolueret eos, qui incurrerãt excõicationem, & quòd ꝓ futuro permitteret huiusmodi pacta de cætero fieri cum ipsis iudæis ad publicè fęnerandũ, & sic non est verũ, dũ opponit, quòd Papa fuit motus ꝑ petitionẽ, & preces supplicantium, non ex instantia causę: quia imo ex iustitia causæ motus fuit ad sic permittendum. Nec ob. cum dr, quod nõ potuit rescribere contra nouum, & vetus testamentũ, quia istud est verum generaliter, sed specialiter, limitando, moderando, distinguendo secus: vt d. c. licet. & in d. l. a nobis. & in iuribus superius allegatis. Nec ob. cum allegat dictũ Gul. in d. cle. j. & dñi Car. & Io. de Imol. qui dicit, oẽs dños & omnes cõmunitates hodie excõmunicatas, & excõmunicatas ꝑmittẽtes iudæis posse exercere vsuras publicè: quia istud est verũ eo casu, quo sola concessio principis secularis interuenit, quo casu talis concessio non est sufficiẽs vt etiam voluit D. Pet. in consilio suo superius allegato. & facit simile, qđ dixit Bald. in l. j. C. de his quæ pę. no. vbi voluit, ꝙ si testator mandat hęredi, vt mutuet ad vsuras sub pęna priuationis hæreditatis, tale præceptũ non est seruãdum, & hoc etiam voluit Bar. in l. 2. ff. de his quæ pęn. no. vbi voluit, quod si testator dicat, volo, quod si hrs meus nõ soluerit centũ infra mẽsem Titio, quod soluat tm̃ nomine vsurarũ, ꝯcludit tale mandatum nõ tenere, & sic fateor de plano, quod populus nõ posset dare hanc concessionẽ hebræis fęnerandi publicè salua ꝯscientia, nec etiã princeps, aut dñs populi, licèt interueniat iusta & legitima cã. & ita procedant ista contraria, sed vbicunq; interuenit auctoritas Papæ, cum consensu dñi, & populi sui, tunc est secus. vt est dictũ, & sic Gul. & dominus Car. & sequaces, nõ loquunt eo casu, quo interuenit permissio sedis Apostolicæ cũ cognitione, & examinatione causæ, vt fuit in casu nr̃o, & sic nullus doctorũ tangit in locis præalle. ꝙ Papa nõ possit dare tale ꝯcessionẽ populis, vt faciat exerceri vsuras a iudæis cum certa cõpositione & limitatione. Quinimo. D. Pet. quem superius induxi, in d. cle. j. decidit expressè, quòd Papa possit istã concessionẽ facere. Et ex istis ꝯcludo, principẽ, & populũ, & cõe Mantuæ salua conscientia, & sine aliquo scrupulo posse permittere ipsis iudæis exercere vsuras publicè, stantibus concessione Papæ, & causis superius allegatis, & ita concludo. ¶ Capio aliud dubium, cum quæritur, utrum † domini domorum
17
possint salua conscientia locare domos suas iudæis ad publicè fenerandum, adeo quòd non possint eos expellere a domibus iam conductis. Et circa hoc est aduertendum, quòd dominus Dominicus in cap. j. de vsuris.

de vsuris. libro 6. vbi prohibentur dominus vniuersitatis, & singulares personæ locare domum alienigenis existentibus, vel volentibus exercere publicè fœnus: quia comprehendit iudæos: quia illa constitutio intendit etiam prouidere cōsumptioni pecuniarū, quæ fit per extorquentes vsuras: & iudæi quo ad hoc sunt subiecti: vt in capitulo post miserabilē. de vsuris. tum quia ita est prohibitum iudæis exercere vsuras contra Christianos, sicut Christianis, ergo in iudæis habet locum illa constitutio, quæ intēdit auferre commoditatem exercendi vsuras: & illa est propria ratio illius capitul. primi. tum quia illa constitutio simpliciter loquitur de alibi genitis, siue sint iudæi, siue alij, habet locum illa constitutio: nam constitutiones canonum simpliciter disponētes, includunt etiam iudæos, quando loquuntur in materia, in qua iudæi subijciuntur canonibus, sicut in solutione decimarum: vt in capitulo de terris. de decimis, & in vsurarum extorsione: vt in dicto capitulo post miserabilem. & in capitulo quāto. de vsuris. & allegat etiam dictum Pauli in clementina prima, de vsuris. vbi tenuit, quòd illa cle. habet locū in iudæis, pro quo facit gl. ibi in ver. censuram. & istud vltimum facit contra primum dubium, inquātum Paulus & glo. volunt, quòd habeat locum in iudęis dispositio illius capitul. prim. Et ista erant, quæ faciebant dubium in hac secunda hęsitatione. ¶ Et licet ista sint colorata, tamen casum nostrum non attingunt, ideo illis non obstantibus contrarium puto esse de iure verius: videlicet quòd stantibus supradictis expressis in præcedenti dubio, certa est cōclusio in iure, & verissima, ꝙ salua conscientia possunt locari domus iudæis publicè fœnerātibus: nec curo nimis insistere, an dispositio. capitulo primo, de vsur. libro sexto, comprehendat: quia, vt fuit ostēsum in dubio præcedenti, nos non innitimur ex eo; quia iudæi exercent vsuras, an clemētina prima. de vsuris. & capitulo primo, eodem titulo, libro sexto, comprehendant iudæos: sed innititur in hoc, quia accessit permissio sedis Apostolicæ: quinimo reperio dominum Florianum in accidentia facti consuluisse in ciuitate Ferrariæ, quòd dispositio. dicto cap. primo, de vsuris. in sexto, nō habet locum in iudæis. Pro quo facit: quia in principio illius capitul. videtur velle prouidere animabus mutuātium, qui deuorantur ab vsuris: sed Papa non compellit iudæos quo ad illa, quæ respiciunt salutem animarum suarum. 45. distinct. capitulo qui sincera. & capitulo de iudæis. ex quo ergo n on habet locum ratio illius capitul. prim. in iudæis, nec eius dispositio locum habere debet, cùm ratio sit ipsa lex. prima distinct. capitulo consuetudo, clemen. cum rationi. de eiec. Facit etiam: quia iudæi regulariter non arctantur constitutionibus canonicis: vt in capitulo gaudemus, & capitulo fina. de diuor. ergo nec illud. capitulo primo. & ita cōsuluit D. Florianus. multo fortius in casu nostro possunt liberè domini domorū locare domos iudæis ad publicè fœnerandum, quod sic ostēdo, in d. bulla dicitur, dictæ cōmunitati & ciuibus, ac eorum cuilibet, & successoribus suis domos locādi ad fœnus publice exercendum plenam & liberā licentiam auctoritate apostolica largiaris. quæ ver-
18 ba † sunt clara, & expressa, quòd impune, & sine onere cōscientiæ possunt domini domorum locare domos iudæis ad publicè fęnerandum. vnde posito, ꝙ dispositio. dicto capitulo primo, de vsuris. in sexto, locum haberet, quòd non possent locari domus iudæis ad fęnerandum: nihilominus vigore huius indulti apostolici poterunt loçari: vnde tales locationes non sunt contra salutem animæ: nec generant pecatum mortale: quia factum lege permittente nō meretur pœnam. l. Graccus. C. de adul. cum si. Nec est verum dicere, quòd ipsum indultum tollit dumtaxat pœnam excommunicationis, aut interdicti: quia, imo tollit omnem pęnam, quam incurrerent domini domorum sic locando: vt apparet ex verbis expressis ipsius indulti ibi, dum dicitur, absque alicuius pęnæ incursu: & sic omnem pęnam tollit, argumen. l. a procuratore. C. manda. 19. distin. capitulo si Romanorum. capitulo solitæ. de maio. & obe. Et etiam hoc apertius ostendunt illa verba, plenam & liberam licentiam largiaris. ergo non est subiecta alicui pœnę, aut alicuius volūtati: & ideo dixit glossa singula. in clemen. vt hi qui. de ætate & qualitate,
19 quòd dicitur libere † quando non requiritur dispēsatio. & facit glossa iuncto textu in capitulo lator. de homicid. & quod habetur in capitulo irrefragabili. in ver. libere. de officio ordina. & in capi. statuimus. de regula. & in capitulo primo, eodem titulo libro sexto. glo. in clementina dudum. de sepultu. & in capitulo de multa. de præbendis. capitulo ad petitionem. de accusa. ca. de illis. de sponsali. c. licet episcopus. de præbendis lib. 6. c. cū nobis. de electio. c. cum dilectus. de consuetu. c. cum olim. de arbitris. c. 2. de feud. & c. j. eodem titulo. c. illud. de iurepatronatus.
20 cum similibus. & sic † illa verba, quòd habeat plenā & liberam licentiam locandi, purgant omne vitiū, & omne peccatum, si quod incurrerent ex tali locatione: & per consequens salua conscientia possunt locare, & in locatione perseuerare: & ideo stabimus in regula, vt dicti domini domorum obseruent contractus, locationis. l. sicut. C. de act. & obli. postquam sine interitu salutis æternæ possunt illas locationes seruare. Et per hoc tollitur illud, quod dixit Bald. in suis consilijs, consilio 5. incip. in Christi noīe amen, inter iudæos & Christianos: vbi dicit, ꝙ ecclesia militans non potest imponere iudæis pęnam excommunicationis: quia excommunicatio est pęna medicinalis, vt spiritus salui fiant in die domini. nulla aūt medicina aīæ potest prodesse illis, qui non sunt Christiani. Item excōmunicatio est priuatio sacrorum: sed iudæi non possunt priuari: quia vbi nō est habitus, non cadit priuatio. c. ad dissoluendum. de despōsa. impub. & ideo dicit, clericus locauit domū iudæo ad publicè fœnerandum, ipso iure est excōicatus, allegat. d. cap. j. de vsur. lib. 6. sed qualiter probabitur, ꝙ locauerit Christianus iudæo ad fœnerandum. respon. si sciebat, ꝙ talis iudæus consueuit publicè fęnerari: nā ex qualitate psonæ, præsumitur; ꝙ ad hoc fecerit. l. si filius. C. famil. ercisc. l. plenū, §. æquij. ff. de vsu & habi. l. vel vniuersorū. ff. de pig. act. l. si non conuicij. C. de iureiur. imo si locator hoc a principio nō sciuit, statim cū scit, debet eū expellere eo ipso, ꝙ sciuit iudæum publicè fęnerari. alias ad hoc consentire vr̄. l. j. §. magistrū. ff. de exercito. l. si adulteriū cū incestu. §. idē Pollioni. ff. de adult. Ex quo concludit Bal. in præalleg. consilio, ꝙ dictus locans iudæo domū non est excōicatus: sed si locauit ad publicè fęnerandū. vel passus per eum in domo sua publicè fœnerari: tunc est excōmunicatus ipso facto: sed purus laicus non est excōmunicatus ipso facto, sed potest excommunicari per iudicem ecclesiasticum: quia mitius agitur cum laicis quàm ecclesiasticis in criminibus ecclesiasticis. ita ibi concludit Bal. quia si forte aliquis opponeret isto cōsilio Bal. verè nullo modo ob. quia non loquitur in casu nostro: loquitur enim ibi Bald. eo casu, quo iudæi ex permissione, & concessione Christianorum exercent publicè vsuras, quo casu clericus si sciens illum publicè velle fœnerari, locat sibi domum, tunc est excōmunicatus. Si vero est laicus, ille locator tunc venit excōmunicandus, & sic cōsuluit Bal. illud,

illud, quod voluit d. Dominicus in d.c.j. sed Dominicus illud consilium non vidit: sed in casu nostro fuit concessum domino Marchioni,& cõmuni ciuitatis Mãtuę a Papa ex certa sciẽtia,& cã cognita,& examinata per D. Episcopum, vt possent componere cum iudęis ad publicè fęnerãdum: & fuit etiam permissum ipsis dominis domorum ipsis iudęis publicè fęnerantibus: ergo & per cõseques sumus extra casum, in quo consuluit. D.Bal. Præterea facit et: qa si pmittit dño Marchioni,& populo Mantuano ptãs cõueniendi,& paciscendi cũ iudęis, vt possint publicè fœnerari, posito q̃ de domibus eis locãdis in dicta bulla nulla esset expressa mentio: nõne haberetur perinde, acsi mẽtio specifica de domibus locandis facta esset? certè dicendum est q̃ sic: quia q̃ vult consequens, vult etiam antecedens. c. sanè. c. præterea. c. prudẽtiam. de offi. dele. l. cui. iurisdictio. ff. de iur. om. iu. & facit pulchrum dictum domini Bal. in l. j. C. si rec. prouinci. ad finem vbi dixit, permissum est prioribus, q̃ possint statuere sup reddẽda iustitia in ciuitate: q̃ ipsi poterũt vigore illius cõmissionis eligere ptãtẽ, qui faciat illam iustitiã in ciuitate. Itẽ possunt f̃m cũ statuere eius cõseques, siue executiuũ: vnde poterũt deputare executorẽ & possunt adijcere pęnas: & facit quod scribitur p oẽs scribẽtes in c. 2. de præcariis. vbi dicunt, q̃ prælatus in contractu, quem rationabiliter facit, potest ponere pęnã, & obligat successorẽ. & ibi dixit D. Abb. q̃ ambasiator cõstitutus ad pacẽ ineũdã põt appponere pęnam pro illius obseruãtia. facit, quod voluit Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fa. & plenè in prima consti. C. & moder. in rub. ff. si cer. pet. & ideo dicebat Inno. in c. licet causam. de pba. q̃ si alicui cõmittitur examinatio testiũ, extẽditur ad cõsecutiua: qa poterit recipere protestationẽ super reprobatione. retulit tertiò. Ang. in l. bene a Zenone. C. de qua. præscrip. q̃ deputatus aliquis ad vendendum certa
21 bona † fiscalia, poterit apponere pęnam euictionis: & idẽ ipse voluit in d. l. 2. & sic firmãt, q̃ mãdatũ sup vno facto extenditur ad cõsecutiua. quãto ergo fortius in casu nostro extendetur ista permissio, q̃ impune & salua conscientia, & sine peccato poterunt domini domorũ locare suas domos iudeis ad publicè fęnerandũ ex eo: qa istud nõ est cõsecutiuũ illius pmissionis: qnimo est necessarium ad illã pmissionẽ: quia si non possent conducere domos ad publicè fęnerandum, sequitur q̃ non possent exercere publicè fęnus: quia vt cõmuniter videm⁹, iudei nõ habẽt domos, maximè in locis publicis, qbus publicis locis exercent fęnus. Et in indiuiduo de hoc alle. gl.
22 in c. in tantum. de præben. quæ vult, q̃ tacita † dispensatio, vt quis possit retinere duo beneficia incõpatibilia, quodlibet illorũ reqrit residẽtiã, nec est dispensatũ, q̃ in vno illorũ possit residere psonaliter, & in alio non, sed possit facere deseruiri p substitutũ, & dispẽsatio est stricti iuris qa est iuris cõis relaxatio: vt in §. nisi rigor. 2. q. 2. nec ibi est extendenda, q̃ nihilominus extenditur illa dispensatio ad cõsecutiua: quia aliàs dispositio non haberet effectum. Ita est in proposito nostro, q̃ talis dispensatio. & permissio extẽditur, vt domini domorum possint sine peccato locare domos iudęis publicè fęnerãtibus. Quãto fortius in casu nostro cum hoc sit expressum in dicta bulla. ergo tenentur domini domorum seruare contractum locationum, & etiã princeps ipse Mãtuanus tenetur seruare conuentionem factam cũ ipsis iudeis: vt in c. j. de proba. & in c. j. de natur. feu. & ibi dixit Bald. q̃ licet Deus subiecerit imperatori leges, & Papę canones; non tamen sibi subiecit obligationes, & contractus: vnde possunt conueniri ex suo contractu. idem dixit Bal. in l. princeps. ff. de leg. & facit, quod ipse voluit in l. 2. C. de seruit. & aqua. vbi dixit, quòd imperator licet sit solutus legibus: non tamen est solutus a dictamine rationis: qa est animal rationale policitum. Quanto ergo fortius domini domorum tenentur obseruare locationes iam factas ipsis iudeis, licet publicè fęnerantibus. quinimò posset attentari, quòd possent cogi, & cõpelli domini domorum locare ipsis iudęis ad publicè fęnerandum domos suas, ex quo propter bonũ commune, & propter publicam vtilitatem hoc est introductum, ar. l. si venditor. §. constat. ff. cõmunia predi. & l. si pendentes. ff. de vsufru. & l. j. C. vt nemi. lic. se in empt. spe. excusa. li. 10. & quod no. per scribẽtes in capitulo primo, de emptio. & venditio. & in l. prima. C. de episco. audi. & in l. prima. ff. soluto matrimo. & quod voluit Guli. de Cu. in fin. ff. de pigno. act. Et ex istis liqdò apparet, q̃ sine peccato possunt locare domos d. hebreis ad publicè fęnerandum, & tenentur seruare conductas iam factas. ¶Nec ob. in contrarium allegata superius. primò cum dicitur, q̃ dñs Dominicus dixit, q̃ dispositio, d. cap. j. de vsur. in 6. habet locum in locantibus domos iudæis ad publicè fęnerandum. Idem etiã voluit Bal. in prællegato consilio: quia istud non meretur allegari in casu nostro ɔtra istos iudæos: quia Dominicus. & Bal. non loquũtur eo casu, quo Papa ex cã necessaria, & vtili reipublicè instãtibus dño & populo suo, pmittit iudeis publicè fęnerari: nec ẽt loquũtur eo casu, quo Papa expresse prętat licentiam liberam, & plenam dominis domorum ad locandum sine aliqua pęna domos iudeis publicè fenerãtibus: vt in casu nostro. Nec etiam dictum Paul. in d. clementi. j. de vsur. & glos. ibi, inquantum volunt, q̃ dispositio illius cle. habeat locũ in iudęis ex eo: quia illud procedit, quando iudęi nõ habent pmissionẽ, nisi a populo, vel a domino tẽporali: sed secus est quãdo ipse Papa ex causa necessaria, & vtili reipublicè, & cũ cognitione, & examinatione causę ad instantiã domini, & populi sui permittit ipsis domino & populo suo, vt componant, & conueniant cum ipsis iudæis, vt possint publicè fœnerari dicti iudæi & delegat causam episcopo: vt examinet diligenter, si hoc congruat bono publico: vt fuit in casu nostro. Et ex istis concludo, iudæos posse cõducere domos a Christianis, & posse tenere domos iam conductas a Christianis, ad publicè fœnerandum sine aliquo onere cõscientiæ ipsorum Christianorũ.

EPITOME.

¶Locatio ad longum tempus, siue in feudũ concessio rei ecclesiasticæ utrum possit fieri per prælatum maximè consanguineis. item alienatio rei ecclesiasticæ requirit necessitatem & solennitatẽ.

SVMMARIVM.

Prælatus an possit ad longum tempus locare res ecclesiæ, maximè consanguineis. nu. 1. 6.

Prælati confessioni in alienatione rei ecclesiasticæ an & quãdo credendum. nu. 8.

Alienatio rei ecclesiasticæ requirit vtilitatem ecclesię, & solẽnitatem canonicam. nu. 11.

Res quando dicatur effecta de mensa prælati. nu. 14.

Instrumento abraso maximè in loco, in quo falsitas posset deprehendi non reddendum: quia præsumitur falsum. numero 15.

Renuntiatio non valet priore concessione nulla existente. numero 16.

Possessio an continuetur a patre in filium. nu. 18.

CON-

CONSILIVM XVII.

Clementissimum Deum, & pijssimum Saluatorem nostrum Iesum Christum ex corde huic consultationi inuoco, vt sua solita liberalitate veritatem iuris mihi tenui, & parũ docto patefaciat, amen. Et quidem viso instrumento cõcessionis factę dicto Fabiano, & visis processu, testibus, & alijs instrumentis, & tota denique congerie scripturarũ, q̃ in ipso ꝓcessu positæ sunt: oportet ante oĩa videre de viribus, effectu, & vigore cõcessionis, & inuestituræ factæ dicto Fabiano ꝑ illũ cõsanguineum suum olim priorem ꝑfati monasterij an de iure valuerit: & sic de viribus concessionis factæ dicto Iacobo filio dicti Fabiani & postremò viribus concessionis factæ dictæ dominę Antoniæ filię dicti quondã Iacobi: & dicto eius viro domino Io. Fracisco. Et istis mutarè & accuratè reuisis, & solenni animaduersione pẽsatis, apparebit veritas indubitata huius hæsitationis: & q̃a res ipsius Dei, & tẽpli eius agitur, ideo ipse æternus, & incõprehẽsibilis Deus dirigat omnes consulentes, & iudicantes ad veritatem ipsam. Et primò capio verba ipsius concessionis, in quibus dicitur, ꝙ propter nimiam angariam, & onera, & grauamina obuenientia, & occurrentia ex multis causis, & maximè propter guerras possessiones monasterij sunt incultę: adeo ꝙ ipse prior nõ põt ex redditibus ipsius monasterij supportare onera, & grauamina: nec hẽt aliunde, vnde, possit ꝑdicta onera supportare, & culturare possessiones dicti monastrij: vnde oportet necessariò ex pecunia recipiẽda ex cõcessione rei olim per alias personas ad similem ꝯtractũ detentę ideo concessit &c. innouando dedit ser Fabiano præsenti, & recipienti pro se, suisque liberis, & hæredibus vnam petiam terræ sexaginta qnq; tornaturũ iure pacti, ĩ sexaginta annis ad renouandũ, dando, & soluẽdo omni anno nomine pẽsionis dictæ rei duos denarios, & tempore renouationis solidos. Hãc autem in nouationẽ & concessionem fecerunt prædicti prior, & frater Augustinus: quia dictus ser Fabianus soluit eidem nomine huius innouatiõis, & noĩe recognitiõis rei cẽtũ libras quibus dicti dominus prior, & frater Augustinus fuerunt contenti, & eas confessi se habuisse, & recepisse, renũtiãtes exceptioni rei nõ datę, cuius quidẽ rei dictus prior, & frater August. ꝓmiserunt legitimam defensionem, ad hanc rem olim detẽtã a dicto monasterio, per quõdam Io. de Verardẽglis per similem contractum. Ista sunt formalia verba ipsius instrumenti concessionis: modò est accuratè animaduertendum: quia in pũcto præsupponitur,
1 quòd † dictus ser Fabianus erat frater carnalis illius prioris, qui sibi concessit dictam rem: seu erat eius consanguineus, quo casu videtur, ꝙ talis concessio ex hoc capite reddatur nulla ex eo: q̃a nõ potuit ille prior de rebus mona sterij prædicti facere talẽ concessionem. casus est formalis in authen. quibuscunque modis. C. de sacros. eccle. vbi in casibus, in quibus permittitur prælato alienare; tamẽ prohibetur alienare suis consanguineis: & etiã ipsi ꝓhibẽtur recipere. & ibi gl. opponit de §. si autem ecclesijs. in authẽ. de sanct. epis. quę soluit, ꝙ ibi loqtur in locatione ad tempus, quæ valet. secus in perpetua cõcessione, quæ non valet: vt ibi quæ solutio est multum notãda secundũ Bal. ibi: q̃a secũdùm eã habes, ꝙ ꝑlati possunt locare suis cõsanguineis ad modicũ tps, licet non in perpetuum. & ibi etiam Bald. q̃rit, vtrũ prælatus possit concedere in feudum, vel in emphyteusim suis consanguineis, & allegat glo. in vsibus feudorum in titulo tertio quæ incipit. possunt, quę
2 dicit ꝙ non: quia faciliores † sunt homines in personis coniunctorum ad fraudandam ecclesiam, ar. l. nihil. §. facilior. ff. de bo. liberto. secundùm Iaco. de Bel. Dicit tamen ibi Bal. ꝙ de rebus consuetis dari in emphyteusim potest inuestiri consanguineus, ar. l. pater. §. quindecim. ff. de le. 3. & dominus Pe. de An. in c. vt super. de rebus eccle. non alie. refert Fed. de Senis cõsuluisse, episcopus iurauit non alienare bona ecclesiæ suæ, an possit cõcedere in emphyteusim perpetuam terrulam valoris vnius floreni cum dimidio, & redditus quinque solidorum: cum tamen ille consanguineus velit dare terram maioris ęstimationis, vel maioris redditus, an possit, & consuluit ꝙ sic: quia nõ est verisimile, ꝙ iurãs hoc cogi-
3 tauit: nec † ista minima ligantur iuramento. facit. c. fi. cũ sua gl. de ec. ędif. & ꝙ hęc minima sint exclusa a iuris solẽnitate, facit. c. terrulas. 12. q. 2. & quod habetur. in l. mediterraneę. C. de fabri. li. 10. & in l. le-
4 nia. ff. de accusa. cum si. Vnde † verbũ alienatio. debet intelligi ciuiliter secundum verisimilem intentionem iurantis: quia ex quo cessat fraus, potius cõiunctis quàm extraneis concedere debet, ar. c. non satis. 86. di. Nec ob. d. auth. q̃buscunq; modis. q̃a in casu isto cessat fraus: & ẽt dicit d. Pet. ĩ d. c. vt sup. ꝙ illa authen. quibuscunque modis loquitur in ęconomo, & eius cognatis. Sed Io. de Imo. reprehendit istam rationem: quia eadẽ rõ est in prælatis, & eius cognatis q̃ est in œconomo & eius cognatis: & ideo Bar. in d. auth. quibuscunq; modis. non facit differẽ-
5 tiam inter prælatum & ęconomum. qui dicit † quòd ꝙ prælatus non poterit concedere alicui ex suis cõsanguineis rem ecclesię in perpetuum: sed bene poterit concedere ad tempus etiam in tertiam generationem. & sic d. Pet. limitat illã auth. quibuscunque modis in rebꝰ parui valoris, & parui redditus, vt eas prælatus possit concedere suis coniunctis: & idem Bal. in c. j. in ti. qui feu. da. pos. versi. quæro, vtrũ prælatus possit rem consuetam infeudare, & suo consanguineo cõcedere: & refert glos. ord. dicere, ꝙ nõ, in c. j. qui succe. tene. & in c. j. §. fi. in ti. si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. & mouetur ꝑ d. authẽ. q̃buscunq; modis. ipse verò dicit, ꝙ potest: si persona non est ecclesiæ onerosa: hoc enim semꝑ inspicit, iuxta no. Ioã. And. in c. fi. de reb. eccl. nõ alie. in nouella: & si de hoc est ꝯsuetudo, & par seruitium recipit. non ob. d. authent. quia loquitur de iure communi: sed nos loquimur de iure consuetudinario non ita rigoroso: quia feudum innititur gratię: & ideo nõ est eadẽ ratio ꝓhibendi, & hoc dicit tenere. Iac. de Bel. & sic Bal. ibi facit differentiã inter feudũ, & emphyteusim: vt feudum possit per prælatum concedi suo consanguineo, si eius persona non est onerosa ecclesiæ: sed emphyteusim nõ potest cõcedere suo cõsanguineo. & licet idẽ Bal. in l. j. ff. de re. diui. in 25. q. dixerit, ꝙ sicut ꝑlatus potest inuestire attinentẽ suũ de antiqno feudo, & allegat Ia. de Bel. ita poterit inuestire de antiqua emphyteusi: quia non est verum istud dictum Bal. in d. l. 1. primò: quia voluit contrariũ in ꝑalle. c. Secũdò; q̃a gl. tenuit ꝯriũ in d. authẽ. quibuscunque modis. Tertiò; q̃a Bar. etiã tenuit cõtrarium ibi, nisi esset tẽporalis locatio. Quartò; q̃a d. Pet. & Fed. tenuerunt ꝯrium: quia permittũt in re modici valoris, & modici redditus secꝰ in re magni valoris, & magni redditus. Quintò: quia de facili ꝑ-
6 sumit fraus † inter cõiũctos: vt in l. data, C. de don. c. 2. de renun. lib. 6. & ibi glo. & maximè inter prælatos, qui dicuntur cęci erga suos nepotes: vt dixit gl. singularis in c. peruenit. j. q. 3. & facit glo. in c. decẽter. 89. dist. de ista fraude & facilitate donandi coniũctis ꝑ ꝑlatos. & iã in casu nostro ista est alienatio perpetua: quia facta fuit concessio per sexaginta an-

nos ad renouandum finitis 60.annis, quæ dr̃ alienatio: vt in c.nulli.& in c.ad audientiam.de rebus ecc. non alie.& in cle.j.e.ti. Et sic posito, non tamen cõcesso, ꝙ ista alienatio fieri potuisset per ipsum priorem: quia fuisset de rebus consuetis concedi,& emphyteuticari: tamen non potuit fieri coniunctio ꝓpter fraudem, quã p̃sumit ius respectu ꝯiunctorum. Et ideo pulchrè dixit Bald.ꝙ si Papa promoueret in cardinalem suum nepotem, ꝙ caro & sanguis sibi reuelauit,& non spiritus. ita ipse dixit in l. tutor.§. quę tutoribus.ff.de excu.tuto.& multofortius in casu nostro, ex quo apparet de multiplici fraude. vt inferius ostendam,& ista iudicio meo sufficiunt ad victoriam huius causę in fauorem monasterij prædicti.¶ Et si quispiam dixerit, amice, standum est † in-
7 strumento: quia præsumitur verum: vt l. ad probationẽ.C.de proba.& ideo pulchrè dixit Bald.in l.cũ precibus.C.e. ꝙ instrumentum pręsumitur verum, & in l.quanuis.C.si quis alteri vel sibi. Idem dixit in c.j.de feud.da.in vic.leg.commis.& in capit.j.de notis feud.& in l.ab Anastasio.C.manda.& facit.c. illo vos.de pign.& cap.ad nostram.de empt.& vend.Cũ ergo in d.instrumẽto cõcessionis dicatur, ꝙ ecclesia fecit illam cõcessionẽ propter onera,& grauamina: & quia redditus monasterij nõ sufficiebãt his honeribus: ergo ex causa necessaria emanauit dicta concessio: ergo sicut potuisset fieri extraneo, eodem modo potuisset fieri coniuncto, & per consequens fratri ipsius prioris: q̃a ad hoc r̃ndeo,& cõsideret accuratè.d. iudicãs; q̃a Gui.de monte Lauduno, in cle.1. de rebus eccl.non alie.decidit in terminis hunc passum: dicit enim, ꝙ vel vtilitas, aut necessitas monasterij versat̃,& oportet, ꝙ conuertatur res, aut pecunia in vtilitatem monasterij: tũc nõ sufficit assertio
8 † prędati,& cõuentus, vel solius prędati, sic cõuentũ non habeat: ideo dicit, ꝙ debet euidenter aliter apparere, quã per publicã scripturam hoc continentẽ,& ꝙ ostẽdat versum, nec sufficit cõfessio p̃lati: q̃a tali cõfessioni nõ statur: licet asserat in instrumẽto de tali necessitate, vel vtilitate, ar.l.iubemus.la 2. C. de sacros.ec.& l.3.§.& si sic.ff.de in rẽ verso.& in corpore de alie.& emphy.§.si verò qs. Et si dicas, ꝙ imo est standum verbis enuntiatiuis inter ipsos contrahentes: vt l.optimam. C.de contrahẽ.stipul.q̃a istud est verum, quando illa verba enũtiatiua emanant super eo, in quo possent partes liberè renũtiare,& sibi præiudicatur, aliàs illis verbis enũtiatiuis nõ statur, nisi de ipsis aliter fiat fides.& istud dictum Guli. sequitur Zengelinus.& d.Pet.de Anch.& communiter omnes scribentes: & ibi etiam subdit.Do.Pet. post Guli.ꝙ si pręlatus, qui potest bene meritis cõcedere de bonis ecclesię ad vitam: vt 16.q. 1.c.possessionis.det alicui tanquam benemerito pro beneficio iã impẽso, ꝙ nisi cõstet de meritis aliter, quàm per eius confessionẽ, non valeret cõcessio: sępe em̃, vt dicit lex, talia exprimuntur ad vicissitudinem beneficij collati, vel gratię referendę. vt d.l.iubemus. §.scientes.& allegat ad hoc quod uoluit Bart.in l.si forte.ff.de castren. pecu. vbi voluit, ꝙ si aliq̃s donauit alicui propter benemerita,& seruitia habitia, & recepta ab eo, si quidem ista donatio fit ab eo, qui liberè potest donare nullis pręcedentibus meritis, tunc ista verba enuntiatiua inducunt probationẽ inter ipsas partes: secus si nõ potest liberè donare: q̃a tũc nõ statur illi assertioni. Ita videtur dicẽdũ in proposito: licet enim in instr̃o asserat ille prior necessitatem & vtilitatem monasterij; tamen non statur suę assertioni: quia non potest liberè concedere res monasterij. Ideo oportet, ꝙ aliter probet̃, nec stabitur suę assertioni. facit glo.in l.si donatione. C.de colla.& ibi dixit Ange.ꝙ quoties concessio fit inter prohibitos, illa cõfessio præsumitur simulata, & in fraudẽ facta, nisi appareat de veritate eius, quod cõtinetur in instr̃o. facit tex.in l. ẽt.§.ex p̃terito tẽpore.de manu.& Bart.in l.per diuersas.C.mãda.vbi dixit, non sufficere, si quis in instr̃o cessionis confiteat̃ sibi solutum esse, nisi in veritate sibi solutum esse ꝓbetur. Facit, quod voluit Baldus in l.illud. C. de sacrosan.eccles.& in d.l.si donatione.& in d.l.tutor.§. quę tutoribus.& gl.fin.in l.qui testamen. ff.de ꝓba. & qđ voluit Sal. in d.l.si donatione. Facit ẽt tex.in c. quod quibusdam. de fideius. in versic. nisi manifestè probetur &c.& ibi dicit d.Car.ꝙ non sufficit cõfessio prælati,& capituli, ꝙ pecunia fuit cõuersa in vtilitatẽ monasterij nisi manifestè probetur. & p cõsequens cum simus in actu regulariter ꝓhibito, nõ est standum verbis prolatis in dicto instrumento p prælatum,& connentum: ergo fuit necessarium aliter probari dictam necessitatẽ, & vtilitatem monasterij:& per cõsequens nõ est standũ instrumẽto inquantũ apponit illa verba enũtiatiua. Et inquantũ dicebatur, ꝙ standum est verbis prolatis in dicto instrumento, respondeo formaliter, illud procedere, quando sumus in actu, in quo prælatus potest liberè disponere: sed in casu isto nõ potest liberè disponere: vt superius fuit dictum. ergo & ista etiam sufficiũt ad victoriam obtinendam per ipsum monasterium.¶ Præterea ex alio etiam cõuincit̃ fraus in pręiudicium ipsius monasterij: quia in dicto instrumẽto dicit, ꝙ ille prior & frater Augustinus monacus dicti monasterij cõtẽti & cõfessi fuerũt recepisse.c.libras ab ipso ser Fabiano, quo casu non apparet de vera numeratione,& vera receptione dictarum. c.librarum. vnde ex quo sumus in actu prohibito, talis cõfessio p̃sumitur facta in fraudẽ ipsius monasterij, & ad commodũ,& vtilitatẽ illius ser Fabiani fratris carnalis dicti prioris, & sic in fraudem præsumitur emanasse. Facit; quia si rectè ponderẽtur verba ipsius instrumenti, præfatus prior ideo concessit dictã petiã terrę dicto ser Fabiano, vt posset culturare, & reparere res,& bona dicti monasterij: ergo ꝓpter receptionem dictarum.c.librarum fecit illam concessionem, ergo sequitur, ꝙ non fuit sufficiens dicta confessio de recepto. facit.l.si debitorẽ.ff.de nouat.
9 & quod ibi voluit Bar. vbi dixit, ꝙ qui habet † mãdatũ ad recipiendã solutionẽ, nõ habet mãdatũ ad solutionem, remittendam,& ideo procurator constitutus ad solutionem recipiendam, non potest confiteri solutionem recepisse: quia aliud est recipere, & aliud est cõfiteri recepisse.& idẽ dicit in eo, q habuit mandatũ ad recipiendũ mutuũ: q̃a non sufficit confiteri recepisse mutuũ,& idem voluit idem Bar. in l.2.§.fi.ff.si cer.pet.& idẽ voluit.d.Ant.in c.si cautio.de fide instru. & facit ratio quia constitutus ad vnũ, si aliud facit, non videtur cõstitutus ad illud, & cum dicto Bar.transiuit Angel.in l.a diuo Pio.§.sed si emptor.ff.de re iudi.& etiam Bal.in d.l.2. § fi.ff.si cer.pe.& Io.de Imo.in l.si ita stipulatus.§. Chrisogonus.ff.de verb.ob.& etiam.do.Pet.de Anchar.in c.q generaliter.de procur.lib.6.transiuit cum Bartol. & idem ibi voluit d.Dominicus.& facit pro dicto Bar. l.de eo.§.j.ff.ad exhib.& l.tutor.§.fin.de vsur.& licet aliqui in l.pręedia.ff.de acquir.pos. teneant contrarium Bar.& ẽt Ang. & Sal.teneant ꝯ Barto.in d.l.2. §.fin.si cert.pet.& Ioan.de Imo.in d.l.si debitorem. tamen opinio Bartol.est communis. & eam etiam sequitur Ange.& Io.de Imo.vt superius ostendi: ergo est tenenda. idem multo fortius erit dicendum
10 in prælato, arg.c.2.de dona.non† enim potest prælatus p̃iudicare ecclesiæ.c.delictũ p̃sonæ.de reg.iur.li. 6.cu si. Nec ob.l.Luci⁹.§.tutelę.ff.đ adm.tu. vbi apochę tutoris, ĩ q̃bus fatet̃.se recepisse a debitorib⁹ pu-

p.lli,

pilli, probant solutionem quantum ad liberationē debitorum pupilli: secundum Bart. illę apochę continebant veram solutionem factam tutori: nam si continerent confessionem de recepto non probarent contra pupillum. per d. l. si debitorē: & iura superius allegata. Nec etiam ob. illud, quod consuluit Pau. de Ca. in consilijs suis, consilio primo. vbi consuluit, ꝙ prelatus cum capitulo fuit confessus debitorē soluisse debitū monasterio; qa ex quo agitur de facto ipsis prelati, & capituli, statur eorū confessioni: vt not. in c. dudum. el 2. de elec. in gl. quę incipit, notarius nouum. Primò quia ipse loquitur contra Bar. & communē opinionē, de qua supra. Secundò, qa ipse loquit̄ in debitore monasterij, & p̄latus & capitulū confitentur debitorē soluisse, quo casu fauorabilior est solutio, quæ fit a debitore: qa ex necessitate fit, & tendit ad librandum, quàm illa, quæ fit a creditore mutuante, quæ tendit ad obligādum: vt l. Arrianus. ff. de actio. & obl. nec enim sic sunt arctā di debitores volētes soluere, vt habeāt necesse q̄rere auctoritatem superioris: sed sufficit ei, vel eis, q̄bus est commissa administratio, ne decipiātur legis auctoritate. l. j. C. de his q̄ ve. ęta. impe. cle. j. de re. p̄mu. non sic sufficit ei, qui voluntariè soluit, vt obliget. l. cum postulassem. §. fina. ff. de dam. infec. & isto casu consuluit. d. Pau. Sed iste non est casus noster: qa ille ser Fabianus non erat debitor monasterij, sed accipiebat sibi petiam terræ. 65. tornat. quæ erat ipsius monasterij, & soluebat ꝑ illa cōcessione. c. libras ꝑ vtilitate monasterij: nec apparet vera numeratio: & ēt quia dominus Pa u. consuluit in casu longè diuerso a casu nostro: qui a casus noster procedit, quādo actus fit inter person as prohibitas, inter quas est sinistra suspicio fraudi s: vt voluit tex. in d. auth. q̄buscunque modis. & glo. in d. c. decēter. & in d. c. peruenit. & in d. c. 2. de renū. & probatur in d. l. data. C. de dona. quo casu nullo modo est standum illi assertioni, & confessioni praelati: cęci enim sunt egra suos consanguineos: vt est superius dictum, & iste casus noster, & isto casu nō consuluit. d. Pau. vnde loquitur ipse in d. suo consilio eo casu, quo nulla laborabat sinistra suspicio in illo debitore: quia nō coniūctis ipsi abbati, seu p̄la to: vt in casu nostro, & iudicio meo ista ponūt ad terrā dictā concessionē: licet ēt ex alijs reddatur ipso iure nullius vigoris, aut roboris. Pręterea etiam facit, & in hoc. d. iudicans solēniter consideret: dicitur enim in dicto instrumento concessionis, hanc rem olim detentam a dicto mona. sancti Laurentij per Ioannem quondam domini Vguzonis de Verardenglis per similem contractum: vnde apparet fraus ex hoc apertè: qa per ista verba voluit sentire ille cęcus prior, ꝙ dicta petia terræ. 65. tornat. erat solita concedi, & emphyteuticari. Quia si ita erat, ad q̄d iste prior cæcus salutis suæ apposuit, seu apponi fecit in ipso instrumento, qualiter istam concessionem faciebat propter necessitatem, & vtilitatem monasterij propter onera, & angarias: & quia non poterat reparare res, & fundos, & possessiones ipsius m onasterij; nam si solita erat cōcedi poterat cōcedi sine aliquo solennitate: quia non dicebatur de nouo alienare: vt no. in c. vt super. de re. eccle. non alie. & in c. 2. de feud. vnde præfata cautela videtur apposita ī fraudē, & p̄iudiciū ipsius monasterij: vt dixit gl. solēnis ī l. si q̄s sub cōditione. ff. de condi. insti. & in c. significauit. de concel. & in l. cū allegas. C. de vsuris. & Bal. in l. 3. C. plus va. quod agi. & in c. j. de feud. da. in vicem leg. commisso. & facit. c. illo vos. de pig. & in c. ad nostrā, de emp. & ven. Et ꝑ cōsequēs in fraudem & p̄iudiciū ecclesię apposuit illam clausulam. Ex quo infero, ꝙ non propter necessitatem monasterij fecit dictus prior immemor suæ salutis dictam cōcessionem: quia si ꝑpter vtilitatem, & necessitatem monasterij illam fecisset, non dixisset in dicto instrumento, ꝙ illam iam concesserat olim dicto de Verardenglis: & ideo inter tales actus regulariter prohibitos omnis cautela insolita inducit præsumptionem fraudis: vt dixi. ergo sequitur, ꝙ talis concessio est nullius effectus. Ex
11 quo infero, ꝙ † cum alienatio rei ecclesiæ requirat duo, causam necessariam, vel vtilem ecclesię, & solēnitatem canonicam: licet interueniat solennitas canonica: non tamen valet, si non interuenit aut necessitas aut vtilitas ecclesię, & contractus est nullus. ita tenuit Bernardus in c. j. de ī integ. rest. licet aliter dixerit Io. in c. sine exceptione. & in summa. 12. q. 2. tamen opinion. Berna. sequitur Archi. in c. 2. de rebus eccle. non alien. libr. 6. & ibi est text. pro opin. Bar. in ver. in forma, & in casibus a iure permissis. & probatur etiam in c. tua nobis. de his quę fiunt a p̄la. & hoc tenet ibi Hosti. & Gofred. ibi. vt no. Io. An. & videtur casus pro hoc in capitul. primo, de rebus ecclesi. non alie. libro sexto. & facit. cap. ęconomus. decima quæstione 2. & partem etiam tenuit D. Anto. in c. j. de in integ. rest. Idē tenent moderni, & Dominicus in d. c. 2. ergo sequitur, quòd non tenuit talis concessio, cum fuerit facta in casu non licito, aut nō euidēter vtili ipsi monasterio. Et hoc posito, nō tamen concesso, ꝙ interuenisset in tali concessione vtilitas ecclesię, nihilominus non interuenit tractatus. hoc decidit text. elegans in d. c. tua, in ver. nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat, & totius cleri tractatu atque cōsensu id eligat, quod non sit dubiū ecclesię profuturū. de his quæ fi. a prę la. vbi requirit̄ vtilitas ecclesię, tractatus clericorū, & consensus: nā per tractatum præsumit̄ maturior deliberatio, iuxta not. in l. diui fratres. ff. de iure patro. & no. in c. & si Christus. de iureiur. hic nō īteruenit tractatus, ergo sequitur, ꝙ non valuit talis concessio, & per consequens frustra quærimus de vigore illius concessionis: quia nullā est. Præterea etiam animaduertat d. iudicans, cū dicitur in dicto instrumento concessionis, ꝙ dictam terrā, seu rē tenebat a dicto monasterio ille de Verardenglis. quia alleg. singularem & mirabilem doc. Inno. in c. inter dilectos. in additione, quam ibi fecit ad commentum suum, quam ibi refert, & sequitur Ioan. An. & etiam eā retulit, & sequutus fuit Archi. ī c. si Papa, de priui
12 le. li. 6. ꝙ meliora † sunt priuilegia cōfirmatoria, q̄ ea, quæ conceduntur ad instar alterius priuilegij: quia primo statur, donec aliud probetur: secundo non statur, nisi appareat illud, ad instar cuius concessum fuit, quasi velit, ꝙ quando conceditur priuilegium confirmatorium, non curatur, vt producatur priuilegium principale: sed quando conceditur priuilegium instar alterius tunc est necesse illud alterum priuilegium ostēdi, seu probari, aliâs nihil valet illa concessio. Ita formaliter dixit ibi Inno. Pro quo dicto allegat singularem text. in l. in testā. ff. de condi. & demon. la grande. & procedit illud dictum Inno. quando serio se narrat fecisse. Modò in proposito nostro, si in isto instrumento concessionis narratur, ꝙ ista petia terrę fuit olim ꝯcessa dicto de Verardenglis a dicto monastrio, ergo oportet necessariò constare, ꝙ dicta terra est illa, quæ fuit concessa illis de Verardenglis: sed in ista non est illa ex eo: quia iam præsupponitur in puncto pro constanti, ꝙ illa petia terræ olim concessa illi de Verardenglis, erat 22. tornaturarum: ergo sequitur, ꝙ isto non est illa, cum ista sit sexaginta quinque tornaturarū, & illa erat 22. & sic concessio facta illi ser Fabiano vr̄ nulla; cū fuerit facta de sexaginta duabus tornaturis terræ, illa de Verardenglis fuit facta de 22. & ēt istud

Istud apponat gladium, & securim ad decisionem huius dubitationis.¶ Preterea etiā est summopere animaduertendum: dicitur enim in dicto instrumē to, hanc rem olim detentam a dicto monastrio. cir-
13 ca hoc cōsidero duo. Primò: quia † est falsa rei demonstratio, & est in substātia, quo casu vitiat dispositio, iuxta no. in l. demonstratio. ff. de condi. & demō. nam ista demonstratio refertur ad rem concessam illi de Verardenglis: sed ista nō est illa, quia illa fuit 22. torna. & ista est 62. ergo est falsa demonstratio, & per consequens non tenet dispositio. Secundò cōsidero aliud; quia dicitur in ipso instrumento, hanc rem olim detentam: quia iam non reperitur in ęstimo dicti Ioannis de Verardenglis, ꝙ habuit in hoc plebatu fundos, & infra dictos confines nisi. 22. torna. terrę. & etiam quia dicit olim detentā &c. videt inferre, ꝙ longum tempus ille de Verardenglis iam habuerat concessionem illius rei, videlicet. 22. torna. terrę. & iam deuoluta & reuersa fuerat ad monasterium. & etiam longo tempore fuerat detēta per illud monasteriū illa petia terrę reuersa ad monasterium, quo casu dicitur esse effecta de mensa prę-
14 lati. tunc † enim dicuntur res esse de mensa prelati, quando vtile, directum dominium spectat ad mensam p̄l. Ista est gl. fin. & melior de corpore iur. in cle. 1. de exces. p̄la. Et iō si res solitę dari ī emphyteusim redeant ad manus prelati, forte propter canonem non solutum, vel lineam finitam, iuxta no. c. potuit. de loca. an tunc dicantur effecta de mensa, gl. illa in cle. 1. hoc non tangit, nec etiā Inno. in d. c. vt super. de rebus eccle. nō alie. sed gl. 1. reqrit, ꝙ p̄latus tāto tempore illas possederit ad mēsam suam, ꝙ præscripserit: sed quantum tempus requiratur, non tangit glo. ibi. Sed Bar. in l. si vacantia. C. de bonis vacan. li. 10. quem refert. d. Io. de Imo. in d. ca. vt super. dicit, ꝙ sufficit annus. & allegat tex. d. ca. vt sup. & hoc sequitur reueren. dominus Cardi. Zabarela in c. 2. de feudis. referens multos doctores solennes ita in facto consuluisse. & allegat etiam ad hoc, quod habetur in c. 1. 33. q. 8. & dictum Archid. ibi vbi dicit, ꝙ nuptię post annum non dicūtur nouę. & l. fi. §. quoties. ff. de publica. vbi nō dicit seruus nouitius post annum. & l. vetus. ff. de vi. tri. & oleo lega. vbi non dicitur nouum post annum. & idem dicit ibi Bart. si p̄latus eas declarauit esse de mensa sua, per, d. l. si vacantia. & d. Arc. in d. c. 1. 35. q. 8. ꝙ si prelatus iurauit non infeudare, nisi ea, quę de nouo perueniunt, ꝙ non poterit infeudare feudalia peruenta ad eum elapso anno, & etiam illud dictum Archid. refert Ang. in repet. d. l. si vacantia, ꝙ post annum non poterit concedi sine debita solennitate. Ex hoc apparet ex doctrina Bar. & Archi. & domini Cardinalis, & aliorum consulentium, vt ipse refert in d. c. 2. ꝙ si prælatus monasterij sancti saluatoris tenuit per annum dictam petiam terrę, ꝙ est effecta de mēsa prioris, & per consequens nō potuit cōcedi illi ser Fabiano. quinimo plus est considerandum: vt in facto p̄supponitur, ꝙ dictę terrę, de quibus est quæstio, videlicet. 62. tornat. terrę. erant & sunt de mensa, & nunquam consueuerunt dari in emphyteusim maxime dicta Ioanni Verardenglio, in persona cuius nulla concessio, aut inuestitura apparet, nec aliqua postea nec etiam in libris æstimorum, vbi sunt descripta omnia bona immobilia hominum de Rauēna, nec reperitur ipsum Ioannē de Verardenglis habuisse in illis locis, vbi sunt situatæ dictæ terrę, de q̄bus est præsens quæstio, nisi 22. torna. terræ, & per dictum æstimum apparet dictam post fuisse reportatam ad æstimū Fuschini de Cesena & postea ad æstimū monaste. sancti Laurētij, & ad ipsum ęstimū euidenter appparet dictam postam cum alijs dicti monast. descriptis in dicto libro æstimorum manu publici notarij, & cancellatam primò ad æstimum dicti Ioannis de anno 1356. demum cancellatam postea dicti Fuschini, & reportatā ad æstimū prædicti sancti Laurētij de anno 1368. & ibi est viua, & vera. Et sic apparet ex hoc, ꝙ siue nos velimus loq. de istis terris litigiosis, videlicet. 62. tornat. sunt de mensa prioris: quia non apparet eas fuisse solitas emphyteuticari: siue velimus loqui de illis. 22. tornat. terræ quas hēbat ille Ioannes de Verardenglis a dicto mona. erant reuersæ ad ipsum mona. & longo tempore illas mona. possederat, & sic erant effectæ de mensa prioris: & etiam fuerant reportatę, & descriptæ in ęstimo dicti mona. sancti Saluatoris, quo casu p talē descriptionū factam ad æstimū mona. vident incorporat mensę prioris, & effectę de mensa prioris, & sic succedit illa doctrina Bart. in d. l. si vacātia. & etiā quod voluit Ang. ibi, in repeti. qui dicit, ꝙ vel capitulum constituat officialem ad incorporādum res mēsæ p̄lati, vel res sit descripta in numero rerū de mēsa, ꝙ dicit sæpe de facto contingere, & idem voluit d. Petr. de Ancha. in d. c. vt super. vbi dicit ꝙ requiritur, ꝙ fiat descriptio: vt ibi dixit Bart. Et subdit, ꝙ possessio per annum cum predicto actu descriptionis inducit, ꝙ res dicantur esse de mensa prælati. Quinimo plus supponitur in facto, ꝙ probat per instrumētū locationis factæ per priorē dicti mona. sancti Laurentij. prædecessorem illius prioris, qui dictas terras concessit dicto ser Fabiano, locauit enim certis hominibus de anno 1364. dictas terras 22. tornat. quas olim habuerat ille Io. a dicto mona. & tūc reuersas ad ipsum mona. & multas alias terras, quæ erant de mensa dicti mona. ibi existentes ad annos qnq; pro certo affictu, & sic apparet, ꝙ illę terrę litigiosę. 62. tornaturarum non fuerant consuetę cōcedi, & illę terræ dicti Io. quæ erant. 22. torna. erant reuersæ ad ipsum mona. & descriptæ in æstimo dicti mona. & eas prælatus tenuit ad manus suas locando, & affictando illas. Ergo nullo modo potuerunt alienari ser Fabiano, nec dictæ. 22. torna. quo casu succedit doc. & dispositio dicti c. vt super. vbi dicitur, ꝙ prælatus illos redditus tenuit ad manus suas, ꝙ intelligo, idest a dominium & potestatem, per l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. & per id qđ voluit Gui. de Cu. & Bal. ibi, ꝙ si dico, do tibi hāc rē, vt nō exeat manus tuas, intelligit. i. dominiū tuū & potestatem tuam. & idē voluit in l. fi. C. de rebus eccle. non alie. & in l. voluntas. C. de fideicom. Item etiam pondero: quia illas tenuit ad manus suas, dū vixit ille prior prædecessor illius prioris, qui illas cōcessit dicto ser Fabiano, & de hoc est casus in terminis in d. c. vt super vbi dicitur, ꝙ p̄latus tenuit illos redditus quo ad vixit, & propter hoc silebant contrarietates inter docentes, an sufficiat vnus annus solus, an sit necesse, ꝙ fiat descriptio, de quo interuenit descriptio, & etiā interuenit possessio, p illū priorē, & locatio, quę omnia tendunt ad ostendendum dictam terram fuisse incorporatam mēsæ dicti mona. Et per consequens non potuit alienari, & concedi illi ser Fabiano, nec illa 62. tornat. nec illa 22. quā habuit a dicto mona. ille Ioannes, & p consequēs sole clarius est, illam concessionem fuisse nullam, & nullius momenti. & etiam facit pulchrum & sin. dictum Bald. in c. 1. qui feud. da. pos. vbi dicit, ꝙ si est damnosum ecclesiæ infeudare, vel emphyteuticare rem ecclesiæ, tunc requiritur tempus, cuius non extet memoria in contrarium. Cum ergo in casu nostro non fuerit vtile. istud concedere ecclesiæ: quia non recepit pecuniam, scilicet centum libras: sed solum confessus fuit recepisse, quòd non fuit sufficiens: nisi internisset vera numeratio: vt

superius

superius fuit ostensum. Ergo nullo modo est dicendũ, ꝙ huiusmodi res fuit solita concedi, vel emphyteuticari. Quinimò auderẽ dicere, & erit noua inuentio, ꝙ dicta l.si vacantia.inquantum probat: vt voluit ibi Bar.& etiam Ang in sua repet.& d. Pet.in d.c.vt super. & ibi Ioan. de Imol. ꝙ requiritur præscriptio verè, illa l.non meretur ad hoc allegari ex eo:quia loquitur in rebus,quæ nunquam fuerũt fisci:nec quoad directũ dominium, nec quo ad vtile dominium.Ideo non est mirum si requiritur præscriptio. Sed ĩ casu nr̃o est secus ex eo: quia tales res semp fuerũt ecclesię quo ad dominiũ directũ: ideo facilius vtile dominium reducitur ad directum, & consolidatur cum eo. Ideo non requiritur illa solennitas,quæ requiritur in dicta l.si vacantia.& propter hoc tollitur illud, quod dixit dominus Petr.de Anch.in consilio 146. vbi dixit, quòd requiritur p̃scriptio in casu ergo nostro sumus in tuto, & certo, ꝙ talis terra erat de mensa mona.& per consequẽs non valuit illa concessio facta dicto ser Fabiano: & sic diligẽter consideret dominus iudicans: quia ille prior cõcessit illã terrã,quã habuit a d.mona. ille Ioannes.sed illa fuit 22.torna.vt est dictum:ergo nõ concessit terram.62.torna. & per consequens in tali concessione non videtur cõcessa terra.62. tornat. nec etiam videtur potuisse cõcedere illã terrã, quã tenuit & habuit ille Io.ex eo: qa iã fuerat effecta de mensa mona.quia reuersa ad mona. fuit detenta p̃ tempus sufficiens ad incorporandum iam dicto mona.& sic quocunque se vertat iste aduersarius, incidit in scillam.Ex quo sequitur, ꝙ cum talis cõcessio non tenuit, ꝙ nullum dominium fuit translatũ in ipsum ser Fabianum: vt voluit Bar.in l.1.§.si vir vxori.ff.de acqui.poss.& in l.eleganter.& Iac.de Bel.qui disputauit hoc.ff.de dol.& Bal.in l.1. C.de suffra. & in l.non dubium.C.de legi.& l.multum.C.si quis alteri, vel sibi.& in l.contractus.C.de fide instru.& qđ voluit Angel.in d.§.si vir vxori.& in l.emptor.ff. de aqua pluu.ar. Et per consequens nullum dominiũ habuit ille ser Fabianus in dictis terris. ¶Et si quispiam dixerit, amice, ille ser Fabianus. locauit dictas terras sibi concessas,& per talem locationẽ dicitur in eum translatum dominium, & probatur esse dominus vtiliter:quia ad hoc respondeo, nõ esse verum, imo per instrumẽtum locationis quis non p̄batur dominus,tex.in c.inter dilectos.de fide instru. & hoc ibi tenet dominus Anto.& etiã illud instrumentum locationis loquitur de.16.torna. terræ, & non de.62. torna.terræ,& sic improbatur dominus per illud instrumentum locationis.Nec etiam probat de dicta cõcessione.62.tornat.terrę,& sic de parte,& nõ de tota possessione.Quinimo illi tali instrumento nullo modo est standum ex eo:quia talia instrumenta locationum factarũ per illum ser Fabianũ sunt vitiata,& abrasa, & falsificata in cõfinibus,
15 quo † casu nulla fides est adhibenda talibus instrumentis: vt est casus in ca.inter dilectos. vbi si instrumentum est abrasum in loco, in quo posset falsitas deprehendi tunc tale insttumẽtum dicitur falsum: vt est,quãdo rasura facta est in cõfinibus, & idẽ etiã dicit ibi tex.si charta est vetustissima, & litera recẽtior:vt forte potest cõtingere in casu nostro, ꝙ charta, vbi est illa rasura,sit antiqua.& litera ibi scripta sit recentior.Et si quis dicat, quod secũdùm Innoc. ibi inducitur suspicio falsitatis,& non probatio: nã nouus contractus s̃m eum scribi põt in charta vetustissima:dico,ꝙ hoc dictum Inno. procedit, quãdo totum instrumentum est scriptum in charta vetustissima:sed quando instrumentum est antiquũ, & litera antiqua,& ibi est apposita aliqua rasura,& facta ibi litera recens in illo loco, tunc isto casu nõ loquitur Innoc.& iste est casus noster.Ideo inducitur probatio falsitatis,& nõ suspicio falsitatis. Et ita est in casu nostro,ergo talia instrumenta dicuntur esse falsa. Facit,quod voluit Bal.in l. contractus. C. de fide instrumentorum.& in l.fina.C.de edic.diui Adri.& sic tale instrumẽtũ præsumitur esse falsum. & etiam cum nõ loquatur de petia terræ,61. torna. ergo nec videtur esse necessarium insistere,an in totum vitietur instrumentum:puta non solũ in parte vitiata,& maculata: sed etiam in totũ.de quo p̃ glo. & Bartholomeũ Brixien.ĩ c.si ad sacras.9. di. & Inn. in c.fraternitatis,de hære.& ibi per doctores, & per Bar.in l.si ex falsis.C.de transac.& in l. Barbarius.ff. de offi.præto.& Bald.in l.scripturæ.C.de fide instrumẽ.& in d.l.si ex falsis.Arch.in d.c.si ad sacras.Spec. in ti.de instru.edi.§.instrumentum.quia in casu nostro satis est, ꝙ instrumentũ sit falsum in parte substantiali,scilicet in d.petia terrę, vt non probet,ꝙ dictus ser Fabianus locauerit dictam terram.62.tornat. & per consequens apparet liquidissimè, quod nec dñium, nec possessio dictę petię terrę.62.torna. fuit penes ipsum ser Fabianum.Et ex superioribus dictis resultat conclusio manifestissima, ꝙ concessio dictæ terrę.62.torna.facta dicto ser Fabiano,fuit nulla & nullius effectus:nec etiam valuit concessio dictarum 22.torna.si facta fuisset, & per consequẽs concludo circa hoc in fauorem mona. sancti Laurentij.Quinimo etiam apparet ex alio illud instrumentum concessionis esse falsum, quo casu falsum peccat in iure naturæ: vt dixit Bald.in lege falsus. C. de furtis.dicitur enim in dicto instrumento, quòd ille prior vna cum quodam fratre Augustino dicti mona.monaco locauit,sed per testes probatur contrarium, quòd dictus prior non habebat aliquem fratrem Augustinum.ergo sequitur, quòd tale instrumentum peccauit in duobus. primò: quia fuit falsum.secundò:quia actus non fuit solennis: quia non interuenit consensus capituli: vt in d. cap.tua. cum si.de his quæ fi.a prela. Et sic apparet verissima conclusio,ꝙ talis cõcessio fuit nullius effectus: nec dominium,nec possessio unquã fuit,nec potuit esse caput illum ser Fabianum. ¶Capio nunc secundã concessionem, seu renouationem factã per ipsum fratrem Petrum priorem dicti mona. Iacobo, filio
16 dicti quondam ser Fabiani. Et circa hoc † est aduertendum, quòd in ista renouatione, seu concessione dicitur,dedit & innouando concessit dicto Iacobo quondam ser Fabiani,vnam petiã terrę olim cõcessam Ioanni domini Vguzionis Verardenglis, & postmodum concessam dicto ser Fabiano, quo casu omnia superius dicta in concessione facta dicto ser Fabiano habent locum in hac secunda concessione seu renouatione facta huic Iaco. Primò enim interuenit coniunctio & affectio sanguinis: qa erat iste Iacobus nepos ipsius fratris Petri, natus ex Fabiano fratre ipsius fratris Petri, & si secus erat erga ipsum nepotem: vt voluit glo.in d.c.peruenit,j. q.2. cum sim.superius allegatis.Secundò dicitur, ꝙ ista terra fuit concessa illi Ioanni, sed certum est, ꝙ illa fuit.22.torna. & ista est.65. vel 62. ergo falsa est ista demõstratione: ergo non fuit concessa petia terrę. 65.torna. quia illa non fuit concessa dicto Ioanni. Et si dicatur saltem valebit concessio quoad. 22. torna. quia intantum fuit facta concessio illi Ioanni,& ex quo est facta demonstratio terrę concessę dicto Ioanni,ergo intantum valuit tam in persona illius ser Fabiani recipientis concessionem, quàm in persona istius Iacobi recipientis renouationem per elegantem doctrinam Innocentium.in capitu.cum in officijs. de præscriptis. vbi si iudex tulit sententiam ex capite inhabili, & potuisset illam ferre ex capite

capite habili, sustentatur ex capite habili. & facit l. Clodius.ff.de acquir.hære.& c.ad dissoluendum.de despō.imp.& l.habebat.ff.de instit.& l.2.§.instit.& l.1.ver.proinde.ff.de iudic.& l.eum qui.§.qui iniuria.ff.de iniur.& quod voluit Bart. in l.1.C.de fur. in finalibus verbis.Quia ad hoc respondeo,ꝙ etiam nō valuit quò ad petiam 22.torna. concessam olim dicto Ioanni per ea,quę superius dicta fuerunt in præcedenti dubio: tum quia nō erat alienabilis,ex quo iam erat effecta de mensa monasterij : tum quia instrumentum fuit falsum:tum quia peccauit in solēnitate,vt est dictū.tū quia nō interuenit vera numeratio.Nec ob dictū Inn.q̄a Inno. ibi refert duas opiniones:& licet ipse eligat præfatam opinionem iam recitatam, attamen contraria opinio est cōmunis, & vera,per id quod habetur in c.cū super Abbatia.de officio deleg.& in l.multum.C.si quis alteri vel sibi.& istam opi.tenet ibi Hosti.& facit gloss. in c.ex literis.de offi. dele.in gl.fi. & facit ꝓ ista opi.l.si is ad quē.ff.de acq.hær.vbi nulla est hęred. aditio,quam quis facit ex capite inhabili, licet illam potuisset facere ex capite habili. facit l. si seruus cōmunis Meuij.§.seruus capit. ff.de stpula.seruo.vbi nulla est stipulatio serui facta cum adiecto habili. Facit etiam capitu.ex parte astensis,de concess.præben.vbi collatio beneficij non valet,si fiat ex capite inhabili, posito ꝙ potuit fieri ex capite habili.Facit etiam. l.antepenul.ff.de eo qui pro tuto. & l.tertia.§.& si quidem.ff.iudicatum solui. vbi nulla est stipulatio iudicatum solui facta per eum,qui verè est tutor:non tamen in eum vt tutorem cōmittitur, posito ꝙ cōmitti posset qn̄ ab eo fuisset apposita,vt a tutore: & de hac parte per An.in l.falsus. C. de furt. & in l. si ꝑ errorem.ff.de iur.om.iudi.& in l 2.§.j.ff.de iudic.per modernos in l.1.§.si qs ita.ff.de ver.ob.& hāc opi.ibi sequuntur canonistæ, & ibi Io.de Imo.dicit istā opinionem esse communem. Et per consequens nullo modo obstat dictū Inno.superius allegatū. Et sic ex isto capite ista renouatio fuit nulla: & sic cū ista renouatio referat se ad cōcessionē factā dicto ser Fabiano,sequitur, quòd concessio facta illi ser Fabiano fuerit nulla : vt superius est dictum eodē modo nulla erit renouatio facta huic Iacobo:quia non est melioris roboris,aut vigoris ista renouatio, quàm fuerit prima cōcesso.Si ergo prima cōcessio est nulla,vt fuit ostensum superius,eodem modo est nulla ista renouatio accessoria illius primæ concessionis, ar.l.cum principalis.ff.de reg.iur.& c. accessorium. eod.ti.li.6.& maximè:q̄a dictus prior nō cōcessit de nouo huic Iacobo, sed renouauit in personā ipsius Iacobi concessionem factam illi ser Fabiano. Et sic videtur illam cōfirmasse, hoc probat expressè dictū instrumentum renouationis,dum dicit,& possessionem,quam ipse Iacobus habet ex dicta re, eidem legitimè confirmauit. ita formaliter sunt cōcepta verba instrumenti renouationis.& sic ibi prior confirmauit huic Iacobo illud ius,quod ipse ser Fabianus habebat.& sic nihil de nouo sibi cōcessit,sed omnis confirmatio requirit subiectum habile,& sic requirit cōfirmabile.& ideo ille, q̄ cōfirmat. nihil de nouo dat: vt dicit Bar.in l.& quia.ff.de iu.om.iudi.& l. more.eod. titul. Et in proposito nostro illa prima concessio fuit nulla: vt est superius dictum: ergo sequitur quòd ista confirmatio nihil est operata.

¶ Et si dicatur,quòd imo confirmatio operatur validitatem actui,& confirmat actum nullum: vt no. c.1.& 2.de cōnfir.vtil.vel inut. Ad hoc respondeo,ꝙ
17 vbicunque† confirmatio fit in forma specifica.vide licet causa cognita examinato negotio, & ex certa scientia superioris,tunc confirmatio operatur validitatem actus,si ille actus confirmatus erat nullus. Ita dixit gl.& Inno.in d.c.2.Et iō dixit Bal.in l.ex placito.C.de re.permu.ꝙ si Papa cōfirmat ex certa sciētia & causa cognita statuta Spoleti,non dicūtur statuta Spoletana,sed papalia:quia omnia nostra facimus,q̄bus auctoritatem nostram impartimur: vt l.1.§.omnia enim nostra.C.de veteri iur.enucle.Modò in casu nostro iste prior non confirmauit, aut renouauit in forma specifica,& causa cognita,& examinato negotio:imo renouauit eodem modo,quo facta erat prima concessio,& per cōsequens est nullius momenti ista renouatio facta in persona Iacobi,sicut fuit nulla cōcessio facta in persona illius ser Fabiani,& per consequens nullū ius de nouo peperit in ꝑsona ipsius Iacobi. Et ēt est diligēter pōderandū;q̄a in dicto instrumento dicit,& possessionē,quā dictus Iacobus hēt ex dicta re eidē legitimè ꝯfirmauit.vnde asserit iste prior,ꝙ dictus Iacobus habebat possessionem dictæ rei,& illam sibi legitimè confirmauit,ista assertio non probat illum Iacobum habuisse possessionem:quia possessio non acquirit nisi per apprehensionem corporalem , quia est facti & animi: vt.l.1.§. Sceuola.ff.si quis te.lib. esse iussus.cum si.vnde non sufficit asserere,ꝙ habebat possessionē, imo oportebit ꝓbare, ꝙ habeat possessionē, nec sufficit allegare sed ꝓbare: vt dixit gl.in l. magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum:& in l.1.in prin. ff.si quadru.pau.fecis.dica.& in c.non est.de consue. li.6.& facit.c.cum super.de concess. præben. & in c.ad decimas.de resti.spol.li.6.& in c.a nobis.de decim.l.doce.C.de rei ven.cum si.& sic non sequitur. dictus prior asserebat in dicto instrumento illum Iacobū habere possessionem:non tamen sequitur,ergo habebat possessionē,& sic si possessio nō præsumitur, ergo non habebat possessionem,nisi probetur. ¶ Et
18 si quispiam † dixerit,ꝙ a patre continuatur in filiū.l.in suis.ff.de lib.& posth.hoc voluit gl.solennis ibi, & idem etiā voluit glos.institu.de hære.quali. & dif. §.sui.& in l.cum hæredes.ff.de acqui.posses.Ad hoc respōdeo negādo assumptū. & illę glo.nō dicūt verū ex eo; q̄a beneficiū.l.fi.C.de edic.di.cōpetit tam suis,quam extraneis hæredibus, quod beneficium causat remediū possessionis adipiscendę. ergo si in suum continuaretur possessio,non esset opus nouiter adipisci facit textus in lege,de eo.§.fi.ff.ad exhib. vbi textus loquēs de quocūque hærede, dicit eūdē conueniri actione ad exhibendum,vel rei vendicatione.nam si ex possessione defuncti esset continuata,nullus negaret eundem etiam ex illa possessione posse conueniri.Facit etiam:quia beneficium prætoris a iure ciuili approbatum requirit immixtionē in suo: vt in §.sed his præmittit ꝑtor. institut. de hæ. tis primo. & quod habetur in l.necessarijs.ff. de acred.quali.& diff.l.nam nec emancipatus.ff.de iega quirend.hæredita.& in lege prima.C. si vt se ab hæred.absti.quæ nō esset necessaria, si cōtinuatio possessionis procederet in suo a patre. Facit etiam; q̄a ad hanc possessionem acquirendam requiritur animus, & corpus.l.3.ff.de acquirend.possess.l.licet.C. eod.cū si.sed ipsius defuncti animus ad hęredē non transmittitur.ff.loca.l.4.l. sed si ita legatum.§.illi si volet.ff.de legat.primo. & quod habetur in capitulo,si gratiosè.de rescrip.libr.6.Ideo sequitur, ꝙ illæ gloss.non dicunt verum , nec etiam tenentur communiter in dicta lege,cum hæredes.vt ibi plenè per omnes, & per Baldum in authētica ingressi.C.de sacrosan.ec.Et ideo posito,non tamen cōcesso, quòd possessio illius terræ.65.tornat. fuisset penes illū ser Fabianum patrem ipsius Iacobi, nihilominus non continuaretur in ipsum Iacobum,nisi corporaliter, & cum animo apprehenderetur per ipsum Iacobū.ergo sequitur,ꝙ aliter oportuit ꝓbare ipsum Iacobum

cobum tunc temporis habuisse possessionem illius terræ.65.tornat. quàm per assertionem illius abbatis. Ergo multominus in casu nostro præsumetur, ꝙ possessio illius rei fuerit penes ipsum Iacobum, cũ pater eius ser Fabianus nõ habuerit possessionem: vt iam fuit ostensum in præcedenti dubio. Et per consequens falsum asseruit prior ille cæcus animæ suæ, & veritatis. quinimo apparet euidenter falsitas in hostio: quia iam probatum est per plurimos testes productos pro parte ipsius monast. qualiter a quinquaginta annis citra, monasterium sancti Laurentij tenuit, & possedit dictas terras: ergo sequitur, ꝙ ipse Iacobus illas non tenuit. Et per consequens mentitus est ille prior asserẽdo, ꝙ ille Iacobus possidebat illam rem, quam sibi legitimè confirmabat ille prior. Et sic liquidò ostensum est, illum Iacobũ non habuisse possessionem. & sic falsa fuit illa assertio pręfati prioris. quinimo etiam multo fortius apparet, ꝙ talis confirmatio fuit simulata, & ex contra-
19 ctu † simulato non transfertur possessio: vt est textus valde singu. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. & plenè per Angelũ & alios in dicta l. j. §. si vir vxori. ff. de acqui. possess. Quod autem fuerit simulata, apparet: quia nec ante, nec post dictam renuntiationem, & confirmationem dictus Iacobus possedit dictam terram.65.tornat. ergo sequitur, ꝙ talis renouatio fuit simulata, & per consequẽs nulla hoc deciditur ex doctrina Bartoli in l. sicut. §. superuacuũ. ff. quibus mo. pign. vel hypot. solui. & in l. post contractum. ff. de donat. & in consilio incipien. Petrus Nicolæ. & per doctores in l. j. & 2. C. de repu. vel absti. hæred. & in c. illo vos. de pignor. & in c. ad nostrã. de empt. & ven. Cum ergo per testes sit plenissimè probatum, ꝙ nec ante, nec post illam renuntiationem, seu confirmationem ille Iacobus possederit, ergo talis renouatio non fuit vera, sed simulata, & per consequens nullius effectus. Facit lex, si non verum, imo simulatum. C. de donat. inter vi. & vxo. & quod notat Bald. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. ergo. Et etiam multo fortius probatur ista simulatio. quia in isto instrumento renuntiationis non apparet de vera numeratione, & vera receptione pecuniarum, de quibus in dicto instrumento dicitur, quo casu non videtur satisfactũ iuribus volẽtibus receptionem debere fieri per prælatum, & nõ per confessionem: vt in dicta l. si debitorem. ff. de noua. cum iuribus allegatis in præcedenti dubio, & liquidò, cum sit coniunctio personarum, concurrentibus prædictis apparet de simulatione, & per consequens talis renouatio, & confirmatio fuit nullius momenti. ¶ Nec obst. cum opponitur, ꝙ dictum monaste. seu prior dicti mona. acceperit fructus ipsius petiæ terræ: quia hod ideo accidit, quia dictus Iacobus erat puer, & dictus prior alimẽtabat ipsum Iacobum in domo ipsius monasterij: & per consequens illud possidere factum per ipsum priorem non erat nomine ipsius monast. sed nomine ipsius Iacobi pupilli. & ideo accipiebat fructus ille prior, vt de eis faceret expensas illi Iacobo suo nepoti, & per consequens illos non capiebat nomine monasterij, sed nomine illius Iacobi: quia ad hoc respondetur, ꝙ hoc non est probatum: ergo. Nã paria sunt non esse, vel non apparere, lege, Rutilia Polla ff. de contrahend. emptio. cum simili. & etiam: quia omnis præsumptio laborat in cõtrarium: cum dictum monasterium locauerit dictas terras, & iam erant monaste. vt per æstimum apparet. Et ex prędictis ꝯcludo renouationem & confirmationem factam per ipsum fratrem Petrum dicto Iacobo fuisse nullam, & nullius momenti, nec præiudicasset iuri ipsius monasterij.

EPITOME.

¶ Sententiæ executio, vel laudi an impediatur propter petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, vel propter quæstionem nullitatis.

SVMMARIVM.

Reductione ad arbitrium boni viri pendente an sententia mandetur executioni. nu. 1. 3. 5.

Pactum vt stetur libris locatoris, valet: item de non reuocando donatione propter dolum commissum de præterito. numero 11. & 12.

Verba, sint, & habeantur, siue intelligantur, simul iuncta, important omnimodam veritatem & dispositionem. nume. 13.

Donationes exceptæ in instrumento locationis simpliciter exceptæ comprehendunt quascunque donationes. numero 22.

CONSILIVM XVIII.

Clementissimum Deũ, & pijssimum Saluatorem nostrum Iesum Christum ex corde, & animo inuoco, vt solita benignitate mihi tenui & parum docto veritatem aperiat in præsenti consultatione, amen. Et viso puncto & allegationibus subtilissimis redditis per celeberrimũ, atque clarissimum iurisconsulum dominum Iulianum mihi fratrem summo honore obseruandum, qui rem ita apertam, & enucleatam tradidit, vt nil vtilius, nil subtilius, aut melius dici, aut allegari possit. Nihilominus, quia maiores nostri, illud quẽquam scire arbitrati sunt, quod ratione optima demonstrasset. 9. di. c. ego solis. idcirco paucula in medium breuissime afferam. ¶ Capio primam hæsita-
1 tionem, vtrum † differatur executio laudi propter petitionem reductionis ad arbitrium boni viri: & posito pro constanti statuto municipij, quo cauetur, ꝙ laudum mereatur executionem, sicut sententia: vt præsupponit D. allegans, dico istam q. fore decisam in indiuiduo per D. Bald. in addi. Specula. in titu. de arbi. versicu. sed an pendente causa reductionis possit arbitramentum executioni mandari, videtur ꝙ sic, si per formam alicuius statuti mereatur executionem. & mouetur per quatuor rationes. Prima est; quia videtur petens reductionem facere causa differendæ solutionis, alleg. l. fi. C. de ordi. cogni. & l. satis apertè. C. de falsis. Secunda est; quia causa executionis est summaria: vnde non retardatur per petitionem, quæ requirit cognitionem plenariam. l. fi. C. de compensati. & l. fi. C. de edict. diui Adri. tol. & habetur in l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebellia. l. si a quo. §. j. ff. vt in pos. leg. l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. Tertia ratio est: quia istæ videntur mutuæ petitiones, & in summarijs summaria petitio non suspenditur per reconuẽtionẽ causæ non summarię: vt not. in j. de mu. peti.
2 Quarta ratio est: quia quando duo iudicia † sic se habẽt, ꝙ vnum & alterũ sunt pariter opposita, vnũ non impedit processum alterius. l. si inter te, & me. ff. de excep. rei iud. Allegat etiam quintam rationẽ, quam videtur probare per id, quod no. Inno. in c. cũ in iure peritus. de offi. delega. In cõtrarium autem, videlicet, ꝙ non mereatur executionem interim pẽdente causa reductionis ad arbitrium boni viri, ostẽdit primò ex natura præiudicialium: nam quæstio præiudicialis est præferenda. ff. de iudi. l. per minorem l. qui prior. eo. ti. & semper intelligitur prouenire, etiam si sit posterior mora. l. si ad libertatem. in principio. ff. de noxal. Secundò; quia nõ debet iudex exequi, quando postea subiacet retractationi, argu. l. diximus. ff. de excu. tu. Tertiò: quia reductio ad arbitrium boni viri habet instar appellationis. l. nõ distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. ergo interim

terim nihil est innouandum.C.de transact.l.si causa cognita.Quarto allegat: qa actio principalis hēt instar exceptionis:sed exceptio obstat: ergo.Quinto dicit vidēdum esse casum ex coniunctione duarum legum:si enim filius erat debitor patris ex sententia, & pater moriēs instituit extraneum filio exhæredato,potest simul conueniri petitione hæreditatis tanquam iure prior, & habet paratam executionem.ff.de peti.hære.l.item veniunt.§.idem rectè quam tamen filius opponendo querelam reijcit. l. Papinianus.§.si filius.ff.de inoffi.testa.quod dicit esse verum Bald.quando infra menses duos causa reductionis habeat diffiniri ex forma statuti. l. aufertur.§.qui compensationem.ff.de iure fisc. Si autem requirit longum tractum, tunc potest index exequi recepta cautione.c.suscitata.de in integrum restitutio.Postea subdit ibi Bal. ꝙ in dubio tenēda est prima opinio, videlicet ꝙ pendente causa reductionis potest peti executio laudi. Et pro hac opin.dicit

3 ibi Bal.canonistas allegare:quia† vbicunque iudex non tenetur deferre appellationi, potest exequi,iuxta no.in c.pastoralis,de appel.Sed in casu nostro nō tenetur deferre: quia propriè nō est appellatio ista reductio ad arbitrium boni viri. vnde dixit Specul. in titu.de arbit.§.j.versic.quid si a tempore, ꝙ non dicitur appellatio, sed potius attestatio, alle.d.l.nō distinguemus.§.cum quidam. & dicit, ꝙ alia ratio est in appellatione,& alia in reductione ad arbitriū boni viri.Et sic Bald. in indiuiduo tenet istam partem, ꝙ pendente reductione ad arbitrium boni viri non impeditur executio laudi. Cum ergo in casu nostro sit elapsus terminus,& semper victus tacuit, & nunc petit reductionem ad arbitrium boni viri, sequitur, ꝙ nō impedietur executio laudi interim, maximè in casu nostro: quia non petitur ista reductio ad arbitrium boni viri per viā exceptionis, sed per viam principalis petitionis. Ideo pulchrè dixit Ang.in d.l.Papinianus.§.si filius condemnatus,ꝙ si quis per arbitratorem cōuenitur,vt soluat,qui opponit de iniquitate arbitramenti, & vi exceptionis petit illud reduci ad arbitrium boni viri, & dicit se non videre quid repugnet.& sic dicit Ang.ibi,quòd

4 † quoties per viam exceptionis petitur reductio ad arbitrium boni viri: tunc impeditur executio laudi: sed quoties petitur per viam principalis petitionis,tunc non impeditur executio. Sed in casu isto, vt ex puncto colligitur, petitur ista reductio ad arbitrium boni viri per viam principalis petitionis. Ergo sequitur, ꝙ non impedietur huius laudi executio.vnde idem Bal.in l.nam & postea.in finalibus verbis,in prin.ff.de iureiuran.tangit istam quæstionem in versicu.quid si petitur reduci ad arbitrium boni viri.vtrum interim laudum merebitur executionem:refert quosdam dicere ꝙ non: quia appellat, qui petit laudum boni viri arbitrio corrigi, & in melius reformari,arg.d. l. non distinguemus. §. cum quidam. sed pendente appellatione nil debet innouari: ergo.Facit l. causa cognita.C. de transact. l.diximus.ff.de execu.tu.l.j.§.si pendeat.in fin. ff. ad

5 Macedo.nam † ista petitio reductionis ad arbitriū boni viri habet vim peremptoriæ exceptionis, arg. no.in l.in causæ.§. si mandato. ff. de iniur.& hoc dicit esse verum,si petitur reductio.infra 10.dies,aliàs non potest dici appellatio,arg.§.si minor.in ea,l.nā & postea.sed censebitur supplicatio,quæ non retardat executionem,si satisdatur. in authent.quæ supplicatio.C.de precib.imper.offer.& arg.d.c.suscitata.de in integr.restitu.non enim potest petens duo contraria prætendere,scilicet ꝙ sit appellatio, & ꝙ liceat post 10.dies. Vnde inquit ibi Bald. ꝙ si reductio petatur in modum exceptionis,impedit executionem,arg.d.l.Papinianus.§. si filius. Si autem in modum principalis petitionis non impedit executionem,si desiderat longum tractum temporis. ita dicit formaliter Bal. Modò ex prædictis liquido apparet. ꝙ petitio reductionis ad arbitrium boni viri non impedit executionem sententiæ, seu laudi: qa vt dixit Bal. ista executio huius laudi meretur ex dispositione statuti:ergo seruāda est forma ipsius statuti.& ideo dixit Bald.in l.iubemus.C.de iudicijs,ꝙ vbi ex dispositione statuti est tradita certa forma, non potest per ipsum iudicem immutari:ergo multominus per partem potest immutari forma statuti, & impedire executionem laudi iussam a statuto municipij. & mouetur etiam Bal.quia petens reductionem videtur hoc facere causa differendæ solutionis: vt in d.l.satis apertè.Multo ergo fortius in casu nostro videtur facere causa differēdæ solutionis: quia per terminum stetit ad petendam reductionē ad arbitrium boni viri. Facit elegans dictum Ioan. And.in addi.Specul.in titu.de iudic.delegat. §.iam nunc dicēdum.in addi.quæ incipit, veniat alia eius quæstio,de accusato de homicidio conuicto per testes.vbi dicit, executionem sententiæ non differendam,etiam si falsitas testium exprimeretur in hoc, videlicet ꝙ viueret ille,quem accusatus dicitur occidisse.dicit tamē,ꝙ multis hoc videtur durum, cū facta decapitatione homicidæ non sit locus reparationi. si tempus esset datum ad finiendum, non ad exequendum.Ipse vero dicit,ꝙ differret.& dicit,ꝙ nil aliud sensit Ricardus Malumbra propter rē ita periculosam:quia agitur de vita hominis, & sic tenet Ioannes Andr.ꝙ in causa capitali,vbi agitur de vita hominis, differtur executio sententiæ propter talem exceptionem: licet quidam præsumptuosi attribuant illud dictum Paulo de Leazar.in clem.j. de re iudic.Sed illud sentit Ricardus Malumbra in quadam sua disputatione, & expressius hoc dixit Ioannes Andr.in dicta additione. In casu ergo vbi non agitur de vita hominis, non differtur executio propter oppositionem exceptionis,maximè in casu nostro,cum steterit per terminum, & siluerit tanto tempore, quilibet recti iudicij iudicaret istum talē opponere calumniandi animo, & non intentione differendi executionem. & facit ad hoc elegans doctrina Cyn.in l.j.C.qui accus.non pos.quæ originaliter fuit Ricardi Malumbræ.vbi dixit,ꝙ si exceptio proponitur malitiose, tunc nō differtur processus, & ad hoc alleg.l.satis aperte.C. de falsis.& c.suscitata.de in integ.restit.& voluit Inno.& communiter doctores in c.post electionem.de concess.preben. ꝙ exceptio malitiose opposita non differt processum. Et ideo si quis allegaret contra illā decisionē Cy. & Ricardi,quod voluit Bal.in dicta l.j.in contrarium, Circa hoc ponderanda sunt ante omnia dicta Bal. ibi, vbi dicit,contra hoc videtur: quia licet excipiēs videatur per calumniam excipere, iudex tamen nō potest a iuris tramite deuiare, c. licet causam.de ꝓba.Nec obstat.d.l.satis aperte. quia ibi exceptio nō continebat defensionem rei, licet contineret impugnationem instrumēti,nam id,ad quod agebatur, nō dicebatur esse falsum, sed impugnabatur instrumentum in alio capite instrumenti. & inde præsumebatur malitia opponentis ex ipso obiectu. Item non obstat dictum c. suscitata. quia ibi est speciale, quando obijcitur contra sententiam Papæ. l.j.ff.de officio præfecti præto. præsumitur enim magis pro Papa,quàm pro opponente. vel ibi duo erant contra petentem: quia erat contrà eum probatum, & pronuntiatum,hic vnum duntaxat: quia probationes non erant per sententiam approbatæ, nec transiuerāt in rem iudicatam. Et eodem modo dicit se respon-

respondere ad legem finalem. C. de ordine cognitionum. Præterea dicit, ꝙ exceptio admittitur, vbi aliàs non admitteretur, quando aliter periculum reparari non potest, allegat no. per Cyn. in simili in l.fi.C.de compensa.in 9.quęstione.argum.l.2.ff.de fer.& l.senatus.ff.de offi.præsi. Finaliter dicit, ꝙ aut opponens est in malitia pśumpta, & per hoc nō excludit̃ ab opponēdo, aut in malitia clara, & patēti, vt vix ipse negare sufficiat, tūc excluditur, arg.l.qui sniam.in fi.de pœnis. Facit, quod not.Inn.in ca.j.de offic.vica.nam paria sunt agere incompetenter, vel excipere, & per notorietatem facti ei obuiari. Hoc ergo casu intelligit dictum Ricardi & Cyn. Aut nō constat malitiosè excipi, & tunc si reus se nimis arctauit, sibi imputet: vt l.petendæ. C. de temporibus in integrum restitutionis peten. Si autem non culpa eius accidit, sua defensio debet audiri.l.3.§. si ad diem.ff.de re militari.& iudex debet differre sententiam.quia necessitas facit probabile, quod aliàs nō esset.l.qui potuerunt.ff.de manumissis testamento.

6 quia statutum † non debet amarè interpretari, sed ciuili, & æquo modo.l.si cui.ff.de seruitutibus.quia verba in rescriptis, vel statutis posita cōformare debemus æquitati: vt not.24.q.j.c.papatus. aliàs feretur sententia sub conditione, super qua conditione etiam post sententiam recipientur probationes: qa sententia conditionalis non est liquida: vnde peruertitur tunc ordo iudicij, eo ꝙ post sententiā fiunt probationes, vt l.cum iudex.C. de sentētijs & interlocutionibus omni.iudicū l. penult.ff.de confessis. Hæc formalia verba Baldi. Modo est accuratè considerādum, ꝙ Bal. non loquitur, quando opponitur contra executionem sententiæ: vt est casus noster, & sic Baldus.loquitur in casu alieno, & diuerso. Vnde Bartolus in l.defendente.ff. de authoritate tutorum. dicit, ꝙ petitio restitutionis in integrum impedit executionem sententiæ, quando causa restitutionis est euidens, ita ꝙ apparebat, ꝙ non opponebatur causa calumnię, & prorogandę litis, aliàs nō impediret executionem, sed procederetur in executione pręstita cautione de restituendo, si minor vincere in causa restitutionis. Modò in casu nostro nō est euidens exceptio impediēs executionem huius laudi. imo omnis sinistra suspicio laborat in contrarium ex lapsu temporis, & ex taciturnitate, & patiētia tanti temporis, & maximè in casu nostro: quia ista reductio ad arbitrium boni viri non opponitur per modum exceptionis: imo producitur in modū petitionis.& etiam quia idem Bal. in locis superius allegatis tenuit aperto ore, ꝙ non differtur executio laudi per petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, quando ex forma statuti meretur executionem: vt est in casu nostro. Et ideo Bald. loquitur eo casu, quo accusatus de crimine est conuictus testibus, dicens attestationes falsas, an per hoc retardet sententiam ferri, & sic non loquitur in executione sententię: vt est in casu nostro. Item quia dicit Bal. ꝙ vbi ex ipso obiectu præsumitur calumnia, & malitia obiectionis, non differtur sententia. Modò in casu nostro præsumitur calumnia ex ipso obiectu: quia per tantum tempus siluit & tacuit. Item

7 quia Baldus in dicta l.j.dicit, ꝙ in † casu dicti c.suscitata.duo concurrebant contra petentem. Primò: quia erat contra eum facta probatio. Secundò: qa erat contra eum sententiatum, & pronuntiatum. Et in casu nostro ista duo concurrunt: quia facta fuit probatio contra victum, & etiam facta fuit pronuntiatio: ergo non potuit differre executionem, & sic probationes erāt per sententiam approbatæ. Et in casu, quo loquitur Bal. non erat pronuntiatū. Item quia Bal. ibi loquitur, quando exceptio admittitur, vbi alias non admitteretur, quando aliter periculum reparari non potest. Et sic Baldus loquitur eo casu, quo loquitur Paulus in d.clem.j. de re iudi. & iste non est casus noster. Item quia Baldus ibi loquitur, quando reus non nimis se arctauit: ideo admittitur ad differendam sententiam: sed in casu nostro nimis se arctauit: ergo. Et sic apparet, ꝙ dicta Bartoli non obstant huic nostrę decisioni. Et facit ad hoc, quod pulchre voluit Ang.in l.cum soluente.ff.de distra. pig. vbi pendente prorogatione taci-

8 te videtur actum, vt nil nouetur: ita ꝙ † prorogatio videtur esse eiusdem effectus, sicut appellatio: quia ea pendente nihil est innouandum: sicut dicimus in restitutione in integrum: quia pendens suspendit pronunciatum sicut appellatio, & dicit esse text. aureum in l.si causa cognita.C.de transact.quod dicit esse verum, quando a tali sententia potuit appellari.alias si non pſſet appellari, tunc non suspenderet, quin fieret executio, quod dicit esse singulare dictum.& menti tenēdum. Et idem etiam tenet Bal. in dicta l.si causa cognita. vbi dicit in tertio notabili, ꝙ restitutio in integrum petita suspendit sententiā diffinitiuam.ergo interim non potest exequi, allegat d.l.defendēte.ff.de auctoritate tuto.& limitat istud esse verum, nisi ista restitutio sapiat naturam supplicationis.& ponit exemplum, quando petitur restitutio contra sententiam principis.& ita dicit debere intelligi dictum cap.suscitata.& ibi sentit Innocen.secundum vnam opinionem. Modò in casu nostro, cum istud laudum mereatur executionem, sicut sententia, nulli potest esse dubium, ꝙ propter istam petitionem reductionis ad arbitrium boni viri factam post triennium, nullo modo retardabitur executio laudi: maximè cum differendo per tātum tempus videtur per viam supplicationis petere huiusmodi reductionem, & per consequens sequitur, ꝙ nullo modo retardabitur executio huius laudi. Pręterea facit, vbicunque exceptio non est verisimilis, non est per iudicem admittenda.ita dixit dominus Antonius in ca. super hoc. de renunt.per illum text.& facit cap.quia verisimile. de præsumpt.& ibi Innocē.tradidit elegantem doctrinam, ꝙ vbicunq; aliquis vult probare illud, quod est verisimile, non debet admitti eius probatio.nisi sit aliud, quod huiusmodi pręsumptionem elidat: puta aliqua rationabilis circunstantia. Modò in casu nostro, posito ꝙ iste reus opponeret istam petitionem reductionis ad arbitrium boni viri: & sic eam per modum exceptionis depuceret, & vteretur practica Angeli posita in d.l.Papinianus.§.filius.ff.de inoffic. testa. quia exciperet non teneri seruare laudata, & petere laudum reduci ad arbitrium boni viri.tamē nullo modo esset audiendus ex eo: quia talis exceptio nō est verisimilis, nec rationabilis ex eo: quia victus fuit præsens, quando fuit latum laudum.nec cōtra-

9 dixit vnde dixit Bartolus in l.j.C.de relatio. ꝙ † quā do iudex facit aliquid parte præsente, cui displicet illud factum, debet contradicere, & in sentētijs diffinitiuis, & interlocutorijs, vbi appellationi locus, est, non videtur consentire, nisi taceat per 10.dies, vel alium actum exprimat: vt l.ab eo.C.quomodo & quando iudex.l.ad solutionem.C.de re iudi.facit capitulum, ꝙ ad consultationem.de re iu.& ibi per Innocen.& alios, & per Ioannem Andr.in c.significauerunt.de testibus. & per dominum Antonium in c.gratum.de offi.deleg. Modò in casu nostro fuit victus præsens, & non contradixit, & per triennium tacuit nihil opponendo contra laudum: & etiam ipsi conductores distraxerunt, & vendiderūt pisces, nec fecerunt querelam aliquam illorum piscium, & calculus factus fuit, nec fuit allegatus defectus il-

10 lorum piscium: ex quibus simul iunctis oritur præsumptio, quod laudum fuit iustè & rectè latum, & per consequens non debet retardari executio illius laudi propter petitionem reductionis ad arbitrium boni viri. Preterea facit, quod voluit Baldus in l. fin. C. de ordine cognitionum. vbi dixit per illum textum, quod quæstio nullitatis non impedit executionem sententiæ, quod est secundum quosdam generale secūdum eum ibi, quod vbicunque sententia prima facie apparet rite facta, & quæstio nullitatis requirit altiorem indaginem: cum enim in executione interueniat summaria cognitio, non debet differri per quæstionem, quæ non potest summariæ examinari: secus dicit, si sententia esset nulla existenter & apparenter: vel quia posset incontinenti probari de nullitate, allegat no. in dicta l. nam & postea. in principio, de iureiurando. l. is a quo. vt in poss. lega. nor. per Bartolum in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Ad l. fi. C. si ex falsis instrumentis. respondet, vt ibi per eum. Cum ergo huiusmodi laudum mereatur executionem ex dispositione statuti, sequit, quod eius executio non poterit impediri per reductionem ad arbitrium boni viri: vel dicendo de nullitate: cum nec apparenter, nec existenter appareat istud laudum esse nullum. Præterea si mihi quispiam dixerit, amice, laudum arbitratoris non est sententia: vt probatur in dicta l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de his qui not. infa. & not. in c. quintauallis. de iureiurando. ergo sequitur, quod licet iura disponant, executionem sententiæ non differri propter exceptionem nullitatis oppositam, non habent locum in laudo arbitri: quia propriè & verè sententia non est: quia ad hoc facile respondetur, quod imo laudum appellatur sententia. tex. est. in c. ex parte. in versic. diffinitiuam sentētiam. & in c. cum dilectus. in vers. iudicare. & in c. dilecti. in versicu. sententiam. de arbitris. & in l. si dictum. §. si cōpromissero. ff. de euic. & in versicul. sententia, &c. & licet text. in dicto §. ex compromisso. dicat, non per omnia sententia est, non negat, quod laudum non sit sentētia, licet per omnia non sit sententia. Item in casu nostro dico, quod est sententia ex eo: quia vbicunque laudum ex dispositione statuti meretur executionem sicut sententia, tunc laudum appellatur sententia, ita probatur in l. penultima. ff. de arbit. vbi est casus sin. quod ex sententia arbitri tacitè, vel expressè homologata oritur actio, sicut ex sententia diffinitiua. facit l. j. C. de arbitr. vbi quando per statuta terrarum arbitria mandātur executioni, quod illo casu dicitur sententia: vt in dicta l. j. & facit simile, quod voluit Bartolus in l. fin. C. de iudic. & in l. j. §. si. ff. a qui. app. non licet. & quod no. Bal. in l. si dictum. §. si compromissero. ff. de euicti. vbi dicunt, appellari a laudo dato ab arbitro electo ex dispositione statuti, sicut appellatur a sententia lata a iudice. & Bal. in d. §. si compromissero. dicit, quod illo casu debetur euictio, & quod voluit idem Bald. in l. j. C. de pericu. & commod. rei vend. & in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. & in l. imperator. ff. de transact. & in l. vænales. C. quando prouoc. non est necesse, & in dicta l. fin. C. de iudi. & in c. j. §. preterea. in ti. de prohib. alie. feud. per Fede. & in l. quid ergo. §. ex compromisso. preælleg. & quod voluit idē Bald. in l. cum quidam. ff. de arbit. & do. Ant. & omnes alij in c. quintauallis. de iureiur. & do. Abb. in c. si. de re iudic. & tex. in c. ab arbitris. de offic. deleg. & ibi dom. Pet. de Ancha. & Dominicus. Et sic isto casu censetur huiusmodi laudum ac si esset sententia, & per consequens sicut non differtur executio sententię, ita non differtur executio laudi, licet petatur reductio ad arbitrium boni viri post 10. dies. Et per ista in casu huius consultationis videtur concludēdum, quod pendente causa reductionis ad arbitrium boni viri non possit differri, nec impediri executio huius laudi: vt voluit D. Bald. vbi supra. multo ergo fortius concurrentibus superius expressis. & ita cōcludo quoad istam primam hæsitationem. Et etiā facit: quia iam ipsi victi non petierūt reductionem, sed duntaxat dicunt peti posse, & sic non petūt, sed comminantur, quo casu apparet de calumnia apertissima, & per consequens non debet differri executio talis laudi: & quia illud laudum ex dispositione statuti censetur sententia, ideo non est disputandum de doctrina Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. de qua plenè per omnes scribentes. in c. quintauallis. de iureiuran. & sic nullo modo impediretur executio. & ita concludo. ¶ Capio secundam dubitationem, videlicet, an illi conductores pro tempore illorum quatuor mensium, quibus ille primus conductor a republica tenuit illas valles, possint dicere pisces venditos non fuisse eis traditos in totum. Et circa hoc est accuratè ponderandum: quia in dicto instrumento dicitur, qui pisces leuati vsque in præsentem diem sint, & esse intelligantur, & debeant ipsorum conductorum, & omne commodum & incommodum, damnum & emolumentum, de quibus omnibus quantum pro leuatis piscium dicti conductores teneantur. & debeāt stare libris dicti locatoris descriptis in libris fractæ, & gabellæ prædictæ, an stantibus dictis verbis teneatur ille locator, aut venditor ad specialem consignationem. Certè videtur dicendum quod non.

11 Et præmitto primò, quod valuerit illud † pactum, videlicet, de quibus omnibus quantum pro leuatis piscium stetur libris locatoris. vnde Bald. in l. j. C. de summa trin. in versi. quæro ergo primo de essentia quæstionis, an valeat statutum: dicit valere statutū, quod scripturæ campsoris, vel mercatoris tāquam publico instrumento stetur: quia hoc potest homo, ergo & lex: vt l. Theopompus. ff. de dote præleg. & idē Bald. in l. de quibus. ff. de legibus. dicit, quod per pactū nō potest dari auctoritas probationis priuatæ scripturæ: sed per consuetudinem sic. allegat Innocen. in c. cum P. tabellio. de fide instrum. ipse vero dicit, certè si voci viuę vnius potest ex disponentis auctoritate dari robur probationis: vt not. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. ergo & voci mortuæ, arg. eiusdem. l. de quibus. in vers. nam cum ipse. Et maximè, quia in dicto instrumento dicitur, debeant stare libris leuatarum dicti locatoris descriptis in libris fractæ, & gabellæ prædictæ, quo casu illi tales libri, ex quo descripti sunt in libris fractæ, & gabellæ prædictæ, non videntur propriè esse scripturæ priuatæ. Et sic nullum est dubium, quod valuit pactum, quod stari debeat libris locatoris quo ad pisces leuatos pro illis quatuor mensibus. & sic tollitur illud, quod voluit Baldus in l. imperator. ff. de statu hominum. vbi allegando Innoc. in d. c. cum P. dixit, quod non valet pactum, vt credatur scripturæ priuatæ: quia est indiscreta, & sine causa a lege approbata, & Angelus in l. pactum. ff. de pactis. tum quia ista non est scriptura indiscreta, & sine causa: imo sunt libri descripti in libris publicis fractæ & gabellæ. & firma est conclusio, quod valuerit tale pactum. Et maximè hoc procedit: quia non agitur de scriptura priuata in futurum conficienda, quo casu posset esse aliqualis hæsitatio: sed loquimur de scriptura iam ex præterito tempore facta, quo casu cessat omnis sinistras suspicio. Facit simile, quod dicimus, quod † valet pactum de nō

12 reuocando donationem propter dolum commissum de præterito, & valet liberatio administrationis iam gestæ de præterito, & plenè per Barto. in l. Aurelius. in princ. ff. de lib. leg. & quod voluit Bald. in l. si.

in l.fi.C.de bon lib.& in l.fina.C.de pactis,& in cap.
j.de feudo.guar.& in l.j.ff. de re.diui. Et sic tale pa-
ctum fuit validum. quo præmisso verissimo funda-
mento probo expresse, quòd non teneatur ipse cō-
ductor ad aliam specificam, & numeralem consi-
gnationem: quia cum in dicto instrumento loca-
tionis dicatur,quomodocunque,& qualitercunq;,
quacunque ratione, vel causa vsque in præsentem
diem sint,& esse intelligantur dictorū conductorū,
& ad ipsos cōductores spectare,& pertinere debeāt:
de quibus omnibus quantum pro leuatis tenean-
tur stare libris dicti locatoris. Vnde illa verba, sint
13 †& esse intelligantur ipsorum conductorū, impor-
tant omnimodam trāslationem & assignationem.
Vnde nō potuerunt facere aliā manualē assignatio
nē,nec numeralē:nā eo ipso illi pisces leuati descri-
pti erant in libris conductoris descriptis in libris fra
ctæ,& gabellæ,eo ipso intelligebantur esse assignati
dictis conductoribus: ergo frustra quærimus de nu-
merali assignatione. Et ad hoc allego elegantem
doctrinam Bal.in prima const.Digestorum, in fine
principij,vbi exponit ista verba,sint, & habeantur,
siue intelligantur, ꝙ quando simul coniunguntur
importāt omnimodam veritatem,& dispositionē,
allegat.l.j.§.fi.ff.quod quisque iuris. non enim sine
causa illa verba geminantur,secundùm Bal.ibi. Ità
dicamus in proposito nostro,ꝙ illa verba, sint & es-
se intelligantur ipsorum conductorum, important
omnimodam veritatem, & dispositionem, ꝙ ipso-
rum conductorū sunt pisces leuati: ergo nō requiri
tur alia consignatio:eo enim ipso ꝙ sunt leuati, sui
& ipsorū conductorum sunt. Et postea sequitur, ꝙ
stare teneantur, & debeant libris leuatarū dicti lo-
catoris:sequitur,ꝙ nulla assignatio, nec numeratio
erat eis fienda:quia ex quo erant sui, & ipsorū con-
ductorū, & stare debebant libris ipsius locatoris ad
quid erat opus numeratione & assignatione,ex quo
iuris eorū effecti erant: vnde numeratio præsuppo-
nit,ꝙ quis teneatur rationem assignare,vel in eodē
numero restituere: vt not.Barto.in l.cum quid. ff.si
certum petatur. Si ergo sui & ipsorum conductorū
erant effecti illi pisces leuati, & tenebantur stare li-
bris locatoris, ad quid erat necessaria illa numera-
tio:certè esset sicophantā dignum dicere,ꝙ requiri
tur numeratio,& specifica assignatio. Et etiam ostē
do hoc inconuincibiliter.illud quod est difficile,iu-
dicatur impossibile.l.4.in principio.ff.de fidei.lib.l.
apud Iulianum.§.fina.ff.de legatis j. & ibi Bartol.&
per eundem Barto.in l.j.ff.de condi.instit.& in l.cō-
tinuus.§.cum quis.de verborum oblig. Innocen.in
c.filius.de test.glo.in c.gratia.de rescriptis. Barto.in
l.j.ff.de vulgari & pupillari. Ang.in l.j.ff.de inoffi.te.
Modò dicti pisces extracti erant de viuarijs,& repo-
siti in burgis,& marascula,& difficile valde erat nu-
merare illos, & ponderare: vnde iudicabimus im-
possibile,ꝙ ille locator teneretur numerare,& pon
derare.Vnde videtur omni rationi consonum, ꝙ di
ctæ partes voluerunt stari debere ipsis leuatis, & li-
bris leuatarum, vt secundùm numerum viuariorū
contentū in dictis libris, & leuatis, soluerentur, &
æstimarentur tot esse pisces, marasculæ, & istud est
rōnabile, & cadit in omnē exercitatum intellectū,
14 & sermones nostri,vt voluit Auerroes, debent†ada
ptari rebus sensatis & intellectu fruentibus. vt dixit
tex.in l.si ita quis.in versiculo,ꝙ nemo sanus loque
retur.ff.de euicti.& Bald.in l.j.C. de seruis fugitiuis.
& in rubrica.C.de proba.nam si dictus locator tene
batur numerare, & specificè assignare ipsos pisces
leuatos,ad quid oportebat facere pactū,ꝙ quoad le
uatos pisces staretur libris ipsius locatoris. vnde mi
nimum verbum appositum in instrō est appositū
cum ministerio aliquid operandi.Ideo Bald.in l.le-
cta.ff.si certum peta.dicebat, ꝙ omnia verba instru
15 menti † sunt ponderanda.& ad hoc allegat text. vn-
de lex nos monet:vt totum instrm legamus.l.argen
tarius.§.edi.ff. de eden. Ideo idem Bald. in rubrica.
C.de contrahen.emptio.in 9.quæstione,dicebat, ꝙ
16 omnes† clausulæ, quas ponimus in contractu em-
ptionis,aliquid operantur: & nedum clausulæ, sed
etiam minimum verbum.& qđ ipse Bal.voluit in l.
sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau.& gl.in capi.
si Romanorum.19.distin.quæ voluit, ꝙ minimum
verbum appositum in lege est appositum cum mi-
nisterio aliquid operandi:imo syllaba non est appo
nenda superfluo:vt probatur in l.j.§.j.ff.de dolo. Et
facit,quod voluit Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.
ff.de verborum oblig. Vnde videtur necessario. di-
cendum, ꝙ prętendebatur dictus locator numera-
re,& specificè assignare pisces leuatos. Præterea in
ipso instrō dicitur,ꝙ omne commodum,& incom-
modum,damnum & emolumentum sit, & esse in-
telligatur dictorum conductorū.Si nos vellemus,ꝙ
vel locator teneret specificè numerare,& assignare
pisces leuatos ipsis conductoribus, non possent ve-
rificari illa verba,omne incōmodū &c.qa possibile
erat,ꝙ omnes pisces leuati non reperirentur:qa ali-
quo modo subtracti essent: qa si tunc specificè tene
retur assignare pisces ad numerum, sequeretur, ꝙ
tale periculum non spectaret ad ipsos cōductores,
sed spectaret ad ipsum locatorem,qđ non est dicen
dum: quia verba instrumenti repugnant. Præterea
17 dicitur in ipso instrumento,pro pretio,† & nomine
pretij &c. quæ verba arguunt istam fuisse venditio-
nem: vt not.in l.j.§.primo.& ibi Bartol.ff.de super-
ficie.glos.& Baldus in l.cum dotem.C.de iure doti.
Baldus in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber. &
posthum.& in l.per diuersas.C.manda. & in l.j. &
in l.cum inter.& in l.quoties.C. de iure doti. & in l.
j.in 8.questione.C.pro soc.& glo.in l.apud Celsum.
§.sed cum legitima.ff.de doli excep.Bartolus in l.fa-
cta.§.hæres.ff.ad Trebellianum,tex.in l.finali. C. de
prædi.cur.Et sic apparet,ꝙ illi conductores emerūt
18 illos pisces leuatos,& de natura † emptionis est: vt
in emptorem trāseat periculum,& casus fortuitus:
vt l.necessariò.cum similibus.ff.de periculo & com
modo rei venditæ.Et in proposito nostro,cum in ip
so instrumento dicatur,ꝙ pisces leuati,& capti sint,
& esse intelligantur, videtur omnino esse translatū
dominium, & per consequens omne periculum in
ipsos emptores,seu conductores: sequitur, ꝙ si pi-
sces leuati positi in marascula erant & esse intelligā
tur ipsorum emptorum, seu conductorum, sequi-
tur, ꝙ siue casu fortuito, siue alio periculo fuissent
surrepti,periculum erat ipsorum emptorum,seu cō
ductorū.Præterea est aduertendum,vt pulchrè dixit
Angelus in l.si quis cum aliter.ff. de verborum obli
gat.ꝙ vbi verba contractus sunt dubia, declarātur,
& specificantur ex actibus præcedētibus, vel ex acti
bus sequentibus,allegat Innocent.ad hoc facit, qđ
voluit gloss.& ibi Angelus in l.j.ff.de iudic.Modo in
casu nostro isti conductores, seu emptores accepta-
runt pisces existentes in marascula, & de eis dispo-
suerunt,vt voluerunt, nec de ꝯsignatione specifica,
nec de numero viuariorum, aut pondere fecerunt
aliquam mentionem per testationem, ex quo actu
est assumenda declaratio ad illum contractum vēdi
tionis,seu locationis.Et maximè: qa coram arbitro
nō apposuerūt,nec protestati fuerūt, & ēt facta cal-
culatione cū vno ex ipsis socijs nō fuit oppositum,
nec querelatum de non facta assignatione, & nu-
meratione,& ponderatione:vnde ex istis simul iun
ctis resultat declaratio ad primum ꝓctum,& instru-
mentum,

mentum, quod non tenebatur ille locator, seu venditor assignare in specie, & in numero pisces existentes in marascula. Vnde iudicans ex oĩbus istis insimul iunctis fabricauit contractum recipere declaratione͂, quod nõ tenebatur ille locator numerare, nec ponderare dictos pisces. facit gl. quæ allegatur pro singulari, in l.2.ff.de excusa.tu. quæ dicit, quod duæ præsumptionis faciunt vnam probationem. facit gloss. in capitu. accedens. el secundo. vt lit. non contest. & in capitulo. cum causam. de probat. gl. in l.3.§. eiusdem. ff. de testi. dominus Abb. in capitulo, tertio loco. de probat. & in capitulo. cum causam. Ioannes de Imo. in capitulo, veniens. de testibus. dominus Petrus de Ancha. consilio 265 Baldus in l.3. C. ad legem Iuliam maiestatis. & in l. sciant. & etiam ibi Sali. C. de probationibus. Barto. in l. j. §. item Cornelio. ff. de quæstionibus. quinimo est verisimum dicere, quod ex actionibus, talibus præsumatur facta numeratio viuariorum: quia si in libris officialium apparet expressè, quod pisces fuerint leuati, & probatur receptio piscium in marascula, & dicti conductores illos habuerunt in suo libitu, & administratione, & nihil opposuerunt, nec protestati fuerunt, quod non erant tot, & coram arbitro et nihil opposuerũt, nec etiam quando cum altero ex socijs fuit facta calculatio: concurrẽtibus omnibus istis insimul, videtur esse necessario dicendum, quod omnes pisces in debito numero receperunt, & habuerunt: quia alias conquesti, & protestati fuissent tunc temporis. facit, quod in simili no. Inno. in capitulo, ex parte decani. de rescript. & in capitulo, cum in iure. de elec. & in c. nostra. de procurat. Facit simile, quod voluit Bartolus in l. Celsus. ff. de vsucap. & gloss. valde sin. in capitu-
19 lo, volumus. 16. quæstio. 4. quæ voluit, quod † si probaui initium possessionis & finem: tunc ego videor probasse media tpa possessionis. & Baldus in prima cõstit. C. in principio. & in lege ordinarij. C. de rei vendicatio, dominus Antonius & alij in capitulo, cum ad sedem. de restituti. spolia. & per Baldum in l. siue possidetis. C. de probationi. & per dominũ Abb. in capitu. accedentibus. de priuileg. & ideo videtur dicendum, quod nullo modo possint dicti conductoris, seu emptores opponere de non facta numeratione, aut ponderatione ipsorum piscium, seu viuariorũ. Præterea facit, & ad hoc diligenter aduertat dominus iudicans: quia Bart. in l. vsum aquæ. C. aquæduct. lib. 11. dicit per illum text. quod si aliquis habet priuilegium multũ largũ de aliquo faciendo, & illo priuilegio vtitur multum strictè, quod postea non poterit illo priuilegio vti magis largè. Ita est dicendũ in proposito, posito non tamen concesso, quod illi conductores debuissent habere illos pisces leuatos ad numerum, & pondus, nihilominus ex quo cõtenti fuerũt illos habere sine numero, & pondere, sequitur, quod illo mõ, & non alio pro futuro tẽpore habere possunt: ergo multominus habere poterunt pro præterito tẽpore: cum illo tempore ita receperint, nec reclamauerint, contra dixerint, aut protestati fuerint: maximè cum nunc nos sumus in casu, quo nõ possint numerari, aut ponderari dicti pisces facto & opera ipsorũ conductorum, qui illos vendiderunt: ergo eis est imputãdum, vt dixit D. Iulianus in suis redditis allegationibus, argu. l. iure ciuili. ff. de condi. & demonstr. & per ista fit responsum ad secundũ quæsitũ huius hæsitationis. ¶ Capio nunc tertiam hæsitationem, in qua isti conductores, seu emptores conquerunt de donationibus factis eo tẽpore, quo ille locator tenuit illas valles pro quatuor mensibus. Et circa hoc sunt põderãda verba ipsius instrumenti, in quibus dicitur, sint, & esse intelligantur, & debeant ipsorũ conductorũ, omne cõmodum &c. expensę, venditiones, & donationes quæcunque piscium factæ per dictũ locatorem, seu per aliũ eius nomine, de eius licentia, & mandato, pisces habiti pro vsu domus ipsius locatoris, & quælibet alia dispẽsatio piscium tam respectu curiæ domini, quàm quouis alio modo, omnesque prouisiones, concessiones, & obligationes factæ per ipsum locatorẽ, vel aliũ eius noĩe, tã in magna quam in modica quantitate consequuta, facta, & contracta a dicta die 11. mensis Nouembris proximè præteriti, quocũque, & qualitercunque, quacunque rõne, vel causa vsque in præsente diem sint, & esse intelligãtur dictorũ conductorum ista sunt formalia verba ipsius instrumẽti. mõ dicitur in facto, quod ille locator fecit donationes immẽsas: quia donauit centum viuarios pisciũ, & sic illa verba sunt rẽstringenda, vt non comprehendãt donationes ita immensa: vt in auth. de immen. donat. quo casu nõ differt a dolo facere donationes ita immensas, ar. l. omnes. l. Lucius. ff. quę in fraude͂ credi. l. post contractum. ff. de dona. cũ ibi no. l. summa cũ rõne. ff. de pecul. Vnde eo ipso, quod fecit donationes ita immensas, videtur in fraudem illorũ conductorũ fecisse. vnde illa verba donationes &c. non debent ita amare intelligi, vt comprehendant donationes immensas cum graui damno. & iactura ipso-
20 rum conductorũ, & in † generali sermone non veniunt verisimiliter non concedenda. l. obligatione generali. ff. de pigno. l. fi. C. quæ res pig. obli. poss. Et facit, quod voluit Bal. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. vbi Gui. de Cun. dicebat, quod in dubio videtur actũ, vt clausula generalis restringatur ad præcedentia nominata. l. quæsitum. §. j. de legatis 3. l. Aurelius. §. sticho. ff. de lib. le. quod Barto. intelligit esse verum, quando verba generalia sic restringi possunt, salua ratione recti sermonis, tex. est not. in l. ex pluribus. in prin. ff. de solu. Ita ergo in proposito nostro illa verba generalia apposita in ipso instrumento debẽt restringi ad donationes modicas, & non ad donationes immensas: & ideo licet dicatur in dicto instrumento, tam in magna, quàm in modica quantitate cõsecuti fuerint, debent restringi ad modica, non ad immensa. ¶ Sed istis non obstantibus contrarium puto esse de iure verius: videlicet, quod cõprehendat donationes imme͂sas, quod sic ostendo. interpretatio contractus prima fronte fit contra eum, qui stat pro contractu. c. contra eum. de regu. iur. li. 6. l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid astringendę. ff. de verb. ob. cum si. ideo dicebat
21 Arch. in c. si quis suadente. 17. q. 4. quod licet genus † masculinũ concipiat fœmininum in dispositione legali, vt l. j. ff. de verbo. signi. l. si quis in tantam. C. vnde vi. cum simili. tamen in dispositione contractus nõ comprehenditur: quia fit interpretatio cõtra eum, qui stat pro contractu. allegat Guid. de Suza. per dicta l. quicquid astringendæ. Facit, quod voluit Ang. allegãs Rayner. de Forli. in l. tres fratres. ff. de pac. voluit Io. de Imo. referens se ita consuluisse in c. potuit. de locato. Ita dicamus in proposito nostro, quod cum in di-
22 cto † instrumento fuerint exceptæ donationes factæ per ipsum locatorem, fiet interpretatio contra ipsos conductores: & imputent sibi: debuerant enim apertius loqui in ipso instrumento. Secundo facit: nã cõsideranda est persona donantis in tm, quod singulariter dixit Inn. in c. grandi. de supp. negl. prela. quod licet curator, aut tutor nõ possit donare bona minoris, aut pupilli, & maximè non possit donare magna, nihilominus considerata qualitate pupilli, & quantitate patrimonij ipsius pupilli, poterit administrator donare. facit ad hoc. ff. de admi. tu. l. cũ plures. §. nimiũ. & l. tutor secundum dignitatẽ. ff. de admini. tut. Cum ergo in casu nostro ille locator sit hõ liberalissimus, & solitus exercere liberalitatem, munificentiã, sequitur, quod illi cõductores, qui cognoscebãt personam locatoris,

toris,& qualitatem eius,& consuetudinem,excipiē do donationes factas per ipsum locatorem, videntur sensisse de donationibus secundùm qualitatem personæ illius locatoris. Facit tex.in l. ex militari.ff. de testa mili.& ibi dixit Baldus per illum tex.vbi ꝓbatur, ꝙ priuilegia sunt interpretanda secundùm conditionē priuilegiati: ideo dicit,ꝙ si episcopo cō ceditur priuilegiū celebrandi tempore interdicti. videtur concessum, ꝙ in pōtificalibus possit celebrare.facit not.dictū Inn.in c.pastoralis.de dona.vbi di
23 cit,ꝙ aliter † interpretatur donatio,si fiat loco religioso, & aliter interpretatur, si fiat archidiacono, vel archiepiscopo,facit l.plenum. in prin.in versic. agendū est pro dignitate eius,cui relictus est vsusfructus. Et facit.§.equitij ea.l.ff. de vsu & ha.Bal.ibi dixit, ꝙ si vir reliquit vxori lectum, intelligitur de lecto congruente viduis.l.fi.§.si vxori.ff.de auro & argen.leg.facit tex.in l.sed & si quid. §.j.in vers.secundùm dignitatem mancipiorum.ff.de vsufr.& quod no.gl.in c.cōquerente.de cle.non resi.& D.Abb.in c.cum omnes.de consti. Et per ɔ̄ns posito ꝙ in ipso instrumento exciperentur donationes simpliciter, & absolutè,& non diceretur, donationes quæcūq; vt in ipso instrumento dicitur,nihilominus intelligeret de donationibus, quas facere cōsueuit paterfa.arg.l.qui semisses.ff.de vsur.& l.vel vniuersorū.ff. de pig.act.& iudicarentur magnæ aut paruæ secundùm qualitatem,& consuetudinē ipsius donantis: vt probatur in l.sed & si susceperit.ff. de iudic. & ibi gl.& in c.& si quæstiones.de simo.& per gl.in l.illicitas.§.ne tenuis.ff.de offic. præsi.Et per ɔ̄ns cum isti conductores sciebant qualitatem,& consuetudinē istius locatoris,qui est liberalissimus,& fama est notissima lesbo: ideo vident̄ intellexisse de talibus donationibus, quas tales locator ɔ̄sueuit facere postq̄ non sunt extraneę a consuetudine ipsius patrisfam. per ea,quæ not.in l.fistulas.§. frumenta .ff. de contrah.emp. Præterea aduertendū est: quia verba posita in ipso instrō hoc apertè ostendūt: dicūt enim: donationes quęcunq; . quo casu veniūt indistinctè magnæ,& immēsæ donationes, & hoc operat̄ illud verbū,q̄cunq;,& ad hoc allego gl. valde sin.in cle.j.
24 de iud.in ver.quibuscūq; ꝑsonis.vbi† per illa verba, ꝑsonis quibuscunq;, veniunt personę magnę, minimæ,& immensæ.dicit enim glo.ꝙ veniunt personæ cuiuscunq; sint dignitatis, vel præeminentiæ, ecclesiasticæ, vel mundanæ,ēt si imperiali, vel regali fulgeāt dignitate.Ita ibi dixit gl.formaliter.Si ergo appellatione personę cuiuscūq;,veniunt personæ immensæ, multo magis appellatione rei cuiuscūq; veniunt res immēsæ,cū homo sit nobilissima creaturarū,instit.de iure perso.iuxta illud Ouidij.Pronaq; cū spectēt aīalia cætera terram, os homini sublime dedit &c. cū ergo in casu nr̄o dicat̄, donationes q̄cunq;,veniūt immēsæ donationis.facit,qđ pulchrè dixit Ang.in l.ꝙ si nolit.§.si quid ita.ff. de ædil. edi-
25 cto. ꝙ si quis promisit pręsentare † aliquem toties, quoties erit opus, intelligitur vsq; ad sn̄iam, etiā si ab ea fuerit appellatum. & est casus solen. in l. grecè.§.post litē.ff.de fideiuss.subdit Ang. ꝙ si apposuit illud verbū toties,quoties,& q̄ncunq;, ꝙ tunc tenetur præsentare etiā post sententiā: qa illud verbum quandocunq;,alterat naturam illius dictionis quoties. Ita in casu nostro alterat naturam illius verbi donationes,illud verbum quæcunq;. Et indubitanter gl.in d.cle.j. de iudi. apponit gladiū ad radicem huius consultationis: ergo veniunt donationes immensę quinimo si bene ponderarētur verba illius instri,sunt geminata signa vniuersalia:quia dr̄ oēs introitus,expensæ, venditiones quæcunq;,& sic verbū oēs,& verbum quęcunq;, determinant,& specificāt illud verbū donationes,quo casu clarior est fienda interpretatio, vt veniat donatio immensa: vt est tex. aureus in l.balista.ff.ad Treb.& postea dr̄, & quælibet alia dispensatio.vnde illa verba, dispensatio nō apponuntur in illo instrumento,vt apponuntur in iure,de quo in c.at si clerici.§. de adulterijs. de iudic.& in §. vbi rigor.j.q.7. & iō dixit Bald. in d. §.de adulterijs. ꝙ verbum dispensare, non reperitur expressum in iure ciuili, sed bn̄ reperit̄ expressum indulgentia: vt ibi per eū. vnde in casu nr̄o ponitur ꝓ distributione: cū ergo dicit, q̄ælibet alia dispensatio.i.distributio: videtur illa verba copulare ad maiora expressis: vt est gl. in cle.j. de re iudic. quam ad hoc reputat sin.D.Io.de Imo.sed ibi tex.est cōiunc. gl.in cle.ne Romani.de elec. Item dicitur ēt in ipso instrumento tam respectu curię,quàm quouis alio modo. Et sic etiam copulat ad maiora expressis. & postea subdit tam in magna,q̄ in modica quantitate consecuta, facta & contracta. Et postea dicitur, quomodocunque,qualitercunq;, quacūque rōne, vel cā:quæ verba sunt pinguia & prægnātia,& sunt in fine apposita: ideo referuntur ad omnia superiora præcedentia: vt firmant omnes.scribentes in c.secundò requiris.& in c.requisitioni tuæ.de app.& in l.talis scriptura.ff.de leg.j.& in l.j.C.de libe.pręte. & l.j.C.de diuer.rescri.cū si. Et postea in fi.dicitur,promisit non venire contra,ratione læsionis, seu damni enormis,vel enormissimi,quæ verba apertè ostēdunt, ꝙ propter immensas donationes nō possunt dicti conductores venire contra illud instrumentū.Postea dicitur,quibus omnibus & singulis, quæ verba ostendunt factum,& qualitatem facti: vt voluit gl.in c. vbi periculum.de elect.libro 6. Et etiam est diligenter considerandum; quia huiusmodi donationes factæ fuerant tempore, quo fuit celebratum istud instrumētum, quo casu nullo modo potest intentari remedium.l.2.C. de rescinden.venditio.quia ista lęsio non potest dici læsio:quia isti sciebant qualitatem personę.Et iō succedit regula tex. l.venditor.§.cum quæreret̄.ff.de ædil.edicto, & qđ voluit Bald.in l.2.C.de rescinden. vendit. & omnes moderni in l.si quis cū aliter.ff. de verbo. obliga.ꝙ scienter ementi.aut vendenti rem,plus aut minus, q̄ sit dimidia iusti pretij, non competit remedium illius l.2.Nec obstat,cum allegabatur tex.in d.l.emptor.§.Lucius.quia re vera dictum Gui. de Cun.ibi concludit pro nobis. dicit enim,ꝙ in dubio videtur
26 actum,vt clausula† generalis restringatur ad præcedentia nominata.l.quæsitum.§.j.ff.de legat.3.l.Aurelius.§.sticho.ff.de lib.le.quod Bar.intelligit verū, quando verba generalia sic restringi possunt salua ratione recti sermonis: vt est tex.notab.in l.si ex pluribus.in principio.ff.de sol.Vnde illa verba,si quod instrumentum,rectè restringuntur ad pertinens ad mensam,sed si esset adiectum,si quod instrumentū ex quacunq; causa,vel verba similia, tunc referent̄ ad omnia: vt d.l.si ex pluribus. Ita ibi dixit Bartol. Modò in proposito nostro huius dicta concludunt pro nobis,quia in tali instrumento apponuntur ita generalia, & prægnantia, quæ specificant magnas & immensas donationes. Cū ergo dicatur in dicto instrumento,omnes contractus &c.& quæcunque donationes,& omnia secuta, & contracta quomodocunque,qualitercunq;,quacunq; rōne,vel cā,referuntur etiam ad omnia immensa. & sic dictum Bart.facit pro nobis. Et licet Gui. dicat videri actū, vt clausula generalis restringatur ad pręcedētia nominata. Respondeo,ꝙ in casu nr̄o satis vr̄ nominata donatio immensa,propter illa verba,quęcunq;. coniuncto tex. & gl.dictæ clem.j.de iudici. Et etiam satis vr̄ nominata habita relatione ad personā, cui referun-

referuntur donationes factæ. Item per illa verba, quælibet alia distributio. vt superius est ostensum. Nec obstat cum dicitur, ꝙ in generali obligatione non veniunt, quæ specialiter quis non fuisset obligaturus d.l.obligatione generali. Ad hoc respondeo: ibi enim dicitur, ꝙ in generali obligatione pignoris non venit supellex, nec vestis, nec personæ, ad quas habet debitor affectionem: vnde non venit lectus, iste non est casus noster. Primò: quia hic non obligauit lectum vestes, aut necessaria personas: ergo ex separatis non infertur. l. Papinianus. ff. de mino. Secundò ille tex. loquitur in generali obligatione: qa in dubio non videtur obligare, quę verisimiliter nō obligasset. Sed in casu nostro non est sic: quia imo obligauit in specie: quia ex quo voluit, ꝙ donationes quæcunq; factæ per ipsum locatorem deberent obseruari per ipsos conductores, intelliguntur de magnis, per glo. in d.l.j. de iudic. Ergo non sumus in dubio, imo sumus in certo: ideo nō est recurrendū ad coniecturas. l. si certis annis. C. de pactis. cum sim. Nec est eadem ratio in vestibus, lecto, & personis dilecti ipsi debitori, quæ est in donatione immensa, seu magna: quia lex non ita reputat debitorē nolle obligari in donatione, verum, sicut in obligatione coniunctorum, aut vestium, aut lecti, & sic non est eadem ratio in vtroque. & fortius in casu nostro ex eo: quia donationes iam factæ fuerant, & sic loquimur in re iam peracta, sed l. obligatione generali. loquitur in re peragenda: ergo & eo magis: qa illi cōductores non possunt prætēdere fraudem aliquam in donatore, vt inuitaretur ad faciendas magnas donationes, in præiudicium conductorum: quia iam donationes factæ fuerant: & ideo in contractu dicitur, sequuta &c. quo casu agitur de donatione iam facta, & non fienda. Et ex istis concludo, dictos conductores non posse conqueri de donationibus factas per ipsum locatorem, licet magnę fuissent, & immensæ.

EPITOME.

¶Monetæ valore aucto, vel diminuto, quomodo debeat fieri solutio. & an & quando æstimatio faciat emptionem.

SVMMARIVM.

Moneta currens tempore contractus attenditur in ipsis contractibus: secus in legibus & statutis. nu. 1. 2. 5. & 7.

Monetæ grossæ per minutam æstimatio ad quid fiat. numero 10.

CONSILIVM XIX.

Clementissimum Deum oro ex corde, vt in hac consultatione veritatem mihi sua solita benignitate aperiat. Et viso puncto, & visis consilijs redditis per suprascriptos Do. consulentes, qui consultationem hanc ita solenniter aperuerunt, vt nulla vlterior sit necessaria inuestigatio. Et quòd iste Hebreus possit exigere florenum aureum pro floreno mutuato, licet eius valor nunc sit maioris æstimationis, & sic sit auctus in bonitate extrinseca, licet non intrinseca nulla data mora, argumen. gloss. fina. in l. cum quid. ff. si certum petatur. & hoc tenet ibi Iacob. de Aret. & Alber. de Rosatæ, & Barto. in l. Paulus. ff. de solut. & ibi Angel. & Cyn. in l. in minorum. C. de in integr. restit. mino. & tenet dominus Antonius & dominus Ioan. de Imo. & dominus Abb. in c. quanto. de iureiuran. & idem voluit Do. Cardinalis Florentinus in cle. fi. de deci. & ibi dominus Petrus referens consilium Bal. factū Asculi, & idem sequitur ibi Ioan. de Imo. Vnde glo. dicta l. cum quid decidit, ꝙ si ego mutuauit tibi vinum, qđ valebat decem tēpore mutuationis, tu vis mihi restituere nunc, & valet quinque, ꝙ ego cogor recipere, si non fuisti in mora. l. vinum. ff. si cert. pet. & ideo debet ibi intelligi, ꝙ non sit mutata eadē bonitas intrinseca, scilicet ꝙ sit eiusdem saporis: nō. n. refert, si plus, vel minus nunc valeat. & arguunt ibi doctores ad pecuniam: nam si mutuas mihi aliquos florenos, quorū quilibet tūc valet, puta, quatuor libras, postea tractu tpis antequā tibi restituā, valet tres, & solidos, vt moris est præcipuè in Florē-
1 tia, nunquid† inspiciamus tēpus mutuationis, an tēpus restitutionis? Certè per illam. l. cum quid. si nō fui in mora, debemus attendere tempus mutuationis: ita tñ, ꝙ floreni sint eiusdē bonitatis intrinsecæ: hoc est, ꝙ sit ita bonū aurum istud, qđ nunc reddo, sicut erat illud, qđ mihi mutuasti: alias esset secus. obstat. d.l. vinum. quia ibi debitor fuit in mora, ideo tenetur ad incrementum postea superueniēs. Item si mutuasti mihi 10. florenos grossorū ratione quatuor librarum. non possum nunc reddere florenos aureos, qa conditio creditoris efficietur deterior. ita firmat domi. Pau. de Cast. in d.l. cum quid. Facit, qđ voluit Bal. in l. si duobus. C. de cōmu. deleg. in prin. vbi dicit, ꝙ quoties aurei sunt hodie maiores, vel minores, q̄ olim, an reddi debeant ad valorē veteris monetæ: vt l. si aliqd. C. de suscepto. & arca. lib. 10. & l.j. C. de vete. nu. pote. li. 11. & decidit. Aut mentio fit a lege, & intelligit de moneta illa q̄ pro tpe currit: sed in contractibus inspicimus diem contractus. allegat no. in cle. fi. de deci. Et pōt esse ratio: qa in cōtractibus inspicimus consensum tempore contractus: vt in d.l. cum quid. sed in legibus nullus est cōsensus debitoris. Item, quia lex dat formam futuris negotijs, & non præteritis. Item, quia lex debet esse clara: vt ibi dixit Bal. Et facit, qđ voluit idē Bald. in l. quicunque. ad fi. C. de seruis fug. vbi etiam allegat ad hoc d.l. cum quid. & d. cle. fi. de deci. & idem voluit in l. illud. C. de sacrosan. eccl. ad fi. vbi dicit, ꝙ
2 † in contractibus attenditur moneta, quæ currit tēpore contractus: secus dicit in legibus, & in statutis, vt in l. acceptā. C. de vsur. in 18. quæstione. vbi dicit, ꝙ æstimatio in moneta est qualitas extrinseca artificio hominis non ex natura numismatis: iō creditor, qui mutuauit florenos, tenetͬ recipere florenos non deterioratus in pondere, vel materia, allegat no. in d.l. cū quid. Facit ēt, quod voluit d. Lud. Ro. in consi. 120. incipient. circa primum dubium, vbi approbat illam distinctionem Bal. an in ꝯtibus, an in dispositione legali, vel statutarias; vbi concludit, ꝙ in cntractibus attendimus tempus mutuationis, licet postea creuerit æstimatio monetæ. ¶ Et si quispiam opponat de dicto Bal. in l. cum certum. ff. de auro & arg. lega. vbi dixit, ego promisi tibi quinquaginta, iam sunt duo anni: Mō volo dare pecuniam ꝟm pretium, quod valet nūc florenus, creditor vult secundùm æstimationem, quam valebat tempore promissionis: decidit ibi Barto. ꝙ debet soluere ꝟm æstimationem, quam valet nunc, vbi esset in mora. secundum materiam. l. vinum. ff. si cert. petat. & sic Bar. ibi decidit, ꝙ attenditur tempus solutiones fiēdę, & non tēpus promissionis. & facit ibi tex. in ver. sed pretium præsentis temporis præstari debet: qa ad hoc rñdeo, ꝙ Bart. loquitur in alio casu, q̄ sit ca-
3 sus noster: quia nos loquimur† in mutuo, cuius natura est, ꝙ reddatur in eadem qualitate, & bonitate intrinseca: vt in d.l. cū qd. sed Bar. loquitur in ꝓmissione. & nō loquitur in mutuo. Vnde sicut si florenus esset diminutus in æstimatione, cederet in dānū creditoris: qa nulla mora cōmissa per debitorē teneretur creditor recipere florenū, licet diminutū in

in æstimatione, eodem modo cederet ad lucrũ creditoris, si æstimatio floreni esset aucta: potuerunt enim tam debitor, ꝙ creditor hanc variationem florenorum cogitare, cum sit æstimabilis, & variabilis ſm variationem, & accidentiam temporũ: nõ enim est intrinseca bonitas, sed extrinseca. Et iõ dixit Bar. in d.l. Paulus. ad fin. ꝙ damnum & lucrũ in florenis contingens pertinet ad eum, qui recipit, & per consequens ad creditorem. hoc etiam voluit Bal. in d.l. cum quid. vbi dixit, si mutuaui tibi cẽtum florenos, & tunc apud campsores florenus valebat tria, nunc vero valet duo, certe in hoc non est vis: quia cũ florenos aureos habuisti, florenos reddendo liberaris, nisi fuisses in mora: tunc enim veniret pretium. vt dicta l. vinum. & idem voluit idem Baldus in dicto capitu. quanto. Et ex istis sequitur, ꝙ augmentum floreni largi, seu ducati, pertineat ad cõmodum ipsius Hebræi: sicut etiam & ad eum spectaret damnum, si florenus, aut ducatus esse diminutus in ęstimatione. Sed dubium est, ex quo in pactis celebratis inter Hebræum & commune Senarum continetur, semper prestando a ragione di dinari qnatro Senesi per ciascaduna libra di dinari prestandi per merito & vsura di ciascaduno mese, & sic capitula illa cõis Senensis disponũt, ꝙ ad rationem quatuor denariorũ pro libra possit fœnerari; quo casu videtur, ꝙ pacta ipsa habilitent iudæum ad fęnerandum in libris, & non in florenis. Et per ꝯñs dando florenos videt̃ dare ad libras, & per consequens licet iste iudæus dederit ad vsuras florenos largos, nihilominus videt̃ eos dedisse ad libras: & sic sufficit iudæo habere libras in reddendo sibi mutuum: & per consequens accipiet florenos secundum æstimationem, quę curret tempore solutionis, & restitutionis mutui. & ꝙ
4 hoc sit verum, patet: qa huiusmodi † pacta facta cũ cõi Senensi operantur dispositionem & effectum legis: vt l. Cæsar. ff. de publica. l. penul. C. de dona. inter virum & vxo. Bal. in titu. de pace Constan. in ver. pactiones. doctores in cap. j. de proba. quinimo ligant alios, vt ligat lex: vt voluit Bartolus in dicta l. Cæsar. ꝙ ibi inducit ad pacta, quæ fiunt cum publicanis, & sic huiusmodi pactũ habetur perinde, ac si esset di-
5 spositio legis. Sed vbicunque legis † dispositio facit mentionem de moneta, vel de floreno, aut ducato, semper attenditur tempus, quo solutio est fiẽda, & soluitur secundùm illam æstimationem, quę currit tempore solutionis. hoc probat text. in l. cum certũ. de aur. & argen. leg. superius allegata. Et si dicatur, quòd ille tex. loqutur in vltima voluntate, & non in dispositione legali. Ad hoc respondeo, quòd consti-
6 tutio † æquiparatur potius vltimæ voluntati, quàm ꝯctui, licet Bartolus de hoc dubitauerit in l. suus quoque. §. si filio. ff. de hæredi. insti. vbi dubitauit, an statuta æquiparentur vltimæ voluntati, an contractui: attamen idem Bartol. in l. prima. in quæstione penulti. ff. de reg. cato. sentit, ꝙ æquiparetur vltimæ voluntati, quod expresse firmauit Bal. in titu. de pace Constan. in ver. nos Romanorum. & voluit etiã idem Barto. in l. omnium. C. de testa. vbi dixit, ꝙ statuta confirmata per superiorem possunt reuocari per ipsos statuentes, arg. illius tex. loquentis de testamento. & sic videtur æquiparare statuta vltimæ voluntati, & per dominum Petrum de Ancha. in cap. cum aliquibus. de rescrip. lib. 6. ergo sequitur, ꝙ d.l. cum certum. loquens in dispositione vltimæ voluntatis, habebit locum in dispositione iuris municipalis, & per ꝯñs habebit locum in statuto Senensi, & ꝑ ꝯñs in pactis celebratis cum cõi Senensi, quæ æquiparantur statutis Senensibus. & istud voluit Spec. in titu. de obliga. & solut. §. nunc aliqua. ad fi. & sequitur Bal. in d. l. illud. & in d.l. fi. C. cõm. de leg. & moderni in d. cap. quanto. Et potest assignari ratio optima; qa cõstitutio ipsa continuè loqt̃ vt l. Arriani. C. de hære. vñ ꝯtingente mutatione pecuniæ post eandem, de illa & ipsa constitutio loqui intelligitur. Et etiam potest allegari alia ratio; quia mutata pecunia intelligitur ad illam nouam mutationẽ mutata constitutio. l. penultima. C. qui admit. l. j. §. j. cũ simili. C. de rei vxo. actio facit tex. in cap. 2. de maledic. & capit. olim. de censi. Et sic ex istis videtur, ꝙ siue ista pacta exprimant florenos, siue exprimãt libras, oĩno
7 infert † ꝙ solutio est fiẽda ſm ęstimationẽ monetæ, ꝗ currit tẽpore solutionis. Et ꝑ ꝯñs iudæus iste non potest allegare augmentum ducati, aut floreni ad suum commodum. Præterea facit: quia in dictis capitulis dicit, ꝙ dictus iudæus possit mutuare semper ad rationẽ quatuor denariorum pro libra; quo casu omnem pecuniam datam a iudæo ad vsuras, quantuncunq; sit grossa, statim pretium redigit ad libras, & ad æstimationem: vnde æstimatio facit emptionẽ. l. j. & l. cũ dotem. & l. quoties. C. de iure doti. Bart. in l. facta. §. hæres. ff. ad Trebellianum. in l. j. §. j. ff. de superficie. glo. in l. apud Celsum. §. si cum de auctoris. ff. de doli except. & §. sed cũ ltĩma. in ea. l. Bal. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de liber. & posthum. & in l. per diuersas. C. manda. & in l. cum dotem. C. de iure dot. & in dicta l. quoties. & in l. j. & in dicta l. si inter. Et ideo talis æstimatio facit, vt pecunia mutuata nullam recipiat alterationem vel in dimutione, vel in augmento. facit l. si æstimatis. & l. æstimatæ. ff. solu. mat. & quod habetur in dicta l. Paulus. ff. de sol. Et per ꝯñs capitale mutuatum siue sit in florenis, siue in ducatis, aut in alia moneta, semper reducendum est ad quantitatem librarum, & per cõsequens licet mutuauerit florenos, ex quo recipiunt ęstimationem librarum, vr̃ ipsas libras mutuasse, & per consequens in libris est fienda restiturio mutui, eoq; magis ꝑpter maximum odium, ꝙ oĩa iura habent ad ipsas vsuras, quæ facultates exhauriũt: vt dixit tex. in c. j. de vsur. in 6. ¶ Sed licet illa sint satis colorata, & aureus videantur demulcere; tñ aduersa sententia videtur verior, vt iam plenissimè dictũ est per dominos consulentes, & ꝙ neque quoad intentionem ipsorũ contrahentium ad vsuras mutuũ cum ipso iudæo videtur, ꝙ libere sit capitale, si mutuum consistebat in florenis, aut ducatis: quinimo mutuum consistit in moneta grossa, si constitutum fuit in moneta grossa licet æstimatio sit facta per monetam minutam, quod sic ostendo, actus agentium non † operatur vltra intentionem eorum. l.
8 non omnis. ff. si certum petatur. sed intentio ipsorũ capitulorum ideo æstimauit monetam grossam ꝑ monetam minutam: quia aliquando cõtingit, ꝙ iudęus mutuat paruam quantitatem pecuniarum ad vsuras, aliquando mntuat magnam: & ideo vt tam in parua quantitate sciretur habilius, quàm in magna quantitate quid, & quantum deberet, aut posset iudæus acciperet pro vsura, habilior via fuit æstimare pecuniam grossam per minutam: aliquãdo enim capiunt mutuò quinq; solidos, qñq; decẽ: ideo facilius & expeditus fuit ęstimare monetã grossam per minutam, dicendo, quòd pro libra capiat iudæus quatuor denarios Senenses. si enim dictum fuisset in capitulis ꝑ floreno capiat tm̃, oportuisset facere alia capitula, uidelicet ꝑ floreno largo. Itẽ ꝑ quatuor: vel quinq; solidis, quos qs accipit mutuò ad vsuras a iudæo, habeat tantum: & quia illa æstimatio per libram est expeditior, vt sciamus quantum debet habere pro vsura Hebræus, accommodatius fuit æstimare monetam grossam per minutam, & maximè propter plebeios, idiotas, & fœminas accipiẽtes pecunias mutuò ad vsuras: & hac

de causa emanauit illa æstimatio tum ad tollendã,
multiplicitatem capitulorũ, tum q̃a res erit clarior;
tum quia melius percipietur, & intelligetur a quocunque vulgari, & idiota; aliàs fuisset opus apponere in capitulis multiplicem taxationem. & istud caderet in quemcũque exercitatum intellectu. l. si ita quis. ver. ꝙ si nemo sanus loqueretur. ff. de euicti. ser
9 mones † enim nostri sunt adaptandi rebus sensatis, & intellectu fruentibus: vt dicunt Auerroes, & Aristoteles, refert Bald. in rubr. C. de prob. & in l. j. C. de seruis fug. Et hoc apparet per id, quod dicitur in 16. capitulo dictorum capitulorum, vt refertur in primo consilio, qm̃ solutio vsuræ nõ potuit firmari cõmodius, ideo per reductionem ad libram fuit facta taxatio vsuræ præstandæ ad florenos; & sic videtur,
10 ꝙ † illa æstimatio monetæ grossæ per minutam dũtaxat, emanauit, vt clarius & facilius scire ius quantam vsuram deberent soluere capientis mutuò de pecunia mutuata, siue esset ĩ parua & modica quantitate, siue in magna. Et per ꝯñs nõ est cõpellendus iudęus dans mutuo pecuniã grossam ad æstimationẽ minutæ: & talis æstimatio facit illam pecuniam grossam videri emptam, stantibus præfatis capitu-
11 lis, vnde res † deducta ad vnum finẽ, nõ debet alium finem operari: & etiam quia in dictis capitulis dicitur, ꝙ debebant interpretari in fraudem ipsorũ Hebręorũ semper durante tpe contractus: sed negari non potest, quin illa verba apposita in dictis capitulis faciant aliquam dubitationem, ex quo ęstimant pecuniam grossam per minutã, vt ex inferius dicendis apparebit: ergo sequitur, ꝙ fiet interpretatio in fraudem iudęorum, cum illa verba, ad rationẽ quatuor denariorum, sint dubia: ergo sequitur, ꝙ interpretatio fiet in fraudem Hebræorũ. Et etiam in vltimo capitulo, vt dicitur in primo consilio. dr̃, ꝙ dicta pacta & capitula dẽant declarari, & iudicari in fraudem dictorũ iudęorũ: licet enim vbi verba sunt clara, nõ sit opus interpretatione, aut declaratione: vt l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de leg. 3. & ibi Bar. & l. 2. C. de legib. & ibi Bal. nihilominus
12 † vbicunq; significatũ verbi nõ est necessariũ, sed est p̃sumptiuum, admittitur declaratio. vnde dixit Bal. in c. j. §. item si vasallus. in titulo, dè controuer. inuesti. dixit, ꝙ si quis confitetur se occidisse hominem: tamẽ si ex interuallo dicat postea se occidisse ad suã defensionem, quòd tunc valet illam declaratio, & interpretatio. allegat capi. cum dilecti. de accusa. & idem voluit in l. j. C. de cõfessis. & in l. 2. C. de do. ante nup. & clarum est, ꝙ præsumptio est, ꝙ occiderit dolosè, ex quo sumus in generatione prohibitorũ: per not. in l. j. C. de sicar. & per Bartolum in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de libe. lega. per modernos in capi. bonæ. de postulatione prælatorum. & per Baldum in d. l. j. C. de confess. & cum illud est significatũ præsumptiuum, ideo recipit interpretationẽ. & facit, quod voluit Ang. in l. ab executore. ff. de appel. ꝙ si iudex condemnauit aliquem ad pęnam manus, poterit declarare, an ĩtellexerit de dextra, an de sinistra: in dubio tamen si non declaret, intelligitur de sinistra, arg. l. præses. ff. de pęnis. & c. in pęnis. de reg. iur. libr. 6. cum similibus. Facit, quod ibi voluit Bartolus, & Ioannes de Imol. facit, quod voluit Saly. in l. ea quæ. C. commi. vel epistolas, ꝙ vbicunq; intellectus verbi, vel orationis non est modus significandi necessarius, sed præsumptiuus; quia recipit probationem in contrarium, arg. eius quod no. in l. creditor. §. si inter. ff. manda. ideo si talis interpretatio cõgruit naturæ negotij, ei standum est: ita etiam ibi firmat Baldus. Et sic ex prædictis apparet manifestè, ꝙ ntentio & mens illorum capitulorum non fuit per æstimationem monetæ grossæ per minutam transferre grossam in minutam. Si vero consideremus mentem ipsorum contrahentium, eodem modo videtur dicendum, ꝙ non voluerunt monetam grossam transferre in emptionem: licet enim in dubio
13 † æstimatio faciat emptionẽ, vt in iuribus superius allegatis: tñ vbicunq; possumus aliud præsumere, & coniecturare partes ipsas voluisse, tunc per talẽ æstimationem non fit emptio. vnde dicebat Bal. multũ sin. in l. j. C. pro socio. in 8. quæstione, ꝙ si do asinam meam in socidam in quinquennium, & illam feci æstimare, ꝙ talis æstimatio non facit emptionem. l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro socio. l. 3. ff. loc. & hoc per regulam traditam in l. cum manu sata. §. nemo. ff. de contrahend. emptio. fuit enim facta illa æstimatio, vt videatur valor illius asinæ, si forte veniret casus, ꝙ asina periret, vt sciretur, quãtum socius deberet resarcire, & lucre pro parte sua: & sic nõ est verum dicere simpliciter, & semper, ꝙ æstimatio faciat emptionem: debet enim attendi materia, super qua fit illa æstimatio, vtrum fiat ad hoc, vt celebret venditio: ideo talis æstimatio in casu nostro non est facta a partibus, vt fiat venditio. facit. l. æstimatæ. ff. solu. matri. & l. res in dotẽ. ff. de iure doti. & in l. si q̃s stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solu. & iõ floreni sunt in obligatione, & per consequens moneta grossa. Et iõ videmus, ꝙ quotidie fit in instrumẽtis, mutuauit centum ducatos ad æstimationem. 32. solidorum pro ducato: quia talis æstimatio non fit, vt moneta grossa transeat in minutam, sed vt sciatur, quantũ valeat ducatus. & sic talis ęstimatio nõ facit emptionem. Et ideo Bal. in l. j. C. de iure do. ad fi. dicit, aut est promissus fundus æstimatus vera æstimatione, nõ ea mente, vt talis æstimatio sit loco pretij, sed vt si res deterioretur, sciamus quantitatem deteriorationis, & tũc æstimatio non facit emptionẽ, allegat no. ĩ d. l. cũ manu sata. §. nemo. ff. de ꝯh. emp. & facit, q̃d no. in d. l. cũ dotẽ. & l. si inter. C. de iure dot. vnde si partes voluissent exp̃sse facere, ꝙ æstimatio non faciat venditionem, bene potuissent: vt in iuribus p̃alleg. Et facit, q̃d voluit gl. & Bal. in l. quoties.
14 C. de iure do. vbi dicitur, ꝙ si dos † est æstimata, seu res est data in dotem æstimata, modo soluto matrimonio maritus vult restituere eandem rem nõ deterioratam, nec in bonitate, nec in pretio, an possit: & concludit ibi glos. ꝙ sic: & sic æstimatio non facit emptionẽ expressa dispositione partium, nec etiam ex coniecturata voluntate ipsorum contrahentiũ: vt quando æstimatur res data in socidam: vt voluit Bal. in d. l. j. Vnde in casu nostro contrahentes nõ videntur æstimasse pecuniã grossam per minutã, vt facerent emptionem, sed vt scirent quantitatẽ vsuræ soluendæ: quia natura talis contractus nõ est, vt ęstimatio faciat emptionem: sed est, vt sciatur quantitas vsuræ soluendæ. & per cõsequens contrahentes ipsi videntur voluisse id, quod natura contractus requirebat: vt d. l. cum quid ff. si cer. pet. Facit etiã, q̃d voluit Io. Andr. in c. j. de cõmo. & ibi per moder. vbi dixit, ꝙ si fiat æstimatio rei in contractu, de cuius natura est, vt transferatur dominium, aut ęstimatio fit ad finem emptionis, & tunc cõstat, & hoc facit emptionem: aut fit æstimatio non ad finem emptionis, sed vt sciatur, an crescat, vel descrescat valor rei, & tunc facit emptionem, sed operatur effectum, de quo in d. l. si inter. C. de iure do. Et sic apparet, ꝙ æstimatio põt fieri ad finẽ, vt nõ faciat emptionẽ, & ꝙ possit apparere per cõiecturas, ꝙ non fiat ad finem emptionis, apparet ex eo, ꝙ voluit dñs Sal. in l. ex cõuentione. C. de pact. vbi dicit, ꝙ ibi fuit facta æstimatio ad finẽ emptionis. & ĩ dubio credit facta ad finẽ emptionis. ipse dt se hoc intelligere verũ, si iusta, vel ei p̃xima sit æstimatio. & sic sentit ibi Sal. ꝙ eo casu, quo

quo æstimatio facit emptionem, debet cõgruere valori ipsius rei æstimatè. facit in arg. glo. in l. j. §. j. ff. de superficie. Et sic apparet, ꝙ ex coniecturis constare potest, ꝙ æstimatio non facit emptionem. & idẽ voluit Baldus in dicta l. j. in versiculo. circa primũ punctum, & etiam dixit idem Saly. in d. l. ex cõuentione. sed intellige dicta ibi de re data in dotem æstimata, quando ab initio res data in dotem fuit æstimata: secus si ex post facto: quia ad declarationẽ deteriorationis, vel meliorationis intelligetur æstimata. Et sic apertè sentit, ꝙ ex coniecturis potest nobis cõstare, ꝙ partes æstimando rem nõ fecerunt emptionẽ, & idem voluit Bald. in d. l. ex conuentione. & ibi etiã dixit Bal. ꝙ quando æstimatio non est condigna rei: tunc non facit emptionem. & sic apparet, ꝙ ex coniecturis colligimus, ꝙ æstimatio non facit emptionẽ. facit, quod singulariter voluit idẽ Bal. in l. si pascẽda. C. de pactis. ad fi. vbi dixit, ꝙ vbicunq; bos æstimatus datur in socidam, & fructus debẽt esse cões, tunc nunquam æstimatio facit emptionem: nam si esset emptio, fructus essent solius emptoris. & ideo dat regulam, ꝙ vbicunq; æstimatio in contractu, in quo tota vtilitas non pertinet ad recipientem, nõ facit emptionem, allegat. d. l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro socio. Nec obstant allegata in ꝯrium, cũ dicit, ꝙ hmõi pacta sunt leges, & dispositio legis loquẽs de moneta, intelligit secundùm tps solutionis: quia concedo hoc esse verũ per iura superius allegata. Sed in casu nostro ista expressio nõ fit in istis capitulis, sed fit in ipsis contrahentibus dante mutuum, & recipiente: quo casu vendicat sibi locum consilium Bal. quod refert, & sequitur do. Pe. de Ancha. in d. clemen. fi. de decim. & iura superius alleg. Nec obstat cum dicitur, ꝙ æstimatio facit emptionem: quia satis est responsum per superiora dicta.

EPITOME.

¶Legatũ vsusfructus pio loco, vel ciuitati ꝑpetuo factum durat centum annis regulariter. In hoc tamen consilio, quia relictum erat pro celebrandis missis pro anima defunctorum, consuluit conuentũ sancti Francisci quandiu celebrauerit missas percepturum legatum prædictum.

SVMMARIVM.

Vsusfructus pio loco simpliciter relictus finitur lapsu centum annorum. idem in relicto annuo, vel emphyteusi &c. ciuitati concessis. 2. 3. & quid si dicatur perpetuo. nume. 6. vsque ad finem. nu. 1.

Dictio perpetuo, multipliciter accipitur. nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

Intellectus. l. si vsusfructus. de vsufr. leg. & l. an vsusfructus. ff. de vsufruct. nu. 12.

CONSILIVM XX.

Clementissimum Deum & pijssimum Saluatorẽ nostrũ Iesum Christum ex corde, & animo ex oro, vt in hac consultatione veritatem sua solita clementia mihi manifestam aperiat: quia causa pauperum est, & etiam beati Francisci in extrema pauperie, qui voluntariè Christum pauperẽ sequitur. Quare viso puncto & maturè intellecto & examinato solẽni animaduersione, vr̃ prima consideratione dicendũ, ꝙ per lapsum centum
1 annorũ vsusfructus iste † sit finitus, & consolidatus cum proprietate, hoc decidit text. in l. si vsusfructus municipibus legatus erit. in ver. centũ annos obseruandos esse constat; qui finis vitæ longissimus est. ff. de vsufr. leg. vbi vsusfructus legatus durat centũ an-
2 nos. & idẽ ibi dicit † Vgolinus esse in annuo legato facto ciuitati, qđ est ĩ vsufructu legato ciuitati, vt ẽt finiat spatio centũ annorũ. & idẽ sequitur ibi Bart. & facit. l. pen. & l. annua. ff. de annu. leg. & ꝓbat rõne: nã inter vsumfructũ & relictũ annuũ est simitudo rr̃, nisi in ijs, in qbus expssa dissimilitudo apparet. Nec obstant iura, quæ dñt, ꝑpetuo deberi: quia intelligunt̃ ꝑpetuo, vsq; ad centũ annos, qđ est longissimũ vitæ tps: vt in l. fi. C. de sacrosan. eccl. Et plus dixit gl. in d. l. si vsusfructus. an idẽ sit in ecclesia, qđ est in ciuitate. nã ibi text. loquitur de vsufructu relicto certæ ciuitati, q durat annis centũ ex dispositione iuris, an idẽ sit in vsufructu relicto ecclesiæ, & glo. quã ibi sequit̃ Bar. decidit, ꝙ sic, allegat. l. an vsusfructus. ff. de vsufru. facit tex. ibi in uersi. vnde sequens dubitatio est, quousq; tuendi essent in eo vsufructu municipes, & placuit per centũ annos esse tuendos municipes: quia is finis vitæ lõgeui hoĩs est. & ibi gl. q̃rit, quid si relinquatur vsusfructus ecclesiæ, gl. rñdet idẽ: quia paria sunt relinquere vsumfructũ ciuitati, & relinquere ecclesiæ, allegat. l. fi. C. de sac. san. eccl. & d. l. si vsusfructus. & idẽ dicit Bal. in d. l. an vsusfru-
3 ctus. in emphyteusi concessa † ciuitati: qa cũ emphyteusis de sui nã, habeat nãm tpalem, vr̃, ꝙ finiat̃ per cẽtum annos, & ita ẽt dicit in feudo. & ideo iurisdõnes, quas hñt ciuitates in feudis, egent renouatione de centum annis, in centum annos, argu. illius l. fm Bal. & faciat ratio formalis illius l. an vsusfructus. in versi. qua ratione proprietas inutilis esset futura. nã iura statuerunt vsumfructũ finiri morte vsufructuarij, vt ibi. ideo ciuitas a iure pręsumitur viuere centũ annis, & ita ecclesia ad hoc vt dicat̃ finitus vsusfructus relictus ciuitati, seu ecclesiæ. Cum ergo in casu nr̃o vsusfructus ipsorũ redditũ fuerit relictus conuentui fratrum sancti Francisci, dicitur durare per centum annos: cum ergo elapsi sint centum anni, quibus factum fuit legatum vsusfructus dictorum redditũ, sequit̃, ꝙ est finitis dictus vsusfructus. vnde siue sint annuũ relictũ, siue sit legatũ vsusfructus, expirasse vr̃ spatio centum annorũ. Nec obstat, ꝙ conuentus fratrum sit priuilegiatus: quia etiam pauperes hospitalis de vita sunt etiam priuilegiati: vt l. id quod pauperibus. C. de episcopis & clericis. capitu. ex tenore. de foro competenti. & etiam ipsum hospi-
4 tale de vita æpuiparantur enim hospitalia † ecclesijs in priuilegijs, & exemptionibus: vt in l. omnia priuilegia. & ibi Barto. C. de episcopis & clericis. Ioannes And. in c. 2. de in integrum resti. facit cap. requisisti. de testa. cap. fi. eo. ti. c. officij. eo. tit. ca. accedentibus. de priuilegijs. & pulchrè dicebat Bal. in authentica. licentiam. C. de epis. & cle. ꝙ illa auth. habet locum in hospitalibus, & in authẽtica. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis eccl. dixit, ꝙ dispositio illius authẽtica. habet locum in hospitalibus, & per consequẽs eodem priuilegio gaudent bona hospitalium, quo gaudent bona ecclesiæ. & sic bona hospitalis de vita gaudent priuilegio, quo gaudent bona conuentus sancti Francisci: cum tale hospitale sit hospitale publicum, & auctoritate episcopi ædificatũ: vt not. gl. in c. ꝙ qdã. 18. q. 2. & Bal. in l. orphanotrophos. C. de epis. & cle. & in l. si quis ad declinandã. eo. titu. &
5 in d. authen. hoc ius. & etiã facit † quia priuilegiatus non gaudet priuilegio cõtra pariter priuilegiatum: vt no. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & in c. in præsentia. de proba. Et ista erant quæ iudicio meo poterant reddere dubiam præsentem cõsultationem. ¶Et licet ista sint colorata, & apparentia satis; attamen casum nostrum non attingũt: ideo illis

non obstantibus contrariū puto esse de iure verius: videlicet ꝙ non sit finitus vsusfructus præfatus. Et ad hoc ostendendum oportet accuratissimè considerare verba ipsius testamenti, quæ hoc modo sunt cōcepta, videlicet. Item reliquit pro animabus prædictis, & pro missis pro animabus prædictorum, cōuentui fratrū minorū sancti Francisci de Bononia, reliquam partem omniū dictorum vsufructuū, pensionum, redditūum, & prouētuū perpetuo recipiēdorū ex domo prædicta, vt supra, iubens & mandās dicta testatrix, ꝙ dicta domus ꝑpetuo vendi vel alienari quoquomodo non possit. Et sic apparet ex dictis verbis, ita formaliter cōceptis ab ipso testatore, ꝙ pro missis celebrandis pro animabus suorum defunctorum reliquit dictum vsumfructum, & voluit percipi ꝑpetuo: & sic non simpliciter legauit vsumfructum prædictū, sed adiecit illā qualitatem, ꝙ ꝑpetuo percipiatur. & plus etiā addit, ꝙ domus ex qua talis vsufructus percipi debebat, non possit aliquo modo alienari. Quæ verba alterant & modificant naturam vsusfructus legati: quia cū legatum vsusfructus duret spatio centum annorum: vt probant iura allegata superius, tamen illa verba perpetuo percipiendorum alterant naturam talis legati, vt morte, aut centum annis non finiatur, ꝙ sic ostendo.

6 Et ante omnia ꝓmitto, ꝙ illa dictio † perpetuo, multipliciter exponitur a iure. vnde tex. in l. j. ff. pro socio. dicit, ꝙ societas potest coiri in perpetuū, idest dum viuunt. & ibi gl. dicit, non autem in æternum. & sic dictio perpetuo exponitur ad vitam. Alio modo exponitur ꝑpetuo, idest generaliter. l. edita actio. C. de edendo. alio modo vsque ad 30. vel 40. annos: vt instit. de perpe. & temp. actio. in prin. alio modo, idest sine interuallo, siue continue. l. humanitatis. C. de impuberum. alio modo exponitur, idest sine tēporis præfinitione. l. 3. ff. de excep. ita dixit glo. ma. in l. j. ff. pro socio. alio modo exponit glo. solennis in c. clericos. de coha. mul. & cler. idest, donec pęnitue rit. & licet multi magnifaciant illam glo. tamen gl. allego similem. j. q. j. c. non est enim. facit glo. in c. vt circa. §. j. de electio. lib. 6. quę exponit perpetuo, idest generali, glo. in l. prætor ait. §. hoc interdictum. ff. de operis no. nunc. exponit perpetuo. i. vsque ad 30. annos. facit. c. fina. de rescrip. lib. 6. ubi perpetuū dicit, quod durat ad uitam hominis, & gl. in l. nā imperator. ff. de legibus. exponit. i. decēnio. & Bart. in auth. quibuscūque modis. C. de sacrosan. eccl. dicit, ꝙ cōcessio vsque ad tertiam generationem dr̄ temporalis, & non perpetua. Et sic Bar. intelligit, ꝙ perpetuū dicitur, quod se extendit vltra tertiam generationē, quasi perpetuum sine temporis præfinitione. & facit gl. in proęmio. C. & ibi no. Bal. in l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. Et ideo Bal. in titu. de pace Constan. in verbo, nos Romanorum. vbi imperator dicit velle illam pacem esse perpetuā. i. quandiu seruaretur fides. vel exponit perpetuam. i. sine præfinitione temporis: quia imperator facit illam pacem nomine sedis, & imperiū non moritur, in auth. qūo oportet episcopos. in c. si gratiosè. de rescri. lib. 6. Et hoc dicit procedere ex parte imperij, sed ex parte ciuitatum, exponitur imperpetuum. i. vsque ad uitā

7 ciuitatis: nam † ciuitas mori potest, si authoritate superioris damnetur ad aratrum, vt no. Inn. in c. cum ex iniuncto. de operis no. nū. Item si pereat alluuione, uel chasmate, item si fuerit posita in bāno. D. Papæ s̄m Hug. & Odofr. & facit, ꝙ no. per oēs scribentes in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerb. ob. Et sic Bal. exponit illam dictionem perpetuo, qn̄ adiungit ciuitati. i. donec durat, seu viuat ipsa ciuitas, sed ciuitas & ecclesiæ æquiparantur: vt in d. l. fi. C. de sacrosan. eccl. ergo seqtur, ꝙ illa verba ꝑpetuo, recipiendorum per conuentum beati Francisci, important, donec durauerit conuentus beati Francisci. Et facit, quod voluit Io. And. in c. 2. in verbo, perpetuo.

8 de hære. li. 6. verba † enim sunt exponenda & intelligenda secundum qualitatem personæ, cui adiungū tur. l. ideq;. §. idem Labeo. ff. manda. l. plenū. §. eqtij. ff. de vsū. & ha. Et ideo Bal. dicit ī l. liberti. C. de ope. liber. ꝙ si fiat proclama, ꝙ vnusquisq; vadat ad exercitum, intellectum secundum qualitatem personæ, an veniat pedester, an equester, & in l. ex militari. ff. de test. mili. dixit idem Bal, ꝙ si concessum est alicui episcopo, ꝙ possit celebrare tēpore interdicti: ꝙ intelligitur, ꝙ possit celebrare in pontificalibus secundum qualitatem, & conditionem personæ: quia eps est. & idem Bal. in d. §. equitij. dixit, ꝙ si reliquit maritus vxori viduæ lectum, intelligitur non de serico, sed secundū ꝙ lectus conuenit mulieri viduę. Et pulchrè dixit Innoc. in cap. pastoralis. de dona. ꝙ aliter interpretatur donatio, si fiat loco religioso, & aliter si fiat archidiacono, vel archiepiscopo. Et ideo in casu nostro cum testator voluit, ꝙ conuentus beati Francisci possit perpetuo percipere vsumfructū dictorū reddituum dictæ domus, dicta verba ꝑpetuo, sunt intelligenda s̄m qualitatem, & conditionē cōuentus, qui ꝑpetuo, & sine fine dicitur durare. nec est speranda aduersa fortuna: vt in d. l. inter stipulantem. §. sacrā. Si aūt extingueretur ille sanctus ordo, aut conuentus: tunc est recurrendum ad no. in l. pater filium. §. Tusculanus. ff. de leg. 3. & per scribentes ibi. & ꝑ eos in l. hæreditas ex die. ff. de hære. insti. & ꝑ modernos in c. nos quidem. de testa. & in c. ad qōnē. de re. permu. & Bal. in l. monumenta. C. de lega. Cū ergo in proposito nostro illa verba ꝑpetuo &c. multipliciter exponantur, vt est dictum, recipiunt decla

9 rationem, & interpretationem † prout congruit materiæ, & personæ. & qualitati & conditioni personę, cui adiunguntur, & per consequens intelliguntur, idest sine præfinitione temporis: & ista iudicio meo enucleant in aperto nōdum præsentis consultationis: & sufficerent ad victoriam conuentui beati Frācisci, cuiq; in iure exercitato viro patere potest. Sed quia, vt inquit ille philosophorum facile princeps Aristoteles, sermones nostri veriores efficiuntur, si ad particularia, & indiuidua descēdamus, ideo pro clariori decisione dico istam qōnē fore decisam in indiuiduo. per tex. quem ad hoc reputo singularem, & vnicū in d. l. si vsusfructus municipibus. ff. de vsufru. lega. in vers. quousq; in eo vsufructu tuēdi sunt, nam si quis eos perpetuo tueatur, nulla vtilitas erit nudæ proprietatis, vbi si relinquitur vsusfructus ciuitati, non debetur perpetuo, sed durat cētum annis, qui tex. probat simpliciter, ꝙ si vsusfructus relinqueretur perpetuo, duraret vltra centū annos: & sic duraret perpetuo. cū ergo in casu nr̄o testator voluit, ꝙ conuentus sancti Francisci perciperet perpetuo vsumfructū redditus dictæ domus, sequitur, ꝙ vltra centū annos durat, & sic sine præfinitione t̄pis. Et ꝑ certo casus est ibi aureus, ꝙ si vsusfructus relinquit perpetuo durabit, & non finietur finitis cētum annis. ¶ Et si dicat, ꝙ illud verbum perpetuo, non importat præcisè t̄ps sine præfinitione, imo exponitur multifariè, vt superius fuit oñsum: ideo ibi non importat actū sine præfinitione t̄pis. Ad hoc r̄ndeo, ꝙ sufficit, ꝙ iurisconsultus, ita exponat illud verbum perpetuo. i. sine præfinitione temporis. vnde statur declarationi & interpretationi legis, sed ī d. l. si vsusfructus. ita exponitur illa dictio ꝑpetuo: quia dicit, ꝙ intelligatur sine præfinitione t̄pis: quia si legatū vsusfructus non finitetur spatio centum annorum, sed duraret perpetuo, proprietas esset inutilis: & sic videtur ibi casus in terminis decidens hanc dubitationem.

tionem. Preterea est summopere animaduertendũ; quia in dicto testamẽto dicitur, reliqui pro animabus pdictis, & pro missis celebrãdis pro aĩabus prędictorum conuentui fratrum minorum &c. vnde istud legatum concernit onus quoad ipsos fratres: quia tenentur celebrare pro animabus prædictorũ, & concernit commodum quoad ipsas animas illorum defunctorum. c. animæ defunctorum. 13. q. 2. Vnde tale legatum non concernit causam merè lucratiuam quoad ipsum conuentum: quinimo legatũ est, do, & lego, vt facias: vnde illa verba, vsumfructũ perpetuo percipiendũ. exponenda sunt, hoc modo, quãdiu fratres celebrauerint missas pro animabus prædictorum defunctorum habeant, & pcipiãt dictum vsumfructum. & hanc expositionem dedit Bal. in præalleg. titu. de pace Constan. in ver. pacem perpetuam, vt iam superius retuli, ꝙ quandiu seruauerint fidem, pax erit. Ita in proposito, quãdiu dicti fratres, & conuentus beati Francisci celebrauerint missas pro aĩabus prædictorum, percipiant dictum vsumfructum. Et iste est proprius intellectus, & verus illorũ verborũ: ergo sequitur, ꝙ sine præfinitione tpis testator voluit, ꝙ conuentus præfatus & fratres beati Francisci celebrauerint missas pro aĩabus prædictorũ pcipiant dictũ vsumfructũ. Et iste est ꝓprius intellectus, & verus illorum verborũ, ergo sequitur, ꝙ sine præfinitione tpis testator voluit, ꝙ cõuentus pfatus pcipiat dictum vsumfructũ, dũmodo fratres celebrauerint missas ꝓ animabus prædictorum, & per consequens non finietur istud relictum spatio centum annorum. & istud est verisimilius, & cadit in omnem exercitatum intellectum: quia ex quo testator in hoc ꝓuidit animæ suæ, & suorũ, volendo ꝙ celebrarent, præsumẽdum est, ꝙ voluerit, ꝙ sine præfinitione temporis celebrent missas pro quiete animarum prædictorum: & per ꝯns sine præfinitione tpis percipiant istum vsumfructum reddituum dictæ domus. & iste intellectus est capiendus. Primo; quia verba hoc important, vt ostensum est, & illud testator voluit, quòd verba sua indicãt: sunt enim voces signa earum, quæ sunt in aĩa passionũ notæ: vt in primo periermenias. & l. Labeo. ff. idem Tubero. ff. de supp. le. cum simil. Et etiam mens ipsius testatoris iste fuit, ex quo considerauit commodũ animarum proueniens ex celebratione missarũ. & iõ vbi manifestissimus est testatoris sensus, nusquam ĩterpretatio verborũ tm̃ valet, vt melior sensu existat. l. 3. C. de liber. præte. & facit c. Marchion. j. q. j. & c. intelligentia. & c. præterea. de verb. sig. nã sermones nostri debent adaptari rebus sensatis, & intellectu fruẽtibus: vt voluit Auerroes & Aristoteles, quos sequitur Bal. in rub. C. de probati. & in l. j. C. de seruis fug. & facit tex. in l. si ita quis. in ver. qđ nemo sanus loqueretur. ff. de euictio. Vnde stantibus verbis expressis in dicto testõ, quilibet sani & integri capitis fateretur hoc de plano, ꝙ testator voluit, ꝙ sine præfinitione tpis voluerit conuentũ beati Francisci posse percipere vsumfructum redditũum dictę domus ꝓ tertia parte, ex quo voluit missas celebrari perpetuo in fauorẽ animæ ipsius testatoris, & suorum. Præterea facit etiam tex. in l. Proculus. ff. de vsufructu. vbi onus appositum ampliat dispositionem; & modus & forma tradita in dispositione declarat mentem disponentis, & ex ea augetur effectus: vbi licet testator dicat, lego vsumfructum cum seruitute altius non tollendi, videtur legare proprietatẽ, licet dicat lego vsumfructum. & hoc est propter naturã inserti oneris, seu ĩ appositione seruitutis, quæ aliàs nõ caderet in vsufructu formali. & ibi Bal. dicit esse argumentũ, ꝙ si testator legat vxori vsumfructũ fundi, hoc addito, ꝙ ipsa non possit vsumfructũ vẽdere, vel alienare, ꝙ uidetur sibi legare plenam proprietatem: ideo dicit esse ibi casum expressum, allegat in argumẽ. l. si stipulatus. ff. de vsuris. & sic casus est ibi rotundus, ꝙ testator ex verbis expressis in testamento circa legatum vsusfructus vĩ alterare naturam legati. Ita est in proposito dicendum, ꝙ licet legando vsumfructum simpliciter ecclesiæ, vel ciuitati, videatur sentire, ꝙ ille vsusfructus duret per centũ annos, nihilominus ex verbis illis cũ dixit, vsumfructum perpetuo percipiendum pro celebrandis missis pro animabus prædictorum, sentit apertè & clarè, ꝙ legat illum vsumfructum perpetuo sine pręfinitione temporis, adeo ꝙ finitis centũ annis durabit perpetuo dictum legatum. ¶ Et si quispiã dixerit, ꝙ eodem modo prodest animabus ipsius testatoris, & parentum suorum, si illud legatum vsusfructus finiatur, & extinguatur finitis centum annis, & consolidetur cum proprietate, & veniat ad pauperes hospitalis de vita, sicut si veniat ad cõuentũ fratrũ minorũ beati Francisci: ergo non est ita insistendum circa fauorem animę ipsius testatoris erga cõuentum sancti Francisci. Ad hoc est dicendum, ꝙ imo est insistendum ex eo: quia maius commodũ quoad animã acqrĩt dicto testatori, si legatũ duret erga conuentum beati Francisci, quàm erga hospitale de vita ex eo: quia ibi fratres conuentus tenentur celebrare pro animabus testatoris, & parentum suorum: & ideo magis releuatur anima a pęnis ꝓpter celebrationem diuinorum: vt probat tex. ĩ. cap. pro obeuntibus. in versic. presbyter eorum faciat memoriã. 13. q. 2. & per cõsequens maior fauor est animę ipsius testatoris, ꝙ legatum duret in conuentu ipsorum fratrum, ex quo pro missis celebrandis pro animabus testatoris, & parentum suorum emanauit: ergo potius debet remanere apud conuentũ fratrum prędictorum. Pręterea dicitur in dicto testamento, perpetuo percipiendum vsumfructũ &c. quo casu si testator duntaxat legasset vsumfructum cõuentui beati Frãcisci simpliciter, & absolutè, certũ est, ꝙ tũc durasset tale legatũ per cẽtum annos: vt probant iura allegata superius. Modò in casu nostro fuerunt apposita illa verba, perpetuo, quæ debent aliquid operari: non ergo est dicendũ, ꝙ frustra fuerint apposita. Deus eñ & nã nihil agũt frustra, & ars ẽt nihil operaĩ in uanũ, quę imitaĩ nãm inquantũ potest: ut probat tex. ff. de adoptio. l. nam adotio. ubi dicitur, ꝙ filius nõ põt esse senior patre. & facit, quod voluit Bal. in l. j. C. de seru. fug. Sicut ergo natura nõ abũdat in superfluis, ita nec ars, & per consequens nec lex, aut contractus. & ideo Baldus dicit in rubrica. C. de contrahen. emptio. uersiculo, 10 nonò quæro. quòd nedum clausulæ † appositæ in cõtractu debent aliquid operari, sed etiam minimum verbum non debet esse sine ministerio aliquid operandi, si fieri potest. l. si stipulatus. ff. de vsur. & pulchre dixit Baldus in l. lecta. ff. si certũ petatur. ꝙ omnia verba instrumenti sunt ponderanda, per illum text. monet enim nos lex, vt totum instrumẽtum legamus. l. argentarius. §. edi. ff. de eden. facit glo. in capitulo si Romanorum. 19. distin. quæ dicit, ꝙ quodlibet verbum appositum in lege, est appositum cum ministerio operandi, & facit, quod voluit Baldus in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. & Bartolus in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 7. quæstione. ff. de verb. obli. & tex. in l. j. ff. quod metus causa. dixit, ꝙ syllaba non est apponenda superfluo in lege: ita est dicendum in proposito, quòd illud verbum perpetuo, non fuit appositũ superfluo in dicto testõ per ipsum testatorem: ideo debet operari effectum, quẽ potest operari ex iuris dispositione. l. si quando. ff. de lega. j. cum simili. Et per consequens ista est veritas,

quòd illud verbum perpetuo, fuit appositũ a testatore, vt illi fratres sancti Francisci perpetuò, & sine temporis præfinitione celebrent missas pro animabus defunctorum ipsius testatoris, & percipiant dictum vsumfructum sine temporis præfinitione. & sic tam verba ipsius testatoris, quam etiã mẽs eius important hoc. Præterea facit etiam, & istud etiam est diligenti animaduersione pensandum: quia in dicto testamento dictum est, iubens, & mandans dicta testatrix, ꝙ dicta domus ꝑpetuo vẽdi, vel alienari quoquo modo non possit &c. quæ clausula apponitur coniunctim cùm illa clausula, itẽ reliquit cõuentui fratrum minorum &c. & in fine ipsius testamenti instituit in omnibus suis bonis &c. pauperes hospitalis de vita &c. nec in dicta institutione testatrix prædicta apposuit aliquam prohibitionem alienationis: vnde videtur, ꝙ formaliter dicta testatrix intellexit, ꝙ ideo apponebat illam clausulam, ꝙ perpetuò non posset alienari, vel vendi ex eo: quia volebat ex dicta domo percipi vsumfructum perpetuò sine præfinitione temporis: quia nõ est dare bonam rationẽ diuersitatis, quare in generali institutione, quam dicta testatrix fecit de omnibus suis bonis, de dictis pauperibus hospitalis de vita, non apposuit prohibitionẽ alienationis: qa verisimilius debuit apponere illam prohibitionem in institutione omnium bonorum suorum potius, quàm in dicta domo, & tamen non apposuit illam ꝓhibitionẽ: qa cum volebat, ꝙ dicti legatarij perciperẽt perpetuò vsumfructũ dictę domus, opus fuit, ꝙ testatrix mandaret in testamento illo, ꝙ dicta domus perpetuo vendi, vel alienari non possit, quod euidentius apparet: quia in eodem legato, & in eadem oratione testatrix apposuit illa verba: dixit enim, lego conuẽtui fratrum &c. iubẽs & mãdans &c. Ex quibus verbis liquido apparet, ꝙ volũtas testatoris fuit, ꝙ perpetuo dicti fratres perciperent dictum vsumfructũ reddituum dictę domus: nam ex precedẽtibus & ex sequentibus verbis ipsius testamenti clarissimè cõprehenditur voluntas defuncti. l. fi. ff. de hære. insti. l. regula. §. & licet. in versi. initium constitutionis demonstrat. ff. de iuris & facti igno. l. Citia. §. idem respondit. ff. de verb. obli. cũ simil. Et facit etiã, quod voluit Ang. in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. Et sic multifarie, multisque modis ostensum est, ꝙ dicta testatrix voluit vsumfructum prædictum nõ
11 finiri, sed perpetuo † deberi, & posse percipi per fratres prædicti conuentus: quia cum voluit, ꝙ perpetuo ꝑciperet, & ꝓhibuit, ne posset aliquo modo vendi, vel alienari, videt̃ voluisse, ꝙ ꝑpetuo capiãt dictũ vsumfructum de manibus hæredũ ipsius testatricis. Et hæc est veritas indubitata. ¶ Non obstant allegata in contrarium superius: primo cũ dicitur, ꝙ vsusfructus relictus ciuitati, durat centum annis, idem si relinquatur ecclesiæ: vt in dicta l. si vsusfructus. qa
12 † concedo hoc esse verum, quãdo simpliciter, & absolutè relinquitur vsusfructus ciuitati, vel ecclesiæ: sed quando relinquitur nõ simpliciter, nec absolutè, sed relinquitur perpetuo, vt fuit in casu nostro, & concurrentibus alijs coniecturis, & verbis expressis in testamento per ipsam testatricem, & concurrente causa potissima, & finali ipsius legati: quia causa inductiua ipsius legati fuit celebratio missarũ pro anima ipsius testatricis & parentum suorum: facile comprehẽdit vnusquisque exercitati ingenij vir, ꝙ testatrix voluit non finiri dictum vsumfructum per centum annos: vt superius fuit plenissimè ostensum, & ita etiam respondeo ad gloss. dicta l. si vsusfructus. dictę lege an vsusfructus. quia & loquitur, quando simpliciter relictus est vsusfructus. ecclesiæ; nec apponitur causa habens tractum de futuro, vt in casu nostro. Nec loquitur, quando legatarius tenetur ex parte sua adimplere aliqd: vt fuit in casu nostro: quia tenentur fratres celebrare pro animabus defunctorum ipsius testatricis. Et etiã casus est in terminis in dicta l. si vsusfructus. vt fuit ostẽsum superius. Nec obstat, quod dixit Bald. in dicta l. an vsusfructus. de emphyteusi, vel feudo cõcessis ciuitati: quia durant per centũ annos tales inuestiturę. quia Bald. non loquitur in casu nostro: nõ enim loquit̃, qñ iurisdõ, vel feudum fuit ꝯcessa aut cõcessum ecclesiæ perpetuo, concurrentibus his, quæ in isto testamento concurrerunt, vt est dictũ. Nec obstat, cũ dicitur, ꝙ proprietas erit inutilis perpetuo, quod iura abhorrent: vt in dicta l. an vsusfructus. cũ similib. quia concedo istud, ꝙ iura ideo voluerunt, quòd relicto vsufructu ciuitati, vel ecclesiæ, duret per centum annos, ne proprietas sit ꝑpetuo vacua & inutilis. & loquuntur iura, quando simpliciter relinquitur vsusfructus, nec aliud apparet de voluntate testatoris relinquentis: ideo tunc standum est voluntati ipsius testatoris: potuit enim apponere legem, quam voluit rei suæ: vt not. in l. si quis ita paciscatur. C. de pactis inter empt. & vend. vbi potest fieri pactum, ꝙ in re vendita emptor non possit construi facere monumentum, nec capellam secundùm Bald. ibi. nec dicitur contra libertatem ecclesiasticam secundùm Bald. ibi. Facit, quod no. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. oblig. vnde potuit testator disponere, ꝙ tertiam partem redditũ caperent fratres conuentus sancti Frãcisci pro missis celebrandis: maximè cũ pauperes dicti hospitalis de vita sunt etiam in eodem casu: qa ipsis etiam legatur alia tertia pars reddituum: vt in dicto testamento habetur. Nec obstat, cũ dicitur, ꝙ hospitalia gaudent priuilegio ecclesiarum: quia hoc concedo: sed in casu nostro attenditur voluntas, & dispositio ipsius testatoris. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demon. cap. cum voluntate. de sentent. excom. l. 3. C. de lib. præte. l. scire oportet. §. vel maximè. ff. de excu. tu. l. cum mulier. ff. solu. matrim. cũ simi. Et ideo non attendemus hoc casu ad priuilegia indulta hospitalibus, aut ecclesijs: sed attendemus ad voluntatem testatricis, quæ pro lege est seruãda. authent. de nupt. §. disponat. Nec obstat, cum dici-
13 tur, ꝙ vnus priuilegiatus nõ † gaudet priuilegio ꝯ alium priuilegiatum: quia istud est verum simpliciter: fallit, nisi appareret de mẽte disponentis: posset enim disponens plus relinquere vni priuilegiato, quàm alteri. & ideo hoc casu cum testator disposuerit, ꝙ talis vsusfructus percipiatur ꝑpetuo sine tẽporis præfinitione: ergo poterunt fratres dicti conuentus beati Francisci perpetuò percipere: non obstante ꝙ pauperes hospitalis sint hæredes instituti: quia lex potest vnum priuilegiatum præferre alteri: ita etiã & ipse testator. facit, quod not. in c. in ꝑsentia. de proba. & ideo dixit Bal. in dicta l. iubemus. C. ad Trebell. ꝙ priuilegiatus vtitur priuilegio cõtra priuilegiatum: puta si est reus, ita est in casu nostro: qa iste cõuentus fratrum est in possessione reddituum prædictorũ, & tractat de damno euitando: qa ꝑ cẽtum annos, percepit dictum vsumfructum, nec debet discooperiri vnum altare, vt construatur aliud: vt not. in dicto cap. in præsentia. facit, quod ibi not. dominus Abb. in cap. super spoliatione. de ord. cogni. & Baldus & Barto. post Cy. in authẽ. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. & facit, qđ hẽtur in l. sed & milites. ī j. & 2. responso. ff. de excusat. tu. & in l. sciendum. §. exceptis. C. qui potio. in pign. ha. & in l. fi. ff. ex quibus causis maiores. Et per consequens standum erit voluntati ipsius testatricis. Et cõcludo per superiora dicta, ꝙ vsusfructus præfatus durat, &

durare

durare debet ꝑpetuò sine prꝑfinitione tẽporis, nec est finitus finitis dictis centum annis. Et sic cõcludo in fauorem conuentus sancti Francisci.

EPITOME

¶Cõtractus ratione læsionis infra dimidiam iusti precii an & quando rescindatur. Item quòd poterit renunciari remedio. l. 2. C. de rescind. vendi.

SVMMARIVM.

Contrahentibus licitum est vtilitatem propriam procurare, & se in pretio decipere: nisi excederet dimidiam iusti precij. numero 5. 6.

Verba, ex certa scientia, quid importent. nu. 7. 9.

Verba quodcunque, omni alij iuri &c. copulant maiora expressis. nu. 11. 13.

CONSILIVM XXI.

Clementissimum Deum, & pijssimum saluatorẽ nostrum Iesum Christũ ex corde & animo oro, vt sua solita diuina munificentia veritatẽ in hac cõsultatione mihi aperiat. Viso instrumento venditionis præfatę, & visis cõsilijs redditis per hos clarissimos iuriscõsultos, & omnibus visis diligẽtis animaduersione, nõ insistendo in his, quæ per eos tacta sunt, nõ possum rectè cõsiderare, super quo velit anchoras suas fundare aduersa pars ad veniendum contra hanc vẽditionem. quę ita videt robotari ex verbis appositis in instrumẽto vẽditionis, ꝙ nõ videtur posse infringi, aut in aliquo maculari, nisi subtiliter considerando dicatur, ꝙ gloss. singu. in l. semper in conuentionibus. ff. de regul. iuris. dicit, ꝙ non congruit honesto viro circumuenire alium infra dimidiam iusti pretij, quam glo. magnifecit Bal. ĩ authẽtica, ad hæc, C. de vsur. & in cap. cũ causam. de testibus. & in capitul. si proponente. de rescript. & istud voluit beatus Thomas secunda secundæ, quæstione. 77. articulo primo. & ideo dixit dñs Antonius in capitulo in ciuitate. de vsur. & sequuntur ibi moderni, & voluit Ioan. de Fantucijs in capitulo ius. decima quæstione secunda, vbi voluerũt nõ esse licitum laicis se circumuenire in precio, etiam infra dimidiam iusti precij. ergo sequitur in casu nostro, ꝙ ille dominus Iacobus potest venire contra illam venditionem, dicẽdo se deceptum, & circumuentum non solum vltra dimidiam iusti precij, sed etiam infra dimidiã. Et si dicatur, iste dominus Iacobus renuntiauit beneficio dicẽdi se circumuentum: vt apparet ex instrumento venditionis, vbi dicitur, renuntians beneficio restitutionis in integrum, & cuique iuri, quo posset dicere se deceptum in dimidia, vel aliter iusti precij: quia illa fuerunt verba notarij, & non fuerunt verba ipsius domini Iacobi. Vnde Bartolus multum eleganter in l. prima. ff. de iure codicillorum. dixit, quòd clausula
1 †codicillaris, quam hodie notarij apponunt, nihil operatur in extraneo: quia illam apponunt de stylo ipsorum notariorum, non autem ꝙ testatores mandent notario, ꝙ illam clausulam apponat, & sic notarius illam clausulam apposuit ex ceruice sua, & ꝑ consequens sequitur, ꝙ iste venditor non renuntiauit remedio illius. l. 2. C. de rescindẽ. vendi. licet potuisset renunciare. Nec obstat, si dicatur, ꝙ tacitè potuit renunciare vẽditor remedio illius. l. 2. vt voluit Baldus in lectura. d. l. 2. in q. 4. quia hoc dixit in lectura, non autem in repetitione, in quarta quæstione. ibi enim tãgit aliud, quàm vtrum tacitè quis possit renuntiare remedio illius. l. 2. & illud dictum Baldi, quod fuit Nicol. de Matarelis, refert, & sequitur domi. Ioan. de Imo. in repetitione capitulo cum contingat. de iureiurando. Quia ad hoc potest responderi, ꝙ ad excludendum venditorem a remedio. d. l. 2. videtur, ꝙ requiratur specifica expressio illius. l. 2. & ad hoc allego gloss. in d. l. 2. quæ dicit, ꝙ si aliquis iurauit non venire contra venditionem, ꝙ videtur renuntiasse remedio illius. l. 2. quam glo. sequuntur communiter omnes. & ratio viua est: quia iuramen
2 tum † habet virtutem clausulæ specificatæ. iste est tex. aureus in capitu. ex rescripto. de iureiur. vbi mulier se obligando pro alio cum iuramento, non potest se iuuare auxilio Velleiani: quia tale iurm operatur effectum, acsi in specie, & in indiuiduo renũtiasset auxilio Velleiani. facit. l. cũ pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. Baldus in l. j. C. commoda. Et sic glo. illa subtiliter intellecta probat, ꝙ requiritur spe
3 cifica renuntiatio. & vbi† non habemus legem apertam, allegare possumus auctoritatem maiorum: vt voluit Ange. per text. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & Host. in c. inquirẽdum. de pecul. cler. & allego text. in c. j. de deci. Cũ ergo in casu nostro non fuit facta expressa, & specifica mentio illius. l. 2. videtur non fuisse renũtiatum, & per consequens videtur, ꝙ possit ille dominus Iacobus intentare remedium illius. l. 2. & etiam si fuit deceptus minus dimidia poterit intentare rescissionem ꝯtus, vel suppletionem ad iustum precium in iudicio animæ, vt voluit beatus. Thomas, dominus Antonius, & sequaces: maximè si iste emptor esset vir honestus. Et si interrogaretur, si est vir honestus, ꝙ respondebit ꝙ sic, quo casu videretur rescindere venditionem: quia vt vir honestus non emit. per illam gloss. aureis literis notandam in dicta l. semper in conuentionibus. maxime cum d. l. 2. sit fundata super humanitate: vt dixit ibi text. & sic si est bonus & honestus vir, posset sibi dici illud Ouidianũ. Votoque tuo tua forma repugnat. Et ista erant, quæ iudicio vniuscuiusq; exercitati ingenij faciebãt dubiã hanc consultationem: nec sunt vulgo aut plebi tradẽda. sed istis accuratè examinatis apparebit veritas indubitata huius consultationis. ¶Et licet sint colorata & apparentia satis, tamẽ casum nostrum nõ attingunt. ideo illis non obstantibus ꝯrium puto esse de iure verius. Et primò capio primum assumptũ, posito ꝙ iste venditor vendidisset infra dimidiam iusti pretij, tamẽ nõ posset cõqueri. & ad hoc allego Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. in vers. insuper quæritur, quid de mercatoribus vendẽtibus pannos vltra debitum, qui non possunt conueniri in foro seculari: quia non est deceptio vltra dimidiã iusti pretij, & arguit hoc non esse omnino licitum, nec congruere bono viro, alleg. glo. in dicta. l. semper. & postea soluit & allegat dictum Innocent. in cap. quia plerique. de immu. eccles. ꝙ talia quęsita non sunt necessariò restituenda, sed possunt relinqui hęrdibus: qa cũ acquisitio hẽat in se consensum, non est peccatũ de iure naturali. & idem dicit in aduocatis, & medicis extorquentibus nimis magna salaria. & idẽ Bal-
4 dus in rubrica. C. de vsur. in 7. q. dicit, ꝙ vilius† vendere non est donare, sed est damnosè contrahere. & idem dicit in diuisione: qa damnosa diuisio nõ est donatio: sed sibiipsi facit iniustum. Ideo de iniustitia non potest conqueri, sed solùm de semetipso: vt in authentico. de trien. & se. in principio. nam licitũ
5 † est contrahentibus vtilitatem propriã ꝓcurare: quia omnis contractus natura talis est: nõ enim introducti sunt contractus nisi propter vtilitatem cõtrahentium, alleg. l. in causę. §. Pomponius. ff. de mino. nisi excederet dimidiam iusti prætij: quia tunc excederet terminos æqtatis, q dati sunt necessitate ꝯtus a lege, & ita ibi residet Bal. & si ꝯcludit nõ esse peccatũ vilius emere, & plus iusto ꝑtio vẽdere. & idẽ

etiam voluit Sal. in dicta authentica. ad hæc. vbi alleg. Ioannem Cald. in c. nauigāti. de vsuris: ꝙ non est licitum emptori venditore ignorante emere minus iusto pretio: secus dicit si vēditor sciebat verum pcium, sed emptor non volebat plus dare, nec interuenit aliqua fraus: qa tunc non peccat, & imputet sibi venditor, quare alium emptorem nō quæsiuit: quia prima charitas incipit a seipso. l. præses. C. de seruitu. & aqua. scientia enim venditoris excludit omnem iniustiam. & idem dicit ex parte venditoris carius vendentis: sed in casu nostro interuenit scientia ipsius venditoris: vt apparet ex verbis instrumenti. ergo sequitur, ꝙ potuit emptor emere minus iusto precio. Facit, qđ voluit dominus Petrus de Ancha. versiculo, sed in emptionibus & alijs contractibus vel quasi. in commento cap. peccatum. de regulis iuris. lib. 6. vbi dicit, ꝙ si venditor vēdidit plus, vel minus iusto precio, si non interuenit fraus, standum est legi, & canonicæ iustitię toleranti hūc excessum, vsque ad dimidiam iusti precij: vt in dicta l. 2. & in c. cū dilecti. de emptione & venditione. & sentire contrarium dicit se abstrahere homines a communi commercio, si conuenta inter se omissa legali iustitia essent ad forum scrupulosum conscientię redigēda: contra illud, noli esse nimis iustus, & qui nimis emūgit, saguinem elicit, capitulo denique. 4. dist. & sic do. Pet. in terminis decidit istam dubitationem,
6 ꝙ† non interueniente fraude licitum est partibus se circumuenire in precio, dummodo non excedant dimidiam iusti precij. Sed ita fuit in casu nostro: qa nulla interuenit fraus: ergo. facit etiā, quod voluit dominus Antonius & dominus Abbas in dicto capitulo quia plerique. vbi dicunt, ꝙ si venditor est sagax, ꝙ tunc emptor potest salua conscientia retinere rem: licet minus iusto precio emerit: quia tunc venditor vř habere illud plus pro derelicto. Ideo nō teneretur emptor sibi facere conscientiam. & idem dicit in emptore emente plus iusto precio: quia salua conscientia potest venditor illud sibi retinere. Et facit gloss. in l. item si precio. §. fin. ff. loca. & gloss. in capitulo qualitas vitij. de pœni. dist. 5. & hoc probat tex. in dicto capitulo cum dilecti. & ca. cum pro causa. de emptione & venditione. & ista pars est verior, & alias vidi de hoc dubitari, & ita consului hic Bononiæ, & ita etiam fuit obtentum & opinio domini Antonij & sequacium confunditur ꝑ d. c. cū dilecti, & per supradicta, & in casu nostro non merentur allegari dicta beati Thomæ & do. Anto. quia ipsi non loquuntur eo casu, quo in instrumento sunt apposita verba prægnantia renuntiationis, vt fuit in casu nostro, in quo renuntiauit cuicunque iuri, quo pōt prætendere se deceptum, vel aliter ratione iusti precij, quo casu non potest prætendere deceptionem, vel aliquod remediū, ꝙ vendiderit minus iusto precio. Sed dñs Antonius & beatus Thomas nō loquūtur isto casu: & etiam quia in casu nostro non præsumitur istum dominum Iacobum vēditorem esse simplicem, & ignarum hominem, imo ex instrumēto colligitur, & sciebat res, & qualitates earū, quas vendidit: ergo. Et per ista cōcludo istum dominum Iacobum non posse in foro conscientiæ venire contra illam venditionem, posito ꝙ vendidisset minus iusto ꝓcio. ¶ Modò oportet videre, an posito ꝙ esset deceptus: quia minus dimidia iusti precij vendidit, an possit intentare remedium dictę l. 2. Et circa hoc considero elegantem doctrinam Bal. in repetitione non in lectura dictæ l. 2. versic. quid si notarius dicit
7 ista verba, talis† ex certa scientia vendidit, quid important ista verba. Respōdet ibi Bal. ꝙ præsumitur scire; quia ex instrō oriuntur tres præsumptiones, prima ꝙ sit verum: secunda; ꝙ sit solenne: itē ꝙ verba prolata a notario fuerunt dicta a partibus, alleg. l. cum precibus. C. de proba. & idem Baldus in l. mater tua. C. de rei vendic. dixit, si tabellio dicit, talis ex certa scientia &c. ratificare &c. an credať tabellioni de his, quæ consistunt proprie in animo consentientis: & decidit ꝙ sic. nam si tabellio diceret, talis ꝯsen
8 sit, creditur instrō: & tamen hoc† verbum cōsensit, præsupponit omnem errorem cessare. l. sed & si qs. §. fi. ff. si quis cau. Præterea verba, quæ profert tabellio profert in persona ꝯhentes. vnde ipse contrahēs proferre, & confiteri ea esse vera videtur. l. cum ostēdimus. §. fi. ff. de fideiuss. tuto. si enim talia verba displicebant, debebat ꝯdicere: vt l. si filiusfamilias. ff. ad Macedonianū. Modo in casu nostro dicitur spon
9 te, & ex certa scientia &c. quæ verba† inducunt prę sumptionem scientiæ: ergo sciuit, & notitiā habuit omnium, quæ in ipso instrumento contento erant: ergo renuntiauit, ita vt in dicto instrumento continetur: sed in dicto instrumento colligitur, ꝙ renuntiauit remedio. d. l. 2. ergo sequitur, ꝙ illud remediū intentare non poterit, quod remedium tollitur tacitè, & expresse. & siue expresse, siue tacitè renūtietur, satisfactum est illi. l. 2. hoc fimant Odofr. Nicola. de Mat. Bal. & Salyc. in dicta l. 2. vbi dicunt, ꝙ tacitè pōt renuntiari remedio illius. l. 2. nisi expresse fiat de illo mentio, quos sequitur dominus Ioan. de Imol. in cōmento capit. cum contingat. de iureiurando. & omnes in communi allegant. l. cum quæritur. §. venditor. ff. de ædil. edic. & quod habetur in l. j. ad fin. ff. de actio. emptio. Sed potest allegari melior tex. in propria materia. l. domum. ad fi. ff. de ꝯhen. emptio. vbi si domus erat cōbusta, & emptor sciebat illam esse combustam, & nihilominus emit domum, tenetur soluere integrum precium, tanquam domus esset īntegra, & sibi imputet, ex quo sciebat: & per ꝯns ibi videtur casus formalis de hoc. Cum ergo iste venditor sciebat res venditas, & qualitates illarum, & vendidit pro precio conuento, posito quod non essent verba prægnantia renuntiationis posita in dicto instrumento, sed solum & duntaxat constaret de sciētia, sufficeret ad excludendum venditorem a remedio dictæ l. 2. per textum d. l. domū. & per consequēs ex hoc nullo modo potest intentare remediū dictæ l. 2. Et de hoc etiam allega. tex. in indiuiduo in dicto capitulo cum causa. de emptio. & venditio. in versiculo, vltra dimidiam iusti precij fuisse deceptū. vbi ideo intētat remedium illius capituli, quia fuit deceptus vltra dimidiam: ergo eo ipso, ꝙ non est deceptus; quia sciuit verum pretium, & tamen vendidit pro illo precio, non potest dici deceptus, cap. scienti. de regulis iuris. lib. 6. l. cum donationis. C. de transactionibus. cū similibus. vnde probat ille text. apertè, ꝙ tacitè potest renuntiari remedio illius capit. & illius. l. 2. cum ergo sciuerit iustum precium ille venditor, argumen. l. quisquis. C. de rescind. vendi. non potest dici deceptus. ergo tacita renūtiatio fuit sufficiens. Et per ista probatur manifestè, ꝙ potuit ille venditor renuntiare remedio dictę l. 2. & ꝙ sufficiat tacita renuntiatio. Et si dicatur, amice, iste vēditor, ignorabat verum precium rerum venditarum: Dico, ꝙ istud dicere est ꝯ casum. d. l. quisquis. sed posito, non tamen concesso, ꝙ sit ita, ꝙ ille vēditor ignorauerit verum pretium; quod nō est verum, nihilominus dico, ꝙ non potest intētare remedium illius. l. 2. & assumo tale assumptum circa hoc; vbicunque non est certa scientia in specie, sed est in genere, tūc renuntiatio cōprehendit ignorata. & incognita iste est casus singularis in l. qui iure. ff. de test. mi. de quo tex. facit festum ibi Ang. & idem Angel. in l. si cum vel in vtero. C. de testamento milit. & in auth. ex cā. C. de liber. prę. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb.

verb.obl.& in l.tres fratres.ff.de pact.ad renuntiationes, vt comprehendant incognita. Modò in casu nostro cum iste venditor apposuerit verba ita pinguia & lata, de quibus infra ostendetur, videtur voluisse, ꝙ etiam si ignorasset verum valorem dictarum rerum, volebat venire contra ratione pretij modici, & iniusti. Restat nunc examinare verba formalia illius renuntiationis, & in ea dicitur, quod dicere, vel prætēdere posset ipse dominus Iacobus suo, & dicto nomine se fore deceptum in dimidia, vel aliter ratione iusti pretij videtur, ꝙ ex dictis verbis possit assumere fundamentum aduersa pars dicendo hoc modo: remedium.d.l.2.& dicti c.cum dilecti, & si.loquuntur, quando venditor vendidit minus dimidia iusti pretij: sed in dicto instrumento dicitur deceptum in dimidia iusti precij: vnde non dicit vltra dimidiam, & sic verba illa non sunt conformia remedio dictę l.2. quę vult, ꝙ vltra dimidiam interueniat deceptio: vnde videtur, ꝙ in dimidia non possit venire cōtra venditionem, sed vltra dimidiam bene poterit: quia vltra dimidiā remanebimus in dispositione iuris communis: quia sumus extra verba contractus.l.si extraneus. ff. de conditione ob causam. cum similibus. Vnde non dicitur in dicto instrumento vltra dimidiam, & hoc est, ꝙ posset mouere spiritus aduersantium. Sed certè istud non obstat, & capio formalia verba illius instrumenti, quæ dicunt, cuicunque iuri, quo prætendere posset præsentem venditionem, & contenta in ea debere rescindi, omnique alij iuri, vnde renūtiauit beneficio restitutionis in integrum quolibet competenti, & cuicunque iuri, quo posset dicere se deceptum in dimidia iusti precij, vel aliter. Ista sunt formalia verba ipsius instrumenti: vnde cū dixit in dimidia iusti precij, vel aliter, illud verbum,
10 vel aliter † importat vltra dimidiam: quia cum dixit in dimidia, vel aliter iusti precij: illa verba importāt vltra dimidia, & si secus diceremus, nihil importaret illud verbum, vel aliter, ꝙ esse non debet, vt dixit glo.in c. si Romanorum. 19.di.Bal.in rubrica.C. de contrahenda.emptione.l.si quando.ff.de legatis 1.cum similibus. Subdit postea, & per consequens cuicunque iuri præsentem venditionem, & contenta in ea debere rescindi, omnique alij iuri.vnde talia verba aperto ore includūt deceptionem vltra dimidiam iusti precij: quia ex quo vēditio rescinditur propter deceptionem vltra dimidiam iusti precij, & sic est remedium rescissium, & partes volunt, ꝙ non possit rescindi per quodcunq; ius, & per omne aliud ius, & exceptionem, & probationem, quæ verba includunt remedium.d.l.2.per illa verba, quodcunq;
11 quæ verba † copulant maiora expressis, ista est glo. valde sing.in cle.1.in ver.quibuscunque, de iudicijs, quæ vult, ꝙ illa verba comprehendunt omnem, & ecclesiasticam, & laicalem personam, imperialem, & cuiuscunq; dignitatis.ita dicamus in casu nostro, ꝙ illa verba, quodcunque ius possit prætendere ad rescindendam venditionem, important remedium. d.l.2.Facit, quod voluit Ange.in l.ꝙ si nolit.§.siquid
12 ita.ff.de ædil.edic.ꝙ siquis † promisit præsentare aliquem toties quoties opus erit, intelligitur vsque ad sententiam, etiam si ab ea fuerit appellatum: vt est casus notabilis in l. grecè.§.post litem.ff.de fideiuss. sed si dixit, toties, quoties, & qn̄cunq;, intelligitur ēt post sententiam, ꝙ dicit esse bene no.Ita dicamus in proposito, illa verba, quodcunque ius, præcedentibus illis verbis, de dimidia iusti precij, vel aliter, & omne quodcunque ius, vr̄ aperto ore dicendum, ꝙ veniat remediū.d.l.2.Hoc etiam apparet ex illis ver-
13 bis, omniq; alij iuri, quæ† verba copulant ēt maiora expressis, gl.est; quam Io.de Imo.reputat sin.in cle.j. de re iudi.in glo.2.vbi si dr̄ causa spiritualis, & quæuis alia, venit causa ꝓfana, &c.vt ibi habetur, & ego alle.tex.glo.& similem in cle.ne Romani, de ele.Ita in proposito illa verba, omne aliud, important maiora expressis, & per ꝯ͠ns important ius illius.l.2.& facit tex.coniuncta sua gl.in vers.quouis modo.in cle. si.de sen.excom.quę verba non solùm comprehendunt remedium.d.l.2.in genere.& in confuso, sed ēt in specie, & in indiuiduo: quia dicēdo, promisit non venire ꝯ ex beneficio restitutionis in integrum, & ex clausula generali, quomodolibet competenti, & cuiuscunq; iuris posset se dicere deceptum in dimidia iusti precij, vel aliter, & ratione cuiuscunque iuris, quo posset rescindere dictam venditionem, aut contenta in ea: & ratione omnis alterius iuris ꝯ prædicta omnia & singula, quæ verba important factum & qualitatem facti: vt est solennis doctrina Bal.in l. j.C.qui accus.non pos.& facit gl.in c.vbi periculum. in verb.sing.de elec.lib.6.& per consequens illa verba inferunt, ꝙ renuntiauit remedio.d.l.2.Et si dicatur, ꝙ nō sunt verba singularia & indiuidua importantia remedium.d.l.2.ad hoc dico vna cum domino Bar.in l.1.ff.de vulg.& pup.vbi dicit, ꝙ substitutio dicitur expressa tribus modis. primo in genere, per not. in l.Lucius.ff.de vulga.& pup.& quod not.glo. in l.precibus.C.de impuberum, quędam dicitur expressio in specie, quędam est expressio in indiuiduo, & facit simile, quod dicimus de no.in l.si quis ī principio testamenti, de leg.3.quæ requirit specialem expressionem in casu quo loquitur: & tamē sufficit, ꝙ fiat in specie, nō tñ requiritur, ꝙ fiat in singulari. Cū ergo in proposito nostro posito, non tamen concesso, ꝙ deberet fieri specifica mentio illius.l.2.tamen sufficit, ꝙ fiat in specie, licet non fiat in singulari, vel in indiuiduo. Ideo dixit Bar.in l.j.ff.si quis in ius voc. non ierit, ꝙ si quis renuntiat omni priuilegio fori, licet non exprimeret de illo priuilegio fori, quod habent scholares: tamen sufficit ex eo: quia text.dicit ibi specialiter, & non dicit singulariter: nā sufficit, ꝙ species priuilegij exprimatur s̄m suam speciem, nō autem s̄m suam singularitatē, alle.l.fi.C.quod cum eo. & ita dicit debere intelligi. quod habetr in auth. de hære.& falc.§.pen.& cum hoc dicto transiuit ibi Bal.& idem Bal.in l.edita.C. de eden.in versi.modo videamus.vbi dicit, ꝙ quædam speciem requirunt, quædā requirunt indiuidualitatem: & in ista requiritur specificatio specialissima, & indiuidualis, & sic cum in casu nostro non appareat de indiuiduali specificatione, ergo requiritur specialis, quæ colligitur ex illis verbis appositis in ipsa renuntiatione. Facit, quod voluit Bart.in l.filiusfamilias, de dona.vbi di-
14 cit, ꝙ † nominatim dicitur fieri, quod fit verbis generalibus.l.Titius.ff.de li.& posth.nō tamen sufficit fieri verbis generalissimis: vt in d.l.Titius.dixit idē Bar. quòd satis dicitur nominatim facere ille, qui nominat speciem, & quod voluit Bartol.in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acq.hære.ergo posito, ꝙ in specie dēt fieri mentio de remedio.d.l.2.tamen sufficit, ꝙ fiat in genere, licet non in genere generalissimo. Vnde non oportet, ꝙ fiat singulariter, & indiuidualiter. Et per consequens satis fuit facta mentio sufficienter per illa verba. Facit etiam, quod pulchrè voluit Bal.in l.humanū.C.de legib.vbi dixit, ꝙ quoties verba non possunt adaptari, nisi ad vnam speciē testamenti.i.ad testamentum immediate præcedens, illa verba, non obstante aliquo alio testamento, hn̄t loco verborum singularium, & indiuidualium, alle. l.j.& 2.ff.de lib.& po.& quod no.Arch.in c.j.de constit.lib.6.& idem voluit d.Pau.de Cast.in suis consilijs consi.361. incip.in facto præsenti ponam primò conclusionem. Cum ergo in casu nostro illa verba, vel aliter, & illa verba, cuicunq; iuri, quo possit rescindere

ſcindere dictam vẽditionem, & contenta in ea, non poſſunt commode adaptari, niſi ad remedium.d.l.2.ſequitur, quòd habentur loco verborum ſingularium, & indiuidualium, & per conſequens, poſito, non tamen conceſſo, ꝙ requiratur mentio ſpecialis ſatis eſt mentio ſpecialis facta de illo remedio, imo videtur facta mentio indiuidua & ſingularis, ex quo non poteſt adaptari, niſi ad remedium.d.l.2. & per iſta domin. Iacobus renuntiauit remedio illius.l.2.

¶ Nec obſtant in contrarium allegata. Primò cum dicitur, quòd etiam ſi eſt quis deceptus infra dimidiam, poteſt in foro conſcientiæ agere. primo illud non eſt verum: quia in contrarium eſt caſus in d.c. cum cauſa, & c. cum dilecti, per ſuperius dicta. Secũdò: quia in caſu noſtro nulla interuenit deceptio, imo interuenit ſcientia: quia renuntiauit remedio, quo poſſet reſcindere dictam venditionem. Nec D. Anto. loquitur eo caſu, quo quis renuntiauit omni iuri, quo poſſet venire contra venditionem, & contenta in ea: vt fuit in caſu noſtro: ergo. nam dolus non infertur ſcienti. Nec obſtat, cum dicebatur, ꝙ d.l.2. requirit ſpecificã mentionem, vt quis non poſſit illo remedio vti: quia (vt ſuperius dixi) in contrarium eſt caſus in d.l. domum, & contrarium tenent omnes ſcribentes, & probatur in d.c. cum cauſa. Et etiam glo. quę allegatur in contrarium in d.l.2. dum dicit de iuramento ponderetur bene: quia non probat id, ad quod allegabam: licet enim dicat, ꝙ iuramento non venire contra venditionem venditor videtur renuntiare remedio illius.l.2. quia iuramentũ operatur virtutem clauſulæ ſpeficatæ: quia ſit ita, ꝙ iuramentum operetur virtutem clauſulę ſpecificatæ; tamen non dicit illa glo. ꝙ d.l.2. requirat ſpecificam mentionem. vnde iſta ſtant ſimul, quod per iuramentum renuncietur remedio.d.l.2. & tamen illa.l.2. non requirat indiuiduam mentionem. item quia iam interuenit indiuidua mentio, & ſpecifica, vt ſuperius dixi, ergo &c. Nec obſtat, cum dicitur, ꝙ illa verba renuntiationis poſita in dicto inſtrumento non fuerunt verba illius domi. Iacobi: quia iſtud eſt falſum: & contrarium tenet Bal. in locis ſuperius allegatis: & etiam quia licet Bart. ita dixerit in d.l.1. ff. de iur. codic. tamen illud non eſt ſimile caſui noſtro: quia illa verba, ex certa ſcientia, poſita in dicto inſtrumento, ſunt de ſubſtantia inſtrumenti, & notarius tenetur apponere. facit, quod no. in cap. cum P. tabellio. de fide inſtrumen. & in l. fin. C. de condi. ex leg. & in cap. fraternitatis, de hereticis. Sed in clauſula codicillari non eſt ita: quia non eſt de ſubſtantia teſtamenti, ideo non meretur allegari illud dictũ Bart. contra hanc conſultationem. Item quia illud dictum Bar. non eſt verum: quia ſi de communi ſtylo

15 notariorum apponuntur, † certæ clauſulæ, dico, ꝙ veniunt de mente, & voluntate ipſarum partium, tex. eſt ſingularis in l. generalis. C. de fideiuſſ. vbi notarius præſumitur rogatus a partibus apponere omnes clauſulas conſuetudinarias. ideo videtur etiam notarius rogatus apponere clauſulam codicillarẽ: quia eſt de communi conſuetudine apponi ſolita: ergo. fateor tamen, ꝙ ſi eſſet conſuetudo vnius notarij, & non communis omnium notariorum, eſſet verum dictum Bar. Item quia in caſu noſtro iſta clauſula ex certa ſcientia, eſt de ſubſtantia ipſius inſtrumenti: nõ enim debet notarius conficere inſtrũ inter eos, qui ignorant factum.l. furioſum. C. qui teſtamenta facere poſ. Bal. in l. poſt diuiſionem. C. de iur. & fa. igno. Et ex prædictis concludo, ipſum do. Iacobum non poſſe intentare remedium.d.l.2. & etiam ſi fuiſſet lęſus in minus dimidia iuſti precij, non poſſet quærimoniã facere in iudicio ſeculari, aut in foro animæ, & ita contra ipſum do. Iacobum ꝯcludo.

EPITOME.

¶ Contractum fictitium & ſimulatũ aut in fraudem vſurarum probant vtilitas precii, pactum de reuendendo, continuatio poſſeſſionis rerum venditarum ſuſpicio perſonarum, cauſa honeſta ſimulandi: & alia, de quibus in hoc conſilio. Item quòd non ſit præſcriptum contra hæredes venditoris, ſi volunt agere ad pactum de reuendendo.

SVMMARIVM.

Venditor, an & quando poſſit dicere contractum ſimulatum & fictitium. nu.3. & 5.

Coniecturę, ex quibus præſumatur ſimulatio & fraus in contractu, vſque ad nu.6. & 12.

Agens ad pactum de reuendendo non præiudicat ſibi in iure dicendi de nullitate. nu.14.

Succeſſor, an & quando ſuccedat, vel non in vitium defuncti quantum ad præſcriptionem. nu.19.

Præſcriptio non currit tempore belli, uut peſtis. nu.21.

CONSILIVM XXII.

CLementiſsimum Deum oro, vt ſua ſolita clementia veritatem mihi aperiat in pñti conſultatione. Amen. Viſo puncto, & celebri conſilio reddito per celeberrimum iuriſcon. D. Benedi. de Barzis mihi patrem ſummo honore obſeruãdum, qui pręſentem conſultationem ita ad ſummum enucleauit, vt nulla ſit vlterius ad examinandum prouincia aſſumẽda. Ideo aliqua breuiter percurram. Capio primam dubitationem, & videtur ante omnia tale inſtrumẽtum non eſſe ſimulatum ex eo: quia ex prima ſui figura non apparet ſimula-

1 tum: ergo ſequitur, ꝙ tale † eſſe præſumitur, quale apparet in prima ſui figura. facit cap. illo vos, de pig. vbi probatur, ꝙ talis pręſumitur eſſe cõtractus, qualis apparet in prima ſui figura.l. quamuis. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & ibi Bal. vbi non præſumitur contractus eſſe ſimulatus.l. cũ precibus. C. de prob. & ideo dixit idem Bald. in l. ab Anaſtaſio. C. manda. ꝙ adeo præſumitur inſtrumentum eſſe verum, ꝙ allegans illud fore ſimulatum, debet exprimere formã & qualitatem ſimulationis, & voluit Bar. in conſ.65. quod incipit factum tale proponitur, Petrus Nicolæ. in 1. vol. conſ. vbi dixit, ꝙ ille, qui vult dicere ꝯtum ſimulatum, non ſufficit, ſi dicat ſimulatum in genere, ſed debet exprimere, qua ſpecie ſimulationis ſit ſimulatus, aliàs intentio eſſet incerta, nec aduerſarius certificaretur, & nulla alia facta declaratione ille, contra quem diceretur contractus ſimulatus, haberet obtinere.l.j. ff. de eden. in prin.l. Pomponius ſcribit, ſi frumentum.§. fi. ff. de rei vendi. & idem Bal. in c.1. de notis feu. dixit, tale præſumi inſtrumentum, quale apparet in prima ſui figura, & in c.j. de feu. da. in vic. le. commiſ. dixit idem Bal. non præſumi inſtrumẽtum ſimulatum, ſed præſumi verũ, & idem Bal. in l.j. C. ſi ſeruus extero ſe emp. man. dicit illud eſſe mẽti tenendum: quia qñcunq; nos vocamus venditionem imaginariã, iſtud debet probari actum ab initio. & ideo ſi quis faciat venditionem, & vult, ꝙ ſit ſimulata, debet agi ab initio inter partes: ex eo enim, ꝙ ex poſtfacto actum probatur, non redderetur venditio ſimulata, quod dicit eſſe notabile. & idem Bal. in d.l. cum precibus. dicit, ꝙ in dubio inſtrumentum præſumitur verum, ideſt, non falſum, verum, ideſt, non ſimulatum. & ideo dixit idem Bal. in l. ſi non verum. C. de

dona.

dona.inter virum & vxo. ꝙ instrumentum simulatum dicitur largo modo falsum: & ideo non est præsumenda falsitas, quæ peccat in iure naturæ: vt dixit Bal.in falsus.C.de furtis. Cum ergo in casu nr̄o non apparet ex sui forma, & figura istud instr̄m esse simulatum, sequitur, ꝙ cessat oīs præsumptio simulationis.& ideo dicebat do.Car.Zabarella in c.ad nostrã, de empt.& vend.se de re facto consuluisse Mantuæ: quidam habuerat a Titio centum, & fecerat eidem Titio venditionem de quodam fundo, valente ducenta, demum per aliud instrumentum promisit Titius reddere prędium redditis sibi centum, ꝙ ex hoc non potuit contractus iudicari vsurarius, ex quo nõ fuit factum pactum de computando fructus in sortem, quo casu esset secus allega.Cy.in l.3.C.plus val. quod agi.vbi dixit, ꝙ si interuenit pactum de retrouendendo, & ꝙ quis sit vsurarius, & etiam paruitas pretij, non pręsumitur contractus fęneratitius: quia
2 licet† quis sit verus vsurarius, tamen potest facere verum ɔ̄ctum emptionis. Modo in casu nostro multo minus instr̄m istud poterit præsumi vsurarium. vnde licet interuenerit paruitas precij, & pactum de retrouendendo, & etiam suspicio personæ emptoris, nihilominus cessabit pręsumptio simulationis: maximè cũ non scimus in actu prohibito, nec inter personas contrahere prohibitas: ergo. & per ɔ̄ns istud instrumentum non potest dici simulatum. Pręterea posito, ꝙ esset simulata ista venditio, tamen non po-
3 terit† ille venditor, aut sui hæredes dicere tale instrumentum esse simulatum. vnde Bar.in pręalle.cons. 65.dixit, ꝙ venditor non potest dicere contractum simulatum, aut fictitium, & idem voluit.in l.sicut.§. superuacuum.ff.qui.mo.pigno.vel hypo.& in l.post contractum.ff.de dona.& hoc sequitur idem domi. Cardinalis in d.c.ad nostram, vbi alleg.istud dictum Bart.ar.l.si creditoribus.C.de seruo pign.da.man.& idem etiam voluit d.Cardinalis in c.illos vos, de pig. l.cum confitearis.C.de reuo.donat.& in his casibus in quibus excluditur quis a dicendo instrumentum simulatũ, in eisdem casibus excluditur eius heres: nisi esset talis hæres, cui testator haberet necesse relinquere: sicut est patronus, vel filius vsque ad legitimam: vt l.2.& ibi glo.in verbo, reuocare &c.C.de reuo.his quę in frau.cre.ergo sequitur, ꝙ sicut ille venditor non potuit dicere ɔ̄ctum fore simulatum, ita non poterunt eius hæredes dicere de ista simulatione, & ista erant, quæ faciebant dubiũ in hoc primo quæsito: sed istis maturè discussis, & examinatis apparebit veritas in aperto. ¶ Et licet ista sint colorata, & apparentia satis, tñ istum casum non attingũt: ideo illis non obstãtibus puto ɔ̄trium esse de iure verius: scilicet, ꝙ istud instrumentum sit simulatum, & ꝙ tam ipse vẽditor, si viueret, quàm eius hęredes possunt dicere de simulatione.& quod hoc sit verũ,
4 sic ostendo. Et ante omnia præmitto, † ꝙ plures præsumptiones inducunt plenam probationem, ita dixit glo.in l.2.ff.de excu.tut.& in c.accedens, vt lit.nõ conte.el 2.c.cum causam, de prob.l.3.§.eiusdem.ff. de testi.Bar.in l.j.§.item Cornelio.ff.de quæstio.Bal. in l.sciant.C.de prob.& in l.3.C.ad l.Iul.maiesta.Io. de Imo.in c.veniens.el 1.de testib.D.Abbas in c.tertio loco, de probat.facit.l.excipiuntur.ff.ad sylla.& quod voluit D.Pe.de Anch.cons.265.Secundò præmitto illud, quod voluit Bal.in l.illicitas, ĩ principio.
5 ff.de off.pręsi.vbi dixit, ꝙ ɔ̄ctus† in casu illo fuit simulatus: iõ subdit, ꝙ poterit implorari iudicis officiũ, vt non conueniatur ex illo ɔ̄ctu: & hoc per generalem æquitatẽ illius.l.alle.Odof.& ideo Bar.in l.post ɔ̄ctum.ff.de dona.in verbo, sed venditor ipse poterit dicere, cõcludit, ꝙ si quis vult dicere contractum factum in fraudem, nõ potest, alle.d.l.si creditoribus, & d.l.cum confitearis. Aut vult dicere venditionem fuisse fictitiam non in fraudem alicuius priuati, vel fisci, sed ex aliqua honesta causa tũc poterit dicere, alleg.l.quamuis.& l.cum proponas.C.si quis alteri, vel sibi.quinimo plus dixit Bar.ꝙ si quis in fraudem simulatè alienauit, & uult dicere ɔ̄ctum simulatũ, & allegare simulationem ad coadiuuandam suã intentionem, ut quia agebat rei vendicatione ad fundum venditum, & traditum, & opponebatur ɔ̄ eum de venditione, & per ɔ̄ns ipse non erat dominus, sed emptor, ꝙ nihilominus ad coadiuuandam suam intentionem poterit dicere ɔ̄ctum venditionis simulatum, & fictitium.ita pulchrè dixit Bar.in l.iusiurandum quod ex ɔuẽtione.§.si. cum l.se.ff.de iureiu. & bene facit.d.illicitas.in prin.& in l.1.& l.3.C.plus valere quod agitur, & d.c.illo uos, & d.c.ad nostram. Et in eisdem casibus, in quibus admittitur ɔ̄hens ad dicendum ɔ̄ctum simulatum, in eisdem casibus admittitur eius hæres: ut uoluit Bar.in præall.consi.Petrus Nicolæ. Modo in casu nostro præsupponitur in puncto, ꝙ ille uenditor ex honesta causa fuit inductus ad faciendam istam imaginariam uenditionẽ; quia cum iret ad bellum cũ principe, & dño suo, timens, ne caperetur ab hostibus, & oporteret alienare patrimonium, ut se redimeret ab hostibus finxit, & simulauit istam vendõnem, vt si cõtingeret eum capi ab hostibus, dñs eius videns eum nõ hr̄e bona, ex quibus posset redimere, redimeret eũ de suis bonis, & sic de bonis ipsius principis, & dñi sui: & ista fuit causa honesta, quæ sufficit, vt venditor possit dicere venditionem hanc fuisse imaginariam, & simulatum, & sic poterit principaliter dicere hanc venditionem fuisse simulatã: & ẽt poterit vti practica Bar. in d.l.iusiurandum.§.si.vt agat rei vendicatione, & probet se dñm dictarum rerum, & si hæredes illius imaginarij, emptoris dicant se fore dños pp ɔ̄ctum venditionis, poterit replicare de simulatione ad coadiuuandum suã intentionem. Et sic apparet ex istis præsuppositis, ꝙ ista simulatio non fuit in fraudem, & præstat iustam causam dicendi ɔ̄ctum nullum, & simulatũ. Modo oportet instare, si in veritate possit præsumi, & probari, ꝙ ista venditio fuerit simulata stante puncto, & themate supradicto: & certè ostendo hoc inconuincibiliter hoc mõ: pręsumptio legis est probatio.ita probat tex.in c.Pontifices.12.q.3.& c.requisisti.in verbo probatur, de testi.& c.ad nr̄am. de emp.& ven.& tex.cum sua gl.in l.1.C.de testa.mili.cõiter tñ allegatur gl.elegans in l.si tutor.C.de peri.tu.quæ voluit, ꝙ dicatur probatio liquida: sed certe optime hoc decidit text.cum glo.in d.l.j.de testa. mili.modo, ꝙ ex iuris dispositione præsumatur talis venditio esse imaginaria, & simulata, & per ɔ̄ns erit probatio liquida: demonstro ad oculum. Primò dr̄
6 in puncto, ꝙ erat † amicitia, & compaternitas inter istos assertum venditorem, & assertum emptorem, quo casu regulam habemus in l. lata iã pridem. C. de dona. ꝙ inter coniunctos de facili præsumitur simulatio & fraus. Ita & eodem modo dicemus, ꝙ inter amicos de facili præsumit̃ fraus, & dispositio loquens de coniũctis, habet locum in amicis hoc decidit gl.quę cõiter allegatur pro singulari in l.in testamento.ff.de fideic.lib.quę vult, ꝙ sicut testm̃ minus solenne valet inter coniunctos: vt l.hac ɔsultissima. §.si quis autem.C.de testa.eodem modo valet inter amicos, & idẽ voluit gl.in l.si iure.C.de testa.manu. & ibi Bal. magnificauit illas duas gl.& allegat tex.in l.cũ alienam.C.de leg.ɔiuncta gl.in d.l.in testõ.quæ probat, ꝙ dispõ.d.l.cum alienam.loquens de relicto facto ɔiunctis, habeat locum in relicto facto amicis: vt debeatur æstimatio, quod est solenne ad declarationẽ.c.filius, de test.& alle.Bald.in indiuiduo.in l.si

quis

quis ad declinandam.C.de epi.& cle.in vltima quæstione.vbi dicit, ꝙ sic relictum episcopo a suo coniūcto non acquiritur ecclesiæ quoad portionem canonicā, ita nec acquiritur de relicto epo a suo amico: & etiam de hoc allegat glo. in terminis.in d.c.requisisti.& facit.c.2.12.q.2.& facit glo.quę reputatur singularis in l.2.C.in quibus can.colo.censi.lib.11.quæ 7 dicit, ꝙ appellatione † suorum veniunt amici,& voluit Bal.in repet.c.si pater,de test.lib.6.& bene facit, quod ipse voluit in l.1.C.qui accus.non possunt. Et sic dispositio loquens de coniunctis habet locum in amicis.Cū ergo de facili pręsumatur simulatio inter ꝯiunctos; vt in d.l.lata.ergo eodem modo reperietur inter amicos.facile enim est reperire amicum,cum quo aliquis fingat, aut simulet ex causa honesta: vt fuit in casu nostro. Et sic ex isto capite erit magnum iudicium,ꝙ huius venditio fuerit imaginaria,vel simulata, timuit enim futuram captam ab hostibus, & per ꝯñs redemptionem fiendā de suis bonis:ideo reperit istum amicum,quo casu finxit, & simulauit talem venditionē:& ista est prima coniectura simulationis, videlicet amicitia,illius emptionis. Secūda cōiectura est, quia non apparente necessitate distrahēdi,dictus venditor meliorem rem,quam haberet in bonis,vendidit: vt iam præsupponitur in puncto: quo casu p̄sumitur simulatio, & imaginatio.iste est casus singularis in l.summa cum ratione.ff.de pecu. quem tex.ad hoc propositum alleg.Ang.vbi dixit,ꝙ 8 si quis alienat† meliora bona,quę habet in patrimonio,& retinet minus vtilia,vr̄ in fraudem facere,all. l.oēs.§.Lucius.ff.quę in frau.cre.& in auth.de trien. & semis.§.quod sæpe,& idem Ang.in d.§.Lucius.dicit,ꝙ pręsumptio illius.§.non cessat,si forsan oīa bona meliora alienat,dicit esse casum sin.ī d.l.summa cum ratione,& facit,quod voluit Bal.in l.fraus.ff.de legi.vbi dixit,ꝙ pręsumitur fraus,& simulatio ex plurimis paruis faciendo vnum magnū, alle.l.nomen. §.j.ff.de leg.3.& glo.ibi,quę voluit,ꝙ ex quo oīs fere substantia erat in calendario,dolus præsumitur,all. d.§.Lucius.idem etiam voluit Barto.in d.§.ꝙ si alienat meliores res,videtur in fraudem facere,ac si omnes res alienasset,alle.illam gl.dn̄s tn̄ consulens allegauit Bart. in consi.72.& idem voluit D.meus Io.de Imo.in d.l.fin.ff.de stip.seruo.& idem voluit Ang.in auth.sed iam necesse.C.de dona.ante nup.Et ista est secunda pręsumptio simulationis,quia cum in casu nostro iste venditor vendidit meliores res, quas habebat in patrimonio,nec erat aliqua necessitas vendendi,sequitur,ꝙ simulata, & imaginaria fuit talis vēditio. Extat tertia præsumptio simulationis, videlicet paruitas precij cum pacto de reuendēdo, cum istæ terrę valebant triplum vltra id,quo venditę fue-
9 runt,quo casu tanta † vilitas precij coniuncto pacto de reuendendo facit præsumi venditionem simulatam:non enim est pręsumptio,ꝙ ille vendidisset res suas patrimoniales, & meliores, quas habebat pro precio tā vilissimo,arg.l.cū indebito.ff.de prob.& c. super hoc,de renun.& d.l.summa cum ratione.Vnde pulchre dixit do.Anton.ꝙ qn̄ concurrit paruitas precij,cum pacto de reuendendo,præsumitur ꝯctus vsurarius,& simulatus,maxime dicit ipse, si factum esset illud pactum de reuendendo post certum tempus, vel simpliciter, qn̄ placuerit venditori.ita dixit in d.c.ad nostram,de emp.& vend.pro quo dicto est gl.fin.in c.conquestus,de vsuris,quę vult,ꝙ paruitas precij cū pacto de reuendendo facit pręsumi ꝯctum vsurarium:præcipue si emptor consueuit vsuras facere,alleg.c.illo vos,qui tex.probat hanc doctrinam
10 in verbo,præsertim, † quæ importat idē,ꝙ maxime, & sic est implicatiua:vt est tex.in l.illud,vers.præsertim &c.ff.ad l.Aquil.c.per tuas,de simo.ca.illud, de præsump.Et sic glo.in d.c.conquestus.vult,ꝙ in solito fœnerari præsumitur ꝯctus vsurarius pp paruitatem precij,& pactum de reuendendo,& istud voluit Io.de Imol.in d.c.ad nostram,qui dicit esse rationabile tenere illam gl.& istud etiam sequitur do.Abb. in d.c.conquestus.& idem voluit Archi.in c.plerique. 14.q.3.quanto ergo fortius in casu nostro præsumetur ista venditio imaginaria,& simulata,concurrentibus præfatis coniecturis,si præsumitur ꝯctus vsurarius ex illis duabus coniecturis concurrentibus duntaxat,scilicet paruitate precij,& pacto de reuendendo,& alle.tex.in indiuiduo in c.1.in ver.quis.n.dubitat &c.in tit.qualiter olim feu.po.alie.paruitas precij inducit pręsumptionem simulationis,& fraudis: & maximè quia dixit gl.valde sin.in l.semper in conuentionibus.ff.de re.iur.ꝙ non congruit honesto viro emere minus iusto precio, & alleg.illam glo.Bal. in auth.ad hæc.C.de vsu.& in c.si proponenti,de rescriptis,& in cap.cum causam,de testib. vnde si erat amicus ille emptor illius vēditoris,non est verisimile, ꝙ ita decepisset in tam magna quantitate in precio dictarum rerum venditarum, nec fecisset vt bonus vir, nec fecisset vt amicus:ergo &c. Facit,quod voluit do. Petrus de Ancha.in suis consilijs consilio nono,quod incipit,plurimæ coniecturæ, vbi consuluit,ꝙ pactum de reuēdendo,& paruitas precij cum alijs coniecturis,de quibus ibi per eum,inducit præsumptionem simulationis, & vsurariæ prauitatis. Et etiam ponderet dominus iudicans,si iste contractus venditionis simulate diu stetit occultus:quia ēt
ex hoc†comprehenditur coniectura fraudis & simulationis:ita formaliter dixit dom.Bald.in l.si filia.ff. 11 sol.mat.alle.Iac.de Are.ibi.& sic etiam comprehenditur fraus & simulatio. Præterea alia ēt vehemens ꝯiectura simulationis colligitur ex eo:quia ille venditor stetit in possessione post celebratam illā simulatam venditionem, quæ talis possessio inducit maximum argumentū præsumendæ simulationis,hoc dixit domi.Petr.de Anchara.in dicto 9.consilio,alle. l.sicut.§. superuacuum.ff.quib.mo.pigno.vel hypo. sol.& ideo idem dominus Pet.in d.c.illo vos.dixit,ꝙ ex hoc præsumitur contractus vsurarius,& pręsumitur venditio simulata, & etiam imaginaria eo ipso, ꝙ emptor est passus venditorem possidere, & esse in possessione diu,alleg.Bart.in d.l.post contractum.& in d.l.sicut.§.superuacuum.& dominus Abbas in c. illo vos,dicit,ꝙ venditor remansit in possessione rei venditæ,satis est præsumendum contractum esse simulatum,& Bar.in dicto consilio 65.& Bal.in l.2.C. de repud.hære.& in c.1.de feu.da.in vicem leg.commis.& idem Bald.in d.l.fraus.& in l.1.C.de dona.ante nup.& Ioan.de Imo.in d.c.ad nostram,& in d.c.illo vos.Vnde non est præsumendum,ꝙ si ista venditio fuisset vera venditio,& non fuisset simulata,emptor fuisset passus illum venditorē stare in possessione rerum venditarum,& illas dare ad affictum,& locare ipso emptore sciente,patiente,& non contradicente.Et ideo pulchre dicebat Bal.in l.per retentionem.C.de vsu.ꝙ dicta in præcedentibus videntur re-
12 petita † in sequentibus,quando p̄cedentia sunt præparatoria sequentium:secus si sunt separata & penitus distincta.l.Titia.§.idem respondit.ff.de verborū oblig.l.fi.ff.de hære.instit.l.1.ff.ad Macedonianum. cum simili.cum ergo in casu nostro præparatorium disponens istam vēditionem imaginariam,& simulatam fuit illa causa honesta, & prudēti viro digna, ne si dictum venditorē contingeret capi,vt aliàs fuit captus,ꝙ sua bona essent illa,quæ eum redimerent, & non bona ipsius domini,ergo habetur perinde,ac si fuisset dicta cā expressa, & repetita in ipso ꝯctu:& ideo dicebat d.Laurentius de Rodulphis in suo eleganti

gāti tractatu de vsur. quæstione 60. ꝙ in istis talibus contractibus considerandæ sunt circunstantiæ, quæ occurrere possunt: nam si indicia, de quibus in d. c. illo vos, & in d. capit. ad nostram. interueniant, tunc sufficit contractum censeri vsurarium, & simulatū idem dicit, si prædicta indicia non interueniant, sed interueniant alia indicia æquiualentia, vel quæ magis apertè fraudem detegunt, & alleg. dicta per se in eodem tractatu, quęstione 18. primæ partis, & refert se aliàs in accidentia facti obtinuisse. Et subdit, ꝙ alia indicia esse possunt ad conuincendum contractum esse simulatum, & vsurarium, quam ea, q̄ sunt scripta in iure, vt in d. c. illo vos, & ca. ad nostram, & dicit, ꝙ stabitur arbitrio iudicis. Modo in casu nr̄o interuenientibus tot indicijs, præsumptionibus, & coniecturis, clarum est, tale instrumentum censeri simulatum, & vēditionem fore simulatam, & imaginariam. facit etiam, quod voluit do. Pet. de Anch. in consilijs, cōsilio 243. incipiente, ex ordine contra-
13 ctum, vbi dicit esse † difficile probare apertè & clare contractum esse vsurarium: cum occulte celebrentur tales contractus: & tot modos, & fraudes hodie inueniant vsurari, ꝙ vix conuinci possunt de vsuraria prauitate: vt cle. 1. de vsur. & dicit in dicto ꝯsilio, ꝙ tot indicia concurrunt, vt contractus venditionis factæ dicatur vitiosus, & malitia inuolutus, & dicit, ꝙ interuenit pactum de reuendendo, & ꝙ in minus dimidia iusti precij fuit facta venditio, & quia venditor remansit in possessione, & ex his do. Petrus consuluit, venditionem esse simulatam, & in fraudem vsurarum factam. Ita formaliter accidit in casu nr̄o vilitas precij, pactum de reuendendo, continuatio possessionis rerum venditarum, suspicio personarū; quia amicitia est, vt superius dixi, causa euidens & honesta simulationis: ergo sequitur, ꝙ ista simul iuncta probant simulationem: & potest fieri talis accumulatio ad probandum, vt dixi in primo præsupposito, ergo. & isto anno hic Bononiæ consului in casu simili. & D. Vicarius episcopi Bononiensis pronuntiauit talem venditionem fuisse simulatā, & in fraudem vsurarum, maxime ꝯcurrente modicitate precij, & ideo Bal. in d. l. 2. C. de repu. hære. dixit, ꝙ præsumitur simulatio & fraus propter modicitatem precij. ¶ Nec obstant allegata superius in contrarium: primo cū dicitur, ꝙ præsumitur instr̄m verum: quia respondeo, ꝙ licet ius præsumat instrumentum verum: quia nihilominus probatur contrarium: ideo dixit tex. aureus in l. quicunque. C. de apochis publi. li. 10. ꝙ licet ꝯ instr̄m non possit probari contrariū: tamen contra præsumptionem resultantem ex instrumento bene potest probari ꝯrium: vt est glo. singularis in l. iurisgentium. §. sed ferè. ff. de pact. & ibi Bald. & Ang. magnificiunt illam gloss. ergo contra istam iuris præsumptionem potest probari contrarium, sed gl. est solennis in c. cum inter R. de electione, ꝙ vna præsumptio tollitur ꝑ aliam præsumptionem fortiorem, & probatur in capit. afferte, de præsumpt. & in c. requisisti, de testa. & ibi D. Cardinalis, & facit gl. in l. j. C. qui & aduers. quos, & facit. l. 3. §. 1. ff. de minor. & probatur in d. ca. illo vos, & in dicto c. ad nostram, & in cap. cum in diœcesi, de vsu. vbi per coniecturas & præsumptiones probatur instrumentum vsurarium, & probatur in dicto ca. conquestus, ergo cum in casu nostro concurrunt plures pręsumptiones, & plura indicia conuincētes, & conuincentia istud instrumentum fore simulatum: ergo sequitur, ꝙ stabitur istis plurimis præsumptionibus conuincentibus contractum istum fore simulatum, & facit, quod voluit Bal. in d. l. 3. C. plus vale. quod agi. & in d. l. fraus. & in d. l. 2. & d. l. j. C. de dona. ante nup. text. in dicta l. omnes. §. Lucius. & d. l. summa cum ratione. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ debet probari, ꝙ a principio ita fuit actum inter partes de ista simulatione: quia iam satis hoc probatur: quia (vt iam superius fuit dictum) dicta in præcedentibus sunt repetita in sequentibus, quando sunt pręparatoria sequentium: vt voluit Bald. post Petrum in d. l. per retentionem. & superius dixi, sed causa primordialis & dispositiua huius venditionis fuit timor capturę, & redemptionis fiendę de bonis ipsius venditoris, & ista fuit causa voluntas per animum illius venditoris, & illius emptoris ementis, & sic satis apparet, ꝙ a principio interuenit iste actus simulatus, & imaginariæ venditionis. ergo &c. Nec obstat, cum allegatur dictum domini Cardinalis in quæstione, in qua consuluit Mantuæ: quia quoad illud animaduertat D. iudicans, quia dom. Cardinalis loquitur, quando non apparebat causa primordialis illius vēditionis: vnde possibile est, ꝙ vsurarius celebret iustum contractum venditionis: sed quando constat de causa, puta quia ego egebam mutuo, & fuit facta venditio cum pacto de reuendendo, tunc non loquitur dom. Card. quo casu contractus est vsurarius, & venditio est simulata. iste est casus singularis in l. 3. C. plus valere quod agitur. secundū, ꝙ ibi figurat casum Odofre. & Bal. & Sal. in casu nostro apparet de causa huius vēditionis, vt superius dixi, ergo statur illi causę. Item domi. Cardinalis non loquitur, quando interuenit tanta modicitas precij, vt fuit in casu nostro: quia in triplo valebat plusquam fuit vēdita ista res. Item quia doctrina domini Cardinalis est contra gl. singularem. d. cap. conquestus. quam sequitur communis opinio, vt superius dixi. & etiam quia in dubio standum est opi. glo. vt dixit Iac. Bu. in l. 1. C. qui pro sua iuris. & Bal. in c. 1. de const. & in l. cum hæreditas. C. deposi. & in l. precibus. C. de impub. & in c. j. de natur. succes. feu. & Ang. in l. 2. ff. de accusa. & Sal. in l. traditionibus. C. de pactis, & per consequens sequitur ex prædictis talem vēditionem fuisse simulatam, & imaginariā, & partes iudicis esse in declarando tale instr̄m fuisse simulatum. ¶ Capio nunc secundam dubitationem, an scilicet si hæredes Alberti prædicti asserti venditoris vellent cōpellere hæ-
14 redes Francisci ad reuendendum, præiudicet † eis, quoad nullitatem instrumenti intentandam. Et circa hoc considero, quod dixit Bal. in l. fi. §. in computatione, ad fin. C. de iure delibe. vbi quærit, an hæres ponit opponere contra instrumentum simulatū eo casu, quo statutum dicit, ꝙ instrumentum executioni mandetur, non obstante aliqua exceptione: & dicit ibi Bald. ꝙ potest opponere, & mouetur: quia instrumentum simulatum non est instrumētum, cum non faciat fidem simulatione probata: vnde licet superficialiter appareat esse instrumentū, tamen substantialiter, & essentialiter non est instrumentū, nec enim propriè dicitur, quod abusiuè dr̄: vt l. item prętor. ff. de suis & legi. sed instr̄m, quod non habet vim probandi, non est instrumentum propriè, quia dicitur ab instruendo. l. notionem. §. instrumentorum. ff. de ver. sig. statutum enim debet intelligi de instrumentis efficacibus, non de nullis. l. 1. §. 1. ff. quemadmo testa. aper. nam illud, quod caret effectu, etiam noīe caret. l. cum precibus. C. de proba. & idem Bal. in l. fraus. ff. de legi. dixit, ꝙ simulatus titulus non est titulus, & simulata traditio non pręiudicat possessori. l. emptor. ff. de aq. plu. ar. & in l. si non verum. C. de
15 don. inter virum & vx. dixit † ꝙ instr̄m simulatum dr̄ falsum largo modo. apparet ergo, ꝙ est nullum: vt d. l. emptor. ff. de aq. plu. ar. Ex quo infero, ꝙ vbicunque instr̄m est nullum, sunt nulla omnia contenta in illo, vt est casus singularis in l. fi. ff. de ꝯdi. pec. alle. illum Bald. in l. si absentis. C. si cer. pet. & facit, quod voluit

voluit Bal.in l.ex testamento.C.de fideic.vbi dixit,ꝙ si instrumentum est nullum,precarium in eo appositum ēt non tenet,& in c.1.§.j.de feu.da.in vicem.l.commis.dixit idem Bald.ꝙ si instrm est simulatum, non valet precarium ꝯtentum in illo. Et facit,quod voluit idem Bal.in l.si ex cautione.C.de non nu.pe. in simili,& in l.1.C.de suffra.& in l.j.C.de dona.ante nup.Et ideo dixit gl.multum singularis in l.si patronus.§.patronum.ff.si quid in fraudem pat.ꝙ si prin-
16 cipalis † obligatio est simulata, tunc præsumitur simulata oīs clausula,& oīs obligatio sequens, illam glo.alle. pro singulari & aurea Bal.in ꝯsilio incipiente,filia instituta.Facit simile,quod dixit Bar.in l.fi.§.idem quæsijt.ff.de condic.indebi.ex quibus apparet liquidò,ꝙ ex quo instrm est simulatum,præsumuntur famulatæ omnes clausulę in eo contentæ,& omnia in eo apposita,& per consequens pactum de reuendēdo,& ideo non vr̄ opus insistere circa pactum de reuendendo petendum,& exigendum a dictis hęredibus:sed nihilominus videtur mihi dicendum,ꝙ posito,ꝙ ipsum pactum de reuendendo sit nullum, stante nullo dicto instro : tamen si hæredes dicti Alberti volunt insistere circa illud pactum de reuēdendo,puto ꝙ possint,& moueor ex gl.multum sin.in l.
17 a diuo Pio.ff.de ritu nupt. ꝙ vbi † actus est nullus ex iuris dispositione,nō possunt partes illum approbare,& illam glo.magnificat Bald.in l.non dubium.C.de legibus, & in l.cum mulier.ff.sol.mat.& in c.1.in tit.qui succ.& in c.lator,de re iudic.& in l.iubemus. C.de sacrosanc.eccle.& doctores in c.cum dilecti,de emp.& vendi.secus dicit ibi glo.quando dolus dedit causam contractui.modo in casu nostro iam fuit in dolo emptor;quia non seruauit pactum de reuēdendo,ergo potuit ex tali contractu conueniri, nec potest allegare, ꝙ si hæredes Alberti intentent pactum de reuendendo, ꝙ non possint redire ad dicendum de nullitate instri : quia allegando illud pactum de reuendendo, non videtur ratificare contractum simulatū ex eo : quia vbi contractus est nullus ex iuris dispositione,non potest conualidari consensu,& voluntate partium: vt dixit glo.singularis in d.l.a diuo Pio, & Bald.in locis superius allegatis, ideo si hæredes Alberti intentent pactum de reuendendo, non propter hoc videntur confirmare, illud simulatum instrumentum , & per consequens poterunt redire ad viam dicendi de simulatione instrumenti:& maximè in casu nostro,cum præsupponatur in puncto, ꝙ dicti hæredes Alberti reseruarunt sibi ius dicendi de nullitate, & simulatione instrumenti : sicut dicimus in simili in eo,qui dicit sententiam nullam, & si qua est,appellat,de quo est glo.sing.in l.1.C.quando prouoc.non est necesse,& facit in simili,quod voluit Bar.in l.non solùm.§.morte.ff.de oper.no.nun. & quod not.Bal.in l.pacta nouissima.C.de pactis D. Anto.in c.cum M.de consti.& in c.j.quod met.cau. prout dicit D.Consulens. Et ex istis concludo,ꝙ posito, quòd hæredes dicti Alberti petierint hæredes dicti Francisci cogi,& compelli ad reuēdendum vigore pacti appositi ipso in instrumēto,nihilominus poterunt dicere de nullitate instrumenti, & de eius simulatione.facit, quod voluit Bal.in l.2.C.de rescinden.vendit.in repetit.vbi dicit,ꝙ si deceptus vult,ꝙ contractus valeat, tunc ex eo oritur actio, alleg.l.in causæ.el 2.§.1.ff. de min.& ideo si hæredes illius Alberti volunt agere ad illud pactum de reuendendo, possunt, nec per hoc præiudicant sibi in iure dicēdi de nullitate,aut de simulatione:& ista sufficiant circa secundam dubitationem.¶ Capio nunc vltimam dubitationem,videlicet, an obstet exceptio præscriptionis,ex quo elapsi sunt 40.anni,quo tpe pręscribitur actioni personali.l.sicut.& l.omnes.C.de præscr. 30.ann.obstat etiam non mediocriter, quod voluit Bal.in l.j.ff.so.ma.ꝙ si ego promisi semper tibi soluere, ꝙ nihilominus possum opponere exceptionem pręscriptionis per illum tex.coniuncta.l.in rebus.C. de iur.doti.& coniūcta gl.in l.in cognitione.in verb. accusare.ff.ad silla quod not.Bart.in l.nemo potest, de lega.1.vnde posito,ꝙ in dicto instro dicatur,quotiescunque, & quomodocunque,tn̄ intelligitur excepta præscriptio.vnde pulchrè dixit Bal.in c.j.§ pręterea, de cap.Corra.in vsi.feud.& Ang.in l.vniuersi. C.ne rei do.vel templo.& in l.j.ff.de cōcus.ꝙ licet caueatur, ꝙ instra dotalia mandentur executioni nulla pscriptione obstante,ꝙ nihilominus obstabit præscriptio.40.ann.all.l.si quis decurio.C.de decur.li.x. & l.si cohartalis. C. de cohart.libr.12.& in d.l.si quis decurio dixit idem Angel.statuto cauetur, ꝙ instro conseruationis nulla currat pręscriptio:ꝙ nihilominus curret præscriptio quadragenaria. Ita vr̄ modò dicendum in casu nostro:quia licet fuissent posita illa verba, ꝙ possit petere illas res venditas rei vendicatione semper nulla obstante pręscriptione,nihilominus poterit opponi exceptio præscriptionis:ergo multo fortius si nō sunt apposita illa verba, sed sunt apposita illa verba quotiescunque, & quandocunque.Et si dicatur, ꝙ ille Franciscus non potuit præscribere, nec etiam hæredes sui; quia erant in mala fide:vt in c.fi.de præscrip.c.2.de regu.iuris.lib.6. Ad
18 hoc respondeo, † ꝙ dispositio d.c.fi.& d.c.2.non habet locum in actione personali, vnde illud pactum obligat illum Franciscum emptorē,& hæredes eius ad reuendendum: non tamen acquiritur ius in illis rebus dicto Alberto vēditori, & sumus in iure mere personali,in quo non vendicant sibi locum in dicta iura.hoc decidit Bar.in l.sequitur.§.si viā.ff.de vsuc. & originaliter fuit opi. Hostien.in sum.de præscri.§. res quæ.vbi ponit illam oppositionē verbis amplioribus,de qua per Bal.in l.j.C.de seruitu.& in l.j.C.de præscrip.lon.tem.& in auth.ad hęc.C.de vsu.& in c. si quis per triginta.in titu.si de feu.fu.controu.in vsi. feudo.& in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.& facit glo. valde notabilis in c.j.§.porro.in tit.quæ fuit prima causa benefi.amit.Et per consequens mala fides illius Francisci emptoris sibi non obstat in actione personali:nec mala fides hæredum suorum:& multo minus obstabit,si illi hęredes Frācisci ignorarunt illud pactum de reuendendo,quo casu mala fides illius Francisci non inficit hæredes,nec transit ad successores : vt pulchre colligitur in c.cura, de iure patrona.& ibi per Inno.& per consequens talis præscriptio obstabit dicto Alberto, & hæredibus ipsius Alberti. Et ista erant,quæ iudicio meo faciebant hanc consultationem valde dubiam.¶ Et licet ista sint colorata, & apparentia satis tamen casum nostrū non attingunt:ideo illis non obstātibus contrarium puto de iure verius:videlicet,ꝙ nullo modo sit præscri-
19 ptum , quod sic † ostendo:aut dicimus fore præscriptum ex parte illius Francisci debitoris, & certe dicendum est, ꝙ non ex eo : quia malæ fidei possessor nullo tempore præscribit: vt est tex.in d.c.fi.de præscript.& in d.c.2.de reg.iur.li.6.quæ iura accommodate adaptantur ad actionem personalem : vt inferius ostendam:ergo sequitur, ꝙ ille Franciscus emptor nullo modo pręscripsit,aut dicimus,ꝙ hęredes ipsius Francisci emptoris pręscripserunt,& etiam dicendum est,ꝙ non præscripserunt : quia etiam fuerunt in mala fide.hoc decidit Bar.supremæ auctoritatis doctor in l.ex diuerso.ff.de rei vend.ad fi.vbi dicit,ꝙ si hęres successit defuncto,qui erat malæ fidei, hæres,qui erat bonæ fidei, non facit fructus suos: & sic non præscribit, vt l.2.C.de fruct.& lit.expen.& alleg.rationem:quia licet hæres sit bonæ fidei, tamen censetur

censetur malæ fidei, alleg. l. cum heres. ff. de diuer. & temp. præscri. & no. per glo. in l. si ego. §. partus. ff. de publicia. facit, quod voluit idem Bar. in d. l. cum heres, & do. Abb. in c. si diligenti, de præsc. & Bal. in l. 2. C. de vsuca. pro here. & in auth. ad hec. C. de vsu. do. Ant. in c. quia V. de iud. Ang. in l. cum quis. §. in hac, & in d. §. partus. ff. de publicia. Io. An. in c. cum quis, de re. iur. lib. 6. & Io. de Imo. in c. fi. de præscr. vbi pul
20 chrè distinguit, aut loquimur † in successore dignitatis, & tunc mala fides prædecessoris non trãsit in successorem: vnde mala fides prælati iam defuncti non trãsit in successorem in prælatura: licet sit successor vniuersalis, aut loquimur in successore hæreditatis: & tũc mala fides defuncti transit in successorem vniuersalem hæreditatis. Et est ratio: quia prælatus illud ius, quod acquirit in prælatura mortuo prælato prędecessore non acquirit ab ipso prælato iã defuncto, sed acquirit a superiore, a quo consequitur titulum, & institutionem in prędatura. ita scribit do. Anto. & communiter omnes in d. c. cura, de iurepatro. Sed successor hæreditatis illud ius, quod habet, acquirit, & consequitur ab ipso testare defuncto. ideo non est mirum, si mala fides testatoris defuncti transit in successorem vniuersalem. Et per consequens videtur, ꝙ hæredes ipsius Francisci nullo modo præscripserunt. Et posito non tñ concesso, ꝙ potuissent
21 præscribere: tamen deducendo † tempora pestilentiarum, guerrarum, & similiũ causarum impedientium agere illum, contra quem præscribitur: vt in c. ex transmissa, de pręscripti. & ibi plenissimè per omnes, & plenè per Bart. in l. naturaliter. ff. de vsucap. & etiam deducenda sunt tempora pupillaris ætatis, in quibus dormit pręscriptio contra minores: vt in l. fi. C. in quibus cau. resti. in integrum nõ est nec, & per glo. in c. cum non liceat, de præscrip. de quo quo plenè per Inno. & alios in c. constitutus, de in integrum restit. Bar. in d. l. fi. & in l. ẽt. ff. de minor. & in l. 2. C. de fun. patrimo. lib. 11. Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. si mater. C. ne de statu defunc. & in l. in contractibus. C. de non nu. pec. & in d. l. fi. D. Abb. in d. c. cõstitutus, & facit tex. fin. in c. 2. de delictis puer. Bal. in c. 1. in ti. quo tempo. miles, & in c. j. §. porro, in ti. qualiter olim feud. poter. alie. Et ideo deducendo tempora prædicta non remanebit completa pręscriptio. Et etiam deducendo tempus, quo fuit factum illud depositum mille florenorum, & petitum, ꝙ dictæ terrę reuendantur, & etiam deducendo tempus mortalitatum. vnde dicebat do. Pet. de Anch. in d. c. ex transmissa, ꝙ sicut tẽpore guerræ non currit præscriptio, vt ibi: ita nec currit tempore mortalitatis, alle. Bar. in d. l. naturaliter. & ex istis apparet non esse pręscriptum iuri petendi dictam reuenditionẽ fiendam. Secundo hoc idem ostendo ex verbis ipsius instrumenti, in quibus dicitur, ꝙ quotiescunque, & qñcunq; dictus Benedictus, seu Albertus, & eius hæres dabit, & soluet, aut paratus erit dare, & soluere dicto Francisco, & Bartholomeo, aut suis hęredibus mille ducatos, prædictam venditionem facient &c. Ex quibus verbis liquidò apparet, ꝙ nullo modo obstet exceptio præscriptionis: & vidi, iam annus est, quæstionem arduã, quę erat in terra Fabriani, & per solennes doctores fuerat consultum, ꝙ stantibus illis verbis nõ obstabat exceptio præscriptionis: & ita etiam consului, & allegaui in terminis elegans consilium Bal. quod incipit, ius offerendi, vbi consuluit, ꝙ per illa verba, qñcunque, impeditur præscriptio, alleg. l. ꝙ si nolit. §. si qd ita. ff. de ædi. edi. Multo ergo fortius in casu nostro, vbi sunt geminata verba, videlicet qñcunque, & quotiescunque, ar. l. balista. ff. ad Treb. cum ergo in casu nostro sint apposita illa verba, impeditur pręscriptio. Facit, quod voluit Ang. in l. cum stipulatus sum mihi a Proculo. ff. de verb. obl. in versi. ex prædictis apparet decisio quæstioni, quidam promisit. 10. hinc ad certos dies, & ab inde supra ad omnem petitionem creditoris. quęrit ibi Angelus, quid important illa verba: & dicit, ꝙ important, ꝙ poterit agere in perpetuum non obstante aliqua temporis præscriptione inducta a iure communi, vel aliqua iuris cẽsura municipali. & loquitur ibi Angel. eo casu, quo verba contractus concepta fuerunt ad diem certum: & deinde in antea ad omnem petitionem creditoris. ideo licet D. meus Io. de Imo. ibi dicat, ꝙ imo obstat exceptio pręscriptionis, & important quandam admonitionem, & recipiunt dicta verba restrictionem iuris communis, videlicet si non subsequatur prescriptio, non loquitur ibi Ioan. de Imo. in terminis nostris: sed loquitur in exemplo ibi posito per Angelum: sed in casu nostro non fuit ista promissio ꝯcepta ad diem: sed simpliciter, quotiescunque, & quandocunq; paratus esset. ergo stabimus decisioni, ꝙ non currat præscriptio. Nec est verum dicere, ꝙ illa verba recipiant restrictionem a iure communi ex eo: quia sunt verba contrahentium, qui vidẽtur voluisse disponere contra ius commune, argumento eius, quod nota glo. singularis in l. si cum militari. C. de in integrum restitut. milit. vbi præscriptio conuentionalis currit militibus. Facit etiam, quod voluit Ang. in l. 1. ff. de vsucapionibus, vbi dicit, quòd quotidie fiunt instrumenta, in quibus quis se obligat ad dandum, & faciẽdum omnia, singula, quę talis promisit perpetuo obseruare, & in nullo contra facere, vel venire, ad omnem petitionem, & terminum: quia per hæc verba videntur renuntiasse exceptioni pręscriptionis. Pro quo dicto facit capitulum primum, in ti. de feudo dato in vicem legis commissoriæ. vbi illa verba, quandocunque, excludunt præscriptionem. Et sic videtur, ꝙ per illa verba sit exclusa exceptio præscriptionis: & ideo dixit idem Ang. in auth. vt eccles. Roma. gau. præscrip. cent. anno. ꝙ licet partes non possint facere, ꝙ nulla præscriptio currat: tamen possunt facere, ꝙ eis non currat, nisi præscriptio centum annorum, & sic sentit partes posse disponere, quòd aliqua præscriptio eis currat. Prętерea in isto instrumento dicitur, quandocunque, & quotiescunque paratus erit, quo casu vendicat sibi locum doctrina gl. in l. qui luminibus. ff. de serui. vrb. præd. in glo. fi. quę dicit, ꝙ si per mille millia annorum area mea iuxta tuum palatiũ fuit, nec ædificaui, ꝙ nihilominus non possum prohibe-
22 ri, & est ratio, quia illud, quod † consistit in libero animo hominis, præscribi non potest: sed illa verba inferunt liberum animum ipsius vẽditoris, & suorum hæredum: ergo sequitur, ꝙ nullo modo potuit præscribi. Pręterea iuri facultatis non præscribitur. l. viã publicam. ff. de via publica, & procedit ista regula, quoties facultas in exercitio deducta, nullum ius tribuit ducenti. ita dixit D. Io. de Imo. in l. quamdiu. la j. ff. de acquir. hære. & ita dicit fore casum in d. l. viam publicam. secus si tribueret ius deducenti: vt est casus in l. cum notissimi. C. de prescrip. 30. ann. & istud dixit Ang. in l. pignori. ff. de vsucap. & in d. l. cum notissimi. Bal. in c. 1. de feudo dato in vic. legis commissoriæ, & clarius hoc exprimit Bar. in l. 1. ff. de condic. ex le. vbi dicit, ꝙ istud est simplicis facultatis: cum aliquid permittitur causa sui iuris conseruandi, alleg. dictam. l. viam publicam, sed vbi aliquid posse, tendit ad nouam iuris acquisitionem, tunc illa potentia non est meræ facultatis, sed est ius. Sed in proposito nostro ista facultas agendi non tẽdit ad nouam acquisitionem iuris ipsi venditori: sed tendit ad conseruandum ius ipsi venditori in dictis rebus, maxime cum ꝯtractus fuerit simulatus, & ex eo non fuerit

rit translatum dominium: vt d.l.emptor.ff.de aqua pluuia arcenda:ergo est meræ, & simplicis facultatis,& per consequens non pscribitur.Præterea facit glo.elegans in l.1.C.de anna.except.quę voluit,ꝙ illud,quod pendet ex libero animo,& libero arbitrio, non potest præscribi: cum ergo istud ius petendi dictas res reuēdi,pendeat ex libero arbitrio, & animo ipsius venditoris,& hęredum suorum,ergo sequitur ꝙ nullo modo est præscriptum. Præterea facit,præscriptio præsupponit possessionem.c. sine possessione, de reg.iu.lib.6.sed ius petendi dictas res venditas reuendi,non possedit ille Franciscus,aut eius hæredes,ergo sequitur,ꝙ illud nullo modo præscripsit,& sic cum istud ius consistat in voluntate ipsius venditoris: ergo non potuit præscribere ille emptor.Præ-
23 terea ex contractu simulato non † trāsit dominium: vt d.l.emptor.& ibi Barto.& idem probatur in l.eleganter. ff. de dol. & in l.1.C.de suffra.& in l.1.§.si vir vxori.ff.de acquir. poss. & maximè cum ille emptor possederit dictas res venditas:ergo sequitur,ꝙ nullo modo potuit præscribere ille emptor. Præterea facit, præscriptio præsupponit præscriptibile.ergo vbi non est dare præscriptibile,non est dare præscriptionem:quia illud,quod adhuc non est in rerum natura, pręscribi non potest iuxta no.in d.c.fine possessione. Sed in casu nostro istud ius petendi reuēditionē adhuc ipso venditore non declarante suam volūtatem, & sua præparamenta non erat in esse productum:ergo sequitur,ꝙ præscribi non potuit. Et cum dicebatur, ꝙ cap.2.de regulis iuris,lib.6.& cap.fi.de pręscriptionibus,non habent locum in actione personali: vt voluit Bartolus in d.l.sequitur.§.si viam,& Hostien.in loco superius alleg.dico, ꝙ non est vera opinio,& contra consuluit do.Petrus de Anchar.in consilijs suis,consilio l.vbi commemorat Bar.fuisse deceptum super isto passu:quia solùm considerauit dictum capitulum secundum , & contra Bar.tenuit Ang. in eum dicit esse casum in d.c.fin.& contra dictum §.si viā. & idem tenuit in repetitione.l.1.C.de iudicijs, & in l.si certis annis.C.de pact.& do.Anto. in cap.fin.de præscript.& domi.Cardinalis in c.vigilanti, de præscript.& dominus Petrus de Anchar.in dicto capitu.final.& in d.c.2.& in repetit.c.1.de constitu.& Ioan.de Imo.in d.c.fin.& in d.§.si viam,& in quæstione facti vidi consilium Ioan.de Imo.contra Bar.& facit contra Bar.quia creditor potest dici possessor debiti.l.ꝙ si in diem.§.Iulianus.ff.de petit.hæreditatis,& not.glo.in l.regulariter.eo.titu.& etiam facit: quia fauore animæ statutum strictè loquens ampliatur: vt dixit gloss.singularis, quam omnes sequuntur in authentica, sacramenta puberum.C.si aduersus venditionem, ꝙ propter fauorem animæ illa authentica exorbitans loquens de contractu extenditur ad quasi contractum.& Io.Calder.in ca.series,de testibus,quem refert dominus Abbas in c.iurauit,de testibus,ꝙ fauore animæ extenditur dispositio dicti c.series, & quod voluit Io. And.in c.pro humani, de homic.libr.6.& quod voluit Ioan.And.in c.ex tenore,qui filij sint legi.& sic opinio Barto.quæ fuit Host.est communiter reprobata.Nec obstat dictum Bal.in d.l.1.ff.sol.mat.quia ibi Bal.ad fi.loquitur in alijs terminis: dicit enim,ꝙ si promisi semper tibi soluere,ꝙ ego nihilominus potero opponere exceptionem præscriptionis, iste non est casus noster: quia in casu nostro fuit positū in facultate illius venditoris, & suorum hæredum, cui facultati non præscribitur.item quia Bald.ibi remittit se ad opinionē Dy.positam in lege,nemo potest,de leg.j.& Dyn.ibi tenuit,ꝙ effectualiter per pactum impeditur pręscriptio.& secundùm opinio Dy.refert Bal.se ibi consuluisse, quem ibi etiam sequitur Ioan.de Imo.& Bal. ibi dicit, doctores transire communiter cum opini. Dyu.ꝙ saltem quoad effectum posset impediri præscriptio pacto priuatorum.Nec obstat,cum diceba tur, ꝙ statutum disponens,ꝙ instrumentum publicum mandetur executioni non obstante aliqua prę scriptione,ꝙ nihilominus currit præscriptio longissima,quia ad hoc alle.Bar.in terminis in l.cum satis. C.de agri.& censi.lib.11.vbi dicit,statuto cauetur, ꝙ instrā dotalia mandentur executioni nulla obstante longi temporis præscriptione , an currat præscriptio.l.annorum:& concludit,ꝙ non currit: quia tale statutum simpliciter loquitur.multo ergo fortius in casu nostro currit præscriptio.Item quia Ange.& alij non loquuntur eo casu,quo quis habet facultatem : sed in casu nostro ista sunt facultatis, vt superius est dictum: ergo non est præscriptum,nec Ang. loquit̄ in eo,qui est in mala fide: vt est casus noster. Et sic multifarie, multisq; modis ostensum est, illū Frāci. & eius hr̄des nō pscripsisse istud ius reuendendi contra illum venditorem,& eius hæredes : maxime: quia in dicto instrumento prope finem promisit dictus Frāciscus prædictam promissionem,& omnia singula per se & hæredes suos semper firma habere,tenere,obseruare &c.& in principio instrumēti sunt apposita illa verba , quandocunque , & quotiescunq;,& sic apposita sunt verba geminata exclusiua præscriptionis,& sic sunt maioris effectus.l.balista.ff.ad Trebel.Facit,quod in simili dixit Bald.in c. quoniam Abbas,de offi.dele.quando ista verba,tu, tu,apponuntur geminata. Et ex istis concludo nullo modo fuisse præscriptum contra illum venditorem,& eius hęredes:ideo in fauorē suum concludo

EPITOME.

¶ Statutum prohibens donare, de qua donatione intelligatur: item ꝙ non prohibeat huiusmodi statutum legatum posse fieri. Et excludens vxorem propter descendentes requirit illos esse hæredes ipsius mariti.

SVMMARIVM.

Donationis facta mentio a lege si permissiuè, comprehendit donationem inter viuos tantū:si verò prohibitiuè,vtranq;.nu.1.
Vltima voluntas quæ dicatur.nu.2.
Statuti verba quomodo intelligenda.nu.3.
Verba conditionaliter prolata,an & quando disponant.nu.12.
Statutum prohibens donari vxori,si maritus haberet descēdentes,non propter aliud fuit introductum,nisi propter commodum successionis.nu.17.

CONSILIVM XXIII.

Clementissimum Deum, & Saluatorem nostrum pijssimum Iesum Christum ex omni animo, & mente oro, vt sua solita liberalitate mētem meam aperiat ad inuestigandam veritatem in hac consultatione. Et visis statuto, facti contingentia , & eleganti consilio reddito per celebrem, & insignem iuris interpretem dominum Benedictum de Barzijs,mihi patrem optimum,& solēni animaduersione pensatis,tota huius consultationis vis pendet ex intellectu statuti Regini.Et ideo circa illud statutum est assumēda huius consultationis prouincia:& quidem in rubrica dicti statuti dicitur de dotibus, & donationibus mulierum, & in nigro dr̄, super dotibus & donationibus mulierum ita decernimus obseruari &c. in vltima voluntate concedimus facultatem donandi vxori vsque ad quantitatem florenorum,10.& non vltra aliquo modo, & hoc

hoc si maritus habuerit ascendētes, vel descendētes masculos, vel fœminas. Si verò nō habuerit descēdētes, vel ascendētes vt supra, tunc hēat maritus ptātē relinquēdi vxori suæ qcqd voluerit, donec aūt mulier in domo, vel bonis sui mariti habitare voluerit, hēat, & nō vltra, quanq̃ relicta fuisset a testōre dña, massaria, & vsufructuaria: ita tñ q̄ filij, & filiæ, & neptes ex testamento, vel ab intestato succedētes vnà cū vxore debeant percipere fructus, & ex eis ali. Ista sunt formalia verba ipsius statuti. Mō stante themate præfato, videamus modū huius hęsitationis. primò istud statutum in rubrica & in nigro loqtur de
1 donationibus. modò propriè & strictè donatio† aut de ea fit mentio a lege, & tūc aut permissiuè, aut ꝓhibitiuè si sit pmissiuè, tūc ꝯprehēdit donationē inter viuos. Si autē proferatur prohibitiuè, tūc cōprehēdit tam donationem inter viuos, q̃ ēt donationē causa mortis, iste est casus valde sin. in lege, filiusfa. ff. de dona. quem ad hoc pōderauit singulariter dominus Baldus in capitul. imperialem. in principio, ad finem illius lecturæ illius prin. in titul. de prohi. alie. feud. per Federi. etiam facit, quod voluit Barto. & Iacob. de Are. in dicta lege, filiusfa. & pulchrè dixit Baldus in dicto capitulo, imperialem. q̄ si statutum municipij prohibet mulieres donare, intelligitur facta prohibitio in donatione inter viuos, & donatione causa mortis. Modò istud statutum est lex in populo. l. omnes populi. cum simil. ff. de iusti. & iure. & prohibet virum donare, ergo intelligitur donare inter viuos, vel causa mortis: & maxime qa & in rubrica & in nigro tale statutū loquitur de donationibus, & sic intellectus ipsius statuti fuit prohibere virum donare vxori tam inter viuos, q̃ etiā causa mortis, & est tale statutū exorbitans, & cōtra cōmunes iuris censuras & regulas, vt l. nec emere, nec vendere. C. de iure delib. cum si. ergo non debet extendi. l. si verò. §. de viro. ff. so. ma. c. constitutionem. de regula. lib. 6. Cū ergo istud statutū loquatur vno modo permissiuè, & alio modo loquatur prohibitiuè, qñ loquitur permissiuè intelligitur de donatione inter viuos, qñ loquitur prohibitiuè verificatur in donatione inter viuos, & donat. causa mortis. in legato verò non loquitur. Cum ergo sint diuersi tituli: quia alius est titulus de dona. & de do. cā mort. & de legatis. ergo statutum exorbitans, & priuans maritum potestate disponendi de rebus suis, & loquitur in donatione per verbum donauerit, ergo sequitur, q̄ verificatnr in suo proprio significato, & in significato improprio. l. j. §. is qui nauē. ff. de exercito. Vnde accuratè ponderet D. iudicans: quia tale statutum dicit, in vltima verò voluntate. vnde disponit, quòd in vltima voluntate non possit donare. ideo est videndum, quid dicatur vltima volūtas. & Innocen. quem omnes sequuntur in cap. requi-
2 sisti. de testa. inquantum ibi tex. dicit, in vltima† voluntate legauerit, quærit, quæ dicatur vltima voluntas: ipse dicit, quòd dicitur testamentum quandocunq; fuerit factū. etiam si in plena sanitate, & multo tempore ante mortem: quia testamentū morte ꝯfirmatur. c. cū Marthe. de celebra. miss. & cōprehēditur codicillus: vt plenè dicit dominus Pe. de Anc. in rubrica de testa. lib. 6. & etiam appellatur vltima voluntas testamentū minus solēne: vt l. fi. l. quoties. C. fam. er. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. voluit Barto. in repetit. l. j. ad fi. C. de sacrosan. eccl. vbi voluit, q̄ si quis facit testamentum ad pias causas, & est minus solenne, dicitur volūtas ultima & non dr̄ testamentum, & facit gl. fin. cum suo text. in l. licet. C. de pactis. & ibi Bal. inducit ad q̃stionem statuti, q̄ quælibet ultima uoluntas mandetur executioni: ut ibi per eū. Modo istud statutum loqtur amplè, & non solùm comprehendit donata in testamēto, sed ēt donata in codicillis, & ēt in actu, qui appellatur ultima uoluntas in genere. Et ideo dixit in ultima uerò uolūtate nō possit donare. unde clarissima est sententia, q̄ istud statutum non loquitur de legatis, nec mens sua fuit loqui de legatis: quia legata fiunt in testamentis, uel codicillis: unde non oportebat dicere aliud, nisi quòd in ultima uoluntate, non dispositione, sed ex quo dixit donare, in-
3 hęrendum est uerbis † statuti, sicut uerbis ꝯtractus: licet enim statutum sit lex in populo, tamen verba sua debent considerari ut uerba contractus. ideo dicit Bald. in l. contractus. C. de fide instrum. q̄ uerba statuti debent considerari tanquam uerba stipulationis: quia ad instar stipulationis per interrogationem & responsionem fiūt statuta: unde si in actu ꝯ̄tus fieret mētio de donatione, intelligeretur inter uiuos dumtaxat: ut est casus in dic. l. filiusfa. ex quo sequitur, quòd cum tale statutum prohibeat uirum posse donare uxori in ultima uoluntate, debet intelligi inter uiuos: quia uerba statuti sunt intelligenda, ut uerba stipulationis & contractus: & etiā si uolumus intelligere statutum, quod etiam comprehendat donationem causa mortis, non tamen possumus extendere ad legatum, quod simpliciter & propriè non est donatio: quia nec est donatio inter uiuos, nec donatio causa mortis, nec mortis causa capio: licet sit donatio quædam, ut dixit text. in l. legatum est donatio quædam testamento relicta. ff. de le. 2. q̃ uerba nō possunt adaptari donationi simpliciter. Et si dicatur, q̄ donatio est cōtractus, & nō potest admisceri in testamento, per no. in l. hæredes palam. §. fina. de testamen. respon. quòd imo potest contractus fieri in testamento, ut est gl. in d. l. hæredes palā. §. fi. quē ibi sequitur Bart. & sequitur Dyn. in regula, quod semel. li. 6. Cy. in l. cum antiquitas. C. de testa. & ibi Ang. & communiter scribentes, & idem voluit Bart. in l. cum quis. §. codicillis. ff. de legat. 3. facit tex. in l. tam is. ff. de donat. causa mor. lege, assignare. ff. de assi. liberto. & quod voluit glossa in lege, his consequenter. §. j. ff. fami. erc. & text. in l. ex sentētia. ff. de testa. tu. & l. vxori. §. qui se. ff. de fal. Bal. in d. §. fina. & moderni ibi. Non est ergo absurdum dicere, q̄ tale statutum intelligatur de donatione facta in testamento: sed in casu nostro testator legauit, non autem donauit: ergo non vendicat sibi locum tale statutum. ¶ Et si quispiam dixerit, q̄ tale statutum vtitur verbo relinquo, dum dicit, potestatem habeat relinquendi, quo casu vendicat sibi locū in legatis, & in actu vltimæ voluntatis, vt in l. j. C. de pecu. eius lib. me. & gloss. in cle. fi. de iure patro. & l. his uerbis. ff. de hære. instit. Ad hoc resp. q̄ illud verbum, potestatem habeat relinquendi, est exceptio apposita in d. statuto ex eo: quia in dicto statuto dicitur, quòd si habeat descendentes, vel ascendētes, non possit donare in vltima voluntate: postea ponitur exceptio ab illa regula, videlicet, q̄ si non habet descendentes &c. habeat potestatem relinquendi. & sic illud verbum relinquēdi, non ponitur in regula illi⁹ statuti, sed ponit in exceptione. Vnde cum in regula ponatur illud verbum donare, & in exceptione ponatur illud uerbum relinquen-
4 di, certissimi iuris est, q̄ licet exceptio † firmet regulā in casibus non exceptis: tñ illā ampliat, ut sub illa ueniant, quæ sui natura non ueniunt, & probatur in l. quæsitū. §. deniq;. ff. de fund. instr. & in l. generali. §. uxori. ff. de usufr. le. facit. c. in nostra. de sepul. & ibi dixit D. Anton. q̄ exceptio non ampliat regulā in non inclusis in regula. facit, quod habetur in l. pediculis. §. item cum quæretur. ff. de aur. & arg. leg & in cap. dominus. 32. q. 7. & quod uoluit Bald. in l. in

his.

his.ff.de legi.& idem Bal.in l.j.C.de cond.inde. vbi dixit, quòd exceptio firmat regulam: vt in lege, nam quod liquidæ.ff. de pen.leg. & in §. vt autem.in authen.de non alie. & in l.j.ff.de reg.iu. nō tñ ampliat alias exceptiones, secundum Bal.ibi.ergo multo minus ampliat regulā.& Ange. in d.l.j.ff.de reg.iur.dixit, ꝙ licet exceptio firmet regulam, non tamen illam ampliat.& dicit esse casum in l.Lucius.§.si pluribus.ff. ad Trebel. Modò in casu nr̄o cū illa verba, potestatem relinquendi, ponantur in exceptione,& nō ponant̄ in regula, & in regula ponitur verbū donare, quod verbum restringitur a donationē inter viuos,& ad donationem causa mortis: vt superius dixi: ergo licet illa exceptio apponat illud verbum relinquo, quod adaptator ad vltimam volūtatem, non tamen ampliat,& extendit illam regulam præcedentem ad legata. & ista videtur pura veritas. Et per consequens sequitur, quòd dictus testator potuit legare:

5 quia † cum statutum de actu legandi nō disponat, ar. eius, quod dr̄ in l. si seruus. versi. nō dixit prætor.ff.de acquirend. hæred. remanebimus in dispositione iuris communis.l. cōmodissimè.ff. de liber.& po.l.si cum dotem.in principio.ff.so.ma.l.si extraneus.ff.de condic.ob causam. Et sic cū istud statutum in regula non prohibeat virum legare vxori, ergo sequitur, quòd per illa verba apposita in exceptione, non videtur ampliari illa regula prohibitiua, vt videatur prohibere potestatem legandi. Et ex isto capite videtur, ꝙ iste testator potuit legare vxori vsumfructū omnium bonorum, seu facere illam vsufructuariam omnium bonorum, Et etiam est accuratè considerandum, quòd si tenere volumus, ꝙ sufficiat descendentes masculos, aut fœminas extare dumtaxat ad hoc, vt maritus non possit donare uxori vltra.10 floren.nec requiratur, ꝙ succedant in bonis mariti, tunc multo fortius non videtur prohibitus ipse maritus legare: cum tale statutum non tendat ad commodum ipsorum descendentium: ergo sequitur, ꝙ non extenditur ad legata; poterit ergo legare vxori, quantū voluerit,& tūc succedit no. dictum Bald. in l.& si dotis.C. de iure doti. vbi dixit,

6 ꝙ † quoties statutum non habet aliam rationem, nisi ꝙ ita placuit conditori non extenditur de similibus ad similia. Ita est dicendum in proposito: quia si istud statutum excludens vxorem a donatione fiēda per maritum vltra.10. florenos non emanauit in fauorem ipsorum descendentium, vt potius illæ res donatæ perueniant ad eos tunc tale statutū non videtur fundatum aliqua ratione, nisi ꝙ ita placuit conditori. Cum ergo loquatur in donatione, ergo non extendet̄ ad legata. Sed in casu huius consultationis illi descendentes non succedunt: ergo sequit̄, ꝙ tale statutum nullo modo comprehendit maritum volentem legare vxori vltra.10.flore. quinimo vr̄ aperto ore tenendum, ꝙ dato, quòd isti descendentes succederent, quod tamen non est verum, nihilominus tale statutum non comprehendit legata, eo maximè: quia dicimus, ꝙ tale statutū comprehendit donationem inter viuos dumtaxat:& tūc clarū est, ꝙ non comprehendit legata.& habet rōnem

7 quia statuentes † potius videntur prohibuisse donationem inter viuos, quàm legatum ex eo: quia tenacius rimat anchoras donatio inter viuos: quia efficitur irreuocabilis. ideo statuentes prohibuerūt donationem inter viuos potius, quàm legata: quia nō pōt reuocari, p ti.C.de reuo.do.c.fi.de dona. cū si.& nō sic in legato: quia ambulatoria est voluntas testatoris,& pōt pænitere.l.4.ff. de adimend.legat. Et sic firma est conclusio, ꝙ non comprehenditur legatum sub donatione inter viuos. vñ licet iste maritus fuerit ꝓhibitus donare inter viuos: qa est alienatio irreuocabilis, non tamen videtur prohibitus legare.facit tex.sing.in l.Aurelio.§.Caius.ff. de libe. lega.vbi adultus habens curatorem potest testari,& tamen non potest alienare, quem text. magnifecit, ad hoc Bald. in l.j.ff. de tutel.& ra. distra. & in lege, si curatorem habens. C. de in integrum resti. mi. & in l.prædium.C. quando decreto opus non est.& in c.in præsentia.de probat. Vnde stat, ꝙ licet maritus sit prohibitus donare, non tamen est prohibitus legare: vt in casu.d.§. Caius. Et sic si tale statutū sentit de donatione inter viuos, tunc non prohibet legare.& istud est sine scrupulo & dubio aliquo: si verò loqtur illud statutū non solùm in donatione inter uiuos, sed etiā in donatione causa mortis ex eo: qa ex quo sumus in materia prohibitiua, prohibito genere uidetur prohibita q̄libet eius species: ut dixit Bal.in d. c.imperialem. etiam circa hoc aduertat D. iudicans, quia Bal.in auth. eo decursum.C.de donaante nup.dixit per illum tex.ꝙ si statutum disponit, quòd si donatio non sit insinuata sit nulla, quòd nō intelligitur de donatione causa mortis, sed de dona. inter viuos, vbi dicit Bald. in suis finalibus verbis,

8 quòd nomine donationis † simpliciter non venit donatio, quæ confirmatur per mortem. & ad illud dictum Bald. in d.c. imperialem.in quantū dixit, ꝙ si statutum prohibet mulierem donare, etiam venit donatio causa mortis: potest responderi, quòd contrarium ipsemet voluit in d. authen. eo decursum. vel posset responderi, quòd loquatur in muliere, q̄ propter sui intellectus debilitatem statutum prohibuit donare: vnde non præsumit illam debilitatem, & inconstantiā in uiro, quam p̄sumit in muliere.ar. l.in multis.ff.de statu ho.l.testō.§.muli.ff.de testa.ergo uidetur ex istis, ꝙ tales statutū dumtaxat prohibuit donationem inter uiuos. Et etiā posito pro cōstanti, quòd comprehēdat donationem causa mortis. ex quo est statutum prohibitiuū, per d.l. filiusfa. nihilominus dico, quòd non propter hoc cōprehē-

9 dit legata quod sic ostendo. Donatio † causa mortis accedit naturæ contractus, & sic est contractus & non ultima uoluntas, nisi in certis casibus, qui habentur insti.de dona.§.j.in glo.in l.2.ff.de do. præle. & in l.2.ff.de le.j.& in l.fin.C.de do causa mortis.ergo dispositio statuti loquens de donatione non cōprehendit legatū tanquam speciem diuersam.l.fin. cum si.ff.de calum. Facit etiam, donatio causa mortis est quid mixtum inter contractus, & ultimas uoluntates: ut patet tex.no.in d.l.2.de dote præle.& ex no.in l.2.ff.de le.j.& plenè ibi per Bald.& hoc in terminis dixit Ang.in disputatione, Astensis miles. ubi dixit, ꝙ erat mixtum quoddam inter cōtractū & ultimā uoluntatē: sed iura sunt in aperto, ꝙ statutum

10 † loquens de simplici, non extenditur ad mixtū materia restringibili,& exorbitanti: ut not.in l.2.ff. de uerbo.obl.& in l.si ita scriptum.ff.de li. & po.& in l. Clemens patronus.ff.de hære. instit.cum si.ergo sequitur, ꝙ istud statutum loquens de donatione nō comprehendit legatum, siue dicamus tale statutū intelligi de dona. inter uiuos, siue de donatione cā mortis, quodcunq; capere velis, nō cōprehenditur legatū. Et ex istis multifariè, multisq; modis demonstraui ad oculū, ꝙ tale statutū non prohibet testatorē legare vxori. ¶ Restat modo uidere, posito quòd tale statutum comprehendat legatum, non tamen concesso, quid iuris in casu huius consultationis. Et circa hoc considero ante omnia ipsum statutum, in quantū dicit,& hoc si maritus habuerit ascendētes, vel descendentes masculos, uel fœminas, utrū tale statutum uideatur sentire, ꝙ dicti descendentes, ad hoc ut excludāt ipsam vxorē a donatione facta per maritum, requiratur, ꝙ isti tales succedant. & circa

ca

ea hoc dico ꝙ sic. & hoc probat ipsummet statutũ inquantum dicit, ita tamen ꝙ filij, filiæ, nepotes, & neptes ex testamento, vel ab intestato, succedentes vnà cum vxore, & sic statutum sentit expressè, ꝙ ipsi descendentes succedant, vel ex testamento, vel ab intestato. quasi velit, ꝙ ita excludatur vxor a donatione facta p maritum, si habeat maritus descendentes succedentes, vel ex testõ, vel ab intestato. qđ fortius apparet, ex quo ipsum statutũ excludit vxorem, quando maritus voluit eam esse dominam, & vsufructuarium fauore ipsorum descendentium succedentium ex testamento, vel ab intestato. & habet rationem optimam in se: quia vbicunque ali-
11 quis † remouetur a lucro contemplatione alicuius illi debet applicari illud lucrum, cuius contemplatione alter remouetur: vt apparet in tutore, qui priuatur legato, si non gerit tutelam, vt l. post legatũ. §. mittere. ff. de his quibus vt indig. l. penul. C. de legat. l. cum emancipati. ff. de colla. Vnde cum statutum istud disponit, ꝙ si maritus habet descendentes &c. maritus nõ possit donare vxori in vltima voluntate, voluit ipsos descendentes esse huius lucri successores. facit text. melior ad hoc propositum, q in iure, in l. si defunctus. C. de suis & legi. quem text. ad hoc ponderat Baldus ibi. & idem etiam voluit ipse Baldus in l. j. C. de secun. nupt. & in l. quod verò. ff. de legib. & in l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. & in l. maximum vitium. C. de lib. præteritis. & in consilio incipien. martinus Ioannis de Florentia. posito inter consilia Ange. & idem voluit D. Petrus de Ancharan. in consilio 71. incipien. contra Philippum. vbi dicit, ꝙ filij, & per consequens descendentes cõditionaliter comprehensi videntur vocati per modum dispositionis expressæ quoad exclusionẽ aliorũ, & etiã quoad inclusionem eorum: ideo dicit, ꝙ si dicatur, si sine liberis &c. quòd illa verba licet cõditionaliter expressa sint, tamen disponunt, & allegat. Barto. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. & voluit Ioan. Andr. in addi. Specul. in titul. de succ. ab intestato. & dicit D. Petr. ꝙ ex exemplis positis per Bart. in dicto §. videndum, & per Bald. in l. conuenticula.
12 C. de epi. & cle. illa regula, ꝙ verba † conditionaliter prolata non disponunt, non est perpetuò vera, imo disponunt quandoq;: & maximè dicit in casu illo, in quo consuluit: quia fauore liberorũ fuerũt apposita. Modò ista decidunt hanc cõsultationem: istud statutum facit mentionem de liberis: quia facit mẽtionem de descendentibus, lege, liberorum. lege, pnuntiatio. ff. de verbo. sign. licet proferat verba conditionaliter, nihilominus fauore descẽdentiũ disponunt: ergo sequitur, quòd includunt ipsos descendẽtes, & istud est valde rationabile, & omni æquitati conforme: qa potius voluit statutum prouidere descendentibus defunctæ personam, q̃ vxori, ar. l. nihil. §. facilior. ff. de bo. lib. & lege, scripto. ff. vnde lib. & considerauit statutum, quòd illud, quod nõ posset maritus donare vxori, relinqueret suis descendẽtibus, nec statutum istud considerauit fauorẽ agnatorum, sed dumtaxat considerauit fauorem ipsorũ ascendentium, & descendentium. quod apparet, cũ dicit, siue masculos, siue feminas, ar. l. maximũ vitiũ. C. de li. præteritis. & etiã hoc ostendũt indubitata verba ipsius statuti dũ dicunt, succedentes ex testamento, vel ab intestato, & etiã dixit ibi D. Pet. qa iura quandoque descendentes interpetrantur vocare exclusis substitutis, etiam si de illis non sit facta mentio, alleg. l. cum auus. ff. de condi. & demonst. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. Si ergo vbi nulla est facta mentio liberorũ, lex supplet, & subintelligit ipsos descendẽtes includi, & vocari exclusis substitutis, quanto fortius admittentur descendentes, vbi mentio facta de ipsis cõditionaliter: debet enim illa specificatio de descendentibus accipi tanquam fauorabilis ipsis: licet ergo istud statutum vocet descendentes conditionaliter, nihilominus eos includit: & sic tale statutum habet virtutem exclusiuam, quia eos includit vxorem a donatione, & inclusiuam ipsorum descendentium: quia eos includit ad succedendum vel ex testamento, vel ab intestato. & per istud tollitur illud, quod opponitur: quia qñ testator prouidet conditionaliter, si liberi. vel descendentes non extabunt, non est opus, ꝙ sint hæredes instituti: sed simplex superexistentia facit deficere conditionem: vt lege filiusfa. §. cum quis. ff. de leg. j.
13 quia in † conditionali dispositione consideramus ipsum merũ factũ: vt lege, Mæuius. & l. qui hæredi. ff. de cõdi. & demon. ideo cum ipsum statutũ faciat mentionem de ipsis descendentibus conditionaliter, non erat necessarium ad hoc, vt ipsum statutũ uendicet sibi locum, ꝙ testator instituerit tales descendentes, uel non instituerit: sed sufficit, quòd solùm superexistant dicti descendentes ad hoc, ut illa conditio apposita in dicto statuto dicatur esse defecta. & ideo concludit Barto. in lege j. §. filium. ff. de contratabulas, ꝙ si appositus in conditione excludit ex dispositione testatoris, uel sua uolũtate, facit deficere cõditionẽ: ita uidetur dicẽdum in casu huius statuti, sufficit, quòd extent illi nepotes descendentes ab ipso testatore: ut sunt filij & filiæ ipsius testatoris: ut in l. J. C. de condi. insert. & uoluit Bart. in l. j. §. si pater. de cõiung. cum emanc. lib. ubi dixit, ꝙ quãdo non tractatur de commodo, aut incommodo illius, qui est positus in conditione, ꝙ tunc non curatur, an succedat, uel nõ succedat, sed sufficit cõditionem esse defectam propter solam superexistẽtiam illius descendentis, qui est positus in ꝯditione, allegat. d. l. filiusfa. §. cum quis. Cũ ergo in casu isto non tractetur de commodo, aut incommodo ipsorum nepotũ: quia in neutro casu possunt succedere testatori, non est curandum, an fuerint hæredes, sed sola superexistentia ipsorum facit desinere cõditionem. & uoluit Cyn. in d. l. j. C. de condi. inser. quia licet illa uerba fuerint conditionaliter prolata: tamẽ fauore descendentium disponũt: ut dixit D. Petr. in præallegat. consilio. Et quia ipsum statutum tollit ista contraria inquantum dicit, succedentes ex testamento, uel ab intestato, unde ista uerba tollunt omnia contraria ex eo: quia istud statutum non solum uoluit uxorem excludi a donatione per simplicem superexistentiam descendentium, sed etiam uoluit, ꝙ succederent ex testamento, aut ab intestato, vnde Bart. in d. l. j. §. filium. loquitur de statuto disponente, ꝙ filia non succcedat stantibus filijs masculis ex eodem patre, & ꝙ soror non succedat fratri stantibus fratribus ex eodem patre: vñ loquitur Barto. solum, & dumtaxat, quãdo facit mentionem de masculis cõditionaliter, nec tale statutum facit expressam mentionem, ut dicti fratres succedant: sed in casu istius statuti uult, quòd per existentiam descendentium prohibet uirum donare uxori, & etiam eos uocat ad successionem ex testamẽto, uel ab intestato. & sic non solum includuntur, & uocãtur ad successionẽ ex tacita mente ipsorũ statuentium, sed etiã ex uerbis expressis ipsius statuti, & sic non merentur allegari cõtra hanc cõsultationem. Et etiã, quod hoc sit uerissimum, apparet ex ipso statuto, dum ponit regulam, ꝙ si habuerit descendentes &c. nõ possit donare uxori. postea dicit, si uerò non habuerit descendẽtes, tũc possit relinquere qcquid uoluerit, apparet ergo ꝙ si eo casu, quo nõ habet descendẽtes, disponit statutũ, ꝙ possit relinquere uxori quicqd uoluerit: ꝙ tunc statuens ꝯsiderarunt

runt non ſolùm ſimplicem ſuperexiſtentiam ipſo-
rum deſcendētiū, ſed etiam merum fauorem ipſo-
rum: vt ex teſtamento, vel ab inteſtato ipſi ſuccedāt.
conſiderarunt enim ſtatuentes, ꝙ ipſe teſtator inſti
tuet ipſos deſcendentes, & ei ſuccedēt. in caſu verò,
quo loquitur Bart. bene apparet, quòd loquitur de
ſimplici exiſtentia, dum dixit, ſtantibus maſculis fę-
mina non ſuccedat. Sed in caſu noſtro loquitur per
alia verba: ergo &c. Præterea hanc quæſtionem de-
cidit Salyce. in lege, maximum vitium. C. de liber.
præteri. in 5. quæſtione. vbi dixit, diſponit ſtatutum,
vt ſtantibus maſculis fęminæ non ſuccedant, quòd
ſi maſculi repudient hæreditatem, an fęminæ tūc
14 admittentur, & concludit quòd ſic: quia † paria ſunt
non extare, & repudiare, & nolle adire. ff. de iure pa-
tro. l. ſiue. §. fina. ff. de bo. liberto. lege, & ſic ex modi-
ca. §. ſi filius. l. j. §. cum autem. C. de cadu. tol. Idem
dicit, ſi hæres eſſe non poſſit: vt quia frater minor,
ar. d. §. cum autem. & quod not. Barto. in lege j. in fi.
ff. de contratabul. Nec obſtat, ſi dicas, ꝙ ſtatutū lo-
quitur per ablatiuum abſolutum facientem condi-
tionem: vt lege, a teſtatore. ff. de cond. & demon. &
per ꝯñs ſufficit conditionem extare, & ſic filios exta-
re, licet non adeant, vel non ſint hæredes, arg. l. Me-
uius. ff. de condi. & demon. l. filiusfa. §. cū quis præal
leg. quia reſpondet ibi Salyc. quòd aliud eſt grauare
quem, ſi deceſſerit ſine liberis: vt in dicto §. cū quis,
& aliud per viam legis diſponere, vt filijs extantibus
fęminæ non ſuccedant: quia filij per prius ſunt in
diſpoſitione: quia iam a iure erāt vocati, & ſtatutū
eorum vocationem non minuit, ſed auget, & ſic eo-
rum fauore: vt opulentius ſuccedant, lex eſt facta:
ideo niſi ſuccedant, fauor ille ceſſat, ar. l. cū alijs. &
lege, generaliter. §. in his. C. de ſecū. nupt. ſic & aliàs
verba ꝯditionalia rediguntur in diſpoſitionē ex di-
ſpoſitione legis. l. ſi ita ſtipulatio. ff. de oper. lib. ita
formaliter dixit ibi Saly. Modò in caſu iſtius ſtatuti
ita eſt, & multofortius: loquitur enim de deſcenden
tibus, qui non ſolùm ab iſto ſtatuto, ſed etiā a iure
cōmuni vocantur ad ſucceſſionem aſcendentium.
Vnde iſtud ſtatutum emanauit in eorum fauorem,
& eo magis; quia vocat eos ad ſucceſſionem ex te-
mēto, vel ab inteſtato. Ergo ſi non ſuccedunt, nō ha
bebit locum ſtatutum: ergo perinde eſt, ac ſi eos ma
ritus non haberet, & per conſequens potuit vxori le
gare, quicquid voluerit, & ſic Salyc. decidit iſtam q̄-
ſtionem. & etiam Bald. in d. l. maximū vitium. tenet
idē, vbi dicit, paria ſunt nō extare, vel extare & non
ſuccedere, & allegat. d. l. & ſi ex modica. §. ſi filius. ff.
de bonis li. & ad l. filiusfa. §. cū qs. reſpondet ibi Bal.
quòd tenendo primam opinio. gl. ibi poſitæ, quam
tenet Petrus & Dy. nō obſtat ille. §. & etiam peropti
mè facit, quod voluit idem Bald. in d. l. ſi defunctus.
C. de ſuis & legiti. vbi dixit, ꝙ conditio prolata a le-
ge habet vim diſpoſitionis, & ſic cum illæ verba, ſi
deſcendentes habuerit, ſint verba prolata a ſtatuto,
& ſic a lege, ſequitur, quòd videntur importare di-
ſpoſitionem, & per conſequens habent duplicē vir-
tutē incluſiuam, ſcilicet ipſorū deſcendentium, &
excluſiuā ipſius vxoris a donatione facta a marito.
& ſatis eſt reſponſum ad legē, filiusfa. §. cū qs. tñ pōt
ſufficienter reſponderi: quia ibi fuerunt vocati dū-
taxat conditionaliter. In caſu verò noſtro iſti deſcē-
dentes non fuerunt vocati ꝯditionaliter ſolùm, ſed
etiam fuerunt vocati ad ſucceſſionem, aut ex teſta-
mento, aut ab inteſtato. Et peroptimè facit text. d.
l. j. C. de condi. inſer. inquantū ibi nepos fuit poſitus
in conditione: & tñ fuit inſtitutus: vnde ꝙ fuerit in-
ſtitutus, non ſine miniſterio ponitur ibi. Nec eſt di-
cendum, ꝙ minimum verbum apponeretur in le-
ge ſine miniſterio aliquid operandi: vt in cap. ſi Ro-
manorum. 19. diſtin. non enim eſt ponenda ſyllaba
in lege ſine miniſterio aliquid operādi: vt probatur
in lege j. ff. qđ me. cau. ſimile dixit Bald. in l. lecta. ff.
ſi certum petatur. quòd omnia verba inſtrumenti
ſunt inſpicienda, monet enim nos lex, vt totum in-
ſtrumentum legamus lege, argentarius. §. edi. ff. de
eden. Ergo multo fortius idem erit in diſpoſitione
legis, vt omnia verba in lege poſita videantur poſita
cum miniſterio aliquid operandi. & ideo dixit Bal-
dus in lege, contractus. C. de fide inſtrumen. quòd
in ſtatutis ſunt conſideranda verba ſtipulationis ex
eo: quia ſtatuta ſunt ad inſtar ſtipulationis: fiunt
enim ſicut fit ſtipulatio per interrogationem, & re-
ſponſionem. & facit quod voluit idem Bal. in leg.
ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. & Bartol. in
lege, qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligat.
& dixit idem Bald. in commento rubricę. C. de con
trahend. emptio. in nona quæſtione, quòd non ſo-
15 lùm omnes † clauſulæ, quas ponimus in contractu
emptionis, aliquid operantur, ſed etiam minimum
verbum eſt appoſitum cum miniſterio aliquid ope
randi, ſi fieri poteſt, lege, ſi ſtipulatus. ff. de vſur.
Cum ergo in caſu dictæ legis primæ dicatur, iſque
nepotem, quem filia ſuſceperat, hæredem inſtituit:
ſequitur, ꝙ ſeriosè textus ille conſiderauit illum ne
potem debere inſtitui. & licet gloſſ. ibi ſuppleat ad
illum textum, & dicat, maximè: tamen illa ſupple-
tio non videtur eſſe neceſſaria, & etiā quia gl. ibi al-
legat pro hoc textum dictæ legis, filiusfa. §. cū quis.
& ſic gl. non fundat ſe ſuper alio, niſi ſuper textu di-
cti §. cum quis. & gloſſ. ibi primò aliter loquitur, &
ad illum §. cum quis. ſupra eſt reſponſum: & etiam
optimè reſpondit dominus cōſulens, & etiam Bal.
in dicta lege, precibus. & clarius Saly. reſpondet ad
dictū §. cum quis. tenendo primam opini. gl. & etiā
quia nullo modo poteſt adduci illa glo. dictæ legis
primæ, & dicti §. cum quis. nec ille textus; quia ibi
fuerunt appoſita illa uerba conditionalia, ſi ſine li-
beris deceſſerit, a teſtatore, quo caſu nō poſſunt al-
legari contra pſentē conſultationē ex eo, qa iſta uer
ba conditionalia, uidelicet ſi habeat deſcendentes,
ſunt appoſita a lege, nō a ſtatuto municipij, quo ca-
ſu habent uirtutē incluſiuā, & excluſiuam reſpectu
diuerſorū, & ſic habent duo capita, vt uoluit Bal. in
dicta lege, ſi defunctus. & Bartol. in dicta lege ſecun-
16 da. §. uidendum. ff. ad Tertul. & etiam quia in † con
ditionibus potius conſideramus mentem ſtatuto-
rum, & teſtātium, quā formam & corticem uerbo-
rum, ut lege, in conditionibus primū locū. ff. de ꝯdi.
& demon. & l. pater Seuerinam. §. conditionū uer
ba. eod. titu. & ad l. qui hæredi. & ad l. Meuius. reſpō
detur, quia loquuntur, ubi non apparet de cauſa, ut
ſolet dici in lege Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de li.
& poſt. & in l. mulier. ff. ad Treb. Et multo fortius in
caſu iſtius ſtatuti: quia non ſolum ex mente ſtatuē-
tium colligitur, quòd uoluerint illos deſcendentes
eſſe inſtituendos: ut ex ſupradictis probatur: ſed et
hoc colligitur ex uerbis ipſius ſtatuti, dum dixit, ꝙ
illi deſcendētes filij & filiæ &c. ex teſtamēto, uel ab
inteſtato ſuccedentes, & ſic expreſſis uerbis uoca-
uit eos ad ſucceſſionem. Et pro certo iſta uerba ap-
poſita in ipſo ſtatuto enucleant nodum omnem,
& ſcrupulum huius dubitationis. & ſic cū hæc fuit
cauſa finalis ipſius ſtatuti: ut illi deſcendentes ſuc-
cederent, non dēt illa uerba fruſtra eſſe appoſita in
dicto ſtatuto, dū dicunt, ſi uerò habuerit deſcendē-
tes: ut ipſi ſint hrdes, & multofortius cū ſint uocati
expreſsè ad ſucceſſionem ab ipſo ſtatuto: ut eſt oſtē
ſum. Præterea facit etiam, quia inquantum in dicto
ſtatuto dicitur, ſuccedentes ex teſtamento &c. talia
uerba important, ꝙ ipſi deſcendentes debeāt inſti-
tui

tui in vniuerso ex eo: quia successor dicitur ille, qui iuris est successor: vt probatur in l. quædam. §. his autem. ff. de eden. & sic sentit statutum istud, quod debent esse successores vniuersales: nō enim sunt paria, successor iuris, & successor rei. l. j. §. hæres. ff. ad Trebel. nā ille, qui succedit in aliqua re, non dr successor iuris: qua propter istud statutum si subtiliter & verè consideretur, probat euidenter, quòd includit istos descendentes in successione, quæ propriè vniuersum ius defuncti significat. & isto mō sic argumētandi vtitur Bald. in quodam suo eleganti consilio, quod incipit, statuto ciuitatis Mantuæ. sub rubrica, de successio. ab intestato sic cauetur. & est in ordine 205. voluit ergo istud statutum, quod descendens institueretur in vniuerso. obuiauit enim affectioni maritali, ne sua largiretur in vxorem maritus. sicut dicimus in simili, quòd sæpenumero viri ad gemitus vxorum multa disponūt: vt in l. fina. C. de primipil. lib. 12. facit. l. 3. ff. de don. inter vir. & vxor. Ideo ita videtur statuisse, vt maritus potius institueret in suo patrimono dictos descendentes suos, & ista fuit ratio mouens ipsos statuentes ad sic statuendum & licet enim verba statuti deficiant in hoc: quia nō exprimunt hanc rationem: tamen mens, & sensus statuentium non deficit. nam propter† nihil aliud statutū cogitauit de tali donatione prohibenda, si maritus haberet descendentes: nisi quia voluit ipsos descendentes succedere in vniuersum ius defuncti, & sic propter cōmodum successionis, nec alia rō reddi potest in hoc statuto: ergo haberi debet pro expressa tam in statutis legum, quàm in testamentis defunctorum. Ita dixit glos. valde solennis in l. quamuis. C. de fideicom. & facit in ratione sui. l. si vnquam. C. de reuo. do. & quod voluit gloss. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. nec ista est interpretatio extensiua, sed intellectiua: vt in d. l. quanuis. Cū ergo in proposito nostro iste nepos mariti non succedat vniuersaliter illi marito: quia non instituit eum hæredem in vniuerso suo patrimonio, imo habetur loco legatarij dato sibi cohærede vniuersali: vt fuit in casu isto, vt lege quoties. C. de hæredi. insti. & etiā quia iste nepos non acceptauit rem, in qua fuit institutus: ergo sequitur, quod est ita ac si non superesset tempore testamenti illius mariti. Quinimo est dicendum, quòd ratio motiua statuentium non solùm colligitur ex intellectu, & sententia ipsius statuti: sed etiā colligitur ex verbis expressis in ipso statuto: dum dicit, succedētes ex testamēto, vel ab intestato: quasi velit, quod causa, quare maritus habens descendentes non pōt donare vxori vltra 10. florenos est, vt descendentes sui succedant in vniuerso patrimonio ipsis mariti, exclusa vxore, & indubitanter Bald. dicit veritatem, quòd per illa verba succedentes, comprehendatur successio in vniuersum ius illius mariti, & per consequens tam ex verbis ipsius statuti, quàm etiam ex mente ille maritus potuit legare vxori vsumfructū omnium suorum bonorum, & quicquid voluerit: quia perinde habetur, hac si ipsos descendentes nō habuisset, ex quo non succedunt in vniuersum ius ipsius defuncti: & ideo posito quod institutus in vniuerso audiuerit hæreditatem ipsius testatoris, & ille nepos descendens ex filia ipsius mariti acceptasset portionē, in qua fuit ab ipso suo auo institutus, adhuc dico, quod sumus extra casum ipsius statuti ex eo: quia statutū voluit, quod succedāt in vniuersum ius mariti: & sic cū contemplatione ipsorū descendentiū statutum fecerit illam prohibitionem donationis, sequitur, quòd illi nepotes descendentes debuerunt succedere: facit etiā, quod voluit Barto. in d. l. 2. §. si sit. ff. ad Tertu. vbi colligit ex illo tex. quod statutum disponens, quòd filia fœmina non succedat stantibus agnatis, intelligitur eo casu, quo extāt, & succedunt defuncto, aliàs filia non intelligitur exclusa: & voluit Ang. in d. l. 2. §. si consanguinea. quòd statutum dictans, quòd fēmina nō succedat, si supersunt masculi: restringitur tale statutum, si dicti masculi acceptent talem hæreditatem: sed si repudiant, non excluditur fēmina: quinimo etiam consideret D. iudicans, quod tale statutum venit ad coadiuuandum ipsos descendentes: quia iam vocati erant a iure communi ad succedendum: vt voluit D. Pet. in superius alleg. consilio. ¶ Et ex istis cōcludo, partes D. Iudicis esse in declarando testatorem potuisse donare & legare quicquid voluit dictæ suæ vxori, & in fauorem vxoris concludo.

17 (margin, at "nam propter†")

EPITOME.

¶ Spoliatus potest agere officio iudicis contra eum, ad quem res sua peruenit. Item quòd remedium. c. reintegranda. habeat locum in vtroque foro. Item data hincinde paritate testium, præferuntur assignantes causam sui dicti non interrogati.

SVMMARIVM.

Officio iudicis potest agi contra quemlibet possessorem ex naturalli æquitate. nu. 1.

Intellectus capit. reintegranda. 3. quæstio. 1. & c. sæpe. de resti. spo. nu. 2.

Actori in dubio non incumbit onus probandi, se iniustè amisisse possessionem. nu. 3.

Testes deponentes super eo, quod apprehenditur sensu, debent deponere de causa non interrogati. nu. 7.

Testibus hincinde paribus præferuntur reddentes causam non interrogati. nu. 8.

Interdicto recuperandæ agens sufficit, quod probet se possedisse. nu. 10.

CONSILIVM XXIIII.

Clemētissimum Deum & pijssimū Saluatorē nostrum inuoco, vt in hac consultatione sua solita benignitate veritatem mihi aperiat. Et quidem viso processu, & testibus, & solenni animaduersione pensatis in causa splendidi & spectabilis viri Nicolai de Canossa: videtur mihi illum Leonardum de Albertis debere de iure condēnari. Quod sic ostendo, & ad hoc gl. Inn. in c. bonæ. de ap. quæ vult, quod non solùm facit contra appellationem ille, qui spoliat: sed etiam ille, qui tenet rem spoliatā cōtra voluntatē appellantis: & illā gl. Inn. & illum in-
1 tellectum videtur sequi Host. ibi, dicēs, quod officio† iudicis potest agi contra quēliber possessorem ex naturali æquitate. 2. q. j. in primis, hinc est, quod si res mea peruenit ad te, possum agere iudicis officio, vt illā rē mihi restituas. l. si me & Titiū. ff. si cer. peta. maximè dicit hoc procedere de æquitate canonica secundum eundē Host. allegat. in arg. c. dilecti. de iudicijs. & istam doctrinam sequuntur communiter scribentes ibi. & latè sequitur eā D. Abbas ibi. Et pro certo ista doctrina apponit gladiū ad istam quæstionem. Cū ergo in casu nostro res ipsius Nicolai; quia ab eo possessa, vt apparet ex testibus productis, & quare fuit spoliatus, peruenerit ad ipsum Leonardum, sequitur, quod officio iudicis agere potuit contra ipsum Leonardum ad restitutionem dictæ rei, seu dictæ possessionis, aut petiæ terræ. & istud iudicio meo duntaxat sufficeret ad conuincendum illū Leonardū. Et facit ad hoc gl. in c. cum ad sedem. de rest. spolia. & quod voluit Host. in capitulo, accedens, el 1. vt lit. non contes. & quod voluit Innocentius in capitulo, post electionem, de con-

de concef.præbend,& dominus Abbbas in dicto ca
pitulo,accedens. & in dicto capitulo, cum ad fedē.
Preterea in cafu isto fuit intentatum remedium ca
pituli,reintegranda,3.quæstione prima, quod capi-
2 tulum inducit† nouum & specificatū remediū pof-
fefforium contra quemlibet poffefforem etiam nō
vitiofum,& iste intellectus ad dictū capitulū,reinte
grāda.est hodie communis.pro quo facit,quod vo-
luit Innocentius in capitulo,querelam.de ele.Gof-
fre.in fumma, eodem titulo.§. & fciendum.Archi-
diaconus in dicto capitulo,reintegrāda.Hof.in fum
ma,eodem titulo.§.j.verficu.fed conditione. fequit
dominus Antonius in dicto capitulo, cum ad fedē.
& communiter omnes penè fcribentes. & in dicto
capitulo,cum ad fedem.tenent,quòd dictū capitu-
lū;, reintegranda.præstat nouum, & fpecificum re-
medium: & etiā ibi dicit D.Anton.ꝙ illud remediū
est feruādum in foro ciuili: nec videt caufam, qua-
re illud capitulum debeat restringi ad perfonas,vel
res ecclefiasticas:cum loquatur, & ordinetur ad fi-
nem corrigendi peccatum.ideo est fecundum eum
feruandum in foro ciuili. Pro hoc, qđ not.gloff. in
capitulo,poffeffor.de regulis iuris.li.6.dato enim, ꝙ
illud capitu.loquatur in epifcopis: non tamen ad il
los debet restringi:cum eadem ratio fit in alijs. nec
est iuris correctorium, fed est nouæ fpeciei inducti-
uum: & hoc idē voluit Bar. in l. fi coloni. C.de agri.
& cenfi.lib.11.allegat Inocent. & Io.Andre.in dicto
capitulo, cum ad fedem. fed voluit allegare eos in
capitulo,fepe.de restitu.fpolia.vbi hoc fenferunt.&
istud etiam fequitur Ludou. Roman.in lege, rem
quæ nobis.ff. de acquirenda poffeffione,in verficu-
lo.tertia fuit opinio,quòd canon dicti capituli com
petat ꝓ recuperanda poffeffione, fiue a bonæfidei
poffeffore, fiue a malæfidei poffeffore ꝫ quencunq;
occupantem,fiue cū titulo, fiue fine titulo,fiue bo-
nafide, fiue malafide fit illa poffeffio amiffa, fiue fit
rei ecclefiasticæ,fiue clerici,fiue laici,cum dictus ca
non indistinctè loquatur,lege,de pretio.ff.de publi-
cia.& hanc opi.dicit de iure effe veriffimā.Sequitur
ergo, ꝙ potuit iudicis officio ipfe Nicolaus petere
fibi restitui poffeffionem.Itē potuit intentare reme-
dium dict.capitu.reintegranda.¶ Et fi dicat, amice
fateor tibi de plano,quòd potuit intentare illud re-
mediū, tamen debuit probare, quòd iniustè amifit
poffeffionem:quia illud capitulum, fe fundat fuper
iniustitia.agens ergo ex eo debet probare illam qua
litatem, quæ videtur effe caufa fuæ intentionis, ar.
capituli,Pifanis,de restit.fpolia.& quod not. Barto.
in l. hoc iure.ff. de verbo. oblig. & in l. fina.ff. quod
vi aut clam,& Innocen.in capitulo,fuper his. de ac-
cufa.& facit. l.fin. C. de rei vend. non enim quis te-
netur restituere etiam rem alienam, nifi fundanti
intentionem fuam: Quia ad hoc refpondeo, & ad-
duco in medium elegans dictum Innocen. in dicto
capi. fæpe. vbi dixit, ꝙ fi aliquis poffidebat bona fi-
de, & alius eandē poffeffionem etiā bona fide occu-
pat,nifi constiterit primū poffefforem iustè amififfe
poffeffionem, fieri debet restitutio fibi poffeffionis
ēt non ꝓbata fpoliatione,& allegat dictā legē, fi co-
loni.& dictū capitulū,reintegranda,& hoc dicit effe
notandum pro poffefforis ecclefiarū, q amittūt eo-
rū poffeffionē, nec poffunt ꝓbare canonicā institu-
3 tionem, & fic fentit apertiffimè † ꝙ non incumbat
actori onus probādi fe iniustè amififfe poffeffionē:
fed p̄fumitur, quòd iniustè amiferit eo ipfo, quòd
non probatur cōtrarium. facit,quod habetur in ca-
pitulo,licet caufam.de proba. & quod no.Bart.in l.
Celfus,ff.de vfucap. vbi dicit, quòd in quolibet pof-
feffione p̄fumitur bona fides,nifi alius poffeffor an-
tiquior appareret;ille enim potest dicere, ꝙ tūc nō
erat.l.fi.C.vnde vi.& idem fentit Io.Cald.in dicto ca
pitulo,cum ad fedem.vbi dicit, quòd per canonem
reintegrāda fubuenitur his, qui quocunque modo
iniustè amiferunt poffeffionem rei, quam repetūt,
& fi non per violentiam, vel metum, vel dolū: fed
forte alias iniustè, præter culpam tamen fuam quis
cecidit a poffeffione, quam alius nunc tenet, fiue
cum titulo, fiue fine titulo: forte enim poffeffor fe-
cundùm eum receff erat de loco per metum, vel fa-
mē, vel fimilē cām. & hoc vult litera illius canonis.
Idē ēt fentit Goffredus in loco præalleg. & Archid.
4 post eum dicunt† enim vtilius effe capitulum, rein-
tegranda, quàm cōdictio capitu. fæpe. nam agens
condictione capituli,fæpe.habet probare,ꝙ poffef-
for fcienter fucceffit in vitiū,quod est difficile. & fic
fentiunt, quòd in conditione capituli, reintegran-
da. non est neceffe probare, nifi poffeffionē perdi-
diffe:iniustitia enim præfumitur:quia quilibet præ-
fumitur diligens in facto fuo, c.fuper hoc. de renun
tia.lege,cum de indebito.ff.de proba. Quædā enim
probantur eo ipfo, quòd non probatur cōtrarium,
lege prima,& quod ibi not.C.de fid.instrum.& iure
hastæ fifca.libro 10.& glo.in lege prima.C. de testa-
men.mili.& in l.in testamen. eod. titu. & in l.fuper
feruis.C.qui mili.nō pof.li.12. & in l.creditor.C. de
pigno.actio. & in capitulo, ficut. de iureiuran. & in
capitulo,propofuisti.82.di.& in c.pe.de exce.& in c.
3.de præfc.Bar.in l. qui fub conditione. ff. de condi.
institu.& Salyc.in lege,falfos.C.de fal.& ita in quæ-
stione facti confuluit dominus Abbas,vt ipfe refert
in dicto capitulo, cū ad fedem, vbi confuluit, quòd
quidam rector ecclefiæ agebat ad restitutionem rei,
quam ecclefia poffederat condictione dicti capitu.
reintegranda, quod obtinere debuit eo ipfo, ꝙ fuā
poffeffionem probauit. Et fic apparet ex istis, quòd
fufficit D. Nicolao probare fe poffediffe, vt confe-
quatur restitutionem dictæ poffeffionis, nec requi-
ritur fuam poffeffionem iustificare.& hoc etiam te
nuit D.Dominicus in dicto capitulo, reintegranda.
q ad hoc allegat Inn.in dicto capitulo, post electio-
nē in fine.& in dicto capitulo,fepe. vnde non est ne-
ceffe,ꝙ hoc cafu probet fpoliationē, allegat ad hoc
dictū capitulū,querelam.& Archi. fecūda quæstio-
ne prima, in fumma, ad finem. istud etiam voluit
Lapus in fui allegationibus, allegatione fecunda.
¶ Et fi quifpiā dixerit, amice, iste Nicolaus nō pof-
fedit fuo nomine proprio, fed dumtaxat poffedit vt
maritus: & fic cum non poffederit, fequitur, ꝙ fibi
non competit remedium dicti capituli, reintegran-
da. vnde dixerunt domini de Rota in fuis antiquis
decifionibus, decif.312. quòd intentans remedium
illius canonis requiritur, quòd poffederit naturali-
5 ter, vel † ciuiliter, aliàs illud remedium fibi non
competit: ergo fequitur, quòd huic Nicolao non
competit. Quia circa hoc est accuratè confideran-
dum,qd dicūt testes producti hincinde: nam testes
producti per illum Leonardum deponunt hoc mo
do. Primus testis, quòd dicta domina Thomafina
tenuit, & poffedit:fed ante ipfam locationem vidit
ipfum Nicolaum de Canoffa in dicta terra de fabio
no venire, & ibidem fuper dictis terris mezadrum
deputare, & eas terras ipfum mezadrum locare, q̄
verba inferunt, ipfum Nicolaum poffediffe ante
ipfam locationem,iuxta not.in lege, qui vniuerfas.
§.colonū.ff.de acquirend.poffe.l.quamuis.§.j. eodē
titu. & quod not. in capitulo, cum veniffent. de in-
stitut.& in lege,filiusfa.§.j.ff.de lega.primo.Nec iste
testis dicit,ꝙ noīe vxoris fuæ ipfe Nicolaus ponebat
mezadrū:ergo fequitur,ꝙ ipfe Nicolaus poffidebat
nomine fuo proprio, ar.l.& magis. ff.de folutio. cū
fim.Nec obstat cum dicit, quòd femper dicit audi-
uit

uit dictas terras esse,& fuisse ipsius dominæ Thomasinæ: quia istud nihil est dicere. primo non probat per hoc, quòd ille Nicolaus non possederit. nam ista
6 stant simul, quòd† alius habeat dominium,& alius habeat possessionem, iuxta not. in l.in commodato.§.si duobus vehiculum.ff. commo. Item quia illa verba non probant dominium: potuit enim audire ab vno,& sic non probat: vt voluit Barto. in lege, de minore.§.tormenta.ff. de quæstio. vbi dixit, quòd si testis dicit, audiui publicè dici, non probat communem assertionem populi,& in casu nostro non apponit verbum publicè, sed solùm dicit, ꝙ audiuit dici. & sic habet minus dubium ergo & per consequens iste testis formaliter nō deponit cōtra illum Leonardum. Secundus testis etiam non deponit, seu testificatur aliquid: quia dicit interrogatus. si dictus Nicolaus de Canossa tenuit,& possedit terras,& bona prædicta, dicit, ꝙ nunquam vidit ipsum Nicolaum possidere: sed bene laborauit eas nomine ipsis Thomasinæ: vnde ista stant simul, ꝙ ille Nicolaus possederit,& ille testis non viderit. vnde non infertur, non vidit Nicolaum possidere: ergo non possedit. l. non ob hoc. C. vnde cogna. cum similibus. Et sic non probat, ꝙ Nicolaus nō possedit. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ dictus testis deponit, ꝙ eas laborauit nominæ ipsius dominæ Thomasinæ: quia illa domina Thomasina interuertit possessionem illius Nicolai,& eum spoliauit,& sic iste testis nihil deponit in fauorē illius Leonardi. Et cū tertius testis, q̃ est Melchiō, deponit, ꝙ dictus Nicolaus possedit tanq̃ maritus,& nō nomine ꝓprio, apparebit de eius dicto ex infra dicendis: quia iam dictum suū conuincitur ex dictis testium productorum pro parte ipsius Nicolai. Et est aduertendum: q̃a iste Melchion testis dicit sub conditione,& sic nō deponit pro certo, ꝙ dictus Nicolaus possederit vt maritus: sed dicit, ꝙ si dictus Nicolaus possedit dictas terras, possedit vt maritus,& sic loq̃tur sub ambiguo,& dubio. Et ita etiam deponit quartus testis, qui dicit, ꝙ si ipsæ terræ.& bona possessa & tenta fuerunt per ipsum Nicolaū, ea tenuit vt maritus ipsius dominæ Thomasinæ,& eius noīe. & sic non deponit in specie & in indiuiduo, ꝙ ipsas terras possederit nomine vxoris: sed deponit sub ambiguo. Et est diligēter considerandum: quia isti testes non assignant cām dicti sui, qūo ille Nicolaus possidebat,& tenebat vt maritus,& nomine vxoris,& per consequens eorū dictum tanquā informe,& sine causa non tenet: vt in c.cum causam.de testibus.& l.solā.C.eo. & maximè q̃a deponunt super eo, q̃d apprehendunt per ip
7 sum intellectū, quo casu debēt deponere † de causa non interrogati: vt voluit Bart.in d.l.solam.& Inno. in d.c.cum causam.& idem Bart.in suo solenni tractatu testium. Bal.in l.proprietatis.C.de proba.& in l.quid ergo.§.quantum.ff.de his, qui no. infami. Io. de Imo.in l.sciendum.ff.de verbo.obl. & in c. sicut. de re iudi. quinimo dixit Spe.in titu. de testi.§.j.ver. sed nunc sufficit, ꝙ si testis debet deponere de causa,& non deponit, non probat, de quo est glo.in l. Lucius.ff.de his qui no.infam.facit, q̃d voluit dominus Abba.in capi.suggestum.de appel. vbi tex.dicit, quòd illud, quod est dubium sæpe appellatur notorium. Ideo dicit, quòd testis deponens super notorio, dēt exprimere cām nō interrogatus: quia notorium apprehēditur per discursum,& fabricationē intellectus,& per ɔsequens seq̃tur, ꝙ isti testes nō ꝓbāt: q̃a non deponunt de causa sciētię:& etiā deberent assignare cām sciētiæ nō interrogati. ¶ Mō est videndū, q̃d deponūt testes producti per ipsum Nicolaū. Et quidē primus testis deponit apertè de possessione ipsius Nicolai: dicit enim, quòd dictus Nicolaus posuit Mezadrū super dicta possessione ad colligendos fructus,& similia faciendo, quę sunt signa possessionis, vt probat tex. melior de iure in d.l. filiusfa.§.diui.in ver. fructus percipiendo.ff.de lega. j.& no.Spe.in ti.de proba.§.j.ver.pe.& q̃d voluit Archi.in c.præsenti.de offi.ordi.lib.6. & reddit optimā rationē dicti sui: quia fuit præsens,& vidit,& triturauit blada duobus annis: interrogatus postea, si dictus Nicolaus possidebat vt maritus,& nomine suę vxoris, respondit se aliter nescire, vt supra dixit, ꝙ dictus Nicolaus possidebat, ex quo exercebat signa possessionis. & per consequens sequitur, quòd nomine suo proprio, ar.d.l.& magis.ff.de solutio. Probat etiam secundus testis, q̃ dicit, ꝙ dictus Nicolaus conduxit ipsum testem tempore messium in aratorem super terris,& possessione, quas habet in terra de fabrorio,& sic stetit tribus annis ɔtinuis in terris dictæ possessionis,& vidit conduci blada ad domū ipsius Nicolai. & ipsemet testis veniebat cum mezadro ad portādum blada in domo prædicta,& reddit optimam rationem dicti sui,& interrogatus dictus testis, si dictus Nicolaus tenuit & possedit dictas terras tanq̃ maritus dictę dominę Thomasinę,& nomine suę vxoris,& sic non nomine ipsis Nicolai: r̃ndit, ꝙ ipse Nicolaus posuit ipsum testē ꝓ aratore in dicta possessione, vt supra dixit,& sic apparet aperto ore, qualiter ipse testis deponit de possessione ipsius Nicolai nomine suo ꝓprio,& assignat causam dicti sufficientē non interrogatus, quo casu succedit elegans doctrina Iac.Bu.in quadam sua disputatione, quem refert & sequitur Bal. in l.presbyteri. C.de epis.& cleri. qui voluit, ꝙ quoties testes sunt hincinde pares omni respectu, q̃a sunt pares in nu-
8 mero,& dignitate, tunc testis † deponens dictū suū & assignans causam sufficientem non interrogatus præfertur dicto aliorum testium deponentium,& assignantium causam dicti sui cum interrogatione, cum ergo ille Melchion non assignauerit cām,& ēt si assignasset, illā assignasset interrogatus, sequitur, ꝙ potius stabitur dicto huius testis assignantis causam non interrogati. Ita etiam præfertur dicto quarti testis, quia etiam non assignat causam,& etiam quia illi duo testes non deponunt clarè, sed deponunt conditionaliter,& per consequens standum erit dicto testium ipsius Nicolai. Præterea tertius testis ipsius Nicolai. dicit stetisse pro annos 10. pro mezadro nomine ipsius Nicolai super dicta possessione,& respondebat,& respondit de fructibus,& conducebat ad domum ipsius Nicolai, respōdit assignando bonam causam sui dicti, quia dictas terras habuit ab ipso Nicolao,& tenuit,& laborauit per annos 10. continuos,& interrogatus ipse testis, si dictus Nicolaus tenuit,& possedit dictas terras tā quā maritus ipsius dominæ Thomasinæ, respōdit, ꝙ eas terras tenuit & possedit nomine ipsius Nicolai,& rōnem dicti assignauit superius dictus testis dicens: quia eas terras habuit ab ipso Nicolao,& sic in specie & indiuiduo deponit iste testis, ꝙ dictus Nicolaus possedit nomine suo proprio, ꝙ nō vt maritus,& per consequens standum erit dicto istius testis,& non dicto aliorum testium deponentiū ambiguè,& in obscuro,& non assignantium cām dicti sui. Quartus testis ēt deponit de possessione ipsis Nicolai, dicit enim se vnà cū suo patre laborasse in dictis terris,& stetisse ꝑ 10. aut 9. annos pro mezadro sup dictis terris Nicolai,& conduxisse blada ex dictis terris ad habitationem dicti Nicolai absq; ɔ̄dictione alicuius personæ,& credit dictum Nicolaū tenuisse possedisse dictas terras nomine suo ꝓprio. & reddidit rationem ex eo, quia suo nomine dedit semina,& alia necessaria ad dictam possessionem

dicto testi & eius patri, & non interrogatus assignat illam causam sui dicti. & dicit se credere dictas terras fore ipsius Nicolai, & reddit ratione͂ dicti; vt in eo apparet. Præterea vltimus testis deponit vidisse dictum Nicolaum possidere dictas terras: sed nescit si nomine vxoris possidebat, & apportauit blada ad domu͂ ipsis Nicolai, & stetit pro aratore in dictis terris, & sic deponit dictum Nicolaum possidere: præsumitur ergo nomine suo proprio, & ita deponunt testes pducti per ipsum Nicolau͂, vt superius est oste͂sum, sequitur, q stabitur potius dicto ipsoru͂, quàm dicto testiu͂ ipsius Leonardi primò: quia sunt plures in numero, quo ca͂u stabitur testibus pluribus in numero. ideo ille de͂t obtinere, qui pbat per plures testes in numero. l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. Bar. in l. si duo. ff. vti posside. no. in c. licet causam. de proba. Præterea isti testes sunt in dictis suis meliores: nam ille Melchion videtur suspectus ex eo; quia emit de dictis terris, & sic testificatur in suum fauorem, ergo non est standum dicto suo. l. j. C. ne quis in sua causa. Item quia isti testes deponunt magis in specie & indiuiduo: ergo stabitur dicto eorum per elegans & singulare dictum Inno. in c. auditis. de præsumptio. vbi dicit, q si ep͂s probat se he͂re iurisdictione͂ in specie, & Abbas probat se he͂re iurisdictionem
9 in genere, q stabitur dicto testium episcopi: qa † probatio specifica præfertur probationi generali stante paritate. Cum ergo in casu nostro testes producti per ipsum Nicolaum deponant magis in specie, quam testes ipsis Leonardi, & magis clarè, ergo sequitur, quòd stabitur dicto testium ipsius Nicolai. Præterea stabitur testibus deponentibus aptiora. Ita probat textus in dic. cap. licet causam. & per hoc dicebat Innocen. in d. c. auditis. & glo. in c. cum ecclesia Vulterana. quòd statur testibus deponentibus p iure speciali. Modo in casu nostro testes istius Nicolai deponunt aptiora ex eo: quia deponunt, quòd cum iste Nicolaus posuisset semina, & alia necessaria ad ipsas terras, & posuisset mezadros, & laboratores in eis, & fecisset ꝯduci blada ad domu͂ suæ habitationis, verisimilius est, q eas possederit nomine suo proprio, qua͂ eas possederit vt maritus. & noi͂e suæ vxoris. ergo stabitur testibus ipsis Nicolai. & e͂t præferuntur ex eo: quia assignant causam, & etiam eam assignant non interrogati: vt superius est dictum. ergo sequitur, quòd cum iste Nicolaus probauit apertè de sua possessione, sequitur, quòd est satisfactum remedio dicti canonis, reintegranda. & per consequens condemnandus venit ille Leonardus ad restitutione͂ dictę possessionis dicto Nicolao. Nec ob. si dica͂t, q Nicolaus libellauit de spoliatione sibi facta de mense Augusti, & illam non probauit: quia de hoc non est curandum. sufficit enim in
10 hoc interdicto † q iste Nicolaus pbauerit se possedisse dictas terras, & illas amisisse. q apparet ex positione facta p ipsum Leonardu͂ dicentem se tenuisse, & possedisse, & tenere, & possidere dictas terras a tpe locationis sibi factæ, quo casu satis vr̄ fateri ipsum Nicolau͂ fuisse eiectu͂ de illa possessione, cu͂ appareat p testes, ipsum possedisse ipsas terras suo proprio noi͂e. vn͂ p̄sumi͂t hodie possidere: vt l. siue possidetis. C. de proba. vnde videtur fuisse eiectus a sua possessione, maxime quia iam probatum est per testes ipsius Leonardi ipsam D. Thomasinam litigasse cum ipso Nicolao & habitasse seorsum ab eo, & locasse dictas terras, qui profecto posset inficiari, q no͂ sit pbata eiectio. certè nullus, maximè secuta assertione illius Leonardi pone͂tis se possedisse dictas terras, & possidere a tpe locationis. vn͂ in ꝯiunge͂do omnia ista insimul probata est eiectio, & spoliatio, ar. eius, quod not. glo. in l. 2. ff. de excu. tu. Barto. in l. j. §. item Cornelio. ff. de quæsti. Bald. in l. sciant. C. de proba. & glo. in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. & in c. accedens. vt lit. non contesta. & no. in l. excipiuntur. ff. ad syllan. nam q͂ non prosunt singula, multa iuuant. Et maximè in casu nr͂o: quia iam probatum est, ipsas res fuisse possessas per ipsum Nicolaum, quo casu vendicat sibi locum doctrina Hosti. in d. c. bonæ. de appel. & dicta superius, vt possit iudicis officio compelli ad restituenda͂ rem, quæ ad aliu͂ spectat, & per ꝯseque͂s sequitur, quòd dictus Leonardus venit co͂demnandus in hoc beneficio canonis, reintegranda. Quinimo dixit D. Dominicus in d. c. reintegranda. q quando intentatur remedium. d. c. integranda, tenetur vltimus possessor, qui conuenitur, ad restitutionem fructuum ab eo te͂pore citra, quo percepit: quia tunc, fingitur eiecisse: sed alter, qui primo possederat, & eiecerat, tenetur a tempore eiectionis, ar. l. j. §. ex die. ff. de vi & vi ar. Ita dicit Archi. in d. c. reintegranda, q procedit etiam quo ad fructus perceptos per possessione͂ cum bona fide & iusto titulo: maximè si iste Leonardus sciebat istas terras fuisse possessas per ipsum Nicolaum, vel scire debuisset, vel ex indicijs, vel ex fama, vel quia vicinus: vt dixit Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. & Spe. in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. in fi. verbis. & qđ voluit Ang. in l. eum qui. §. publiciana. ff. de publi. & D. Abba. in c. 3. & in c. si diligenti. de præscript. & satis videtur, vt superius dixi, probata spoliatio, vt quilibet bonus iudex videre poterit: nam si dictus Nicolaus possedit pprio nomine dictas terras, & eas fecit laborare & seminare & ponere in eis laboratores, & mezadros, & consequi blada, & fructus inde pceptos, & postea probatu͂ est q vxor sua cu͂ eo erat in discordia, & in lite, & habitabat seorsum ab ipso Nicolao viro suo, q͂ vxor dictas terras locauit, & tra͂stulit in istu͂ Leonardu͂, q Leonardus asserit se possidere: & dictus Nicolaus asseruit se spoliatu͂ dictis terris, nonne liquidissimè est probata dicta spoliatio? Certè sic: quia probatis extremis sunt probata media: quia probata possessione Nicolai, & probato recessu, & discordia suæ vxoris cum ipso Nicolao, & locatione dictarum terrarum facta per ipsam vxorem & translatione in ipsum Leonardum conductorem dictarum terrarum, qui etiam asserit se possedisse, & possidere dictas terras a tempore locationis sibi factę per ipsam D. Thomasinam, certè aptiore pbata est spoliatio, & voluit gl. in c. accedentes. de priuile. quam gl. communiter sequu͂tur doct. ibi, quæ vult, q sufficiat probare extrema, vt dicantur fore probata media, & qđ voluit Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. & qđ voluit Bal. in prima constitu. Codicis, & in l. siue possideris. C. de proba. & glo. in c. volumus. 16. q. 4. & qđ voluit D. Anto. & communiter alij docto. in c. cum ad sedem, de resti. spoli. Et per consequens satis dicitur probata deiectio, & spoliatio ipsius Nicolai. Et per co͂sequens habebit locum remedium. d. c. reintegranda. & etiam satis sufficit q probetur, q res ipsius Nicolai reperia͂t penes istu͂ Leonardum spoliatorem: vt ex prædictis apparet. Et ex istis concludo partes domini iudicis esse in declara͂do, dictum Leonardum teneri ad restituendu͂ dictas terras cum fructibus per eu͂ perceptis dicto Nicolao, & dictum Nicolaum esse reintegrandum ad suam possessionem dictarum terrarum, vt in petitione continetur. & ita concludo.

EPITOME.

¶In interdicto, vti possidetis, is obtinet, qui melius aptius & verisimilius p testes magis idoneos, plures numero, & digniores probat possessionem antiqua͂ & præsentem vsq; ad litis co͂testationem.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Interdictum, vti possidetis, competit quando duo de possessione contendunt: quorum quilibet asserit possidere, & in eo quid debeat probare actor. nu. 1. & 2.

Testes qui preferendi in interdicto vti possidetis. numero 3. 5. 9. & 22.

Frater an & quando idoneus testis pro fratre. nu. 11.

CONSILIVM XXV.

CLementissimum Deum & piissimum Saluatorem Nostrum Iesum Christum ex corde, & animo huic consultationi inuoco, vt sua solita liberalitate veritatem mihi aperiat, amen. Et quidem viso processu, testibus, & instrumentis, & subtilissimis allegationibus consultissimi domini aduocati, & eleganti & celeberrimo consilio reddito per excellentissimum iur. interpretem obseruande memoriæ D. Paulum de Castro, cuius animam Deus immortalis conseruet in suo æuo sempiterno, & solenni animaduersione pensatis. Ante omnia præmitto, quòd in hoc interdicto retinendæ possessionis, quod vti possidetis vulgò appellatur: vt dixit tex. in l. j. §. est igitur. ff. vti possidetis. attēditur posses-
1 sio. vnde tale interdictum † competit, cum duo de possessione contendunt, quorum quilibet asserit se possidere: sed vnus possidet, alter turbat: vt no. Bart. in d. l. 1. §. huius autem interdicti. & pulchrè no. Pet. de Ancha. in consilio 138. incipi. ad declarationem dubij. in tantum quod in tali interdicto requiritur possessione præsens: vt decidit tex. in l. 1. §. est igitur. prę allega. versicul. nam huius rei causa redditur, ne vis fiat ei, qui possidet. & requiritur, quod possideret tempore litis contestatæ: vt dixit glo. 3. in l. 1. C. vti possi. & probatur institu. eo. titu. §. sed hodie. & per Bar. §. fi. ff. eo. & per Salyce. in l. j. C. eo. in prima quæstione. & probat. d. §. sed hodie. in versicu. litis contestatæ tempore possidet. & ideo dixit Barto. in d. l. 1. §. fin. quod
2 actor † debet probare, vt vincat, se possedisse tempore turbationis, & tempore litis contestatæ, & si aduersarius probat se possidere, tunc actor debet probare illam possessionem esse clandestinam. & facit glossa, & doctores in capitu. pastoralis, de causa possessionis & proprietatis. Ex quibus infero, quòd si non adest præsens possessio, antiqua, seu præterita possessio nullum est operatura effectum: cum illud interdictū sit retinendæ possessionis, & tueatur possessionem præsentem: vt in d. l. 1. §. est igitur. in versi. qui possidet. Et si dicatur, quòd si vnus de contentibus asserat se possidere, & probet possessionem antiquam, certum est, quod præsumitur hodie possidere: vt not. in l. siue. C. de proba. & in c. cum ad sedem. de restitutio. spoliato. & in l. non ignorabit. C. ad exhibendum. & ideo dicunt Domini de rota decisio. 12. quod si probo aliquem possedisse beneficium in vita sua, quod præsumitur possedisse vsque ad mortem: ideo videtur dicendum, quòd sufficiat probari possessionem præteritam cum assertione, quod possideat de pręsenti, quia ad hoc dicendum, quod istud esset verum, quando alter contendens non probaret possessionem de præsenti: sed quando illam probaret de præsenti, tunc quia duo non possunt eodē tempore contendentes simul possidere: vt in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodati. cessaret illa præsumptio, quòd hodie possideret: ideo si alter probaret possessionē præsentem, tunc ex præterita possessione nulla resultaret pręsumptio cōtinuatę possessionis: tunc enim staremus certo, & cessaret coniectura. l. si certis annis. C. de pactis. l. certa forma. C. de iure fisc. lib. 10. l. pediculis. §. argento. ff. de aur. & arg. lega. cum simi. Stat ergo conclusio indubitata, quod in interdicto vti possidetis est probanda possessio præsens tempore turbationis, & tempore litis contestatæ, & ille obtinet, qui præsentem possessionem probauit: sed si qlibet contendens in isto interdicto probat possessionem præsentem pariter, tunc est aduertendum quis
3 obtinebit: quia aut vnus probat † de possessione sua per plures testes, & tunc ipse obtinet. l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. & idem si probat per testes digniores, & meliores: vt probatur in dicto §. fina. & per Barto. in l. si duo. ff. vti possi. Si verò testes ex vtraque parte producti sunt numero & dignitate pares: tunc ille obtinet, qui probauit de possessione antiquiori, quam alius: quia secunda possessio præsumetur clandestina: cum duo in solidum possidere non possunt: vt l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. pos. tex. est in c. licet causam. de proba. sed si ambo probant æqualem in tēpore possessionem, tunc si vnus ostēdit titulum suæ possessionis, & alter non tunc ille obtinet, qui ostendit titulum: quia ille videtur habere iura potiora, & per consequens obtinebit. d. c. licet causam. & l. fina. C. de edicto diui Adri. tol. Iaco. But. Cyn. & communiter omnes in d. l. 1. C. de vti pos. Barto. in dicta l. si duo. eod. tit. facit, quod voluit Bal. in l. arboribus. §. nam & si agrum. ff. de vsur. vbi dixit, quòd si duo testes probant, quod quis arauit fundum, & duo alii probant, quòd aduersarius apportauit fructus, quod ille obtinet, qui probat de antiquiori possessione, & per consequens obtinet ille, qui probauit arasse fundum: & etiam si duo probant titulum acquisitum ab eodē, quòd ille præfertur, qui nunc reperitur possidere. casus est singularis secundùm Bald. in l. de pretio. §. duobus. ff. de publicia. quod procedit in casu, vbi cōsideratur possessio: secus si essemus in casu, vbi non considerat possessio: vt in contractu, qui fit cum ecclesia, sufficit, quòd habeat antiquiorem titulum dummodo constet de dominio actoris. allegat Spe. in titu. de emphy. §. nunc verò aliqua. versicu. 58. Facit ad prædicta singulare dictum Innocen. in c. 1. de frigi. & male. vbi dicit, quòd si mulier probat virum esse frigidum natura, & vir per totidem testes probat contrarium, quod statur probationi viri. & idē Inn. in capitu. auditis. de præscrip. dixit singulariter, quod si episcopus probat per testes habere iurisdictionem in specie in aliquo loco, & Abbas per totidem testes probat se habere iurisdictionem in dicto loco in genere, quòd statur probationi episcopi: quia proba-
4 tio † specifica præfertur probationi generali stante æqualitate probationis, & D. meus Ioan. de Imo. ibi dicit, quod si ego probo me possidere boues vt meos, & pro meis, & alij testes pares deponunt, quòd ego teneo illos vt conductos; & fuerunt præsentes conductioni, quod isti præferuntur. & facit singulare dictū Iaco. Butr. in quadam sua disputatione, quod retulit Bald. in l. presbyteri. C. de episco. & cler. vbi dixit, quod si testes hincinde sunt omni paritate pares, quod præferunt illi, qui non interrogati de causa scientiæ assignant causam sui dicti, illis testibus, qui interrogati deposuerunt de causa sui dicti. & idem Bal. in auth. sed cum testator. C. ad l. Falci. dixit, quod vbi testes sunt pares, præferuntur illi, qui sunt Tabelliones. vnde si per duos testes Tabelliones probo, & aduersarius probat contrarium per duos alios testes, qui non sunt Tabelliones, quòd testes Tabelliones præferūtur, allegat glo. quam reputat singularem in authē. de hæred. & falci. §. si verò absunt. Faciat, quod pulchrè voluit Innocen. in d. capitu. auditis. vbi dixit, quod testes, quorum dictis consonat ius commune, præfe
5 runtur testibus, quorum consonat † ius speciale: qa dicunt

dicunt aptiora,& verisimiliora.Item tenuit gloss.in c.cũ ecclesia Vulterana. de elec.facit d.c.licet causam.Facit etiam,quod voluit Bal.in l.data opera.C. qui accu.non possunt.vbi dixit, ꝙ si vno testes laici dicunt, me non comisisse delictum hodie in isto loco,& duo testes clerici deponunt contrarium,quòd statur dicto testium laicorum,& allegat gl.quam reputant singularem in c.clerici.81.dist.& ratio est:qa deponunt super eo,quod est conforme naturę,quę præsumit hominem non delinquere.l.meritò. ff. ꝓ socio.l.cum quidam,de leg.2.cum si.Facit gl.in l.cũ quid.ff.si cer.pe.quæ dicit,ꝙ si testes sunt pares, stãt testibus senioribus.Facit elegans, & singulare dictũ Inn.in c.super hoc,de renuntia.ꝙ si duo testes deponunt de voluntate coacta, præferunt testibus deponentibus de volũtate libera, quod dictum sequitur Bal.in l.obseruare.§.proficisci.ff.de officio præsid.& in tractatu suo scismatis, quem posuit in tit. C.si qs aliq.testa.prohib.& Ang. in l.si quis ad se fundum . C.ad legem Iuli.de vi publi.Facit,quod voluit Bald. in c.cum sint iura partium.de reg.iur.lib.6.vbi dixit, ꝙ stante paritate probationis,& vna est fauorabilis, alia est odiosa,quòd tunc stabitur probationi fauorabili.Si verò vtraque probatio est fauorabilis,tunc si vna est magis fauorabilis,stabimus illi.allegat.l.lege Iulia petronia.ff.de manu. quẽ text.allegauit idẽ Bal.pro singulari in c.domino guerram.§. & promptiores.in tit.hic finitur lex, deinde incipiẽ. consue. reg. & in l.contractus. C. de fide instru. idem etiam dicit Bal.in d.cap.cum sint. si iudex certa ratione in iudicijs motus magis assentit vni probationi, quàm alteri,dummodo illud exprimat in sua sententia,allegat.no.in l.duo iudices.ff.de re iudi.& l.si duo patroni.ff.de iureiuran.& ibi dicit esse glo.ordi. ꝙ non dicitur esse dubium, quando vna probatio superat aliam ex aliquo iudicio. Facit, quod pulchrè voluit Bal.in l.fi.C.commi. vel epistolas. vbi dicit notandũ
6 esse ex illa.l.ꝙ relinquitur iudicis † arbitrio, secundùm quam partem velit iudicare,si ambæ partes æqualiter probauerint per totidiem testes,& sic excutit dignitatem testium,& qualitatem,allegat d.l.ob carmen.§.fi.Et subdit,ꝙ quando qualitas testiũ,vel instrumentorum est dubia:tunc ex coniecturis fides augetur,& qui habet meliores coniecturas, vincit. nam vt eleganter ait Ioan.monac.in c.duobus,de re
7 script.libr.6.paritas † reducitur ad imparitatem per aliquod additum ad alterum extremũ. Facit, quod voluit idem Bal.in l.cum magistratus.C.quãdo prouo.non est neces.vbi dixit, illud esse vere dignum, quod quando testes sunt pares, tũc iudex potest per animi sui motum adhęrere alteris testibus,& alteris non adherere, dummodo in actis faciat inseri causam suæ adhęsionis.& ita dicit esse intelligendum, quod eleganter no.in l.duo iudices dati.ff.de re iud. Et per hoc declaratur elegans dictum Bart. in l.Lucius.ff.de his qui no.infami.vbi dixit, ꝙ si testis reddat bonam causam sui dicti,& iudici videtur nõ adhibere fidem dicto ipsius testis,ꝙ potest sibi non adhibere fidem : quia intelligitur, si in actis exprimat causam,quare nõ adhibet fidem.facit,quod voluit idem Bal.in l.ordinarij.C.de rei vend.in versi.sed iuxta prædicta quæro: pone, ꝙ proponitur interdictũ retinendæ possessionis:modo vtraq; pars probat de possessione,quomodo iudex pronuntiabit, decidit, ꝙ iudicabit pro eo,qui probat per plures,vel per digniores testes,vel si neuter probat per plures, vel ꝑ digniores obtinebit,qui probat de possessione antiquiori:quia dicitur esse potior in probatione, allegat. d.l.ob carmen.§.fin.& d c.licet causam. vnde si vnus probat de possessione anni,& alter de possessione semestri,& testes dicunt,ꝙ viderunt eum colere, & arare,tñ istud presumitur potius quoddã agere,q̃ possidere, & clãdestina potius præsumitur eius possessio,q̃ iusta:cum non potuerit posses.quærere, nisi clam, vel nisi deiecerit eum, qui primò possidebat: vt l.si finita.§.vbi autem. ff.de damno infect. qui ergo melius de possessione probat altero de supradictis modis obtinet in interdicto vti possidetis,nõ attento quis de dominio incidẽter probauerit in hoc possessorio:ille enim debet obtinere, qui habet potiora iura.l.fi.C.de edic.di.Adr. Et facit etiam,quod voluit idem Bal.in l.momentaneæ. C.qui legiti.perso.ad fin.vbi dicit, ꝙ quoties in possessorio retinendæ probationes sunt pares, possessio magis iustificata potior est, alleg. Iaco.Butriga.qui dicit, ꝙ probatio proprietatis facit obtinere:quia dicitur magis iustificata esse possessio, allega.dictum c.licet causam. & idem voluit idem Bar. in l.si de eo.§. si seruum.ff. de acquir.poss.& Bal.in l.j.ad fin.C.vti posside.facit quod voluit idem Bal.in d.c.licet causam.vbi dixit, ꝙ ex antiquitate tituli ꝑsumit̃ possessio antiquior: vt eleganter no.Iac.But.in l.quoties.C.de rei vendi. Item ex titulo præsumitur possessio subsequuta. l.2. C.de acquir.poss. Item titulus tanquam dignior attrahit ad se possessionem: vt l.quædam mulier.ff.de rei vendi.nam,vt eleganter ait Iaco.Butrig. in l.j.C. vti possid. ille, qui probauit de antiquiori possessione,probauit,ꝙ aliquo tempore possedit solus pacificè nemine inquietante:vnde non fuit licitũ aduersario incipere eum inquietare propria auctoritate: cum inquietare sit relinquere.allegat.l.meritò. ff.ꝓ
8 socio.dicit etiam ibi Bald.ꝙ si vna † possessio respicit causam piam,alia non,præualet fauorabilior,allegat tex.singularem in d.l.lege Iuli. Et ista sunt,quæ in hac materia scripta,& dicta sunt per commentãtes. Et optimè facit,quod scribit D.Anto.& moderni in d.c.licet causam.& in d.c.auditis.Modo in proposito huius consultationis agitur interdicto retinẽdæ inter istas duas villas : scilicet aquæ nigræ, & villæ marianæ, & ex parte villæ aquæ nigræ producti
9 sunt testes primò,numero † plures, digniores,verisimiliora dicta deponentes:sequitur ergo, ꝙ præferẽdi sunt testibus productis ex parte villæ marianæ, q̃ sunt minores in numero, nec sunt ita digni : imo sunt viles,nec deponunt verisimilia,nec aptiora dicta:cum testes illi producti ex parte aquæ nigræ deponant de præsenti,& præterita possessione : & per verisimiliora,& aptiora media: ergo sequit̃, ꝙ sunt præferendi. Et quidem si fiat discursus per omnes testes productos ex parte villæ aquæ nigrę,hoc aperto ore reperietur probatum,& per consequens erit iudicandum & pronunciandum in fauorem aquæ nigræ. Primus testis,qui est Betinus,passiuè dicit,quòd sunt anni 24.quòd fuit cum bestijs ad pascuandum in nemoribus,& terris describ. vt in primo capitulo continetur,& continuè quolibet anno per quatuor annos fecit pascuari porcos,quos ipse ducebat cum licentia hominum communis aquæ nigræ, quam a dicto communi habuerat vitricus ipsius testis, & sine contradictione alicuius personæ,& cum licentia dicti communis incisit ligna in dictis terris & nemoribus,& ꝙ petijt licentiam a dicto communi de mẽse Ianuarij præteriti,vt incideret ligna ĩ dictis nemoribus,& obtinere non potuit : & ꝙ audiuit ab Antonio de Sale, ꝙ dictum territorium vltra tornapasolum positum pertinet ad illos de aqua nigra: vt ipsi dicunt,& quòd prædictum territorium fuit tentũ & possessum per commune,& homines aquæ nigrę pro suo,& tanquam suum sine cõtradictione alicuius,& reddit causam dicit:quia vidit dictis temporibus quamplures ex hominibus aquæ nigræ ire ad dictas petias terrarum,& in illis incidere tanquam de iuribus

Iuribus proprijs dicti communis in dictis terris,& dicit se nunquam vidisse homines de Mariana pascuari in dictis terris. Dicit tamen, ꝙ potuissent facere, quæ continentur in interrogatorijs: quia dictę petię terrarum sunt magni circuitus: dicit etiam, ꝙ nunquam audiuit dici a dicto tempore, nisi a tempore, quo cõmune de Bertolo cępit petere intra dictos confines quasdam terras contra dictum commune de Aqua nigra: & nunc per commune de Mariana. dicit etiã, ꝙ habet in Aqua nigra matrẽ, & tres fratres, & duos compatres, & omnes de communi Aquæ nigræ haberent partem suam, si victoriam portarent. Modo aperto ore iste testis, & per optima media probat cõmune Aquæ nigræ possedisse, & possidere de præsenti vsq; ad mẽsem præteritum Ianuarij, & sic possidebat tempore lit. contest. dicit primò, ꝙ per quatuor annos fecit pascuari cõtinuè quolibet anno porcos cum licentia hominum Aquæ nigræ in dictis terris, & cum licentia dicti communis: & vidit homines Aquæ nigræ ire ad dictas terras, & incidere ligna, quæ omnia sunt signa possessionis, probat tex. melior de iure in l. filiusfa. §. diui. in ver. ijsdẽ principes. in vers. in possessionem missi fructus consequantur. ff. de lega. j. vbi per perceptionem fructuum probatur possessio. Facit, quod habetur in l. diuortio. §. itẽ si messes. ff. so. ma. & quod voluit Spe. in tit. de proba. §. j. §. pen. & Archi. in c. presenti. de offi. ordi. lib. 6. & facit, quod habet in l. Titia. ff. de sol. & in l. litibus. C. de agri. & censi. libr. 11. cum ergo homines incidendo ligna ex dictis nemoribus cum licentia dicti communis Aquæ nigræ, & homines ipsius communis incidendo ligna videntur percipere fructus ipsarum terrarum, sequitur, ꝙ dictum commune possedit, & possidet dictas terras, & nemora. Et per consequens probat iste testis possessionem præsentem, quod est præcipuũ in interdicto vti possidetis: vt superius est dictum. Et etiam est ponderandum: quia dicit iste testis, ꝙ per quatuor annos pascuauit porcos in dictis nemoribus & nunquã vidit homines Marianæ pascuari in dictis nemoribus: nam dictum huius testis dẽt ponderari secundum qualitatem actus, super quo deponit: deponit enim ꝙ pascuari faciebat porcos, qui cõiter faciunt discursum per loca, in quibus pascuant, quo casu est verisimile, ꝙ vidisset aliquos de hominibus Marianæ pascuantes sua animalia in dictis ne-
10 moribus: vnde † creditur testi deponenti super eo, quod est verisimile: vt d. l. ob carmen. §. fi. & d. c. licet causam. Nec obstat, ꝙ dictus testis dicat se habere fratres & matrem in dicto communi Aquæ nigrę: quia non propter hoc agitur de commodo suo, seu
11 ipsius testis: quinimo † frater admittitur in testem pro fratre, si nõ habitant insimul in eadem familia. vnde si habitarent insimul in eadem familia, non esset testes idoneus: quia tunc concurrit gradus propinquitatis, & domesticis: sed si seorsum habitant, & loquimur in leuibus, tunc est testis idoneus, & nõ prohibetur testificari: ergo est ei permissum: vt probatur in l. 1. §. j. & l. ex eo. ff. de testibus. & l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. l. ab ea parte. ff. de probationibus. no. Bal. in l. parentes. C. de testibus. Si autẽ causa esset grauis, tũc si vergit in dispendium aduersarij, tunc frater pro fratre non est integer testis propter presumptam affectionem, argu. l. humanitatis. C. de excusa. tuto. Ita pulchrè dixit Bald. in d. l. parentes. Et plus etiam ibi dixit Baldus, ꝙ si fratres habitãt insimul, & est tale quid probandum, in quo domestica fides non sit suspecta: quia naturali ratione melius scitur veritas a coniunctis, & tunc potest testificari. Idẽ dicit, si est causa ciuilis & parua, potest esse frater pro fratre testis idoneus: secus si esset causa criminalis, vel causa ciuilis ardua: quia tunc non posset esse idoneus testis. Modo in casu isto iste frater non habitat insimul cum suis fratribus, quo casu est
12 minus suspectus: quia propter † cohabitationem augetur affectio: vt l. cum allegas. C. de castren. pecu. libro 12. ergo sequitur, ꝙ non est prohibitus testificari. Item in casu nostro non agitur de vtilitate ipsorũ fratrum directè, & principaliter: sed agitur de vtilitate communis Aquæ nigræ, & incidenter & in consequentiã de vtilitate suorum fratrum, quo casu etiã in prohibendo testimonium non curamus de commodo, quod versatur in consequentiam. Hinc dici-
13 mus, ꝙ licet † legatarius sit percepturus commodũ ex testamento: tamen potest esse testis in testamento: vt l. qui testamento. ff. de testa. facit, quod voluit Cyn. & Bald. in l. dicta ntibus. C. de testa. vbi dicũt, ꝙ correus potest esse testis in causa correi: licet in consequentiam agatur de commodo suo, & Iaco. Butr. in l. non solum. §. quęritur. ff. de procura. dixit, quòd creditor potest esse testis in causa sui debitoris: licet in consequentiam agatur de commodo ipsius creditoris, & Dyn. in lege, si cui. §. final. ff. de legatis 1. dixit, ꝙ fideiussor potest esse testis in causa rei principalis. facit. c. insuper. de testi. vbi potest prelatus esse testis in causa ecclesię: & tamen in consequentiam agitur de commodo ipsius prælati. Cum ergo in proposito nostro non agatur principaliter de commodo ipsorum fratrum testis, & est causa parua: quia posito, ꝙ ageretur de commodo fratrum ipsius testis, tamen modicum est & paruum; quia est commodum commune omnium hominum dictæ villę: ergo sequitur, ꝙ est testis idoneus, & per consequens testimonium eius probat. Et etiam peroptimè facit: quia dictum huius primi testis est confor-
19 † cōfessio coniugis ꝯ matrimonium, valet quando emanauit ab eo, qui stat pro mr̄imonio: non enim est præsumptio, ꝙ falsum contra se confiteatur. cū qua transeunt omnes scribentes: dicit tamen ibi Host. hoc esse relinquendum arbitrio iudicis: nam posset fieri collusio inter coniuges volentes separare matrimonium: nā fingerent lites, & in progressu is, qui simulabat se instare pro mr̄imonio, confiteretur ꝯ matrimonium: qa si iudex suspicaretur, non deberet esse contentus tali cōfessione: sed deberet alias probationes requirere: vbi autem cessat præsumptio fraudis, stabitur confessioni cōiugis ꝯ matrimonium, ex quo confitens stabat pro matrimonio, quod est sing. notandū: quia limitat. d. c. super eo. per c. attestationes. Modo in proposito nr̄o iste Andreas instat pro isto secūdo matrimonio omni conatu, negando multa, quæ negare non potest, nisi cum grauissimo onere animæ suæ. itē diffamat illam Elisabethā, & omnem curam, & diligentiam ponit pro secundo mr̄imonio: & omni spiritu, & conatu laborat ꝯ primū mr̄imonium: vt ex processu apparet. ergo sequitur, ꝙ stabitur huic suæ cōfessioni ꝯ illud secūdū matrimoniū. & indubitāter istud decidit præsentem consultationem in fauorem primi matrimonij. Et facit, quod voluit D. Antō. in d. c. tertio loco. vbi arguit, ꝙ non statur confessioni ꝯiugum ad separationem matrimonij. d. c. super eo. respondet secundum quosdam, ꝙ sola confessione non separatur matrimonium, sed confessione cum fama, sic 35. q. 7. si duo. respondet postea secundum quosdam alios, ꝙ non sufficit confessio cum sola fama, sed ibi interfuerūt aliæ præsumptiones. postea dicit, ꝙ quando ille, qui stat pro matrimonio, confitetur contra matrimonium, tunc separatur, & allegat, quod habetur in d. capi. attestationes. & per cōsequens dominus Antonius decidit in indiuiduo istam quęstio. & est diligenter considerandū, ꝙ omnes scribentes intelligunt d. c. super eo. procedere, quando confessio fit ad colludēdum matrimoniū iam contractum: sed vbicunq; cessat collusio, tunc separatur confessione coniugum. Modo ex processu apparet manifeste, ꝙ ista confessio non emanauit ab isto Andrea ad colludendum secūdum matrimonium, vt superius est ostēsum: ergo sequitur, ꝙ sola confessio sua est potens ad declarandum secundum matrimonium contractum cum illa Mutinensi fore nullum & de facto processisse: cum anteaquam fuisset contractum matrimonium cum illa Mutinensi, fuerunt contracta sponsalia, & secuta copula, & de eis appareat, antequam fuisset contractum illud secūdum matrimonium de facto, & appareat descripta facta manu ipsius Andreæ & de iuramento præstito per eum, & de verbis, & de tractatu ad matrimoniū, & de copula, quis tā immemor suæ salutis, atque iniustus rerum æstimator esset, ꝗ non arbitraretur primum matrimonium fuisse ꝯctum? Certè nullus. imo quilibet iudicaret pro primo matrimonio. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ attestationes productę per illam Elisabetham sunt refricatæ in dubium, & debilitatę satis per exceptiones factas per illum Andream. Ad hoc respondeo, istud fore sublatum sufficienter per doctrinam gl. in d. c. si duobus. de rescrip. li. 6. quam allegaui superius in euidentialibus: quia propter confessionem ipsius Andreæ sunt effectę clare, & indubitabiles & in causis spiritualibus & beneficialibus, licet probatio sit debilitata per exceptiones aduersarij; tñ si interueniat confessio ipsius aduersarij, probationes fortificatæ sunt, & maxime in casu nostro, cum ille Andreas instet pro secundo matrimonio: sicut ergo ꝯfessio aduersarij non præstat titulum in casu beneficiali, ita dicamus in causa matrimoniali, sed bene coadiuuat, vt voluit gl. singularis in d. ca. si duobus; ita coadiuuat in causa matrimoniali: & multomagis in casu nostro ex eo: quia ille Andreas stat pro matrimonio, ideo statur suę confessioni ꝯ matrimonium. & sic glo. communiter approbata in d. c. attestationes. limitat. d. capitul. super eo. ergo sequitur ex istis, ꝙ ex sola confessione ipsius Andreæ erit separandum matrimonium sequendo contractum cum illa Mutinensi; & per consequēs non est aliter insistendum in testibus & processu. Et ista sufficiūt ad enucleandam veritatem huius consultationis: quāto ergo fortius in casu nostro stantibus attestationibus factis in processu iudicabimus in fauorem primi matrimonij. Et ponderetur tex. in d. ca. super eo. dicit enim, coniugatus, qui ante contractū matrimonium & vxoris suæ cognouit consanguineā cū id fateat̄ vterq;, & aliqua pars viciniæ hoc acclamare dicat̄, sit ab vxore sua iudicio ecclesiæ separandus, rescribimus, propter eorū confessionē tātum, vel rumorem viciniæ separari non debet: cū & quādoq; nonnulli inter se velint mr̄imoniū colludere, & ad ꝯfessionē incestus facile prosiliret, rumor aūt viciniæ

vicinię non est adeo iudicandus validus, quod nisi rõnabiles & fide dignæ probationes accedant, possit bene cõtractum matrimonium irritari. ista sunt formalia verba dicti ca. super eo primo ille tex. est
20 longè † aduersus a casu nostro: loquitur enim eo casu, quo non agitur ad separationem matrimonij fauore alterius matrimonij: vt est casus noster: sed loquitur, quando non versatur fauor alterius mrĩmonij, nam petebatur separari matrimonium propter fornicationem habitam a consanguinea vxoris. & sic non meretur allegari ille tex. cõtra præsentem consultationem. Secundo ꝯsidero illum text. dum dicit, vxoris suæ: qa proprie illa, cum qua est ꝯtractum matrimonium per verba de præsenti, non dr̃ vxor: sed dicitur sponsa, hoc decidit tex. solennis in d.c. tertio loco. de præsumpt. & ibi dominus Abbas inducit ad quæstio. statuto cauetur, ꝙ vxore prædecedente in matrimonio vir lucretur dotem: & quidam desponsauit quandam per verba de præsenti, & nõdum traducta ad domum viri decessit: fuit dubium, vtrum vir deberet lucrari dotem, & arguit ꝓ & ꝯ: vt non dicatur maritus & vxor, alleg. d. capitu. tertio loco. & capitu. sicut ex literis, de spon. & concludit, ꝙ propriè maritus & vxor dicuntur, postquã interuenit copula carnalis. & facit, quod voluit Do. Petrus de Anchar. in commento capitu. canonum. de constit. vbi refert consuluisse Venetijs, quòd statutum loquens de fœmina maritata, non habet locum in desponsata per verba de præsenti nondum cognita. facit, quod voluit Sali. in lege, cum in te. C. de dona. ante nup. nam sponsa dicitur per verba de futuro l. j. & 2. ff. de spon. & dicitur a spondeo, spondes, desponsata est illa, quæ per verba de præsenti ꝯsensit. & ad vlteriora non est processum, & ad istũ sensum beata Maria fuit viro suo Ioseph desponsata: vxor vero dicitur, quæ desponsata in vsu mariti est constituta, & hoc s̃m propriũ significatum, & secundùm Catholicon, vxor dicitur ab vngo vngis: nam in introitu domus viri mulier olim vngebatur, & vxor postea appellabatur: vt refert Salic. in dicta l. cum in te. facit etiam: quia tex. d. c. dicit, coniugatus, per quæ verba clarius apparet, ꝙ loquatur de matrimonio copulato & consumato per copulam carnalem. est enim matrimonium cõiugatio: vt l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. vbi pondero, ꝙ tex. dicit, coniugatio, & non dicit simpliciter coniunctio: & tamen ibi dicitur de certorum animalium cõiunctione tantùm: ibi dicitur ad denotandum, ꝙ coniugatio, idest coniugum actio, idest copula debet interuenire, vt matrimonium s̃m suũ esse perfectum dicatur, ita pulchrè decidit Sali. in d. l. cum in te. Cũ ergo in casu nostro in d. c. super eo. tex. ibi loquatur in coniugato, sequitur, quod loquitur de eo, qui ꝯsumauit matrimonium per copulam, & per consequens sequitur, quòd non habet locum in casu nostro: cum sit solũ desponsata per verba de præsenti copula carnali non interueniente: ergo sequitur, ꝙ nec potest, nec debet allegari ille text. contra hanc consultationem. Item põdero ibi tex. qui dicit, propter eorum confessionem. tñ in casu nostro non interuenit confessio duntaxat, imo interuenerũt multa alia indubitata indicia, per quæ apparet de veritate primi matrimonij. Item dicit tex. vel rumor vi-
21 ciniæ. vnde ille rumor non est vera † nec legitima ꝓbatio, ideo non est mirum, si ad rumorem viciniæ non debet separari matrimonium cõsumatum copula carnali. Item qa in illo tex. dicitur, cum & quãdoque nonnulli inter se velint &c. vnde ille tex. considerat, qñ coniuges vellent procurare separationẽ quærendo cũ fictione illam fornicationẽ consumare. istud ex toto tollitur in casu nr̃o: qa nulla via, & duritiæ, & solicitudine illius Andreæ ꝯ istam Elisabethã, & diffamatione & vituperatione, q̃ de ea facit: quia non est verisimile, si vellet colludere circa secũdum matrimonium, & vellet, ꝙ primum matrimonium haberet effectum, ꝙ ita vituperosè, & cũ graui ignominia pudicitiæ infamaret, & laceraret nomen, famã, & opinionẽ illius Elisabethæ: nã hoc nõ posset cadere in aliquẽ exercitatũ, & discretũ iudicẽ, & sermones nr̃i debẽt adaptari rebus sensatis & intellectu fruentibus: vt dicunt Auerroes & Aristoteles, quos refert Bal. in rub. C. de prob. & idẽ dixit in l. j. C. de ser. fug. & ꝓbat̃ in l. si ita quis, in ver. quod nemo sanus probabit. ff. de euictio. Et sic multifariè, multisque modis apparet d. capit. super eo. non posse, nec debere allegari contra istam consultationẽ. & sic non ob. nec dictum D. Cardi. in d. capitu. is qui. nec etiam d. ca. super eo. ¶ Restat nunc videre & examinare dicta testium, & indubitanter non est opus: quia confessio cum iudicijs superius inductis sufficiunt ad conuincendam veritatem, ꝙ primum matrimonium fuit contractum, & consumatum: nihilominus res efficitur clarior ex attestationibus. Primo capio illum Ioannem, qui dicit vidisse ipsum Andream, & ipsam Elisabetham colludentes in camera, vbi solitus erat studere D. Lodoui. qui testis increpauit, & radarguit ipsam Elisabetham, dicendo, quæ res sunt istæ, quem honorem facis tibi, parentibus, & fratribus tuis? ista quæ facis, mihi videntur inhonesta. ad quæ verba non respondit dicta Elisabetha, sed dictus Andreas respondit, non posso fare de mia mogliere cio che volio, mi lo sposà, e mi non toro altra dõna ecceto la lisabetha & ipsa tunc respondit, lui mi ha sposà, che mi non toro mai altro homo, che Andrea di Coradi. & ipse Andreas tunc replicauit, e mi nõ posso tore altra, se el mõdo se reuersasse soto e sopra. Iste testis probat aperto ore matrimonium. Modo quoad istud dictũ opponitur dupliciter: Primo opponitur contra personam ipsius testis. Secundo opponitur contra dictum ipsius. Contra personam oppo. ꝙ erat famulus, & de domo producentis: quia istud non est ve-
22 rum: nam † tempore, quo productus fuit in testem, non erat famulus: & illud tempus est attẽdendum. l. peto. §. fratre. & qđ no. ibi Bar. ff. de le. 2. l. si cognatis. ff. de rebus dubi. per Bal. in l. etiam. & l. seruos. C. de testi. D. Petr. de Ancha. in capitu. in literis. de testi. cũ ergo tempore, quo fuit productus in testem. non erat famulus producentis, ergo sequitur, ꝙ validum est eius testimonium respectu suæ personæ. Et cum dicitur, quòd fuit licentiatus in fraudem, vt posset testificari. Ad hoc respondeo, ꝙ fraus & dolus nõ pręsumitur. l. quoties. §. qui dolum. ff. de proba. l. merito. ff. pro socio. cum simil. Probet ergo aduersarius, quòd dolo fuerit licentiatus. vnde Barto. in l. vir vxori. ff. de dona. inter vir. & vxor. dixit, quòd si aliquis dat licẽtiam famulo, & famulus licentiatus testificatur contra aduersarium domini, distinguit, quòd aut incontinenti facta testificatione illum recepit, & præsumitur in fradem licẽtiasse: aut ex interuallo, & tunc secus. Modo in proposito nostro iste Ioan. fuit licẽtiatus, & post testificationem incontinenti non redijt ad standum in seruitijs ipsius producẽtis: imo nullo modo redijt: ergo sequitur, ꝙ sua persona non est suspecta. Nec obstat, qđ dr̃, ꝙ est rusticus, & pauper: quia nõ propter hoc est reprobandus: nã pauperes & diuites Deus vna creauit, & vna terra supportat: vt dixit tex. in c. quo. 8. di. maxime, qa testificatur de his q̃ fiunt in secreto & penetralibus domus: vt no. in l. cõsensu. C. de repu. c. tertio loco. de prob. gl. in c. cũ dilecti de ele. habet in ca. veniens. de testi. alias posset deserti probatio,

quod esse non debet, c. fi. de testi. cogen. Et ideo dixit Ioan. And. in ca. cum nuntius. de testi. ꝙ singuli de capitulo possunt testificari de his, quæ agūtur in capitulo, alle. d. c. veniens. & d. l. consensu. §. pen. Et plus etiam sentit Io. An. si damnū aut lucrū veniat eis applicādum: quia si aliter diceremus, periret facultas probandi, quod non est dicendum. Nec ob. cum opponitur contra personam, ꝙ fuit leno: quia istud non est verum: cum a principio, quando eos inuenit, detestatus est illam Elibetham, redarguendo eam de actu, quem faciebat. Ex quibus suis dictis apparet, ꝙ sit bonus & honestus rusticus: & etiam si ex postfacto aliquam ambasiatam fecisset illi Andreæ ex parte illius Elisabethæ, illam fecit motus ex verbis illius Andreæ, & illius Elisabethæ asserentium se contraxisse matrimonium adinuicem, nec posse capere aliā in vxorē, nec illam capere alium in virum, & per consequens istæ non sunt exceptiones fugilantes, & maculantes personā ipsius testis, & iō non obstant: & maximè quia testificatio illa est conformis confessioni illius Andreæ: vt apparet ex suis confessione & scriptura, vt ex processu colligitur, & inferius apertissime ostēdam. Quo casu posito, nō tamē concesso, quòd persona ipsius testis fugilaretur, nihilominus sustentaretur, ex quo habet conformem confessionem illius Andreæ, & alia adminicula, ar. d. l. si quis ex argētarijs. §. sed si omnes. cū dictis superius relatis. & sic cum simus in re, quæ domi agi dicitur, sequitur, ꝙ per illos de domo probari potest: vt d. l. cōsensu. §. pe. ¶ Et si dicatur, hoc nō procedit quoad dirimendum matrimonium: vt in c. in literis. de test. vbi dicitur, testes de sua familia tres produxit, vbi ad separandum matrimonium non potest produci testis de familia actoris producentis. Quia ad hoc respondeo, & considero illum tex. in ver. quē debet sibi legitime copulans, vbi agebatur de separādo matrimonio ꝯtcto per copulam: ex eo: quia cognouerat consanguineā, & ille instabat pro matrimonio separando, & producebat testes de sua familia, nec agebatur de fauore alterius matrimonij. Modò in casu nostro iste Andreas nō est copulatus carnaliter secundo matrimonio: ergo ille textus non obstat. Secundo hic agitur de fauore alterius matrimonij: ergo ille tex. non ob. & ideo cum sumus in regula, ꝙ illa, quæ domi geruntur, per illos de domo probentur: vt in d. l. consensu. sequitur, ꝙ posito, ꝙ iste Ioan. fuisset famulus producentis, tempore, quo fuit productus, & potuit testificari in hac causa: quanto ergo fortius potuit testificari, cum tempore, quo fuit productus, non erat de familia producentis. Facit illud, qđ refert D. Abb. in d. c. mulieris. vbi dicit, ꝙ si famuli repelluntur, quibus producēs potest imperare, alij non famuli admittuntur: sed iudex secundùm familiaritatis qualitatem arbitrabitur, quanta fides sit eis adhibēda. Ita dicit Vg. 3. q. 5. in sum. & in c. j. qđ dicit esse no. & ibi ēt dicit D. Abb. ꝙ si non habeo testes nisi familiares meos, qui mecum sunt in seruitio, consilium est, vt eos expellam a seruitio meo, & postea potero eos producere in testes. per doctrinā Bart. in l. j. §. si quis seruum. ff. de quęstio. & Cy. in l. 2. C. de testi. Et sic multifarie apparet, ꝙ persona istius Ioan. est habilis ad testificandum in præsenti causa. Nec obst.

23 cum oppo. ꝯtra personā dominæ Luciæ: quia † mater, & dominæ Catherinæ: quia soror producentis, quæ non admittuntur: vt in l. parentes. C. de testi. & c. super eo. de testi. vbi dicit tex. quia mater videtur filiæ incrementum, & honorē diligere: & vbi vir superior est diuitijs, nobilitate, potentia, vel honore, testimonium eius vr̄ esse suspectū: iō nō est aliquatenus admittēdum: qa ad hoc rn̄deo multipliciter. primo tex. ibi loquitur, vbi est dare superioritatem in casibus ibi expressis: sed in casu nostro præsupponit, ꝙ ista Elisabetha est nobilior, & habet affines, & consanguineos de nobilioribus casatis Mantuæ. Et si dicatur ꝙ est imparitas propter dedecus: ad hoc dicendum, quòd est modica, & exigua, & si pur dicatur, quòd est magna: Respondeo: quia Tancredus ibi dicit, quòd etiam si parentes essent valde honesti, admitteretur in casu illius. c. quia vir superat mulierem honore, potentia, nobilitate &c. sed iam præsupponitur, ꝙ domina Lucia mater istius Elisabethæ est honestissima mulier: ergo admittetur. Quinimo plus dixit ibi Host. ꝙ erit arbitrarium in casu illius. c. quia stabitur arbitrio iudicis, si parentes possunt esse testes in casu illius. c. quando vir superat mulierem: vt ibi habetur, qa possent esse circunstantiæ, ex quibus iudicarentur non suspecti. Quinimo dixit Spe. in tit. de teste. §. 3. ver. quanto, ꝙ etiam data in omnibus paritate, adhuc erit arbitrariū. Mō in casu nostro ista Lucia est valde honesta mulier: ergo propter suam honestatem poterit esse testis. facit, qđ voluit Host. in ca. finem litibus. de dolo & contu. & D. Anto. in c. postremo. de app. & tex. in c. 2. de ope. no. nunci. & qđ habetur per gl. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. & text. in l. si a bonæ fidei. & quod ibi voluit Ang. ff. de rei ven. Secundo ēt consideratis circunstantijs & confessione illius Andreę, & scriptura sua, & alijs testificatis per alios, ista Lucia potest testificari: qa vr̄ sua testificatio esse consona, & conformis confessioni scripta ipsius Andreę: ergo &c. facit d. §. cogētur. & per hæc tollitur ēt cum oppo. ꝙ repellitur: quia agitur de facto ipsius dominæ Luciæ: quia fuit particeps huius rei, salua pace sic dicentis: quia hoc non colligitur ex processu, imo colligitur contrarium: qa satis cōtristata est de tali re, vt apparet ex testificatu illius Ioan. & ex testificatis per illum Andream, qui Andreas ausus est ꝯtrahere duo matrimonia, & eodē modo, & multo fortius potuit esse testis dicta domina Catharina, licet sit soror producentis. & facit c. literas. de præsumpt. vbi frater purgauit fratrem de hæresi: ergo &c. Nec obstat, cum dr̄, gl. in d. c. super eo. dixit, quòd mater potest testificari pro filia, vbi agitur de matrimonio dissoluendo per impedimentum consanguinitatis: qa ad hoc respondeo, ꝙ inquantū gl. ibi alle. c. videtur. qui ma. accu. pos. debet eius dictum intelligi secundum ꝙ loquitur ille tex. vt dixit Barto. in l. non solum. §. si liberationis. ff. de lib. le. modo licet illud ca. loquatur de impedimento consanguinitatis, tamen in fine loquitur generaliter: & sic intelligitur de quocunq; impedimēto. ita formaliter dicit D. Abb. in d. ca. super eo. Et per consequens potuerunt testificari. Cū vero opponitur ꝯ dicta eorum: primo oppo. ꝙ ille Io. in primo suo dicto est singularis: ideo non debet sibi credi. c. bonæ memorię. de elec. cum si. ¶ Non obstant in ꝯrium alle. qa procedit. d. c. super eo. nisi interue-

24 niat † confessio eius, qui stat pro m̄rimonio, de quo nulla est pręsumptio, ꝙ colludat: vt est gl. singularis in d. c. attestationes. quę limitat. d. c. sup eo. vt superius dixi. Tertio: qa d. c. super eo. loquitur in matrimonio consumato per copulam carnalem: vt superius dictum est. ergo &c. Quarto: quia hic interuenerunt plures testes deponentes de promissione, & de iuramento ipsius Andreæ ad accipiendum ipsam in vxorem, & etiam interuenit confessio ipsius Andreæ pluries, & pluries repetita, & probata per varia media, scilicet per ipsum Andreā cōfitentē in iudicio, insuper per scripturā ipsius, Itē p testes rogatos ab eodē Andrea, vt possent dicere veritatē corā domino episcopo, si de hoc interrogarentur. & illud

lud dictum bene procedit, quando talis confessio fieret ab eis, qui starent contra secundum matrimonium. Sed in casu nostro non est sic: imo fit ab eo, qui stat pro secundo matrimonio. Item hic interuenerunt plures testes: ergo multifariè apparet illud dictum non obstare. ¶ Nec ob. cũ allegatur dictum D. Cardi. in d. c. is qui, quia debet probari per testes idoneos promissio, & copula: quia satis probatum est in casu nostro interuenientibus tot religiosis viris testificantibus de confessione, & illo Ioann. teste, & matre muliere valde honesta, quæ potuit in hoc testificari: vt superius dixi, & sorore Catharina. Item quia D. Cardi. loquitur, ꝙ debent interuenire testes idonei: sed vbicunq; interueniunt testes, confessio, scriptura, aut annuli traditio, quæ est probata, istis non obstãtibus simul iunctis, resultat probatio sufficientissima, etiã in causa graui: vt superius latè dixit in primo præsupposito per gl. l. 2. ff. de excu. tu. c. illo vos. de pigno. c. tertio loco ca. literis, de præsump. cum si. superius alle. Nec obstat, cum allegatur gl. in d. l. assiduis. qa illa gl. loquitur in alio casu longè diuerso a nostro. Item quia non solum interuenit confessio, sed testes etiam, & alia multa indicia indubitata. Ex quibus omnibus Deum immortalem, qui est veritas, huic consultationi inuoco, ꝙ sufficiẽtissimè probatum est primum mrimonium: & per consequens secũdum esse de facto nullum, & nullius momenti, & partes D. Episcopi Mãtuani fore in declarando & pronuntiãdo primum matrimonium esse verum, & validum, & ipsum Andream esse compellendum ad ducendam in suam vxorem Elisabetham. & ad habitandum cum ea, tã quam cum vxore vnica, & indubitata. & in declarãdo ipsum secundum matrimonium contractum cum illa Mutinensi domina Constantia fuisse, & esse nullum, & nullius momenti, & de facto, & nulliter fuisse contractum. & in condẽnando ipsum Andreã in expensis factis in præsenti causa tanꝗ temerè & iniustè litigantẽ ipsi Elisabethæ actrici & victrici; & sic in fauorem ipsius Elisabethæ concludo.

EPITOME.

¶ Ementes a fisco rem alienam aut alteri obligatam sunt securi item de intellectu legis, omnes & legis, bene a Zenone. C. de quadrien. p̃script. & an & quando secũdum statutum intelligatur secũdum primum, & contra.

SVMMARIVM.

Fiscus vendens rem alienam, aut alteri obligatam credens esse suam, statim efficit emptorem dominum. numer. 1.

Intellectus l. omnes. & l. bene a Zenone. C. de quadriẽ. præscri. & nu. sequent. nu. 8.

CONSILIVM XXVII.

OMnipotentem Deum, & pijssimum Iesum Christum huic consultationi inuoco, vt sua solita benignitate veritatem mihi aperiat, amen. Viso pũcto & statutis cõis Florentiæ, & viso celebri consilio reddito per excellum D. Thomam de Doccijs, mihi patrem, qui ita apertè subtiliter, & eleganter consultationem istam examinauit, vt nil melius, nil subtilius, aut elegãtius excogitari possit: ideo vltra proloqui necessariũ non est, aliqd tñ succintè ploquar. Et qa difficultas huius cõsultationis pendet ex dictis constitutionibus, & reformationibus Florentinis: vtrum † vltima constitutio intelli-
1 gatur, & suppleatur p primas. Et vr̃, ꝙ sic per illud, quod voluit Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. prete. in versi. vlterius quæritur, cauetur lege municipali, ꝙ pater teneatur relinquere filijs quintam partem bonorum suorum. Item posteriori statuto cauetur, quòd testamentum, in quo non relinquit filijs integra legitima, sit ipso iure nullum, an istud secundum statutum intelligatur secundùm ius cõmune, an secundũ primum statutum: decidit quòd debet intelligi secundum primum statutum: vt sic legitima integra sit quinta pars bonorum: vt disposuit statutum primum. Item posterius statutum trahitur ad prius. allegat legẽ, nã & posteriores. ff. de legibus. & sic concludit ibi Bald. quòd potius secundum statutum refertur ad primum, quàm ad ius commune, etiam cum læsione & correctione iuris communis. Ita ergo dicemus in casu nostro: qa ista vltima reformatio intelligitur secundum priores reformationes, & sic licet nullus rector, aut officialis possit ad petitionẽ alicuius procedere ꝯ emptores rerũ rebelliũ, nisi de auctoritate cõsilij campanæ, quod consilium faciat Potestas: vt dicit prima reformatio, vel nisi processerit de voluntate cõsilij campanæ, quod consilium fiat ad petitionem dominorum priorum, & collegiorum, & quicquid dictum consiliũ fecerit, obseruetur. Facit, qđ voluit Ang. consilio 570. vbi dicit, statuto cauetur, quòd venditio, quæ posita fuerit ad cridas teneat & est aliud statutum, quòd contractus factus a minore ita teneat, si interuenit consensus agnatorum: consuluit, quòd licet cõtractus minoris ponatur ad cridas, si tamen non interuenit cõsensus agnatorum, non tenet: qa vnum statutum debet intelligi secundum aliud. Facit, qđ voluit Nico. de Mat. quem refert, & sequitur Ioan. And. in additi. Spec. in titu. de sen. §. vt autem. in additi. quæ incipit, facit quæstio. Nico. de Mat. vbi dicit, ꝙ si ex forma statuti contra præceptum factum in confessum non possit opponi exceptio nullitatis, nihilominus poterit opponi nullitas resultãs ex vi alterius statuti. Et facit, quod voluit idem Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de execu. sen. §. postremò. in additio. quæ incipit, terminauit Goffredus Beneuẽtanus. & qđ voluit Barto. in l. j. §. per vim. ff. quod vi aut clam. Ita videtur dicendum in proposito nostro, quòd licet in bonis rebellium venditis per commune Florentiæ nõ possit Rector aut Potestas ad petitionem alicuius molestare, aut ius reddere ꝯ emptores ementes a communi Florentiæ: nihilominus poterit, si auctoritate consilij hoc faciat: vt sic vnum statutum limitetur, & intelligatur ſm aliud. Et isto mõ poterit aperiri via dicto Francisco contra emptores illarum rerum, vel contra habentes causam ab eis, & per consequens contra dictum monasterium. & ista sunt, quæ iudicio meo faciebant dubium in præsenti hæsitatione.

¶ Et licet ista sint colorata: tñ casum nostrũ non attingunt: iõ illis non obstantibus ꝯtrarium puto esse de iure verius: videlicet, ꝙ dictus Franciscus nõ possit habere regressum ꝯ dictum monasterium sancti Nicolai, hæredem institutum a dicto Dominico: ex eo quia auctores ipsius Dominici, a quibus ipse Dominicus habuit causam, emerunt dicta bona a cõmuni Florẽtiæ, quo casu nõ possunt molestari emptores habentes causam ab ipsis emptoribus: vt est casus in l. omnes. C. de quadri. p̃script. in versi. nec posse contra emptores prædictarum rerũ factos iã, vel futuros, vel contra eos, quibus super huiusmodi rebus largitas nostra delata est, vel fuerit aliquas actiones in rem domini, vel hypothecæ gratia, vel in personam ciuiles, seu pretorias, vel ex legibus, seu sacratissimis constitutionibus descendentes, vel quaslibet alias moueri: vbi probatur aperto ore, ꝙ
2 si fiscus † vẽdit rem alienam, vel alteri obligatã, credens

dẽs esse suam, statim emptor dominus est effectus:
vt probat ibi tex. in ver. plenissimam securitatẽ, &c.
Simile habetur in l. Papinianus. §. si quis mortis, in
ver. securè. ff. de inoffic. testamen. & in l. j. ff. ad l. iul.
maie. in ver. aduersus eius securitatem, & in l. j. ff. de
præto. stip. in ver. securior. & in c. j. de pac. & in ca. 2.
de treuga. & pa. & per Ang. in d. §. si quis mortis. &
per D. Anto. in d. cap. 2. de pac. & sic tales emptores
consequentur ex tali emptione plenissimam securi
tatem, & per ɔñs non possunt inquietari de huius-
modi rebus emptis. Bene tñ infra quadriennium
poterit prætendens ius in ipsis rebus agere ɔ̃ fiscũ:
sed post elapsum quadriennium non poterit con-
tra fiscum agere. vt ibi dixit tex. & non solum habet
locum illa l. omnes. in rebus ipsius fisci, sed etiã in
rebus ipsius Cæsaris: vt est tex. in l. bene a Zenone.
C. de quadri. præscript. Cum ergo in casu nostro lo-
quamur in rebus delatis fisco per confiscationem:
ergo potuit fiscus illas alienare. iõ dixit Bal. in l. mul
3 tum. C. de commu. re. aliena. ꝙ si fiscus† vendit rem
ratione confiscationis, potest illam vendere: quia
sua est. & dicit etiam, ꝙ quandoq; fiscus vẽdit rem
bona fide, alle. d. l. oẽs. C. de quadri. pscri. Ergo mul
to fortius in casu nr̃o potuit alienare: qa cõcurrũt
duo, videlicet confiscatio, quo casu, si illæ res vendi
tæ de iure poterant confiscare propter delictum, fi-
scus potuisset vendere. Item concurrit bona fides:
qa si non potuisset fiscus illas res confiscare: tamen
potuit illas alienare, per dicta l. omnes. ergo sequi-
tur, ꝙ dicti emptores fuerunt securi. & iõ dixit Bal.
4 in d. l. multum. ꝙ† quandoq; princeps vendit iuris-
dictionem de plenitudine potestatis, allegat dicta l.
bene a Zenone. Sequitur ergo, ꝙ securus fuit em-
ptor, & per consequens dictum monasterium. ¶ Et
si quispiam dixerit, amice. d. l. bene a Zenone. & d. l.
omnes. non habent locum in ecclesia, seu in rebus
ecclesiarum, per tex. in c. quæ in ecclesiarum. de cõ
sti. vnde dixit glo. elegans in c. 2. de rebus eccle. non
alie. ꝙ l. bene a Zenone. nõ habet locum de iure ca-
nonico. d. glos. in c. quicunq; 12. q. 2. & in c. placuit,
16. q. 3. & dicunt illæ glos. ꝙ sicut ecclesia non acce-
pit illam legem contra se, ita non dẽt illam accipe-
re pro se: ideo si Imperator donat rem priuati eccle
siẹ, illa non præscribit quadriennio: ergo sequitur, ꝙ
monasterium Sancti Nicolai non põt allegare pro
se. d. l. bñ a Zenone. & similes, & istud iudicio meo
aliqualiter offuscat istam cõsultationem. Sed reue-
ra non ob. & ad hoc subtiliter est considerandũ: qa
d. l. bene a Zenone. loquitur, quãdo Imperator, aut
imperatrix donat ecclesiæ: vt est ibi tex. in ver. maxi
mè sacrosanctis ecclesijs. vnde dixit Host. in c. fin. de
5 solu. ꝙ† lex Imperialis loquẽs in fauorem ecclesiæ
cẽsetur approbata per Papam & cõiter illud dictũ
Host. doc. sequuntur, & illud reputant singulare, &
no. per omnes in ca. ecclesia Sanctæ Mariæ de con-
sti. & in c. lege. 10. dis. Cum ergo in casu nr̃o d. l. bñ a
Zenone. loquatur specifice in fauorem ecclesiæ, vt
de se apparet, sequit̃, ꝙ censetur approbata per Pa-
6 pã: ergo† habet locum in ecclesia: poterit ergo ec-
clesia vti cõmodo indulto ex illa l. emptoribus. Et
cũ dr̃, ꝙ si ecclesia non acceptauit illas leges ɔ̃ se, vt
voluit gl. in d. c. 2. cũ si. nõ debuit acceptare pro se,
vt in toto ti. qđ quisq; iuris. rñ. illud esse verũ, si d. l.
bene a Zenone. emanasset ad postulationẽ ecclesiẹ,
per ti. qđ quisq; iur. sed illa lex nõ emanauit ad po-
stulationẽ ecclesiæ: ergo potuit acceptari ab eccle-
sia in fauorẽ suũ, & refutari in suũ præiudiciũ. ¶ Et
si dicat̃, qs spiritus reuelauit tibi, ꝙ nõ emanauit ad
ecclesiæ postulationẽ: Rñdeo, ꝙ mihi reuelauit do-
ctrina maiorũ nr̃orum: nam gl. & Bar. in auth. quas
7 actiones. C. de sac. san. eccl. dicunt, ꝙ† vbicunq; pri-
uilegium emanauit per viam legis, nõ præsumitur
emanasse ad postulationem alterius. Cum ergo di-
cta l. & similes contineant priuilegium per viã legis,
ergo non emanauerunt ad postulationem alterius,
licet ergo loquamur in fauorem ecclesiæ, non ta-
men sequitur, ꝙ ecclesia illũ fauorẽ procurauit ap
poni per viã. l. & per consequens sequitur, ꝙ eccle-
sia potest vti commodo illarum legum. Præterea ec
clesia non emit, vt loquuntur illæ leges, sed laicus
fuit, qui emit, & ab illo emptore peruenit dicta res
empta ad suos hæredes, & ab illis peruenit ad eccle
siam Sancti Antonij titulo institutionis: vnde prin-
cipaliter ecclesia non vtitur beneficio illarũ, legũ,
sed ex personã auctorum. capit. cum quis. de regu-
lis iuris. libro sexto. l. qui in alterius. ff. eod. ergo as-
sumptum ex gl. dicti cap. secundi. & similium nullo
modo ob. monast. Sancti Antonij. Et si dicatur, ꝙ d.
8 l. omnes & dicta l. bene a Zenone. loquuntur in† fi-
sco imperij, vel in rebus imperialibus, ergo nõ ven
dicant sibi locum in inferioribus, & per consequẽs
non habent locum in fisco ciuitatis Florentiæ, qui
non vtitur priuilegio indulto fisco imperij, vel in-
dulto imperatori. Ad hoc respondeo vnã cum di-
cto Barto. in l. prima. C. ne quis in sua causa. vbi di-
9 xit, ꝙ sicut imperator† potest esse iudex in causa sua,
vt not. in capi. cum venissent. de iudicijs. & in l. pro-
ximè. ff. de his, quæ in testamento delen. ita potest
cognoscere in suis causis populus liber: vnde idem
Bar. in l. infamem. ff. de publicis iudicijs. refert se di
10 cere, ꝙ† cum quælibet ciuitas Italiæ hodie præci-
puè in Tuscia habeat in se liberum populũ, & me-
rũ imperiũ, ꝙ tanta potestatẽ habet in populo suo,
quantã imperator in vniuerso: vt in l. hostes. & ibi
no. ff. de capti. & poterit restituere ad famam secun
dũm dispositionem. l. j. §. de qua. ff. de postulando.
Et facit, quod voluit idem Barto. in dicta l. hostes. &
in dicta l. j. §. de qua. & in l. non ambigitur. ff. de legi
bus. & in l. denique. ff. de minoribus, & quod voluit
dominus Antonius in capitulo, per venerabilem
qui filij sint legi. & in c. j. de constitutionibus. & fa-
cit tex. singularis in dicto capitul. per venerabilem
vbi est casus, ꝙ ille, qui non recognoscit superiorẽ,
potest facere reseruata imperatori in signum priui
legij specialis. facit cap. super quibusdã. §. præterea.
de verborum significatione. & quod voluit Barto-
lus in l. 4. §. actor. ff. de re iudi. Cum ergo commune
Florentiẹ habeat populum liberum, sequitur, ꝙ po
test facere ea, quæ competunt imperatori in signũ
priuilegij specialis in populo suo, sicut Imperator
in vniuerso, & per ɔñs sequitur, ꝙ commune Florẽ
tiẹ vendens rem alienam, seu spectãtem ad alium,
potuit vti dispositione. d. l. omnes. & d. l. bene a Ze-
none. & sic illi emptores possunt vti beneficio illa-
rũ legũ, & per consequens habẽtes cãm ab illis em-
ptoribus: & sic nulla competet actio dicto Franci-
sco contra præfatum monasterium in dictis rebus
venditis per ipsum commune Florentiæ. Cum er-
go commune prædictũ habuerit iustã causam ven-
dendi dicta bona: qa delata fuerant sibi ex delicto
illius rebellis, & bona fide vendidit, sequitur, ꝙ ec-
clesia põt vti iure illius, cui successit. Nec obst. cum
11 dicebatur, ꝙ vltimum statutum debet† regulari, &
restringi secundum dispositionem primi & secũdi:
Quia ad hoc respondeo, & ante omnia considero:
qa primũ statutum dicit, si qui cõquæsti fuerint de
aliquo, vel de aliqua re, q̃ emerint a cõmuni, quam
commune dicto emptori promisit defendere de
iure, & de facto, vnde appareat instrumentũ manu
notarij, ius inde non seruetur, nisi de auctoritate ɔ-
silij &c. vñ istud statutum, seu reformatio non in to
tũ voluit prouidere emptori, qui sibi ꝓuideat con-
tra

tra commune, vt eum defenderet de iure, & de facto. vnde voluit, ꝙ ex quo sibi prouidebat per talem promissionē factā de iure, & de facto, ꝙ posset reddi ius de auctoritate consilij campanæ: vñ ex quo est si bi prouisum de vno voluit dictum statutum prouideri de alio. argumento. l. eum qui. ff. de iureiurando. Et est diligenter ponderandū illud statutum, qa dicit, ius non seruetur, non autem dicit, ꝙ emptor possit molestari: vnde debet intelligi tale statutum, vt quanto minus fieri potest, deroget iuri communi: vt l. 2. C. de noxa. l. fi. §. in computatione. C. de iure deli. c. cum dile. de consue. c. ex parte. & c. dilecto. de verborum significatione. cum similibus. vnde sequitur, ꝙ cum in dicta l. omnes dicatur, ꝙ emptor est securus, & habens ius in re possit agere contra fiscum, vr̄, ꝙ illa verba, nisi de auctoritate consilij ius seruetur, sunt intelligenda, vt quàm minus pōt fieri, derogēt iuri communi. ideo debet intelligi, ꝙ ius seruetur contra commune. hoc apparet ex verbis ipsius statuti, cum dicit, cōquesti fuerint. ideo tale statutum est intelligendum, vt ius seruetur contra ipsum commune, & non contra ipsos emptores, qui de iure communi sunt tuti: vt in d. l. omnes. & in d. l. bene à Zenone. ergo sequitur, ꝙ tale statutum non obstat dicto monasterio, posito, non tamen concesso, ꝙ dictum vltimum statutum debeat regulari secundum dispositionem ipsius primi statuti. Et ideo isto modo nō obstat doctrina Bal. in d. l. maximum vitium. & Io. An. & Barto. in locis superius allegatis. vnde deberet intelligi, vt seruetur ius contra ipsum fiscū vendentē: quia isto modo minus derogatur iuri cōmuni: & ēt est æquius ex eo; quia fiscus prætendit causam lucratiuā, & emptores prætendunt cau-

12 sam onerosam: & paria † nō sint, debita perdere, & lucra non capere. l. fi. C. de codicil. & iste vr̄ verus intellectus illius primi statuti. Similiter ſm statutum, seu secunda reformatio dicit, & si ipsi emptori per dictos officiales, seu commune fuerit promissa defensio de iure, & de facto, non audiatur conquerēs de tali emptore, nec inde ius reddatur ꝯquerēti, nisi hoc processerit de volūtate consilij campanæ: vnde istud statutū eo casu vult, & disponit ꝯ̄ emptorē ius reddi posse de voluntate consilij campanæ: quia per commune aut officiales promissio facta fuit de defendendo de iure & de facto ipsum emptorem. Mō in casu nr̄o non fuit facta promissio per ipsum cōmune ipsis emptoribus de defendēdo de iure & de facto: ergo sequit̄, quòd nos sumus extra casum istius secundi statuti. Mō extat tertiū statutū, qđ apponit gladium ad istam q. dicit enim, ꝙ dicti domini, & officiales deliberarūt vigore baylię, ꝙ commune Florētiæ teneatur ad defensionem omnium bonorum rebellium, quę dictum cōmune vendet contra omnē personam, & ꝙ nullus rector præsens, aut futurus possit ad petitionem alicuius personæ aliquid facere ꝯ̄ emptores dictorum bonorum. Vnde si bene ponderetur istud statutum in nullo venit limitandū per alia statuta priora ex eo: qa istud statutū loquit̄ quoad bona rebelliū, quo casu statutum præfatū videtur limitare omnia statuta prædicta ꝓcedentia: qa cum volunt, ꝙ consiliū campanæ possit permittere, ꝙ ius reddatur contra emptores rerū ad petitionem alterius, excepit istud vltimum statutum casum istum, videlicet cū venduntur bona rebellium: qa tunc odio ipsorum voluit statutum nō posse aliquid fieri ꝯ̄ ipsos emptores: vnde est ista q̄dam exceptio facta a generalitate illorum statutorum. ergo sequitur, ꝙ emptores istorum bonorum non possunt molestari super istis bonis. Et si diceremus, ꝙ istud statutum deberet intelligi ſm prędicta priora statuta, certè nihil operaretur: qđ esse nō dēt. l. si qñ. de lega. j. ad quid. n. mēbrana occupasset. 19. di. c. si Romanorū. non enim est apponēda syllaba in lege superfluè. l. j. ff. de dolo. & quod voluit Bal. in rub. C. de contrah. empt. & in l. sed & si quis. §. quæsitū. ff. si quis cau. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. iō dixit Bal. in l. contractus. C. de fide

13 instru. ꝙ verba statutorum † debent intelligi ad instar stipulationis, & sic istud statutum est intelligendum in casu, in quo loquitur, & non est restringendū per aliud statutū præcedēs: q asic nihil operaret: ergo. Nec obstat dictum Bal. in d. l. maximū vitium. qa Bal. loquitur eo casu, quo ſm statutum corrigeret primum: ideo vt non tollatur primū, oportet intelligere secundum statutum secundùm dispositionem primi statuti: & ita etiam loquitur Bar. in d. l. j. §. per vim. ff. quod vi aut clam. Sed in casu nr̄o non est sic: qa pōt istud statutum habere locum in casu, in quo loquitur, & priora statuta habent locū in casu, in quo loquuntur: vnde istud statutū vltimū ponit exceptionē ab illis primis statutis, & per ꝯsequēs firmat regulā in casibus nō exceptis: vt l. nā qđ. ff. de pen. leg. c. dn̄s. 32. q. 7. l. in his. ff. de leg. cū si. Ergo seruabitur istud vltimum statutū in casu quo loquit̄. & priora statuta erunt seruanda in casu, in quo loquuntur, & sic istud statutum non corrigit prima statuta. & isto casu loquitur Io. An. Bal. Bar. & Ang. superius allegati. Cum ergo ista bona fuerint vendita, vt bona rebellis, nullū ius cōpetit dicto Frācisco contra præfatos emptores & per ꝯn̄s, nec contra ipsum monasterium Sancti Nicolai: & ita concludo in fauorem monasterij contra ipsum Franciscum.

EPITOME.

¶ Aedificare in ripa fluminis vel extrahere aquam ex flumine in damnum vicini, habentis ius in dicta ripa, vel habentis molendinum inferius, non licet ei, qui non habet ius id faciendi sibi acquisitum titulo aliquo, uel præscriptione.

SVMMARIVM.

Aquam ex flumine si extraho, an alter me possit impedire accipiendo aquam, quæ decurrebat ad meum aquæductum, numero 1.

Ripæ fluminis ad eos spectant, ad quos spectat territorium, vbi sunt. & eiusdem iuris sunt, cuius sunt flumina. nu. 4. & 10.

Intellectus l. supra iter. ff. de aqua pluuia arcenda. nu. 11.

Aquæductus an possit variari & mutari. numero 13.

Intellectus glo. in l. pen. C. comm. diuid. nu. 18.

CONSILIVM XXVIII.

OMnipotentem Deum, & pijssimum Saluatorē nr̄um Iesum Christum ex corde & animo huic cōsultationi inuoco, vt sua solita clemētia mihi veritatē in ꝯsulēdo aperiat, Amen. Et quidē viso puncto, & attestationibus hincinde factis, & allegationibus subtillissimis redditis per celebrem D. allegantē, & omnibus diligenti aīaduersione pēsatis. Capio dubitationē, in qua quærit̄, vtrū canale de Bōbiano sit D. Alb. vel saltem per eū possessum, adeo ꝙ ædificans in eo dicatur ædificare in re possessa per ipsum D. Alber. & per ꝯn̄s nulli sit licitum facere brignā super dicto canali, aut in eius ripis. Et circa hoc præsuppono primo quæstionē tritam per

1 scribētes, quæ est, extraho† aquā ex flumine, & alter me impedit; qa ipse accipit aquā, q̄ debebat decurrere per flumē ad meum aquæductū, ipse qui scđo ducit, an hoc facere possit: & conclusio est, ꝙ aut flumē erat priuatū illius q primò fecit, & illi⁹ q scđo fecit: tūc ille, q scđo fecit, pōt licite facere ēt impediē-

do primũ, si hoc principaliter facit ad sui commodũ: vt l. fluminũ. §. fi. & l. Proculus. ff. de dã. inf. secus principaliter facit ad æmulationẽ alterius: vt in l. j. §. denique. ff. de aq. plu arc. Si vero flumen erat publicũ, vt est omne flumẽ, qđ perpetuo fluit: vt l. j. §. fluminũ. ff. de flumi. tũc aut ille, q primo extrahit aquã de publico flumine, ducit eã ad suũ molẽdinũ, & hoc facit licitè: & tũc secũdus volẽs ducere aquã desup de ipso flumine non põt de iure. l. 2. §. merito. ff. ne qd in loco publ. & dr̃ facere licitè, si ipsam aquã extrahit ex ꝯcessione sibi facta a principe, vel senatu: qa alius ab eis non põt concedere. l. ꝙ principis. ff. de aq. plu. arcenda. Idem si tanto tpe duxit, ꝙ non extat memoria in contrarium, lege hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. Si autem primus non ducit ipsam aquã licitè, puta qa nullũ horũ habet, videlicet nec cõcessionẽ principis, vel senatus, nec tam longissimi temporis consuetudinem: tunc dicitur illicitè ducere: & tunc secundus potest ducere aquam etiam impediendo primũ. & hæc sunt vera, qñ flumen, de quo extrahitur, & ducitur aqua, est nauigabile, aut intrat aliud nauigabile. Si vero flumen non est nauigabile, nec intrat aliud nauigabile, & tunc ille, qui primo habuit, & qui primo extraxit aquã de ipso flumine publico, dr̃ facere licite auctoritate iurisgentiũ: vt l. quominus. ff. de flum. cõiuncta. l. riparũ. ff. de re. diui. instit. de re. diui. §. fluminũ. Et sic cõcluditur, aut flumen non est nauigabile, & tunc primus, qui ducit aquã, ducit ipsam licitè auctoritate iurisgentiũ, et si nullã hẽt concessionem, vel præscriptionem: & tunc secundus non põt ipsam de iure ducere: aut flumen est nauigabile, vel intrat aliud nauigabile, & tunc si ille, qui primo ducit. habuit cõcessionẽ vel a principe, vel a senatu, vel ex vetusto tpe, cuius nõ est memoria in contrarium, tunc ẽt secundus volens ducere aqua de dicto flumine & desuper, non potest: quoniam illa aqua, quam extrahit ille secũdus desuper, est solita decurrere ad aquæductũ primi extrahentis, & sic secundus impediret primum in totum, vel in parte, ꝙ de iure facere non põt: vt d. l. 2. §. meritò. ita firmauit Bar. in rõne. l. quominus. ff. de flum. in j. q. & ita declarauit glo. in l. si manifeste. C. de seruit. & aqua. & gl. in d. l. quominus. & in l. si qs ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. ita pulchrè firmauit Bal. in l. itẽ lapilli. ff. de re. diui. & per eundẽ Baldum in rubrica, eod. titu. & in d. l. si manifeste. & ibi Cyn. & per Guil. de Cu. & Bald. in d. §. si initium. idem voluit Sal. in d. l. manifeste. Modo in proposito nostro idem vr̃ esse dicendum in eo, qui habet aquæductum iure licito, vel ex priuilegio, vel ex tẽpore vetusto, cuius initij in contrariũ nõ existit memoria: & secũdus, vel alius vult facere brignũ, vel aliud ædificiũ super dicto aquęductu, fundando ipsum in vtraq; ripa ipsius aquæductus, allegando ripas esse suas: qa territoriũ, per qđ iste ducit aquam, est ipsius: quia nullo mõ hoc facere poterit. & hoc decidit Bal. in l. itẽ lapilli. præalleg. in ver. sed nonò quærit, an in ripa mea tu possis appodiare clusam tuã, & vr̃ ꝙ sic qa est in vsu publico. l. riparũ. ff. de re. diui. sed ibi loquitur quoad quosdam vsus nõ quoad omnes, & ideo me inuito non potes: qa nec vsufructuarius, qui haberet pleniorem vsumfructum, posset. ff. de vsufructu. l. vsufructuarius nouum. & ideo hanc clusam in partem infixam ripę meę possum mea auctoritate destruere. l. quemadmodum. ff. ad l. Aquiliam. l. si seruus. C. qđ cũ eo. idẽ voluit Bartolus in dicta l. quominus. in 7. q. vbi dicit, si vellem in flumine facere molendinũ, & velim in ripa vicini tignũ immittere, vt per id aquã ad molẽdinũ ducã, an possim eo inuito, & decidit ꝙ nõ. & subdit, ꝙ si aliquis in ripa mea ædificauerit, nõ solum per iudicem destruetur, sed etiam potero auctoritate destruere. d. l. queadmodũ. §. j. l. si vitẽ. §. si ad ianuã. ff. quod vi aut clam. l. de pupillo. §. meminisse. circa fin. ff. de operis noui nunc. vnde Barto. videtur decidere istã q. in terminis. Cum ergo ripæ istius aquæ sint ipsius domini Alberti, sicut aduersarius nõ potest facere brignum super aquæductum ipsius domini Alberti: eodem modo non poterit apponere in ripis ipsius aquęductus, quæ sunt ipsius domini Alberti. accessoria enim sunt eiusdem rationis, cuius est ipsum principale. l. cum principalis. ff. de regulis iuris. c. accessorium. eo. tit. libr. 6. cum similib.

2 ¶ Et si quispiam dixerit, appellatione † fluminis nõ venit ripa, tex. est in l. j. §. in publico flumine. ff. de flumi. quem. text. ad hoc alleg. Bal. in capitulo primo, de capita. qui curiam vend. & ideo idem Baldus in rubrica. ff. de re. diui. versic. sed dubitatur, cum appendices sequant̃ naturã proprij & principalis subiecti. vbi dicit, ꝙ ripæ non sunt fluminum: sed sunt particularium hominum: & si quis concedat mihi banna, quæ fiunt in flumine, non cõprehenduntur banna, quæ fiunt in ripis fluminis, allega. tex. d. l. j. §.

3 in publico flumine. & dicit † ꝙ domini riparũ possunt construere molendina in ipsis ripis. Et subdit, ꝙ flumen, qđ est principale, non trahit ad se ripam, nisi quoad vsum necessariũ fluminis, non quo ad vsum extraneum. l. riparũ. ff. de re. diui. ita dixit ibi formaliter Baldus. Ita ergo dicamus in casu nostro in aquæductu: licet enim aquæductus sit ipsius do-

4 mini Alberti, & spectet ad ipsum; tamen ripæ † ipsius aquæductus spectant ad eos, ad quos spectat ipsum territorium, vbi sunt ipsæ ripæ. & iõ dixit Bald. ꝙ ripæ sunt eorum, qui prope ripam dominia & ꝑdia possident. ita dicit in dicta rubrica, nam diuersa ratio est in ripa ab ipso flumine: nam ripę hominum cultura, & aura recipiunt incrementũ: flumina in se ipsis fluunt, & riparum incõmoda pertinẽt ad vicinos, si morsu fluminis ripæ latiores fiunt: ergo ſm naturam est, vt commodum sequatur eosdẽ, recompẽsat enim natura, & lex. Ita dicamus in isto aquæductu, & per consequens sequitur, ꝙ si aduersarius habet prædia, & territorium in dictis ripis aquæductus, sequitur, ꝙ ipsæ ripæ spectant, & pertinent ad ipsum: & sic poterit ædificare brignum in illis ripis inuito, & repugnãte ipso dño Alberto: qa ad hoc rñdeo. primo Bal. loquitur in casu longe diuerso, & separato a nostro: ergo ex eo non infertur, loquit̃ enim in flumine publico: & clarũ est, ꝙ appellatione fluminis non veniũt ripę: quia ipsæ ripæ non sunt flumẽ, nec sunt ipsius fluminis quoad dominium. vnde dominus fluminis publici, vt est princeps, non est dominus riparũ fluminis. Ideo si concedit banna maleficiorum, quę fiũt in flumine, nõ vr̃ concedere banna facta in ripis ex eo: quia ipsę ripæ sunt diuersi dominij ab ipso flumine. & mouet̃ ibi Baldus, quia diuersa ratio est: quia ripę fiunt hominum cura, & ad vicinos spectant onera, & incõmoda prouenientia ex ipso flumine corrodẽdo, & ampliando ripas: & iõ ad vicinos dominos prædiorum prope ipsas ripas dẽt spectare cõmodum. Item ẽt dicit, quia non interest reipublicæ, ꝙ ripæ sint publicæ, sicut publica sunt flumina. Mõ ista sunt aliena a casu nostro. primo non sumus in re publica, vt sunt flumina: sumus enim in re priuata: quia iste aquæductus est res priuata: ergo a casu Bal. ad casum nostrũ non potest inferri, aut introduci argumentatio. l. Papinianus exuli. cum simi. ff. de minor. Item Bal. loquitur in casu, quo incõmodantur vicini ꝓpter corrosionem, quam quotidie faciũt flumina: vt naturaliter videmus. In casu nr̃o nõ militat ista

ratio: quia iste aqueductus, per quem dom. Alber. ducit aquam a flumine hentię non corrodit terrenum, ampliando ripas, & incōmodando vicinos: ergo sequitur, ꝙ cum cesset ratio, quæ est in flumine, cessat dispositio. c. cum cessante. de appel. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. cum similibus. Item in casu nostro est considerandum: quia Bald. loquitur in casu dubij, sed nos sumus in casu certo: unde Bal. ibi quærit, si flumen est publicum, quid de ripis, an sint publicę, & an sint fluminis, de hoc inuestigauit ibi Baldus. Sed in casu nr̃o nos non sumus in re dubia: sed sumus ĩ re aperta, & manifesta, ꝙ dictę ripę sunt ipsius domini Alberti: ergo non est reccurrendum ad coniecturas. l. si certis annis. C. de pactis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. cū simili. & per consequens non uendicat sibi locum dictū Bal. in casu nostro. Item & posito ꝙ essemus in casu nostro in re dubia: quia non esset probatum, ꝙ ripę essent ipsius domini Alberti, adhuc non haberet locum illud dictum Bald. quia ipse loquitur in flumine publico, & nauigabili: sed iste non est casus noster: nos enim sumus in re priuata: quia iste aqueductus est ipsius dom. Alberti, & etiam quia cessat rō Bal. propter corrosionem cōtinuam fluminis: & sic non sumus in re dubia, ꝙ ad ipsum dominū Albertum spectent ripę aquæductus: nō poterit ergo aduersarius domini Alberti ędificare brignū in ripis aqueductus ipsius domini Alberti. Iō posito, ꝙ dñs Albertus nō probasset, quòd ipsę ripę, & ipse aqueductus, seu canale lapideum spectarent ad eum: nihilominus deberet obtinere in ista causa, tāquam ripę essent suæ: multofortius in casu nostro: quia iā probauit ipse sufficienter ripas esse possessas ab eo; ad qđ demonstrandum apparet ex primò teste, qui deponit, ꝙ ab annis quinquaginta uidit, & notitiā habuit, ꝙ dictus aqueductus uocatur, & appellatur pro aqueductu & canali domini Alberti, & sępenumero uidit laboratores in ipso canali laborare nomine d. Alberti, ipsum remundando & proijciēdo hincinde terrā ex ipso canali super aggeribus absq; cōtradictione alicuius ꝑsonæ, & alleg. rationē: quia ipsemet testis misit aliquos de familia sua nomine ipsius domini Alberti. Et si dicatur, iste testis habet terras subiectas domino Alberto, ergo sequitur ꝓpterhoc, ꝙ est suspectus. istud non sequitur: ut decidit Bal. in l. eos. C. de testi. quæ loquitur de subiecto, qui potest esse testis pro suo domino, aliàs sequeretur absurdum, ꝙ dominus non inueniret testes: ut

5 ibi per eū. sufficit † enim, ꝙ testis sit liber a seruitute: ut l. quoniam. C. de testi. ubi dixit, ꝙ testes domestici si sunt honesti, sunt idonei ad testificādum: ita dicamus in casu nostro, quanto magis poterunt testificari subditi subiectione verisimili, vel particulari quoad certa bona, si sunt honesti. Bene facit, qđ not. in c. insuper. & in c. cum nuncius. de testi. & per Bal. in l. parētes. C. eo. & in addi. Spec. in tit. de teste. §. j. & quod not. Bart. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. Cum ergo in casu nr̃o iste testis dicat vidisse nominari, & vocari canale domini Alberti, q̃ verba inducunt dominium. vt l. 2. §. in locum. ff. de relig. cum si. & quod vidit ipsum canale mundari, & terram inde extractam proijci hincinde ad ripas & aggeres, ista verba important dominium & possessionem: vt probatur. in l. Titia. & ibi Bartolus. ff. de solu. l. litibus. C. de agrico. & cēsi. li. 1. & l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legatis j. ergo &c. Probat etiā secundus testis, qui dicit, ꝙ ab annis 40. fuit cōuersatus in dictis locis, & audiuit a conuersantibus in dictis locis ipsum canale cum suis aggeribus esse domini Alberti, & ꝙ dicti aggeres debebant esse latitudinis brachiorum trium, & de iuribus dicti canalis, & ꝙ vidit homines laborantes desuper, & de subtus ipsum canale saluare ripas, & aggeres dicti canalis in sic laborando, & ꝙ dicti aggeres non segregabantur, vbi prata confinabant cum eis: quia erant baptuti, & ꝙ iuit cum alijs multis ad iussum, & præceptum domini Alberti ad laborandum in dicto canali, ad annectandum, & mundandum dictū canale, & proijciendum terram super dictis aggeribus multis personis illuc trāseuntibus de sancto Paulo & aliunde, videntibus, & non contradicentibus, & ꝙ vidit sępe mulinarios de bibiano facere adaptari clusam, & dictū canale, & ꝙ audiuit dici sæpe publicè, dum cōuersaretur in ipsis locis, ꝙ in emptionibus, & venditionibus factis de terris existentibus ab vtraque parte dicti canalis datum fuit pro confine ipsis terris dictū canale pro canali domini Alberti, & in mensurationibus earum reseruatus fuit agger ipsius canalis latitudinis brachiorum trium, & ꝙ audiuit publicè dici, ꝙ dominus Albertus habet ius hauriēdi aquam de dicto flumine hentiæ, & quòd audiuit a multis ꝑsonis, & diuersis de sancto Paulo, de quorum nominibus non recordatur, dicentibus, ꝙ illud erat canale domini Alberti: & dicit ꝙ nunquam vidit aliquam brignam de super canali de bibiano. Modò iste testis probat aperto ore, ꝙ aggeres & canale spectant, & sunt domini Alberti, & deponit, ꝙ publicè audiuit, quo casu videt̃ ꝓbari fama publica, vt in facto cōsuluit Dy. cuius cōsiliū refert & sequitur Bald. in l. testium. C. de testi. & Sal. in commento. l. ea quidem. C. de accus. sequitur & refert illud consiliū: & etiam dicit, ꝙ illis diebus quidam solennis doctor ita consuluit. & ꝓ hoc alleg. ibi Sal. rationes multas, & inconuincibiles, ꝙ si testis dicat, ꝙ publicè audiuit, ꝙ probat publicam famam, & communem assertionem hominum. & ita etiam tenuit D. Argentinus in quadam allegatione in facto Paduę. Et licet Bart. dicat contrarium in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus. di-

6 cens, ꝙ verbum publicè, † non importat maiorem partem populi. & idem voluit in l. Labeo. ff. de sup. lega. tamen contrarium consuluit Dy. & alij doc. superius relati. & indubitanter idem Bart. in l. si qs patrem. ff. ad Macedo. ad fi. tenuit contrariū eius, quod tenuit in dicto §. tormenta. dicit enim, ꝙ cautus debet esse in formādo articulos, ꝙ aliquis se gerebat pro filiota. vt apponat istud verbum publicè, & sic Bartol. vtitur in sua testificatione isto verbo publicè: licet per ora scribentium volet, Bartol. tenuit, ꝙ non sufficit: sed certè sufficit: vt ipse Bart. tenuit in dicta l. si quis patrē. & idem tenet Bal. in cōclusionibus iuris, quem refert & seqtur Ludo. Roma. in l. j. §. si quis riuos. ff. de operis no. nun. & dānat opinionem Bar. & idē sentire videtur Innocent. in c. j. de fide instrum. vbi loquitur de eo, qui publicè habeatur pro notario: vt sit ꝓbata publica vox: & etiam contra Bart. in dicto §. tormenta. facit cap. quia nos. de ap. Rationes autem cōtra Bartol. apertę sunt, per Saly. in dicta l. ea quidem. & ita etiam in facti contingentia me existente aduocato vidi iudicari, & obtineri. Ergo sequitur, ꝙ iste testis peroptimè deponit de fama publica, quo casu sequitur vera doctrina omnium scribentium optimè probata,

7 ꝙ dominium † probatur per famam: vt est glo. quā quidam reputant singularem. in l. ꝓprietatis. C. de probat. sed glossa est singularis in l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. secundùm quam Ang. ibi refert obtinuisse in ardua cā in ciuitate Paduana. Et bene facit, qđ voluit Baldus in l. conuenticula. C. de episcopis & clericis. Et finaliter ꝑ omnes testes productos pro parte ipsius domini Alberti est sufficienter probatū ipsum canale, seu ipsum aqueductum,

ductum,& ipsius ripas,& aggeres esse ipsius domini Alberti,& fuisse possessas,& possessos per ipsum dominum Albertum: ergo sequitur, ꝙ super ripis ipsius canalis, nec super ipso canali, seu aquæductu aduersarijs domini Alberti non competit ius aliquod ędificandi,aut ponendi brignas,& similia. Et sic vendicat sibi locum doctrina Baldi in loco superius allega.& doctrina Bartoli in dicta l. quominus. in 6.q.ideo videtur, ꝙ poterit domi.Alber. sua propria auctoritate destruere ędificium ibi factum per aduersarium:vt d.l.si vitem.§.si ad ianuam.cum similibus allega.per Bartolum. Vnde,cum iste dominus Albertus ex vetere, & antiquo tempore vendicet sibi ius in dicto canali, & ripis eius, non poterit turbari.facit.l.prima.C.de aquęduct.lib.11.vbi text. dicit, ꝙ aquęductus debet habere locum vndecim pedum,in quo loco nullę sint arbores:sed si quę nascuntur debent excidi.Modò si dicatur,ꝙ ille tex.loqtur in aquęductu publico, ꝙ debet habere 15. pedes a dextra & sinistra parte,ad hoc respondeo, primo apparet ex illo tex.ꝙ illi 15.pedes latitudinis sūt iuris ipsius aquæductus,& spectat ad publicū: vnde eusdē sunt illi 15. pedes latitudinis.cuius est aquęductus.Modò arguendo ex illo tex.hoc modo:sicut illa latitudo est publica,sicut aqductus, & sic eiusdē iuris cum ipso aquæductu:ita & eodem modo est dicēdum in aquæductu priuato: vt sic latitudo sua, & ripę sint eiusdem iuris, cuius est ille aquęductus. Nec obstat,ꝙ loquitur in aquęductu publico: quia illud procedit quoad latitudinem 15.pedum: quia latitudo aquęductus publici ex parte sinistra,& dextra debet esse 15.pedū. in priuato verò statur vsui, & iuris consuetudini. Modò in proposito nostro in isto aquęductu est sufficienter probatum, quot brachia debeant continere ripę,quę in hoc differūt ab aquæductu publico. vnde ille tex.non ponit casum specialē in hoc, ꝙ latitudo pertinēs ad aquæductū sit eiusdem iuris,cuius est ipse aquęductus: imo est

8 ius commune:quia concesso† vno,videtur concessum id,per quod deuenitur ad illud.cap.sanè.capit. præterea.de officio deleg.l.ad legatum. l. ad rē mobilem.ff.de procurat.cum similibus.Sequit ergo,ꝙ ex dispositione iuris communis dominus Albertus sicut est dominus aquęductus,ita est dominus riparum eius,licet etiam per testes sit probatū sufficiēter:vt superius est dictum:sicut ergo nō possunt ędificare aduersarij ipsius domini Alberti super ipso aquęductu:ita etiam non poterunt ędificare super ripis ipsius aqueductus.Præterea facit, si quod minus videtur inesse,& tamen inest, ergo & quod magis.capit.cum in cunctis. de elec. & ibi in gloss. sunt concor.sed minus videtur inesse, ꝙ quis ędificando in suo solo,& protendendo ędificium super solo alterius,possit propria auctoritate tolli ex eo; qa habet principium permissum, & tamē potest propria auctoritate tolli:vt d. l. quemadmodum.§. primo, versiculo,qui ei,p cuius domū traiectus erat aquęductus citra seruitutem, rescripsit iure suo posse eū intercidere.ff.ad legem Aquiliam. vnde probat ille text.non esse licitum tenere trabes, vel quid simile, quod protendatur supra domum vicini, nisi forte hoc liceret iure seruitutis: vt l.ꝙ conclaue. ff. de dāno infecto. Et si dicatur,licet non sit licitum tenere, non tamen permittitur illud amouere, vel propria auctoritate tollere ei,qui non est in possessione.Circa quod concludo sic: aut quis facit aliquid in proprio,quod non immittitur in alieno, vel supra alienum non pendet: & tunc licitum est ei hoc facere. l.Proculus.ff.de damno infecto. dato, quòd alicui noceret.l.altius.C.de seruitu. Aut quod quis facit in proprio, immittitur alieno, tunc si quidem penderet super alieno,sed non tangit alienum, tunc dico,ꝙ si est arbor, habet locum interdictum de arboribus cedendis,sed si est tignum,vel quid aliud, tūc negatoria:vt in d.§.j.non tamen est licitum propria auctoritate illud euellere,vel illud pręcidere,vel tollere:vt in d.§.j. d.l. quemadmodum.sed si id, quod quis facit in proprio,immittitur opere artificiali,& ille, in cuius rem immittitur, potest tollere propria auctoritate:vt in d.§.1.2.responso. Aut nō opere artificiali,sed naturæ,& tunc non licet tollere auctoritate propria.& ita intelligatur.l.j.& quod ibi not.C. de interdic. Modò in proposito nostro si quis ędificat in alieno,quanto fortius poterit propria auctoritate euelli: & etiam quia immittitur opere artificiali:& sic certum est in casu nostro,ꝙ potuit.D.Albertus tollere propria auctoritate illas brignas ædificatas supra ripas sui aquæductus immittētes se supra ipsum aquæductum:posito,non tamen concesso, ꝙ dictę ripę non essent ipsius.D. Alberti. & ideo dicit gl.in d.l.j.C.de interd. ꝙ si iustè sit plantata ar-

9 bor,tamen cum ex iusto † sequatur iniustū per accidens.debet totum remoueri, & ibi etiā dixit Bal. ꝙ si vicinus meus habet testaturas supra tectū meū, ꝙ si est fundata in meo, possum propria auctoritate euellere,sed si nō est fundata sup meo,ēt possum ꝑpria auctoritate euellere: quia nemo pōt priuare libertatē rationis meę: qa istud pertinet ad tuendū possessionē meā.Quāto ergo fortius in casu nostro, cum illæ brignæ sint super aquæductu ipsius.D. Alberti,& super ripis: ergo sequitur ꝙ potuit.do. Albertus propria auctoritate euellere.Facit etiam tex. in l.flumina.ff.de flum.vbi probatur,ꝙ eiusdem iu-

10 ris † sunt ripæ, cuius sunt flumina.vnde si flumina sunt publica,ripæ eius sunt publicę. Ita ergo est dicēdū,ꝙ si aquæductus est priuatus, & ripę eius sunt priuatę:& per consequens spectant ad ius eius, ad cuius ius spectat ipse aquæductus, & per cōsequēs, D. Albertus est dominus dictarum riparum. Facit etiam;quia posito,ꝙ dominium ripę esset illius,qui habet prędia ibi contigua; tamen potest dominus fluminis illo domino ripæ prohibente in ipsa ripa onerare, & exonerare naues, & in figere pōt ligna perclusa molendini,ita dixit Angel. in dicta l. quominus.& in l.j.in princ.ff.ne quid in flumine publico,& in l.j.ff.de ripa mu. Ita dicamus, ꝙ si dño ripæ inuito pōt dñs fluminis facere talia in ripa, ergo vbicūq; ripa est ipsius dñi fluminis,sequitur,ꝙ nihil poterit in ripa ędificare habens terras contiguas ipso domino fluminis inuito.Præterea est in hoc ponderandus text. in l.supra iter.ff.de aqua pluuia arcen-

11 da.vbi † non licet domino proprietatis facere arcū, seu pontem causa ducendi aquam supra iter alienum,inuito illo cui debetur: sicut etiam nō potest arcum facere ille,cui debetur seruitus aquæductus supra iter alienum.vnde secundum istum intellectum ad illam l.videtur decisa ista dubitatio, si dominus proprietatis non potest facere arcū,seu pontem ducendi aquam supra iter alienum inuito illo, cui debetur, sic non potest facere arcum supra iter alienum ille,cui debetur seruitus aquęductus:ergo sequitur,ꝙ multominus aduersarius domini Alberti,qui non habet proprietatem, nec aliquod ius in ripis,aut in aquæductu domini Alberti poterit facere arcum,aut pontem supra aquęductum ipsius domini Alberti. & videtur casus in indiuiduo de ista quæstio. Si vero dicatur, quòd imo datur alius intellectus ad illam l.supra iter videlicet, quòd nō licet domino proprietatis facere arcum causa eundi supra iter alienum causa ducendi aquam hoc est supra aquæductum alienum:sed nec is, cui iter, vel actus debetur,poterit hoc facere:& secundum istū etiam

etiam intellectum est ibi casus pro ista q; quia sequitur, quòd multominus poterit aduersarius domini Alberti facere brignum supra aquæductum domini Alberti. Et si dicatur, quòd habet iter transeundi per pontem ipsius domini Alberti. quia (vt supra est probatum) dominus Albertus habet in illo monticulo pontem, per quem habent iter illi, qui habent terras cõtiguas ripis illius aquæductus, dico, quòd multominus poterit ille aduersarius domini Alberti facere brignum supra aquæductum ipsius do. Alber. causa ducendi aquam supra illum aquæductum: cum etiam non habeat pontem, sed dominus Albertus est dominus illius pontis, & ad eum spectat aptare illum pontem: vt probant testes producti per dominum Albertum: ergo sequitur, quòd multominus poterit facere pontem, aut brignum supra aquæductũ domini Alberti causa ducendi aquam ad suum molendinum. Et si dicatur, ꝙ imo illa. l. supra iter. patitur etiam alium intellectum: videlicet, ꝙ ille, qui habet ius ducendi aquã, non põt facere arcũ cã eundi sup iter alienũ, nec is, q habet seruitutẽ itineris, vel actus, potest facere arcũ; videlicet de lapidibus supra iter, vel aquęductũ alienum: sed an liceat facere pontem de lignis? Videtur ꝙ sic. & potest esse ratio: quia non sic impeditur purgatio riui: quia de facili potest tolli, non sic arcus lapideus. & ideo probatur ibi secundum istum intellectum, ꝙ licet facere pontem ligneum causa ducendi aquam supra aquæductum alienũ; quia aqua caderet in iter, & iter incommodaretur: vt l. penu. ff. de aqua pluuia arcenda. Ex hoc videretur, quod liceret huic aduersario facere brignum de ligno supra aquæductum ipsius domini Alberti causa ducendi aquam: & ita dicit ibi Bart. referẽdo Iac. de Are. ibi. Quia ad hoc respondeo, quòd verus intellectus, & amicabilior literæ est, quòd habenti seruitutem itineris in fundo alieno, si contingat viã destrui propter aquam. non est licitum facere arcum lapideum causa ducendæ aquæ extra viam, super quo arcu lapideo ire possit: sed pontẽ de ligno facere potest habenti autem seruitutem aquæ ducendæ non est licitũ facere fossam in riuo. & iste est verus intellectus ad illum tex. & ita ibi tenet Ioan. de Imol. Et secundum istum intellectum nõ obstat ille text. domino Alberto. Et etiam est diligenter cõsiderandum: quia aduersarius domini Alberti non habet ius faciendi pontem nec ligneum, nec lapideum super illo monticulo, seu super illo aquæductu. vnde probatum est per testes, ꝙ homines sancti Pauli conquesti fuerant coram Potestate loci, ꝙ dominus Albertus faceret aptari pontem, & sic nullũ ius habebãt ad pontem faciendum. vnde licet haberent iter per illum pontem, non tamen habebant seruitutem ad illum aquęductum, seu canale dñi Alberti. & sic ille text. in nullo obstat. ¶ Et si dicat, ꝙ multũ obstat. l. 3. §. si aqua. ff. de aqua. quo. & ęsti. vbi si super loco aquæductus iure conseruatur, pone etiã supra illum põtem, poterit alia aqua duci: vel ibi probat text. ꝙ si supra aquæductũ alijs iure seruitutis concessum velim facere alium aquęductum per pontem ligneum, vel lapideũ, possum. Et sic probat, ꝙ quis potest facere pontem, per quẽ ducat aquam supra aquęductum alterius. Vnde videtur in casu nostro licitũ esse aduersario domini Alberti facere brignum supra aquæductũ præfatum causa ducendi aquam ad molendinum suum. & est casus pulcher secundùm Angelum ibi: quia reuera ille tex. nullo modo obstat, primò; qa Ang. ibi intelligit illum tex. vt omne contrariũ tollatur, si prioris conditio non fiat deterior. vnde ponderandus tex. est. d. l. 3. §. fi. versi. is qui ius aquę quotidianę habet, vel fistulam in riuo ponere, vel aliud quodlibet facere põt, dũmodo ne deterius domino faciat. Et postea dicitur, si aqua ducatur, & supra eam alia aqua per pontem, qui supra riuum factus sit, iure ducitur, dum inferiori riuo non noceatur. Quia ad hoc respõdeo per gl. in d. §. fi. alleg. dictã l. supra iter. quæ loquitur in eo, qui habebat iure seruitutis. ergo sequitur, ꝙ dict. §. si aqua, seu fi. debet intelligi secundum. l. quã alleg. vt dixit Bartolus in l. non solum. §. si liberationis. ff. de libe. le. ergo sequitur, ꝙ loquit̃ dict. §. si aqua. in eo, qui ducebat iure seruitutis. ideo non est mirum, si alteri liceat ędificare pontem, vel canale supra alienum aquæductũ causa ducendi aquam: ex quo ille, qui ducit aquã illam, non ducit iure proprio, nec super fundo suo: & sic ille, qui ędificat, habet proprietatem, & ędificat in suo respectu proprietatis. Modo in casu nr̃o aduersarij ipsius dom. Alber. non habẽt proprietatem in dicto canali, nec in dictis ripis canalis prędicti: ergo non possunt edificare in alieno. Cum ergo dñs Albertus ducat illã aquam de flumine hentię super suo: quia canale & ripę sunt sui iuris: sequitur, ꝙ non vendicat sibi locum dispositio dicti §. fi. Præterea ille tex. in vtroque responso dicit, ne deterius domino faciat: & dum inferiori riuo non noceatur: sed certum est, ꝙ res domini Alberti, qui est dominus canalis, & riparum, vt est dictum, efficitur deterior faciendo brignum supra suum canale, vt ad oculum patet: ergo sequitnr, ꝙ non vẽdicat sibi locum dispositio dicti §. fin. Item ibi dicitur, inferiori riuo non noceatur. sed clarum est, ꝙ faciẽdo brignum supra aquæductũ domini Alberti noceretur inferiori riuo: quia ista aqua extrahãtur de flumine in loco dicto, ad saxũ de turri, vnde solita est extrahi antiquo tempore, & ꝙ reuertatur in hẽtiam, & decurrat per dictũ canale domini Alberti, vnde si extrahatur de alio, & diuertatur per brignum, fiet nocumentum inferiori: quia non ducet tantam aquã, præcipuè tempore æstiuo: ergo sequitur, ꝙ ille. §. fi. nullo modo vendicat sibi locum in casu nostro, & per consequens non poterit facere brignum supra canale domini Alberti, & iõ in istis pontibus & aqs debet seruari antiqua consuetudo extrahẽdi aquã, tex. est solennis in titulo, de pace Costan. §. nos Romanorum. in versic. sicut ab antiquo. vbi Bald. colligit argumentum, ꝙ antiquæ consuetudines sunt seruandæ: vnde dicit lex, ne qd ꝯ lõgã cõsuetudinẽ fiat, ad solicitudinẽ suã reuocabit p̃ses prouinciæ. l. j. C. q̃ sit longa consuet. simile habetur in l. nullum. C. de officio rect. pro l. si manifeste. C. de seruit. l. si in aliquam. ff. de officio proconsul. & dicit ibi Bald. esse expressum, ꝙ in pascuis, põtibus, & aquis, & molendinis, ac etiam in ipsis commoditatibus aquarũ standum est antiquitati. vnde Baldus per illum textum videtur decidere hanc dubitationem: quia in commoditatibus aquarum, & molendinis, & similibus seruãda est antiquitas. Cum ergo ab antiquo non consueuit fieri brignũ supra canalę ipsius domini Alberti propter commoditatem aquæ ipsius canalis, & aqua dicti canalis consueuit extrahi ab antiquo tempore de certo loco dicto ad saxum, sequitur ꝙ illa antiquitas non est mutãda, sed est seruanda, & per consequens aduersarius domini Alberti non poterit facere brignum supra dictum canale: quia esset immutare statum antiquum commoditatis aquarũ. apparet ergo ex prædictis, ꝙ dominus Albertus non ducit aquam iure seruitutis, sed iure proprio: cum dentur ripę dicti canalis pro confinibus: vt superius fuit ostensum. & etiam apparet, ꝙ dominus Albertus hẽt ius deriuãdi aquã, de flumine hentiæ per locum superius expressum

quòd

ꝙ plenissimè est probatum per testes, & etiam per instrumenta locationum, & diuisionum, ex quibus apparet de tanto tempore, cuius initij memoria nō extitat, & patet ꝑ literas imperiales in causa productas. Vnde certum est, ꝙ tempus, cuius † initij non
12 est memoria, æquiparatur priuilegio. vt capitulo, super quibusdam. §. præterea. de verborum significatione. l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcenda. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua. & notat. Bartolus in prima constitutione. ff. §. final. & facit tex. in l. vsum aquæ veterem longoque dominio constitutum. vbi est text. formalis, ꝙ vsus aquæ acquiritur ex vetere, & vetusto tempore. facit etiam. l. eos q aquæ copiam vel olim, vel nūc per nostra indulta meruerunt. vbi est casus in indiuiduo, ꝙ per indulta principis acquiritur vsus aquęducendæ, & positę sunt istæ duæ leges sub rit. C. de aquæductibus. lib. 11. Et licet per instrumentum locationis non probetur dominium: vt in ca. inter dilectos. de fide instrum. & ibi per dominum Anton. & per Bart. in l. legata. ff. de adi. lega. per instrumentum donationis principis, seu per ipsam donationē principis bene probatur dominium, ista fuit singularis doct. Ange. in l. officiū. ff. de rei vend. ergo multo fortius probatur, quod D. Albertus habeat dominium ducendi ipsam aquam, seu deriuandi ipsam aquam ex flumine hentiæ in loco prædicto ex tempore tam vetusto, & ex largitione principis, & ex ipsis instrumentis diuisionum, & locationū, cōiungendo omnia prædicta in simul: vt no. gl. in l. 2. in prin. ff. de excusatu. & Bart. in l. j. §. ijdem Cornelio. ff. de quęsti. glo. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. ¶ Et si
13 quispiam dicat, ꝙ † potuit mutari, & variari aquæductus, seu locus vnde quis deriuat aquam: vt in l. j. §. sed si quis terrenum. ff. de riuis. vbi licet videatur fuisse varietas inter Vlpia. Pompon. Labeonem, & Seruium, tamen in l. Seruius. §. Seruius. probatur, ꝙ potest fieri varietas. ff. de riuis. Quia ad hoc respondeo: aut loquimur de varianda qualitate reipub. an hōs aquęductū possit variari qualitas ductus aquę: in hoc re uera oēs sunt cōcordes: & conclusio est, ꝙ qualitas ductus aquę pōt variari ꝑp euidentē, & vrgentē necessitatē: vt in d. l. Seruius. §. Seruius. ibi, mihi vr̄ secūdo. idē propter grandem vtilitatem illius, cui debetur seruitus aquęductus, & modicum aut nullum damnū domini fundi seruientis versatur: tunc enim potest variari qualitas ductus aquę. ideo poterit riuus, per quem aqua ducit coopertus aperiri, & econtra apertus cooperiri, & etiam per specū duci, vbi ducebatur supra terram. aut loquimur nō quoad variandam qualitatē; sed quoad variandam substantiam reipublicę ad reprimendum, vel ad colendum, vel ad dilatandum, vel ad extendendū riuos, per quos ducebatur aqua: & tunc potest fieri ꝓhibitio: quia tunc mutaretur substantia & forma essentialis ipsius riui, seu aquęductus: & tunc nullo mō fieri potest, & per consequens iustè prohibetur. & ita formaliter intelliguntur illa iura. §. sed si quis terrenum. & l. Seruius. §. Seruius. & ita reducuntur ad concordiam iurisconsulti ibi. Facit, quod ibi voluit Azo, & quod clarius ibi firmat Ang. Modò in ꝓposito nostro certum est, ꝙ non agitur de mutanda qualitate ipsius riui, sed agitur de mutanda essentia ipsius riui: quia illi aduersarij D. Albert. volunt extrahere aquam de flumine hentiæ per alium locum, quàm per locum solitum & antiquum: ergo sequitur, ꝙ non possunt mutare talem locum, & ꝑ consequens riuum; quia videntur mutare substantiam, & non qualitatem: & sic non poterunt extrahere de alio loco, maximè cum incommodo ipsius domini Alberti. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ iam aduersarius D. Alberti tenuit dictas brignas lapideas & ligneas super dicto canali: ergo videtur imposuisse seruitutem tenendi dictas brignas contra ipsum D. Albertū: vt apparet per testes productos per aduersarios, qui dicunt ipsos aduersarios tenuisse dictas brignas, per quas ducebant aquam ad sua prata, & molendina, quo casu videtur constituta seruitus. facit gl. in l. seruitutes. ff. de seruit. titulo generali. quę dicit, ꝙ si quis est vsus seruitute prædij sine cō traditione alterius per 20. vel 30. annos domino sciē te, & non contradicente, ꝙ præsumitur constituta seruitus ex causa, quæ prætenditur præcessisse. l. j. in fi. ff. de aqua plu. arc. l. cum de re in verso. ff. de vsur. & idem etiam voluit gloss. in d. l. cum de in rem verso. facit. l. si filius. C. de peti. hæred. & l. qui in aliena. §. ꝙ si adierit. ff. de acquirenda hære. vbi taciturnitas cum longo tempore iuncta inducit probationē actus. Facit glo. sing. in l. pe. C. communi diui. vbi ꝓsumitur facta diuisio: quia ista nullo modo obstāt & eis respōdeo, primo testes producti per aduersarios domini Alberti dicunt de tempore non sufficienti ad præscriptionem, si bene respiciantur dicta eorum: ergo sequitur, ꝙ non probatur esse inducta & præscripta seruitus, & sic non obstant dicta contraria. Secundò testes prædicti dicunt, ꝙ dicti aduersarij tenebant dictas brignas sine contradictione alicuius ꝑsonæ, ꝙ ipsi sciant: vnde non deponunt de scientia, & patientia ipsius domini Alberti, & ēt si deponerent de scientia ipsius D. Alberti, quod iam non deponunt: non tamen sequeretur, ergo D. Albertus consentiebat & patiebatur. l. inuitum. ff. de seruitu. vrb. pd. l. in eo. §. pen. ff. de ritu nup. l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procur. vnde dicitur inui-
14 tus, eo ipso † ꝙ eius consensus non probatur. facit quod voluit Ioan. An. in c. Ioannes. de testa. & in d. l. inuitum. ff. de serui. vrb. præd. vnde dicti testes nec probant de scientia ipsius D. Alber. nec de patiētia: ideo videtur, ꝙ aut dicti aduersarij prætendunt ius in tenendo dictas brignas lapideas, aut ligneas ex titulo aliquo, puta ex priuilegio principis, aut aliquo alio titulo: & de hoc dēt docere: vt l. doce. C. de rei vend. c. cum a nobis. de decimis, cap. cum super. de concel. pręben. aut pretendunt pręscripsisse seruitutem contra dictum D. Albertum, & tunc tenentur probare requisita ad præscriptionem, ꝙ iam nō ꝓbauerunt: non enim probant de scientia & patientia D. Alberti, imo vnus de testibus dicit, ꝙ iam sunt qnq; anni, ꝙ fuit destructa illa brigna, & etiā oportebat probare, ꝙ vsi fuerunt dictis brignis animo, & intentione acquirendi seruitutem cum bona fide, & iure seruitutis. tex. est in l. fi. ff. quemadmodū serui. amit. vbi ad hoc vt seruitus præscribatur, requiri-
15 tur † ꝙ præscribens vtatur tanquam iure seruitutis, & eo animo vtatur cum bona fide. Facit, quod no. Bartolus & Baldus in dicta l. fi. quam Bald. ibi dicit esse valde notabilem ad hoc, vt quis præscribat seruitutem, oportet, ꝙ vtatur iure seruitutis, & bona fide: sed quomodo probabitur istud tanquam iure seruitutis, seu iste animus? Bald. ibi dicit hoc probari ex actibus: vt l. Titia. ff. de solu. l. 4. C. fini. reg. not. in l. j. §. j. de itin. actuque priua. & per Inn. in c. bonę. el 2. de postul. præl. & qđ no. idem Inn. in c. dilectus. de c. mona. & quod no. in cle. j. de foro cōpe. & Spe. de iurisdict. omnium iudic. versicu. illud etiam nota. & facit, quod not. Innocen. in cap. cum ecclesia sutrina. de cau. poss. & proprie. Modò in proposito non est probatus iste animus volendi vti tanquam iure seruitutis: ergo non est præscripta seruitus: non est probata scientia domini Alberti, nec patiētia: ergo non est probata præscriptio seruitutis. Et ꝑ cōsequens nullo modo potuit aduersarius domini Alberti

berti præscribere: nec etiam est probata bona fides: ergo &c. vnde Bald. in l. j. C. de seruitu. versic. quæro vlterius, quomodo probatur bona fides in istis præscriptionibus: videtur, ꝙ præsumatur: cum sine titulo præscribantur ista iura incorporalia: vt l. si qs diuturno. ff. si ser. vend. & hoc tenet Dy. Præterea bona fides stat in animo: ergo saltim debet stari suo sacramento: vt no instit. de actio. §. aliæ. & tangitur in glo. ordin. in l. j. §. j. ff. de iti. actuque priua. Sed contrarium videtur: nam præscriptio seruitutis ꝓcedit contra naturam prædiorum, quia omnia prędia orginaliter sunt libera, & hoc vnusquisque debet scire: ille ergo, qui in contrarium vtitur, aut scit esse malæ fidei, aut ignorat, & tunc errat in iure, &
16 non præscribit, quia scire, † & scire debere sunt paria, ut l. qui fundum. §. 2. ff. de usucap. pro empto. l. quod te. ff. si certum petatur. Concludit ibi Baldus, ꝙ bona fides nō pręsumitur, nisi probetur titulus, uel probabilis error facti, ut quia audiuit hoc dici a patre suo, uel ab honestis ꝑsonis, alleg. Iac. de Are. & Cyn. ibi, in 4. q. & qđ habetur in l. Celsus. ff. de usucap. & hanc dicit esse opi. gl. in dicta l. j. §. j. ff. de itin. actuque priua. & istam dicit ibi Bal. fore ueritatem. Stat ergo conclusio uera, ꝙ iste, si nō docet de titulo, præsumitur esse in mala fide. Et per consequens nullo modo præscripsit hāc seruitutem. c. 2. de reg. iur. lib. 6. ubi dicitur, ꝙ ꝑsumitur bona fides, si ostēdatur titulus. & idem uoluit Bartolus in l. Celsus. ff. de usucap. ubi dicit, ꝙ bona fides præsumitur, si ostendatur titulus uerus, aut putatiuus. Cum ergo in casu nostro non est probata bona fides, nec etiā probatus animus uelle uti iure seruitutis, sequitur, ꝙ non est præscripta seruitus tenendi brignas. ¶ Et si dicatur, amice, animus non potest probari, quia est cognitus soli Deo. iuxta illud, ego sum scrutans renes, & corda. & facit gl. in c. statutum. §. assessorem. de rescript. lib. 6. instit. de acti. §. alię. & in l. si cui. §. ijdem. ff. de accusat. & in cap. si uerò. de sentent. excommuni. Quia ad hoc dicendum, animū posse ꝓbari ex actib⁹ exteriorib⁹. facit gl. optima in l. apud Celsum. ī princi. ff. de doli except. & gl. ī l. Fulcinius. §. qđ sit latitare. ī ver. animus. ibi, puta, qa dixit aliquibus. ff. ex quibus causis in possess. ea. gl. in l. cum proponas. C. de bon. auctor. iudi. poss. facit. l. quęro. ad finem. ff. de ędil. edic. Bartolus in l. gerit. ff. de acquir. hæred. Baldus in l. etiam. C. ad legem falcidiā. Ang. in l. si fugitiui. C. de seruis fugit. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ potuit probari animus ex coniecturis, & ex actibus operosis: & sic defecit ī suo substantiali ista præscriptio seruitutis: cū nec interuenit tps reqsitū ad ꝑscriptionē seruitutis inducendā: nec interuenit aīus ꝑscribētis reqsitus in ꝑscribēda seruitute: nec interuenit bona fides, nec interuenit titulus: ergo sequitur, ꝙ nullo modo potuit præscribere talem seruitutem tenendi brignas: nec etiam ex parte eius, contra quem præscriptio seruitutis inducebatur, interuenerunt extrema habilia: non enim interuenit scientia, nec patientia eius: vt in d.
17 l. inuitū. ergo sequitur, ꝙ nullo † modo potuit induci talis seruitus ex præscriptione, cum ex nulla parte præscriptio habuerit extrema habilia. Nec obstat gloss. in dicta l. seruitutes. & glo. in dicta l. cū de in rem verso. quia illę glo. non loquuntur in casu nostro: loquuntur enim, quando ille, cōtra quē inducebatur præscriptio, fuerat patiens. & sic probatur patientia eius, contra quem inducit seruitutem, sed in casu nostro non est probata patientia ipsius domini Alberti, ergo sequitur, ꝙ illę gloss. nō vendicant sibi locum in casu quæstionis nostrę. Itē quia illæ glo. inquantum loquuntur de patientia eius, contra quem dicitur induci seruitus, sunt cōiter a doctoribus reprehēsę, & eas non tenet Cynus in dicta l. si certis annis. C. de pactis. vt refert. Bar. in l. in summa. §. fin. ff. de aqua pluuia arcen. & Ang. in dicta l. seruitutes. & idem voluit Iac. But. & Ray. de Forli. vt refert Bartol. in d. l. in summa. & etiam illam gloss. damnat Angelus in repetitione. l. si certis annis. & idem tenuit Ioann. de Imol. in dicto §. fin. & eum sequitur ibi Ludoui. Romanus. dicunt enim, ꝙ non sufficit patientia, sed requiritur traditio, & allega. d. l. cum de in rem verso. & sic damnāt glo. dicti §. fin. & dictæ l. seruitutes. & d. l. cum de in rem verso. & licet Bartolus sequatur illas gloss. & ꝑ eis alleg. d. l. q in aliena. versiculo, ꝙ si non adierit. vbi ex diuturnitate temporis præsumitur substātia obligationis: quia ad illum text. potest responderi vno modo secundùm Bal. in d. l. si certis annis. vbi tenet contra Bar. & illas. gl. ꝙ ideo ibi præsumitur substantia obligationis: qa præcedebat causa, quæ ordinabatur ad acquisitionē: videlicet hæredis institutio: & iō actus cōsequēs præsumitur consecutiuus ad causam prædictam. facit l. 2. C. de acquir. poss. & l. quædam mulier. ff. de rei vend. secus est in casu nostro, vbi nulla causa præcedebat, quæ ad acquisitionem ordinaretur, nisi tēpus dūtaxat, quod nō est modus inducēdę obligationis. l. obligationū ferè. §. placet. ff. de actio. & obl. Vel secundò pōt responderi, ꝙ ibi propter patienriam agitur de actu præsumendo, qui tendit principaliter ad acquisitionem, videlicet ipsius hæredis: secus autem in casu nostro, vbi propter patientiam agitur de præsumēdo actu, qui tendit in præiudicium patientis principaliter. facit in simili glo. in l. si infanti. C. de iure deliberandi. dū soluit contrariū d. l. fi. de verb. obli. & ita respondet. D. Ioan. de I. mo. in d. §. fi. Pōt ēt respōderi tertiò, & ita respōdet Ange. in repetitione d. l. si certis annis. ꝙ ibi nō agitur ex patiētia, aut tēporis diuturnitate ad præsumendā obligationem, sed ad præsumendā solennitatem extrinsecam: videlicet iussum patris præcessisse in aditione filij: vt ibi. & in d. l. si filius. C. de petit. hæred. Itē ad gl. d. l. pen. C. cōi diui. potest etiam responderi † dupliciter, aut 18
tripliciter: primò, ꝙ ibi ideo ex patientia præsumitur: quia loquitur in actibus, qui ex patientia possunt īduci: videlicet in diuisione cōmunionis, & societatis. l. itaque. & l. verū: §. fi. ff. ꝓ socio. cū l. se. Ita respondet Bal. ad dictam glo. Vel potest etiam secundò responderi ad illam gl. ꝙ ideo ibi ex patiētia pręsumitur: quia interuenit ex parte vtriusque socij: secus in casu isto, vbi interuenit ex parte vnius dumtaxat. Tertiò potest responderi: quia ibi agitur de pręsumendo actu diuisionis propter patientiam: quia actus potest tēdere tam ad commodum, quàm ad incommodum facientiū: secus in casu isto, vbi agitur de patentia in pręsumendo actu, qui dumtaxat tendit ad pręiudiciū. Et eodē mō potest respōderi ad legem, quam Tuberonis. §. sunt quædā. ff. de pecul. Ad. d. l. cum de in rem verso. potest responderi; quia nec illa. l. nec aliqua de corpore iuris dicit, ꝙ ex diuturnitate temporis præsumitur substātia obligationis: qa hoc consistit in facto, sup quo lex nō statuit. l. sciendū. ff. ex qui. cau. maio. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. sed. d. l. cū de in rē verso. bene dicit, ꝙ ex diuturnitate temporis præsumitur substantia. l. talis scriptura. ff. de leg. j. vnde dicit d. l. cum de in rē verso. ꝙ ex temporis diuturnitate præsumūtur vsurę in rē patrisfamilias versæ, adeo, ꝙ stāte dicta qualitate potest agi de in rem verso. Et hanc conclusionē cōtra dictas gloss. & Bartol. tenuit Hostien. in capitu. peruenit. de cēsi. generalibus rationibus, videlicet, ꝙ ex diuturnitate tēporis vnà cū patiētia dñi nō ꝑsumitur seruitus cōstituta. & istud tenet Pe. Ia. Cy.

Ray.

Ray.de For.Bal.& Ang.& ideo Ludou.Roma. in d. l.in summa.§.denique.ad fi.dicit, ꝙ si patientia lõgi temporis fuerit præstita nulla causa expressa: puta quia nulla causa expressa iuisti per decennium ad fundũ tuum per fundũ meũ, tali casu patiētia longi temporis non facit præsumi obligationem, aut seruitutẽ constitutam: tum etiam, quia potest esse, & ita in dubio præsumendũ est, ꝙ permiserim te vti
19 familiaritate quadã, aut amicitia: quia vbi põt † cadere alia præsumptio, quàm presumptio donationis, semper cessat donatio.l. si cum aurũ.ff.de sol.l. campanus. ff. de op.lib. aut patientia præstita fuit cum aliqua causa specifica verisimiliter, vel necessaria, quæ cadat in futurum, sicut in præteritum: & hoc casu patientia longi temporis presumit seruitutem constitutam. & ponit de hoc exemplum si te sciente & patiente vsus fuerim via fundi tui ad meum, adiecta causa, ꝙ hoc faciebam iure seruitutis mihi debitæ. Et hocmodo procedant gl. prefatæ, & dictum Barto.& ita dicũt se tenere in hoc passu notabili: licet in d.l.qui in aliena. dubitando nullam istarum opinionum tenuerunt. & sic ista apponunt gladium ad radicem huius hæsitationis. vnde in casu nostro primò non apparet de patiētia ipsius domini Alberti, nec est probata ista patientia: ergo sequitur, quòd non est constituta seruitus. Secũdò non est probatum, posito, non tamen concesso, ꝙ interuenisset patiētia D.Alberti, nihilominus non est probatum, ꝙ animo vtendi seruitute fuerit vsus aduersarius D.Alberti. vt voluit d. l.fi.& ita debet ĩtelligi glo.in d.l.seruitutes.& similes.glo.quãdo est probatus animus volentis vti iure seruitutis. Quo casu posito ꝙ ille gloss.& Bartolus dicerent verum, quod non concedo: quia communis opinio est in contrarium: nihilominus non est constituta seruitus, cũ nõ fuerit ꝓbatus animus.iure seruitutis vtẽdi: & etiam posito ꝙ fuerit probatus animus vtẽdi iure seruitutis, nihilominus quia nõ interuenit traditio, non sufficeret patientia longo tempore præstita quia nõ præsumitur ex tempore substãtia obligationis: vt fuit superius ostensum.& etiã quia non apparet, ꝙ fuerit expressa causa, ꝙ iure seruitutis cõstituẽdę tenebat illas brignas lapideas, aut ligneas. Ideo præsumitur, ꝙ iure familiaritatis vsus fuerit illis brignis ille aduersarius D.Alber.& non propter
20 seruitutem constituẽdam, maximè † quia inter nobiles consueuit familiaritas & amicitia operari multa. Nec etiam apparet de titulo, nec de bona fide illius aduersarij, ergo sequitur, ꝙ nullo modo videtur esse constituta seruitus, & sic multifariè apparet de iustitia ipsius D.Alber.& sic sequitur, ꝙ dictis aduersarijs inuitis licitè potuit. D. Albertus ꝓpria auctoritate destruere illas brignas, cum illas fecerint dicti aduersarij in alieno, videlicet in territorio D.Alberti, nec est ꝓbata patiētia D. Alber.nec sciētia, nec cã sufficiẽs, nec traditio, nec animus vtẽdi iure seruitutis, nec titul⁹, nec bona fides, & p ɔñs, sequitur ex supra dictis primò, quòd illi aduersarij dicuntur ędificasse in alieno, & in re possessa per ipsum do. Albertum. cum ripę & canale sint iuris ipsius dñi Alberti, & per consequens potuit ꝓpria auctoritate destruere illas brignas. Secundò, ꝙ idem D.Albertus habet ius deriuandi aquam per dictũ canale a flumine hentię per locum antiquum, & vsitatũ, ita ꝙ non licet alijs desup, aut de subtus extrahere aquã de dicto flumine, ꝑ quã extractionem fiat nocumentũ molẽdino ipsius do. Alberti, molēti ex aqua dicti canalis, nec illi de sancto Paulo potuerunt recedere a solito, & antiquo loco extrahẽdi aquam de flumine hentię: vt voluit Bal. in præalle.ti. de pace Cõstã. nec cõpetit eis, vel alteri facere brignas supra canale dicti Alber. cũ fiat nocumẽtũ d.dño Alberto, nec ipsos de Cõtrarijs cõstituisse. seruitutem tenendi dictas brignas iure seruitutis. Et ista videtur veritas indubitata. Et ita in fauorem D.Alberti concludo.

EPITOME.

¶Statutum dispones colonos teneri ad gabellã pro dominis pro recollectione fructuum, nõ valet. Item quòd clerici tenentur cõtribuere ad refectionem põtium, ad gabellam plaustrorum, & ad alias necessarias expensas pro vtilitate publica faciendas, de quibus in hoc cõsilio, & multo fortius corũ coloni tenentur ad huiusmodi onera.

SVMMARIVM.

Colonus non tenetur pro domino, nec vrgeri potest ad soluendũ gabellas pro eo.nu.1.

Clerici an teneantur ad refectionem pontium & viarum, & ad alia huiusmodi onera. nu.10.cum sequen.nu.6.

Statutum licet loquatur simpliciter de colonis, tamen comprehenduntur coloni clericorum.nu.18.

CONSILIVM XXIX.

CLementissimum Deum, & pijssimum Saluatorẽ nostrũ Iesum Christum ex corde inuoco, vt sua solita benignitate veritatem mihi aperiat in præsenti consultatione, difficile enim est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.j.q.j. c.cum Paulus. & c.principatus. Capio dubitationem. Episcopus & clerici dicunt se grauari in eo, quòd coloni eorum portantes eis fruges, vel alias res, coguntur soluere vectigal pro reparatione pontium, & viarum.s.pro curru vnum denarium: sicut alios, qui illis vtuntur, soluere oportet: quæritur, an tale statutum factum a laicis valeat. Et videtur ꝙ non, & hoc deciditur in l.in pęnis.C.de agr.& cẽs.lib.11.vbi Bar. colligit ex principio illius tex.ꝙ statutum disponens, ꝙ ad soluendum gabellas pro recollectione fructuũ teneat colonus pro domino, non valet: sicut est Perusij, vbi fuit factum quoddã statutũ in odiũ clericorum, qui cum non possent cogi, fuit inductum, vt coloni tenerentur pro eis: quod dicit ibi Bar. esse iniquum,
1 & iniustũ: nã colonus † non tenet, nec teneri debet pro domino: nec vrgeri potest ꝑ illã l. Facit etiam: quia illud statutum videtur factum in fraudem canonis: quia illud, quod principaliter non potest facere statutum contra clericos, facit per viam indirectam, & obliquam: & sic fit fraus de persona ad personam: quia illud, qđ non põt statuere laicus cõtra clericos, statuit contra colonos, vel consanguineos clericorum: quod esse non debet.l.fraus.ff. de legibus.c.plerique.& ca.putant quidam.14.q.3. facit ad hoc tex. solennis in l.hæres meus, §.fi. ff. de cond. & dem. Vnde dixit Bal. in l.j.C.de ind. vidui. tol. nã paria sunt committere † aliquid in aliquẽ, vel in illos
2 de domo sua, quod inducit contra statuta ciuitatis dicentia, ꝙ pro clerico declinante consanguinei teneantur soluere pęnam. Cum ergo istud statutũ nõ valuit in persona clericorum, vt ex inferius dicẽdis apparebit: ergo non valuit in persona colonorũ ipsius clerici. Facit c. Petrus diaconus.& c.significasti. de homic.& ideo dixit D. Pe.de Anch.in repetitione.c.ea quæ de reg.iur.li.6.not.ꝙ constitutio laico-
3 rũ sicut † non potest disponere cõtra ipsos clericos, ita non potest disponere contra concubinas clericorum: ergo multominus laicus potest statuere cõtra clericos, aut contra colonos clericorum. Facit, quod in simili dixit Bar. in l.Titia.ff.de ver.obl.& in

l.pater

l.pater Seuerinam. §. fi.ff.de condi. & demon. & in
l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff. de ope.no. nūc.
& quod not. Bar.in l.j.ff.de his quę pę.no.relinq.Eſt
ergo concluſio, ꝙ cum iſtud ſtatutum non valuerit
contra ipſos clericos,ita non valuit contra colonos
clericorum.Reſtat probare illud aſſumptum,ꝙ nō
valeat contra ipſos clericos, quod hoc modo pro-
4 bo.Cōdere † ſtatutū eſt iuriſdictionis, hoc voluit gl.
in l.j.ff. de iuriſd. om.iudi.Inn.in c.cū acceſſiſſēt. de
conſtit.Bar.in l.omnes populi.ff. de iuſti. & iur.Bal.
in auth.quibuſcūque modis.C.de ſacroſan. eccl. fa-
cit.c.vt animarum.de conſti.lib.6.& l.fi.ff.de iuriſd.
omn. iud. ſed laicis ſupra clericos eſt interdicta oīs
iuriſdictio:vt habet in ca.eccleſia ſanctę Marię. de
conſtit.& in c.cum ad verum.96.diſt.cap. ꝙ clericis.
de foro.cōpe.ergo ſequitur neceſſariò, ꝙ laico ſu-
pra clericos eſt interdicta poteſtas ſtatuendi: & per
5 conſequens laici † non poſſunt per ſua ſtatuta liga-
re ipſos clericos.¶ Sed dubitatio ſtat ī hoc, vtrū cle-
6 rici † teneantur ad expenſas pontium,itinerum, &
viarum Et videtur dicendum ꝙ non,& hoc decidit
text.in c.non minus.de immu.eccl. vbi clerici non
tenentur ad foſſata ciuitatis facienda,& certū eſt,ꝙ
foſſata ciuitatis tendunt ad cuſtodiam ciuitatis, &
ꝑ conſequens ad vtilitatem tam laicorū quàm cle-
ricorum:& tamen ibi deciditur, ꝙ ab eccleſijs non
debet exigi aliqua portio, niſi ſub anathematis di-
ſtrictione, niſi epiſcopus & clericus tantam neceſ-
ſitatē vel vtilitatē inſpexerint, vt abſq; vlla coactio-
ne ad releuādas cōmunes vtilitates,vel neceſſitates,
vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia ꝑ
eccleſiam exiſtimetur perferenda. Et ſic patet per
illum text.ꝙ imminentibus neceſſitate,vel vtilitate
ciuitatis, nō tenetur eccleſia aliquid conferre, niſi
ſpōte velint approbāte epiſcopo & clero, vbi laico-
rum non ſuppetunt facultates. ergo ſequitur, ꝙ in
caſu noſtro multominus tenebunt eccleſię, aut ec-
cleſiaſticè perſonę conferre pro pontibus,& vijs re-
ficiendis & reparandis ex diſpoſitione ſtatutaria ip-
ſorū laicorum.facit.c.aduerſus.de immu.eccle. vbi
videtur idem probari. Et plus probat ille text.ꝙ ho-
die clerici non poſſunt contribuere in his,niſi prius
Romano Pontifice cōſulto, & emanauit illud pro-
pter imprudentiam quorundam ſępe allegantium
talē neceſſitatem, vel vtilitatem. Facit tex. in auth.
item nulla cōmunitas.C.de epiſc.& cle.vbi genera-
liter prohibetur,ne quis audeat ab eccleſijs exigere
collectas, exactiones angarias,vel pangarias: q̄ oīa
propter communem vtilitatem,& defenſionem ci-
uitatis introducta ſunt & tamen includitur vtilitas
eccleſiarum, & clericorum in vtilitate ciuitatis. fa-
cit.c.j.& c.quanquam.de immu. eccl.lib.6.& cle.p̄-
ſenti.de cēſi.& c.fi.de vita & ho.cleri.l.placet.& l. 2.
C.de epiſc. & cle. & c.generaliter. 16. q. j. quæ iura
eximūt eccleſias,& ſua bona ab omnibus collectis,
& gabellis exactionibus, & angarijs: ergo ſequitur,
ꝙ eodē mō videntur exēptę a refectionibus pōtiū,
7 viarum,& ſimilium. Facit etiā;qa bona † eccleſiarū
ſunt deputata publico vſui ſpirituali. 12.q.j.c. vidē-
tes.& q. 2.ca. aurum habet eccleſia. & c.gloria epi-
ſcopi. 16.q.1.ca.fi.facit, quod habetur in ca.nulli li-
ceat 12.q.2.vbi dicit,ꝙ omne id,qđ eccleſię conſe-
crat,ſiue fuerit animal, ſiue ager ſanctū ſanctorum
dn̄o efficiet,& ad ius pertinet ſacerdotum.ergo ſeq-
tur,ꝙ talia bona nō debēt mūdano, & publico vſui
deſeruire:quia ſemel Deo dedicatum ad humanos
vſus amplius tranſire non debet vt in c.ſemel Deo.
de reg. iur.lib.6. nam ius publicum verſat in ſacer-
dotibꝰ,& ſacris.j.di.c.ius publicū. l.j.ff.de iuſt. & iu.
laici ergo cū ſint mūdani,& habeāt vtilitatē a repu-
blica,tenētur ſubire onera reipublicę mundanę:er-
go bona eccleſiarū,q̄ ſunt reipublicę ſpūalis, debēt
deſeruire reipublicæ ſpūali. Simile videmus in per-
8 ſonis:nam milites † ſeculares militant mundo:mi-
lites cęleſtes militant Deo. & ſic illi temporalibus,
iſti verò ſpiritualibus.c.reprehēſibile.& ca. quo au-
ſu 23.q.8. rectè ergo dixit tex. in dicto cap. non mi-
nus.ꝙ quandiu laicorum facultates ſuppetunt etiā
ſponte,non debent eccleſię aliquid elargiri,ne ſub-
trahantur bona publico vſui ſpirituali. Facit etiam
text.in cle.quia contingit.de relig. domi. vbi depu-
tata publico vſui largitione fidelium non debēt de-
putari ad aliū, auctoritate Romani Pontificis dū-
taxat excepta.ideo dixit text. ꝙ talia onera ſunt lai-
corum:vt patet in verſic.iſti verò onera ſua &c.licet
in ſequentibus tractetur de cōmuni vtilitate, vel ne
ceſſitate:ſed dixit illa laicorum: quia incumbūt eis
rationibus ſupradictis:ergo ſequitur, ꝙ non potue-
runt laici ſtatuere ipſas eccleſias, aut eccleſiaſticas
perſonas teneri ad huiuſmodi onera ſoluenda. Fa-
cit,quod volunt omnes ſcribentes in cap. fi. de im-
mu.eccl.lib.6.& in cap.fi.de vita & honeſt. cle. & in
cle.j.de cenſi.& ibi etiam Ioan.de Ligna. qui volūt
9 ꝙ bona † eccleſiaſtica nō tenentur ad aliqua onera
mundana,niſi prius fuiſſent tributaria, vel cenſua-
lia,antequam perueniſſent ad eccleſiā. Facit, quod
voluit Bar.in l.placet. C.de ſacroſan. eccleſ. & in l.
reſcripto.ff.de mune & hon.& glo.§. nouarū.16.q.
j.Et ideo dixit Ioan. And. in præalleg.c. non minus
ꝙ nulla lex nec. ff. nec.C. nec authenticorū, pn̄t in
hoc aſtringere eccleſias.Facit glo.in l.ad inſtructio-
nem.C.de ſacroſan.eccleſ.& ibi Bart.dicit, ꝙ illa.l.
in parte.corrigitur per authent.item nulla commu
nitas.C.de epiſco.& cler.Facit ēt,qđ voluit Hoſt. in
ſumma,de immu.eccleſ.§.a quibus.verſic. extraor-
dinaria.vbi dicit,ꝙ hodie eccleſię ſunt immunes ab
omnibus oneribus iſtis concernentibus,ſiue publi-
cam vtilitatem,ſiue neceſſitatē,alleg.d. authent.itē
nulla communitas. Facit etiā: quia in dubio debe-
mus capere viam fauentem religioni.l. ſunt perſo-
nę.ff.de relig.ergo ſequitur, ꝙ cum eccleſię, & ec-
cleſiaſticę perſonæ, non teneantur ad huiuſmodi
onera ſoluēda, ꝙ nullo;mō potuerūt laici per ſuas
ↄſtitutiones ligare eccleſias & eccleſiaſticas ꝑſonas
ad ſolutionē gabellę ꝑ refectione pōtiū, & viarū &
ꝑ conſequens non potuerunt ligare colonos ipſorū
clericorum,ſeu ipſarum eccleſiarum: & per conſe-
quēs meritò & iure clerici poſſunt dicere ſe eſſe gra
uatos a laicis in hoc.& iſta erāt, q̄ iudicio meo red-
debant hanc cōſultationem valde dubiā. ¶ Et licet
iſta ſint colorata,& apparentia ſatis, tn̄ contrarium
10 puto eſſe de iure verius: qa † tota difficultas huius
conſultationis pēdet in hoc,an ipſi clerici, & eccle-
ſię teneantur ad gabellam pro reparatione viarū,
& pontium:ideo hanc conſulendi prouinciam aſ-
ſumo. Et dico iſtam q. fore deciſam in tit. de pace
Cōſtan.in vſibus feudo.coniūcta doctrina Bald..ibi,
in verſiculo, munitionibus ciuitatum. vbi licitū eſt
Lombardis ciuitates munire: & non ſolùm Lom-
bardis,ſed etiam alijs:vt in dicta l.ad inſtructionem.
C.de ſacroſan. eccleſ.& ibi Baldus quærit.ſed an ec-
cleſiæ teneantur conferre ad talem munitionem,
& cōcludit,ꝙ ad refectionem viarū,& pōtium tenē
tur eccleſiæ conferre propter cōmunē reipublicę
vtilitatē,& neceſſitatē,in qua & eccleſiæ cōtinētur.
Idem dicit in gabella plauſtrorum,quæ ſoluitur ad
portam:quia ad illam tenentur eccleſiæ, & clerici:
illa enim ex eo ſoluitur;quia plauſtra deſtruunt ci-
uitatē,& vias,& oportet, ꝙ quotidie reficiātur viæ.
Itē tenētur eccleſię & clerici ad ſolutionē illius ga-
bellę,ex qua reficit via:ſed ad expēſas ſuperuacuas,
vel quæ fiunt cauſa oneris, ſicut eſſet ſalizare pla-

team,

team, nõ tenentur ecclesię, sed ad alias necessarias pontium, viarum, & murorum tenentur. ista sunt formalia verba dñi Baldi in præalleg. & allegat Iac. Butr. ita determinare in dicta l. ad instructionẽ. nisi forte sint ecclesiæ mendicantium, quæ nulla bona habẽt in ciuitate, sicut dicimus in simili in l. lex Cornelia. ff. de vulgari & pupillari. nam pauperes ad huiusmodi sumptus bursales contribuere non tenẽtur, alleg. no. in l. indictiones. C. de annonis & tributis. libro 10. Et ita resider ibi Baldus in hoc passu. & sic apparet manifestè, ꝙ ecclesię, & ecclesiasticæ personæ tenẽtur ad huiusmodi gabellam plaustrorum: & maximè quia hodie nos videmus ꝑ experiẽ
11 tiam quotidianã, ꝙ ecclesiæ & clerici † magis abundant in possessionibus, quàm laici: & sic magis cũ plaustris indigent, pontibus, & uijs, & refectione põtium, qua indigeant laici: ideo si ecclesiæ & clerici magis inuitantur ad lucra, magis sunt notandi ad onera: vt l. secũdùm naturã. ff. de regulis iuris. cum similibus. Præterea hoc decidit text. apertus in dicta l. ad instructionem itinerum, pontiumque etiã diuinas domos, & venerabiles ecclesias tam laudabili titulo libenter ascribimus: quia nõ est inter sordida munera numeratũ. Ita ibi dicit text. ergo sequitur, ꝙ ex dispositione iuris communis ecclesia, & ecclesiasticæ personæ tenentur ad refectionẽ itinerum &c. & per consequens tenentur ad gabellas impositas pro illis reficiendis: ergo non astringunt ex dispositione statuti, sed ex dispositione iuris cõmunis: ergo sequitur, ꝙ statutum laicorum dispo-
12 nens † id, quod ius commune, eo casu quo statutũ de se non posset ligare, ligabit vt vinculum iuris cõmunis, & per cõsequens potuerunt compelli ecclesiæ, & clerici ad soluendum huiusmodi onera. Accedat ẽt ad hoc text. solennis. in l. nullus. C. de cursu publico. lib. 12. vbi dicitur, nullus penitus cuiuslibet ordinis, seu dignitatis, vel sacrosãcta ecclesia, vel dom⁹ regia tẽpore expeditionis excusationẽ angariarum, seu perangariarum habeat, & ibi Bar. valde singulariter determinat istam q. dicit enim illã. l. esse sume no. contra clericos, vt propter istas societates armigerorum, q̃ veniũt in comitatũ ciuitatis deprædando, currendo, & occidendo, possunt clerici grauari ad datia, & collectas, & ad alia onera. Et sic Bart. clarissimè decidit, ecclesias & clericos teneri ad onera incũbẽtia ꝑ necessitate reipublicè. Cũ ergo pontes & viæ sint ob necessitatem & vtilitatẽ reipublicę factę, sequitur, ꝙ tenentur ad illos faciendos: & cum illo singulari, & stupendo dicto Bar. trãseũt communiter doc. Præterea etiã accedat, quod voluit idem Iac. Bu. in d. l. ad instructionem. vbi refert se vidisse dubitari in facto de gabella plaustrorum, q̃ soluitur ad portã, an clerici debeant cõferre: & decidit ꝙ sic: quia plaustra destruũt ciuitatem, & vias, & oportet, ꝙ quotidie reficiantur vię ex illa pecunia: & ideo dicit, ꝙ sicut ad refectionem viarum tenentur, ita & ad solutionem illius gabellę: & idẽ etiam decidit in muris ciuitatis. Distinguit tñ, aut muri ciuitatis fiunt ad ornatum: & tũc ecclesię nõ tenentur, aut fiunt propter necessitatem: & tunc tenentur: quia est eadem ratio, quę est in via. Et sic Iac. But. decidit q. istam in terminis nostris. Facit ẽt glo. in dicta l. ad instructionẽ. quæ dicit idẽ in pontibus de nouo faciendis, vt ecclesia teneat. facit tex. in authentico, de ecclesiasticis titulis. §. ad hæc. Et est ratio: quia in de nouo faciendo est fauorabilior ratio, quæ est in reficiendo. l. 3. §. penultimo. ff. de itin. actuque priua. Et idem sequitur Salyc. in dicta l. ad instructionem. etiam in muris, sequendo doct. Iacob. Bu. hoc etiam sequitur Bald. in d. l. ad instructionẽ. Dicit tamen ibi Bald. quòd non poterunt ecclesia, aut ecclesiasticę ꝑsonę compelli per seculares, sed debent compelli per iudicem ecclesiasticum, allega. no. in c. j. de immu. eccl. li. 6. Et etiã dicit ibi Bal. ꝙ si muri ciuitatis fiũt propter guerrã, vel ꝑpter suspectionem guerræ: tunc ecclesia tenetur cõtribuere, & alleg. ad hoc Lambertinum de Saly. & tex. in auth. de mã. prin. §. sed etiam. vers. murorum curã. Idem etiam ibi dixit Baldus, ꝙ poterit compelli ec-
13 clesia ad refectionem † putei necessarij ad vsum hominum villę, alleg. Spec. in titu. de censibus. §. nunc dicendum. ver. itẽ pone quidam. Prętereа facit etiã; quia quoties venit aliquid explicandũ, qđ sapit pietatem, tenetur illud tale subire ecclesia, & clerici. ita dicit Inn. in c. non minus. de immu. eccles. Sed huiusmodi gabella tẽdit ad pietatem: quia circa refectionem pontium & viarum: ergo sequitur, ꝙ ecclesia tenetur, alleg. ibi Inn. d. l. ad instructionem. Et sic apertè sentit Innoc. ꝙ huiusmodi refectio dicitur tẽdere ad pietatem, alleg. etiam Innoc. c. 2. de censi. & idẽ videtur sensisse in ędificatione, seu reparatione murorum. & etiam glo. pe. in d. c. non minus. vult, ꝙ ecclesia tenetur ad refectionem itinerum, vel põtium. gloss. not. 16. q. j. nouarũ. tenet ꝯrium: sed ibi loquitur de instructione murorum, ad quam nõ tenetur ecclesia: vt dicit illa glo. & idem voluit glo. in d. l. ad instructionem. sed ꝙ ecclesia teneatur ad talia etiam ad instructionem murorum, facit. C. de oper. pub. l. ad portus. & l. oẽs. ꝙ tenet Iac. de Are. & Raynerius in d. l. ad instructionem. Dicit tamẽ Ioã.
14 And. in d. cap. non minus. ꝙ tales † contributiones sine licentia Papę fieri non debent. c. aduersus. de immu. eccl. nec illa. l. põt cogere ecclesias ad hoc, per no. in c. cõstitutus. de religio. domi. Sed D. Card. Zabar. in d. ca. non minus. in q. dicit se putare esse verius, ꝙ in omnibus casibus, in q̃bus reperitur expressum de iure ciuili ecclesias teneri, ꝙ tenentur ẽt inconsulto Romano Pontifi. Nec obstat ca. aduer-
15 sus. † quia ibi prouidetur contra grauamina extraordinaria, idest, quæ propter aliquod accidens per principem secularem imponuntur, aliàs si. d. c. aduersus, intelligeretur generaliter de omnibus muneribus, multę leges corrigerentur: qđ nõ est dicendũ secũdùm do. Card. ibi, & in c. ecclesia. el 2. de ele. & c. cum expediat. eo. ti. lib. 6. nã leges habẽt vim canonũ: sed canon specialiter non contradicit. c. j. de ope. no. nun. Et ex hoc dicit D. Cardi. ibi esse standũ dicto glo. ibi, dũ dicit, ecclesiã teneri ad refectionẽ pontium, vel itinerum: itẽ murorũ, si fiunt propter necessitatem ciuitatis. ita formaliter dicit ibi D. Cardin. Modò si opponatur, ꝙ eodem priuilegio quoad munera subeunda gaudet famulus, seu colonus clerici, quo gaudet ipse clericus: vt not. in l. j. & 2. C. de epis. & cle. ad hoc ego respondeo, ꝙ si clericus tenetur ad refectionem pontium, & murorum: ergo multo fortius tenebitur colonus eius. Et ꝑ consequens potuit statutũ imponere onus soluendi gabellam ad portam colonis, seu rusticis: vt soluant propter refectionem pontium, & viarum: & sic nõ poterũt clerici eos defendere, nec se grauare ꝑpter hoc. Præterea facit etiam ad hoc, qđ voluit D. Pet. de Anch. in ꝑalleg. c. nõ minus. in vers. quęro, vtrũ ecclesia teneatur contribuere ad muros ciuitatis ꝑpter guerram, vel suspicionem guerrę, &c. & decidit ꝙ sic. alleg. Iac. Bu. in d. l. ad instructionẽ. & idẽ dicit, ꝙ tenetur soluere gabellã de curribus, si gabella vertitur in refectionem viarum, & pontium: quia de vtilitate ecclesiæ, sicut de vtilitate priuatorũ tractat, alle. d. l. ad instructionẽ. & ff. ne qđ ĩ loco pub. l. 2. §. viarũ. ibi, refectio. Et idẽ dicit de refectione putei necessarij ad vsum hoĩum villę, sicut tenet in pontibus, & vijs, allega. Spec. in ti. de censi. §. nunc dicendum.

dum.ver.pone,quædam picinia. Et subdit ibi do.Pe. posse dari doctrinam generalem, ꝙ vbicunque tractatur de communi vtilitate clericorũ, & laicorum simul & permixtim, clerici, tenentur contribuere sicut laici: & refert se audiisse fuisse consultum, ꝙ ad
16 † aggeres, qui iuxta mare, vel flumina fiunt propter timorem inundationis, tenentur pro suis possessionibus clerici, sicut laicis propter commune periculum. Idem dicit ad euitandum rapinas, incendia, captiuitates, & alia multa mala ex aduẽtu alicuius societatis hostiliter contra ciuitatem, si se pecunia redimunt, aliter resistere non valentes. hoc enim casu sicut laicorum, ita clericorum versatur vtilitas propter damna in eorum possessionibus insligenda. vbi
17 † ergo commodum, ibi & onus esse debetur. clem.j. de censi. Et etiam dicit, ꝙ tale munus respicit pietatem: ergo tenentur ecclesiæ, & ecclesiasticę personę. Nec obst.d.c.non minus. vbi hoc relinquit arbitrio episcopi: quia illud est intelligendum, cum propter necessitates laicorum volebant ecclesias grauare: vt apparet ibi in tex. isti verò onera sua ibi quęlibet sibi arbitrentur, & ibi omnes vtilitates, vel necessitates, quod verbũ repetitur in c.aduersus.eo.ti. Ex quibus verbis vr̃, ꝙ procedat, cum laici volunt pro necessitatibus ipsorum laicorum dumtaxat, vt clerici teneantur subire onera, secus autem est cum agitur de necessitate, vel vtilitate communi ipsorum laicorum, & clericorum simul: sicut enim cum alijs vitã communem suscipiunt, similem in legibus sentiãt disciplinam: vt in c.recolentes, de statu mona. Ita conclu dit D.Pet.in d.c.non minus. Et sic stat firma ꝯclusio, ꝙ clerici & ecclesiæ tenentur ad gabellã soluendam in porta ꝑpter onerea plaustrorum, ad reficiendos pontes, & vias: ergo sequitur, ꝙ multo fortius poterit ciuitas statuere ꝯ colonos clericorum ad soluendum dictam gabellam. Præterea est etiam accuratè considerandum: quia in pũcto non aperitur, vtrum statutum ciuitatis, aut cõsuetudo ciuitatis disponat simpliciter de colonis ad soluendum vnũ denarium in porta ad reficiendos pontes, & vias propter currus, an statutum, vel consuetudo loquatur specificè
18 de colonis clericorum: nã siue statutum † loquatur simpliciter de colonis, siue loquatur de colonis clericorum, comprehenduntur coloni clericorũ, & ecclesiarum. Quod sic ostẽdo, vbicunq; actus est mixtus clericorum, & laicorum, & cõcernit commoditatem laicorum, & clericorum simul: tunc posito, ꝙ specificè non posset statutũ disponere de clericis, tñ verba generalia ipsius statuti simpliciter prolata cõprehẽdunt clericos. text. est in c.cum venissent, de eo qui mi.in pos.& quod voluit ibi Io.de Lig. qui dixit, ꝙ consuetudo ciuitatis comprehẽdit laicos & clericos ex eo, quia est actus mixtus tam laicorum, quàm clericorum. Ita etiam dixit Bart. in l.cunctos populos.C.de summa trini. & fide catho. cuius dictũ probatur in c.j.de iureiur.li.6.& illud dictum Bar. sequitur D.Anto. in c.q̃ in ecclesiarum, de ꝯsti.& ita dicit in contingentia facti fuisse ꝯsultum. Et idem voluit in c.apostolicis, de for.com. Et cum Bar. transiuit excellens doctor D.Archieps Panormitanus in repetitione.c.ecclesia Sanctę Marię, de consti. ergo multo fortius tale statutum comprehẽdit colonos clericorum, si generaliter & simpliciter loquatur de colonis: quia comprehendit colonos omnium indistinctè. Et per ꝯñs statutum potuit eos ligare tanquam subditos: & quia in eos iurisdictionem statuẽtes habent: vñ si pñt statuentes ius in eos dicere, ergo pñt
19 eos suis statutis ligare: cum condere † statutum sit iurisdictionis, vt superius est dictum. Aut ꝯsideramus ipsum, ꝙ statuẽtes statuunt, videlicet dispositum, ꝙ teneantur ad solutionẽ gabellæ pro refectione pontium, & sic quoad istum effectum potuerẽt statuentes disponere, vt in d.l.ad instructionẽ. cum alijs iuribus allegatis, & istud potuit statutum, & per consequens ligauit ipsos colonos simpliciter, & generaliter disponendo. Si verò statutum disponit specificè de ipsis colonis clericorum, & tunc dico, idem, ꝙ tale statutum valuit, potuit enim ligare colonos ipsorum clericorum: tum ratione personæ: quia subditi sunt ipsis statuentibus: tum ẽt ratione eius, quod disponit, quia de re licita, & honesta: maxime quia ipsi coloni sunt, qui destruunt vias, & pontes cum suis curribus. Et per ꝯñs siue statutum loquatur simpliciter de colonis, siue loquatur de colonis clericorũ, potuit ligare ipsos clericos: ergo multo fortius potuit ligare ipsos colonos, & clericos nõ ligat inquantum statutum, quia non posset, cum statuentes sint
20 laici: sed eos † ligat inquantum disponit id, quod ius commune, & per consequens non ligat clericos, sed declarat eos ligatos a iure communi per doctrinam superius relatam: quia leges disponẽtes de hoc, censentur approbatur a iure canonico: & per ꝯñs tale statutum multo fortius potuit ligare colonos clericorum. ¶ Et si mihi dicatur, amice, ista videtur esse magna iniquitas, ꝙ coloni cogantur per statutum soluere pro clericis: vt voluit Bar. in d.l.in pœnis.C. de agri.& censi.lib.11. quia si diligenter consideretur dictum Bart. ibi, non obstat huic consultationi. dicit
21 † enim ibi Bar. ꝙ statutum disponẽs, ꝙ ad soluendas gabellas recollectionis fructuum teneatur colonus pro domino: vnde refert Bar. totum illud statutum ad onus coloni cum lucro domini, ꝙ est iniquum, ꝙ dominus habeat fructus, & colonus soluat gabellam de fructibus: iste non est casus noster ex eo, quia Bar. ibi loquitur, quando statutum non potest compellere dominum fundi ad soluendũ gabellas: quia non est subditus, & ideo compellit in odium dñi ipsos colonos, & ponit ibi Bar. exemplũ, quod fuit Perusij, vbi fuit factum statutum in odiũ clericorum, qui cum non possent cogi, fuit inductum, vt coloni tenerentur pro eis; quod est iniquum, & iniustum: nec teneri debent pro dño. Modò iste casus est alienus & longe diuersus a casu nr̃o. Primò Bart. loquitur eo casu, quo non potest compelli ad soluendum illam gabellam: sed in casu nostro bene potest compelli: vt est superius ostensum sufficienter. Item Bar. loquitur, quando statutum compellit colonum ad soluẽdum pro dño, sed in casu nostro istud statutũ, aut ꝯsuetudo non compellit colonos ad soluẽdum pro dñis: ergo sumus extra casum Bar. Et per consequens non obstat illud dictum Bar. & maxime, quia cum ipsi coloni & rustici sunt, qui cum plaustris destruunt pontes, & vias, merito ipsi sunt compellẽdi ad soluẽdũ, nec istud statutum emanauit in odium clericorum, sed emanauit principaliter in fauorem reipublicæ, vt reficiãtur pontes, & viæ, quæ quotidie destruuntur ab ipsis plaustris: ergo debet censeri tale statutum fauorabile: quia attenditur principalis intentio: vt voluit gl. in l.venia.C.de in ius voc.& in c.si pp tua debita, de rescr.lib.6.& in c.sciant cuncti, de ele.li.6.& ꝑ consequens cessant contraria allegata superius, cum allegabatur Bar. in d. l.in pœnis.& in d.l.1.ff.de his quæ pœ.no.relinq.& in d.l.de pupillo.§.si quis ipsi pretori.ff.de ope.no.nun.& Bal. in d. l.j.C.de indi.vidui. cum statuentes hoc fecerint in fauorem reipublicæ, & vtilitatem, & non in dãnum, & pœnã alicuius: & maxime quia iste est actus mixtus ꝯcernens factum tã laicorum, q̃ clericorum. ¶ Nec obstat, cum dicebatur, ꝙ condere statutum est iurisdictionis: quia concedo: sed cum dr̃, ꝙ laici non habent iurisdictionem supra clericos: ergo nõ habent ptãtem condendi statuta ligãtia clericos. Ad hoc respondeo,

ſpõdeo, primò iſtud non obſtat ad caſum noſtrum: quia iſtud ſtatutum nõ diſponit de clericis, & ſic de perſonis nõ ſubiectis: ſed diſponit de perſonis ſubiectis, puta de colonis. Item iſtud ſtatutum, ex quo eſt conforme iuri cõmuni, non ligat clericos: ſed oſtendit eos ligatos eſſe a iuri communi. Item iſtud, quod ſtatuit iſtud ſtatutum, eſt cõmune clericis & laicis, & de iure communi omnes tenentur. vnde ſi ſtatutum diſponit, ꝙ omnes teneantur ſoluere gabellam pro plauſtris ſuarum poſſeſſionum, ad reficiendos pontes, & vias, tenentur eccleſiæ, & clerici: quia tale ſtatutũ eſt generale, & fundatum ſuper publica vtilitate concernente tam clericos quàm laicos: ergo ligat clericos: vt voluit Barto. in d. l. cunctos populos. Item quia de hoc ſtatuto, an liget clericos, nũc non eſt diſputandum: ex eo: quia non loquitur de clericis nec in genere, nec in ſpecie: & ſi de eis loqueretur, licet eos non ligaret vinculo ſtatuti, ligaret eos vinculo iuris communis, & eſt longè mirandum, ꝙ domini clerici grauatos ſe eſſe dicant de huiuſmodi ſtatuto loquente de colonis: cum & ſi diſponeret de ipſis clericis, non poſſent, nec deberent grauari: ex eo quia tale ſtatutum diſponit illud idem, quod diſponit ius commune, & quod concernit pietatem, ad quam pietatem exercẽdam deberent clerici omni ſtudio, & animo innitari. facit. ca. gloria epiſcopi. & d. c. aurum. 12. q. 2. cum ſim. & maximè: quia dixit Inno. in d. c. non minus, ꝙ reficere pontes, & ſimilia tendebat ad pietatem allegãdo ad hoc. d. l. ad inſtructionem, & ideo clericis non debet eſſe moleſtũ hoc ſtatutum, cum tendat non ſolùm ad vtilitatem ipſorum laicorum, ſed etiam clericorũ ipſorum. ¶ Nec obſtat. d. c. aduerſus, & etiam iura ſuperius alle. quia loquuntur in his, quæ laici apponunt propter neceſſitatem, & vtilitatem ſpectantem dumtaxat ad ipſos laicos: vt voluit D. Pet. de Ancha. in d. c. non minus. Sed non procedunt illa iura in his, quæ concernunt communem vtilitatem ipſorum clericornm, eccleſiarum, & ipſorum laicorum, & dicere contrarium eſſet peſſimum exemplum, & haberet ſpeciem mali, a quo iuſſit Apoſtolus eſſe abſtinendum: vt in c. cum ab omni, de vit. & ho. cle. & l. ſi quis. §. qui abortionis. ff. de pę. in ver. res peſſimi exempli eſt. Vnde ſi clerici vellent, vt laici ſoli ſoluerent gabellam ad reficiendos pontes, & vias deſtructas, non ſolùm propter plauſtra ipſorum laicorum, ſed ꝓpter plauſtra ipſorum clericorum, & eccleſiarum viderentur inhiare rebus temporalibus, quod eſt abſurdum dicere in clericis: vt in c. ex parte, de cenſi. & multum de hoc ſcandalizarentur laici contra clericos, ꝙ nõ eſt faciendum. c. nihil cum ſcandalo, de præſcri. cum ſi.

22 ¶ Nec obſtat, cum dicebatur, ꝙ bona † eccleſiarum ſunt deputata publico vſui ſpirituali: ergo non ſunt eroganda publico vſui mũdano: quia iſtud eſſet verum, qñ exponerentur pro vtilitatibus, & neceſſitatibus ipſorum laicorum, & ita procedit illud contrarium. Sed in caſu noſtro non eſt ſic: quia imo exponuntur vſui publico, eccleſiaſtico, & ſpirituali: quia propter vtilitatem ipſorum clericorum, & ipſarum eccleſiarum habentiũ poſſeſſiones: quia currus deſtruunt pontes, & vias, quod tendit ad damnum eccleſiarum, & clericorum habẽtiũ poſſeſſiones, ideo non ꝓ hoc talia bona dicuntur conuerti ad vſum mundanum, & laicorum. ¶ Nec obſtat etiam, cum alle. cle. quia contingit, quia iſto caſu non deputantur ad alium vſum deſtinatũ a defunctis: imo fit iſta ſolutio gabellæ propter conſeruanda bona deſtinanata pijs vſibus ab ipſis defunctis. Et ſic communiter omnes ſcribentes ſequuntur iſtam partem: vt Ia. Bu. Ia. de Are. Pet. Cy. Bar. Bal. Sal. Inno. Hoſt. D. Car. & D. Pe. de Anch. referens ita aliàs fuiſſe conſultum glo. in d. l. ab inſtructionem. Et ſic iſta eſt communis

23 opinio: ergo † eſt ſequenda in conſulendo, & iudicãdo: vt voluit Innoc. in c. ne innitaris, de conſtit. Ioan. And. in c. 1. eod. tit. Hoſt. in c. capellanus, de fer. text. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & in l. 1. ff. de Senat. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. proconſu. & Bar. in l. j. C. de pęna iud. rex. in c. in canonicis. 19. di. & §. quidam, de pœni. diſt. j. ſequitur, ꝙ poſſunt compelli coloni clericorum ſoluere pręfatam gabellam & etiã ipſæ eccleſiæ, & eccleſiaſticæ perſonæ. ¶ Nec obſtat glo. 16. q. j. nouarum, quia loquitur in muris: non aũt loquitur in plauſtris deſtruentibus potens, & vias: vt eſt caſus noſter. Et de muris adhibetur diſtinctio Ia. But. in d. l. ad inſtructionem, & hoc etiam voluit gloſſ. in d. c. non minus. & in d. l. ad inſtructionẽ. Et per conſequens videtur neceſſario concludendum ipſos colonos clericorum teneri ad ſoluẽdam gabellam prædictam plauſtrorum, & curruũ etiam inconſulto ẽpo, aut Romano Pontifice: vt voluit D. Car. in d. c. non minus, maximè cum loquatur in colonis, quo caſu requiritur auctoritas ẽpi, aut Papæ.

EPITOME.

¶ Statutum laicorum prohibens bona immobilia alienari in clericos propter diminutionem collectarum in oneribus ciuitatis ſupportandis, valet. Et de intellectu. capitu. fin. de immun. eccle. libr. 6.

SVMMARIVM.

Dominus poteſt imponere legem rei ſuæ, vt non poſſit alienari in eccleſiam, vel in potentiorem. nu. 1. & 2.

Intellectus. c. fi. de immu. eccl. lib. 6. nu. 11.

CONSILIVM XXX.

ILlud in medium referam, quod belliſſimè ſcriptũ eſt in auth. quomodo oporteat epiſcopos in princi. Bene etenim cuncta geruntur, ſi fiat principium decens, & amabile Deo. Ideo omnipotẽtiſſimi Dei inuocato præſidio. Viſo puncto, & matura & ſolenni animaduerſione penſato. Tum quia ſtatuto cauetur, ne laici bona ſua temporalia alienent in clericos, ne fraudentur collectæ, & impoſitiones pro neceſſitatibus ciuitatis & imperij releuãdis: ſuper hoc etiam ciuitas inuenitur priuilegiata. Epiſcopus dicit iſtud ſtatutum eſſe cõtra libertatem eccleſiaſticam. quæritur, an ſtatutum poſſit ſuſtineri pretextu priuilegiorum imperialem, & propter neceſſitates ipſius ciuitatis: & quia iſta quæſtio eſt ſolennis, & cauſam ipſius Dei immortalis tangit: ideo ipſum Deum rerum omniũ opificem inuoco, vt ſua ſolita clementia mihi veritatem in hac quæſtione aperiat. Et quidem Bal. in c. clerici, de iud. ponit iſtam q. & decidit, ſtatuto cauetur, ꝙ nullus ſubditus Poteſtatis Mediolani, poſſit alienare rem immobilem in non ſubditum, niſi ſeruata certa forma, an poſſit alienari in perſonam eccleſiaſticã: & ſi expreſſe prohibeat alienationem fieri in eccleſiam, aut eccleſiaſticam perſonam, an dicatur eſſe tale ſtatutum contra libertatem eccleſiæ. Et dicit, ꝙ in hac quæſtione commendabilis memorię do. Signorolus de Mediolano poſt prolixas allegationes pro & contra conſuluit conſi. 19. & incip. illud conſilium, poſito pro conſtanti, & pro vero, ſicut eſt, ꝙ prædictum ſtatutũ comprehendat prohibitionem alienationis, quæ fieret in eccleſiam, aut perſonam eccleſiaſticam, tale ſtatutum eſt iuridicum, & non reprobatum, nec cẽſetur eſſe ꝯ libertatem

bertatem

bertatem ecclesiasticam, quia est introductũ fauore publici, & cõis boni, & subditorum, vt eis sua immobilia & territoria conseruentur. Vnde non est cẽsendum esse ꝯ libertatem ecclesiasticam, & pro libertate publici territorij. Bal. verò ibi dicit, & ego dico, ꝙ respublica æquiparatur ecclesię: vt l. fi. C. de sac. san. eccle. vnde sicut ecclesia põt defendi in iuribus suis,
1 ita & ciuitas. Item non est dubium † ꝙ dominus potest imponere legem rei suæ; vt nõ possit alienari in ecclesiam, vel in alium potentiorem: vt no. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obliga. Et ideo quod potest fieri per pactum vnius, multo fortius potest fieri per pactum populi: cum ciues ita statuunt super rebus proprijs: vt no. per gl. in rub. C. de decre. decur. lib. x. Quod proculdubio est verum in prædijs tributarijs vel affectis perpetuo oneri collectarum. nam ecclesia, nec iniustum facere, nec iniustum pati debet, & maximè circa diminuendas reipublicę vires: vt in c. si clientulus, de alie. feu. in vsi. feu. & c. 1. §. donare. in tit. qua. olim feu. po. alie. & in c. 1. de proh. alien. feu. per Loth. in fin. princ. ibi dum dicit, nemini id licere per quod imperij, vel dominorũ minuatur vtilitas. Præterea inquit, licet commercia sint de iuregentiũ tamen possunt arctari de iure ciuili: vt l. 1. C. non lice. habita. metro. libr. 11. Et sic concludit ibi Bald. ꝙ
2 † expresse potest disponere statutum laicorum, ꝙ in ecclesiam non alienentur bona immobilia, ne ciuitas patiatur diminutionem, in suis collectis propter supportanda onera reipublicę, & idem Bal. in c. quę in ecclesiarum, de const. ver. sed hic quæritur, vtrum statutum possit disponere, ꝙ laici nõ possint alienare in clericos, vel in ecclesias res tributarias, vel collectarias, ne fiscus careat subsidio collectarum. Deci
3 dit licitum esse laicis † defendere suas iurisdictiones, & vtilitatem publicam in acquirendis, non in acquisitis ecclesiæ. Primum dicit probari ex eo: quia hoc potest pactũ: ergo & statutum: & etiam hoc potest testator in suo testamento, ergo hoc poterit statutũ: vt l. fi. C. de reb. alie. non alie. l. fi. C. de pac. interemp. & ven. nisi pręceptum sit nudum: vt l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. l. quoties. C. de fideicom. ergo & statutum. l. si ita quis. §. ea lege. de ver. ob. l. in quorum. ff. de pig. l. 1. C. non lice. habita. metro. lib. 11. l. 1. C. de iure emphyt. l. 1. & l. certa forma. C. de iure fi. lib. 10. nam, & sententia iudicis potest hoc vetare: vt ff. de contrah. empt. l. si quis sciens, & interdicta, & statuta sunt eiusdem qualitatis. De statuto dicit, ꝙ habe-
4 mus in feudis, ꝙ † feudatarius nõ potest alienare in ecclesiam: quia alienaret in potentiorem: vt in authen. de alie. & emphy. §. 1. & ecclesia est cultrix iustitiæ, nec in se iniustum patitur, nec in alio tolerat. Et sic concludit, tale statutum non esse contra libertatem ecclesiæ, & idem Bald. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. in ver. sed nunquid sit contra eos, si fiat statutum, ꝙ vendẽs clericis teneatur soluere ad portam communi ciuitatis nomine gabellæ vnam magnam gabellam, puta. 10. solidos pro libra, videtur, ꝙ sic: quia lex imponitur subdito. In cõtrarium facit: quia in fraudem, & in præiudicium ecclesiarũ fit. l. hęres meus. §. fi. ff. de cond. & demon. Pro prima parte dicit facere: quia ecclesia non lęditur in acquisitis, sed certa forma datur in acquirendis: vt l. Titio centum. §. j. ff. de condit. & demonst. Item ciuitas potest iura fiscalia conseruare, nec tenetur pati, ꝙ diminuantur: quia vera & ordinata charitas incipit a seipso, & est de iure naturali: nam quotidie statuunt ciuitates, ne possit vendi non subiectis. Sic Bal. concludit simpliciter, quòd tale statutũ valet, & tenet, nec dicitur contra libertatem ecclesiæ. Facit etiam, quod eleganter voluit domi. Ricar. de Saly. in repetitione. l. 1. C. de sacrosan. eccle. ad fin. vbi dicit, imperator in suis subditis potest legem imponere. l. j. C. de sum. tri. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. l. ob res. §. 1. ff. de pact. dota. Præterea inquit, priuatus potest suæ rei priuatæ apponere legem, & illa dispositio tenet: vt in authentico, de non aliena. §. sanctissimas. Si ergo priuatus homo potest apponere, quare non poterit apponere imperator, qui posset rem ipsam auferre. l. item si verberatũ. ff. de rei ven. & sic in totum potest, eam priuato adimere, quare non poterit reformare rem, seu certam formam apponere, ne vendatur non subiecto, aut ne vendatur ecclesiæ. l. iurisgentium. §. adeo. l. item si vnus. ff. de pactis. Preterea non est nouum, ꝙ res prophana priuati cum sua assertione veniat in ecclesiam. l. si infra. C. de exac. tribu. lib. 11. Præterea in simili dici hoc approbare satis Iac. Butr. in auth. cassa. C. de sac. san. eccle. vbi dixit caueri statuto, quòd si clericus declinauerit iurisdictionẽ Potestatis, sit exemptus a protectione communis, quòd tale statutum tenet, quia
5 restringit potestatem sui officialis: sic igitur dicit, † ꝙ lex imperialis debet esse potens in restringendo potestatem sui subditi in rebus suis. Præterea allegat. l. numerum. §. patrimoniorum. ff. de mune. & hono. nam licet imperator sit seruus Dei: vt in l. j. C. de officio præfecti præto. tamen in acquirendis seruus potest refrenare potestatem sui domini: vt in l. fina. C. de acquirenda pos. l. Caius. ff. de manu. & quod not. in l. seruus. C. de pactis. & in l. 3. in fi. C. de hære. instit. Præterea inquit, ratione publicæ vtilitatis ecclesiæ etiam lege imperiali opprimũtur: vt l. ad instructionem. C. de sacrosanctis ecclesijs, & ratio est: quia de facili diuini numinis venia imploratur, ex quo salus multorum procuratur. l. prouinciarum. C. de fer. ob publicam ergo vtilitatẽ, vt bona remaneant in subditis, & bona subditorum conseruẽtur, quod reipublicæ interest: vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. j. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. fi. debet imperator posse refrenare potestatem alienantium in ecclesias. Item imperator est præpositus reipublicę, vt possit omnia, quæ nouerit emendare, & modis & regulis competentibus tradere: vt l. 2. §. sed quia. C. de veteri iure enucle. Imperator taliter faciendo videtur facere vice & ministerio Dei: vt l. j. §. omnia. C. de veteri iure enuc. & quod no. gl. in rub. in auth. de hęre. & fal. Item quomodo poterunt priuati rem suam in ecclesiam trãsferre: certè non videtur: quia transferrẽdo res exit de potestate iurisdictionis temporalis: vt in authen. item nulla communitas. C. de episc. & cler. & sic generatur præiudicium reipublicæ, quod esse non debet. l. ius publicum. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. Item non debet forma iurisdictionis immutari. l. si filia. in prin. ff. fam. ercis. Et per hoc dicit hic do. Ricar. præfatus, ꝙ nos habe-
6 mus † statutum Mediolani, ne quis rem suam immobilem alienet in non subditum Potestati, siue sit persona ecclesiastica, siue nõ, nisi interueniat certa forma: nũquid hoc statutum sit ꝯ libertatem ecclesiæ. Refert quosdam dicere, ꝙ sic, per c. eos, de immu. eccle. li. 6. Ipse dicit contrarium esse verius, ꝙ imo tale statutum valet, & non est ꝯ libertatem ecclesiæ, & ad hoc alleg. d. l. j. C. non lic. habita. metro. li. xj. & dicit se plenè hanc quæstionem disputasse vocato collegio Mediolanensi, & alijs iurisperitis existentibus Mediolani in sala Reuerendissimi dñi Archiepi Mediolanensis, qui fuit dom. Io. de Vicecomitibus tempore eius vitæ, prout plenè videri potest in quæstionibus ipsius D. Ricardi. Ita formaliter loquitur tan-
7 tus doctor in pręalle. l. j. ad finem. Et sic tenet † ꝙ tam lex imperialis, quàm etiam lex municipalis, & statutaria possunt disponere, quòd subditi non alienent res immobiles in nos subditos, siue laicos, siue clericos.

eos. Et est bene ponderandum: quia loquitur simpliciter, siue illa res sit affecta oneri collectarum ciuitatis, siue non. Et per consequens sequitur ex istis tale
8 † statutum valere, & tenere de iure. Facit etiã, quod voluit Bal. in suo eleganti consilio, posito inter consilia D. Pet. de Anch. in 10. consi. vbi dicit, ꝙ ciuitas potest præiudicare ecclesię, aut ecclesiasticus in quęrendis. Præterea facit ratio finalis, quæ mouit latores
9 huius iuris municipalis, quæ est † attendenda. l. milites agrum. ff. de re mili. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Sed finalis rõ huius statuti fuit fauor publicus, & personarum subditarum; vt retineant eorum bona, vt possint ex eis subire onera ciuitatis, & imperij; vt voluit gloss. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. & multo fortius erat expediens talis prohibitio contra clericos, & ecclesias, quàm contra alios non subditos: quia sunt potentiores, & sępenumero acquirunt. Sed ratio huius statuti fuit, ne ciuitas defraudaretur in oneribus subeundis per suos ciues, & subditos: ciuitas enim multa supportat onera, quæ sine pecunia, & rebus expediri nõ possunt: ideo tale statutum nõ debet dici iniquum. Facit, quod voluit Bar. in simili in l. nullus. C. de cursu publico, libr. 12. Facit etiam: quia paria sunt facere aliquid in loco,
10 & facere in eius subditis: quia † validum est argumẽtum de loco ad personam. l. vinum. ff. si certum petatur. l. plures. ff. de vulga. & pupill. l. miles ita. §. quia diximus. ff. de testam. milit. sed certum est, ꝙ in meo possum facere, quod volo, vt mihi prosim: licet alij noceam in consequentiam: vt l. Proculus. ff. de dam. infec. si autem mihi non prodesset, & alij noceret, illud facere non possum, vt l. 2. §. idẽ Varus. ff. de aqua pluu. arcen. quod ergo est de loco, idem est de personis. Ergo sequitur, quòd poterit ciuitas in personis subditorum statuere illud, quod principaliter prodest ciuitati, licet in consequẽtiam noceat ecclesijs, & ecclesiasticis psonis, vnde prima charitas incipit a seipsa: vt l. præses. C. de serui. Statutum enim istud principaliter emanauit in fauorẽ reipublicę, & non in præiudicium, aut in odium clericorum: ideo debet attendi ille fauor; vt dixit glo. in l. venia. C. de in ius vocan. & in cap. si propter, de rescript. lib. 6. & in ca. sciant cuncti, de elect. eo. lib. Vnde emanauit pro bono ciuitatis, quod est ęquale bono ipsarum ecclesiarum; vnde posset dici dominis clericis, amici, hæc aqua in suo oritur, idest in suis subditis, & in suis rebus, nec dicitur ad iniuriam alterius emanasse. Et si mihi dicatur, amice, hoc statutum, & dicta decisio domi. Signoroli, Bal. & domi. Ricardi est contra casum. cap. eos, de immu. eccle. lib. 6. vbi hoc prohibetur expresse. Ad hoc respondeo inducẽdo rationem illius cap. prouisio enim illius text. cum talia statuta in derogationem libertatis facta præsumuntur: vnde siue exponam cum, pro quando, siue pro quia; vbi cessat illa ratio, cessabit dispositio illius. c. vt in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. cum si. Sed in casu huius statuti cessat ratio pręsumendi fraudem, quia cum tale statutum emanauerit principaliter ad fauorem reipublicæ, non videtur fraudem committere ciuitas, si se & suas commoditates plus diligit, quàm vtilitatem clericorum, aut ecclesiarum, vt
11 in d. l. pręses. Vnde illud † c. eos. cum ratione sua non facit in contrarium: procedit enim illud. c. vt ex forma prohibitionis colligitur, quando in derogationem ecclesiasticę libertatis ista fiũt, vt patet in exemplis ibi positis, puta si præcipitur, ꝙ nil vendatur clericis: nam id, quod est fundatum super publico bono, facit cessare dolum. l. qui iniuriarum. §. is qui. ff. de fur. Præsumptio enim doli & malitiæ in casu huius statuti esset, si disponeret, vt disponit. d. c. fi. videlicet, ꝙ nullus ꝯheret cum clericis, vel eis panem coqueret, & similia. De talibus enim statutis loquitur d. c. fi. nam tex. ibi in ver. temporale dominium obtinentes subditis suis ne pręlatis, aut clericis seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, aliquid ab eisdem, neque ipsis blada molant, coquant panes, aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquãdo interdicunt, cum talia in derogationem ecclesiasticæ libertatis præsumantur, eo ipso excommunicationis sentẽtiam decernimus subiacere. Ista sunt formalia verba illius. c. fi. Vnde pondero subtiliter tex. in versi. cum talia presumantur in derogationem ecclesiasticæ libertatis: ergo si sunt alia non similia expressis, in d. c. fi. nõ habet locum dispositio. d. c. fi. Et sic non præsumuntur facta in derogationem ecclesiasticę libertatis, & ideo tex. ille apponit sententiam excommunicationis fulminatoriè in quantum dicit, eo ipso. Facit, quod in simili habetur in c. licet canon, de ele. li. 6. Ideo tex. ille est restringendus quod expressa ibi, & ad similia ibi expressis, & ideo tex. ille facit totam vim in illis ibi expressis, dũ dicit, cum talia &c. quasi velit dicere, ꝙ faciendo, & statuendo illa, præsumitur in derogationem libertatis ecclesiasticę statuisse ex eo: quia illi sic statuentes prohibent vendi clericis ea, quæ præstant pabula humanæ vitæ, iuxta no. in l. 2. ff. de nũdi. quo casu nullus fauor reipublicę, nulla vtilitas ciuitatis potest suaderi in tali prohibitione. Sed in casu nostro non est sic: quia istud statutum se fundat super vtilitate publica, videlicet ne fraudentur collectæ, & impositiones pro necessitatibus ciuitatis, & imperij releuandis. Et sic tale statutum vr̃ loqui quoad bona immobilia annexa oneribus collectarum pro necessitatibus ciuitatis & imperij. Vnde non prohibent commercia, ne clericis vendant, aut emant a clericis, ne panes coquant &c. vt dicit tex. in d. c. fi. Et ideo indubitãter ille tex. non obstat huic statuto ex eo, qa in alio casu longè diuerso, & separato loquitur. Et ꝙ hoc sit verum, allego gl. in d. c. fi. dum dicit, cum clericis actio de dolo competat ad suum damnum consequendũ, quę competit, quandocunq; aliquid dolo fieret. Et si bene & subtiliter ibi glo. ponderetur, sentit illum tex. procedere: quia laici dolo inducti fabricãt illud statutũ in damnum, & pręiudicium clericorum, ꝙ apparet manifestè per illum tex. d. c. fi. quia eo ipso, ꝙ statuunt, ꝙ nemo vendat clericis, ꝙ nemo emat a clericis, ꝙ nemo eis molat, ꝙ nemo coquat panes, vr̃ moueri dolo: quia talia statuere non coadiuuãt rempublicã: imo sunt ꝯ rempublicam, quæ consistit in sacris, & sacerdotibus. Sed in casu nostro datur ratio expressa & vera, propter supportanda onera ad releuãdas necessitates ciuitatis, vel imperij. Et loquitur tale statutum in bonis immobilibus, si bene ponderetur: ergo sequitur, ꝙ tale statutum non emanauit a dolo, & iniquitate statuentium, & sic d. c. fi. nullo modo obstat huic statuto. Præterea facit, quod voluit Bald. in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de consti. versi. quęritur, nunquid si statutum prohibet alienari in clericum, an valeat: dicit, ꝙ si principaliter tale statutum emanauit in odium ipsorum clericorum, non valet. Sed si emanauit principaliter in fauorem reipublicæ, vt respublica non fraudetur suis functionibus, bene valet statutum, ſm quosdam magnos doctores: quia super proprio territorio fecerũt statutum, quod durat proprium in suo vniuersali: sicut patet: quia de cõtractibus & delictis ibidem factis habetur iurisdi-
12 ctio, & contractus facti † in fraudem, vel in damnum fisci, non debent fisco nocere, nec minus videt fauorabilis respublica, quàm ecclesia. l. fi. C. de sacr. san. eccl. dicit tamẽ ibi Bal. de hoc esse varias opiniones, & sic magni doctores consuluerunt tale statutum valere, & tale statutum non emanauit in fraudẽ clericorum,

ricorum;aut ecclesiasticę libertatis,& sic.d.c.fi.ideo
non vendicat sibi locū in isto statuto : quia d.c.fi.lo-
quitur eo casu, quo in suffocationē libertatis eccle-
siasticæ statuitur,ita vt in illo.c.continetur,quod nō
est sic in casu nr̄o. Ergo sequitur,ꝙ tale statutum va-
luit,& tenuit. Facit,quod voluit D. Franciscus de Al
bergotis,qui in quæstione facti consuluit,tale statu-
13 tum valere,nec esse ꝯ libertatem ecclesiæ. Nam † ec
clesia ꝯtrahendo non fungitur iure speciali,sed iure
communi cum alijs.ergo in hoc non versatur liber-
tas ecclesiastica: q̄a illa dr̄ libertas ecclesiastica,quæ
non competit omnibus,sed ecclesijs dumtaxat,arg.
l.hoc legatum.ff.de leg.3.quia priuilegium debet ali
quid speciale indulgere.3.di.priuilegia.C.de thesau.
14 l.1.lib.x.c.priuilegium,de reg.iu.li.6. Dicitur † enim
propriè libertas ecclesiastica,quando habet priuile-
gium,per quod tueatur non communiter cum alijs,
sed iure speciali:& potuit statutum,quod est aduer-
sus laicos vendentes,eos reddere inhabiles in admi-
nistratione rerū: maximè quæ sunt in territorio sta-
tuentis, insti.de contrahen.empt.§.fi.instit.qui.alie.
non li.per totum.l.1.ff.de rebus eo.C. quæ res vend.
nō poss.per totum. Et ex vi prohibitionis contractus
per subiectum cum non subdito celebratus infirma
tur.C.de commer.& merca.l.2.licet Io. And.tenue-
rit ꝯtrium in d.c.fi.de immu.eccle.lib.6. Facit etiam:
quia quilibet potest disponere de rebus suis , prout
vult,& quilibet habens iurisdictionem potest facere
statuta in rebus suis. Statutum istud de se est licitum
vt apparet per iura præallegata. Et econtra in tradi-
tione rei suæ etiam facienda specialiter , & expressè
ecclesiæ, potest laicus etiam priuatus formam adij-
cere,qua non seruata contractus,qui tenuit, rescin-
di possit.c.cum dilecti,de don.c.verum,de cond.ap
po.vbi res traditæ ecclesię reuocantur voluntate lai
corum tradentium. Facit ad hoc.l.fi.C.de pact.inter
15 empt.& ven.vbi validum est † pactum,ne fiat capel-
la in fundo vēdito. ergo multo fortius erit validum
statutum populi habens optimam rationem pp pu
blicam vtilitatem,vt superius est ostēsum. Præterea
16 etiam facit:quia illa † lex & statutum non potest di-
ci esse contra libertatem ecclesiæ, per quam limita-
tur potestas subiectorum circa res suas: vt voluit Ia.
But.in d.auth.cassa.C.de sac.san.eccl. hoc probatur
insti.ad l.fal.in prin.& insti.de suc.lib.§.sed nostra.&
ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.l.2.etiam si talis limi
tatio induceret priuationem lucri personarū eccle-
siasticarum.l.j.§.ad municipum.ff.ad l.falci.l.si quis
ad declinandam.C.de episc.& cler.auth.si qua mu-
lier.C.de sac.san.eccl. Sed ex huiusmodi statuto limi
tatur potestas subditorum quoad res eorum : ergo
non debet censeri cōtra libertatem ecclesiasticam.
17 Præterea facit,illud statutum,quod inuitat † ad me-
lius,quàm si non esset factum,non est improbandū.
l.1.post prin.ff.de iusti.& iur. Et econtra,illud est re-
probandum,per quod quis inuitatur malum.l.con
uenire.ff.de pactis dota.cum sim. Sed in casu nostro
per istud statutum inuitantur personæ ecclesiasticæ
ad melius,quam si prohibitio statuti non esset:nam
amoto tali statuto,clerici desiderarent emere res lai
corum,& ad agriculturam,& ad auaritiam intende
rent,& diuina officia,& eleemosynas pauperum ne
gligerent contra iura communia , & vulgaria , & ex
prohibitione talis statuti inuitatur ad melius : ergo
tale statutum est laudabile,& pro libertate ecclesię,
& nō contra libertatem ecclesiæ.l.2.C. de episcopis
& clericis.c.diuersis fallacijs,de cler.coniuga. Præte-
rea facit:quia illa.l.nō debet dici contra libertatem
ecclesię,vbi ecclesia & personę ecclesiasticę oneran
tur publica vtilitate : vt d.l.ad instructionem .& d.l.
nullus,de cursu publico.li.12.C. Sed prædictum sta-
tutum fundatur super publica vtilitate : vt est supe-
rius dictum:ergo &c. Præterea accedat:quia longę-
uum tempus,consuetudo,priuilegium Papę & prin
cipis ęquiparantur.l.2.§.Cassius.& l.in ꝯcedendo.ff.
de aqua plu.arc.l.hoc iure.§.ductus aquę.ff.de aqua
quoti.& æsti.c.super quibusdam.§.præterea,de ver.
18 sig.quinimo † ex longinquitate temporis præsumi-
tur consensus interuenisse.l.qui in aliena.§.ꝙ si adie
rit.ff.de acquir.hære.l.si filius.C.de peti.hære.sed ta-
le statutum longęuis temporibus est,seruatum ferè
per omnes ciuitates Italię sciente & patiente Roma
no Pontifice: ergo sequitur,ꝙ saltem ex tacito con-
sensu Romani Pōtificis tale statutum valet & tenet.
Facit in simili,quod voluit do.Card.in c.a nobis, de
19 deci.vbi loquitur † de consuetudine Venetorū,qua
disponitur,ꝙ decimæ non soluantur, nisi in morte:
dicit tamē consuetudinem tenere,& valere, ex quo
Papa scit & tolerat. Præterea facit,quòd quis putat
æquum in persona sua,debet reputare æquū in per-
sona alterius.l.si duo patroni.§.si quis,& §.seq.ff.de
iureiur. quia non debet postulare id , cuius contra-
rium non esset postulaturus : quia ita debet putare
in alio , quod vellet alium sibi facere.l.penult.C.de
solut.l.si ea l.C.de vsur.& in euangelio scriptum est,
quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos
eadem facite ipsis.j.di.humanum genus:s̄d ita est,ꝙ
ecclesia putauit æquū in se, ꝙ res immobiles eccle-
siæ non possint alienari in laicos sine certa solēnita-
te,& licentia superioris,vt per to.tit.de rebus eccles.
non alie.12.q.2.c.sine exceptione.& c.alienationes.
ergo æquum debet putare in persona laicorum , ꝙ
nō possint in clericos alienare:& maxime,quia hoc
vr̄ certo iure approbatum: vt in vsi.feu.vt in d.c.1.§.
donare.qua.olim feu.po.alie.ergo non censetur esse
cōtra ecclesiasticam libertatem tale statutum:quia
sicut valet dispositio feudorum in hoc,quia certa ra
tione introductum est in fauorem domini feudi,ita
dicamus valere statutū : quia certa ratione propter
publicam vtilitatem introductum est tale statutū.
20 Pręterea facit,vbi est † eadem ratio,ibi,idem ius de-
bet esse.c.inter corporalia , de transla.episco.l.illud.
ff.ad legem Aquil.cum simi.sed ita est,ꝙ lex statuit,
ꝙ rectores & officiales sunt prohibiti contrahere cū
suis subditis durante officio : quia cum talibus con-
trahendo propter metum possent rebus suis de faci
li depauperari.l.j.C.de contrac.iudi.l.licet.ff.de con
trah.empt.cū si. ergo eadem ratio erit in proposito
propter potentiam & priuilegia clericorum,& ma-
gnam inopiam pecuniarū laici possent de facili de-
duci per clericos ad paupertatem. Et ideo statutum
istud considerans hoc , non debet censeri contra li-
bertatem ecclesiasticam,nec debet cēseri illicitum:
nam fundamentalis ratio huius statuti est , propria
charitas incipiens a seipsa: vt d.l.præses. ¶ Et si qui-
spiam dixerit,amice,contrarium tenuit Bar. videli-
cet tale statutum non valere , & esse contra liberta-
tem ecclesiasticam,in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de le-
gat.1.vbi quærit,statuto cauetur,ꝙ immobilia non
possint alienari in non subditum , an tale statutum
cōprehendat clericos,& ecclesias,& decidit,ꝙ non:
quia tunc esset contra ecclesiasticam libertatem,&
sic sentit Bart. tale statutum esse contra libertatem
ecclesiasticam,& ita etiam tenuit D. Pe.de Anch.in
d.c.fi.de immu.eccle.lib.6.& ita etiam consuluit in
accidentia facti, ad hoc induco elegās consilium D.
Bal.positum inter consilia Petri de Anch.quod inci
pit,factum,super quo petitur ꝯsilium,in 12.consilio,
vbi consuluit,cōe ciuitatis Spoleti exercet suā iuris-
dictionē tp̄alem in ipsa ciuitate,modo Archiepisco
pus Spoletensis habet ibi in flumine quoddam mo
lendinum:cōe verò hēt plura molendina,& licebat

passim cuiq; ire ad quęcunque molendina volebat, & in dictis molendinis soluebatur certa pars frumenti pro mulitura. Contingit, ꝙ conductores, qui dicta molendina conducebant a communi, accipiebant pro certis pensionibus annuatim occultè, & contra statuta dictæ ciuitatis bladū, quod accipiebant pro molitura, non reportabant ad ciuitatem, sed occultè in dictis molendinis vendebant forensibus. Vnde ab obuiandum præmissis, & ad augēdum introitus dicti ciuitatis propter varias expensas occurrentes, per ipsum commune fuit prouisum, & ordinatum, ꝙ pro sustentandis expēsis dicti communis quilibet subditus communi Spoleti faciens portare bladum ad molendinum, debeat soluere duodecimam partem bladi ad portam ciuitatis, & cum alijs certis formis, & modis, vt in dicto consilio continetur. Modò Archiepiscopus dicebat, dictum ordinamentū fuisse factum contra ecclesiasticam libertatem, licet nō directo, tamen per obliquum: quia per hoc multi non vadunt ad eius molendina, qui irent, & per consequens molendina minus valent. Commune verò dicebat valere tale ordinamentum, & potuisse fieri per commune: quia potuit imponere legem laicis sibi subditis, ꝙ autem tale ordinamentum valeat, videtur probari ex persona statuentium. Secundò ex persona eorum, quibus imponitur tale onus. Tertiò ex causa & ratione statuti. Quartò ex regula naturalis, & ordinatæ charitatis: nā commune habet temporalem iurisdictionem, quam potest in suos exercere: vnde bona consequentia est, ciuitas habet iurisdictionem in subditos: ergo potest statuta condere sup eos: vt patet in diffinitione iurisdictionis, quæ ponitur ab Azone, & Accursio in l. 1. & 3. ff. de legi. l. fi. ff. de decre. ab ordine facien. Tertiò arguitur, ratio statuti iustificat ipsum statutum, & reddit ipsum rationabile: ideo iurisconsulti quasi de quolibet edicto prætorum rationem reddiderunt: sed optima ratio redditur in tali statuto: & est probabilis, & necessaria, ergo. Quartò arguitur, commune Spoleti tenetur ex ordinata charitate magis ꝓspicere sibi, & suis necessitatibus, quam Archiepiscopi: cōmune enim multa supportat onera, quæ sine pecunia expediri non possunt. vnde si facit huiusmodi ordinamentū: vt commune habeat, vnde possit supportare expensas, licet redditus Archiepiscopi minuātur, non propterea debet dici lex iniqua, quam legē fouet simul charitas, & ratio naturalis: vt d. l. præses. non enim imponit falcem in messem alienam: sed solū in subditos, quibus collectam, & onus imponere potest. l. rescripto. §. fin. ff. de mu. & hon. Quintò arguitur, de loco ad personam. l. vinum. ff. si cert. pet. sed in loco meo possum facere, quod volo personaliter, vt mihi prosim, licet in consequentiam alijs noceam. Idem erit in personis, vt possit ciuitas legem suę rei vtilem promulgare: licet redditus episcopi minuantur. Bal. ibi alle. in contrarium. d. c. fi. de immu. eccle. lib. 6. & respondet ad illum tex. ita, vt ego respondi superius: quia prouisio illius. c. procedit, quādo in derogationem libertatis ecclesiasticæ illud fit. Sed in casu nostro cessat ratio præsumendi fraudē: quia, vt dictum

21 est, † non videtur fraudem committere, qui se plus altero diligit. vnde cum tale statutū factum sit pro bono ciuitatis, quod est tale, quale bonum ecclesiarum, vt in d. l. fin. de sacr. san. eccl. Et licet in quæsitis laici nullo ingenio possint præiudicare ecclesijs: tamen in quærendis possunt, si non malo animo hoc faciāt: sed bono, principaliter vt reipublicæ suæ prosint, & respondet ibi Bal. ad auth. cassa. C. de sac. san. eccl. & ad c. nouerint, de sen. excom. & ad c. non minus, de imm. eccl. & ibi consuluit D. Bal. quod consilium indubitater apponit gladium ad radicem huius quæstionis. Et sic ad dictum Bar. potest responderi, quòd licet Bart. ita ibi dixerit in discursu lecturæ, non tamen istum passum ita maturè examinauit, vt

22 fecit Bald. in contingentia facti, & sic standum † erit ei dicto, quod maturius & appensatè magis est examinatum: vt l. diui fratres. ff. de iurepatro. Præterea etiam est aduertendum summopere in hoc statuto; qā dr̄ in pūcto, ꝙ ciuitas inuenit in hoc priuilegiata, an tale statutum in hoc possit sustentari intuitu priuilegiorum: & sic non solùm sumus in dispositione iuris municipalis, sed sumus in priuilegio concesso a maiestate imperatoris, quo casu licet D. Pe. Io. An. Io. Cald. & Bar. tenuerint tale statutum non valere, tanquam contra ecclesiasticam libertatem: tamen ibi hoc dixerunt, quādo dumtaxat emanauit super hoc solum statutum. Sed quando interuenit priuilegium imperatoris, Bar. Io. An. & alij nihil dixerunt: ergo nos sumus extra terminos. Io. An. Bar. & sequa. quo casu do tex. decidentem istam q. in l. fi. C. de exacto. tribu. lib. 10. vbi tex. dicit. Si diuina domus, & cuiuslibet dignitatis, & fortunæ re vera fundos extra metrocomias &c. vbi text. vult, ꝙ in ecclesiam certæ res non possunt alienari: vnde sequitur ex hoc, ꝙ si

23 † est potens ad disponendum, ꝙ res non possint alienari in ecclesiam, sequitur, ꝙ idem poterit disponere statutum. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Si dicatur, ꝙ glo. ibi exponit diuina domus. i. regia, quæ dicitur domus diuina: vt in l. fi. C. de quadri. præscr. vnde secundùm istam expositionem ille tex. nihil facit ad hoc. Resp. ꝙ gl. non fuit cōtenta illa expositione: vt intelligatur domus diuina. i. regia, sed exponit diuina domus. i. ecclesia, & ista expositio est verior: ex quia tex. d. l. fi. C. de quadri. præscr. dicit, nostras diuinas domos, quo casu venit domus regia. Sed in d. l. fi. de exacto. trib. non apponitur verbum nostra: ergo sequitur, ꝙ nō tenetur allegari, ꝙ diuina domus intelligitur, idest domus regia. Vnde Bar. ibi amplexus est istam expositionem: & dicit, ꝙ illud procedit in l. imperiali, secus dicit esse in statutis: vnde dicit, ꝙ lex imperialis prohibens emere, comprehendit ecclesias: statutum verò ciuitatis hoc non posset: quia est contra libertatem ecclesiarum. alleg. auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. Ita ibi dixit Bar. Et sic facit differentiam Bar. inter legem imperialem, & legem municipalē: sed in casu nostro ciuitas reperitur in hoc priuilegiata ab imperatore, vt præsupponitur in pū-

24 cto: ergo sequitur, ꝙ tale † statutum, posito, non tamen concesso, ꝙ non valeat vt statutum, tamen valebit ex viribus & robore priuilegij imperialis. Et secundùm hoc euitatur illa varietas opinionū, vtrum illud statutum valuerit: & certè est dicendum, ꝙ valuerit ex rationibus, & iuribus superius allegatis: tū quia magni doctores ita consuluerūt, vt retulit Bal. in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. Et ita etiam consuluit Franciscus de Alberg. & ita ipse tenuit, & consuluit in locis allegatis superius, & ita tenuit D. Signor. de Mediolano, & rite disputauit Mediolani, vbi tale statutum viget domi. Ricar. de Saluce. qui ita determinauit citato, & vocato collegio Mediola. coram Archiepiscopo Mediolanensi, vt superius retuli, & ista pars est verior de iure, & sustentabilior, maximè considerata opulentia ecclesiarum, & consideratis oneribus reipublicæ, & pauperie populorum tale statutum valet: & tenet. Et casus iste est sine ruga, & dubitatione propter concurrens priuilegium imperij: vnde intuitu priuilegij imperialis potuit ciuitas super hoc statuere, vt est casus singular. in dicta l. fina. C. de exactor. tribut. ad quam legem cum doctrina Bart. nemo scribentium, nec antiquorum, nec modernorum animaduertit. Bene etiam facit prædicta, quod voluit Bar. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. vbi

vbi dixit, ꝙ tributa ex rebus soluenda, soluit ecclesia ideo Eugubini: quia in territorio suo erant ecclesię, & monasteria multũ potentia, & quę exhauriebant totum patrimonium priuatorũ, ideo prouiderunt, & fecerũt omnia prædia tributaria, vt ad quemcunque illa prędia transirent cum onere soluendi tributa transirent, & idem voluit idem Bar. in l. scripto. §. fi. ff. de mu. & ho. & in d. l. fi. C. de exacto. tribu. li. 10. & in l. 1. C. de mulier. & in quo loco libr. x. Est tamen verum, ꝙ illud dictum Bart. est dubium, de quo per Bald. in d. l. placet, & per doct. in c. fi. de vit. & ho. cle. & per D. Abb. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. & per Bar. in suis consilijs, & Bald. in consi. incipien. In Christi nomine Amen. ecclesia tenetur &c. & per Ang. in cons. incip. onera realia. & Bar. in cons. incip. si aliqua possessio. Tamen Bald. in d. l. placet. distin-
25 guit circa istam doctrinam Bar. ꝙ † aut ex ordinatione principis prędia efficiuntur tributaria, & tunc ecclesia, ad quam transeunt illæ res tributariæ, agnoscit, & soluit illa onera realia. 11. q. j. c. si tributum. Secus autem si per inferiorem a principe hoc ordinetur: quia tunc non tenetur ecclesia ad tributa, nisi essent tributa pręteriti temporis, quia postquam res est effecta iuris ecclesię, liberatur a tributo, per dicta authen. Item nulla cõitas. Et sic Bald. facit differentiam, an illa ordinatio fiat per imperatorem, an per inferiorem. Sed nihil ad hoc allegauit: potuit allegasse d. l. fi. coniuncta doctrina Bar. in d. l. fi. C. de exacto. tribu. lib. 10. ideo videtur in proposito nostro dicendum, ꝙ si ista ciuitas habet priuilegium ab imperatore, circa hoc poterit facere omnia sua prędia tributaria: & si postea trãsibunt ad ecclesias, tenebitur ecclesia ad onera præteriti tẽporis, & futuri. Et ideo videtur ex superioribus dictis concludendum, quòd aut est dumtaxat statutum disponens, ꝙ bona non possint vendi per suos subditos ecclesijs, aut ecclesiasticis personis propter onera subeunda, ad releuandam ciuitatem, & imperium, necessitatibus tota die occurrentibus: & tunc tale statutum est de iure validum propter bonum commune ciuitatis, & imperij, & est bene ponderandum: quia ad validitatem talis statuti concurrit vtilitas, & necessitas imperij, quo casu videtur esse substentabilius, nec hoc casu loquutus est Io. And. Io. Cald. Bar. & Pet. de Anchar. Et per consequens concludo, ꝙ licet ista ciuitas non esset priuilegiata ab imperatore circa hoc, tamen valeret tale statutum: vt consuluerũt Signorolus, Franciscus, & Bal. Aut istud statutum emanauit a ciuitate habente priuilegium circa hoc ab imperatore, & tunc multo fortius valebit tale statutum, per elegantem doct. Bald. in d. l. placet, & Bartol. in d. l. final. de exacto. tribu. lib. 10. Et per consequens concludo, tale statutum valuisse, & valere de iure, præcipuè cum ista ciuitas habeat circa hoc priuilegium ab imperatore, & ita concludo.

EPITOME.

Statutum laicorum refrenans audaciam impetentium honestas mulieres in vxores, valet, & tenet, nec dicitur contra libertatem ecclesiasticam, cum non reddat clericos timidiores, nec tollat priuilegia ecclesiastica: item, quòd vbi ex eodem crimine offenditur iudex ecclesiasticus, & secularis, vterque iudex potest punire, nec pœna temporalis tollit spiritualem, aut contra.

SVMMARIVM.

Statutum quando dicatur contra libertatem ecclesiasticam. numero 1.

Pœna temporalis non tollit spiritualem, nec contra. nu. 8.

CONSILIVM XXXI.

Omnia quęcunque facitis in opere, aut sermone, in opere domini nostri Iesu Christi facite. tex. est in cap. non liceat. 26. q. 5. ideo optimi, & clementissimi Dei omni inuocato præsidio circa consultationem, de qua quæritur, videlicet viles personæ impetũt honestas mulieres super matrimonio, & cum succumbunt nulla pœna infertur, nisi condemnatio expensarum, quę quandoq; omittitur: ideo ciues ad compescendam huiusmodi audaciam statuerunt, quòd succumbentes actores extra ordinem puniatur. Episcopus dicit hoc vergere in præiudicium ecclesiasticæ libertatis, vtrum hoc sit verum. Et circa hoc est bene considerandum, an hoc dicatur contra libertatem ecclesiasticam. Et quidem Barto. in l. cunctos
1 populos. C. de summa trinita. dicit, quòd † tunc dicitur statutum esse contra libertatem ecclesiasticam, quando est contra priuilegia concessa ecclesijs, clericis, & ecclesiasticis personis a Papa, vel a principe, alleg. Inn. in c. nouerint, de sent. excom. & istud voluit Cy. in auth. cassa. de sacrosan. eccle. per illum text. in versicu. aduersus canonicas, vel imperiales sanctiones &c. Et idem Bar. in d. authen. cassa. dicit, statuto cauetur, ꝙ quicunque occiderit clericum, puniatur in 10. lib. an istud statutum sit contra libertatem ecclesiæ, dicit ꝙ non, secundùm dictam determinationem Inno. & Cy. nam ciuitas statuit pro homicidio maiorem pœnam in alijs: sed in clericis statuit minorem, vnde tale statutum nihil facit contra priuilegia concessa clericis a Papa, vel imperatore: sed aufert clericis beneficium ipsius statuti. Subdit postea Barto. se determinasse in scholis, ꝙ illa dicuntur esse contra libertatem ecclesiasticam, propter quæ clerici efficiuntur timidiores, allega. l. j. §. quæ onerandę. ff. qua. re. actio non da. sed per illud statutum clerici efficiũtur timidiores, & alij efficiũtur audaciores: ergo dicitur ꝯ libertatem ecclesię, & istud dictum dicit esse vtilius, quam dictum Inno. si esset verum. Et sic dubitanter loquutus est Bar. sed idem Bar. in d. §. quæ onerandæ. dicit hoc idem assertiuè, & indubitanter. Et cum hoc dicto Bar. transiuit D. Archiepiscopus Panormitanus in d. c. nouerint, & in repetitione. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de consti. transiuit ẽt cum illo dicto Bar. Bald. in d. auth. cassa. dicit de hoc fore gl. si. in auth. de non alie. §. vult enim. super ver. degeneri. Ang. in d. §. quę onerandę. dicit pro hoc dicto Bart. fore ibi casum, vbi causa onerandæ libertatis intelligitur esse facta omnis ꝑmissio, cuius timore libertus semper redditur subiectus, & timidus, alle. no. per Io. An. in c. fi. de immu. eccle. lib. 6. Cum dicto Inno. transiuit Sal. in d. auth. cassa. dicit tamen se intelligere, quãdo statutum est contra priuilegium concessum ecclesiæ, aut clericis a quouis alio non solum a Papa, & ab imperatore. Et cum dicto Bart. transiuit D. Pet. de Ancha. in repetitione. c. 1. de consti. in 11. articulo, vers. sequitur discutere. in ratione. q. quæ incipit, quęro igitur circa hoc, quę statuta dicantur contra libertatem ecclesiasticam D. Cardin. Zabare. in repetitione. c. perpendimus. de sent. excõmuni. vers. nunc examinanda est secunda quæstio. reputat dictum Inno. fore singulare, inquantum voluit in d. capi. nouerint, quòd tunc statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticã esse, quando est contra priuilegium indultũ ecclesię vniuersali, & etiam alle. dictum Bar. prçallegatum, & subdit, ꝙ tunc dicitur esse statutum contra libertatem ecclesiasticam, per quod clericus efficitur timidior: quia tunc bene resultat dispositio contra libertatẽ ecclesiæ, & priuilegia concessa ecclesiæ vniuersali. Et subdit, cõitas

ſtatuit, vt per ſuos iudices non reddatur ius prelato talis eccleſiæ contra ſuos debitores, an ſit contra libertatem eccleſiæ: videtur, ꝙ non, per illud dictum Inn. quia fit contra particularem eccleſiam dumtaxat, alleg. ēt; quia potuiſſet communitas ex toto reuocare iuriſdictionē a ſuis iudicibus: vt l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. c. paſtoralis. §. præterea, de offi. deleg. Et per ꝯñs poteſt in parte limitare dictū c. paſtoralis. verſi. itē cum totum. Contrarium decidit: quia fit ꝯ priuilegium conceſſum ab imperatore omnibus clericis: vt in auth. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. probatur in c. 2. de except. li. 6. non enim hic læditur dūtaxat particularis prælatus, imo tota eccleſia vniuerſalis, & eius libertas: ſicut & quando vnus clericus conuenitur corā iudice laico, fit iniuria toti ordini clericali: vt in c. inolita. & c. placuit. 11. q. 1. c. ſi diligenti. de foro competenti. Idem dicit, ſi ab vna eccleſia particulari exiguntur collectæ per laicos: nam tunc violatur libertas eccleſiaſtica, de quo in c. non minus. & in c. aduerſus, de immu. ecc. Et ſubdit, ꝙ fit ꝯ libertatem eccleſiæ qñcunq; tollatur, vel diminuatur libertas eius, ēt ſi ſit eccleſia particularis, alle. c. 1. de immu. eccle. lib. 6. verſi. lædere, vel diminuere. Et procedit, qñ iſta libertas non eſt huius eccleſiæ particularis, ſed eſt generalis aliarum eccleſiarum, & ideo dicit, ꝙ turbans iuriſdictionem in vnius ordinarij eccleſia, turbat libertatem eccleſiæ, & dicitur facere iniuriam eccleſiæ vniuerſali. c. qm̄, de immu. eccle. li. 6. & refert queſtionem, quę fuit in contingentia facti. Cōitas terræ Prati in Tuſcia fecit ſtatutum, ꝙ nullus præſumeret allegare, ꝙ præpoſitus eccleſiæ Patrenſis non habeat, quaſi iuriſdictionem epiſcopalem in loco; dubitatum fuit, an eſſet tale ſtatutum contra libertatem eccleſię: videbatur ꝙ non, imo potius fauebat eccleſiæ Pratenſi. contrarium decidit, & dicit ita conſuluiſſe Lapū: nam per talem ſtatutum tenebatur libertas epiſcopi diœceſani, qui in ſpirituali iuriſdictione fundat intētionem ſuam de iure communi in tota diœceſi. c. 1. de offi. ordi. c. cum epiſcopus, eod. titu. lib. 6. ita ꝙ nullus inferior epiſcopo habet iuriſdictionē in loco, ſeu in tota diœceſi. ca. perlatis. 25. diſt. & dicit eſſe caſum in c. quoniam, de immu. eccleſ. & in c. fi. de re. eccle. non
2 alie. eſt enim † violatio libertatis eccleſiaſticæ, ſi laici diſponunt per modū auctoritatis in aliquo de rebus eccleſiæ: vt in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitu. & cap. bene quidem. 96. diſtin. ſubdit etiam ibi domi. Cardin. ꝙ ſi eccleſiæ particulari, vel alicui ſpeciali ordini competat, aliquod particulare priuilegium, & illud violetur, ponit exemplum in ordine Ciſtercienſi, ad reſpondendum coram ſe per reſcriptum non faciens mentionem de illo ordine, an faciat contra libertatem eccleſiaſticam, concludit, ꝙ non per doctrinam Innoc. in d. c. nouerint. Oportet tamē ꝙ hoc caſu citatus alleget ſuum priuilegium & ideo concludit do. Car. ibi, ꝙ ſtatutum dicitur fieri ꝯ libertatem eccleſię, quandocunque violatur priuilegium conceſſum ſuper generali libertate eccleſię, & hoc ſiue violetur quoad omnes eccleſias, ſiue clericos, ſiue quoad vnam eccleſiā, vel clericū: quia oēs eccleſiæ ſunt vna eccleſia: vt in cap. loquitur. 24. q. 1. de ſum. tri. c. j. §. vna. cle. 1. §. ad hæc, de exce. præla. cle. 1. de ſent. excō. ſecus de libertate particularis eccleſiæ. i. non competenti eccleſiæ generali, & hæc dicit eſſe perpetuo not. quia per neminem ita bene tacta. Bal. not. in d. auth. ſtatuimus, tranſit cum dicto Inn. in d. c. nouerint. Facit pro dicto Bart. c. grauem, de ſent. excom. ꝯiuncto. d. c. nouerint. vbi formaliter probatur dictum Bart. facit ēt. c. 1. de priuilegijs. li. 6. vbi dr̄ fieri ꝯ libertatem eccleſiæ, vbi violatur priuilegium exemptionis eccleſiæ, modo apparet ex iſtis dictis, qñ ſtatutum dr̄ fieri ꝯ libertatem eccleſiaſticā.

¶ Reſtat ergo pro clariſſima deciſione huius ꝯſultationis, an ciuitas per ſtatuta ſua refrenās audaciam & temeritatem litigantium in cauſis matrimonialibus, q ſunt ſubditi ipſius ſtatuentis, dicatur impedire iuriſdictionem epi, & per ꝯñs dicatur impedire eccleſiaſticam libertatem. Et certe mihi vr̄ dicendum
3 ꝙ non. & ante oīa præmitto, calumnioſos † eſſe exoſos legibus poſitiuis & diuinis, vt in cle. vt calūnijs, de re iudi. c. calumniam, de pœn. non enim eſt indulgendum malitijs hoīum. l. in fundo. ff. de rei vend. c. vt circa, de elec. lib. 6. c. ſedes, de reſcr. c. ſignificante, qui ma. accu. poſ. facit gl. in ver. malignantium. in c. cupientes, de elec. & quod pulchrè voluit Inn. in c. j. de offi. vica. vbi dixit, ꝙ libellus calumnioſus eſt per
4 iudicem reijciendus. Et ideo dicimus, ꝙ† continuus litigator, quia prēſumitur calumnioſus, eſt repellendus a iudicio, tanquā non dicatur perſona legitima, vt ex tex. in c. ſuſpecto, & c. nullus. 3. q. 5. & ēt facit, qd̄ no. gl. in l. vbi pactum. C. de tranſ. Præmitto ēt, ꝙ ex-
5 pedit† reipub. lites dirimere: vt l. quidam exiſtimauerūt. ff. ſi cer. pe. l. 1. §. & poſt operis. ff. de ope. no. nū. l. properandum. C. de iudi. c. finem litibus, de dolo & contu. & per ꝯñs expedit reipub. lites non ſuſcitare, & compeſcere calumnias quotidie excogitātium lites. quinimo dicit glo. multum ſing. in c. placuit. 90. diſtin. ꝙ intantum iura abhorrent lites, ꝙ eps poteſt compellere laicos per cenſuram eccleſiaſticam, qui diu litigarunt coram iudice laico, vt reducantur ad
6 concordiam, & ſic† odio litium pōt iudex eccleſiaſticus apponere manus ad perſonas ſibi nō ſubiectas.
7 Premitto ēt, ꝙ vbi ex eodē crimine † offēditur iudex eccleſiaſticus, vt iudex laicus, tunc vterq; iudex pōt illū punire, vñ Bal. in l. cūctos pp̄los. C. de ſum. tri. in ver. mō circa hoc incidit talis qō: quidā ꝯmiſit inceſtū cum ꝯſanguinea & nupta, quod crimē pertinet ad eccleſiam, ſaltem quoad eccleſiaſticam pęnam: vt plenè per eundē Bal. in auth. clericus. C. de epiſ. & cle. Modò eps condemnauit iſtum ad pœnam perpetui carceris. Ptās vult eum decapitare, vtrum poſſit, arguit ibi Bal. ꝙ pōt. Sed non decidit ex eo: quia tūc pendebat de facto, Sed idem Bal. in l. placet. C. de ſa-
8 ſan. eccl. decidit† ꝙ pōt vterq; iudex apponere pęnā, & ſic pęna tpalis non tollit pęnam ſpiritualem, nec ꝯ, pœna ſpiritualis tollit tpalē, & rñdet ibi ad l. Senatus cenſuit. ff. de accu. Idē voluit Bal. in l. officiales. C. de epiſ. & cle. & idē voluit Lapus Abb. in c. j. de vſur. vbi dixit, ꝙ licet iudex eccleſiaſticꝰ puniat vſurariū, tñ iudex laicus poterit etiam eū punire, ſequitur ibi D. Dñicus, & ideo dixit Ia. Bu. in d. l. placet. C. de ſacſan. eccl. ꝙ ſi quis violauit priuilegia eccleſiæ, poterit puniri a iudice eccleſiaſtico, & a iudice laico. & facit, quod voluit Ang. in rub. l. ſi vacantia. C. de bonis vac. li. x. de illo, qui pro eodem delicto fuit punitus Eugubij & Peruſij. Non erit mirādum ergo, nec alienum a iure, ꝙ pro eodem delicto ciuitas puniat ſuum ciuem, & ēt eps illum puniat pro eodem delicto: & ſic de iure poterit ciuitas, punire ꝑ calūniam litigantē in cā mr̄imoniali, & ēt eum poterit punire
9 eps: licet† cauſa matrimonialis ſit eccleſiaſtica & ſpiritualis: vt in cle. diſpendioſam, de iudi. & c. lator, & c. ꝯſanguinei, de re iud. connumeratur. n. inter ſacra matrimonium: vt dicit glo. ſolenniter in c. veniens,
10 de trāſa. Prēmitto ēt † ꝙ leges factę ſunt, vt humana coerceatur audacia: vt eſt text. in c. factæ. 4. di. & ibi dicit Dñicus per illū tex. ꝙ iniquū eſt ſtatutū Venetorū, quo cauetur, ꝙ clericus repertus de nocte, ſi oc-
11 cidatur, homicida ſoluat. 5. ſolidos: quia † tale ſtatutū eſt iniquū, & per illud parat̄ via homicidio: dēt. n. apponi pœna nō ꝯtemptibilis, ſed condigna delicto, ad hoc vt homines coerceantur a delicto: vt voluit tex.

tex.in d.c.factæ sunt leges.ideo ex impositione pęnę arguimus quale fuerit delictum: vt in c.non afferamus.24.q.j.facit tex.in l.respiciēdū. ff. de pęnis. vbi tex.dicit,iudicantis est respicere,ne quid durius,aut remissius cōstituat, quàm causa deposcit: nō enim seueritatis aut clementiæ gloria est affectanda, seu perpenso iudicio,prout vna quæque res expostulat statuendum est.Vnde in casu nostro si istud frequētatur in ciuitate,ꝙ per calumniam multi sunt audaces impetere,& molestare in iudicijs honestas feminas, asserendo eas sibi vxores, meritò erit propter istam frequentiam, & quotidianam calumniā im-
12 ponenda pœna seuerior : frequentia † enim delinquendi facit delictum esse grauius: vt l.3.ad fi. C.de episc.audientia:& per omnes in c.at si clerici. de iudi. Dignum ergo fuit ad refrenādam istam audaciā calumniantium frequentem. & quotidianam, vt excogitaretur pœna grauior, quàm imponebatur ex dispositione iuris communis : quia ad hoc factæ sunt leges, vt humana coerceatur audacia : vt in d. c.factæ sunt leges.Fuit ergo iustissima de causa mota ciuitas ad sic statuendū ad refrenandū hmōi fre-
13 quentē calūniam.Præmitto etiam, ꝙ † laici habent iurisdōnē in causis ecclesiasticis quoad certos casus speciales,tex.in c.principes seculi.23.q.5.& ibi gl.dicit, vbicunque potestas ecclesiastica deficit. modo in casu nostro potestas ecclesiastica non compellit, nec refrenat illam frequētiam, & quotidianam calumniam:ergo sequitur, ꝙ non est absurdum, imo est legi canonicæ consonum,ꝙ Potestas laicus circa subditos suos possit se impedire. Istis modo ita præmissis,capio istam quæstionem,& eā fundo hoc mo-
14 do.Istud† statutum factum a ciuitate sustentatur ex persona statuētium:habet enim ciuitas potestatem & iurisdictionem supra subditos sibi;ergo sequitur, ꝙ habet potestatem condendi statutum ligās ipsos suos subditos.ista enim consequentia est iuri consona: quia iurisdictio & potestas statuēdi stant simul: vt patet per diffinitionem Azonis & Accu.cum diffiniunt quid sit iurisdictio : vt in l.j.per gl.ff.de iuris. om.iudi.& per Inn.in c.cum accessissent. de constit. & per Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur. & per Bal.in auth. quibuscunq; modis. C.de sac.san.eccl. ergo ex hoc capite principaliter ex parte communi-
15 tatis istud statutum†valet,& tenet:quia potuit ciuitas hmōi statutum facere. Secundo arguitur ex parte ipsorum subditorū, tenentur enim parere & obedire suo superiori, & legi suæ.l.j.& l.3.de leg.l.fin.ff. de decre.ab ordi.facien.ergo sequitur,ꝙ tales subditi tenentur parere huic constitutioni municipali.& sic sustentatur istud statutum ex persona eorū,q̄bus imponitur;quia subditi sunt. Tertio istud statutum sustentatur ex causa, & ratione : nam causa & ratio ipsius statuti iustificat ipsum statutum, & reddit ipsum rationabile,& ideo iurisconsulti quasi de quolibet edicto p̄torum rōnem reddiderunt:sed in casu huius statuti optima rō redditur:quia emanauit ad refrenandas,& compescendas calumnias laicorum impetentium honestas mulieres ex causa matrimonij:& quia cum succumbebant in causa, calumnia eorum sępenumero remanebat impunita,& sic puniebatur,non puniebatur pęna cōdigna:ideo optima & sancta fuit ꝓuisio prouidere per statutum po-
16 puli aduersus hmōi calūnias,quas†oīa iura puniūt, & detestantur:vt in d.cle.vt calumnijs. & in iuribus superius allegatis : nam fraudibus & calumnijs obuiare publica sitr & priuata nobis suadet ratio.l.si libertus.ff.de iure pat. ergo sequitur,ꝙ potuit ciuitas hmōi statutum facere. Quarto istud etiam ostēdit
17 hoc modo:paria sunt†aliqd fieri in loco,aut in eius subditos,arguendo de loco ad personas,quod argu-est licitum:ista enim sunt similia locus,tp̄s,& persona,& sæpe de vno ad aliud infertur arguēdo.l. nonnunquā.ff.de iudi.l.qui plures.ff.de vul.& pup.l.miles ita.§.& quia diximus.ff.de testa.mili. Sed clarissimū est,ꝙ in loco meo possum facere, qđ volo principaliter,vt mihi prosim,licet alijs in consequentiā noceatur.ff.de dam.infe.l.Proculus. Si autem mihi non prodesset,& obesset alteri,illud facere neque l. 2.§.idem Varus. ff. de aqua plu.arc.ꝙ ergo est in loco,idem est in personis: vt possit ciuitas legē suæ rei imponere vtilē.Vnde posito, non tamen concesso, ꝙ iurisdō epalis impediretur : ex eo quia non ita facile calumniosi,& temerarij perrumperent ad molestandas mulieres honestas in causa matrimoniali:qa timerent, ne calumnia eorum detecta punirētur;tñ ciuitas hoc facit principaliter ꝑꝑ publicā vtilitatem, licet in ꝯñtiam noceat iurisdōni dñi epi in
18 causis matrimonialibus: causæ†enim matrimoniales.sunt decidendæ per episcopos : spectat enim earum cognitio ad epm.c.causam matrimonij. & ca. causam quæ.de offi.deleg.& in c.j.in ver.qui statuta canonum non ignoret.de consangui.& affinita.Tñ hoc non fecit ciuitas ad impediendam iurisdictionem domini epi,sed fecit propter vtilitatem publicam principaliter.Ideo prius in rebus attēdetur iste fauor: vt dixit glo.in l.venia.C.de in ius voc. & in c. si propter tua debita.de rescrip.libr.6.& in ca.sciant cuncti.de elec.eo.li.non ergo debet attēdi,quod venit in consequentiā.l.j.ad fi.l. dicemus.ff.de auct.tu. cum si.|vnde omnis ratio præsumēdæ fraudis cessat in casu nostro:non enim fraudem vr̄ committtere, qui ad publicam vtilitatem prouisionem suam dirigit : non enim est minoris fraudis. ratio reipublicæ,quàm sit ratio ciuitatis: vt l. fina. C. de sacrosan. eccle. vnde cum istud statutū dirigatur ad subditos laicos ipsius ciuitatis, & ad fauorē ipsius ciuitatis, potest dici, ꝙ hæc aqua in suo sinu oritur, & in suis subditis:potuit enim ciuitas suos subditos suis constitutionibus municipalibus ligare,cū non tendant hmōi statuta principaliter in derogationem ecclesiasticæ libertatis. Quod ostenditur : nam ratione
19 publicæ vtilitatis† ecclesiasticæ etiam personæ legibus opprimuntur: vt l.neminem. & l.ad instructiones.C.de sacrosan.eccle. & rō est,qa de facili diuini numinis venia imploratur,ex quo iudiciorum salus procurator.l.prouinciarum.C. de fer.ob publicā ergo vtilitatē, vt subditorum refrenetur calūnia, poterit ciuitas hoc statutum facere.vnde istud statutū non est ꝯ priuilegia indulta ecclesiæ vniuersali a Papa aut imperatore,vel a quouis alio,imo est cōforme iuri canonico, vt calumnia puniatur: vt in cap. calumniam.de pęn. postquam enim ep̄s non aliter punit tales calumniosos, potuit ciuitas eos succumbentes calumniosè punire,tanquam suos subditos. Facit ad hoc gl.in d.c.principes seculi. Et si dicatur, ꝙ vbicunque turbatur iurisdictio epi, dr̄ agi ꝯ ecclesiasticā libertatem,vt dicebat do.Car. in d.c.perpendimus.& cōsuluit Lapus vt retuli superius. Ad hoc rñdeo, primo Lapus consuluit, quando laicus per suā constitutionem cōferebat iurisdōnē quasi epalem archipresbytero , & sic auferebat iurisdictionē epo,quam conferebat archipresbytero, vel saltem accumulatiuè disponebat conferendo iurisdōnem spiritualē, quo casu laicus nullo modo potuit hoc facere:nō enim potest laicus spiritualia disponere. c.decernimus.& c.quāto.de iudicijs. nulla enim potestas laicalis,siue sit imperialis,siue sit ꝯsuetudinaria, potest præiudicare canoni.c.clerici.de iudi. Sed in casu huius statuti non tollitur iurisdictio episcopo,& confertur alteri, seu istud statutum non confert iurisdōnem in causis matrimonialibus alteri q̄ episco-

episcopo, sed solum punit extra ordinem calumniosè impetentes mulieres honestas in vxores, ideo cū istud statutum nō reddat clericos timidiores, quo casu esset cōtra ecclesiasticam libertatem, nec tollat priuilegium concessum ecclesiæ vniuersali, nec est fundatum sub iniqua ratione, & solum & dumtaxat disponat super subditis ipsius testamentis, sequitur, ꝙ tale statutum valeat, & teneat. Præterea allego optimū simile in isto puncto, quod voluit Bal. in l. omnē. C. ad Tertn. vbi allegat illud, qđ disputat
20 Io. An. in c. statutū. de hære. libr. 6. in nouella, an† valeat statutū ciuitatis puniens ꝯhentes matrimoniū cum filiofam. sine consensu patris: & finaliter concludit Io. And. ꝙ non valet tale statutum: quia matrimonium, & dependentia ab eo sunt ecclesiastici fori: vnde si agit ad pœnam epš potest inhibere, ne petatur pœna, quam determinationē dixit ibi Bald. non esse veram: quia ꝯhere sine consensu patris est ꝯ bonos mores hominum, & maximè prudentium, inducit odium capitale. l. 3. §. si emācipatis. ff. de cōtratabu. & ideo dicit Bal. ibi valere statutū, nō quia immutat substantiam matrimonij: hoc enim non potest facere nisi Papa: sed qa punit malos mores, & in republica facinora seminantes. & ideo D. Pet. de Anch. consi. 20. consuluit in tali statuto, ꝙ si mulier ꝯxit cū indigno, ꝙ tale statutum valet, & tenet. & facit, quod voluit Bal. in c. clerici. de iudi. & domi. Gasp. de Cald. in c. 2. de clan. despon. Modo in proposito nostro, si valet statutum, ꝙ filia non possit cōtrahere matrimonium sine consensu patris; multo fortius valebit statutū, ꝙ calumniosè impetens mulierem honestā in vxorē, & succūbens, puniatur extra ordinem: cum non agatur de annullando matrimoniū; nec de derogando iurisdictioni episcopali: ergo tale statutum nō impedit libertatem ecclesiasticam. Et ex prædictis resultat conclusio verissima, ꝙ do. epš non potest opponere de nullitate talis statuti, tāquam sit ꝯ libertatem ecclesiasticam: & sic in fauorem ciuitatis sic statuentis ita concludo.

EPITOME.

¶ Gabellas imponendi ius, aut consentiendi, vt imponantur spectat ad imperatorem: inter regalia enim connumerantur gabellæ, & in regalibus præscribendis contra imperatorem requiritur tantum tempus, cuius in contrarium non extet memoria.

SVMMARIVM.

Gratiam facere alicui quid importet. nu. 1.
Priuilegium emanatum ad instar alterius, vt valeat debet constare de illo ad cuius instar emanauit. nu. 4.
Persona loquentis videtur exclusa generali sermone. nu. 8.
Diuturnitas temporis, cuius in contrarium non est memoria, data capacitate possidentis idem operatur quod priuilegium. nume. 18.

CONSILIVM XXXII.

ILlud Afferam in medium, qđ bellissimè scripsit doct⁹ ille Plato, lib. j. Timei, in minimis quoq; rebus diuinum debemus auxilium implorare: iō omnipotentis, & immortalis Dei omni inuocato pſidio. Viso puncto, & facti contingentia summis vigilijs, & cogitatione perpensa. Dubitatio ista hæc est, an episcopus possit prohibere, ne rectores ciuitatis gabellā, aut datia imponāt ciuibus, seu plebi eiusdem ciuitatis, circunscripto consensu ipsius episcopi. Et pro parte domini episcopi producitur quædā litera, in qua rectores dictæ ciuitatis Augustensis, in qua dicitur, ꝙ consulens dictæ ciuitatis confitentur, ꝙ ad suas preces, & consolationem dictæ ciuitatis episcopus cum consilio, & fauore sui capituli, fecit eis gratiam, ꝙ possit capere vnum tholomum ad omnes portas ciuitatis vsque ad certum festum proximè futurum, & postea per quatuor annos cum illa cōsuetudine, sicut cum prædecessoribus suis acceptū est, & obligarunt se non posse recipere aliquod tholomum ab ipso epo, nec a suo capitulo, nec ab eorū familiaribus, & hanc literā scripserunt, vt firmū sit, nec tradatur obliuioni hoc gratiosum beneficiū, & ad declarationē huius literæ, dum dicitur, nobis illā
1 gratiā fecit† qd important illa verba: qa tex. in l. Paulus. §. Paulus respondit. ff. de fideic. lib. ibi, gratias tibi refert filius meus. vbi illa verba videntur importare liberationem a seruitute. & ibi Ange. dixit per illū text. ꝙ si imperator mittit suos oratores. & mādat eis, ꝙ reddant grās ciuitati pro meritis, & seruitijs factis suæ maiestati, ꝙ illi oratores possunt facere illam exemptā, ita ibi pulchre dixit Ang. & Bal. in titu. de pace Constan. super tex. ibi. in plenitudinem gratiæ nostræ recepimus. colligit, ꝙ ille dicitur receptus ad plenitudinem gratiæ, cui remittūtur culpę, & recipitur ad fauores, & tex. in l. j. §. fi. de quæst. vbi tex. dicit, decreti gratiam tibi faciet. Bart. ibi dicit, ꝙ qn̄ superior dicit, faciamus tibi gratiam: ꝙ tunc videtur restituere, & indulgere, & idem dixit in l. fin. ff. de sen. pass. & in l. fi. C. de sent. pass. aliter tn̄ tenet Cy. quem sequit̄ Sayl. in d. l. fi. C. de sen. pas. Facit, quod voluit Bald. in c. j. §. hæc sacramenta. de pace iur. fir.
2 vbi dicit, † ꝙ quando quis facit illud, ad quod tenetur ratione naturali, dicitur facere gratiā. Facit, qđ not. D. Cardi. in c. j. de commod. modo in ista litera dicitur, vobis illam gratiam fecit. istud verbum gratia, declaratur ex verbis sequentibus, dū dixit, ꝙ nos vnum tholomum accipere debeamus quasi velit, ꝙ ciuitati hoc non licebat, ideo gratiam ciuitati fecit episcopus, ꝙ exigere posset vnum tholomum, & ista gratia fuit concessa limitatè: quia vsque ad finē sancti Georgij, & postea per quatuor annos: ergo seqt̄, ꝙ exclusis quatuor annis post illud festum isti rectores non potuerunt exigere vnum tholonum: qa li-
3 mitata† gratia limitatum parit effectum, l. age cum Geminiano. C. de trāsac. in agris. ff. de acq. re. do. cū si. Ergo illa gratia expirauit finito illo tempore. Dr̄ postea in illa litera, in illa consuetudine sicut cum prædecessoribus suis acceptum est, quæ verba vidētur inferre, ꝙ a prædecessoribus episcopi ciuitas habuit illam gratiam exigendi collectas: ergo seqtur, ꝙ ex hoc fortificatur ius dn̄i ep̄i, quòd ciuitas istud ius imponendi gabellam, & exigēdi habuit ab ep̄is Augustensibus, & per ꝯsequēs iure proprio sibi non vendicant imponendi dictas gabellas. istud vident̄ prima facie importare verba illius literæ: vnde vn̄t ex istis verbis cōfiteri rectores dictæ ciuitatis, ꝙ ep̄o, & suis prædecessoribus, competebat istud ius imponendi gabellam, & datia: ergo sequitur, ꝙ eis non competit istud ius imponendi istas gabellas, nisi cū consensu D. ep̄i. ¶ Sed certe ista non obstans: qa casum nostrum non recte attingunt: ideo illis nō obstantibus cōtrarium puto esse verius de iure, quod ostendo ad oculum hoc modo. In dicta litera dr̄, in illa ꝯsuetudine sicut cum prædecessoribus suis acceptū fuit. vbicūque enim aliquid † conceditur ad in-
4 star alterius, ex necessariū prius liquere de illo alio, ad cuius instar illud priuilegium emanauit: alias nunquam statur referenti, nisi prius constet de eo, ad quod fit relatio. ista est elegans decisio, Inn. in c.

inter

inter dilectos.de fide instru.in additione, quæ cõiter non reperitur, vt retulit Archi. in c. si Papa.de priuil.lib.6.& sequitur D.Pet.de Ancha.in dicto capitulo si Papa. Domi. Ant.& communiter alij scribentes. in d.cap.inter dilectos.dicit ibi Inno.ꝙ si Papa in suo priuilegio dicit eximimus omnes nostras ecclesias, quæ per nos sumpserunt regulam Sancti Augustini, quas his duximus vocabulis exprimendas,ꝙ illa verba sunt narratiua.3.q.6.ca. hoc quippe. ideo ex ecclesijs hic expressis nulla probatur exempta,nisi probetur,quòd per eos assumpserint regulam Sancti Augustini, & etiam in dicta addit.
5 dixit Inn.ꝙ meliora † sunt priuilegia confirmatoria, quàm illa,quæ conceduntur ad instar, pro quo dicto est casus in leg.in testamento.la grande.ff.de cõdi.& demostrat.quam alleg.pro fin.Bal.in c.1. in ti. quali.dominus feu.proprie.priue. & in l.omnia priuilegia.C.de episc.& cle.& hoc voluit Spec.in ti. de inst.edi.§.nunc autem.facit gl.solen.in l.admonendi.ff.de iureiu.& quod voluit Bal.in auth. si quis in aliquo.& in l.edita.C.de eden.vbi loqtur de dictione sicut, & prout.ita dicũt doctores p̄fati post Inn. in loco præfato.Modò in casu nostro dicitur,in illa consuetudine sicut cum prædecessoribus suis acceptum est.Modo ista sunt verba similitudinaria, nisi ergo appareat de illa consuetudine, qua consueuerunt accipere a p̄decessoribus ep̄i,ista litera nõ probat,ꝙ ciuitas consueuit accipere licentiam imponẽdi gabellã a p̄decessoribus dicti ep̄i. vnde vidi dubitari in quibusdã priuilegijs indultis ecclesiæ Ferrariensi a quibusdã Romanis Pontificibus,in quibus dicebatur, ꝙ in certis capellis capitulũ exerceret iurisdõnem, sicut exercuerunt eorũ p̄decessores: fuit dubitatũ de viribus illius priuilegij:consului tunc ꝙ oportebat constare ante oĩa, quã iurisdõnẽ consueuerũt exercere eorũ prædecessores: & si nõ poterat ꝓbari, tũc illud priuilegiũ seruiebat ecclesiæ Ferriensi de vento,& alle.Innoc.in d.c. inter dilectos.& Archid. & in d.c. si Papa.& Bald. in d.l.edita. de illa dictione sicut. & alia iura superius allegata, & ita obtinui in magno cõflictu allegationũ. Modo in
6 casu nostro dũ dr̄, in illa ꝯsuetudine† sicut cũ p̄decessoribus acceptũ est, nisi probetur cõsuetudo,& forma sicut acceptũ fuit a prædecessoribus ep̄i,ista litera primo non probat,ꝙ a prædecessoribus suis consueuerunt accipere gratiam imponendi gabellam. Nec etiam probat, ꝙ iste ep̄s, qui pro illo tempore fuerat,haberet istam auctoritatem concedendi talẽ gratiã accipiendi: quia cũ se referat ad suos prædecessores, sequitur, ꝙ elapso sancti Georgij festo,nisi probetur qualiter consueuit accipi a suis prædecessoribus, nullo modo fundatur intentio dñi ep̄i. Et per ꝯn̄s ista litera parum proderit paternitati domini ep̄i:quinimo si maturę consideret D.iudicans,videtur,ꝙ illa litera non sit vera,imo mendax,aut per iniquitatem fabricata: vel,vt rectius dixerim,falsa: ex eo quia ciuitas producit quandam literam regis Sigismũdi per ipsummet ep̄m impetratã, in qua D. episcopus pro se, & suo clero impetrauit exẽptionẽ a soluendis gabellis,& vectigalibus de fructibus, & prouentibus suorũ beneficiorũ ab ipso rege. Modo in proposito nostro si ep̄s habebat potestatẽ imponendi, & consentiendi circa impositionem dictarũ gabellarum ad portas ciuitatis,sequitur non esse verisimile,ꝙ vna cum capitulo impetrasse illam literã
7 exemptionis a rege:quia nõ est præsumptio,†ꝙ voluerint renuntiare iuri suo.c.super hoc, de renun.l. cum de indebito.ff.de proba. maximè in dñis clericis,in quibus cessat præsumptio liberalitatis:vt dixit pulcherrimus tex.in c.diaconi.93.dist.& est diligenter considerandũ, ꝙ de dicta litera fuit impetrata ꝓ ep̄o,& pro clero: vnde non erat verisimile,ꝙ episcopus habuisset istã potestatẽ imponẽdi gabellas, aut consentiendi,vt imponerentur:quia sic clarum est, ꝙ consentiendo ciuitati; vt imponant dictas gabellas ad portas, videbatur non includere se ad illã im-
8 positionem gabellæ soluendæ:quia in generali† sermone vr̄ exclusa persona loquentis: vt in l. inquisitio.C.de solu.c.petitio.de iureiur.vnde non vr̄ mandasse illis ciuibus,vt imponant illas gabellas ꝯ se, & suos,argu.eius,qđ dixit Esaias,nunquid gloriabitur securis ꝯ dñm secantem.21.dist.c.inferior.Vnde nõ poterant illi ciues includere ep̄m ad soluendas gabellas:qa videbatur exclusus,facit in simili.l. humanitatis.C.de excu.tu. vbi quis non compellitur accipere tutelã, sed in illa oportet experiri ꝯ suos coniũctos.facit.l.petitionẽ. C.de aduo.diu.iud. vbi qs nõ cogit accipere aduocationẽ ꝯ se, & suos: vt voluit Angel.in cle.j.de iureiur.ꝙ iurans defendere aliquẽ ꝯ oẽs homines mundi,non venit ipse, nec sui,& voluit Bal.& Sal.in l.cum acutissimi.C.de fideicom.& idem Saly.in l.p̄ses.C.de serui. & aqua. & Bal.in c.j. de no.for.fide.& hr̄ per gl.ĩ c.j.de forma.22.q.5.Modo ep̄s non poterat compelli per ipsam ciuitatẽ ad solutionẽ gabellę:qa ciuitas non poterat vti illa impositione ꝯ ep̄m,a quo habuerat potestatem imponendi.& hoc erat ex dispositione iuris cõis,per iura superius allegata: & multo fortius in casu nostro: ex eo quia episcopus specialiter se exemerat, & sic
9 concurrebat† prouisio legis, & specialis ꝓuisio hominis,quo casu dispositio est fortior. c.j. de treug.& pace.in authẽ.itaq;.C.cõmu.de suc. Modo ista sunt verissima,& nota cuilibet docto in iure viro.Ad qd ergo episcopus iste impetrauit illã exẽptionẽ: certè ego nescio videre,nisi qa veritas erat, ꝙ nullam ptãtem ep̄s habebat circa imponẽdas gabellas, & propter hoc impetrauit illam literã exemptionionis, & per ꝯn̄s illa litera est falsa:quia nõ potest dari bona, aut verisimilis ratio, qualiter impetrauerit ep̄s literam exẽptionis a rege, postquam erat exemptus tam ex iuris dispositione, quam ex conuentione & prouisione hominis:quia ex illo pacto.facit.l.j.C.de
10 thesaur.illud†enim,qđ a iure communi cõpetit,frustra precibus imploratur.Et ex hoc illa litera reddit falsa: debent enim sermones nostri adaptari rebus sensatis,& intellectu fruentibus.l.si ita quis.in versi. ꝙ nemo sanus loqueretur. ff.de euic.Bal.in l.j. C.de seruis fug.& in rub.C.de proba.vbi ad hoc alle.Aristo. & Auer. & sic nullus sani capitis diceret ꝯrium. Ex hoc ergo illa litera reddit falsa. Aut si volumus dicere,ꝙ illa litera sit vera,ꝙ nullo modo est dicendum per supradicta, nihilominus per istã impetrationem vr̄ renuntiasse iuri sibi competenti consentiendo,vt per ciues imponatur gabella.vnde ista nõ compatiũtur se adinuicem: videlicet ꝙ ipse habeat ius imponendi,& ius cõsentiendi vt imponatr̄ gabella,a qua gabella est exemptus, & ꝙ impetret exemptionẽ a gabellis pro se, & clero suo. non enim pos-
11 sunt stare simul† duo ꝯria in eodẽ subiecto,ꝙ vnum est ꝯdictoriũ alterius: eo ipso enim ꝙ ĩpetrauit istã literã a rege, cecidit a iure, si quid habebat, & ꝑ ꝯn̄s non potest prætendere ius consentiendi impositioni dictarum gabellarũ. Facit, quod voluit Bal.in l.2. C.de iure domi.impe. vbi per actũ secundũ incõpatibilem primo quis vr̄ renuntiare primo, quod s̄m Bal.facit ꝯ impetrãtes beneficiũ, vt per actum incõpatibilem videatur renuntiasse primo iuri impetrato.Facit c.de multa.de præben.& c. dudum. el 2. de elect.cle.gratiæ.de rescrip. Et per consequens angustiæ sunt huic dño ep̄o vndiq;, exemplo Susannæ: quocũq; enim se vertat,aut voluat,incidit in angustiã.Si enim velit insistere primæ literæ, in qua asserit se

rit se dedisse cõsensum ciuibus ad imponendas ga-
bellas, opponet sibi, amice, ad qd ĩpetrasti lr̃as exẽ-
ptionis p̃ te, & clero tuo, postquã tu eras dñs illarũ
gabellarũ, & iuris ĩponendi illas gabellas. posset sibi
allegari illud, qđ Ouidio nostro venit in mentẽ. Vo-
toq; tuo tua sñia repugnat. Si vero velit insistere li-
teræ suæ impetratæ a rege, eodem modo poterit sibi
dici, amice, per hanc impetrationẽ tu recessisti a iu-
re tuo, si qđ tibi cõpetebat in iure imponẽdi dictas
gabellas, aut in iure consentiendi vt imponant, & p
ꝯñs poterit dici sibi. Incidit in scyllã, cupiens vitare
caribdim. Et ex hoc capite est imponendũ dño epo
12 iustissimũ silentiũ, & per ꝯñs licebit † rectoribus ciui
tatis imponere gabellas ad portas sine consensu &
auctoritate ipsius epi. ¶ Et si q̃spiã dicat, amice, iste
eps nõ potuit per hanc suã impetrationẽ factã a re-
ge renũtiare iuri suo: quia illud erat ius ecclesię, cui
non poterat prȩiudicare. c. delictũ p̃sonę. de reg. iur.
13 lib. 6. l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. est enim † p̃cura
tor bonorum eps, & non dñs, aut dilapidator. c. 2. de
dona. cum sim. ergo non potuit in præiudicium ec-
clesię renuntiare iuri p̃fato. Ad hoc rñdeo primo, ꝙ
dato, ꝙ ita esset, sequeret̃, ꝙ ex ista lr̃a ĩpetratiua nõ
posset consequi aliquam exemptionẽ pro se, & cle-
ro suo, & istud sibi adueniret, si allegaret rationem
14 prædictã: qa meret̃ † amittere gratiam, qui ꝯ illũ ve-
nit: vt l. post legatũ. §. amittere. cum ibi no. p Bart. ff.
de his qui. vt indig. cum si. Secundo, ꝙ licet prȩlatus
15 solus non possit præiudicare † ecclesiæ, istud est ve-
rum, nisi interueniat in illo actu consensus sui capi
tuli: qa tunc poterit præiudicare iuri ecclesiæ, ita di-
xit glo. in d. l. iubemus. & in d. c. delictũ. & no. in c. cũ
dilectis. de ordi. cogni. & in l. si quis in tantã. C. vnde
vi. Sed in proposito nr̃o interuenit consensus capitu
li: qa impetrauit p̃ se, & clero suo, & ipse cũ suo capi
tulo & clero gaudent cõmodo, & bñficio illius lite-
ræ, & sic interuenit consensus capituli. Nec est curã-
dũ, an ĩteruenia t a principio, an ex postfacto, ex quo
agit̃ de consensu, iuxta no. p Bal. in l. fi. C. ad maced.
& in l. fi. §. necessitatẽ. C. de bon. quæ lib. & in l. obser
uate. §. post hæc. ff. de off. p̃consꝰ. & per docto. in c. cũ
cõsuetudinis. de cõsue. & in c. j. de reb. eccl. nõ alie.
lib. 6. & in l. si qs mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hære.
Et p ꝯñs sequitur, ꝙ potuit isto casu præiudicare iu-
ri ipsius ecclesiæ, si qđ habebat: licet in veritate nul-
lũ hẽret, vt ex prædictis apparet. Secundo ciuitas &
rectores ciuitatis allegãt se ex speciali priuilegio im
peratoris habuisse ius imponendi gabellas: & ẽt su-
per hoc allegant vsum tanti tp̃is, cuius non est me-
moria in ꝯrium. Cum ergo concurrat priuilegium
imperatoris, vt possit imponere gabellas pp incũbẽ
tes necessitates ciuitati, & pro vtilitate reipublicæ
sustendandæ, sequitur, ꝙ si ex priuilegio imperato-
ris hoc faciunt, ergo cessat ius epi, si ꝙ habuisset: ex
16 eo quia † duo non possunt esse insolidum dñi vnius
rei. l. in cõmodato. §. si duobus vehiculũ. ff. cõmoda.
ergo sequit̃, ꝙ si imperator est dñs huius impositio-
nis, vt apparet ex priuilegio ĩdulto huic ciuitati, nul
lum ius competit episcopo, & istud est verisimilius:
qa cũ istud sit dñium tp̃ale, ergo spectat ad impera-
torem, q̃ est dñs totius mundi: vt l. deprecatio. ff. ad
leg. Rhod. de iactu. & in l. j. C. de rap. virg. in versi. no-
stri orbis, & in l. raptores. in ver. nr̃i orbis. C. de episc.
& cler. & in l. bñ a Zenone, C. de quadr. p̃scr. c. omnis
anima. & c. magnũ. 11. q. 1. 7. q. j. ca. in apibus. impe-
rat enim Cæsar in vniuersa iurisdõne, q̃ ascendentẽ
videt, & descendentẽ solẽ, & quæ ex vtroq; latere, id
est meridie, & septẽtrione: vt in auth. vt oẽs obed. iu
dic. in prin. §. & hæc considerantes. & in oĩbus insu-
lis, q̃ vsq; ad curiã recessus extendũtur: vt in auth. vt
eccle. Roma. §. ꝙ ergo. Et in omni terra, quã Roma-

norum continet lex, & catholicæ ecclesię sanctio: vt
in auth. de nõ alie. circa fi. Dr̃ etiã imperator ab im-
perio, prout imperiũ est in altissimo suo sitũ; qđ est
summa potestas nullis circumscripta limitibus: vt
tangitur in l. imperiũ. ff. de iurisdi. om. iudi. Ergo po
tius est præsumendũ pro sacro imperio, & per ꝯñs p̃
serenissimo imperatore, quod habeat ius imponen
17 di istas gabellas in præfata ciuitate, q̃ eps: ius † enim
imponendi gabellas & similia denominatur inter
regalia: vt in capitulo primo, in titu. quæ sint rega-
lia, in vsib. feud. Et per consequens sequitur, magis
esse præsumendum pro imperatore: quia est iuris
præsumptio, & regulariter clerici non habent exer-
citium iurisdictionis temporalis: vt not. in ca. nouit.
de iudicijs. dictum enim fuit Petro, pone gladiũ in
vaginam. prohibuit Christus Petro exercitium iu-
risdictionis temporalis: ergo potius ius præsumit p̃
imperatore, & iuris præsumptio appellatur proba-
tio legitima & liquida, vt dixit gl. quæ reputatur fin.
in l. si tutor. C. de pericu. tuto. & bene facit text. cum
sua glo. in l. prima. C. de testam. mili. & c. illo vos. de
pigno. & c. ad nostram. de emptio. & vendi. ergo se-
quitur, quòd priuilegiũ imperatoris excludit illud
ius inane, quod colligitur ex litera illa, in qua epi-
scopus concessit dictis ciuibus ius imponendi gabel
las; maximè cum concurrat aliud, videlicet litera il-
la, in qua episcopus impetrauit exemptionem a re-
ge de illis gabellis. Ergo sequit̃, ꝙ illæ gabellæ quo-
ad potestatem eius imponendi, & ad ius consentien-
di vt imponantur, spectant ad ipsum imperatorem,
& non ad ipsum episcopum: vnde concurrente pri-
uilegio imperatoris, in quo cõceditur ipsis ciuibus
ius imponendi collectas, & gabellas pro vtilitate, &
necessitate reipublicæ, & concurrẽte litera, in qua
D. episcopus habuit exemptionem, & indulgẽtiam
ab ipso rege, seu imperatore, vt non soluat cum suo
clero gabellas, aut datia, apparet, quòd nullum ius,
nulla facultas, nulla potestas competit episcopo cir
ca imponendas gabellas, aut circa ius consentiendi
vt imponãtur: quinimo tota potestas spectat ad im-
peratorem: tum quia ius concurrit cum imperato-
re contra episcopum, tum quia concurrit illa litera,
per quam declaratur nullum ius competere episco
po circa dictas gabellas: qa frustra ĩpetrasset a prin
cipe illud, quod sibi de iure suo competebat: & po-
tuisset dici sibi, domine, quod petis, intus habes: vt
scribitur apud Senecam in tertia tragedia. & ha-
betur in l. j. C. de execu. rei iud. quis profecto esset tã
fatuus iudicans, aut iniustus rerum æstimator, qui
diceret ius competiisse ipsi episcopo in dictis gabel
lis imponendis: considerans, quòd episcopus petijt
exemptionem ab illis? Certe nullus. Præterea consi-
deret etiam D. iudicans: quia concurrit diuturnitas
temporis, cuius non extat memoria in contrarium,
18 quæ † diuturnitas data capacitate possidentis ope-
ratur illud, quod operatur priuilegium a Cæsare. ita
probatur in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcẽ. &
in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti.
& ideo pulchre dicebat Barto. in prima constit. ff. §.
fi. ꝙ licet iura non possint doceri in ciuitatibus, nisi
& priuilegijs principis; tamen ex tempore, cuius nõ
existit memoria in contrarium, poterunt iura doce
ri absque alio priuilegio. ponit exemplum in ciuita-
te Paduana: ergo sequit̃, ꝙ illud, quod operat̃ priui-
legium Cæsaris, operatur diuturnitas temporis, cu-
ius non extat memoria hominum in contrarium,
& ideo dixit Bart. in l. j. C. de mulier. & in quo loco,
lib. 10. ꝙ licet ciuitas non possit imponere collectas
non subditis pro rebus positis in territorio ipsius ci
uitatis, tamen poterit imponere, si consueuit impo-
nere ex consuetudine temporis, cuius in contrarium
non

non extat memoria.& mouetur: quia talis diuturni
tas temporis habet vim priuilegij, allegat.d.l.hoc iu
re.§.ductus aquæ. Facit, quod habetur in l. si publi-
canus.§.in vectigalibus.ff.de publ.& ibi Bart.voluit,
19 ꝙ ius† colligendi & imponendi vectigalia competit
ex tempore,cuius non extat memoria in contrariũ,
voluit Cy.in l.2.C.noua vect. Facit cap præterea.§.
super quibusdam.de verbo.sign. vbi est casus sing.ꝙ
20 reseruata † principi,si subest tãtum tempus, de quo
non extat memoria in ɔ̃rium, competunt inferiori
a principe,per quẽ tex.dixit Bal.in c.j. in ti.quæ sunt
regal. ꝙ diuturnitas tanti temporis æquiparatur pri
uilegio concesso a principe ex certa scientia. Ergo
cum in casu nostro istud ius imponendi gabellas,&
datia competat dictæ ciuitati, & rectoribus dictæ ci-
uitatis sine consensu & authoritate episcopi, sequit,
ꝙ est præscriptum contra episcopum, vt possint im-
ponere dictas gabellas sine consensu episcopi : posi-
to, non tamen concesso, ꝙ episcopo competijsset il-
lud ius imponendi, aut ius consentiendi, vt imponã
tur gabellæ, considerato tempore, cuius non existit
memoria in contrarium. Preterea,& in hoc aperiat
oculos D.iudicans,posito non tamen cõcesso,quod
D.episcopus haberet ius, & facultatem imponendi
dictas gabellas,aut haberet ius cõsentiendi dictæ ci-
uitati,vt imponat dictas gabellas, nec possit eas im-
ponere sine consensu, & auctoritate episcopi, tamẽ
in puncto dicitur, ꝙ ex diuturno & vetusto tempo-
re imposuerunt dictas gabellas sine cõsensu episco-
pi,quo casu præscribitur cõtra ecclesiam spatio 40.
annorum: vt in cap.de quarta.de præscrip. ¶ Modo
dicet quispiã ingentis spiritus doctor, amice, ius im-
ponendi dicta vectigalia connumeratur inter rega-
lia: vt in d.c.j.in ti.quæ sint regal. Modo regulam ha
21 bemus, ꝙ vbicunque quis vult acquirere regalia † ex
tempore vetusto, requiritur tempus, cuius nõ extat
memoria in contrariũ: vt est text. singu. in d.c.super
quibusdam. §.præterea . Modo ista ciuitas præten-
dit acquisijsset istud ius imponendi datia & gabel-
las : ergo sequitur, ꝙ de necessitate alleget & pro-
bet, ꝙ imposuerit sine consensu & auctoritate epi-
scopi per tempus, cuius in contrariũ memoria non
existit:& si de tanto tempore non probaret, succũ-
beret,& est limitatio aurea & singularis ad §.præte-
rea. præalleg. Et est oppositio memoratu digna sup
hoc passu? Quia respondeo illam verè nullo modo
obstare: ex eo quia iste episcopus est inferior princi-
pe, vnde non potest dici imperator, ad hoc faciunt
iura allegata superius de potestate imperatoris, Vn-
de quoad istud ius imponendi datia, & gabellas est
inferior imperatore. Modo allego elegãtem doctri-
nam Bartol.in d.l.publicanus.§.fina.ff.de publi.vbi
dicit, requiri tempus, cuius non extat memoria in
contrarium, procedit, quãdo præscribitur in istis ta-
libus iuribus cõtra imperatorem: tunc enim requi-
ritur tantum tempus: sed quando præscribitur con-
tra inferiorem a principe habentem huiusmodi re-
galia: tunc requiritur tantum temporis, sed suffice-
ret tempus decem annorum cum titulo, sicut dici-
mus in vsufructu præscribendo.l.C. de p̄scrip.long.
tempo.& sic in hoc magnificat præscriptionem cõ-
tra principem a præscriptione, quam facit cõtra in-
feriorem. & ego allego in simili, quod voluit Bal. in
l.secunda.C.de seruitu.& aqua.vbi dicit, quòd licet
princeps habeat plenitudinem potestatis in legiti-
mando; tamen inferior a principe non habet illam
plenitudinem potestatis: vt est comes Palatinus, &
hoc voluit Ludo.Roma.in consi.197. qui ad hoc al
leg.Bald.in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau.
& alleg.in simili tex.in c.cum dilecta.de confir.vtil,
vel inutil.vbi contra ecclesiam Romanã currit præ-
scriptio centenaria : sed contra ecclesiam inferiorẽ
priuilegiatam currit minor præscriptio. facit, quod
no.glo.in c.volumus.16.q.4.facit gloss.in cap.ad au-
dientiam.de præscrip.& quod habetur in c. dilectus.
de cap.monac. & facit pulcherrimum simile, quod
voluit Barto.in l.fi.C.de exactor.tribu.lib.10. vbi di-
xit, ꝙ lex imperialis potest disponere, ꝙ certæ res nõ
possint transferri in ecclesiam : sed lex municipalis
hoc facere non potest per illum tex. Facit singulare
dictum do.Bal.in l.placet.C.de sac.san.eccle. vbi di-
xit, ꝙ imperator per suam legem potest facere om-
nia prædia tributaria, adeo ꝙ ecclesia tenebitur ad
tributa futura, si illa prædia in ecclesiam transeant,
secus dicit si per legem inferioris a principe, puta ꝑ
legem municipalem: quia tunc non posset fieri. Ita
dicamus in proposito nostro: quia tunc non requi-
ritur tantum tempus, quando præscribitur contra
episcopum, qui in hoc est inferior principe, & per
consequens potuit ista ciuitas præscribere tempore
legitimo & canonico, de quo in d.ca. de quarta. de
præscrip. Et per cõsequens multofortius in casu no
stro interuenit tempus, cuius memoria in contra-
rium non existit, & per consequens poterit ciuitas
imponere gabellas sine consensu, & auctoritate ip-
sius episcopi: vt voluit Bal.in c.j. in titu. quæ sunt re-
galia in principio. Tertio facit, & pono pro constan
ti, ꝙ licet litera præfata, qua episcopus concessit gra
tiam dictæ ciuitati imponẽdi gabellas, esset sine ali-
quo scrupulo, & sine aliqua dubitatione, & ꝙ non
esset alia litera, in qua episcopus impetrauit exem-
ptionem a rege, licet contrarium sit de iure verius,
vt supra liquido demonstraui, tamen adhuc dico, ꝙ
episcopus nullum ius habet in præstando consen-
sum,& auctoritatem.& sic ostendo, & præsuppono
22 ante omnia, ꝙ † in quacunque dispositione intelli-
gitur reseruatum ius tertij, text.est in c. super eo.de
offic.deleg.quem ad q.facti dicit se allegasse do. An-
to.in c.vt debitus.de appel.statuto cauetur, ꝙ a sen-
tentia succumbens non possit appellare, ꝙ nihilo-
minus poterit tertius appellare: quia illud statutum
intelligitur quoad ipsos litigantes dumtaxat, alleg.
ibi do.Anto.d.c.super eo.& dixit Barto. in l.j.§.j.ff.a
quibus appel.non licet. ꝙ si committitur causa ap-
pellatione remota, non intelligitur remoueri quo-
ad tertium: facit.c. cum teneamur. de præbend. vbi
appellatio non suspẽdit iurisdictionẽ iudicis a quo,
quoad tertium. facit ca.cum super. de re iudica. vbi
licet a sententia trina non possit appellari : vt in cle-
men.j.de re iudica. tamen quoad tertium appellat̃.
facit. c.constitutis. de testib. vbi publicatio testium
non nocet tertio.& Bal.in auth.si quis in aliquo do-
cumento.C.de eden.dixit, ꝙ licet per instrumẽtum
dotale probetur matrimonium, non tamen habet
locum quoad tertium, voluit do. Pet.de Ancha.no.
in cle.j.de regula. facit, quod habetur in l.cũ auus.
C.de eman.lib.& in c.quamuis. de rescrip.libr.6.cũ
simi. Modo illa licentia, seu gratia data ab episcopo
communitati præiudicabat tertio : quia præiudica-
uit iuri imperatoris, qui habet in dicta ciuitate im-
perium concedendi, vt imponantur datia,& gabel-
læ pro necessitatibus ciuitatis, & imperij : ergo se-
quitur, ꝙ non potuit per illam concessionem præiu
dicari iuri imperij, & per consequens iuri impera-
toris: ergo sequitur, ꝙ per istam concessionem, per
quam accipiebat licentiam imponendi datia, & ga
bellas, hoc facere nõ potuit: quia præiudicabat im-
peratori, & iuri ipsius imperij, quod facere non po-
tuit. non enim potuit ista ciuitas facere deteriorem
conditionem sui domini, vt habetur in l.imperialẽ.
de prohib.alie.feu.per Fede. vbi non potest vasallus
alienare feudum, nec transigere, nec compromitte-
re super

re super feudo: ex eo quia agebatur de præiudicio domini: ergo sequitur, ꝙ illa litera in nullo prodest domino Episcopo: quia per eam præiudicatur imperatori, ꝙ facere non potuit ciuitas. quinimo videtur episcopus puniendus: quia vult surripere iura imperij: ergo sequitur, ꝙ non prodetit sibi illa litera. Præterea in dicta litera dicitur, ad confortationem suæ ciuitatis Augustensis: vnde illi ciues confitentur illam ciuitatem esse ipsius episcopi, qđ est absurdum dicere: quia ciuitas est, & fuit imperij, & non episcopi: quia episcopus nullo modo impetrasset exemptionem a rege super gabellis impositis dictæ ciuitati, cum illa ciuitas esset sua: ergo est dicendum, ꝙ illa litera est falsa, & falso fabricata: & forte fuit surreptũ sigillũ, & fabricata dicta litera, quæ nullo modo pt̃ stare: cũ ipsa ciuitas sit ĩperij, & ex pmissione ĩperij, & ex priuilegio ĩperij hoc fecerit dicta ciuitas, si imposuerit datia & gabellas. Vnde ista sunt contraria, ꝙ dicta ciuitas acquisiuerit priuilegium ab imperatore, permittens imponi datia & gabellas, & ꝙ fateãtur illam ciuitatem esse episcopi: quia ad quid fuit opus impetrare istud priuilegium & istam permissionẽ ab imperatore, ex quo ciuitas erat episcopi. Potest dici illud, quod scribitur in passione dominica, & conuenientia non erant eorũ testimonia &c. Et sic ista litera non videtur conueniens, imo videt̃ esse falsa. Et etiam est põderanda præfata litera: quia in ea dicitur, ꝙ faciebat gratiam suæ ciuitati, & ad confortationẽ suæ ciuitatis illud faciebat, & postea in eadem litera dicitur, nec debemus ab ipso episcopo, nec a capitulo suo, nec a familiaribus eorũ accipere aliquod tholomũ. Ponderentur nunc ista verba, ex quibus liquidò fraus & dolus ex ista litera apparet: ex eo quia non videtur mihi esse verisimile, ꝙ iste episcopus esset dominus ciuitatis, & ꝙ faceret suæ ciuitati gratiam, & quòd excepisset, ꝙ nec ab eo, nec a capitulo suo, nec a familiaribus acciperẽt tholomum. quia eo ipso ꝙ se excipit a regula, videtur se fateri esse subiectum ad soluendum datia, & gabellas: quia exceptio fit a regula: vt l. nam quod liquidæ. ff. de penu leg. c. dominus. 32. q. 7. c. 2. de coniugi. lepro. l. in his. ff. de legibus. cum si. videtur esse quædam supina contrarietas, ꝙ iste episcopus sit dominus ciuitatis, & ꝙ sit ligatus datijs & gabellis, & teneatur illas soluere, & per illam literam se facit exẽptum, ꝙ est sicophanta dignum dicere. Et sic apparet manifestè, ꝙ illa litera est falso modo fabricata, & est mirabile: quia per tempus ita vetustum facta fuit illa litera, & episcopi, qui pro tempore fuerunt, non intentarunt ius ex illa litera contra ipsum ciuitatem: & ideo est suspicione digna talis litera, & per consequẽs nullo modo obstat dictæ ciuitati. Et etiã est considerandũ: quia illa verba, suæ ciuitatis, sunt
23 verba enunciatiua, ergo† nõ disponũt. c. si Papa. de priuilegijs. li. 6. c. cum dilectus. de succes. ab intest. l. ex hac scriptura. ff. de dona. cum sim. Preterea facit: quia posset dici illud, quod scribitur apud Ciceronẽ dum dicit. Fuit ista quondam in hac republica virtus. vnde possibile esset, ꝙ tunc temporis, quo emanauit illa litera, ciuitas erat iuris episcopalis, ꝙ non concedo, sed cum hodie ciuitas recognoscat ipsum imperatorem in principem, & ab ipso imperatore recognoscit commissionem, & potestatem exigendi datia, & imponendi gabellas, & episcopus nõ habet imperium in dicta ciuitate, & imponere huiusmodi datia & gabellas spectet ad regem, & principem: vt in titu. quæ sunt regalia. in vsib. feud. sequit̃, quòd licet tunc oportebat habere consensum & auctoritatem episcopi, quando habebat episcopus dominium in ciuitate, licet reuera nũquam habuerit, tamen ex quo hodie non habet, sequitur, quòd nullum ius competit ipsi episcopo circa datia & gabellas imponendas in dicta ciuitate. Item est etiam põderanda dicta litera ex eo: quia in ea dicitur, fecit nobis illam gratiam, quòd nos vnum tholomum accipere debemus ad omnes portas ciuitatis: quia ista verba non sunt ita pinguia, & larga, vt possint comprehendere generaliter omnia datia, & omnes gabellas imponendas in ciuitate: vnde non sequitur, ergo episcopus habet potestatem imponendi generaliter datia & gabellas in ciuitate. vnde forte episcopus recolligebat ad porthas ciuitatis aliquid, & voluit, ꝙ de illo, quod episcopus vendicabat, acciperent vnum tholomum, & sic non sequitur, ergo episcopo competebat imponẽdi datia, & gabellas, certè illa verba literæ prædictæ hoc non important: & ideo non sine magno ministerio dicitur in litera, ꝙ vnum tholomum accipere debemus, non enim dicit, quòd possint imponere loco datij, aut gabellæ, sed dicit, quòd possint accipere: quia deberet intelligi, quòd de illis, qui debebantur episcopo ad portas, voluit dominus Episcopus, quòd illi cõsules acciperent vnum tholomũ. ¶ Et si dicatur, certe istud stare nõ potest ex eo: quia in fine episcopus excipit se, & capitulum, & famulos, quòd non accipiant ab eo dictum tholomum. Ad hoc respondeo, fatendo istud: quia ex quo se excipit, non videt̃, quòd loquatur de tholomis debitis episcopo: de isto vero tholomo habetur in capitulo primo, quæ sunt regal. in vsib. feud. tamen negari non potest, quin illa verba, debeant accipere, sint male cõcepta, & non careãt
24 scrupulo falsitatis. vnde verba insolita† apponi in contractu, si apponantur, inducunt suspicionẽ fraudis: vt est gloss. singul. in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. institut. & facit gloss. in l. cum allegas.
25 C. de vsur. & quod voluit gloss. in capitulo significauit. de censib. Et per consequens talis litera in iudicio deberet esse nullius vigoris: imo est fraude & falsitate plena. Præterea est etiam diligenter ponderãdum: quia in dicta litera verba ibi posita non sunt prolata ad hunc effectum, quòd episcopus habeat ius imponẽdi datia, & gabellas in ciuitate, ergo istũ effectum non habent operari: licet enim dicant, ꝙ vnum tholomum accipere debemus, certè non inducunt, quòd episcopus propter hoc habeat ius imponendi gabellas aut datia. Item nec dicitur in dicta litera, quòd nomine ipsius ciuitatis accipiãt: sed dumtaxat dicit, nos consules ciuitatis Aug. Et sic multifariè, multisque modis probatum est ex dictis superioribus, quòd nullum ius habet Dom. Episcopus, vt quando consules ciuitatis Augustensis nomine ipsius ciuitatis volunt imponere gabellas pro necessitatibus ipsius ciuitatis, requirant consensum & auctoritatem ipsius episcopi. quinimo circumscripto consensu. & auctoritate ipsius episcopi, poterunt imponere datia & gabellas. Et ita concludo, & maximè, quia ad præsens D. Episcopus vna cum suo capitulo, seu clero vtitur illa litera exemptionis regia, vt non compellãtur soluere datia & gabellas de fructibus a prouentibus suorum beneficiorum: vnde videtur, ꝙ insistendo, ꝙ ciuitas requirat & obtineat consensum & auctoritatem ipsius episcopi, imponendo datia, & gabellas, videtur allegare contraria & incompatibilia: ergo non est audiendus. l. j. C. de furt. l. ꝙ in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. ca. solicitudinem. de appell. cũ si. & ideo videtur, ꝙ de iure fit per iudicem imponẽdũ sibi silentium. Et ita in fauorem ciuitatis contra D. Episcopũ concludo.

EPITOME.

¶ Fur fugiens cum re furtiua ad ecclesiam, uel curiam episcopi, aut canonici, potest inde extrahi. itẽ ecclesiæ

ecclesiæ fines sunt 30. pedes iu circuitu ipsius, nisi sit matrix ecclesia, cuius fines 40. pedibus terminantur.

SVMMARIVM.

Legis auxilium frustra inuocat, qui committit in legem.nu.1.
Furtum nouum committit, qui de loco ad locum rem furto subtractam asportat.nu.4.
Fines ecclesiæ ita sunt priuilegiati, sicut est ecclesia.nu.5.
Domus episcopi gaudet immunitate ecclesiæ, canonici vero ita demum, si in ea habeat capellam.nu.7.8.

CONSILIVM XXXIII.

Deum inuocēt adiutorem, qui eis sapientiam donauit, c. non licet.26. quæstione quinta, ideo clemētissimi Dei ex corde & animo inuocato præsidio. Viso puncto, & solēni inuestigatione perpenso, videlicet fugiēs ad curiam canonicorum cum re furtiua fuit inde extractus, & iam punitus fuit, vtrum potuerit inde extrahi, & vsque quo se extendat curia canonicorū: quia est priuilegiata, dubitatur vsque quo se extēdat. Venio ad decisionem, & videtur primo, quòd non potuerit inde extrahi, per tex. in l. præsenti. in versicu. nullos penitus cuiuscunque conditionis sint, de sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, aut protrahi confugas. C. de his qui ad eccle. confugi. vbi dicitur, nullos extrahas: ergo
1 sequitur, quòd non potuit † extrahi iste fur, etiam cum re furtiua ab ecclesia, seu a curia canonicorū, quæ ita est priuilegiata in hoc vt ecclesia: vt inferius ostendam. & ibi dixit Barto. quòd ecclesia potest petere, vt ille delinquens restituatur pristinæ libertati, cum ea de facto fuerit priuatus, per tit. de libero ho. exhi. & idem tenuit Oldra. consilio 53. Pro quo, allega. tex. Augustini in versi. illęsum reuocata &c. cap.
2 minor. 17. quæstione quarta. Facit, si de † quominus videtur inesse, & tamen inest, ergo & de quo magis: vt in authen. multomagis. C. de sacrosan. eccle. cap. cum in cunctis. de electio. & ibi in glo. sunt concor. sed minus videtur inesse, quòd iudæus delinquens fugiens ad ecclesiam gaudeat immunitate ecclesię, & tamen gaudet, quam fur. ista est gloss. in capitulo inter alia. de immunita. eccle. & ibi in gl. firmant doctores, & Hugo. in c. diffiniuit. 17. quæstione quarta, facit. capitul. id constituimus. & capitu. frater & reum. 17. quæstione quarta. quæ iura simpliciter dicunt, delinquentem non esse extrahēdum de ecclesia. ergo &c. Facit: quia speciale est in publico latrone, & in eo qui est nocturnus depopulator agrorū, vt non gaudeat immunitate ecclesiastica: vt est tex. in c. inter alia. de immunita. eccle. ergo regula est in contrarium, quòd nemo alius sit ab ecclesia extrahendus. l. ius singulare. l. quod verò. ff. de legi. cum simi. Item facit, speciale est in homicidio, & mutilatione membri, vt cōmittentes homicidium, & mutilationem membri in ecclesia, vt non gaudeant immunitate ecclesiæ: ergo in contrarium erit ius commune: vt est text. in capitulo finali. de immunitate eccle. & per consequens sequitur, quòd iste fur non potuit capi de ecclesia, posito quòd cum re furtiua ad ecclesiam confugisset. ¶ Et licet ista sint colorata, tamen casum nostrum non attingunt: ideo illis non obstantibus contrariū puto esse de iure verius: videlicet, ꝙ canonicè potuerit extrahi de curia ca-
3 nonici, seu de ecclesia. Quod sic ostendo: frustra † legis auxilium inuocat, qui in legem committit. capitulo fina. de immunita. eccle. non enim iure ad supplicandum debet admitti, qui committere sacrilegium non expauit. ita pulchre dixit tex. in c. frater & coepiscopus. 17. quæstione quarta. & capitu. seq. idē etiam erit lex. quomodo illis, qui in ecclesia scelus studerūt perpetrare, permittimus aliquod aliud auxilium ex terminis ecclesiasticis inuenire, in authē. vt liceat matri & auię. §. qa verò. colla. 8. Vnde si fuerunt stulti in culpa, sint sapientes in pœna. 38. d. c q ea. Sed iste fur commisit furtum in curia ipsius canonici, ergo sequitur, ꝙ non debet gaudere priuilegio curiæ ipsius canonici: quòd autem commiserit, furtum in curia ipsius canonici ꝓbo manifestè, iste
4 fur aufugit † cum re furtiua ad domum, seu curiam ipsius canonici, ergo sequitur, ꝙ eoipso ꝙ rem furto subtractam asportat ad locum alium, dicitur nouum furtum committere: quia de nouo dicitur cōtrectare rem alienam domino inuito: & ideo dicit furtum cōmittere, ita pulchrè & sing. determinauit Barto. in l. si dominium. ff. de fur. & eius doctrinam sequitur Bald. in capitulo primo, § furtum. de pace iur. fir. in vsib. feud. & in l. si abducta. C. de fur. Bald. argumentauit contra opin. Barto. finaliter transiuit cum Barto. & idem voluit Bal. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & in l. cunctos populos. C. de summa trini. in versi. tertio iuxta hoc quærit. Et pro opi. Bartol. allega. text. in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. ergo sequitur, ꝙ eoipso, quòd aufugit in domum canonici cum re furtiua contraxit furtum ibi: ergo sequitur, ꝙ non meretur gaudere priuilegio curiæ illius canonici. Præterea est circa hoc bene ponderādum: quia eo ipso, ꝙ fugit ad domum illius canonici asportando illam rem furtiuam, videtur habuisse inter sua, sed etiam in re furto iam subtracta, & sic videtur fur deliquisse animo & intentione, vt ab ecclesia defenderetur: quinimo dixit Hostien. in capi. fina. de immuni. eccle. ꝙ inquantum ille tex. vult, ꝙ delinquens in ecclesia non gaudeat immunitate ecclesiæ habet locum in eo, qui furatur in ecclesia: & cum opi. Hostien. in dicto capitulo fi. transeunt doctores communiter. Et ex istis sequitur conclusio verissima, ꝙ iste fur fugiens cum re furtiua ad curiam canonici, potuit inde extrahi, & puniri a suo iudice non obstantibus quæ allegata fuerunt supra in contrarium: quia non habent locum in delinquentem ecclesia, per iura quæ alle. sunt. & sic illa iura in contrarium allegata limitātur eo casu, quo deliquit in ecclesia. Nec obstat, cum dicitur de iudæo, quia tex. in l. j. C. de his qui ad eccle. confugi. dicit, ꝙ est extrahendus. Item quia illa gl. non loquitur in delinquēte in ecclesia, vt est in casu nostro. ¶ Restat nunc videre, utrum domus canonicorum sint priuilegiatę, vt fugientes ad tales domos gaudeant, sicut gaudet ecclesia. Et tex. in dicta l. præsenti. de his qui ad eccl.
5 confu. priuilegiat ecclesias, & earum fines: sicut † ergo ecclesia est priuilegiata in hoc, ita sunt priuilegiati fines ipsius. fines autem sunt 30. passum in circuitu ipsarum ecclesiarum. c. si quis cōtumax. & c. diffiniuit. 16. quæstione quarta. & si sit maior ecclesia, sunt 40. passuum: vt c. sicut antiquitas. & c. quisquis. 17. quæstione quarta. & si palatium episcopi fuerit intra hos confines, vel clericorum maiorum domus, eodem funguntur: vt c. id constituimus. 16. quæstione quarta. ita concludit Raphael Fulgo. & Alber. de Rosa. in d. l. præsenti. in princi. qui inducit illum tex. post Alber. de Rosa. ꝙ constitutum in loco habet in confinibus loci. & ideo si quis puniatur certa pœna, si deliquerit in palatio, idem erit si deliquerit in confinibus palatij, & ita dicit Alberic. vidisse seruari de facto ad terrorē maleficiorum. Raphael tamen ibi putat contrarium propter odium pœnarum, quæ strictè debent interpretari, & statuta pœ-

ta pœnalia non sunt extendenda. l. si præses.& in l. interpretatione.ff.de pęnis.l.quicquid astringendæ. ff.de verborum obligationibus.Nec obstat.d.l. præ-
6 senti. † cum simi.quia procedunt ex eo:quia nominatim loquuntur de confinibus locorũ, vt gaudeāt eodem priuilegio,quo gaudent ipsa loca. & ita residet Raphael in dicta l.præsenti. Sed D.Anto.in capitulo fina.de immunita.eccle.quærit, quid si aliquis non delinquat in ecclesia. sed infra septa ecclesiæ.ī. quadraginta passus,dicit,ꝙ idem, ac si deliquisset in ecclesia.& hoc dicit in ecclesijs minoribus, fin.ī.triginta passus deliquerit, per cap.si quis cōtumax.17. quæstione quarta. Sed idem dominus Antonius in capitu.inter alia.de immuni.eccle.quærit,si malefactor confugerit ad domum episcopi,allegat Hostiē. dicentem,quòd gaudet immunitate ecclesiæ, allegat dictum capitulum, id cōstituimus. quod alij intelligunt,quando domus est iuxta quadraginta passus.41.distin.episcopus. Hugo intellexit cum in domo episcopi est capella,& aliud non dicit.textus nota.in dicto capitulo id constituimus.dicit, ab ecclesiæ atrijs, vel domo episcopi eis abstrahere omnino non liceat. vnde vult,ꝙ de domo episcopi nullo modo extrahantur,glo.ibi dicit in verbo,domo episcopi,quæ domus erat infra 40. passus. 41.di. episcopus vilem.idem tamen priuilegium habet si domus episcopi est extra illos passus. 40. ita formaliter ibi loquitur gloss.Ioan.de Fantu. ibi refert illam opi. Ho-
7 stiē.ꝙ † domus episcopi gaudet immunitate ecclesiæ,per illum tex.& sic non tenet opin. Hugo. quam opinionem Hostiē.sequūtur doctores communiter in dicto capitulo inter alia,& licet ille text.dicto ca. id constituimus. loquatur de domo episcopi,& nullam faciat mentionem de domo canonicorum,
8 temperat tamen Hugo. hoc esse, si domus † canonici habet capellam.& ideo plus dixit de domo episcopi,quàm canonici: quia semper consueuit ibi esse capella. Et sic concludit Hug. quòd domus canonici gaudet eodem priuilegio,sed docto.tenent, vt dixi,ꝙ etiam si non sit in domo episcopi capella, gaudet priuilegio ecclesiæ quoad immunitatem. Idem est dicendum in domo canonicorum si non habeat capellam. Et ideo Raphael post Albe.de Rosa.in dicta l.præsenti.dicebat idem esse in domo canonicorum,ꝙ in domo episcopi. Et sic ex prædictis stat cōclusio firma, ꝙ domus, seu curia canonicorum est priuilegiata quoad istam immunitatem vt fugientes ad eam non possint inde extrahi. Sed dubitatio nunc stat,quousque se extēdat immunitas data domibus canonicorum; vtrum fugiens ad cōfines domos canonicorũ gaudeat ista immunitate. Ad hoc
9 respondeo,ꝙ † tunc factum in loco habet locum in confinibus,quando hoc est expressum in iure: vt in dicta l.præsenti.in princip.& in dicto capitulo id cōstituimus.& in dicto capitu.diffinit. sed iura non exprimunt de fugiente ad confines domus canonicorum,sed dumtaxat loquuntur de domo:ergo sequitur, ꝙ ista immunitas se nō extendit vltra domum, & per consequens fugiens ad confines domus episcopi, vel canonicorum non gaudebit immunitate,qua gauderet,si fugeret ad domum canonicorũ. Bene tamē fateor,ꝙ si fugeret ad ostium domus episcopi,vel canonicorum, vel ad porticum, tūc bene gauderet immunitate domus. vnde dixit Do.Anto. in d.ca. inter alia. ꝙ si domus episcopi est adhærens porticibus ecclesiæ, gaudet immunitate eccle. ca.si quis contumax.16.q.4.ꝙ inducit ad quæstionem de pœna insultantium ad domum alicuius, vt habeat
10 † locum pœna in eo,qui insultauit ad porticum domus,alleg.Specu.in titu.de iniur.ver.sed pone statuto.& idem voluit D.Pe.de Anch.in d.c.fi.de immu. eccle.facit,quod voluit Bar.in l.j.§.j.ff. de cloa.& in l.quidam Iberus.ff.de seruitu.vrb.prædio.& in l.meminisse.ff.de officio præsid. & in l. itē apud Labeonem.§.cōuiciũ.ff.de iniu. Bal.in l.sed & si is.ff.de in ius voc.& in l.Gallus.§.ille casus.ff.de liber.& posth. & in l.cætera.§. hoc senatusconsultum.ff.de leg.j.& quod voluit do.Pet.de Anch.in c.j.de deci. & ibi D. Abb.& Do.Anto.& Pau.in cle.causam.de elect.Angel.in l.quid sit fugitiuus.§.apud Celsum.ff.de edil. edicto.& in l.satis.ff. de in ius vocan. Ioan. And. in addi.Spe.in tit.de iniur. §. j. Bal.in l. si tertius. ff. de aqua plu.ar.Ang.in l.j.§.cloacę.ff.de cloa. & in d.§. hoc senatusconsultum.Bald.in rub. ff. de re. diuisi. & quod habetur de conse.di.4.q̄bus de pę.di.2. huius.& in c.mulieres.de iud.libr.6. & quod habetur in l.statutę.ff.de ver.sig. vbi concludunt, ꝙ factum in porticu,dicitur esse factum in domo. Et ex præ-
11 dictis conclude,ꝙ domus † seu curia clericorum quo ad immunitatem non se extendit vltra ostium domus,aut porticũ domus: & sic fugientes ad domũ canonicorũ gaudēt immunitate ecclesię. Idē si fugiāt ad ostiũ,vel ad porticũ, domus canonicorũ, vt nō possint inde extrahi: fallit in publico latrone,& in nocturno depopulatore agrorũ, & in delinquēte in ipsa domo,vel in ostio, vel porticu domus canonicorum: quia tunc non gauderet ista immunitate ecclesiæ, seu immunitate domus. Et ista sit satisfactum quæsito. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Baculus, q̄ datur iudici, est īsigne iurisdictionis,quem non deponit constitutus iudex ab Imperatore, si postea constituatur ab episcopo loci, cuius competit constitnendi iudicem,qui ter in anno iudicet,quin potius uidetur dicendum, ut illis tribus diebus accumulatiuè recipiat baculum ab episcopo retento imperiali baculo,& sic cum utroque baculo iudicabit.

SVMMARIVM.

Baculus,sceptrum,& vindicta variè dicuntur,& sunt insignia iurisdictionis.nu.1.5.

Contractus verba vbicunque sunt dubia, tunc semper fit interpretatio contra eum,qui stat pro contractu.nu.2.

Verba relata ad personam intelliguntur secundum qualitatem personæ,cui referuntur.nu.7.

Dominius quis non probatur per locationem, aut concessionem ad emphyteusim.nu.9.

Dominium rerum temporalium principaliter spectat ad imperatorem.nu.12.

Prætor non curat de minimis, quando agitur de tollendo iure communi.17.secus in dispositione hominis.16.18.

Consuetudo antiqua obseruanda,& eius effectus.nu.19.

CONSILIVM XXXIIII.

ILlud In medium referam, quod Valerio nostro pulchre venit in mentem: nam si prisci, inquit, Oratores a Ioue optimo maximo bene orsi sunt,si excellentissimi Vates a numine aliquo principia traxerunt, deo iustius mea ingenij paruitas ad fauorem tuũ decurrit, quo certa diuinitas opinione colligitur,tuaque paterno, auitoque sideri par videtur.hæc ille. si Gentilis ille,qui verè Dei & Saluatoris nr̄i Iesu Christi cognitionem nullam habuit,Dei putatiui implorauit auxilium: quanto fortius & nos qui ipsum Deum omnipotentem, immensum, immortalem, & eius vnicum Iesum Christum clementissimum ex corde adoramus, omni negotio ex animo inuocare iure optimo obnoxij sumus. Ideo gloriosum Deum huic consultationi inuoco: vt sua solita benignitate

nignitate mihi veritatem huius hæsitationis aperiat, amen. Et quidem viso puncto, & cum omni exacta diligentia perpenso, & cõsiderato, in quo queritur, vtrum iudex, q in loco aduocatus dicitur, debeat recipere baculum, seu sceptrum, quod est insigne iurisdictionis, ab episcopo loci dumtaxat, deposito baculo, seu sceptro recepto ab imperatore, a quo iurisdictionem ille aduocatus recepit. Videt̃ prima consideratione, ꝙ ab episcopo debeat illud recipere deposito baculo recepto ab imperatore. Et ante omnia pro fundamento potissimo huius
1 dubitationis præmitto, quòd † baculus istius iudicis assignatur sibi in signum iurisdictionis & imperij, & ponitur in quasi possessione iurisdictionis & imperij, & inuestitur per traditionem & assignationem baculi, alias appellatur sceptrum: iuxta illud qđ scripsit gloriosus ille Seuerinus Boetius in primo de consultatione philosophica, dum de philosophia sermonem faceret, dixit. dextra libellos, sinistra sceptrum gerebat. & apud Virgilium in primo æneidos scribitur. tu sceptra, Iouemque concilias. alibi appellatur vindicta, quæ vno modo sic appellatur secundum vnum significatum, ꝙ idem quòd iudicis ferula, quam præsides portant in manibus, sic dicta in signum potestatis concessæ ad vindicandum crimina. Alio modo sic dicta vindicta a quodam seruo Vindice, qui coniurationem contra rẽpublicam detexit: vnde libertatem sibi vindicauit in primum: vt habetur in l. 2. §. & cum placuisset. versi. initium. ff. de orig. iur. facit, quod not. Accur. institu. de liber. §. multis. ita scribit Saly. in rubri. C. de vindi. manu. vocatur ergo insigne Magistratus; alleg. in simili text. valde singula. in l. ego cum in villa cum prętore fuissem, passus sum apud eum mannumitti, etsi lictoris pręsentia non esset. ff. de manu. vind. vbi est casus de puero, qui apportat, seu ducunt Potestates terrarum ante se cum capello & ense. Et ibi gloss. dicit, ꝙ ille portat insignia Magistratus, de quo text. facit festum ibi Angel. & Bal. in dicta rubri. dixit post Azonem, quòd erat baculus correctionis. facit, quod habetur. in l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudic. facit simile, quod voluit Bald. in c. 1. in tit. quid sit inuestitura, in vsi. feud. quòd in magnis feudis inuestitura fit per ensem: doctor autem inuestitur per biretum, & insignia repræsẽtãt signatum. sic erectio furcarum significat imperiũ, eius possessionẽ, & vsum. Simile dixit in l. j. in princ. ff. de iusti. & iure. ꝙ doctori datur insula in signum principis, & præceptoris legũ. & facit, quod voluit idem Bal. in l. directis. C. de testa. manu. vbi dicit, ꝙ signa faciunt præsumi talem, qualem ostendunt, & demonstrant signa illa. l. decernimus. C. de aquęductu. libr. 10. l. si quis ignorans. ff. loca. l. moueor. C. si seruus expor. vęneat. & facit l. item apud Labeonẽ. §. si quis virginem. ff. de iniur. & quod not. Bart. in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. Apparet ergo ex prædictis, ꝙ baculus, qui datur huic aduocato, est insigne suæ potestatis, & iurisdictionis, & per consequens, ꝙ debet tradi ab eo, qui illum facit, & creat iudicem, per no. in d. l. directis. & per id, quod voluit ibi Bal. Pro ipso domino episcopo nunc allegatur litera, in qua habetur, ꝙ aduocatus eiusdem ciuitatis ter in anno debeat habere tria iudicia, nec in dicta litera dicitur, ꝙ illa debeat facere nomine epi. Producitur alia litera, in qua dicitur, ꝙ Corradus Rex Siciliæ, Dux Sueuiæ, ꝓ se & hæredibus suis aduocatiam huiusmodi ciuitatis accepit in feudum a quodam epo, qui Rex sine hæredibus feudalibus decessit, & per ꝯñs aduocatia, seu iudicatus ille ad ecclesiam redijt, & per ꝯñs licet iste aduocatus sit cõstitutus ab imperio, tñ sub baculo epi tenebitur iudicare tribus temporibus in signum, ꝙ illa aduocatia ab episcopo ad imperium peruenerit. Producitur etiam tertia litera, continens qualiter comes Palatinus tunc tanquam vicarius imperialis vacante imperio cum episcopo pro tempore contenderit sup dicto iure aduocatię: & finaliter fuit sequuta cõuentio, ꝙ episcopus aduocatiã tenere debeat per unum annum absq; contendentium iure imperij reseruato. Modo est diligenter animaduertendũ ad primam literam: quia licet dicat, ꝙ aduocatus ter in anno debeat facere tria iudicia: tamen nõ dicit, ꝙ debeat deponere baculum datum sibi ab im-
2 peratore constituente ipsum. unde vbicunq; † verba contracrus sunt dubia, tunc semper fit interpretatio cõtra eum, qui stat pro contractu. l. veteribus. ff. de pactis. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obliga. & per illa duo iura refert Arch. in c. si quis suadente. 18. q. 4. Guid. de Suza. cuius ipse fuit discipulus, dixisse, quòd licet genus masculinum concipiat fœmininum, vt in l. j. ff. de verbo. signi. d. cap. si quis suadente. l. si quis in tantam. C. vnde vi. l. quicunq;.
3 C. de seruis fugi. tamen † in contractu nõ comprehendit: quia fit interpretatio contra eum, qui stat pro contractu: & ideo dixit & consuluit Io. de Imo. in c. potuit. de loca. ad fi. quòd quidam acceperunt pro filijs suis emphyteusim, ꝙ veniunt filij masculi, & non venit fœmina, seu filiæ ex eo: quia in materia contractus non venit fœmina cum masculo, allegat Archi. in d. ca. si quis suadente. Facit, quod voluit Ange. post Rayn. de Forli. in l. tres fratres. ff. de pactis. & quod voluit in simili Bart. in l. liberorum.
4 ff. de verbo. signi. vbi voluit, ꝙ licet † in dispositione iuris, vbi fit mentio liberorum veniant nepotes, tamen non habet locum in materia cõtractus: imputet enim sibi, qui apertius rem potuit aperire, & nõ fecit. facit. c. contra eum. de regulis iur. lib. 6. Ita ergo dicendum in proposito nostro, ꝙ ista litera dẽt interpretari ꝯ episcopũ, qui stat pro litera ipsa, vnde cum in ea dr̃, ꝙ ipse iudex debeat facere tria in anno, intelligitur non deposito baculo sibi dato ab imperio: debuit enim clarius & apertius rem clarificare: ideo sibi imputet. ideo vr̃ dicendum, ꝙ aduocatus debeat facere tria iudicia cum baculo imperiali. vr̃ enim satis absurdum, ꝙ deberet deponere baculum imperialem ex eo; quia esset quoddã, vt ita dixerim, corpus sine capite. ꝙ ostendo hoc mo-
5 do. baculus † est signum correctionis, & est insigne suæ iurisdictionis, & sui officij, vt superius est ostensum: quo nam modo posset fieri, ꝙ esset iudex, seu aduocatus sine baculo, & sic sine ptãte corrigendi, & iudicãdi. vnde priuatio, seu depositio baculi, est depositio iurisdictionis: quia remoto signo, remouetur signatum: vt d. l. si quis vxori. §. item apud Labeonem. d. l. moueor. & in iuribus superius allegatis. Vnde sequeretur ex hoc monstrum quoddam, ꝙ esset corpus sine capite, & sequeretur quoddam contradictorium alterum contradictorium, & starent simul, ꝙ in rerum natura est impossibile. duo
6 † enim contradictoria non possunt simul esse vera: nam si album, ergo non est nigrum: nam contradictio est de eodem affirmatio & negatio. & ista sunt incompatibilia: facit, quod not. Bal. in repetitione. l. 1. C. de sacrosan. eccle. ad fi. suæ repetitionis. Modo in illa litera non dicitur, ꝙ accipiat baculum ab episcopo: ergo illum ab eo non debet recipere, & ex quo expressit, interpretatio debet fieri cõtra eũ, qui stat pro contractu: vt est dictum. Si quis ergo dicat, ꝙ debet intelligi litera deposito baculo imperiali. ergo non erit iudex, si deponat insignia iudicatus: & in litera dicatur, ꝙ debet facere tria iudicia, ergo debet intelligi cum baculo: quia illa verba, ꝙ

faciat tria iudicia, præsupponunt, illum esse iudicē: ergo præsupponunt illum esse cum baculo, seu sceptro nō intelligitur de baculo episcopi, vt dictū est, ergo intelligit̄ de baculo imperiali, aliàs oporteret deuenire ad illud inconueniēs, quod esset iudex, & nō iudex, & ꝙ esset iudex sine insignijs iudicialibus & iurisdictionalibus, ergo necessitate viua, & præcisa est fatendum, ꝙ non deponet baculum imperia-
7 lem, maximè, quia verba relata† ad personā debēt intelligi ſm qualitatem personæ, cui referuntur. Ita dixit Bar. in l. j. in prin. ff. ad l. fal. facit l. plenū. §. equitij. ff. de vsu & habita. & ibi dixit Bal. marit⁹ legauit vxori lectū, quod intelligitur de lecto viduali, ſm ꝙ erit vidua, & nō de lecto coniugali, & sic de serico. Et facit, quod voluit idē Bal. in l. in annalibus. C. de lega. vbi idem voluit in l. liberti. C. de bo. liberto. facit l. ex militari, ff. de testa. mi. & ibi dixit Bal. ꝙ si cōceditur episcopo, ꝙ possit celebrare tempore interdicti, intelligitur in pontificalibus ſm qualitatē psonæ, cui verba referuntur. facit l. si quis filio exheredato. §. irritū. ff. de iniusto test. & c. magnæ. de voto. & quod voluit dominus Car. in c. Ray. de testa. Cū ergo in casu nostro iste sit iudex datus ab imperatore, & per consequens iudex imperialis, & in dicta litera dicatur, ꝙ teneat tria iudicia facere in anno: intelligitur ſm qualitatem iudicis, cui verba dirigūtur: sed ipse est iudex imperialis, ergo sequitur, ꝙ debet iudicare, & intelligitur debere iudicare cum sceptro & baculo imperiali, & sic ſm qualitatē psonæ, cui verba referuntur. Et per consequens ista litera si subtiliter & verè interpretetur, & intelligitur, probat contra dominum episcopum, & per consequens sileat sua paternitas allegādo illam literam. Et etiam dominus iudicans animaduertat accuratè: quia depositio insignorum, & per cōsequens depositio sceptri, seu baculi, est pœna: quia præsumit eē priuatus ab officio ille, qui deponit insignia officij: sed ego habeo gl. singularem & vnicam in iure in c. fi. de iure patro. quæ dicit, ꝙ nunquā debemus imponere pęnam priuationis ab officio, nisi in iure reperiamus illam impositā, pro qua glo. ego allego elegantem doctrinam Bald. in auth. ex testamento. C. de secun. nup. vbi dicit, ꝙ pœna priuationis non imponitur. & mouetur: quia hoc nulla lege cauet: & dicit, ꝙ ista allegatio fundatur in materia priua-
8 tiua: quia quod non est lege † cautum, non, inducit priuationem. allegat in auth. de non eli. secun. nub. §. cum igitur. nec quęlibet lex est aliquid tale dicēs. Cum ergo in proposito nostro non dicatur in ista litera, ꝙ iudex imperialis deponat baculum, sequit̄, ꝙ illum non deponet: quia alias imponeremus pęnam priuationis, quam dicta litera non imponit, & istud apponi gladium ad radicem in ista consultatione, & per consequens illa litera non opitulatur, nec prodest domino episcopo, nec etiam opitulat̄ domino episcopo secunda litera: quia licet in ea dicatur, ꝙ Corradus acceperit in feudum a quodam episcopo aduocatiam huius ciuitatis: non tamen propter hoc probatur, ꝙ ad episcopum, & sic ad ecclesiam debeat redire, quod sic demonstro: licet qs
9 locet, aut concedat † ad emphyteusim, non tamen propter hoc probatur esse dominus, & hoc decidit multum eleganter Specu. in titu. de emphyt. §. nūc aliqua. versi. j. lib. 6. Pone inquit, ꝙ extraneus possideat rem ecclesiasticam, qualiter ecclesia aget contra illum: cum ille possessor nō sit emphyteuta, nec eius hæres: & certè tunc est proponenda in rem actio, & dominium est probandum: cuius tamen ꝓbatio difficilis est, certi † enim sunt modi dominij probandi. Primus est, si ecclesia probet se habuisse istam rē a dño: vt ibi per eum, & ponit modū ad ꝓpositū huius literæ accommodatum: videlicet, ex concessionibus factis ab ecclesia de re, de qua est quæstio, ꝙ emphyteutæ longissimo tempore ab ecclesia possederunt, & sic concludit ibi, ꝙ non probatur dominium per contractū emphyteuticū quoad tertium, & ego allego text. in c. inter dilectos. de fide instru. & ibi do. An. vbi probatur, ꝙ per instrumentum locationis non probatur dominium. Et facit, quod no. Bar. in l. legata. ff. de adimen. lega. & etiam Spec. requirit multiplicatos contractus emphyteuticos factos fuisse ab ecclesia, & emphyteutas longo vel longissimo tempore possedisse: & etiā dicit ibi Specu. ꝙ iste modus probandi dominium hoc modo est disputabilis, & per consequens dubitabilis, & sic non firmat pedes super hoc. Modo in ꝓposito agitur ꝯtra, & non agitur contra illū Corradum regem Siciliæ, qui confitetur se accepisse ab ecclesia: nec etiam apparet, ꝙ ecclesia multis vasallis hanc aduocatiam concesserit: & illi longo, aut longissimo tempore possederint. sequitur ergo, ꝙ nullo modo per istam literam potest dominus episcopus feudare suam intentionem, ꝙ dicta aduocatia spectauerit ad ecclesiam, & per consequens sequtur, ꝙ nullo modo debuit reuerti ad episcopatū, & sic in vanum allegat literam istam, & melius fuisset
11 silere: quia boni † viri tacent, quod probare nō pñt. 2. q. 7. c. plerique boni viri. Et sic non est verum dicere, ꝙ aduocatia redierit ad ecclesiam; & per consequens non est verum dicere, ꝙ sub baculo episcopi pmissis tribus tēporibus teneatur iudicare, tanquā illa aduocatia prouenerit ab episcopo ad imperiū, tum etiam quia illud nō est verisimile, ꝙ dñium tēporale ab ecclesia particulari veniat ad imperium:
12 cum dñium † rerum temporaliū principaliter spectet ad imperiū: est enim imperator dominus mūdi: vt l. de præcario. ff. ad leg. Rhod. de iactur. l. 1. in ver. nostri orbis. C. de epi. & cle. 7. q. j. c. in apibus. c. omnis anima. c. magnū. 11. q. j. imperat enim Cæsar in vniuersa iurisdictione, quæ ascendentem videt, & descendentem solem, & quæ ex vtroque latere, id est meridiæ & septentrione: vt in authen. vt omnes obedi. §. & hæc cōsiderantes. Et sic non cadit in aliquem dignum & exercitatum intellectū in dubio, ꝙ illa aduocatia, quæ est dominium temporale, cū habeat imperium & iurisdictionem, & prius spectauerit ad episcopū, vt in ciuitate Augustēsi, q̄ ad imperatorem: cum imperator sit dñs illius ciuitatis. Facit, quod no. Inno. in c. cum dilectus. de cap. mo. vbi quis exercendo speciem iurisdōnis est in quasi possessione totius iurisdictionis vniuersalis, censet esse in possessione particularis iurisdictionis, & sic potius vr̄, ꝙ illa iurisdictio & imperium aduocatiæ spectauerit & spectat ad ipsum imperatorē, & per cōseques illis tribus temporibus aduocatus faciet iudicium cum baculo imperatorio. ¶ Et si quispiā dixerit, amice, illa sunt tempora, & non vltra, qbus ille aduocatus debet iudicare cum baculo epi, dimisso baculo imperatoris, & sic propterr illa tria tēpora non est intantum insistendum & curandū, si iudicet dimisso baculo imperatoris: quia agitur de modico præiudicio: est enim res Augusta, & per cōsequens cessant tot contraria. Quia ad hoc respondeo, ꝙ posito, non tamen cōcesso, ꝙ dumtaxat per vnum diem aduocatus dimitteret baculum imperialem, adhuc vigerent contraria superius inducta: qa pro illo die esset iudex imperatoris, & sine baculo, & pꝰns sine iurisdōne imperatoris, nec posset stare signū, nec signatio, & ecōtra: & ēt posset multum præiudicari iurisdictioni & imperio imperatoris illis tribus tēporibus iudicando cū baculo epi: quia tunc tota iurisdictio temporalis esset translata

lata in episcopū: cum ille aduocatus dimisso baculo imperiali iudicaret cū baculo epi, & posset fieri magna fraus ēt in præiudiciū subditorum ipsius imperatoris, & per ꝯñs ciuitatis Augustēsis. & ideo potius vř dicendū, vt iam cōsuetudo, quæ est optima legum interpres, est interpretata. l. si de interpretatione. & l. minimè sunt mutāda, quæ certam interpretationem habuerunt. ff. de legi. ca. cum dilectus, de consue. vt illis tribus temporibus aduocatus recipiat baculum ab epo, vel ab eius officiali, & illis tribus diebus cum ambobus baculis iudicet. s. imperiali, & baculo tradito sibi ab episcopo: & sic accumulatiuè ille iudex recipit illum baculum epalem, retento baculo imperiali. Vnde cum nihil sit expressum in prima litera, ꝙ ille aduocatus illis tribus diebus, seu temporibus teneatur iudicare cum baculo epi, & consuetudo est interpretata, ꝙ illis tribus diebus accipiat baculum ab episcopo, si sibi ꝑsentetur, nō tamen dimisso baculo imperiali, & sic iudicabit cum vtroq; baculo imperiali & epali: ergo stabimus huic interpretationi factæ a consuetudine, & per ꝯñs minimè erit mutāda talis interpre-
13 tatio: quia illud † quod est consuetudinarium, non est arbitrariū: vt dixit Bal. in l. quicunq;. C. de seruis fugi. imo est necessarium, & per ꝯñs accumulatiuè datur illi aduocato illis tribus diebus baculus episcopalis, & allego de hoc textum valde singu. in c. ꝑ hoc. de hæreti. lib. 6. vbi est tex. ꝙ episcopus est inquisitor contra hæreticos. Modo Papa constituit aliū inquisitorem, & sic dat specialem inquisitorem, an videatur tollere illum inquisitorem generalem. ibi est tex. solen. ꝙ non. Ita dicamus in proposito arguē-
14 do † de persona ad tempus, & ad locum, quod est validum, arg. l. si vinum. ff. si cer. pet. l. miles ita. §. qa diximus. ff. de test. mili. l. qui plures. ff. de vul. & pup. Modò in proposito ille aduocatus est iudex imperialis cum baculo imperiali cum omni tempore: licet postea dicatur, ꝙ tribus diebus debeat iudicare cum baculo episcopali: nō tamen propter hoc derogatur baculo imperiali generali, & ordinario. sicut in d. c. per hoc. non enim derogatur episcopo, q̄ est inquisitor generalis: licet Papa constituat inquisitorem specialem cōtra hereticos. Ita in proposito non tollit baculum imperialem: sed accumulatiuè cōcedit baculum episcopalem illi iudici, seu aduocato, & per illum tex. pulchrè dicebat D. Pe. de Ancha. in c. tibi qui. de rescrip. lib. 6. ꝙ si Papa committit in specialem visitationē alicui de aliquibus monacis, non videtur illam tollere episcopo loci, & sic ordinario. & est in casu nostro multo fortius ex eo: quia nō dicitur in illa prima litera, ꝙ debeat aduocatus illis tribus diebus iudicare cū baculo episcopi: quia si dictum esset, ꝙ cum baculo episcopi deberet iudicare: tamen non videtur derogatum baculo imperiali: imo accumulatiuè cum vtroq; baculo, per d. ca. per hoc. & bene facit, quod voluit Io. de Imo. in l. Titiæ textores. ff. de le. j. Quāto ergo fortius in casu nostro debet intelligi, ꝙ retento baculo imperiali debent illa iudicia facere tribus tēporibus, & in veritate istud solum apponit gladiū ad decisionem huius consultationis, & istud solum est sufficiens ad determinandum ꝯ dominum Episcopum: est enim mirabile, ꝙ ita accedant dicti clerici
15 ad temporalem iurisdictionem: cū arma † sua sint lachrymæ, & orationes: vt in c. reprehensibile. 23. q. 8. Ista ergo sua petitio de radice cupiditatis procedere vř iudicio meo: licet clerici sint capaces iurisdictionis temporalis: vt iura exprimunt in vtraq; censura pontificia & Romana: & sic istæ duæ literæ allegatæ per dominum Episcopum sunt nullius vigoris ꝯ istam ciuitatem Augusten. seu ꝯ imperiū. Nec etiam obstat tertia litera, in qua comes palatinus venit vt vicarius imperij ad compositionem cum epo, ꝙ episcopus tenere debeat aduocatiam per vnum annum: quia istud est nihil. primo in dicta litera est reseruatum ius contendentium: vnde illa talis compositio ex prouisione ipsorum componentium non præiudicat in aliquo ipsis contendentibus, & per ꝯñs reseruatum est ius tertio: vt in c. sup eo. de offi. dele. l. cum auus. C. de emanc. libe. c. quā uis. de rescri. lib. 6. ergo huic ciuitati nō præiudicat talis compositio: si de hoc contendebat. Itē dř in dicta litera iure imperij reseruato. vnde circa hoc pō deret diligēter D. iudicans ex eo: quia dñs Eps producendo istam literam percutit se cum ligone suo, ꝙ sic demonstro: certum est, ꝙ agitur de pręiudicio imperatoris, si illis tribus diebus iudicaret ille aduocatus dimisso baculo imperiali: qa per illam depositionem videretur dimittere imperiū, & iurisdōnē sibi collatam per illum baculū ab imperatore, quo casu nullus posset inficiari, qđ esset præiudiciū imperij, ꝙ illis tribus diebus ille non sit iudex imperij: sed in illa litera dř, iure imperij saluo. ergo &c. ¶ Et est ēt cōsiderandum: qa si quispiam dixerit, amice, istud est modicnm præiudicium imperij, & de mo-
16 dicis † nō curat prætor: vt l. proprietarius. ff. de dān. infec. & facit, quod hř in l. decurio fortunam. C. de decur. lib. 10. Ad hoc respōdeo, ꝙ in dicta litera nō dicitur, sine priuilegio imperj: sed dicitur, iure imperij saluo, quo casu partes componentes reseruarunt ius imperio. ergo sequitur, ꝙ si dñs Episcopus vult interpretari istam literā, vt episcopus debeat tenere aduocatiam per vnum annū saluo iure imperij, & intelligit, ꝙ debeat tenere baculum episcopalem: sequitur, debebit etiam tenere baculum imperialem: quia aliter ius imperij non esset saluum, & per consequens ista litera est ꝯ episcopum. Item ponderetur dicta litera: quia dicitur, ꝙ compositio facta fuit, vt per vnum annum teneat episcopus aduocatiam. ergo elapso anno illam non debebit tenere. ergo sequitur, ꝙ nec per vnum diem debet illam tenere, & per ꝯñs etiam ꝑ illa tria tempora, quibus ille aduocatus iudicabit non poterit tenere baculum episcopalē: qa elapso anno nihil habuit cōe
17 cum dicta aduocatia. Nec ob. cū dicebat, ꝙ † de minimis non curat prætor: quia illud est verū, qñ agitur de tollendo iure cōi pp minimum: quia tūc nō est recedendum a iure cōi: vt l. scio. vbi pro modica læsione non datur restitutio ꝯtra ius commune. ff. de in integ. resti. & l. si oleum. ff. de dolo. cum simili: facit, quod no. in c. maioribus. de pręben. & hoc ꝓ-
18 cedit in dispositione iuris cōis. Sed in † dispositione hominis bene curamus de modicis: vnde dixit Bal. in l. minoribus. C. de his qui. vt indig. ꝙ si statutum disponit, ꝙ custos villę teneatur denuntiare malefactores, alias puniatur, & denuntiauit oēs malefactores pręter vnum, ꝙ tunc punietur, tanquam non satisfecerit statuto, & sic curatur de vno. & idem Bal. in l. 1. C. de his quæ pę. no. dixit, testator in testō dānauit hæredem ad dandum Titio 10. aliàs damnabat illum ad domum dandam elapso mense, ꝙ si ille dedit nouē, & sic nō decē, habet locum pęna imposita a testatore. facit, quod voluit Lud. Ro. in l. 2. ff. ad Silla. vbi dixit, statuto cauetur, ꝙ bannitus soluendo 10. debeat cancellari de bāno, ꝙ si soluit nouem, non est satisfactum statuto, allegat An. ita dicētē. Cū ergo in casu nřo sumus in dispositione hominis, sequitur, ꝙ attēdetur ad minimū. & iō cum in d. compositione fuit dictū, iure imperij saluo, sequitur, ꝙ vř intelligi de iure etiam minimo: & maximè: quia ille componens fuit vicarius, qui nō poterat præiudicare iuri imperij ēt in minimis, & per con-

conſequens illa verba debent intelligi etiam de iu-
re minimo,facit,quod habetur in l.præſes.C.de trã
ſac.Et ſic per illam compoſitionem non præiudica
tur ipſis contendentibus etiam in minimis,nec etiã
præiudicatur imperio in minimis: imo remanet in
ſuo iure ſaluum imperium.Ideo ſileat allegans illã
compoſitionem.Et ex iſtis ſublata ſunt omnia fun-
damenta domini Epiſcopi,& per conſequens ciui-
tas Auguſtẽſis eſt in caſu victoriæ.Et pro fundamẽ-
to abundantiori ipſius ciuitatis: licet præfata dicta
ſuperiora ſufficiant ad plenum:nihilominus in pũ-
cto dicitur ab antiquo fuiſſe obſeruatum, ꝙ quãdo
ille aduocatus,qui pro tempore eſt, iudicat, tenet
baculum ſibi datum ab imperatore, & ita eſt con-
ſuetum fieri:ergo ſequitur, ꝙ dato ꝙ nobis defice-
rent iura in hoc,quæ tamen non deficiunt,vt ſupe-
rius eſt oſtenſum: nihilominus ſtandum erit con-
ſuetudini,& antiquæ obſeruantiæ,quę conſuetudo
eſt optima interpres:vt d.c.cum dilectus.ergo mini
mè ſunt mutanda,&c.l.minimè.ff. de legibus, alle-
go tex.in titu.de pace Conſtant. in ver. ſicut ab an-
tiquo. & ibi Bal.dicit eſſe argumentum ex illo text.
19 ꝙ † antiquæ conſuetudines ſunt obſeruandæ.vnde
dicit lex, ne quid contra longam conſuetudinẽ fiat
ad ſolicitudinem ſuam reuocabit pręſes prouincię.
l.j.C. quæ ſit longa conſuetudo. ſimile habemus in
l.nullum.C. de officio rec.prouinc.l.ſi manifeſte.C.
de ſeruitu.l.ſi in aliquam.ff.de officio proconſul. &
facit,quod voluit idem Bal. in c.j.in tit. qui feu.da.
poſ.vbi dicit,ꝙ conſuetudo habet vim decreti,& te
naciter obſeruata habet vim iuſtitiæ,& dat iuriſdi-
ctionem:vt l.viros.C.de diuerſis offi.li.12. Item dat
mandatum: vt l.nulli.ff.quod cuiuſque vniuer.no.
l.ſuper creandis.C.de iure fi.li.10. Cum ergo ab an-
tiquo ita fuit obſeruatum , donec extat memoria
hominum, nec exiſtit in contrarium memoria ho-
minum,ergo orta eſt conſuetudo,& per conſequẽs
non mutabitur talis conſuetudo.facit,quod voluit
Bal.in l.& in prouincia.C.de ſeruit. vbi dixit, ꝙ præ-
dia cluſij Peruſini non ſunt tributaria, niſi ex cõſue
tudine:ideo ſi qua prædia ſunt in cluſo Peruſino, q̃
non conſueuerunt ſoluere tributum,ꝙ nõ poſſunt
compelli ad præſtationem tributi. Ita dicamus in
caſu noſtro,cum iſte aduocatus ſit creatus ab impe
rio,& conſueuit tenere baculum imperialem, nec
eſt viſum,nec conſuetum,ꝙ tenuerit baculum epi-
ſcopalem,ſequenda eſt iſta conſuetudo antiqua. fa
cit etiam tex.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de officio
proconſul. & ibi Bald. colligit argumentum ex illo
text.ꝙ ſocietates artium Peruſij quando vadunt ad
luminaria in feſto Sancti Herculani, debeãt ſe mo-
uere de loco pręedicatorum,ſicut eſt mos antiquus.
& idem dicit in Tuſcia, in proceſſionibus mos anti
quus eſt, vt minores vadant ante prædicatores, ꝙ
ita eſt fiendũ,ex quo ita eſt more antiquo.ergo &c.
Præterea facit etiam:quia (vt ſuperius dicebam)da
to, ꝙ illis tribus diebus deberet aduocatus tenere
baculum epiſcopalem: tamẽ venit accumulatiuè.
facit tex.ſingularis in l. ſtudentibus. C.de offic.pręf.
vrb.& ibi Bar.per illum tex.dixit,alicui competit iu
riſdictio vniuerſalis in loco, & ſuperior concedit al
teri certam ſpeciem illius iuriſdictionis vniuerſalis,
an illa ſpecies ſit ſublata illi iudici vniuerſali: exem
plum , Poteſtati competit vniuerſaliter iuriſdictio
in ciuitate, modo ſuperior committit certam ſpe-
ciem mihi, an poterit Poteſtas cognoſcere de illa
certa ſpecie commiſſa alteri, & decidit ꝙ ſic ex eo:
quia venit accumulatiuè,& non priuatiuè.& idem
voluit Bald.in auth.habita. C. ne filius pro patre.in
ver. demum oppono. &, Ange.in l.1.C.vbi & apud,
vbi hoc limitat,niſi fuiſſet appoſita dictio ſolum,qa
tunc bene videretur ſublata per glo.ibi poſitam, &
dominus Pet.de Ancha.conſi.43. & Bal. in l.1. ff.de
officio cõſul.& dominus Benedictus de Plumbino
in l.Thais.§.fi.ff.de fidei.lib.& per conſequens poſi
to,non tamen conceſſo,quòd deberet tenere bacu
lum epiſcopalem illis tribus diebus,tamen tenebit
accumulatiuè,& non priuatiuè,& ſic retento bacu
lo imperiali. Præterea conſidero, & in hoc diligen-
ter ponderet D.iudicans, ꝙ dñs eps nullo modo po
teſt adducere ius ſufficiens, quod illis tribus diebus
ille aduocatus teneat, aut tenere debeat baculum
epiſcopalem,niſi ſm conſuetudinem & longã anti-
quitatem: quia nec literæ illæ, nec compoſitio illa
probat,ꝙ debeat tenere baculum epalem . allegat
ergo conſuetudinem & illam antiquitatẽ,quæ con
ſuetudo operatur effectum priuilegij: vt l.hoc iure.
§.ductus aquæ.ff.de aqu.quot.& æſti.& ibi pulchrè
dixit Ang.ꝙ ſi nobilis eſt vſus imperio per tm̃ tp̃s,
cuius initij memoria non exiſtit,& dicit ſe exercuiſ-
ſe auctoritate Cęſarea,licet non oſtẽdat priuilegiũ:
tamen ſufficit,per illum text.facit l.vſum aquæ.& l.
diligenter.C. de aquæduct. lib. 10.& l.in conceden-
do.ff.de aqua plu.arcẽ.& quod voluit Bart.in l.j.C.
de muli.& in quo lo.p dictũ.§.ductus aquæ.& Bart.
in c.1.in tit.quæ ſunt regal,& tex.in c.ſuper quibuſ-
dam.§.præterea. de verb.ſig.& Bart.in l.ſi publica-
nus.§.fi.ff.de publi.& quod voluit idẽ Bar.in 1.cõſt.
ff.§.fi.& ideo in accidentia facti conſuluit reueren-
dus dominus Archiepiſcopus Panormitanus, vt ip
ſe refert in c.attendentens.de præſcrip.quædã eccle
ſia non curata per tp̃s,cuius initij non erat memo-
ria,cũ alijs eccleſijs ciuitatis ad onera cõiter incum
bentia minimè contribuit:ſed alijs eccleſijs ſoluen
tibus ꝓ rata, illa eccleſia nihil ſoluerat: petebat,vt
ſolueret non obſtante cõſuetudine,cõſuluit,ꝙ po-
terat ſe defendere ex tpe, cuius initij non erat me-
moria,allegat,quod hr̃ in cle.j.coniuncta gl.de cẽſi
bus.Modo in caſu noſtro ex vetuſtiſſimo tpe,cuius
initij non extat memoria,conſueuit ille aduocatus
illis tribus diebus tenere baculum epalem , ſi ſibi
præſentabatur ab epo,vel a ſuo officiali,non depo-
nendo baculum imperialem,& ſic cũ vtroq; bacu-
lo iudicabat pp reconuentiones clericorum . vnde
D. Epiſcopus non poteſt allegare aliquod ſufficiẽs
ius pro ſe, niſi illam conſuetudinem & antiquita-
tem:ſed illa conſuetudo & antiquitas diſponebat,
ꝙ cauſa vtroq; baculo iudicaret. Vellem ſcire liben
ter,qua fronte aut colore petit D. Epiſcopus ſcindi
illam conſuetudinem,& in parte acceptat pro ſe,&
in parte ꝯ ſe non vult acceptare:quia nulla lex,nul-
la iuris ſanctio,nulla honeſtas hoc patitur, ꝙ illam
cõſuetudinem in parte acceptet pro ſe,& in parte,
quæ nõ facit pro ſe,nolit acceptare: cũ lex & cõſue
tudo ſit indiuidua, nec ꝓ parte poſſit acceptari, &
ꝓ parte non, niſi ex diſpoſitione legis eſſet in parte
derogatum: vt eſt text.ſingularis in l.j.C.de lati.lib.
tol.ad fi.illius.l.in verſic.ea ineſſicax quantum in eã
partẽ remaneat,de quo tex.facit feſtũ ibi Bal.q col-
20 ligit, ꝙ lex † vel ſcriptura ꝓ parte valet, & pro par-
te non,qñ hoc exprimitur a lege.& dicit glo.ibi eſſe
ſingulare.ergo ſequitur,ꝙ cum conſuetudo ſit lex:
vt l.de quibus.ff.de legibus,prima diſt.c.conſuetu-
do.cum ſimilib.ſequitur, ꝙ conſuetudo nõ poterit
pro parte acceptari,& pro parte non , & per conſe-
quens dominus Epiſcopus ſi non vult acceptare il-
lam conſuetudinem, & illam antiquitatem ita vt
eſt,ſequitur,ꝙ ciuitas,vel dominus Imperator pote
rit acceptare illam conſuetudinẽ,inquantũ facit in
21 ſui fauorẽ:qa qui non facit † illud , qđ dẽt, non pôt
petere,qđ ei debetur.l.ſi non fuerit.ff.de iureiu.Bal.
in authen. dos data. C. de dona.ante nup.& in c.1.
in

in titu.qualit.dominus feud.proprie.priuc.ideo poterit procurator fisci acceptare pro parte in fauorē imperij,& per consequens dumtaxat tenebit baculum imperialem ille aduocatus. Praeterea etiam animaduertat D. iudicans: quia dominus Imperator habet ius commune pro se: nam ille aduocatus recipit baculum,& iurisditionem & imperium ab Imperatore,ergo sequitur, ꝙ de iure communi per iura allegata superius in prin.debet portare baculum Imperatoris omnibus diebus, & toto anno: sed de consuetudine illis tribus diebus portat vtrūq;. Mo-
22 do si cessat illa † consuetudo: quia episcopus nō vult illam acceptare in totū,sequitur, ꝙ remanebimus in dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff.de lib.& posth.l.si cum dotem.in prin.ff.solu.ma. l.si extraneus ff.de cond.ob cau. & per consequens, si dominus episcopus vult recedere ab illa solita, & antiqua obseruantia,poterit Imperator duo facere: videlicet dicere,fiat in nomine domini,ego volo stare in dispositione iuris communis, quo cauetur, ꝙ iudex,vel potestas portet sceptrum, vel baculum illius,cuius est officialis, & a quo habuit iudicatum, vel aduocatiam, vel poterit dicere si tu nō vis obseruare antiquitatem, nisi quatenus facit pro te, ego volo obseruare quatenus facit pro me: quia si non facis,quod debes,idem fiet tibi: per titulum, quod quisq; iuris, & sic duo vincula sunt in fauorem ad-uocati, videlicet ius commune,& cōsuetudo: quia
23 duo † vincula sunt potentiora vno, in auth.itaque. C.communia de suc.ca.1.de treu.& pace. Praeterea facit etiam:quia dicitur in puncto, ꝙ per tempora antiqua, & in memoria hominum fuit obseruatū, ꝙ dictis tribus diebus iudicet aduocatus cum vtroque baculo. Modo in casu isto episcopi praedecessores huiusmodi domini episcopi passi fuerunt, nec vnquam in contrarium protestati fuerunt, quo casu ex illa diuturna patientia videtur, ꝙ praeiudiciū sibi generauerint,argumento eius, quod voluit gl. in l.cū de in rem verso. ff. de vsur. & in l. seruitutes. ff.de seruitu. & l.2.§.deniq;. ff. de aqua plu.arc.quae
24 gl.volunt,ꝙ † constituitur seruitus per solam patiētiam ex longo tempore praestitam,cum quibus glo. transiuit Bart.in d.§.denique. & licet multi non teneant illas gl. tamen in casu nostro illae,gl.militant ex eo:quia hic non constituitur seruitus aliqua, sed fit reductio ad ius commune,quo cauetur, vt est dictum superius,ꝙ potestas vtatur baculo eius, a quo recipit officium potestariae.Item quia hic nō solum interuenit patientia sola, sed interuenit actus positiuus:quia illis tribus diebus iudicauit ille aduocatus sup reconuentionibus clericorū,& pronūtiauit ipsius dn̄is Episcopis tacētibus, patiētibus,& nō ꝯdicētibus: seqtur ergo,ꝙ ex tali patientia inducitꝰ quędam declaratio dubitationis, ꝙ illis diebus aduocatus non debet dimittere baculum imperialem, & sic facit illud, quod voluit gloss.multum singularis in cap.si duobus,de rescript.lib.6.quę vult,ꝙ ex cōfessione partis declaratur dubia probatio actoris, posito ꝙ confessio partis principaliter emanans nō potuisset fundare ius actoris, de qua gloss.exclamat singulariter ibi D. Dominicus de Sancto Geminiano,& sic multifariè,multisque modis apparet sufficientissimè probatum de iure imperij, seu de iure ipsius ciuitatis.Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Statutum prohibens contra literam cābii opponi aliquam exceptionem, nisi solutionis,intelligitur de vera litera, non autem de simulata aut ficta: item loquens de instrumento, aut contractu, intelligitur de vero,item statutum admittēs exceptionem aliquam,etiam si loquatur taxatiuè,intelligitur admittere similes, & propter denegatam iustitiam a judice seculari potest adiri ecclesiasticus.

SVMMARIVM.

Veritas, bona fides, & ęquitas attenduntur in foro mercantia. nu.1.
Statutum loquens de instrumento,aut litera cambij, non habet locum in simulata.nu.5.
Exceptio aliqua solùm permissa opponi contra instrumentum, venit omnis alia similis.nu.8.& 9.
Soluere verbi,acceptio.nu.10.& 12.
Laudi verba generalia non comprehendunt ea quae sunt impossibilia laudanti.nu.13.
Verba,omni alio modo, & verba, pro bono pacis, quid operentur,nu.14.
Statutum laicorum non potest disponere de spiritualibus & ecclesiasticis. nu.15.
Ecclesiasticus iudex propter denegatam iustitiam a seculari potest adiri.nu.17.

CONSILIVM XXXV.

Omnipotentem Deum, & patrē pijssimi Saluatoris Nostri Iesu Christi. ex corde & animo inuoco: vt sua immensa benignitate mihi aperiat veritatem in hac consultatione, amen. Viso puncto,& statutis mercantiae & facti contingētia,& omnibus ea animaduersione,qua potui, perpensis. Capio primam dubitationem, videlicet an exceptio absolutionis possit opponi contra dictam literam cambij, non obstante dicto statuto, & per consequens an sit absolutus a dicta litera cambij stante absolutione facta in dicto laudo. Et ante omnia considero verba posita in puncto, dum dicitur, quòd ipse V. promisit iudici pronuntianti dictam literam cambij mitti debere executioni contra dictum A.per publicum instrumentum factum in loco secreto, non petere a dicto A. nisi quod eidem V.debetur per dicto A.vigore dicti laudi. & sic considerет maturissimè dominus iudicans,quòd ex his talis litera cambij non redditur vera: sed potius fuit simulata,quo longo miror:quia sumus in foro mer-
1 cantili,in quo † foro attenditur pura veritas, bona fides,& pura aequitas: vt dixit Bartol.in l.quintus.ff. manda.& Ange.in l.argentarius. super textualibus. ff.de eden.quod singulariter declarauit Bartol. in l. fideiussor.§.quaedam. ff.mandati.vbi dixit, quòd in curia mercatorum debet iudicari de bona aequitate,omissis iuris solennitatibus,quod dicit esse intelligendum non inspectis solennitatibus iuris, quae veritatem negotij non tangunt,& sic concludit Bartol.quòd in foro mercatorum attenditur veritas. & idem voluit Bald.in l.si pro ea. C.mandati. vbi dixit, in curia mercatorum debere iudicari de bona aequitate omissis solennitatibus iuris: quia intelligitur de solennitatibus non tangentibus veritatem negotij, allegat Bartol.in dicto §.quaedam. & allego optimam gloss. in capitul.dilecti, de iudic. quae
2 dicit, quòd vbi † agitur de bona fide, non curamus de apicibus, & quod voluit Baldus in suis apostillis in l.si mancipium. ff.de euic. Modo in sumus in curia mercatorū, qui quotidie disputant de bona fide,

de,& legalitate,quomodo patiuntur, quòd contra
literam cambij,quæ est contra omnem veritatem,
& ex facto ipsius iudicis mercantiæ apparet,ꝙ litera
est aliena a veritate, non admittatur exceptio. & ꝑ-
mittunt, ꝙ mandetur executioni litera, quæ nullã
continet veritatem:certè potest eis dici illud, quod
Ouidio poetæ clarissimo venit in mentem. Votoq;
tuo tua forma repugnat: quia si promisit dictus V.
iudici per publicum instr̃m non petere aliquid vi-
gore dictę literæ cambij,ad quid ergo pronuntiauit
illã exequi debere: qa ad hoc demonstratur manife
stè,ꝙ dicta litera fuit simulata, & fictitia? tũc arguo
sic formaliter. In dicto statuto dr̃, ꝙ non possit op
poni contra literam cambij aliqua exceptio,aut de-
fensio, nisi sola exceptio pagamenti: loquitur ergo
statutum de litera cambij, prout est vera litera cam
bij,non prout est simulata, & ficta:debet ergo ante
omnia constare,ꝙ est litera cambij:vt firmat Bar.in
l.1.§.per vim.ff.quod vi aut clam.vbi dicit, cauetur
3 statuto † ꝙ non possit opponi aliqua exceptio ↄ̃ pu-
blicum instrumentum,nisi certæ exceptiones,ꝙ ni-
hilominus debet constare est publicum instr̃m: iõ
potest opponi exceptio,ꝙ non sit publicum instr̃m.
l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.& Bar. in l.fideius-
sor.§.prætor.ff.qui satisda.cogan.vbi dicit, disponit
statutum,ꝙ qualiscunq; fuerit sententia arbitri,mã
detur executioni:nec aliquid possit opponi,decidit
debere constare illum fuisse arbitrũ,idẽ Bart.in d.l.
4.§. condemnatum. & quod ipse voluit in l. diuus.
ff.de test.mili.& in l.j.§.itẽ illud.ff.ad Silla.facit gl.in
cle.1.de sequesta.poss.& fruct.vbi dicit,ꝙ si non põt
opponi ↄ̃ sententiam aliqua exceptio:tamen pote-
rit opponi exceptio,ꝙ non sit sententia: & facit, qđ
hr̃ in c.licet,de vitanda.de ele.vbi licet nõ possit op
poni ↄ̃ electionem Papæ:tñ poterit opponi, ꝙ eligẽ
tes non erant Cardinales:ex eo quia ius requirit, ꝙ
eligentes sint Cardinales, & ibi D.Anto.idem dicit
in instrumento publico,ꝙ prius cõstare debet,ꝙ sit
publicum instrumentum:idem dixit in c.item cum
quis,de restit.spol.Idem firmant canonistæ in dictis
locis. Modo in proposito ante omnia oportet con-
stare istam fore veram literam:quia statutum istud
loquitur de litera cãbij:ergo sequitur, ꝙ sumus ex-
tra casum statuti,hoc decidit tex. apertus in l.si non
verum. C.de do.inter vi.& vxo. & ibi ille vberrimus
iuris fons Bal.dicit,statuto cauetur,ꝙ non possit op
poni exceptio contra instrumentum: tamẽ poterit
opponi exceptio simulationis: quia largo modo di-
citur falsum.& idem Bal.in l.fi.§.in computatione.
ad fi.C.de iure delib.dixit,ꝙ si statutum loquitur de
instrumento,non habet locum in instrumẽto simu
4 lato:quia † simulatum instrumentum nõ est instru
mentum:cum non faciat fidem simulatione proba
ta:vnde licet superficialiter appareat esse instrumẽ-
tum,tamen substantialiter, & essentialiter non est
instrumentum.nec enim propriè dicitur,quod abu
siuum est item pretor.ff.de suis & legi.Sed instrumẽ
tum,quod non habet vim probandi,non est instru-
mentum propriè, quod dicitur ab instruendo.l.no-
tionem.§.instrumentorum.ff.de verbo.sig.Ideo di-
cit,ꝙ statutum debet intelligi de instrumento effica
ci,non de nullo:vt l.si quis aliquid.§.testamentum.
ff.de pen. Limitat hoc,nisi statutum remoueret ex-
ceptionem simulationis:quia tunc propter iniqui-
tatem statuti recurritur ad forum ecclesiæ:& etiam
allegat,quod voluit Bart.in d.l.j.§.per vim. ff. quod
vi aut clam.vnde Bal.loquitur in terminis. Cum er-
go ista litera cambij sit simulata, non vera: ergo est
nulla:quia dicitur largo modo falsa. & falsum pec-
cat in iure naturæ: vt dixit idem Bal.in l.falsus. C.de
furtis.sequitur ergo, ꝙ talis litera nullã meruit exe-
cutionem. Et est accuratè ponderandum, quod
Bal.ibi dixit,ꝙ si statutum excluderet exceptionem
simulationis,litera existente simulata poterit recur
ri ad forum ecclesiæ.& mouetur ex eo: quia tale sta
tutum nutrit iniquitatem,quod erit mirabilem se-
quenti dubitatione.& idem Bald.in l.fraus. ff.de le-
git.dixit,ꝙ simulatus titulus non est titulus, allegat.
l.emptor.ff.de aqua plu.arc.& sic aperto ore sentit,
5 ꝙ † statutum loquens de instrumẽto non vendicat
sibi locum in instrumento simulato,& sic statutum
loquens de litera cambij non habet locum in litera
simulata.¶ Et si quis dixerit,amice,Barto.in d.§.per
vim.quod vi aut clam.tenet cõtrarium.dicit enim,
quòd nõ poterit admitti exceptio simulationis. Ad
hoc respondeo,Bar.ibi dicit,si oppono, ꝙ instrumẽ
tum est simulatum,facit deficere contractum:quia
tamen deficit cõsensus, non est ille, qui simulatur:
sed ille,qui verè agitur:vt in titu.plus valere, quod
agitur.tamen bene est instrumentum publicum.l.j.
& l.quamuis.C.si quis alteri vel sibi. Vnde nõ infer-
tur de contractu simulato ad instrumentum publi-
cum. & potest esse ratio:quia de instrumẽto publi-
co interueniunt certę solennitates facientes ipsum
esse publicum instrumentum, quæ non tolluntur
contractu existente simulato. istud non ob. in casu
nostro:quia istud statutum loquitur dumtaxat de li
tera cambij, & per consequens de contractu, quo
casu poterit opponi exceptio simulationis, per quã
non redditur illa litera valida, vt propriè est litera
cambij,ex quo ad illum finem fabricata extitit. Fa-
cit,quod voluit idem Bald.in l.cum precibus. C.de
proba.vbi dicit,ꝙ exceptio simulationis non dicitur
propriè opponi contra instrumentum: quia nõ est
instrumentum:quia licet habeat figuram esse, non
habet esse, & sic Baldus tenet contra Bartol. quòd
stante tali statuto potest opponi contra instrumen-
tum,quod est simulatum: quia non est instrumen-
tum.sed idem Baldus in lege 1. C.plus valere, quod
agi. distinguit inter modum opponendi simulatio-
nem:quia aut est probata iuris, & de iure præsum-
ptio:& tunc si opponitur contractui,non potest op
poni instrumento,aut opponitur solennitati instru
menti:& tunc potest opponi instrumento, & ita vi-
detur reducere ad concordiam dictum Bartol.in d.
l.j.§. per vim. ff.quod vi aut clam. istud etiam deci-
dit casum nostrum:quia in eo opponitur simulatio
contra ipsam literam:nec opponitur contra instru
mentum.ergo sequitur, ꝙ admittenda erit talis ex-
ceptio non obstante tali statuto. Et quod dictum
Bal.in d.§.in computatione.sit ipsa veritas,ostendo
hoc modo. Ante omnia debet indici liquere fore li-
teram cambij: vt d.l.diuus.de testa.mili. & alijs iuri-
6 bus superius allegatis: nam quando aliud † agitur
essentialiter, & aliud superficialiter, respectu eius,
quod essentialiter agebatur,nõ est litera: quia illud
non continetur in litera.l.j.in princip. ff.de his quæ
in testament.delen.respectu vero eius,quod ageba-
tur superficialiter,non est litera,quia in illo non est
consensus contrahentium:quia litera præsupponit
consensum.l.non figura,ff.de acti. & obli. c.ex teno-
re literarum.de rescript. Ad quod facit illud, quod
communiter dicimus in statutis Italiæ: vt intelligã-
tur,prout ad literam iacent,de quo dixi in commẽ-
to.l.cum acutissimi. C.de fideicom. sequitur ergo,
quòd simulatio poterit opponi contra istam lite-
ram,quòd non sit litera cambij non obstante dicto
statuto: & tunc succedit illud, quod voluit Bald.in
l.3. C.de eunuch,per illum tex.ꝙ statutum loquens
de contractu,vt de contractu soluatur gabella,intel
ligitur de contractu valido, vt est ibi text. elegans,
& idem voluit Bal.in l.nõ dubium. C.de legi.& Lu-
do.

do. Roma. in consilio 76. & quod voluit Bartol. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. facit, qđ dixit Bal. in l. si absentis. C. si certum pettatur. & in l. etiam. C. de excep. rei iud. ꝙ statutum disponens instrumentum confessionatũ habere paratam executionem, nõ extenditur ad casum, quo instrm̃ est inualidum. Et facit, qđ pulchrè voluit d. Ant. in cap. 2. de officio lega. vbi dixit, statuto tollitur facultas opponendi contra gesta per superiorem, quod intelligitur, si illa gesta sint valida, alias secus. Et etiam est considerandum: quia Barto. in d. l. j. non loquitur in casu, quo sumus in foro mercatorum, vbi agitur de bona fide, quo videtur ille forus excludere omnem simulationem, & oẽm palliationem. sequitur hoc ex superioribus dictis: qa si tolluntur in tali foro ea, quæ sunt de apicibus iuris, multo fortius tollitur simulatio. & etiam quia hic non opponitur ꝯ publicum instrm̃, quo casu interuenit ꝯctus: & etiã publicum instrm̃: vt voluit Bar. & per ꝯñs sequitur, ꝙ poterit opponi exceptio simulationis stante tali statuto. ¶ Si mihi dicatur, in quo tu probas istam literam simulatã. Rñdeo probatur in hoc: quia iudex causarum mercantiæ, coram quo est ista quęstio vẽtilata, visis & intellectis meritis ipsius causæ mandauit literam præfatam exequi debere, & postea incõtinenti, vel antea voluit, ꝙ ille V. promitteret iudici præfato, ꝙ non exigeret a dicto A. nisi illud, qđ sibi deberetur vigore dicti laudi. Ex quo facto præsumit & colligitur manifestè, ꝙ illa litera fuerit simulata: quia iudex, qui de causa cognouit, & pronuntiauit literam exequendam, facit, ꝙ ille, in cuius fauorẽ illa litera debebat exequi, non posset petere aliud, nisi id, quod sibi deberetur vigore laudi. ergo nihil sibi debebatur vigore literæ, cum de laudo coram isto iudice mercantiæ nihil fuisset ventilatum: sed dũtaxat de litera cãbij. ergo apparet ex hoc simula-
7 tio. p coniecturas † enim & impropriè probantur hmôi simulationes in l. post ꝯctum. ff. de dona. & ibi Bar. in l. sicut. §. superuacuũ. ff. quibus mod. pig. vel hypo. solu. & in consilio, Petrus Nicolæ. hr̃ per gl. in c. 2. de renuntia. lib. 6. l. dolum. C. de dol. l. j. & 2. C. de repu. hære. per Bal. Tanto fortius in casu nostro, cũ ipse iudex, qui merita causę cognouit, curauit in secreto, ꝙ ille V. non exigeret aliud nisi vigore laudi, & sic nihil exigeret vigore literæ cambij, & per ꝯñs cognouit illum A. nõ esse in veritate obligatum ex litera cambij, quasi nihil vigore illius literæ receperit. Et iudicio meo ista sufficerent ad conuincendã executionem illius literæ: quia nullo modo debuit pronuntiare exequendam iudex, cum cognouerit illam fore simulatam. Secũdo ex alio conuincitur, ꝙ potuerit opponi exceptio contra istam literã cambij, & considero verba statuti prædicti, dum dicunt, saluo che la exceptione del solo pagamento: ex eo qa statuens exprimendo istam exceptionem, vr̃ considerasse, ꝙ scribens literam cambij receperit pecuniam, ita vt litera est: quia cum dicit, ꝙ nulla exceptio possit opponi, nisi exceptio sola solutionis, quo casu præsupponit exceptionem pagamenti, & receptionem pecunię, quã scribens literã cambij receperat: sed nullã pecuniã recipit scribẽtes literã cãbij: vt ad oculum demonstratur ex illa promissione facta per publicum instrumentum iudici, ꝙ ille V. nihil petat, nisi vigore dicti laudi: ergo sequitur, quòd mens & voluntas statuentis fuit, ꝙ ita obligetur ex litera cambij, & nullam exceptionem, aut defensionem possit opponere, si in veritate pecuniam recepit: ergo sequitur, ꝙ tale statutum non loquitur de hac litera: maximè quia bona fides mercatorũ hoc non patitur. Tertio accedat, quòd licet statutum
8 † istud dicat, quod nulla exceptio, aut defensio possit opponi: tamen excipit exceptionem solutionis, quo casu videtur comprehẽdi omnis alia exceptio similis. hoc decidit Ange. in l. si tamen. §. in ædilitijs actionibus. per illum text. in versicul. aut cæteris rebus similibus. ff. de ædil. edic. vbi dicit, ꝙ licet ex dispositione statuti contra publicum instrumentum nulla possit opponi exceptio, nisi aliqua: certè poterunt opponi similes, allegat. l. ita pudor. C. de adul. Facit, quod voluit idem Angel. in l. si debitor. ff. qui po. in pig. ha. vbi dixit, ꝙ si ex forma statuti nõ possit opponi aliqua exceptio contra instrumentũ guarentigiæ, nisi exceptio solutionis, tamen poterit opponi exceptio compensationis per illum tex. Facit, quod voluit idem Ang. in l. Paulus. §. j. ff. de vsur. vbi dicit, statuto cauetur, ꝙ contra instrumentum confessionatum non possit opponi, nisi tres exceptiones, ꝙ illa dictio taxatiua non debet impedire, quin aliæ exceptiones similes opponantur, allegat gl. in l. ob æs. C. de prædi. mi. & in l. ita pudor. & quod habetur in l. contractus. ff. de regu. iur. vbi dicitur, quòd depositarius tenetur de dolo dũtaxat: tamen habemus, ꝙ etiam tenetur de lata culpa, allegat text. qui non est alibi, in l. 1. C. deposi. idem Ange. consi. 129. quod incipit, visis dictis dubijs. consuluit, ꝙ si ex forma statuti non potest opponi, nisi exceptio solutionis, tamen poterit opponi exceptio compensationis. Facit etiam, quod voluit Raphael Cuma. in l. 1. ff. de operis nou. nuntia. vbi dicit, si contra instrumẽtum publicum non possit opponi aliqua exceptio: tamen poterit opponi exceptio, quę resultat ex euidentia facti. Ita dicamus in casu nostro, cum ex euidentia facti resultet, quod nihil habuerat ille A. ab illo V. vigore dictæ literæ cambij, cum iudex receperit promissionem ab eo de non perendo aliquid, nisi vigore laudi. Facit glo. notabilis in l. 1. C. de condi.
9 indebi. quæ dicit, ꝙ positio † vnius exceptionis non remouet alias exceptiones positas in iure. & idem voluit glo. in l. his solis. C. de reuo. do. & facit. c. quoniam frequenter. vt lit. non contesta. vbi ponitur, ꝙ in certis casibus ibi expressis possunt recipi testes lite non contestata. & in c. cum dilecta. de confir. vtili, vel inutili. dicitur idem esse in instrumentis, quod est in testibus, & sic exceptio extẽditur ad simile. Facit, quod no. Inno. in c. 2. de oper. no. nuntia. & glo. in c. 1. de his quæ fi. a ma. par. ca. & quod no. per scriben. in l. serui. ff. de vsucap. & glo. in d. c. quoniam. & in l. illud. C. de sacros. eccl. & in c. ad audientiam. de cle. non resid. Et in casu huius statuti est considerandum: quia prædicta iura loquũtur eo casu, quo exceptio est contra regulas iuris communis: & tamẽ exceptio ab illa regula communi extenditur ad similes: quanto fortius in casu nostro fiet extensio, cũ illa exceptio reducit statutum ad ius commune. nã (vt dixit glo. singularis in authen. ex testamento. C. de collat.) quæ vult, ꝙ per improprium, & subauditum sensum debemus reducere testamentum ad regulas iuris communis. Pro qua gloss. allego text. in cap. cum dilectus, de consue. & in c. causam quæ, de rescript. Vnde cum istud statutum sit exorbitans, & contra communes regulas, & illa exceptio reducit illud ad terminos iuris communis; ergo multo fortius fiet extensio in casu nostro ad exceptionem similem solutioni. Et ad hoc allego melius, ꝙ posset pro hoc induci quoddam elegans dictum Ioã. Cald. in c. series, de test. vbi dicit, ꝙ excipitur a regula iuris communis, ꝙ in causa matrimoniali recipiuntur testes post publicationem testium, & est exceptio a regula, nec habet locum in sponsalibus: vt in capitu. iurauit. de probationib. Modo dicit ipse, pone, ꝙ est eadem ratio in spõsalibus, quæ est in matrimonio: puta pp periculum animæ: quia data fuit fides, an

c.feries, extendatur ad sponsalia, & decidit ꝙ sic. ecce quare exceptio contra regulas iuris communis extenditur per identitatem rationis, de quo dicto exclamat D. Abb. in d.c.iurauit. Quanto ergo fortius in casu nostro erit extendenda exceptio: quia per eam fit reductio ad regulas iuris communis. Facit, quod voluit Angel. consilio 256. vbi consuluit, ꝙ si ex dispositione statuti non potest opponi, nisi exceptio solutionis, ꝙ poterit opponi exceptio compensationis: ergo sequitur, quòd poterit opponi exceptio similis. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ istud statutum excipit exceptionem solius pagamenti, quę verba videntur importare naturalem numerationē: quia cum apponat istud statutum regulam, ꝙ non possit opponi exceptio, aut defensio, nisi exceptio solutionis: ideo videtur posita regula, ꝙ non possit opponi exceptio, per quam sublata est obligatio, nisi sola exceptio solutionis, idest numerationis naturalis, & actualis, ideo ista exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l.1. ff. de reg. iur. c. in nostra. de sepult. l. nam quod. ff. de penu le. Quia ad hoc respondeo multifariè. Primo, istud non procedit eo casu, quo ista litera non habet substantiam, & essentiam veram literæ cambij: vt superius dixi. ergo potest opponi quæcunque excceptio: quia statutum intellexit de litera cambij vera non simulata. Secundo potest responderi, quòd si statutum prædictum intellexit de vera numeratione & naturali: sequitur quòd cum velit, quòd sola exceptio numerationis factæ possit opponi contra executionem literę cambij, ꝙ eodem modo statutum videatur præsupponere in litera cambij interuenisse veram numerationem. Sed in casu nostro non interuenit vera numeratio: vt apparet ex supradictis: ergo &c. Item tertiò potest responderi, ꝙ istud statutum est exorbitans, & contra communes regulas iuris communis, & loquitur de sola exceptione pagamenti, idest solutionis: quia nō potest aliter in vulgari exponi verbum soluere, nisi dicamus, lo pagamento. vnde non plus importat verbum, lo pagamento, quàm verbum soluere, ex quo est interpretatio & declaratio in vulgari de illo verbo soluere. argumento authentica, de filijs ante dota. instr. natis. & quod no. Bar. in l. nihil. ff.
10 de coniung. cum eman. lib. sed † verbum soluere, capitur largè, vt l. solutionis. ff. de solu. l. solutionis. ff. de verbo. sign. capitur etiam strictè: vt l. solutum. §. solutam. ff. de solutio. Modo pulchrè dixit Bartol. in d.l. solutionis, ꝙ si verbum soluo, exprimitur cum adiuncto principaliter: solue pecuniā: tunc accipit strictè, & intelligitur de naturali numeratione. Quādoque exprimitur cum adiuncto: puta si soluta fuerit obligatio: & tunc non refertur ad naturalem numerationem. Quandoque profertur simpliciter sine adiuncto: tunc refertur ad obligationem, & intelligitur, quomodocunque fuerit soluta obligatio, & ad hoc allegat. d.l. solutionis. Cum ergo in proposito nostro dicatur, nisi exceptio soli pagamenti, & sic exprimitur absolute, sequitur, ꝙ intelligitur, qualitercunque fuerit facta solutio, vel per acceptilationem, vel absolutionem, vel per actualem numerationem. Ideo si in casu nostro fuisset dictum, per lo pagamento delli denari: bene esset necessarium, ꝙ interuenisset numeratio actualis: sed hoc non fuit dictum in casu huius statuti. Et etiam ad hoc allego optimum tex. in l.3. §. prætor ait. ff. de re iud. coniuncto. §. soluisse. eiusdē legis. vbi dicitur, ꝙ si quis fuit condemnatus soluere pecuniam: ideo cogendus est illam soluere. sed in §. soluisse, dicitur, non tantum qui soluit, sed qui liberatus est obligatione, quæ ex causa iudicati descendit. & sic est etiam ibi text. ꝙ licet quis sit condemnatus ad pecuniam soluendam, tamen intelligitur soluisse pecuniam, si aliter fuerit liberatus ab obligatione. & ita pōderauit illum textum Angel. in d.l. solutionis. Et sic quocūque te vertas, incidis in gladium. primò: quia in dicto statuto dicitur, lo pagamento, & sic refertur ad verbum soluere. ergo intelligitur pagasse, qui est ab obligatione liberatus. Secundo posito, non tamen concesso, ꝙ fuit dictum in dicto statuto, lo pagamento deli dinari, etiam intelligitur pagasse denarios ille, qui est ab obligatione liberatus: & sic videtur sublata ex toto illa obiectio. Quartò etiam considero: quia istud
11 † statutum est contra ius commune: debet ergo strictè intelligi. l.j. §. si is qui nauem. ff. de exercitor. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. vt quam minus fieri potest lædat ius commune: cum ergo dicit in exceptione, solo lo pagamento, quia illa exceptio tendit ad consonantiam iuris communis, debet intelligi largè & amplè: vt no. in d. authen. ex testamento. per gl. C. de collat. ex quo per istam exceptionem deuenimus ad regulas iuris communis. l. si serui vestri. C. de noxali. c. dilecto. & c. ex parte. de verbo. significa. cum similib. Et cum dicitur, ꝙ statutum ponit regulam & exceptionem. Respondeo verum esse: sed in illa exceptione comprehenditur non solum exceptio solutionis numeratæ: sed etiam absolutionis: quia appellatione solutionis comprehenditur absolutio a litera cambij, per iura super ius expressa: & quia per istam exceptionē nos sumus in dispositione iuris communis: & ducimur ad regulam iuris cōmunis: ergo debet latè intelligi, & etiam impropriè per supradicta, Et maximè cum sumus in foro mercantili. vbi agitur de bona fide, debet posse opponi absolutio a dicta litera cambij: & sic propriè poterit, opponi ista exceptio absolutionis. Facit ad hoc elegans consilium Ludo. Roma. quod incipit, constitutio curiæ mercantiæ, loquens si non soluerit, & est in ordine meo. 162. vbi constitutio mercātiæ disponebat, ꝙ si debitor infra terminum præfixū non satisfecerit, pronuntietur cessans, dicit, ꝙ illa cōstitutio est interpretanda secundum ius commune, vt creditor in pecunia cogatur accipere immobilia,
12 quando debitor non est soluendo: & sic verbū † soluere, verificatur etiam quando non numeratur pecunia, & sic remanet conclusio verissima ex supradictis, quòd poterit opponi exceptio contra istam literam cambij: cum hæc litera fuerit falsa largo modo, & simulata, vt dixit Bald. in dicta l. si non verum. Et si aliter diceremus, sequeretur quoddam iniquissimum, quòd fraus mercatorum, qui innitūtur bonæ fidei, induceretur ad perfidiam, & palliarentur iniquitates arbitrantium: quia timore, ne soluat cōtenta in litera cambij, acquiesceret iniquitati laudi victus, qui per literam cambij se obligauit, quod esse non debet. l. conuenire. ff. de pac. dota. Item poterit opponi exceptio absolutionis factæ in dicto laudo contra dictam literam. ¶ Et si quispiam opponat, quòd generalitas laudi non comprehendit ipsam literam, nec de ipsa litera fuit compromissum:
13 ergo † generalia verba laudi non comprehendunt ea, quæ sunt impossibilia ipsi laudāti, & sic ipsi arbitro, vt dixit Bald. in finalibus verbis, in dicta l. fi. §. in computatione. Quia ad hoc respōdeo, hoc non obstare: qa in dicto compromisso fuit apposita illa cl'a, ꝙ de qbuscunq; contigerit laudari, intelligatur esse compromissum. vnde licet de illa litera cambij non fuerit specialiter compromissum: tamen intelligitur esse cōpromissum virtute illius clausulę. Et considero text. in l. si cum dies. §. plenū. ff. de arbi. vbi dicitur, plenum compromissum est, quod de omnibus rebus, controuersijsve compromissum est: sed si de vna re, licet plenum sit compromissum: tamē

id

id solum venit in cõpromisso, de quo actum est, vt veniret. Et iudicio meo nunc sum in passu valde difficili, ex eo qa Bart. in loco valde peregrino, videlicet in l. aquiliana. ff. de transaction. in fin. verbis, dixit, ꝙ licet compromittatur de omnibus litibus & quæstionibus, non poterit arbiter iubere, ꝙ fiat generalis remissio, quæ porrigatur ad incognita, & ẽt ad cognita, de quibus non erat lis: nisi hoc specialiter sit compromissum, & quod dicit specialiter, intelligit non sufficere, si compromissum sit plenum, & plenissimum, allegat dictum. §. plenum, & textũ, quam reputo valde singu. in c. examinata. de confir. vti. vel inuti. vbi probatur, ꝙ non potest homologari seu ratificari laudum super eo, super quo non fuit compromissum, nec ex hoc laudum redditur validum, & voluit Bald. in titulo, de pace Constantiæ, in §. sententiæ quoque. Cum ergo de hac litera cambij non fuit compromissum, sequitur, ꝙ arbiter non potuit de ea laudare, nec ratificatio partium se extẽdit ad illam literam: quia ista aliqualiter pungunt. Ego respondeo, & ante omnia præmitto illud quod dixit Bal. in d. l. si cum dies. §. plenum. ver. sed si forte. vbi loquitur de virtute illius clausulæ appositæ in hoc considero ipsum compromissum, in quo dicitur in latissima forma, & omni alio modo, & forma, quæ eisdem arbitris videbitur pro bono pacis & concordiæ partium prædictarum. vbi illa verba

14 ba † omni alio modo, copulant maiora expressis: vt no. glo. in cle. ne Romani. de elec. & in cle. j. de re iudi. & postea dicit pro bono pacis quo casu illa verba sunt tanti effectus, ꝙ arbiter potest apponere manus extra limites compromissi, & excedere tramites iuris. iste est casus no. & singularis in c. nisi essent. de præben. vbi potuit arbitrator sententiando extendere manus suas extra limites compromissi, adiudicando res non deductas in compromisso pro bono pacis & concordię: ibi enim erat quæstio super titulo beneficij, & eius redditibus: & tamẽ arbitrator ibi extendit manus ad redditus capituli. Facit, quod voluit Io. Andr. in c. constitutus. de religi. domi. Cum ergo in casu nostro isti arbitri pro bono pacis & concordiæ fuerunt arbitrati, potuerunt apponere manus ad ea, quę non fuerunt expressa in compmisso. Multo ergo fortius in casu isto, in quo fuit apposita illa clausula, ꝙ de quibuscunque contigerit arbitrari, sit, & videatur cõpromissum, quæ clausula frequentatur in compromissis. nec Bart. in d. l. aquiliana. loquitur in casu isto: videlicet in casu cõcordiæ & pacis: nec etiam loquitur in casu, quo fuit apposita illa clausula ita prægnans: ergo potuerunt arbitri pro bono pacis tollere dictam literam cambij, & sic sublata sunt illa contraria. d. c. examinata. cum simili. Primò: quia per illam clausulam fuit de illa litera compromissum. Secundò: quia pro bono pacis & concordiæ potuerunt arbitri super ea pronuntiare, licet non fuisset apposita illa clausula. ergo &c. Et etiam est accuratè considerandum: quia resultat quædam diabolica iniquitas: quia in compromisso apposita est pœna ducentorum ducatorum, si non pareatur laudo: & est etiam fabricata litera cambij ducentorum ducatorum, & vigor illius literæ aduersarios petit illud, quod nunquam mutuauit: & etiam potest agere ad pœnam cõtentam in compromisso, si non pareatur laudo, & sic bona fides fori mercantilis deducta est ad perfidiam, & ad iniquitatem, & omnis fraudulosa cautela poterit palliari cum litera cambij, quæ meretur executione sin aliqua exceptione in foro mercatorum. Deus gloriosus aperiat oculos iudicantium ad viã veritatis & iustitiæ. Et si mihi dicatur, amice, non potuit compromitti de huiusmodi litera: quia habebat executionem paratam, iuxta not. in l. post rẽ. cum simili. ff. de transac. Ad hoc respondeo, ꝙ ex supradictis bene apparet, ꝙ ex quo tale compromissum emanauit ratione pacis & concordię, & illã potestatem ita latissimam dederunt arbitris pro bono concordiæ & pacis, ꝙ ratione pacis bene potuit cõpromitti, per id quod habetur iu d. c. nisi. quia sicut arbiter pro bono pacis potest apponere manus ad ea, quæ sibi nõ fuerũt commissa: eodem mõ põt apponere manus ad ea, q̃ in ꝯpromisso venire non potuerunt: & propter fauorem pacis & concordiæ detrahitur iuris dispositioni: vt dixit gl. singularis in c. placuit. 90. di. posito, non tamen concesso, ꝙ de huiusmodi litera potuerit cõpromitti: apparet expressè ex eo: qa dicta litera tempore, quo emanauit laudum, non habebat executionem paratam: quia adhuc non erat recognita per ipsum. A. vt ex forma statuti apparet: ideo adhuc poterat esse controuersia: ideo potuit in compromissum deduci & maxime ẽt: quia talis litera cambij fuit simulata: ut superius dixi. Et sic nõ erat vera litera cambij: vt d. l. si nõ verum. C. de dona. inter virum & vxor. ideo potuit deduci in compromissum. Et ideo stantibus verbis generalibus ipsius laudi, & homologatione partiũ, in quo laudo absoluerunt vtranque partem ab omnibus, quæ inde petere possent quacunque de causa, videtur comprehendi dicta litera cambij. facit l. tres fratres. ff. de pac. vbi generalis liberatio & absolutio extenditur ad omnia, nisi dolus partis illam restringat: hic verò nullus interuenit dolus ipsius. A. ergo sequitur, quòd generaliter intelligetur. l. pluribus. ff. de acceptil. & per omnes scribentes in l. age cum Geminiano. & l. si de certa. C. de transac. & qđ no. Bal. in l. pactum. C. de colla. in 14. 15. & 16. q. Vnde illa verba quacunque de causa comprehẽdunt maiora expressis: ut est tex. cum sua gl. in cle. j. de iudic. in uer. quibuscunque. & facit cle. dudum. §. uerum. ibi quibuscunque. de sepult. & in cle. j. & in cle. ex eo. de sen. excom. Et ex istis concludo posse opponi exceptionem contra executionem dictæ literæ cambij, & ipsam literam cambij fore simulatam, & non veram: & ducere ad perfidiam bonam fidem mercatorum, & non esse talem, qualem appellat statutum mercantiæ prædictæ, & per consequens non mereri executionem. ¶ Capio nunc aliã hæsitationem, dum quæritur, an stante statuto præfato, ꝙ nulla possit opponi exceptio contra talem literam, possit recurri ad brachium iudicis secularis, postquam non videtur posse haberi ius coram iudice mercantiæ. Et certè dicendum est ꝙ sic. hoc decidit in terminis Bal. in d. l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. vbi dixit, ꝙ si statutum remoueret exceptionem simulationis, recurreretur ad forum ecclesię. Sed istud statutum tollit omnem exceptionem, & omnem defensionem ecclesiasticam, spiritualem, vel annexam spirituali, vel ecclesiasticæ, quo casu tale statutum est nullius effectus: non

15 enim † potuit apponere os ad spiritualia, & ecclesiastica: est enim necessitas obsequendi ecclesiasticis, & spiritualibus: vt in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. quia condere statutum præsupponit iurisdictionẽ: vt voluit Azo, & Accur. in l. j. ff. de iuris. omnim iudi. & Inn. in c. cum accessissent. de consti. & Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Sicut ergo laici non possunt iudicare super spiritualibus, aut annexis: vt in c. quanto. & c. decernimus. de iudi. ita non possunt statuere: ergo sequitur, ꝙ huiusmodi statutum est nullum. Et si fuisset confirmatum generali confirmatione, talis confirmatio non comprehenderet statuta, quæ sunt contra iura ecclesiastica: vt dixit Bal. in c. j. de contr. inue. Et si dicatur, ꝙ

exceptiones

exceptiones sunt reseruatæ in iudicio ordinario. Dicendum, ꝙ tarda est illa reseruatio: quia statutum dicit, ꝙ ille soluat prius, & post factam solutionem opponat in iudicio ordinario: qa sera & tarda est
16 ista medicina. melius enim est intactata iura † seruare, quàm post vulneratam causam remedia excogitare, maximè considerata longitudine, & æternitate, vt ita dixerim, moderna iudiciorũ. facit. l. fi. C. in qui. cau. rest. in integ. nõ est nec. Præterea accedat, qđ voluit D. Ant. in c. 2. de proba. vbi dixit, ꝙ licet quis non possit agere coram iudice seculari eo casu, quo statutum requirit tres testes eo casu, quo de iure communi sufficiunt duo, & quis locupletatur cum aliena iactura: licet non possit agere in foro iudicis secularis obstante statuto: tamẽ de æquitate canonica poterit agere in foro ecclesiastico. Io. de Imo. dicit illud dictum procedere per denuntiationem euangelicam. Ita ergo videtur dicẽdum in casu nostro, ꝙ licet non possit excipere iste A. contra dictam literam cambij, vt non fiat executio ꝓpter statutum prædictum, poterit tamen agere coram iudice ecclesiastico per viam denuntiationis euangelicæ. Et sic poterit excipere contra executionẽ talis literæ cãbij. Sed ꝭm D. Ant. & istud mihi vr̃ uerius, poterit adiri iudex ecclesiasticus de æquitate canonica, nec erit recurrendũ ad denuntiationẽ
17 euãgelicã: qa † ꝑ denegatã iustitiam in seculari, recurrendũ est ad ecclesiasticũ forũ: vt dixit D. Anto. Sed in casu nostro non est curandũ: qa sufficit, ꝙ ꝑ iniquitatẽ statuti huius possit recurri ad forũ ecclesiasticũ. Præterea facit, qđ voluit Bal. in l. clericus q. C. de epi. & cleri. vbi allegat Archi. dicentẽ, nõ omnis causa ratione peccati ptinet ad ecclesiã: sed ita spectat ad ecclesiã, si crimen est ecclesiasticũ, vel ratione pacis, vel ratione iuramenti, vel si crimen sit notoriũ ꝭm quosdã, vel qñ non auditur in foro seculari: vt qa obligatio est naturalis tñ, vel quãdo qs non põt consequi iustitiã naturalẽ coram iudice seculari propter euidentem iniquitatẽ dñi illius terræ, vel alicuius statuti ibi vigentis, allegat Archi. in c. hoc videtur. 22. q. 4. vnde Bal. post Archidia. ponit istam nostram quæstionẽ in terminis: qa cũ in casu nostro ꝑ iniquitatẽ istius statuti nõ possit iste A. ꝯsequi iustitiã: qa non põt opponere exceptionẽ simulationis: nec exceptionẽ pecuniæ non receptæ ꝑ eũ, nec datæ sibi per illũ V. ergo seqtur, ꝙ poterit adire iudicẽ ecclesiasticũ ꝓpter ministrandã iustitiã, quã est prohibitus consequi corã iudice mercãtiæ, & iudicio meo recipit finẽ ista quæstio per illã doctrinã Archi. & Bal. Preterea facit, qđ voluit Inn. in c. nouit. de iudi. vbi dixit, ꝙ vbicunq; deficit actio de iure ciuili: si tamen subest æquitas naturalis, ꝙ infert ius agendi, vt in pacto nudo, vel iuramento, licet non possit adiri iudex laicus: tamẽ poterit adiri iudex ecclesiasticus. Et ideo multũ eleganter ad hoc propositũ dixit. D. Ant. in c. quæ in ecclesiarũ. de consti. ꝙ licet ius ciuile possit facere, ꝙ ex pacto nudo nõ oriatur actio: nõ tñ poterit facere, quin superior teneať iustitiã facere: & sic succedit illud, qđ superius dixi post D. Anto. in d. c. 2. de probat. ꝙ vbi quis non auditur propter iniquitatem statuti: tunc potest recurri ad forum ecclesiasticũ de benignitate canonica. Iõ cũ istud statutũ sit iniquũ, audi euidentẽ iniquitatẽ: qa tollit oẽm exceptionẽ spiritualẽ, & ecclesiasticã, vt non possit opponi contra talẽ literã cambij: ergo poterit iste A. adire tribunal ecclesiasticum de benignitate canonica, & opponere exceptionẽ simulationis: & aliàs exceptiones in pcedẽti dubio expressas ꝯ dictã literã cãbij. Præterea accedat, qđ voluit Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. ibi.
18 Solutio. aut † est tale peccatũ, qđ nõ põt purgari per viã actionis, vel alterius remedij introducti a iure: tũc cognoscit iudex secularis inter laicos, nisi iudex secularis nõ faceret iustitiã. iste est casus nr̃ formalis: qa licet inter laicos meros, & ista exceptio posset admitti ꝑ istũ iudicẽ mercãtiæ in foro mercãtili: tñ non vult illã admittere vigore ꝓfati statuti: ergo poterit adiri iudex ecclesiasticus, vt faciat iustitiã. Facit ẽt, quod voluit Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in versi. seu denuntiationẽ & c. vbi dicit, ꝙ non dẽt adiri iudex ecclesiasticus indistinctè: sed in defectũ denegatę iustitię: qa, puta, in iudicio seculari nõ auditur: qa tunc põt adiri iudex ecclesiasticus, & ita est formaliter in casu nostro. Facit etiã, qđ voluit D. Ant. in d. c. nouit. vbi dixit, ꝙ qñ victus timet appellare propter tyrãnidẽ superioris: tũc põt habere recursum ad ecclesiã per viã denuntiationis: sed ista sunt paria, timor tyrãni, & timor statuti: vt voluit Bar. in l. j. §. q̃ onerandæ. ff. quarũ re. act. nõ de. & voluit Bal. in d. l. clericus qui. Ergo sequitur, ꝙ poterit iste A. adire iudicẽ ecclesiasticũ ꝯ illũ V. denuntiãdo illũ V. per peccatũ petere executionem illius literæ: qa ꝯ conscientiã petit executionẽ illius literæ, cũ nunquam dederit pecuniã ipse V. dicto A. Facit etiam, quod voluit Spe. in titulo, de denunti. §. j. ver. vt autem. vbi dicit, ꝙ si quis timet ratione superio-
19 ritatis: qa eius † est dñs, vel tyrannus, poterit denuntiare, & si propter potentiam timet denuntiare, poterit superior ecclesiasticus ex officio ꝓcedere ꝑ pœnæ impositionẽ, & per sufficiẽtẽ cautionẽ. c. literas. de resti. spo. qđ sequitur dominus Ant. in d. c. nouit. qui addit, ꝙ si ꝓpter timorem timeret iste talis monere illum superiorem, poterit talis denuntiatio ꝓcedere etiã sine monitione, per c. si iustus metus. de appella. sequitur D. Abb. in d. c. nouit. Cũ ergo in casu nostro istud statutũ apponat pęnã opponenti, & veniẽti cõtra dispositionẽ ipsius statuti, sequitur, ꝙ ipse iudex ecclesiasticus ex suo officio poterit ꝓcedere inhibẽdo dicto iudici mercãtię, vt non ꝓcedat ad executionẽ ipsius literæ: qa (vt superius est osten-
20 sum) paria † sunt timere tyrannũ, vel superiorem, aut statutũ pœnale. ¶ Et si q̃spiã dixerit, amice, iste recursus ad iudicẽ ecclesiasticũ nunq̃ hẽt locũ, nisi per sententiam diffinitiuam iudex secularis decidérit negotiũ: vt in c. fi. de exce. li. 6. nisi esset causa ecclesiastica, aut vsurariæ prauitatis, ita dixit Bal. in c. si quis per triginta. in suis finalibus verbis. in ti. si de feu. ꝯtro. in in vsib. feu. Ad hoc rñdeo, ꝙ ista sententia, qua iudex pronuntiat literã exequendã tenẽdo opi. Iac. Bu. est sententia diffinitiua. Ita dixit Iac. Bu. in l. ab executione. C. quorũ app. nõ recip. Idem erit si tenemus cõtrariã opi. quæ est cõis, videlicet, ꝙ sit interlocutoria habẽs vim diffinitiuę: vt latè scribũt oẽs in d. l. ab executione. ff. de appe. & per Lu. Ro. in rubrica. ff. de appel. in 8. q. Ergo nõ obstat illa doctrina Bald. in d. c. si quis per triginta. & qa Bald. etiam ibi dicit, ꝙ in fraudem, vel simulationẽ vsurarũ habet locũ recursus ad forũ ecclesiasticũ, licet iudex laicus nõ diffiniuerit negotium. & in casu nostro iã satis apparet de simulatione: quia iudex pronuntiuit literã cãbij exequẽdã, & postea procurauit promissionem, vt ille V. nõ peteret aliud, nisi id, qđ sibi debebatur respectu laudi. Et ex istis ꝯcludo, ipsum A. posse adire iudicem ecclesiasticũ in subsidiũ cõtra iniquitatem ipsius statuti: & posse per viam denuntiationis adire iudicem ecclesiasticũ contra ipsum V. qui cum onere conscientiæ petit executionem dictæ literæ cambij. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Statutum priuans creditorem negligentem in petendo debitum, valet, & de intellectu. c. fina. de præscrip.

præscript.& c.2.de reg.iur.in 6. item quòd sententia non conformis petitioni,seu libello nõ teneat.

SVMMARIVM.

Iura subueniunt vigilantibus & non dormientibus. nu.1.

Negligentia etiam in proprijs rebus est punienda, & est peccatum.nu.2.

Cap.fi.de præscript. & c.2.de reg.iur.in 6.intellectus. nu.11.

Sententia non conformis libello & petitioni est nulla.nu.12.

§.in bonæ fidei.instit. de actio.intellectus.nu.13.

Conuentio & reconuentio eodem iudicio debent discuti & terminari.nu.15.

Lis super compensatione est contestanda. & super ea pronuntiandum.nu.17.

CONSILIVM XXXVI.

NOn enim sufficientes sumus aliquid ex nobis cogitare: sed sufficientia nostra est ex Deo: ita bellissimè scripsit Apostolus. Iõ gloriosi maximi Dei implorato præsidio:qa in Præsenti consultatione ita subtiliter scriptum est ꝑ dñm allegantem,vt nihil in hac consultatione, qđ dictu & recitatione dignum sit, mihi superesse dicẽdum videtur:dicam tñ qđ sentio, & dicam breuius quã tanta res dici possit. ¶ Idcirco capio primã dubitationem, cũ quæritur de validitate huius statuti Forliuij.Et considero, ꝙ statutũ istud in primis suis verbis apponit causam finalẽ eius,qđ statuit:dicitur enim in hoc statuto, ꝓuidè adijcientes, ac matura

tamen exemplum non probat, & pulcbrè dixit ibi Bartol. per illum tex. quòd licet notarius dicat, hoc est exemplum cuiusdam testamenti per me rogati; non tamen dabitur fides illi exemplo. Vnde ponderet accuratè D. Iudicans illum tex. quia si idē sit qui fecit originale, & fecit exemplum, & dicit; hoc exēplum originalis per me facti, & apponit formaliter tenorē illius originalis, non datur fides, nisi constet de ipso originali, & loquitur ibi Bart. quando agitur de facto ipsius tabellionis, & nō de p̄iudicio alteri⁹: quanto ergo fortius in casu nostro non est dāda aliqua fides huic notario enuncianti in instrumento, se alias fuisse rogatum de instumēto cessionis factæ super quadā venditione, quam fecit ille Iannesinus illis

illis de Ouetarijs ? Certè nulla fides est danda : tum quia non est exemplum illius originalis, quo casu ēt non daretur fides: tum etiam quia agitur de præiudicio alterius, s. illarum dominarum & indubitanter ille tex. cum doctrina Bar. apponit gladium ad radicem huius consultationis. Facit etiā ad hoc tex. solennis. in l. si donatio. C. de donatio. vbi testator in suo testamento narrat epistolam, per quā dicit se fecisse donationē, & sic exēpli & originalis idem est actor, & tamen tex. ibi dicit, donationem non probari, sed vt fideicōmissum id, qđ donatū per epistolam asserebatur, posse peti. ergo multo fortius in ca
2 su nr̄o † nulla fides est adhibēda enūtiationi istius tabellionis, enuntiantis instr̄m cessionis ꝯfectum a se: cū de illo tali instr̄o nihil appareat. & ista duo iura inducunt hanc dubitationem ad finem, vt nihil operetur talis enuntiatio. Facit etiam sin. dictū Inn. in c. inter dilectos. de fide instru. in quadam addi. sua noua, quæ communiter non habetur, quam ibi refert & sequitur Io. An. & communiter omnes. & etiam eam refert & sequitur Archi. in c. si Papa. de priuil. lib. 6. vbi Inn. dicit, eximimus omnes ecclesias, quæ per nos ad regulā S. Benedicti deductæ sunt, ꝙ nisi ꝓbetur, quæ ecclesię deductę sunt, nihil operatur talis exemptio: quia vbi confertur aliquid habita relatione ad aliud, nihil operatur, nisi constet prius de illo, ad quod sit relatio, casus est singularis in l. ī testō. la grāde. ff. de cōdi. & demō. ergo multominus stabitur dicto notarij enuntiantis factum proprium aliàs fecisse, nisi de illo constet: cum ex tali enuntiatione fiat præiudicium tertio, vt fuit in casu nostro. ergo sequitur, ꝙ huiusmodi assertio facta per illū notariū est nullius effectus. ¶ Et si mihi quispiam dixerit, amice, ꝯrium dixit Bar. in l. si quis ex argenta rijs. §. prætor ait. ff. de edendo. vbi dicit, ꝙ si notarius dicit in instr̄o, hoc est exemplum cuiusdā instrumenti scripti manu mei notarij, ꝙ licet exemplum sit, tamen facit fidem: quia notarius, qui exēplauit est de hoc instructus, vt ibi dicitur. Item quia
3 non est maioris † auctoritatis originale quàm istud exemplum, hoc firmauit Bal. in l. ī fraudem. §. neq;. ff. de iure fi. & in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. quia istud dictum non facit contra hanc decisionē, Primò: qa in casu nr̄o nō apparet exēplū illius originalis facti super cessione emptionis factæ per illum Iannesinum, & sic sumus extra casum nostrum. Secundò non obstat tex. in d. §. prætor. in ver.
4 prohibet. per quem Bar. se fundat: quia ibi † argētarius ꝑdiderat originale. & ideo petit copiā sibi exhiberi ab alijs, quibus dedit copiam ad finem faciendi aliud originale: ꝙ nouum originale facit postea fidem contra illos dūtaxat, qui dederunt copiam. & hoc duplici ratione. Primò, quia recipiēdo copiā ab argentario, & non ꝯdicendo, videntur ꝯsentire illis copijs, & illas approbare. clemen. j. de procur. l. si filius. ff. ad macedo. l. Publia. §. fi. ff. depositi. Secundo: quia dando copiam argentario videntur fateri illas copias esse veras, argumento eorum, quæ no. Inno. ī c. cū venerabilis. de excep. Modo in ꝓposito nostro non fuit data copia parti de illo asserto originali nec apparet aliqua copia: ergo sequitur, ꝙ talis assertio facta per illum tabellionem non potest præiudicare illis dominabus, & per ꝯñs dicto Ioanni: qa si ideo præiudicat: qa copiā accepit ab illo notario, quo casu videtur fateri apud tabellionem esse originale: & etiā quia illam copiā dedit notario, in casu aūt nr̄o nec fuit data copia, nec reddita, nec apparet aliquod originale. Ergo multofortius in casu nr̄o nō est adhibēda fides dicto illius tabellionis in ꝑiudiciū illarum dominarum, cum nullo mō appareat de aliquo consensu illarum dominarum. ¶ Et si quispiam contra hanc consultationem allegauerit elegans dictum Spec. in ti. de instr. edit. §. restat. ver. pe. vbi dixit, ꝙ illa auth. si quis in aliquo docu-
5 mēto. non habet locum, si notarius † facit mētionē de instr̄o, qđ instr̄m dicit se vidisse, legisse, & intellexisse: nam tunc creditur notario, etiam si originale non producat: cum quo dicto multi transeunt in d. authen. si quis in aliquo. sed dictum Spec. non allegant. Sed illud dictum nō est verum, primò per illam authent. secundo per rationem ibi in glo. allegatam. Tertio; quia practicus doctor Alberic. de Rosa. in d. authē. si quis in aliquo. tenet contra Specu. referens se in contingentia facti obtinuisse ꝯ Spec. & ita ibi sequitur subtilis doctor D. Pe. de Mathesilanis: & etiam moderni ita sequūtur Albericū ibi. & ideo ibi dixit glo. ꝙ ideo non creditur exemplo; qa possibile est, ꝙ in originali erant cancellationes, vel rasurę, quę non continentur in exemplo, & ille forte habuissent viciare originale, vt ī l. fi. C. de edic. di. Adr. & sic daret materia fabricādi falsum. Aliā
6 rationē etiam addit Ia. But. ꝙ non † creditur tabellioni, nisi de gestis secūdùm tempus confecti instrumēti: sed originale & ꝯtenta in eo tempore exēplationis nō fuerūt gesta: ego &c. Itē qa de facili posset generari alteri ꝑiudicium, si crederetur exēplo, quādo originale esset falso fabricatum, de cuius falsitate nec per tabellionis signa, nec ex ipsius literarum comparatione potest doceri: cū illud nō appareat, ergo cū ī casu nr̄o ille notarius lato laudo inter maritos, & illos de Ouetarijs enuntiando & narrando dixisset se fuisse rogatum. 1405. die 12. mensis Iulij, quare olim Iannesinus pater dictarum dominarū fuit cōfessus in veritate se emisse dicta bona pro dimidia nomine illorum de Ouetarijs, & fuisse solutū pretiū: ecce quare multo minus nocet ex eo, qa non posuit exemplum, nec copiam illius confessionis, & illius cessionis: & sic ponit rem imperfectam: ergo multominus est sibi credendū: & maximè, qa illa verba narrat tēpore suspecto, & est verisimile, ꝙ potius apposuisset totū tenorē illius instr̄i cōfessionis, & cessionis. quàm ita insulsè & tepidè enarrasse, & renuntiasse, vt inferius ostēdam. Ergo multo minus est sibi credendum. Facit, quod voluit D. Pe. de Ancha. in d. authent. si quis in aliquo. vbi dicit, ꝙ ideo non creditur exemplo, quia notarius debet cōficere instrumentum de his, quæ in eius præsentia acta sunt, & de quibus rogatur, & pertinet ad rogātes: vt authen. de tabel. §. hoc autem. sed notarius non fuit rogatus de his, quæ ꝯtinentur in instrumēto exemplato, nec illa in eius præsentia fuerunt gesta, alle. quod no. in l. si ex cautione. C. de non nu. pe.
7 Dicit etiam † ꝙ si deficit exemplar, deficit exemplatum, alle. d. l. in testamento. & per ꝯñs ꝯcludit, ꝙ nullo mō stabit dicto, & narrationi notarij. Et facit ratio, quā alle. Bar. in d. authē. si quis in aliquo. in ver. itē non potest notarius esse rogatus, nisi de eo, quod ipsę partes faciunt. & idem Bar. in ver. contra hoc oppono. d. l. j. C. de fide instr. & iure hastę fisca. li. 10. vbi dicit, qn̄q; vnū instr̄m facit mentionem de alio facto, qđ possibile est interuenisse tp̄e instrumenti, & tunc facit fidē, & præsumitur tunc interuenisse, cū instr̄m confectū est, & ita debet intelligi gl. in d. l. j. alias malè diceret, alleg. quod not. in l. prædia. ff. de acquir. posses. Ita formaliter dicit Bart. in d. authen. si quis in aliquo. Modò tempore, quo notarius. ita asseruit, videlicet lato laudo, ipsæ partes nō fecerunt illam cessionem, nec confessionē, nec illū notariū de ea rogarūt, nec tp̄e illius assertionis factæ ꝑ illū notariū ītervenit illa ꝯfessio, nec illa cessio: ergo seqtur, ꝙ nō stabit tali assertioni. & iō dicebat Saly. in d. authent. si quis in aliquo, quem secundus

consulens

consulens allegauit in secunda oppositione, vbi opponit post la. Bu. quod instrumentum publicum faciens mentionem de alio probat, & alle. glo. in d. l. j. soluit & dicit illam esse falsam. Vel dicit, quod fidem facit in praeiudicium praesentis, & inseri patientis in instrumento ea, quae praecesserunt confectionem ipsius instrumenti, & ibi alle. in argu. l. optimam. C. de contra. stipula. Nō autē in praeiudicium absentis nec praesentiētis, quod dicit esse menti: tenendum: quia in hoc dicimus † quod verba narratiua prolata a iudice in sententia, dum dicit, visa litis contestatione, non probāt, nisi in praeiudicium praesentis & tacentis. & idem dicit de finibus villarum & similium, de quo in l. cum aliquis. C. de iure delib. & ideo Bal. in c. Albericus. de testi. dicit, quod si in sententia dicatur, visa citatione &c. quod si talis sententia feratur partibus praesentibus, & non reluctantibus, praesumitur in praeambulis actibus interuenisse citatio. & idem dicit in decretis: quia fiūt partibus praesentibus, & volentibus, alle. no. in d. l. j. C. de fide instr. & iure hastę fis. li. 10. & sic Bal. ibi intelligit † illam glos. procedere, quando talis assertio fit partibus praesentibus, & volentibus: ergo secus si absentibus, & facit, quod voluit D. Pe. de Ancha. in consilijs suis, consi. 288. vbi consuluit. verba narratiua notarij non inducere probationem: quia debet conficere instrumentum de ijs, quae sub eius praesentia aguntur in alijs vero, quae ante gesta fuisse attestatur narratiuè personis non praesentibus, non credit al. quod no. Ioā. Andr. in c. quoniam contra. de proba. in nouella, & in c. cū in iure. de officio deleg. & in d. l. optimam. Ista sunt formalia verba domini Petri in dicto cōsilio. & idem. D. Pet. in cle. j. de proba.
10 dixit, quod verba narratiua † in instrumento prolata non probāt quo ad absentes, alle. Bal. in d. authen. si quis in aliquo. facit etiā, quod voluit Ang. in d. authēt. si quis in aliquo. vbi dicit, quod si notarius dicit, facta litis contestatione, & testibus examinatis, de quibus constat manu talis notarij iudex talem tulit sentētiā, quòd tale instrumentum non probat, quod illa acta praecesserint: sed solum probat sententię prolationem, nisi pars tempore sententię fuisset praesens. & non cōtradixisset, nec appellasset, & per consequens sententiam suo consensu confirmasset: quia per tale instrumentum bene probaret, omnes praedictos actus precessisse, & hoc operatur tacitus consensus partis non contradicentis, alle. Inno. in d. ca. cum in iure. de officio dele. & tex. notabilem in l. fi. ff. quando app. sit. & sic expressè vult, quod illa verba enuntiatiua non praeiudicant absentibus. & ibi ēt dixit Ang. quod si notarius dicit, talis procurator Titij, de cuius procuratorio constat manu talis, dicto instrumento procuratoris a me viso, & lecto, & de quo patet manu mei notarij, non probat procuratoriū, nisi ipsum ostendatur, quatenus haec verba tendūt ad praeiudiciū absentis: secus dicit si ad praeiudicium praesentis & rogatis: quia tunc sibi praeiudicant propter eius consensum. & sic apparet aperto ore, quod si dictę dominę fuerūt absentes tempore, quo ille notarius ita enarrauit, eis nullo modo pręiudicauit: sed in casu nostro huiusmodi narratio facta per illū Iacobum de Clemētis, vt apparet, est facta ipsis dominabus absentibus: ergo sequitur, quòd eis non praeiudicauit, & per consequens nullo modo possunt illi de Ouetarijs ex illo asserto, & inani instrumēto se fundare contra illas dominas, aut earum haeredes. & facit etiam, quod voluit idem Bal. in d. authen. si quis in aliquo. quod si instrumentum dotis facit mentionem de matrimonio, si fiat praeiudicium tertiae personae, non probat tale instrumentū matrimoniū ex eo: quia est magis enuntiatiuū tale instrumentum quam dispositiuū quoad matrimoniū, licet instrumentum dicat dotem promissam pro matrimonio contracto: & ideo vtilissimum & expediens est, quod super isto matrimonio cōficiatur instrumentum. vt instit. de nupti. §. fi. & in auth. quibus mo. natur. effi. le. §. quantum. & sic cōcludit Bal. quod instrumētnm enuntiatiuū non disponit, nisi producatur instrumentum super ipso matrimonio, maximè in praeiudiciū tertij, ita dixit ibi in versiculo, iuxta haec quaero. & sic requiritur, quod producatur illud instrumentum cessionis, & confessionis, seu emptionis factę per illū Iannesinū noīe suo, & nomine illorum de Ouetarijs. Et sic ex isto capite apparet manifestè, quòd nullo modo est adhibenda fides illi assertioni factę per illum notarium. (Secundò hoc ostendo ex alio capite, quod illa assertio est falsa, & quod nullo mō facta fuerit cessio, aut confessio emptionis factę noīe illorū de Ouetarijs hoc mō. Ille tabellio attestat in instrumento compositionis & ratificationis laudi, qualiter ser Zilius de Caluis notarius fuit rogatus de emptione, quam suo proprio nomine fecit ille Iannesinus de possessionibus praedictis. & ita etiam apparet in confirmatione de dicta emptione facta per dictum Iannesinum suo proprio nomine de praedictis possessionibus confirmata per potentissimum dominium Venetorū, & sic interuenerūt duo, confirmatio & emptio suo proprio nomine celebrata per publicum instrumentum, quo casu concurrunt duo vincula, vnum ipsum factum verè celebratum, de quo fuit rogatus ille ser Zilius, videlicet emptio facta primo nomine ipsius Iannesini, quo casu praesumitur ita esse, vt ex ipso instrumento scri-
11 ptum originaliter est. nam † ex primordio tituli posterior formatur euentus. l. j. C. de imponenda lucra. descript. libr. 10. vnde simulatio non praesumitur, vt dixit Baldus in capitu. j. de feud. da. in vic. legi. cō-
12 miss. vbi dixit, quod † tale praesumitur esse instrumentum, quale apparet in prima sui figura, & idem Baldus in capitu. j. de not. feud. vbi dixit, quod instrumentū praesumitur verum, & idem Baldus in lege, ab Anastasio. C. de mand. ad fin. dixit, quod intantum pręsumitur instrumentum verum, quòd allegans illud esse simulatum, tenetur exprimere speciem simulationis, & idem Bald. in l. j. C. si seruus exter. dixit, quod ad hoc, vt instrumentum dicatur, & probetur simulatum, oportet probare, quod a principio ita fuit actū, vt esset simulatum. Facit l. quamuis. C. si quis alteri vel sibi. vbi praesumitur pro instrumento, & ibi Baldus dixit semper praesumi pro instrumento. Facit lex, cum precibus. C. de probat. & quod ibi voluit idem Baldus. facit. c. illo vos. de pignor. & c. ad nostram. de empt. & vend. vbi instrumentum praesumi-
13 tur verum, nisi probetur † contrarium per coniecturas approbatas a lege: non autem apparet ex istis, quod ita pręsumitur esse in veritate, vt cantat instrnmētū, & praesumatur esse veritas quod ille Iānesinus emit suo proprio nomine, & dicere contrariū esset dicere illud instrumentum fore falsum: vt videtur tex. in l. si nō verū. C. de dona. inter vir. & vxo. Et quod voluit Bal. in l. fi. §. in cōputatione. C. de iure delib. quo casu falsum peccat in iure naturae: vt pulchrè dixit idē Bald. in l. falsus. C. de fur. Mō in proposito nostro dicere, & asserere, quod re vera ille Iānesinus fuit confessus emisse ēt nomine illorū de Ouetarijs, & praeciū recepit, esset dicere illud instrumentum factū per illū ser Ziliū fuisse simulatū, & non verū. Mō nō est ęqualis proportio inter illud ser Zilij instrumentum: quia est originale, & illā assertionē & enūtiationē illius ser Iacobi de Clemētis: quia, vt dicunt philosophi, quae sunt principia generandi, sunt principia corrnmpendi. c. omnis res. de reg. iur. cū si. Ideo ad tollēdum illud instrumentum, de quo fuit rogatus ille ser Zilius, oportebat, quod tolleret per aliud instrumentum originale dispositiuū, & nō enūciatiuū, & sic tolleret illud primū pagens habile, & ēt per personas

sonas ad hoc habiles, quæ potuissent sibi præiudicare in hoc, ꝙ facere non potuerunt illę mulieres circa suos fundos dotales: vt inferius apparebit, & esset magna temeritas dicere, ꝙ instr̄m verū nō simulatum, contra quod nunquam fuit oppositum, nec de simulatione, nec de falsitate, iudicaretur simulatum per assertionem & enuntiationem alterius notarij, de qua non fuit rogatus tēpore illius assertionis: qa actus actiuorū sunt in patiente bene disposito: vt phylosophorum facile princeps Aristoteles scripsit. lib. j. de anima. Et sic non est sufficiens agēs illa assertio ĩsulsa, & sine causa expressa ab illo idiota notario ad tollendam veritatem primi instr̄i, de quo fuit rogatus ille ser Zilius. Et multo minus in casu nr̄o; quia concurrit confirmatio facta per illustre & ducale dominium Venetorum appēsatè & ma-
14 turè ex prouisione consilij eorum, quo casu † confirmatio præstat robur, & conuertit actum inferioris in actū superioris: omnia enim nostra facimus, quibus, auctoritatem nostram impartimur. c. j. & 2. de confir. vti. l. 2. §. sed quia. C. de veter. iu. enucle. & ideo dixit Bald. in l. ex placito. C. de rerum permu. ꝙ si superior cōfirmat cā cognita statuta inferioris, non dicuntur statuta inferioris, sed dicūtur statuta superioris, & transgressor punitur vt transgressor statutorū superioris. facit, quod ipse voluit in rubri. C. si quis aliq. te. prohib. ĩ suo elegāti tractatu, & quod ipse voluit in l. ex his verbis. C. de don. inter vi. & vx. Et sic talis venditio confirmata in personam ipsius Iānesini habetur, ac si acta fuisset ab ipso illustri dominatu Venetorum. Et per consequens non est dicendum, ꝙ illa assertio notarij tollat talem emptionem celebratam dumtaxat nomine ipsius Iannesini, qui notarius ita asserendo, & non ostēdendo originale videtur vt homo priuatus asserere: ergo stabimus illi instr̄o publico, & vero, quia illud, quod non mutatur, cur stare prohibetur. l. sancimus. C. de te-
15 sta. l. præcipimus. C. de app. Et sic duo † vincula potentiora sunt vno: vt ĩ c. j. de treu. & pac. cum sim. Et sic ex isto capite nullo mō erit adhibenda fides tali assertioni contra ipsum primū instr̄m celebratum per ser Zilium: & sic in hoc erit iudicandum ꝓ primo instr̄o. Tertiò etiam cōuincitur falsitas illius assertionis ex alio: & ad hoc considero illud, quod pulchrè scripsit Auerroes, quem refert Bal. in rub. C. de proba. & in l. j. C. de seruis fugi. vbi dixit, ꝙ sermo noster debet adaptari, & cōgruere rebus sensatis, & intellectu fruētibus: vt est tex. in l. si ita qs. in ver. qđ nemo sanus loqueret. ff. de euictio. sed illa assertio illi[9] Iacobi tabellionis nullo mō est verisĩlis: ergo &c. Et ad hoc considero, quòd ille Iacobus notarius in illo instr̄o dicit, ꝙ in rei veritate licet instrumentū totum cantet in personam dicti Iannesini, medietatem tamen ipsarum possessionum, & iurium pro indiuiso emerat nomine, & vice illorum de Ouetarijs & volēs agnoscere bonam fidem, nec veritatem occultare, sed debitum suum vnicuique tribuere pro pretio librarum quinq; milium, quod pretium ipse ser Iannesinus sponte cōfessus fuit se habuisse ab illis de Ouetarijs, dantibus & soluentibus, dederit, vēdiderit, cesserit &c. prout de dicta remissione plenè constat publico instr̄o scripto manu. ipsius Iacobi. 145. die dominico 12. mensis Iulij. Et demum ipse Iannesinus ipsam dimidiam nunquam cōsignauit illis de Ouetarijs, & decessit ille ser Iannesinus. 1412. ita formaliter refert ille Iacobus notarius in conuentione facta super laudo dato per do. Fantinum. Vnde considero, ꝙ dicta assertio cōtradicit sibi: quia dicit, ꝙ dictus Iannesinus volens agnoscere bonam fidem, nec veritatem occultare, sed debitū suū vnicuiq; tribuere, & postea dicit, ꝙ illā dimidiā nunq̄ ꝯsignauit. Et per ꝯn̄s non est adhibenda fides huic assertioni. l. j. C. de furt. c. solitudinē. de appell. cū sim. & illis chartis productis per illos de Ouetarijs in charta, quæ incipit, nobiles viri D. Nicolaus & Antonius de Ouetarijs, q̄bus in instr̄o scripto manu illius Iacobi notarij dictus Iannesinus promisit eos inducere ĩ possessionē, & inductos defendere, & manutenere sub certa pęna, & ꝙ ipse D. Nicolaus vigore dictę emptionis, & licētię ĩ dicto ĩstr̄o ꝯtētę, intrauit tenutā medietatis pro indiuiso: vt cōtinet in publicis instrumētis manu dicti Iacobi scriptis vno sub anno 1409. &c. Modò consideret D. iudicās expressum mendacium, dum dicitur, ꝙ ille Iannesinus emit in veritate pro se, & non nomine & vice illorū de Ouetarijs. Et postea dicitur, ꝙ vendidit, cessit, & remisit, & promisit defendere, & manutenere
16 sub pęna &c. illa † verba &c. inferunt, ꝙ teneat de euictione, ex quo ĩ materia vēditionis prolata sunt, nonne est sycophāta dignū dicere, ꝙ Iānesinus emerit pro se, & nomine suo, & noīe illorum de Ouetarijs, & promiserit eos defendere & manutenere sub pęna &c. certè nullus sani capitis diceret, ꝙ Iannesinus promisisset illos defendere: quia sufficiebat sibi remittere illā medietatē, & declarare fuisse emptā ab eo nomine illorum Nicolai, & Antonij de Ouetarij. Et sic ex hoc apparet liquidò, quod ille tabellio iniquissimus mētitus est, iuxta illud passionis dominicę, & conuenientia non erant illorum testimonia. Item conuincitur etiā ex alio, ꝙ illa sit falsa assertio ex eo: quia emptio fuit celebrata 1405. & eodē an. dr̄ fuisse facta illa asserta remissio, & venditio illis de Ouetarijs, qui intrarūt tenutam & possessionem dictarum rerum pro dimidia de anno 1409. & sic passi fuerunt illum Iannesinum per quatuor annos tenere & possidere dictas terras, ꝙ nō posset cadere in aliquem exercitatum intellectum, maximè si habuissent instrumentum venditionis, & licentiā intrandi tenutam, & pretium fuisset solutū, nescio videre, quid poterat obstare instr̄o publico vēditionis, & solutiōis ꝓtij & licētię ĩtrādi tenutā & possessionē dictarū rerū. Et eo magis: quia sumus in terra
17 subiecta venerādo dominatui Venetorum, q̄ † nullo modo patiuntur aliquid ꝑ iniustitiā fieri in terris sibi subiectis. & iō dixit D. Pe. de Anc. in c. j. de cōstitu. li. 6. ĩ quodā testō, quod dicebatur metu factū, fuisse consultum per insignes doctores pro testamēto facto apud Venetos, ꝙ non erat verisimile in terra subiecta eis fieri violentiā aut metū inferre, & super hoc refert fuisse fundamentum assumptū. Modò in casu nr̄o quis esset ita a mēs, qui arbitraretur in re tam ardua, & in dominio Venetorum re existente ita liquida & clara, claros ciues, & magnificos passos se opprimi in iure suo liq̄do & manifesto ab alio subdito ipsi dn̄o in re tā ardua: qa res q̄nq; milliū librarū, est ꝓsumēdū, ꝙ cautius, & prudētius se habuissent, arg. c. vbi periculū. de elec. li. 6. Facit, quod no. Iac. de Are. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. de magna causa pecuniaria, & quod voluit Bal. C. de testi. l. parentes. facit. l. summa cum ratione. ff. de peculio. & quod habetur in l. omnes. §. Lucius. ff. quę in frau. cre. & ꝑ ꝯn̄s non est verū, nec verisimile, ꝙ in re tā ardua fuerūt illi de Ouetarijs ita negligētes iuxta illud, res tua te repit Argū res altera cęcum. Facit, quod de istis arduis habetur exodi. 18. c. & in c. ad hæc. de officio Archi. & in c. per venerabilem. qui filij sint legi. & per Bald. in l. fin. C. de hæred. instit. & per And. de Isernia in c. j. ad fi. de nā feudi. Item ēt consideret D. iudicans; qa ad conuincendū illud assertū instr̄m vēditionis & remissionis factę ꝑ illū Iannesinū, ꝙ reuera nunq̄ fuit, & nūquam erit: quia videtur ꝙ 1405. de mēse Iulij fuit factum,

ctum,& scriptum manu illius ser Iacobi, quis ergo esset intellectus tam suppini, qui considerando, q̄ ille Iannesinus in veritate emit illas possessiones pro dimidia nomine & vice illorum de Ouetarijs, nō arbitraret̄ manifestè, q̄ ille Nicolaus & ille Antonius fecissent confirmari illam emptionem, tanquam factam de rebus dominij Paduani ab illo dominatu Venetorum: certè fecissent confirmari: maximè q̄a res erat ardua: vt est dictum. & licet illis scripturis ꝓductis in ista causa: quia priuatę sunt, non sit adhibenda fides contra istum Iannesinum: tamen contra producentes bene est standū: quia acceptata fuerunt illa, talia quatenus faciunt contra producētē, iuxta doctrinam doctorū in c. cum olim. de cēsibus, inquantum practicatur, q̄ in parte, & in partibus facientibus pro se acceptat. & simile dici consueuit, quando appellatur a sententia in parte, & partibus facientibus contra appellantem: vt no. in l. omnē honorem. C. quando prouo. non est necesse, & in c. Raynutius. de testa. & per D. Ant. in c. cum Ioannes. de fide instr. vbi alle. dn̄os de Rota, & quod habetur in l. etiam. ff. de min. Præterea, q̄ non fuerunt publica instr̄a inde confecta apparet ex illis scripturis acceptatis inquantum faciunt cōtra ꝓducētem. Hoc apparet ex scriptura incipiente, ego Vgucio procurator nomine dicti Iannesini oppono cōtra scripturas priuatas productas pro parte illorum de Ouetarijs. ideo ibi opponit, producentem in aliquo nō releuari ex eo: quia sunt scripturę priuatę, & carēt omni solennitate: ergo sequitur, q̄ nulla est adhibenda fides illis talibus scripturis: & etiam dicit se produxisse sæpius illud instrumentum scriptum per illum ser Iacobum notariū. & circa hoc pōderet accurate D. iudicans, quia exceptio non verisimilis, vel calūniosa non est per iudicem admittenda: vt est text. in cap. super hoc. de renunt. & hoc ibi colligit dominus Antonius, & est text. in l. satis apertè. C. de fal. & not. in cap. quia verisimile. de præsumpt. Modò p̄sumendum est pro iudice: vt dicit tex. fi. in l. 2. C. de of-
18 ficio ciuil. iudic. non est verisimile, † q̄ si producta fuissent publica instrumenta confecta manu tabellionis, vt fuit ille Iacobus, quòd aduersarius opposuisset illa esse scripturas priuatas, & posito q̄ ita opposuisset, nō est verisimile, q̄ iudex fuisset passus tā euidētē calumniosam exceptionem opponi, & illā admisisset, & per consequens omnia prosperè & rectè tēdūt ad mendaciū enucleādū ex parte illorū de Ouetariis. Præterea etiam facit: quia dicitur, q̄ ille Iannesinus fecit instr̄m remissionis, & vēditionis, & confessus fuit recepisse pretium, & nunquam dicta bona dimisit, ita asserit ille Iacobus. Modò in capitulis olim productis, vt asseritur per partem aduersam dr̄, q̄ vigore ipsius vēditionis, & licētię in dicto instr̄o cōtentę, ītrauit, & apprehēdit tenutā dictarū rerum, & protestatur, q̄ nullo modo contraueniet: ergo sequitur, q̄ est sibi contrarius, & contrarietas ex hoc resultat: ideo non est audiendus. d. l. j. C. de fur. cum si. Pręterea dicitur etiam, q̄ ille Iannesinus fuit confessus recepisse pretium pro dicta medietate: & tn̄ semper stetit in possessione post celebratū assertū instr̄m remissionis, & venditionis; quo casu præsumitur contractus fictitius & simulatus, & per
19 ꝯsequens nullius effectus: vnde ad † conuincendū cōtractum de simulatione sufficit ꝯtinuasse possessionem, ita firmat Pe. de Anch. consi. 9. alle. l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. & idem voluit. in c. illo vos. de pignor. alle. Bar. in l. post contractum. ff. de don. & in d. l. sicut. §. superuacuum. & bn̄ facit, qd̄ voluit Bar. in ꝯsilio incipiente. Pet. Nic. & ī d. §. supuacuū. & Bal. ī l. j. C. de repu. here. & in c. j. de feu. da. in vic. leg. commisso. & in l. fraus. ff. de legibus. & in l. 3. C. plus valere, quod agi. & in l. j. C. de don. ante nup. & Ioan. de Imo. in c. ad nostrā. de emp. & vend. & in d. c. illo vos. q̄ autē possederit ille Iannesinus post fabricatū illud assertū instr̄m, licet in veritate nullum fuerit fabricatum instr̄m venditionis, satis probatum est per testes. Nunc ad primū dubium accedo huius consultationis, videlicet, an illa assertio notarij p̄iudicet istis dominabus? Et certè dicendum est q̄ nō: quia aut loquimur quoad illam assertionem duntaxat, & certè non præiudicat ex eo: quia primò per illam assertionem notarius nō intēdebat præiudicare illis dn̄abus, nec ēt illi de Ouetarijs intēdebāt per illā p̄iudicare illis dn̄abus, nec notarius ad hoc fuerat rogat⁹. Et ēt; q̄a illę mulieres erant absentes: & ideo talis enūciatio & assertio non præiudicat absentibus: vt voluit Bart. in l. ex hac scriptura. ff. de don. per l. epistola. ff. de pac. & licet Lud. Ro. non teneat dictū Bart. in d. l. ex hac scriptura, per d. l. optimam. C. de contra. stip. tn̄ hoc nō curo examinare ex eo: quia communiter omnes transeunt cum dicto Bar. & ratio Ludouici cōfunditur in casu nostro; q̄a ipse dicit, q̄ si p̄sentibus notuisset, eodē mō notuisset absentibus, per d. l. optimā. quia r̄ndeo, q̄ in casu nr̄o nō præiudicasset pręsentibus: q̄a erat fundus dotalis, q̄ non poterat alienari: vt p totum ti. de fundo dota. ergo &c. Aut nos dicimus, q̄ licet illa assertio nō noceat eis, quia si noceret, ex tūc præiudicaret doti, & fundo dotali nihilominus præiudicat instr̄m remissionis, ad quod illa assertio facit relationē. & sic attenditur id, ad q̄d fit relatio, & per consequens illud remissionis instr̄m, quo tēpore ille possessiones non erant fundus dotalis, iō potuit pater præiudicare filijs in hoc. iuxta no. in l. j. C. de fundo dot. & l. 2. C. ne quid in frau. pa. per Cy. & Bal. & Bar. in l. nō vsque adeo ff. si quis a par. fue. manu. & in l. hæreditarium. ff. de bo. auth. iudicum possi. & per Host. & alios in ca. Raynutius. de testa. & Barto. in l. j. ad fi. C. de reuo. his quæ id frau. cre. q̄a ad hoc bene apparet responsio ex supradictis. Et ēt ad hoc respondeo: quia ad hoc vt illud instrumentū remissionis sibi piæiudicet, oportet, q̄ illud ostendatur, & producatur, aliàs non præiudicat: q̄a † pa-
20 ria sunt, nō esse, vel nō apparere. vnde Bal. ī d. auth. si quis in aliquo. dicit, pone, q̄ vnū instr̄m facit mētionem de alio instr̄o tanquam de causa sua, vtrum sit necesse primum produci. concludit ibi Bal. aut secundum instr̄m substantiā capit a primo, aut nō; si capit substantiam a primo, tunc oportet primum produci, nisi contrahentes sint tales, qui possunt sibi præiudicare sola assertione. ex quo infert, q̄ in-
21 strumentum † conseruationis indemnitatis nō probat si non ꝓducitur principale instr̄m debiti, quia si illud non apparet, promissio non habet substantiā: quia cōseruatio fundatur respectu damni, & interesse, de quibus non constat, alle. no. per gl. & Dy. in l. sciendum. ff. de verb. obli. Modò in proposito nostro posito, non tamen concesso, quòd ista assertio facta per istum Iacobum notarium in dicto instrumento nō esset falsa & suspecta, vt superius est iam ostensum, quia falsa: tamen nullo modo præiudicaret, nisi produceret̄ originale ex eo, quia talis assertio fuit facta a notario non ad petitionē ipsarū dn̄arum. Et posito, non tamen concesso, q̄ ad petitionē illarum dominarū facta fuisset: tn̄ illi non staret: q̄a
22 illę dn̄ę † non poterāt sibi præiudicare in fundo dotali per talem assertionem. Item etiam: quia principale fundamētum illius assertionis erat illud remissionis, cessionis, & vēditiōis factæ p illū Iānesinū. cū ergo nō appareat, seqtur, q̄ talis assertio eis nō præiudicauit. Et ēt exacta cura aduertat dominus iudicans: quia probatum est per testes, q̄ illi de Ouetarijs

rijs noluerũt promittere de euictione, quo casu est præsumendum, ꝙ ius eorum in dictis possessionibus erat friuolum, inane, & elidibile, ꝙ si ius bonum aliquod putassent habere nullus dubitet, quin promisissent de euictione: ex eo q̃a longe maius pretiũ inuenissent de talibus possessionibus. & iõ ex prædictis resultat conclusio verissima, ꝙ illa assertio est falsa, & nullũ instrumentũ remissionis fuit factũ per illũ Iannesinum: sed stabimus instrumẽto rogato p̃ illũ ser Zilium nec aliquod pretium ille Iannesinus recepit ab illa pro decima nec est probatum ꝯtrũ per parte aduersam, & ita in hac prima hęsitatione concludo in fauorem actoris. ¶ Restat videre mõ, quid iuris de compromisso, & laudo. Et pro certo non possum non admirari de fraude ita aperta, si ita fuit, ꝙ ille Iannesinus venit ad concordiam, & ad diuisionem cũ illis de Ouetarijs, & testes ita dicunt fuisse, & illas possessiones tenuisse, & possedisse post illã diuisionem illos de Ouetarijs, ad quid fuit factũ cõpromissum, ex quo causa est finita per compositionem, & transactionẽ, ꝙ fieri non potuit: maximè q̃a illę dominę nihil petebant ab illis de Ouetariis: ergo nõ potuit fieri cõpromissum. facit. l. post rẽ. ff. de trans. & q̃d ibi voluit Bart. & ĩ l. elegãter. §. si q̃s post. ff. de cõdict. indeb. D. Ant. & alij in c. interposita. de arbit. Bar. in l. j. C. vbi in rem actio. & in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fac. Ang. in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. ob. & in cõsilio incipiẽte, in splẽdida ciuitate Florentię &c. Bal. in l. si diuersa. C. de trans. & in l. iudex. ff. de iudic. Pet. de Anch. cons. 211. sequitur ergo, ꝙ vel testes falsum deposuerunt pro parte ipsius dominę impetratricis, ꝙ est indubitanter verũ: aut istud compromissum non potuit fieri,
23 & per ꝯseques nec laudũ inde ferri, quod totũ † fundatur ex compromisso. l. ex cõpromisso. ff. de arbit. & sic poterat illis de Ouetarijs dicere, quod petitis intus habetis, de quo in l. j. C. de exe. rei iudic. Oportet ergo necessario ꝯcludere illos testes falsum dixisse: quia non est verisimile, ꝙ illi de Ouetarijs petijssent illud, q̃d intus iam habebant, & posuissent quęstionem in re, quæ liquido iure spectat ad eos. scilicet: vigore compositionis & concordię, & diuisionis factę cum illo Iannesino: omnia ista sunt falsa: & p̃ ꝯñs falsum deposuerũt testes p̃dicti: resultat ergo veritas, ꝙ nullam compositionem cum illo Iannesino habuerunt, nec aliquam diuisionẽ, nec possessionem dictarum terrarum habuerunt: cũ post mortem Iannesini probatum est ipsas filias possedisse oẽs p̃fatas possessiones: hinc est, ꝙ illi de Ouetarijs deuenerunt ad compromissum, asserendo magnam litem superesse, & maiorem in futurum venturam. ideo est videndum, si illud compromissum & istud laudum noceant illis dominabus: & indubitanter dicendum est ꝙ non, ꝙ colligitur ex multis. Primò istud compromissum fuit factum per maritos illarum dominarum, quos probatum est fuisse dilapidatores suorum bonorum, & dilapidasse oĩa bona sua ludendo. & aliter pessimè dilapidando: & cum non haberent quid vlterius de suo expendere posset, deliberarunt per viam quæstionis & litis fictę & simulatę, venire ad dilapidandum fundos dotales, ꝙ sic ostendo. apparet ex superioribus dictis in primo dubio qualiter ille Iannesinus emit nomine suo proprio illas possessiones, & eas sibi confirmauit illustris dominatio Venetorum, & eas tenuit, & possedit toto tẽpore vitę suę: & illi de Ouetariis nihil potuerunt contra eum facere tempore vitę suę, licet diu litigassent cum eo, quo casu præsumitur, ꝙ nullum ius habuerunt in bonis illis, maximè in loco, vbi D. Veneti habent dominium, qui mirum in modũ sunt amatores iustitię. Si ergo habebant instrumentũ pro se illę dñę confirmatum a dñio Venetorũ, possessionem diu continuatam quæ erat penes eas,
24 ad q̃d oportebat facere compromissum † de re clara: quia eo ipso ꝙ cõpromiserũt, videtur lęsę, iuxta ea quæ no. Bar. in prima const. C. vnde videntur illa verba. cum sit magna lis & maior timetur futura, sunt verba ficta, & simulata: vt decidit tex. in l. cum hi. §. sed cum lis. ff. de transa. & ibi Bart. & Ange. Et ideo Ange. in dicta l. eleganter. arguit contra aliquos dicentes, quod cum lis sit, & maior esse separat &c. q̃a simulatio est suffocatio iuris alterius, ad quid ergo fuit opus venire ad cõpromissum, & p̃iudicare illis dominabus, quæ nõ poterant nisi lędi ex illo compromisso. Vnde cõsiderata praua qualitate illorum maritorum: q̃a prodigi, dilapidatores, gulosi, qui omnia sua consumpserãt pessimè se gerendo, præsumendũ est, ꝙ collusoriè ad illud cõpromissum deuenerunt, ꝙ sufficit probare per has coniecturas vt dixit glos. in l. dolũ. C. de dolo. & in c. 2. de renunt. lib. 6. & sic sequitur, ꝙ tale compromissum nõ præiudicauit illis dominabus in suo fundo dotali. Secundò est considerandũ, quia in laudo dato per illũ dominũ Fantinũ est quędã causa falsa, &
25 falsissima, quæ reddit † laudũ illud ipso iure nullũ quod ad oculum ostẽdo formaliter hoc modo. In finalibus verbis illius laudi dicit, hoc modo cõdemnauit dictas dominas, ꝙ dare, tradere, & consignare debeant dño Nicolao, & Antonio de Ouetarijs dimidiã partem omniũ possessionũ emptarũ per ipsum Iannesinum suo nomine & vice dictorũ dñi Nicolai, & Antonij de Ouetarijs: vt in instrumẽto vẽditionis de dimidia parte ipsarũ possessionũ factæ per ipsum Iannesinum ipsis dño Nicolao & Antonio scripto ipso instrumẽto per me notariũ descriptum, ita formaliter dicit laudũ præfatũ. Vnde apparet manifestè, ꝙ causa potissima & formalis inducẽs arbitrũ ad sic laudãdũ fuit: q̃a dictus Iannesinus emerat p̃ se, & noĩe illorũ de Ouetarijs, & refert se ad instrumentũ cõfectũ manu illius Iacobi notarij. Sed ista fuit falsa cã ex eo: quia nõ est verum, ꝙ emerit tã suo p̃prio nomine, quã nomine illorũ de Ouetarijs illas possessiones ille Iãnesinus, imo emit suo proprio noĩe, vt superius est ostẽsum: ergo. &c. Et ẽt refert se ad instrumentũ relatum per illũ notariũ, quod quidẽ instrumẽtũ non fuit præsentatum corã eo, vt apparet ex inspectione processus: vt in l. cum de lege. ff. de prob. ergo sequitur, ꝙ tale laudum fuit ipso iure nullum, tãquam iniquum & iniustum, & ex falsa causa latum. & est bene ponderandum, q̃a fuit latũ ex falsa allegatione ꝯ illas dominas absentes. Facit, q̃d not. Bartol. in l. is ad quem. ff. de acqui. hære. & l. prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. & facit, q̃d habetur in l. tutor si petitus. & in l. Seio egressę. ff. de tu. & cur. da. ab his. & q̃d habetur in l. iustè. ff. de acquir. poss. Apparet expressè, ꝙ ista fuit falsa cã: quia tale instrumẽtũ non producitur, & ꝙ factũ nõ fuerit, nec interuenerit, liq̃dò apparet ex superioribus dictis in præcedenti dubio. Facit ẽt, q̃d habeẽ in l. q̃ testõ. ff. de excu. tu. q̃nimo plus dico, ꝙ ẽt si iudex & aduersarius ꝯsentiret tali causæ falsæ allegatæ ĩ sentẽtia, nihilominus non impedit, ꝙ si hmõi sñiæ respectu agat, q̃n excipiat: ita pulchrè dixit hic Inn. ĩ c. grauis. de deposit. & facit, q̃d idẽ Inn. voluit in c. cũ olim. de re iu. q̃a imo ẽt si aliq̃d est solutũ, ꝯdictione ex iniusta cã repeti põt. casus est notabilis in l. cum ante. ff. de dol. ita refert & sequitur Lud. Ro. in d. l. is ad quẽ. de acquir. hære. Ita dicamus in casu nr̃o, posito ꝙ illæ dñæ consensissent tali sententiæ: tamen quia ex iniusta cã fuit lata, est nulla: & possũt repetere solutũ. Et per consequens dictæ dñæ p̃nt repetere dictas possessiones solutas, & datas illis de Ouetarijs.

rijs. Et sic ex isto capite non potuit præiudicare laudum præfatum istis dominabus, tanquam latũ ex falsa causa. Præterea detegitur nullitas illius laudi ex alio: nã dictũ compromissum factũ per maritos illarum dñarum fuit factum secundo Iunij, & fuit ratificatũ per illas dñas quartodecimo die eiusdem mensis, & cõnumerat diẽ in ius, & postea die sequẽti ille arbiter tulit laudũ, quo casu tale laudũ est nul
26 lum: quia † ex breuitate tpis p̄sumit̃ latũ sine causæ cognitione: non enim potuit deliberare in laudo ferẽdo ita repẽte. Facit illud, qđ scribitur in illo Terẽtiano, hui, inquit, tam cito. facit illud, qđ habetur in prima consti. ff. vbi pauco tempore parari possunt. facit illud, qđ dici consueuit, tempore egemus, vt aliquid maturius agamus. facit elegans tex. in c. põderet quisq; sermones suos. 50. di. & ibi D. Dominicus per illum tex. arguit contra iudices ferẽtes sententias in tam breui tempore, ꝙ non est verisimile, ꝙ potuerint causa cognita ferre sententias: quia sunt ipso iure nullę. facit tex. melior de corpore iuris in capitulo cum ex literis. de integ. restitutionib. vbi fuit petita restitutio in integrum contra sententiam latam ab Eugenio: ex eo quia fuit lata in tempore tam breui, ꝙ est pręsumptio, ꝙ de cã non cognouerit, & ita dicunt omnes scribentes ibi p illum text. Facit elegans consiliũ domini Petri de Ancha. consi. 222. incipit, ĩ causa & quęstione, quę vertitur. vbi Potestas quidam tulerat sententiam in tam breui tempore, ꝙ de causa non cognouerat, præsumptio fuit, ꝙ non cognouit, dicit sententiam illã fuisse nullam, alle. qđ habetur in l. prolatam. C. de sent.
27 & interl. om. iud. Dicit etiam † ꝙ debet ferri cũ magna maturitate. C. de sent. ex breuic. reci. Nec põt dici maturè gestum, quod nimis velociter expedit. dicit etiam, ꝙ sententia propria ipsius imperatoris ex nimia temporis breuitate rescinditur, alle. d. c. cum ex literis. decet enim, & expedit, vt conscientię puritati non desit iudicium rationis. c. non solùm. de regula. lib. 6. Et sic videtur aperto ore dicendum, ꝙ illi mariti dictarũ dominarũ colluseriut: quia nullã defensionem, quæ appareat, assumpserunt ad defendẽdũ iura ipsarum dominarum. Facit, qđ pulchrè voluit Bart. in l. prolatam. præall. vbi dicit, ꝙ sententia lata parte præsente, vel cõtumaciter absente præsumit̃ lata cã cognita l. in causę. §. cã autem cognita. ff. de minor. postea hoc limitat & dicit, si lite contestata hinc ad modicos dies iudex tulerit sententiam, ꝙ tunc præsumitur illam tulisse causa non cognita, ex quo subito illam tulit, alle. d. capitu. cum ex literis. & l. 2. C. de sent. ex breuic. reci. & sic est verissima cõclusio, ꝙ tale laudũ fuit ipso iure nullũ, & p ɔ̃ns nõ præiudicauit iuri illarum dominarum. Pręterea ẽt consideret D. iudicans, ꝙ illa ratificatio cõpromissi facti per illos maritos adhibita per illas dominas, p̄sumitur reuerentia, & metu maritorũ facta: q̃a nõ est verisimile, ꝙ illę mulieres consensissent tali cõpromisso in præiudicium suarum dotium. sunt ẽm penè famulę virorum, & subditę viris. 33. q. 5. c. hęc imago. ergo pręsumitur, ꝙ nimia reuerẽtia, & metu maritorum fecerint. facit ad hoc glo. multum solẽ. in l. j. §. quę onerãdę. ff. qua. re. actio nõ dat. maximè
28 quia † minę non possunt ita facile probari inter viros & vxores. & ideo pulchrè dixit Bal. in c. causam matrimonij. de officio deleg. pone, ꝙ mulier sit verberata in camera in secreto, ita ꝙ nullus testis sciuerit, dicit recurrendũ esse ad alia indicia, iuxta no. p Bart. in l. de pupillo. §. si q̃s ipsi prętori. ff. de operis no. nũc. facit. l. j. C. si quis impe. maledixerit. & ideo refert obseruandę memorię D. Cardinalis in c. causam matrimonij. præalle. ꝙ si mulier renũtiauit iuri hypothecę in re, quã vir alienat, & dicit ꝙ p metum fecit, ꝙ rescinditur talis renuntiatio, & refert Raynerium ita consuluisse in accidentia facti. Ita dicamus in casu nostro, & multo fortius in fundo dotali, ꝙ si mulier compromittit sup reb⁹ suis dotalibus, maximè stãte forma p̄fati cõpromissi, in qua dr̃, citatis, vel nõ citatis, absentib⁹, vel p̄sentibus partibus &c. est enim contra iuris formam tale cõpromissum. & est ponderandum, ꝙ tale cõpromissum fecerunt mariti ipsarum & obligarunt se facturos, ꝙ vxores eorũ ratificarẽt: & sic leuius potuerũt deuenire ad ratificationẽ, quàm ad cõpromissum: & facilius potuerunt decipi: & sic multo fortius præ-
29 sumitur collusio: licet ergo nõ dixerint, ꝙ † per metum faciebant, tamen sufficit metus præsumptus in rebus suis dotalibus. Licet ergo Raynerius dixerit, ꝙ in rebus viri mulier debet dicere per metũ renũtiasse, non tamen est sic in rebus suis dotalibus: q̃a præsumit̃ facilius metus in illis, quàm in bonis mariti, & per cõsequẽs pręsumitur metu facta talis ratificatio: ergo est nullius momenti. Præterea etiam cõsideret iudex, quia dixit Guil. de Cu. in l. de die. §. q̃ mulierem. ff. qui sat. cog. vbi est casus, quòd sentẽtia lata contra maritum in rebus dotalibus præiudicat vxori scienti. vnde dicit ibi Guil. esse in iure inuentam fraudem ad alienandũ fundũ dotalem, vt fingatur lis in rebus dotalibus, & feratur sententia contra maritum vxore sciente; quia tũc præiudicat̃ vxori, & per istam viam indirectam præiudicaretur
30 mulieribus in suis dotibus: ideo vbicunque † est huius fraudis suspicio, dẽt lex iuuare. l. cõuenire. ff. de pac. dota. l. siue hæreditariam. ff. de neg. gest. quã in veritate isti mariti cum illis falsis creditoribus inue-
31 nerunt: ideo tollenda est. non † enim debet fraus & dolus prodesse doloso. cap. sedes apostolica. de re-
32 script. c. ex tenore. eo. tit. cũ simil. & ẽt facit: q̃a † dispositio. d. l. de die. §. q̃ mulierẽ. loquit̃ eo casu, quo de iure communi præiudicat̃ vxori: quia mouetur quæstio viro, & vxore sciente fertur sententia contra virum, & mulier non ɔ̃dicit: sed nos nõ sumus in casu isto: ex eo q̃a loquimur, q̃n mulier cõsentit cõpromisso facto per virum in rebus dotalibus, & sic videtur sibi præiudicare, & renunciare iuribus loquentibus de fundo dotali non alienando. Et per consequẽs nõ valuit tale cõpromissum. Nec obstat iuramentum: quia præsumitur dolo extortũ. & laborat eodem morbo, quo laborat ipsum cõpromissum: vt est tex. singularis in l. fi. C. de non nu. pecu. & iuramentum dolo, aut metu extortum nõ obligat etiam de iure canonico: vt in ca. quãuis. de pac. lib. 6. Et ex istis concludo, laudum præfatũ multifariè fuisse ipso iure nullũ, & nõ p̄iudicasse iuri illarũ mulierum, & per consequens nullo modo obstare Ioãni actori ad vendicandas dictas possessiones, & ista videtur pura veritas.

EPITOME.

¶ Acquisita per beneficiatum nõ pertinent post eius mortem ad successorem in beneficio, sed ad eũ deuoluuntur, a quo beneficiũ habuit, quòd si patrimonium simul cum beneficio possidebat, fiet diuisio pro rata redituum beneficii & patrimonii; sed si plura obtinebat beneficia, fiet itidem diuisio pro rata redituum & tẽporis, quo dicta beneficia possedit.

SVMMARIVM.

Thesaurus quid, & efficitur eius, cuius est solum. nu. 1. 3.
Canonicus succedens alteri in prębenda, non succedit in bonis acquisitis per eum, sed capitulum. nu. 4.
Clericus, qui tẽpore promotionis nihil habebat, præsumitur acqui-

quisiuisse de bonis beneficiorum.6.idem de officiali dicato tẽpore officij.nu.5.7.8.9.
Glo.in l.facultas. C.de iure fis.lib.10.intellectus.nu.7.
Sententia diffinitiua potest ferri ex coniecturis & præsumptionibus violentis.nu.10.

CONSILIVM XXXIX.

Clementissimum & pijssimũ Saluatorem nostrum Iesum Christum ex corde ĩuoco, vt sua solita benignitate veritatem mihi aperiat in hac consultatione: qa res ipsius Dei immortalis agitur. Amen. Viso & maturè pensato pũcto, & processu, & omnibus in eo positis solenni animaduersione pensatis, res iudicio meo clarè se ante oculos ostendit. Ista pecunia; quia recens & moderna est, non dicitur esse thesaurus: ex eo,

1 † quia thesaurus sunt abscondita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia, ita dixit text. in l. prima. C. de thesauris. libro 10. & facit, quod not. in l. nunquam nuda. §. j. ff. de acquirendo rerum dominio. & instit. de re. diuisi. §. thesauros. thesaurus eum duo requirit, vt dicatur thesaurus, primum est, quòd sit mobile ab in cognito domino absc̃oditum. Secundũ est, quòd sit absconditũ ex tempore, cuius initij non extat memoria. Modò ista pecunia nõ fuit absc̃odita ab incognito dño: qa imo dr̃ absc̃odita ab illo quondã dño Ioanne rectore &c. Et si dicat̃, quonã modo c̃ostare potest, quòd ab illo dño Ioanne fuerit abscondita. Dico, quòd satis dicitur constare ex præsumptionibus & coniecturis ex eo, qa pecunia illa erat fabricata tempore Eugenij, quo tempore ille dñs Ioannes fuerat canonicus, & beneficiatus, & rector illius ecclesiæ, in cuius domo reperta fuit pecunia, & nullus alius rector post mortem eius fuerat rector, nisi iste modernus rector. & multa præsumitur quæsijsse ille D. Ioannes ex suis beneficijs. &

2 sic † præsumptio iuris est probatio liquida: vt in l. j. C. de testa. mili. in text. & gl. in l. si tutor. C. de peric. tu. & no. in l. licet imperator. ff. de legatis j. & in ca. illo vos. de pig. & in c. ad nostrã. de empt. & vend. & in c. cũ in diœcesi. de vsur. & sic talis pecunia non dicit̃ absc̃odita a dño incognito. Et p̃ c̃oseq̃uẽs nõ est thesaurus. Et etiam non videtur abscondita ex tempore, cuius initij non extat memoria, de quo tempore no. plenè D. Anto. in c. veniens. de testi. Inn. in c. veniens. de verbo. signifi. & in c. quid per nouale. de verb. sign. & habet̃ in c. super quibusdã. §. præterea. eo. ti. & ĩ l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quot. & æsti. & in l. in concedendo. de aqua plu. arcen. Ergo sequit̃, quòd cũ nõ sit thesaurus, nõ cedit dño so

3 li: quia thesaurus † efficitur eius, cuius est solũ, si inueniatur: vt notat̃ in d. §. thesauros. & in d. l. j. & not. in l. a tutore. coniuncta gl. ff. de rei vend. ergo sequitur, quòd non cedit dño ciuitatis, cum non sit thesaurus, & per consequẽs nec dominus ciuitatis, nec patronus ecclesię habent ius in ista pecunia. & hac videtur verissimum quoad patronum ecclesiæ, & dominum ciuitatis, ꝙ nullum ius sibi vendicant in

4 dicta pecunia. ¶ Stat dubitatio † an canonicus succedẽs dicto quondã dño Ioãni canonico debeat c̃osequi istam pecuniam, tanquã ille D. Ioãnes illã acq̃siuerit de bonis pręb̃endę, & canonicatus. Et supfluis omissis videtur dicendum ꝙ non, & hoc probat tex. sing. in c. relatum. el 2. de testa. vbi acquisita per canonicum intuitu ecclesiæ, seu pręb̃endę non cedunt successori in præbenda, sed capitulo ipsius ecclesię: quia dicitur beneficiatus a capitulo. canonico enim datur pręb̃enda ex bonis c̃omunibus ipsius capituli: vt inde sumat necessaria: non autem datur, vt sit administrator ecclesię. Ideo si aliqua rẽmanent vltra pręb̃endam, debent cedere capitulo, cuius sunt illa bona præbendę, vnde viuere possit. & procedit hoc, quando esset beneficiatus a solo capitulo. Si autem a solo episcopo habuisset pręb̃ẽdam distinctam, succederet episcopus, ar. eorũ, quæ no. in c. cũ ĩ officij. de testa. ita tenet Ioã. An. D. Ant. & D. Pet. de Anch. in d. c. relatum. Si autem fuisset beneficiatus simul a capitulo, & episcopo, tunc fieret diuisio inter eos, per not. in d. ca. cum in officijs. & in c. requisisti. de testa. & subdit multum eleganter D. Pet. de Ancha. in d. c. relatum. quòd canonicus, qui nouiter creabitur loco mortui, nõ poterit petere redditus, & bona, quæ fuerant acquisita p̃ canonicũ defunctũ. & sic eadẽ ratione dicit, quòd non poterit petere fructus, qui fuerunt percepti durãte vocatione, quod dicit esse bene no. Facit, quod voluit glo. singularis in c. qđ sicut. de elec. quæ dicit, quòd canonicus non dicitur habere successorem. Cum ergo ille quondam dominus Ioannes fuit beneficiatus, seu pręb̃endatus a capitulo: ergo illa pecunia, quæ remansit ex illo domino Ioanne, cedit capitulo, quatenus est acquisita, vel præsumitur acq̃sita ex bonis canonicatus, & p̃b̃ẽdę: secus si fuisset consecutus canonicatũ, & pręb̃endã ab episcopo solo: quia tunc acquireretur soli episcopo vel capitulo & episcopo simul, si habuit canonicatũ, & p̃b̃ẽdã a capitulo, & ab ep̃o simul. Et sic apparet, quòd iste successor in canonicatu, & p̃b̃ẽda nullo mõ põt habere illã pecuniã, aut portionẽ pecunię p̃dictę, cũ non dicatur propriè eius successor. Et sic stat c̃oclusio, quòd nec dominus ciuitatis, nec patronus ecclesię, nec canonicus successor habent ius aliquod, aut portionem aliquam in dicta pecunia inuẽta. ¶ Restat videre vtrũ ecclesia, cuius fuit rector, succedat in ista pecunia an capitulum, an verò insimul omnia beneficia, quæ dictus quondam dominus Ioannes habuit, succedant pariter, & insimul in ista pe-

5 cunia. Et quoad istã partẽ † considero, ꝙ clericus, q̃ habet plura beneficia, & tẽpore promotionis nihil hẽbat, quicquid acquirit, præsumitur acquirere de bonis beneficiorum, iste est text. in c. j. de pec. cleri. nec habebat aliquod exercitiũ, per quod esset præsumptio, ꝙ acquisiuerit bona. præsumitur de redditibus beneficiorum acquisiuisse, facit. c. placuit. 12. q. 3. & per glo. in c. sint manifestę. 12. q. j. & ĩ c. sacerdotes. 12. q. 4. & capit. nulli dubium, ea. causa. q. 5. & per Inn. in c. cũ in officijs. de testa. & per omnes scribentes in auth. licentiã. C. de episco. & cler. & p̃ Bal. in c. j. de contẽ. inter. d. & fide. Simile dicimus in vxore, vt præsumatur quęsijsse de bonis mariti: vt l. q̃ntus. ff. de donatio. inter vir. & vxo. l. etiam. C. eo. Bal. in l. cũ oportet. C. de bonis quę libe. Simile dicimus in filiofamilias, de quo per gloss. in d. l. cũ oportet, & simile consuluit Ludou. Roma. consilio 338. vbi consuluit, quidam tempore, quo contraxit societatẽ erat paup̃, nec in aliquo se exercuit, nisi in illa societate, nec poterat apparere, vnde acquisiuerit bona, ꝙ præsumitur de bonis societatis quęsijsse. & iõ consuluit, quòd veniunt communicanda. Ita ergo est in proposito nostro, iste dominus Ioannes tempore, quo fuit promotus in canonicum, & in rectorẽ ecclesiæ, & ad alia sua beneficia, erat paup̃, & ex pauperibus parẽtibus genitus, & habuit bonos introitus, & pingues ex suis b̃n̄ficijs, nec a parẽtib⁹, vel aliũde, quod appareat, acquisiuit bona, & pecunias suas: ergo est pręsumptio, ꝙ acquisiuerit de redditibus suorum beneficiorum. Vnde Ang. in authent. de ecclesiast. tit. §. interdicimus. dixit hoc mõ, monacus S. Petri factus est prior eccl'ię nõ subditæ monasterio S. Petri, & postquã factus est prior, multa acquisiuit,

6 quisiuit,& decessit ab intestato: decidit † ꝙ omnia acquisita per eum acquiruntur ecclesiæ, cuius fuerat prior, allegat no. per Bart. in l. si seruus communis. ff. de stipula. seruo. & subdit ibi, quid si ex dispensatione Papæ monacus habet multos prioratus, & decedit, & multa bona sibi reperiuntur, cui ecclesiæ debentur: decidit, ꝙ fiet diuisio viriliter inter illas ecclesias: sicut dicimus de seruo cõmuni, qui aliquid acqrit: qa vtriq; domino viriliter quæritur: vt d. l. si seruus communis. Vel potest dici secundũ eũ, ꝙ quæsita ex operis monaci, viriliter diuiduntur, per d. l. si seruus. Sed quæsita ex bonis ecclesiarum diuiduntur, prout acquisita sunt ex contẽplatione, vel ex bonis illius: & illi applicantur: sicut dicimus in seruo, qui aliquid de bonis domini quærit. si vero est dubium, ex quibus bonis acquisiuerit. præsumitur de bonis ecclesiæ, arg. d. l. quintus. Ideo fiet ꝯsideratio, quatenus cuilibet reddatur, ar. dictorum, iuriũ, & ita residet. Sed potuit allegasse text. formalem in d. c. relatũ. el 2. vbi est tex. ꝙ clericus, qui aliqua acquisiuit, si habebat plura beneficia, debent illa bona quæsita per congruã æstimationẽ diuidi inter illa beneficia, & ibi dicit Inno. Io. And. & communiter omnes sequuntur, ꝙ si vnus & idem esset archidiaconus, & canonicus in ecclesia, & bona archidiaconatus, & præbendæ essent distincta, tunc fiet diuisio ſm congruã ęstimationẽ inter canonicos: & sic inter capitulum & successorẽ in archidiaconatu. per illũ tex. ad fin. Facit ẽt, qđ voluit Ludo. Ro. in consi. 155. vbi quærit, an acquisita per prælatũ præsumantur de bonis proprijs, an de bonis ecclesiæ, quidã enim habens administrationẽ ecclesię posuit certã pecuniam in mõte florẽtino, quo mortuo fuit dubitatio nõ mediocris inter hæredes eius & successorẽ prælaturæ, cui acquirantur. & dicit circa hoc fieri tria mẽbra. videlicet, aut certum est, ꝙ dictus habebat patrimonium tempore promotionis, & iste est casus noster. & circa hoc distiguit: aut non habebat artificiũ aliquod, ex quo potuisset acquirere: & tali casu præsumit pro ecclesia. d. c. placuit, alle. simile, qđ dictum est de vxore, & ẽt de officiali: qa pręsumitur acquisijsse de bonis, aut intuitu officij, glo. in l. facultas. C. de iure fisci. lib. 10. vnde si nec patrimonium, nec artificium aliqđ clericus habebat, pręsumitur de bonis ecclesiæ acquisijsse, aut habebat aliqđ artificiũ, vel doctrinã, ex quibus posset acquirere: vt in d. cap. relatũ. tunc cessat illa præsumptio. Modo in proposito nostro iste D. Ioan. nõ habebat patrimoniũ, nec artificiũ tpe promotionis præsumendũ, ergo est de redditibus beneficiorũ cõgregasse istas pecunias, & per consequens veniunt diuidendæ inter capitulũ, & ecclesias, in quibus fuerat beneficiatus. ¶ Et si quispiã dixerit, ꝙ imo ipse ibat Venetias, & vendebat vinũ, & sic ex illo exercitio pręsumit acquisijsse, & non de redditibus bñficiorũ. Ad hoc rñdeo, ꝙ dictus D. Ioan. apportare faciebat vinum collectum ex redditibus beneficiorũ & illud traficabat Venetijs, quo casu ex bonis ecclesiæ acqrebat: iõ acquiritur ecclesiæ: vt in c. inquirẽdũ. de pecul. cle. vbi res quæsita ex rebus ecclesiæ acquirit ecclesiæ. facit, quod hr̃ in l. si vt proponis. C. de rei vendic. Quinimo dico, ꝙ si rector, aut prælatus erat multũ sagax, & redditus ecclesię vendebat, & reducebat ad pecuniã, & postea de illa pecunia emebat fundos, ꝙ illi fundi erant ecclesię: & hoc dico ꝓbari in tex. d. c. inquirendũ. de pecul. cler. & ibi in cõmento illius c. dixi latè. Ergo multomagis pecunia extracta de redditibus beneficiorũ istius quõdam domini Ioan. Facit etiam, qđ voluit D. Ant. in c. vt vnusquisq;, de pecul. cler. vbi quærit, rector ecclesiæ reperitur mutuasse multã pecuniã noĩe suo proprio, an post mortẽ suam pręsumatur dicta pecunia acquisita de bonis ecclesiæ. ꝯcludit, ꝙ si clericus tempore promotionis habebat sufficiens patrimoniũ, vel erat doctor legens cum salario: tunc nõ præsumitur de bonis ecclesiæ quæsijsse, secus si nõ habebat patrimoniũ tpe promotionis, qa tunc pręsumit quęsijsse de bonis ecclesiæ. Facit ẽt, qđ voluit Sal. in d. auth. licentiam. C. de epi. & cle. vbi. Ia. Bu. q̃rit, reperit prælatus tpe mortis quæsijsse bona, & ignorat, an ex industria, an ex bonis eccłiæ acqsiuerit, & ꝯcludit, ꝙ si tpe promotionis nihil habebat, præsumitur pro ecclesia. Si vero tempore promotionis habebat patrimonium, præsumitur pro possessore. Ideo si hęres est in possessione bonorum, tũc ecclesiæ incumbit onus probandi quæsijsse de bonis ecclesiæ: & ita procedit dictum Goff. in d. cap. vt vnusquisque. Et ideo But. ibi dicit, ꝙ ille probet, qui agit, ideo si ecclesia possidet, tunc incumbit onus ꝓbandi hæredibus ipsius clerici, allegat Sal. ibi Host. & Io. An. in d. c. j. de pecul. cle. & dicit ibi Sal. ista vera, nisi tempore mortis prælati, vel rectoris illæ res fuissent intra domos prælati, & in quibus habitabat, & post mortem fuissent asportatæ extra: quia præsumendũ est, ꝙ ecclesia, quę est persona repręsentata dicitur possidere domum, & ea quæ sunt in domo, ar. l. 2. C. ne vx. pro mar. & l. j. C. de priui. fisci. & hoc casu licet ecclesia agat, tamen non incumbit onus probandi. ita ibi dixit Saly. Facit etiam, quod voluit D. Cardinalis in d. c. cum in officijs. de testa. vbi consuluit, ꝙ si est dubium, vtrum prælatus acqsiuerit de bonis ecclesiæ: quia dubium erat, an tempore promotionis habebat patrimonium an non, consuluit pręsumi pro ecclesia. Modo in proposito nostro apparet ex processu, istum D. Ioannem nihil habuisse tempore promotionis ad beneficia, & habuisse bonos introitus ex suis beneficijs, nec habuisse aliam industriam, nisi ꝙ redditus beneficiorum faciebat conduci Venetias ad traficandum: nec apparet, ꝙ ex alio acquisiuerit, est ergo præsumendũ ꝙ acquisiuerit de redditibus beneficiorum, quę habebat. Sunt ergo pecuniæ, quæ ex eo remanserunt verè, & præsumptiuè diuidendæ secundũ congruã æstimationem inter beneficia, quæ habuit, considerando quantum potuisset ex quolibet beneficio ꝑcipere annuatim. vnde si ab ecclesia, cuius erat rector, habuit redditus per plures & plures annos ab illa ecclesia, & si a prębẽda canonicatus habuit redditus per plures & plures annos, & ab alijs beneficijs eodem modo habuit redditus, debebit fieri ista diuisio pecuniæ secundùm congruam æstimationem: considerando tempora, quibus habuit illa beneficia, & considerando quantitatem reddituum, & qualitatem. & sic referendo singula singulis, debebit fieri diuisio pecuniarum prædictarum inuentarum. Et sic capitulum, a quo ille quondam D. Ioãnes habuit præbendam & canonicatum, habebit suam congruam portionem. Eodem modo ecclesia cuius fuit rector. Et etiam eodem modo habebunt suam congruam portionem alia beneficia, quæ ipse habuit, habito respectu ad tempus, quo illa beneficia habuit, & redditus percepit, & ad quãtitatem, & qualitatem fructuum perceptorum, secundum doctrinas superius allegatas. ¶ Sed restat modo videre vnum in isto passu satis elegãs. Præsupponitur in processu, ꝙ iste D. Ioannes fuit Massarius, seu Cãborlingus capituli, & recollegit introitus ipsius capitul. & tenuit, & possedit plura, & diuersa bona immobilia ipsius capituli, & ꝑcepit ex illis fructus, & emolumẽta, q̃ apportauit, & reposuit in illa domo, in qua repertæ fuerunt dictæ pecuniæ, quo casu succedit doctrina glo. quæ reputatur sing. in l. facultas.

C. de

7 C.de iur.fi.li.10.quæ voluit, q̃ † quicquid acqrat officialis fisci, præsumitur acquisiisse de bonis fisci.& licet illã gl. multi reprehensione dignam faciant: tñ Bal.in l.si defunctus.C.arbit.tu.dicit, eos bene dicere, purgatis & redditis rõnibus: sed interim illa glo. veritatẽ. Modo in ꝓposito nõ appatet, q̃ ille D.Ioãnes reddiderit rationem administrationis, sequitur, quod illa gl. vendicat sibi locum in pecunia ipsius D.Ioannis,& idem Bal.in l.j.C.de hæred.vend.dicit,
8 q̃ officialis † ditatus tempore officij, præsumitur ditatus ex officio, allegat gloss.in d.l.facultas.& idem Bal.in c.j.de conten.inter do.& fide in vsi:feu. pulchrè istũ passum tangit,& decidit illam gl.dicere verum, si officialis nõdum reddidit rationẽ,& reliqua restituit. Et facit, quod voluit idẽ Bal.in d.auth.licẽtiam.& in l.principalibus.ff.si cer.pet.& in l.3.C. de dona.inter vir.& vxo.& in l.quisquis.C.si cer.pet.& in l.cum oportet.C.de bo.quę libe. Sed Bart. in d.l. facultas, reprehendit illam glo.& allegat in contrariũ l.si defunctus.C.de arbit.tutel.& l.3.§.multa. ff. de iure fi.quę iura allegat Guil.de Cu.contra illam gl.sequitur Sal.in d.l.quisquis.Raphael Fulgo. in d. auth.licentiã, sequitur doctrinam Bal.& sequitur illam gl. Facit c.j.§.si vero de feud.guar.vbi illa, quæ fiunt ab officiali durante officio, præsumũtur facta intuitu officij. Ideo dicit ibi And.de Iser. & Nicola.
9 de Neapoli, q̃ si † officialis emit, præsumitur emisse de bonis officij: sed si vult probare contra, poterit. Sed Ioann.de Platea in d.l.facultas.distinxit, aut officialis reddidit computum rationum cõgruè, & rectè,& non procedat illa gl.alias secus. Facit etiam illa gl.quæ mouetur ex consuetudine: quia consueuerunt officiales locupletari ex bonis fisci. modo illa glo.dicit veritatem, limitata,& restricta, qñ non reddidit congruam rationẽ administrationis ille talis officialis. Modo in proposito nostro consideret dominus iudicans, si ille quondam D. Ioannes non reddidit cõgruam rationẽ de bonis illis administratis per eum. ¶ Sed si quispiam dicat, quomodo ista sinistra suspicio: nam quicquid habuit ipse, acquisiuit de bonis capituli. Ad hoc respondeo,& dico, q̃ si non habuisset alios redditus, bene præsumeretur, q̃ quicquid habuit, acquisiuit ex illis bonis: sed qa habuit alia beneficia,& alios introitus, non præsumitur, q̃ illã totam pecuniã acquisiuerit de illis bonis capituli administratis per ipsum: & iõ isto casu dico, q̃ dñs iudicans arbitrabitur consideratis illis bonis capituli administratis per illum, & eorũ redditibus tpe, quo illa administrauit, ex quo de illis non reddidit rationem administrationis, congruè æstimando attribuet capitulo partẽ aliquam illius pecunię, habito respectu ad redditus bonorum perceptos per illum D.Ioannẽ. Præterea capitulũ ecclesię Cisenæ deducet illos fructus, quos ille D.Ioãnes percepit ꝯ constitutionem capituli de suo canonicatu litigioso, qui durante litigio percepit redditus canonicatus,& præbendæ cõtra ꝯstitutionẽ capituli pfati,& fuit in mala fide percipiẽdo illos fructus ꝯ constitutionem capituli.l.quemadmodũ. C. de agri.& censi.lib.11. ¶ Et si quispiã dixerit quonã mõ probatur sufficienter, q̃ illa pecunia fuerit abscondita per illũ D.Ioannẽ, quis spiritus hoc reuela
10 uit. Rñdeo † ad hoc sunt ꝯiecturę,& præsumptiones violẽtæ, ex quibus iuste, & rectè põt ferri snĩa diffinitiua: vt in c.afferte.de præsum.l.excipiunt.ff. ad Silla.& l.iudicia.C.de rei ven.gl. in l.2.in prin.ff.de excu.tu.& in l.3.§.eiusdẽ.ff.de resti.& in c.veniẽs.de testi. Mõ in casu nr̃o extant ꝯiecturæ,& p̃sumptiones violentissimæ: Primo prædecessor huius D.Ioã. fuit pauper,& sine industria,& in beneficij pauper, non est præsumptio digna & sufficiens, q̃ istas pecunias ibi ita clam reposuerit. Scd̃o iste D. Ioãnes fuit auarus, & fama reputabatur diues, & illa fama hẽbat fundamentũ magnæ veritatis, habuit vltra annos. 30.dictã præbẽdã,& canonicatũ, & dictam ecclesiã, & alia sua beneficia & administrationẽ bonorũ capituli,& sic redditur magnos habuit:& etiã erat industriosus in cõducendo vinũ collectum ex possessionibus suorũ beneficiorũ. & licet cõmuniter domini clerici vexent vitio auaritiæ: vt dixit tex. Hier. ad Rusticũ Narbonensem episcopum, in ver. nunc autẽ ex quo in ecclesijs, sicut in Romano imperio creuit auaritia, perijt lex de sacerdote,& visio de ꝓpheta.93.di. c. diaconi.& iste D. Ioannes non faciebat verecundiã de dicto Beati Hieronymi: qa iam auarus erat: sequitur, q̃ pecunia illa fuit abscõdita ab illo D.Ioãnne; qa ex naturali coniectura hoc colligitur cum rõne intellectus: vt in simili dixit Bald. in l.2.C.de non nu.pe. qa si istam pecuniam nõ abscondit iste inuentor, nec iste, qui nũc est rector, & est pecunia moderna, nec fuit abscõdita, a pdecessore istius D.Ioannis, & per 30.annos tenuit istã ecclesiã,& alia beneficia,& quotidie habitauit in illa domo, & omnia reponebat, & apportabat in illa domo: necessario sequitur stantibus coniecturis: qa auarus,& diues,& moneta erat recens, oĩbus istis ꝯiunctis resultat plena probatio: ex pluribus enim p̃sumptionibus resultat plena probatio: vt not.Bart. in l.j.§.item Corne.ff.de quæstio.Bal.in l.sciãt.C. de proba.gl.in c.accedens.el 2.vt lit. non cont. cum si. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Papa non potest constituere duos episcopos in vna diocesi, aut duos ministros generales in regula Sancti Francisci, nec eam aliquo pacto alterare. Item non potest ardua explicare sine consilio & cõsensu cardinalium. Nec clausula ex certa sciẽtia apposita in bulla aliqua operatur, quando Papa non fuit certifica tus de omnibus, quæ eum potuissent remouere a concedẽdo eam. Item de probatione negatiuæ.

SVMMARIVM.

Episcopus duos in vno episcopatu Papa non potest apponere. quod declara, vt nu.1.3. & 92.

Tempus ad deliberandum in facto proprio petens, auditur quãdo est de longinquo.nu.6.

Pars maior vniuersitatis potest præiudicare minori in his, quæ continent rem piam.nu.7.

L.humnum.C.de legibus.procedit de honestate, & non de iuris necessitate.nu.11.

Clausula motus proprij ex cludit omnem surreptionem. fallit, si emanauit ad petitionem alterius.nu.24.& 87.

Accidens adueniens enti illud qualificat.nu.28.& 32.

Nomen fratrum est nomen humilitatis, & quare dicantur minores nu.33.

Apostolici duo esse non possunt.nu.36.

Obedire vni est de substantialibus regulæ sancti Francisci, nec in hoc Papa potest alterare dictam regulam.nu.37.

Capitulum generale in ordine fratrum minorum constitui debet per generalem ministrum.nu.41.

Deinceps, & decætero, dictiones important rem nouam. numero 45.

Sententiæ arbitri standum est, quando volũtariè partes compromittunt: secus si ex dispositione statuti.nu.54.

Ciuis per viam constitutionis & legis dicitur ciuis propriè, numero 58.

Clausula, ex certa scientia, non operatur circa incognita. numero 70.& 88.

Regula sancti Francisci connumeratur inter ardua, quæ Papa non

nõ potest explicare sine cardinalibus. nu. 74. 75. & 94.
Clauium Petri significatio. nume. 81.

CONSILIVM XL.

CLementissimum Omnipotentem Deum, & pijssimũ Saluatorem Iesum Chrm, de cuius plenitudine, sm Apostolum, oẽs accepimus, & q illuminat oẽm hoiẽm venientem in hunc mundũ, ex corde, & animo huic consultationi inuoco: vt sua solita benignitate veritatem huius arduæ hæsitationis ponat in ore meo: res.n. ipsius immortalis Dei agitur: non enim ista decẽt humeris gestamina meis, nec est mei farrago libelli. Quare pr reuerendissime, & dñe, dñe gñalis minister sacri ordinis minorum, visis literis tuæ sapientissimæ paternitatis, & pũcto mihi transmisso, expaui, & viribus oĩbus ꝯtremiscẽs cum lachrymis, & tremore cordis os aperio: qa scriptũ est: & tu qui es, qui iñias meas enarras? Vnde venit mihi in mentẽ illud, qđ legimus, Ieremiã Prophetã summo rerũ oĩum opifici rñdisse, ah, ah, ah, dñe nescio loqui: qa puer ego sum. sed dũ mente ꝯcepissem illud, qđ præclare scriptum est in l. j. C. de deditit. lib. tol. in ver. veritatem enim colimus, non erubescã in mediũ afferre illud, qđ in hac re Deus ipse, ingeniũ, ars, aut studiũ mihi subministrabit: fretus exemplo Esaiæ prophetæ clarissimi, quẽ scripta oĩa sacra ferunt se sponte incomprehẽsibili Deo rñdisse: dñe, mitte me, quod enim dñs petijt, alter expauit, non tñ a diuerso dilectionis fonte processit: protestatur tñ in principio, medio, & fine tenere illud, qđ sacrosancta Ro. ecclesia fatetur, & corporalis in orbe Deus Calistius tertius, qui iura oĩa pontificia, & ciuilia pro immortali sua sapientia notissima semper habuit, & diuinus ille senatus colendissimorum dñorum Cardinalium decidet, & terminabit. Amen. Et vt Aristoteles philosophorum antistes diuina penè voce depinxit, opposita iuxta se posita magis elucescunt. l. j. §. videamus itaq;. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. iõ afferã in medium quosq; ingẽtissimi spiritus doctores in fauorem deuotissimorũ virorũ fratrũ de obseruãtia, qui oĩ sunt sanctimonia plenissimi. Et primo vr, ꝙ obseruandæ memoriæ dñs Eugenius pontifex Romanus potuerit, & debuerit concedere bullã: ꝙ sic ostendo. Propter qđ vnũquodq; tale, & illud magis vt hr in primo posteriorũ: nam si de quo minus vr, inesse, & inest, ergo & de quo magis. 38. dist. si in laicis. 13. q. 2. c. nõ æstimemus. gl. in c. cũ in cunctis. de elec. auth. multomagis. C. de sac. san. ecc. Sed minus vr inesse, ꝙ Papa possit apponere capita duo in vno epatu. ergo multofortius potuit apponere duo capita in regula beati Francisci. sunt enim epi maioris præeminentiæ, q̃ fuerit beatus Franciscus: vt ꝓbat tex. in cle. si quis suadente. de pœn. in versi. epi. n. dñr Sanctissimi Chri legati existunt, spirituales sunt patres nrĩq; fratres, & coepiscopi columnæ ecclæ cõprobantur. 2. q. 7. c. accusatio. voluit Spe. in ti. de le. §. j. ver. 89. allegat. ca. mulierẽ. 30. q. 5. sed elegantior tex. est in d. cle. si quis suadente. dñr etiã ecclesię fundamenta. Vnde propheta clarissimus Psal. 86. dixit, fundamenta eius in montibus sanctis: montes sancti fuerunt Apostoli, vt in c. fundamenta. de elec. li. 6. in quorũ Apostolorũ loco successerunt epi: vt in c. in nouo. 21. dist. Sed Papa apposuit duo capita in vno episcopatu, & potuit facere, & debuit, vt est tex. apertus. 7. q. j. §. hinc ẽt beatus Augustinus epo suo non defuncto, sed senectute grauato, cathedrã episcopalẽ suscepit, & in c. non aũt. ea cau. & quæstione, dixit tex. gratulandũ, non tñ, ꝙ Augustinus epatũ acceperit, sed ꝙ hanc curam Dei gr̃a interuenit ita consecratus est, vt nõ succederet in cathedram epo, sed accederet: nã incolumi Valerio Hipon. ecclesię epo, coepus est: vt in §. sequẽti, dr̃. hoc idem probatur auctoritate Gregorij Papę, qui Armẽ. episcopo dolore capitis laboranti alterum subrogauit ita scribitur in registro suo, casus. 298. Et sic apparet

1 ꝙ in vno epatu apponit duo capita, & sic† duos episcopos, & ẽt duos episcopatus concedit vni episcopo, ita vt sit episcopus vtriusq;: vt in c. relato. 21. q. j. quandoq; vnit duos episcopatus, quandoque diuidit vnum in plures: vt in c. & temporis. 16. q. j. c. sicut vnire. de excess. præla. Et sic Papa põt facere ꝯ statutum & ordinationẽ ꝯcilij, & beati Petri Apostoli, q ꝓcepit vt in singulis ciuitatibus singuli, & non plres epi ponerentur: vt narrat beatus Clemens in ca. in illis. 80. di. & Anacletus Papa, vt apparet in ca. 2. ea. di. & facit ad hoc auctoritas Gregorij in ca. singula. 69. di. vbi dicit, ꝙ sic indecorũ est in corpore humano, vt alterum membrum alternis fungatur officijs ita noxiũ, simulq; turpissimum est, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa, & tñ nos videmus, ꝙ Papa põt ꝯrium statuere: vt in iuribus ꝓealle. ¶ Et si quispiam dixerit. amice, istud

2 est impossibile: licet† enim Deus subiecerit Papę leges canonicas, vt suis legibus esset subdita oĩs creatura: vt dixit Inn. in c. j. de const. tñ sibi non subiecerit iura naturalia, non enim põt ius naturale immutare, instit. de iure naturali. §. sed naturalia. l. eos. l. legatũ. ff. de capitis diminutione. Sed facere duo capita, est ꝯ ius naturale: est. n. monstrũ, qđ ius naturale abhorret. natura enim semper nititur producere, qđ bonum est: & ideo cum sit monstrum hẽt duo capita: vt in c. quoniam in plerisq;. de off. ord. ergo. Ego rñdeo ad hoc, & allego gl. in indiuiduo. in d. c. non aũt. 7. q. j. in gl. fi. quæ dicit, ꝙ Augustinus in administratione fuit minor. 40. di. c. ante oĩa. qa in tali casu necessitatis vnus episcopus erit vicarius alterius, ne sit ibi monstrum habens duo capita, ita ibi dicit singularis gl. Mõ in proposito huius hæsitationis, minoris potentiæ est regula beati Francisci, quã sit status episcopalis, qui successit loco Apostolorũ, vt est dictum. Et tñ Papa põt ponere duos episcopos in eodem episcopatu, ergo multo fortius poterit apponere duos generales ministros, & sic duo capita: non tñ stabunt vt duo capita, sed vnum erit caput principale, & alter erit vicarius alterius. Et sic cessabit vitium ꝯ ius naturale. Dñs Eugenius ita fecit, in dicta bulla sua fecit vicariũ generalem, & sic posito ꝙ iste vicarius sit caput ipsorũ fratrũ de obseruãtia, non tñ stat ibi vt generalis minister, & sicut caput: sed stat vt vicarius, & ita cantat bulla prædicta. Vbi

3 sunt ergo ex graui senectute episcopi, Papa † ponit aliũ episcopũ, qui accedit, & non succedit: & sic ex causa hoc facit. Eodem mõ fecit Papa Eugenius decernẽdo vicariũ generalem ex causis expressis in dicta bulla, ergo ex hoc capite apparet, ꝙ valuerit talis electio: cũ Papa potuerit hoc facere, & ẽt debuerit pp causas vrgẽtes expressas in dicta bulla, de quibus dicã inferius. Licet enim non possit cõpelli superior ad dispensandum, nihilominus si adsunt vrgentes causæ dispensandi, dẽt dispensare: qa, vt di-

4 xit gl. in c. vt constitueretur. 50. di. dispensatio† non potest peti vt debita. ego allego tex. in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. coniuncta. l. non quicquid. ff. eodem. sed vbi causa dispensandi est vrgens põt, officio iudicis peti. ita dixit gl. optima. in c. exigunt. & facit gl. singu. in c. domino sancto. 50. di. vbi si est iusta causa, potest peti. Cũ ergo in casu nr̃o adsit iusta causa dispẽsandi, sequitur, ꝙ Eugenius potuit dispensare. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, ista est cã

ardua,

ardua: facere vicarium gnālem in regula sancti Francisci sine congregatione capituli gnālis, sine auctoritate ministri gnālis. Quinimo vr̄ esse res magis ardua, q̄ apponere duos epos in vno episcopatu: qa illa sacra regula, & ordo ita sparsi sunt per mundum, ꝙ rōne tantæ vniuersitatis, & gnālitatis vr̄ reputari magis ardua, q̄ episcopatus, qui vna diœcesi duntaxat est ꝯtentus: vn̄ requirebatur consilium & deliberatio collegij dominorum cardinaliū, & per consequens non potuit solus rem tam arduā aggredi inconsultis cardinalibus: orbis enim est maior vrbe: vt no. in c. significasti. de elec. ergo sequitur, ꝙ nō potuit Eugenius talē bullā ꝯcedere: qa ad pōt rn̄deri multifariè, primo interuenit consensus & cōsilium dominorum cardinalium, & hoc apparet ex ipsius bullæ tenore. ergo ita fuit, vt in bulla dr̄: & præsumitur, ꝙ instrm̄ sit verum & nō falsum: vt l. quamuis. C. si quis alteri vel sibi. l. cum precibus. C. de proba. Bal. in c. j. de no. feu. & in c. j. de feu. da. in vi. legis cō-
5 misso. ergo &c. Item vbicunq; in instr̄o † exprimit̄ interuenisse solennitas, quæ potuit tunc interuenire, præsumitur pro instr̄o, ꝙ interuenerit: vt est glo. sing. in l. j. C. de fide instru. & iu. hastæ fis. lib. 10. & eā sequitur Bart. in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. & communiter doc. in ca. Albericus. de testi. & in l. sciendum. ff. de verb. ob. Si ergo statur solennitati assertæ in publico instr̄o, si possibile fuit illam interuenisse tempore celebrati instrumenti, q̄to fortius in bulla papali stabitur assertioni Papę in his, quæ potuerunt interuenire tpe emanatæ bullæ ꝯcernentibus solennitatem actus: vt est text. in cle. literis. de proba. ergo ita est, ꝙ de consilio & consensu dominorū cardinalium emanauit dicta bulla, & eo magis: qa loquitur in re verisimili, s. ꝙ interuenit deliberatio cardinaliū, qui quotidie assistunt lateri Papę: vt in c. j. de off. deleg. lib. 6. ¶ Et si opponatur, vt opponitur per cardinales viuentes tpe huius cōtrouersię, qui dixerunt, se non recordari de eo consilio, & ꝯsensu pręstito in tali bulla. Potest multifariè rn̄deri. primo istud est factum antiquum, cuius non præsumitur memoria. l. peregre. ff. de acq. poss. l. j. C. de ser. fug. cū sua gl. l. quidā tabularū. ff. de furt. l. 2. §. duæ causæ. ff. ad carb. l. emptor. §. Lucius. ff. de
6 pac. adeo ꝙ auditur † petens tempus ad deliberādū in facto proprio de longinquo: vt dicit Bar. in l. 2. §. sed quia. C. de iur. calum. & no. in c. ab excommunicato. de rescrip. ideo nimirum si domini cardinales non recordantur. Secundo: quia, vt scripsit Seneca in prologo declamationum memoria, inquit, est ex omnibus partibus animi maximè delicata, in quā primum senectus incurrit. & in quinta tragedia scriptum est pręclarè, senum languescit memoria. & facit gl. in d. l. 2. §. duæ causæ. ff. ad carbo. & qd̄ no. Bar. in l. si is pōt. ff. de acqui. hæredi. & qd̄ no. in c. si qui matri. accusa. non poss. Sed vt videmus, senatus ille diuinus est plenus patribus, & dominis grandeuis, & matura ętate refertis, iuxta illud Ciceronis, inuenimus ciuitates iuuenibus deletas, senibus aūt conditas & fabricatas: iō non est mirum, si non recordentur. Tertio pōt rn̄deri, ꝙ res intricata etiā reces non manet reposita in memoria: vt d. l. emptor. §. Lucius. sed domini cardinales impediti sunt tot negotijs arduis pro sancta Romana ecclesia: noctes. n. ducunt insomnes pro consilijs Romano Pontifici dandis: vt in c. fundamenta. §. decet. de elec. lib. 6. & in c. per venerabilem. §. rōnibus. extra, qui filij sint legi. Ad instar eius, qd̄ dicimus de Augusto in prębēdo consilium sacro imperatori: vt in l. bene a Zenone. C. de quadri. præscrip. quo casu non est miratione dignū, si non possunt recordari propter varietatem negotiorū quotidie occurrentiū. Quarto pōt rn̄deri, ꝙ ista stant simul, ꝙ ipsi non recordentur, & ꝙ ipsi non interfuerint: & tn̄ interfuerunt aliqui cardinales, hoc deciditur ex bulla præcedenti data anno 13. pontificatus domi. Eugenij, in qua venit ad indiuidua: dicit enim interfuisse quatuor cardinales, Mormensem, Cumanū &c. Ideo determinatur generalitas huius bullæ dicentis de consilio fratrū nr̄orum dn̄orum cardinalium: vt intelligatur de quatuor prædictis, & illa verba bene possunt verificari de illis quatuor, cap. pluralis locutio. de reg. iur. in 6. l. vbi numerus. ff. de testibus. ergo. Quinto pōt rn̄deri hoc mō. ista bulla continet causam euidentem, piā, & fauorem fidei, & augmētum religionis, & rē salutarem orbi, & animabus oīum: vt apparet ex verbis bullæ: vnde videmus, bullā prædictam ratione iuuari: vt in c. j. de his quę fi. a ma. parte c. 65. di. c. j. & 2. c. quia episcopi. de tempo. ordi. vnde iure
7 est cautum, ꝙ † ijs quæ tangunt ius singulorū, non aūt ius vniuersitatis, licet requiratur, ꝙ interueniat cōsensus oīum: vt hr̄ in c. cum oēs. de constitutio. cū si tn̄ si ꝯtinent rem piam, vt est fabrica: maior pars pōt præiudicare minori parti et in iure tangēte ius illorū in singulari. iste est tex. melior. de iure in c. fi. de his quæ fi. a ma. parte capituli. Eodem modo dicendum est, ꝙ si pro fabrica maior pars pōt apponere manus ad iura singulorum, eodem modo, & fortius poterit minor pars inuita maiori parte apponere manus ad iura ipsius vniuersitatis & collegij, vt est in casu nostro. Et multofortius potuit Papa cum minori parte cardinalium disponere super re tam salutari. Sexto potest rn̄deri aliter hoc mō, videlicet ꝯsilium do. cardinalium est capitulū ecclæ vniuersalis, ita formaliter dixit Bald. in l. cum multa. C. de bo. quæ lib. quo casu Papa cum vno ex cardinalibus dr̄ esse maior pars ipsius capituli ecclīæ vniuersalis. ista fuit opi. Host. in c. post electionē: alias in c. postulasti. de ꝯces. præben. Cū ergo in casu nr̄o interuenerint quatuor cardinales, sequit̄, ꝙ interuenit maior pars capituli, & per ꝯn̄s stabimus in regula cōi. l. qd̄ maior. ff. ad municip. ergo. Septimo pōt rn̄deri concedendo, sit ita in Dei noīe, ꝙ non interuenerit deliberatio illius diuini senatus cardinaliū ad regulam illius obuersantiæ diui Francisci, q̄ regulam spiritussanctus edidit ore Francisci, iuxta illud simile, quod scripsit Seuerinus Boetius in primo de consolatione philosophica, in prosa magna. in ver. atqui tu ore Platonis sanxisti. Et simile dicimus, ꝙ leges huma-
8 næ † sunt datæ ab ipso Deo per ora principum. l. fin. C. de præscr. lon. temp. c. quo iure. 8. di. nihilominus potuit Romanus Pontifex bullam ꝯcedere ex suo capite duntaxat, non adhibito ꝯsilio, & ꝯsensu car-
9 dinaliū, ꝙ ante oīa sic ostendo. Potestas † cardinaliū est Papa, elegans dictū fuit Arch. in c. vbi periculū, de elec. lib. 6. sed ille, qui hēt ptātem ab aliquo, non pōt illa vti ꝯ eū, a quo habuit. iuxta illud Esaiæ, nūquid gloriabitur securis ꝯ dn̄m secantē. refert Gratianus. in c. inferior. 21. di. & iuxta veritatem dn̄i Iesu Chr̄i, non erit seruus maior dn̄o suo, nec Apostolus supra eum, qui illū misit: non. n. exaltabit̄ sera ꝯ eū, qui trahit eā. 23. q. 5. §. hinc notandū. Simile dici-
10 mus, vxor † appellatur dn̄a ex dignitate mariti: ideo maritus non tenet̄ eā vocare dn̄am. ita colligitur in l. post mortem. §. fi. & ibi Bar. ff. de ꝯtab. Simile dicimus in epis, qui habent ptātem ꝯdendi cōstitutiones in sua diœcesi a Papa: iō non possunt condere ꝯ ius cōe ipsius Papę. c. vt animarū. de cōsti. li. 6. Eodē mō dicendū est, non potuisse cardinales introducere ꝯsuetudinē ꝯ Papā, vt non posset oīa facere sine eorū collegio. facit ad hoc d. c. fundamenta. §. decet de elect. lib. 6. in ver. decet Romano Pontifici prouenire ꝯsilia per fratres suos cardinales in quibuscun-

que

que ɔtingeret eorũ ɔsilia peti. Accuratè pōderet̃ verbũ peti ɔtingere. qa ꝓbat, ꝙ ɔtingēter pstat ɔsiliũ Papa qa sacrosancta & papalis corona hoc petit. Facit qđ voluit Bar. Bal. & cōiter oẽs scribentes in l. humanũ. C. de legibus. vbi dñt, † ꝙ illa l. procedit de hone-
11 state, & nō de iuris necessitate, vbi imperator cōdit legē de consilio senatorũ, & procerũ. & rectè loquũtur ex eis, quia tex. ibi dicit, humanũ, idest ciuile & honestũ. l. humanitatis, C. de excus. tut. l. humanitatis. C. de impub. ita dicamus in ꝓposito nostro, cum dñi cardinales successerint in locũ senatus: vt in ca. Constantinus. 96. di. sequit̃, ꝙ de honestate Papa adhibet consilium cardinaliũ: ergo &c. Facit ẽt glo. in d. c. fundamenta. §. decet. q̃ dicit, ꝙ Papa non cogit̃ petere consiliũ cardinalium & ideo Alber. de Rosa.
12 in rubrica. C. de legi. dixit, ꝙ Papa † potest condere legē sine cardinalibus; & reprehendit Laurentium dicentē ɔ̃tiũ per l. humanum. præalleg. & dicit, ꝙ cōis opinio est ɔ̃ Laurentium, & de facto hoc seruat̃ ꝟm eũ, allegat no. per Archi. in c. quæ ad perpetuã. & c. sunt quidam. 25. q. j. & in c. q̃uis. de officio ordi. li. 6.
13 & dicit † ꝙ illa cl'a, de fratrũ nostrorũ cōsilio, potius vr̃ de honestate, q̃ de necessitate. & reprehendit Ioã. mon. dicentē ɔ̃riũ. Hoc ẽt firmauit idē Alber. in d. l. humanũ. & idē sequit̃ Dñicus in c. sup eo. de hæret. lib. 6. Papa enim ꝟm eũ est supra conciliũ. c. significasti. de elec. c. ꝓposuit. de ɔces. pb. & istud dicit tenere Hug. 4. di. leges. Et ad dictũ Io. mo. in d. c. sup eo. dicit non esse sibi credendũ: qa cũ esset Card. tenebat partē suã, & dicit hanc eādē rñsionē dare ipsum Io. mo. in extrauaganti Bonifacij octaui, quæ incipit, excōicamus. vbi voluit defendere, ꝙ appellatione clericorum non cōprehenditur cardinalis. Dicit vltimo non esse sibi credendũ: qa loquitur in cã propria, ar. l. j. C. ne quis in sua causa. & idē etiã sentit ipse Dñicus in c. j. de scismati. lib. 6. Et istam dicit fore cōem opinionem pro summo Pōtifice. & idē sequitur D. Abb. in c. 2. de cleri. non residen. & idē voluit ibi Io. de Ligna. allegat Arch. in c. ad apostolicæ. de re iudicata, lib. 6. in d. c. quamuis. vbi dixit, ꝙ in agendis Pa-
14 pa † non tenetur necessario petere consilium cardinalium, & istã partem dicit Io. de Ligna. esse veriorē in puncto iuris. Facit, ꝙ habetur. 22. di. c. j. versic. qui beato æternæ vitæ clauigero terrestris & cęlestis imperij iura commisit &c. & sic Petro soli fuerunt cōmissa iura vtriusq; imperij sine cardinalibus. & scribitur apud Mattheũ. c. 16. facit ẽt tex. in c. saluo. 9. q. 3. vbi tex. ita iuquit, saluo in oĩbus Romanę ecclesię priuilegio, nullus metropolitanus absque cæterorũ omnium comprouincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas, & excipit sedem Apostolicam. & sic cum regula sit, ꝙ Metropolitanus teneatur adhibere ɔsilio epōrũ ꝓuincialiũ, sedes Apostolica nō tenet̃ & sic vr̃, ꝙ nō tenet̃ papa adhibere ɔsiliũ cardinaliũ. Facit tex. in c. cuncta per mũdũ. in ver. Apostolica sedes sine vllo modo in c. epō. alias incipit, ipso. c. cau. & c. vbi sola ecclesia Ro. sua auctoritate valet iudicare de omnibus. Et si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ Petrus non fuisset cephas, de quo in c. sacrosancta. 22. dist. Facit etiam: quia quilibet episcopus regit suã dięcesim, seu parochiã sine cōsilio comprouincialium epōrum. 9. q. 3. c. nullus. sed mundus dicitur dięcesis & parochia Papę, iuxta illud, fiat vnũ ouile, & vnus pastor. ergo multo fortius Papa poterit gubernare ardua sine consilia cardinalium. & per ɔ̃ns potuit Papa Eugenius cōcedere hmōi bullam fratribus de obseruãtia, & sic multifariè, multisque modis apparet rñsio ad illã obiectionem de consilio & consensu cardinalium. Præ-
15 terea, vbicunq; Papa † enunciat & narrat gesta a se, inducitur probatio & præsumptio iuris & de iure, in tantum, ꝙ non potest probari contrarium: vt in d. cle. literas. de proba. Cum ergo Papa in dicta bulla dicat se illã ɔstituisse per viam legis & cōstitutionis de consilio & consensu cardinalium, facit, ꝙ ita est, & ita præsumitur: & per ɔ̃ns non poterit probari ɔ̃riũ. Præterea facit, in dicta bulla dr̃, ꝙ huiusmodi bulla emanauit ad augmentum fidei catholicæ, ex eo quia religio ordinis minorum non desinit præstare augmentũ catholicæ fidei, vt reddatur secura ab omni aduersitate, & remoueatur, qđ officit, & subroget̃, quod proficit, & nil maneat, ꝙ retrahit ipsos fratres a perseuerantia in proposito, aut vllatenus robur sacrę religionis impediat. causæ ergo, ex q̃bus ɔcessa & constituta fuit dicta bulla, fuerunt augmētatio religionis, & fidei, quo casu multa spãlia introducta sunt in fauorē fidei: vt in c. in fidei fauorē. de hære. li. 6. & iō pulchre dicebat Io. An. in c. dilectus. el 2. de simo. ꝙ vbicunq; quis inuitat̃ ad bonũ, & illud bonũ est de necessitate salutis, tunc quis posset inuitari ad illud bonũ dando sibi pecuniam. nec ꝑꝑ hoc cōmittitur simonia, ex quo est bonũ necessariũ ad salutē. vnde pōt dari pecunia infideli, vt conuertat̃ ad fidē. 23. q. 4. c. pe. sequit̃ D. Dñicus in c. si quis. 42. di. Modo in proposito votũ istorũ obseruãtium est de necessitate salutis, postquã est emissum, & ꝓfessionē fecerunr. c. licet. de vo. ergo licitum fuit Eugenio deuiare a regulis cōibus iuris positiui, & etiã a regula beati Francisci, vt conseruaret illos in bono, ꝙ est necessarium ad salutē, & potuit & debuit Eugenius cōcedere & edere bullã illo modo. Præte-
16 rea facit, sicut domino † tpali licitũ est ampliare suã ciuitatē, & etiam diminuere secundum exigētiam temporis, vt melius illam faciat custodiri: vt est casus in l. 2. §. si vero. versi. præterea. quem ad hoc allegat Ludo. Ro. consi. 48. Et etiam debet dominus ciuitatis inducere ad ciuitatem suæ ciuitatis alienigenas, si sunt liberi homines, & bonæ opinionis: vt est tex. in l. fi. C. de obse. & ibi Ange. per illum tex. dixit, ꝙ non valet statutum, ꝙ viles & infames sint ciues ciuitatis, & facit tex. in l. si quis seruo. C. cōia de manu. & ibi dixit Bal. per illum tex. ꝙ ciuitas est replenda liberis hominibus, & non seruis, & in l. 1. ff. solut. ma. dixit idem Bald. ꝙ ciuitas est replenda liberis legitimis, & non bastardis: quia sunt infames, & viles. Ita accommodatè, & multo fortius dicamus in pro-
17 posito, ꝙ † religio dẽt abundare viris obseruantibus, vt demōstrent verbo, opere, & exemplo: vt in c. cum ad monasterium. §. prior, de statu mona. Cum ergo Eugenius ista ɔsiderauerit, qa pro ampliãda regula B. Francisci & ꝑꝑ obseruantiam manutenendã hoc facit, sequitur necessariò, ꝙ Papa potuit, & debuit hmōi bullam promulgare, & ɔcedere. Præterea facit illud, quod scripsit pulcherrimè Seuerinus Boetius in tertio de ɔsolatione philosophica, vbi natura respuit, vt ɔ̃ria queq; iungantur, neque. n. sibi solent
18 diuersa sociari: ius † enim & rō abhorrent inunitatē, difformitatem, & diuersitatem. vñ vnum in essentia debet esse vnum in apparatu & forma exteriori. ca. Deus qui ecclesiã suã noua prole fecundat, de vit. & ho. cle in c. innoua. 16. q. 7. & voluit lex, ꝙ in veniēti-
19 bus iure † diuerso non habeat locũ ius accrescendi. l. sed cum patrono. ff. de bo. pos. titulo gñali. non enim debẽt iungi, quibus studia sunt diuersa. cle. j. de elec. & ibi dicunt scribentes, ꝙ male se sociant artistæ, & iuristæ. Et facit ẽt illud, qđ scripsit Cicero in suis familiaribus epistolis, animaduertenda sunt in ciuitatibus, quæ apud Platonem nostrum scripta sunt diuinitus, quales principes essēt, tales solere esse ciues & apud Boetium, tu ore Platonis sanxisti, beatas fore respublicas si eas sapientes, regerēt &c. & text. aureus Hieronymi in cap. præcipuè. 11. q. 3. & d. c. cum ad

ad monasterium.§.prior.Si ergo dñs Eugenius considerans regularem obseruantiã istorũ fratrũ prouidit per ipsam suam bullã,ꝙ dictis fratribus præesset vicarius generalis obseruans, & qui cõseruaret eos
20 in obseruantia regulari: quia omnes † capiunt exẽplũ a suo superiori:quia quales principes sunt,tales & ciues, qđ verbum protulit Plato afflatu Spiritussancti.simile dicebat Bald.in rubr.de contrari. iudi. tut. ꝙ Spiritussanctus posuit in ore prætoris illa verba,videlicet,quod metu gestum est, non habebo ratum.allegat fratrẽ Raymundũ,de Pennaforti in materia iuramentorũ. Sequitur ergo, ꝙ Eugenius potuit,& debuit talem bullã cõcedere: ne si illi religiosi viri gubernarentur per non obseruantẽ,laberetur obseruantia illa in laxiorem vitam, ꝙ omnino est obseruandum.sicut ergo ius reijcit diuersos habitus
21 insimul cõiungi,multo fortius † videtur prohibere eundem habitum in apparatu,& diuersum in vita, & obseruantia coniungi:ergo &c.Pręterea facit,Eugenius dicit in d.bulla,suadentibus nobis nonnullis etiam sacrę theologię professoribus,& probis ipsius religionis viris suasionis nostrę ꝓpositũ laudãtibus, assentientibus,& idipsum ꝯsulentibus. Vnde ex istis verbis orit̃ elegãs dispositio.l.humanũ.C.de leg.quę dicit,ꝙ imperator condit legem gñalem de consilio senatorum,& procerũ.& in auth.habita.C.ne filius pro pa.in versi.habita.deliberatione Abbatũ,ducũ, & procerũ. vnde D.Eugenius adhibuit in ꝯstitutione huius bullæ magnos in theologia magistros, & probos huius religionis viros,laudãtes, assentiẽtes, & consulentes,quo casu vr̃, ꝙ non tã ipse Eugenius, quam ẽt ipsi fratres ordinis consenserunt huic derogationi regulæ Francisci,& potestati generalis ministri,quo casu emptum lõga prece ferte magistrum. vnde potuit Papa hoc constituere cõmunicato cõsilio magistrorum theologię fratrum proborum ipsius ordinis,iuxta illud,qđ no.glo.in c.delictũ personæ.de reg.iur.li.6.& in c.cũ dilectus.de ord.cogni.& in l.iubemus nullã.C.de sac.san.ecc.& gl.in l. si quis in tantam. C. vnde vi. vbi licet prælatus non possit præiudicare ecclesiæ, tamẽ communicato consilio capituli poterit præiudicare. Eodẽ modo vr̃ dicendum in casu nostro,& multofortius, ꝙ potuit Papa cũ illis religiosis fratribus dicti ordinis,& sacræ theologiæ professoribus derogare constiutionibus,consuetudinibus, & priuilegijs ipsius regulæ B.Francisci:maximè quia Papæ non potest dici,cur ita facis, vt habetur in c.in memoriã.19.di.& maxime,qa Papa in dicta bulla asserit se per experientiã didicisse,ꝙ ex illa institutione vicarij generalis paratur quies ipsis fratribus obseruãtibus, & tollitur materia vagandi,præstatur opera sacris studijs, & plurima bona accesserunt religioni Christianæ ex eorum vita exẽplari, & maiora bona sperãtur euenire in futurum dño concedente.Sequitur,ꝙ cũ dominus Eugenius per experientiam didicit hoc,quæ est rerũ magistra, & omnis cura religionum est tendere ad huiusmodi,quæ resultant ex ista institutione, & ex ista bulla concessa istis fratribus obseruantibus, quid adhuc egemus testibus: vt scribitur in passione Dominica:
22 experientia.n,est†rerum magistra:vt dixit tex.in c.q̃ sit.de electio.li.6.& c.cupientes.eo.ti.& lib.in princ. & c.statutum. de rescript.lib.6. omnis enim religio tẽdit ad huiusmodi finẽ,ad quẽ ꝑ experientiã inducit institutio,iuxta illud, qđ scribitur de consolatione philosophica in tertio,omnis, inquit, mortaliũ cura,q̃ studiorũ multiplicium labor exercet,diuerso quidem calle procedit: sed ad vnũ finẽ beatitudinis nititur peruenire.& in j. Eneidos, per varios casus &c.Quid ergo amplius est pugnandũ,super hoc seruet̃ bulla, ex qua est salutaris Chr̃ianæ religioni.

¶Et si quispiam dixerit,amice, Papa ista asserit: ex eo quia sic ei narrata,& dicta fuerunt: ergo oportet docere de veritate precũ: vt c.super literrs. de rescr. l.præscriptione.l.& si legibus.C. si contra ius vel vti. pub. doceant ergo fratres prædicti narrata in dicta bulla.l.j.in versic. dicatur, & probatur per gloss.ff.si quadra.pau.fecis.dicatur.l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum.c.non est.de consuet.lib.6. vbi sunt gl. elegantes,tex.in l.2.§.docere.ff.vi bo.rapt.cum sim. Ad hoc potest responderi sufficienter: videlicet in ista bulla non potest cadere surreptio, nec ignorantia; ex eo qa Papa dicit, ex certa experientia didicimus.bene attestatur de facto suo,iuxta illud,ipsi ex ore eius audiuimus, vt scribitur in passione Dñica,
23 quo casu est standũ verbis:†qa narrat,visa & didicita a seipso:vt in cle.literis.de probatio.ergo &c. Secundo Papa dicit ex proprio nostro motu. vnde ex-
24 cludit † omnem surreptionem, postquã ex proprio motu Papa scripsit:vt in c. motu proprio.de præbẽ. lib.6.Itẽ etiam,quia Papa istam bullam fecit per viã legis & constitutionis:dicit enim statuimus,decernimus,& ordinamus, quo casu sequitur regula elegans tradita per Cyn.in l.rescripta.C.de precib. imper.offe.& in l.fina.C.si contra ius vel vtili. publi.& domi.Antoni.in cap.quæ in ecclesiarum.de constitu.& refert Ludo.Roma.in commento.l. si vero.§. de viro.ff.solut.matrimo.ꝙ inquantum dixit in vo-
25 ce in d.capitu.quæ in ecclesiarum.ꝙ princeps†semper pręsumitur ex iusta causa moueri,procedit,quãdo condit legem generalem, vel ad nullius preces scribit: quia tunc præsumitur ex iustitia moueri,ar. l.j.C.de peti.bo.subla.lib.10.& d.c.si motu proprio. Modo in proposito nostro concurrunt duo scilicet motus proprius, & alius, scilicet qa per viam legis & constitutionis decernit:sequitur,ꝙ non potest allegari surreptio,aut iniustitia aliqua. Et cum dicit, ꝙ motus fuit ex ignorantia: ignorauit enim regulã illius sanctissimi patris fratris Francisci.Respondeo hoc tolli ex dicta bulla,dũ dicit,ex certa nostra scien-
26 tia,quo casu Papa scripsit ex certa scientia † videtur dispensare:vt in c.veniens. de filijs presby.ca.diuersis fallacijs.de cleri.coniu.capi.2.de scismatis.l.item Vlpianus.ff.de excu.tuto.l.quidam consulebant. ff. de re iadica.l.miles.C. de nupt. & sufficit exprimere aliquid,per quod possumus præsumere,ꝙ Papa habuit certam scientiam: vt est gl.sing.in cle.& si principalis.de rescrip.& in casu nr̃o verbis expressis scripsit ex certa sciẽtia.ergo sequitur.Papam dispensasse.Facit,quod voluit Bald.in l.impetrata.C.de sent. rescind.non poss.& in c.j.in ti. per quos fiat inuesti. Et per ꝯñs si aliqua erant,quæ possent obstare huic bullæ, sublata sunt ex illa clausula certæ scientiæ. Præterea Eugenius nihil noui induxit: vnde nouũ genus fratrũ in religione B.Francisci non produxit, sed fuit ipsum sacrũ & venerandũ concilium Constãtiense,& ille diuinus princeps Martinus quintus.

¶Et si dicatur,doce amice de illis,ista sunt verba enunciatiua, doce dispositione concilij Constan. & dispositione & ꝯfirmatione Martini. Quia ad hoc respondeo satis esse, postq̃ Papa ea enuntiat, & de eis facit mentionem,vt in c.si Papa. de priuil.libr.6. & in cle.literis.de proba.Et etiam facit glos. in l.admonendi.ff.de iureiu.& qđ ibi uoluit Bar. & Bal.& qđ uoluit idem Bal.in l.j.C.de episc. & cleri.& ideo stabitur assertioni Papæ, & per consequens Eugenius illud, qđ iam antea factũ & gestum fuerat per ꝯcilium,& per Martinum resultauit, & re posuit in executionẽ & effectum,& per consequens non fuit Eugenius, qui nouam prolẽ in regula B.Frãcisci ꝓduxit,& ideo statuta eorum,qui sunt in ꝯcilio,sunt
27 seruãdã:qa Spiritussanctus†loquitur per ora eorũ,

qui

qui sunt in concilio.c.si ille.50.di.vbi dicitur, quic-
quid ꝯ illorũ dispositionẽ, diffinitionẽ, in quibus spi
ritum sanctum credimus locutũ: iõ seruanda sunt,
quæ a sanctis patribus ĩ ꝯcilio ꝯstitutis ordinata &
statuta sunt.& sic cũ isti fratres, q̃ nõ sunt obseruan
tes, non debeant habere prælationẽ supra obseruan
tes: imo sunt amouendi ab officio prelationis.c.cũ
ad monasteriũ.ad fi.de sta.mon.vbi si præuaricator
ordinis fuerit, aut contemptor, seu negligens, aut re
missus, pro certo se nouerit nõ solũ ab officio depo
nẽdũ: sed alio modo ſm regulã castigandum: tamẽ
offensa non solum propria, sed etiam aliena de suis
manibus requiratur. competit enim ipsis obseruã-
tibus regulã, ꝙ ex ipsis sit, & eligatur generalis.& eo
dem modo omnes prelati dicti sacri ordinis insti-
tuantur ex ipsis fratribus obseruãtibus, cũ sint eius-
dẽ obseruantiæ quo ad ipsos obseruantes, & debeãt
esse obseruãtes: vt in d.c.cũ ad monasteriũ. §.abbas
vero, & dẽt talis prælatus esse in obseruãtia regula-
ri enutrius, vt antea in ea regatur, q̃ regat, aut antea
discat, quã doceat.59.di.si officia.& de elec.c.cum in
magistrum, qui regularem obseruãtiam verbo de-
monstret, & exemplo. Et ista erant, quæ possunt ad-
duci in fauorẽ bullæ pro ipsis obseruantibus ꝯ mi-
nistrum gñalem ordinis beati Francisci: iõ istis di-
scussis, & examinatis apparebit indubia veritas hu-
ius cõsultationis. ¶ Et licet ista sint satis colorata, &
apparentia, tamen casum nostrum non attingunt:
ideo aduersa sententia mihi videtur sustentabilior,
videlicet posito ꝙ Papa potuerit illã bullã per viam
constitutionis concedere, tamen viuentes secundũ
dispositionem illius bullæ, non dicuntur esse fratres
ordinis sancti Francisci: sed dicuntur esse fratres se-
cundum regulam bullæ, & ex regula dicuntur fra-
tres. Et ꝙ illa bulla produxerit nouã prolẽ, & nouũ
genus fratrum in regula beati Francisci, licet non
secundum regulam B. Francisci, ostẽdo ad oculum,
nec est mirum: q̃a Deus gloriosus ecclesiam suam
noua prole amplificat: vt est tex.in c.Deus q̃.de vita
& hon.cler. & ad hoc allego elegantem doctrinam
Pau.de Liaza.in cle.j.de elec.dicẽtis, ꝙ fratres præ-
dicatores ꝓfitetur regula beati Augustini, & tamen
per constitutionem se adeo restrinxerunt, ꝙ fecerũt
nouam regulam, & appellantur de ordine prædica
torũ sancti Dominici. Hoc præsupposito arguo sic
28 formaliter? Omnis † accidens adueniens enti illud
qualificat, & reponit in esse suo specificato, & diuer
so a primo, & ab illo fit denominatio, ad hoc allego
duas gl.fin.in c.admonere.32.q.2.& in c. presbyter.
82.distin.quæ dicunt, ꝙ licitũ est comedere sangui-
nem illis diebus, quibus licitum est comedere oua:
licet tunc nõ sit licitũ comedere carnes: q̃a mutata
forma videatur mutata rei substantia, & est illa for-
ma accidentalis, & illas duas gl.reputauit sin.D.Ab.
in c.consuluit.de iudæ.dicens, ꝙ licet iudæi possint
reparare antiquas synagogas, non tñ possunt ꝓcio-
siores facere, q̃a tũc viderent̃ nouũ ædificiũ erigere.
Facit ad hoc gl.elegans in c.statutum. de elec. lib.6.
iuncto.c.licet.eo.tit. & libro.quæ dicit, ꝙ dispositio.
29 l.loquens de ecclesia parrochiali, nõ† habet locum
in ecc̃lia parrochiali collegiata: q̃a illa qualitas col-
legij addita ad ecclesiã parrochialẽ facit illam vide-
ri diuersæ speciei, propter illam qualitatem super-
additam. facit, voluit Egidius, quem omnes sequũ-
tur, in proęmio decre. vbi dicit, ꝙ licet rector vniuer
sitatis scholaris, sit non tñ venit appellatione scho-
laris, quia qualitas rectoratus facit illum videri di-
uersæ speciei. Facit, quod dixit idem Abb. in ca.bo-
næ, de post. præla.& plenius in rubr. de vi.& ho.cle.
vbi dixi, ꝙ appellatione clericorum non veniũt ca-
nonici in materia exorbitante, ex eo q̃a illa qualitas
canonici diuersificat nomen clericus, vt non com-
prehẽdat canonicũ. Facit solẽnis text.in l.ius ciuile.
30 ff.de iust.& iu.vbi probat̃, ꝙ † quoties addit̃, vel de-
trahitur iure nãli, tunc efficitur ius ciuile. Et iõ dicit
ibi Bal. ꝙ quoties additur libello, dr̃ nouus libellus
& diuersus a primo, qđ dictũ fuit originaliter Guil.
de Cu.& ibi ẽt dixit Bal. ꝙ tollens clusam de vno lo-
co in alium, dicitur nouam clusam facere, & sic al-
terario loci diuersificat ens, arg.l.si cui.ff.de serui. Fa
cit pulchra doctrina Bal.in l.ex placito.C.de re. per-
mu.vbi dixit, Papa ꝯfirmauit statuta Spoleti, an di-
cantur esse statuta Spoletana, an papalia, adeo ꝙ
transgressor dicatur esse trãsgressor statutorũ papa-
lium.& decidit, ꝙ si Papa cõfirmat, vt causa specifi-
ca, tunc dr̃ esse statutum papale, & ponit exemplũ,
quando statutum disponeret, ꝙ pater possit relin-
31 quere filio spurio, tale statutũ† dicitur effectum pa-
pale per confirmationem. Facit, qđ voluit idẽ Bald.
in d.l.ius ciuile. vbi dicit, ꝙ si Papa cõmittit causam
ordinario addendo ad formam iuris communis, ꝙ
illa adiectio & illa qualitas facit illum esse de ordi-
nario delegatũ, allegat not. in c. cũ aliquibus.de re-
scrip.li.6.& ibi dicit gl.notabilis, ꝙ si superior præci-
pit inferiori, vt faciat actum, quẽ ille inferior facere
poterat auctoritate ordinaria, dicitur tũc facere au
ctoritate delegata: q̃a ipse superior videtur facere.
Facit, qđ habetur in c.ij, qui auctoritate. de præben.
32 lib.6.† Et ex istis vera redditur illa maior, ꝙ qualitas
adueniens enti illud qualificat, & facit illud censeri
alterius effectus. Sed Eugenius per istam bullã suã
derraxit, & addidit regulę B. Francisci, vt ex tenore
ipsius bullæ apparet: ergo sequitur, ꝙ produxit no-
uã prolem in regula B. Francisci, & nouum genus or
dinis, & per consequens viuentes secundũ bullam
prædictam fuit fratres ex bulla, & non ſm regulam
Francisci: q̃a alterata est illa regula. Quod autẽ ad-
dat, & detrahat ad illam regulam apparet ex mul-
tis. Primo in ipsa bulla alteratur nomen illorum fra
trum, & dicit eos esse nuncupatos fratres de obser-
uantia, & firmat & disponit illam nuncupationem,
vt appellentur fratres de obseruantia, ar.eius, quod
no. Inn.in c.quę in ecclesiarũ.de constit.& qđ no.in
cle.si sumus.de sent.excomm.& sic Eugenius altera
uit regulam B. Francisci quoad mentem, quod est ꝯ
mentem ipsius sancti viri Francisci: nã in regula san
33 cti Frãcisci circa primum capitulum dicitur, ꝙ† no-
men fratrum est nomen humilitatis: dicũtur enim
minores, ex eo q̃a ipse sanctus vir volebat eos sic vo
cari, ne maiores appellari præsumant: q̃a intentio
eius fuit, ne nullum nomen gloriosum sibi assume-
rent: sed istud nomen fratres de obseruantia, est no-
men gloriosum, & laude dignũ, & nomẽ solenne, &
elegans, & ideo ꝯ mentem B. Francisci vocati sunt
nomine elegãti, & solenni, & sic additũ est illi regu-
læ per dictam bullã de obseruantia, detractũ nomẽ
fratrum minorum, & per ꝯñs est facta alteratio re-
34 gulæ, q̃a quæ differunt† nomine, differunt effectu &
essentia, vt dicit tex.in l.a nullo, in ver.quæ nomine
differunt, effectu carebunt.C.de feri.l.si idẽ.C.de co
35 dicil.nomina † enim imponũtur rebus ſm proprie-
tatem earum: cũ ipsi fratres vocẽtur fratres de ob-
seruantia, & Papa Eugenius eos ita vocat, & vr̃ in ip
sa bulla eos sic appellatos confirmare: ergo nõ sunt
fratres minores, & sic necessario sequitur, ergo non
sunt fratres ſm regulam B. Francisci, & sic ex isto ca-
pite vr̃ variata & diuersificata regula B. Francisci a
bulla prædicta, & est longe mirandũ, ꝙ ita permit-
tant tales viri religiosi se appellari ꝯ mentem ipsius
B. Francisci: nisi dicamus, ꝙ ideo ita permittunt, q̃a
innituntur bullæ, & non regulæ. ¶ Præterea etiã vr̃
alterata in alio: quia in capitulis regulæ dicitur, ꝙ
B.Fran-

B.Franciscus promittit obedientiã dño Papæ,& suc-
cessoribus canonicè intrantibus, & alij fratres te-
neantur fratri Francisco, & eius successoribus obe-
dire: vnde sicut in ipsa ecclesia triumphante præest
vnus, cui oĩa obediunt,& parent, qui est vnicus prin
ceps supremus, vt est ipse Deus: ita in ista ecclesia in-
feriori militãte est vnus supremus, cui omnia obe-
diunt, idest ipse Papa, qui facit vnũ tribunal cũ Iesu
Christo: vt dixit Hosti. in c. quanto. de trãsla. epis. &
apud Ioannẽ in Apocalypsi est scriptũ, vidi Hierusa
lẽ sanctã nouam descẽdentẽ de cęlo. & Moysi dictũ
fuit Exodi 25. c. quod omnia faceret secundùm exẽ-
plum sibi mõstratũ,& gl. singularis in cle. ad nostrã.
de hæret. quòd sicut in ecclesia triumphante est da-
re vnum, cui omnia obediunt. ita in ecclesia militã
te, ita & eodem modo videtur fuisse mens. B. Franci
sci, ꝙ in ordine suo sacro esset vnus, cui omnes fra-
tres obediũt, vt supremo, iuxta illud Euangelij, fiat
vnum ouile,& vnus pastor. de quo per D. Abb. in c.
j. de consti. & per Inn. in c. qđ super his. de voto. ideo
fuit voluntas B. Francisci, ꝙ omnes fratres obedirẽt
vni, qui esset successor ipsius B. Frãcisci. entia enim
nolunt male disponi. ergo princeps vnus: vt voluit
Aristoteles. nõ capit regnum duos: vt dicitur in pri-
ma tragedia. & apud Lucanum: Omnisque ptãs im
patiens consortis erit & glo. sing. in c. non autem. 7.
36 q. j. quærit† an possint esse duo apostolici, & decidit
ꝙ non: qa dominus vnum duntaxat constituit. 24.
q. j. c. loquitur, & c. quicunq; mouetur enim gl. ibi:
qa vnica est catholica ecclesia, & vnum est caput.
Et si aliter diceremus, offenderetur ille articulus.
Vnã sanctam ecclesiã catholicam. Sicut ergo vnus
est pastor, eodem modo in regula B. Francisci. vnus
est Franciscus. eo ergo ipso ꝙ constituunt duo Frã-
cisci, seu duo generales ministri, offenditur regula
ipsius B. Francisci,& mens B. Francisci, volentis om
nes fratres obedire vni, qui esset successor ipsius B.
Francisci. adeo ꝙ omnis iniuriuria, omnis deroga-
tio facta potestati,& iurisdictioni gñalis ministri, fit
ipsi B. Frãcisco repræsentato per ipsum ministrum
generalem subrogatum loco B. Francisci. can. præ-
cipimus. 90. dist. Et est diligenter ponderandum, ꝙ
37 obedire† vni, præcipuè in regula B. Francisci, est de
substantialibus regulæ: sed Papa ex ipsa bulla sua al
terauit hoc substantiale: vt omnes obediãt successo
ri ipsius B. Francisci: ergo sequitur, ꝙ sequentes, &
viuentes ſm bullã non sunt fratres secundum regu
lam B. Francisci: sed secundum bullam, quinimo vi
detur dicendum, salua semper tñ determinatione
Romanæ ecclesiæ, cui me subijcio, ꝙ Papa non pos-
sit disponere,& statuere, alterando regulam aliter,
quã statuit B. Frãciscus, ꝙ viuentes secundum illam
alterationem sint fratres secũdum regulam B. Fran
cisci: & ad hoc allego in simili text. ꝯiuncta opinio.
viua, ꝙ̃ tenet & sequitur gl. ordi. c. cũ ad monasteriũ.
de sta. mo. ꝙ Papa non potest dispensare, ꝙ mona-
cus habeat proprium: ex eo qa abdicare proprium,
est de substantia,& esse monacatus. & ideo dicit ibi
Vincentius, ꝙ Papa non potest dispensare, ꝙ mona
cus habeat proprium eo remanente monaco: sed
de monaco potest facere non monacum. & facit,
quod no. gl. singularis in c. non putamus. de cõsuet.
38 li. 6. quæ dicit, quòd† consuetudo non potest dispo-
nere contra substantiam actus: nam essentia, & dif-
finitio appellationis est, vt appelletur a minori tri-
bunali ad maius, & non posset disponere consuetu
do ꝯ descriptionem & diffinitionẽ ipsius actus. l. cũ
precario. j. ff. de precar. ita in casu nostro non posset
disponi, ꝙ non seruantes substãtialia regulæ B. Fran
cisci essent fratres secundum regulam B. Francisci:
sed ex dicta bulla contingit alterari illud substantia-
le regulę B. Francisci, ꝙ vniuersi fratres regulę ordi-
nis B. Francisci obediunt ipsi fratri Francisco, & sic
suo successori: nam ſm illam bullam non obediũt
vniuersi gñali ministro, sed certa pars fratrũ, videli-
cet qui dñr de obseruantia, obediunt vicario gñali,
qui eos examinat, visitat, monet, corrigit, recipit, &
destituit: vt in ipsa bulla ꝯtinetur. ergo sequitur, ꝙ
talis bulla obuiat regulæ B. Francisci, & detrahit illi
regulę: qa cum ipsa regula tribuat vlem obedientiã
oĩum fratrũ dicto generali ministro, ex bulla prædi-
cta detrahitur vniuersalis obedientia, & quoad ip-
sos fratres nominatos de obseruantia illam confert
vicario generali. & ideo cum realiter istud obuiet re
gulæ B. Francisci, non possunt appellari fratres regu
læ B. Francisci: quia si re priuatis, nec nomen habe-
re mereris. 33. q. 2. c. admonere. si ergo effectualiter
viuunt ſm bullam Papæ alterantes regulam beati
Francisci: ergo non debent appellari Fratres B. Fran
cisci. Præterea congregare synodum generalem spe
39 ctat, ad Papam: † vt in c. ipsorũ. versic. synodum epi-
scoporum ab huius sedis auctoritate. & in c. huic se-
di. & in c. nec licuit, nec licebit alicui aliquãdo par-
ticularem synodum congregare,& in multis instrui
mur regulis non debere ꝯgregari absq; licentia Ro
mani Põtificis cõcilia. 17. di. & iõ gl. in summa eius-
dem dist. dicit, ꝙ synodus vniuersalis constituitur a
Papa. & facit c. significasti. vbi concilia cæperunt au
ctoritatem a Papa. Ex quibus iuribus colligitur ma
40 nifesta conclusio, ꝙ† quando conciliũ vniuersale ꝯ-
gregatur ab alio, ꝙ̃ a Papa, dicitur esse conuenticu-
la,& non dicitur esse concilium: qa regulariter cõ-
cilium sortitur auctoritatem a Papa, licet fallat ibi
in casu quo loquitur gl. sing. c. si duo. 79. dist. Eodem
modo esset dicendum in proposito nostro: sicut. n.
vniuersale concilium constituitur a Papa, aliter nõ
41 concilium vniuersale, eodem modo cõstituitur† ca-
pitulum generale in ordine fratrum minorum per
ipsum generalem ministrũ, aliter non poterit appel
lari gñalis cõgregatio: & quia si aliter fieret haben-
do respectũ ad regulam B. Francisci, diceret quędã
conuenticula: sed habito respectu ad dispositionẽ
& constitutionem Papæ, non diceretur conuenticu
la. vnde disponit in illa sacra regula, ꝙ generale ca-
pitulum celebretur sicut a generali ministro fuerit
ordinatum, cui ministri & custodes interesse dẽant,
& ipsis dumtaxat generalis ministri eligẽdi potestas
tr tribuatur ita formaliter cantat regula Beati Fran
cisci. Modo per istum vicarium generalem fit con-
gregatio certorum fratrum nulla interueniente au-
ctoritate ministri gñalis,& eligitur vicarius genera-
lis,& talis congregatio facta per ipsum vicarium dr
generalis congregatio, habens vim capituli genera-
lis. Certè aut ista congregatio facta per vicarium est
ſm regulam traditam a B. Francisco, aut est secun-
dùm bullã collatã ab Eugenio: non est ſm regulam
B. Francisci: quia B. Franciscus voluit, ꝙ capitulum
generale debeat celebrari eo modo, quo fuerit ordi
natum a generali ministro: sed iste vicarius non or-
dinat & congregat ex ordinatione & mandato mi-
nistri: ergo non est talis congregatio secundùm di-
spositionem regulæ, & per ꝯñs nullam habet vim
capituli generalis. Aut dicimus, ꝙ ista congregatio
habet vim,& sortitur robur a bulla,& ita est in veri
tate,& tunc sequitur, ꝙ quicquid in tali ordinatio-
ne fuerit ordinatũ,& sancitũ, erit ex bulla, & aucto-
ritatem sortietur ex bulla: quia si nõ ex regula, imo
est contra mentem,& voluntatem,& expressam or-
dinationem B. Frãcisci: sequitur ex hoc aperto ore,
ꝙ ille vicarius electus est,& assumit vigorẽ ex bulla:
quia cõgregatio illa hẽt vim capituli gñalis,& eodẽ
mõ electio hẽbit vim ex bulla,& p ꝯñs apparet, ꝙ ꝯ-
tra

tra mentem B. Francisci illud fuerit statutum: qa fit ↄ ordinationem factã ab eo. Et si dicatur, ꝙ sufficit, ꝙ ista congregatio fiat auctoritate Papæ, q est maioris auctoritatis, q̃ sit ipse minister generalis: vt in c. si Romanorum. 19. dist. Ad hoc respondeo, concedendo, ꝙ maioris auctoritatis est Papa, quàm sit minister generalis: sed istud est ↄ mentem, & dispositionem B. Francisci, & non ſm regulam B. Frãcisci, sed secũdum bullam ordinatã a Papa: sit ergo vicarius Papæ, & non sit vicarius ministri generalis, qui cum non constituit: & non sit vicarius factus a capitulo

42 generali ordinis, & regulæ B. Francisci. Papa † enim multa potest: nã potest æquare equadrata rotũdis: vt voluit Host. & in toto, & in parte potest derogare r̃læ B. Francisci: sit ergo vicarius ↄ ordinationem B. Francisci, & caueant dñi obseruantes a doctrina gl. in c. non est. quæ voluit, ꝙ qñ Papa non dispensat ex iusta causa, quæ debet interuenire: vt in c. per venerabilem. in versi. diuersis causis inspectis, qui filij sint legi. ille, cum quo dispensatur, non est tutus in tribunali eius, q nihil ignorat, & per ↄñs ex hac bulla alterata est regula B. Francisci, & effecta est noua proles non cogitata a B. Francisco. ¶ Præterea facit, & ad hoc accuratè aduertat dominus iudicans: ista enim nominatio vicarij est quædam simulatio: qa cum recta via noluissent fraudare ptãtẽ & auctoritatẽ ministri generalis, fecerunt via obliqua, & indirecta: qa cum honestè non potuissent procurare, vt fieret vnus alter gñalis minister, qui haberet totalẽ prælationẽ supra ipsos fratres obseruantes: nec ritè, nec rectè, aut iustè potuissent procurare, inuẽta est via, vt fiat vicarius gñalis, quo casu succedit doctrina gl. quæ voluit, in l. j. C. de priuil. schola li. 12. ꝙ qdam D. Otto, cum non posset assumi in Potestatem Bonon. fecit se assumi in defensorem Boniensem, ꝙ facere non potuit: qa fecit fraudẽ de noĩe ad nomẽ, & gl. ĩ c. pleriq;. 14. q. 3. dicit, ꝙ sępenumero fit fraus

43 † de noĩe ad nomẽ: qa mulier cũ non possit de iure fideiubere, cõstituit se principalẽ debitricẽ. l. q̃uis. ff. ad velleia. 33. q. quinta. c. mulierem. & cum mulier non possit donare, fingit se vẽdere. l. si sponsus. §. circa. de dona. inter vir. & vxor. ff. & ideo Bald. arguit ↄ magistratum: in l. non dubiũ. ff. de legi. prohibitum ex dispositione statuti acquirere immobilia, ipse facit acquiri per alium: puta per famulum, quia videtur in fraudem legis hoc facere. & quod voluit idẽ Bal. in l. si mancipia. C. si quis alteri vel si. & in l. si vt proponis. C. de rei vendic. & in l. cum. C. de contra. tab. emp. & in l. j. C. si seru⁹ exter. vbi arguit ↄ prælatos ementes de pecunia ecclesiæ, & interponentes nomen alterius. & facit. cap. j. & c. inquirendũ de peculio cleri. & quod voluit Angel. consil. 275. & ideo Ange. arguit in l. qui sella. ff. de serui. rusti. prædio. cõtra nobilem histrionem gonellam, qui super quodã curru pleno terra Ferrariensi intrauit territoriũ Veronæ sibi prohihitũ, allegãdo se ponere pedes in territorio Ferrariẽsi, dicit potuisse puniri: qa in fraudem statuti & legis hoc fecit. l. fraus. ff. de legib. Ideo videtur dicẽdum, ꝙ in fraudẽ regulę fuit procurata bulla apponendo nomẽ vicarij, qui re vera est gñalis ↄstitutus a Papa: & concedo, ꝙ Papa potuisset facere istũ vicariũ esse generalẽ ministrũ quoad ipsos obseruantes: est enim sibi concessa potestas cęlestis & terrestris imperij: sed eis fuit visum inhonestũ, iõ vñr pronuntiasse illud nomen vicarij. Quod autem

44 ita sit, suadetur rõne hoc modo: iste † vicarius generalis eãdem habet ptãtẽ, quã habet gñalis minister? visitat publicè, & priuatè, monet, corrigit, absoluit, cercerat, & excommunicat, constituit officiales, destituit, liberat a pęnis, & absoluit, inuocat, brachiũ seculare, recipit ad ordinẽ, & ad professionem, grãs concedit, fratres recipit, collocat, & expellit, per censuram ecclesiasticã cõpescit, congregationes, & cõgregationẽ retinet, licentiat ad ordines sacros, fratres habilitat ad p̃dicãdũ, & ad ↄfessiones audiẽdũ, cõgregat vicarios, & discretos quarũlibet vicariarũ, & prouinciarũ sibi subiectarũ, & capitulariter facit eos cõgregari: vt facultatẽ habeant faciendi oĩa, & singula, quæ de iure, & consuetudine, & priuilegijs põt facere eiusdem ordinis fratres, in eorũ gñali capitulo congregati, & pręcipuè eligendi vnũ religiosum in eorũ ↄgregatione solenni generalẽ vicariũ, quæ verba formaliter dant ptãtẽ, p̃lationẽ ac prærogatiuã, conferunt illi vicario generali, quã habet generalis ministri, & per ↄñs effectualiter & essentialiter est minister generalis quoad fratres obseruãtes, velato nomine vicarij expressi. Licet ergo in bulla exprimatur vicarius generalis: tñ est velatum nomẽ ministri generalis: ergo stante regula B. Frãcisci nõ possunt esse duo Frãcisci, sicut nec possunt esse duo apostolici: ergo talis bulla apponit scissuram ad inconsutilem regulam B. Francisci: ideo non dicitur ille vicarius generalis secundum regulam B. Francisci, sed secundum bullam Papæ est reuera minister generalis quoad fratres obseruantes. Et ad hoc diligenter consideret: qa in dicta bulla dr̃. Statuimus, ordinamus, & decernimus, vt deinceps vicari⁹ gña-

45 lis &c. quia illud verbum † deinceps, importat rem nouam, & nouam ordinationem: quasi velit, quodammodo non fuit prouisum, ꝙ cõstitueretur vicarius generalis, qui congregaret capitulũ, & faceret illã congregatio illud, quod cõsueuit facere totum capitulum generale S. Francisci de iure consuetudine, & priuilegio. Simile dicimus de ista dictione, decætero: vt in cle. j. in verbo deceætero. de sum. tri. Ex quo infertur, ꝙ illa verba apposita in bulla præfata dum dicunt, inhærentes cõstitutionibus, & statutis concilij, & Papæ Martini, nõ sunt vera: & sic illa bulla est sibi ↄ̃ria: & per ↄñs est suspecta, ꝙ tacita veritate fuerit concessa: & sic apparet, quòd Eugenius p̃duxit nouum genus fratrum, & nouam prolem religiosorũ: & si dicta bulla derogat potestati, & prælationi generalis mini[stri]. ¶ Præterea facit, in dicta bulla dicitur, ꝙ debeat conuocare vicarios &c. quę verba auferunt generali ministro potestatem congregandi, & conuocandi illos vicarios, & ministros: & sic Papa detrahit potestati ipsius generalis ministri: & per ↄñs facit nouam regulam: vt d. l. ius ciuile. hoc decidit, text. in c. auditis. de præsc. vbi dr̃, ꝙ si Abbas p̃scribit ius episcopale in aliquo loco, quòd vr̃ totum illud ius, qđ præscripsit abdicare ab episcopo quo ad illum locum. & dixit multum eleganter

46 D. Pet. de Anch. in c. nouit. de iudi. ꝙ si aliquis † præscribit speciem iurisdictionis in loco, videtur illam speciem abstrahere a totali iurisdictione ordinarij, & Ang. in l. 2. C. de cano. p̃stan. lib. 10. dicit, ꝙ si vnus officialis eligitur specialiter ad vnũ officiũ, ꝙ per illã specialẽ electionẽ vr̃ sublata omnis potestas de eo, quod sibi est specialiter commissum, alijs rectoribus vniuersalem iurisdictionem habentibus. & per hoc dicit, ꝙ cũ in ciuitate Perusij sint quidam, quibus data est specialiter ptãs ↄ bannitos Perusinos, ꝙ per hanc spãlem cõmissionem iurisdictionis videtur derogatum omni iurisdictioni potestatis capitanei, & potestatis Perusij. Ita dicamus in proposito nostro: qa cũ Papa specialiter concedit vicario gñali † potestatẽ congregandi capitulum, & eligendi vi-

47 carium generalẽ, sequitur, quod illam aufert generali ministro. Et sic derogat potestati ipsius ministri. Et si dicatur, ꝙ in ↄ̃riũ facit. l. j. C. de offi. præfec. vrbis. & qđ ibi voluit Bar. respondeo. Primo illa. l. j. nõ probat id, ad quod eam allegat Bartol. vt plene hoc decla-

declarat D.meus Io.de Imo.in l.Titiæ textores.ff.de leg.j. Secundò respōdeo,allegando elegantē doctrinam Bal.in l.j.de officio consul. vbi dixit, ꝙ quoties illa specialis commissio iurisdictionis non conferē alteri vt inferiori, tunc semper abstrahitur ab vniuersali iurisdōne; & ponit exēpla optima, vt potuit videre D.iudicans.Sed ita est in casu nostro,qa Eugenius contulit illam potestatem cōgregandi capitulū,& eligēdi vicarium generalem eodē modo, quo competit capitulo generali totius ordinis cum prerogatiuis cōpetentibus capitulo generali tam ex iure cōmuni, quam consuetudinis, quā priuilegiorū & ꝙ generalis minister teneatur infra triduū confirmare talem vicarium electum, aliàs fit vicarius auctoritate papali, & apostolica, & sic liqdo apparet, ꝙ illa specialis commissio congregandi, & eligendi non datur illi vicario vt congregationi tanq̄ inferiori,quinimo tanq̄ æquali, velit, nolit,ↄfirmare talem electionē,valida est talis electio,& ille remanet vicarius auctoritate papali, & per ↄ̄ns † gn̄atio vnius est
48 corruptio alterius:hęc enim ptās collata illi vicario quoad cōgregandū & eligendū vicarium vr̄ adempta ministro generali. Et ista videtur pura veritas, argu.c.nonne.de præsumpt.25.dist.c.qualis.l.maritus.C.de procur.l.cum prætor.ff.de iudi. cum simil. illa enim bulla non tendit ad aliud, nisi ad detrahē dum potestati,& prælationi generalis ministri, quā Franciscus gloriosus cōtulit suo successori erga omnes sui ordinis fratres:prohibuit enim illa bulla prelationem ministri generalis, quam ex regula habebat super ipsos fratres nuncupatos de obseruantia: & per consequens dicta bulla detraxit partem obedientiæ contra ipsum generalem ministrum, quod est essentiale in quocunque sacro ordine,& quacūque
49 que religiosorum regula. Oīs † enim rl̄a religiosorū tendit ad finē obedientiæ: est enim signū auolandi nolle obedientiā, & obedientia præfertur victimis: vt dicit tex.in c.sciēdū.8.q.j.& gl.4. q.j.in summa.& hr̄ primo Regū.c.15.& Ecclesiasti.c.4.& per consequens per dictam bullā derogatum est dictæ regulæ B.Francisci,& producta noua progenies pter voluntatem,& prouisionem, & confirmationem B.Francisci.vnde potuisset afferri in mediū illud, qđ Virgilio venit in mentem in Buccolicis, in sexta Egloga, dum dicit? Iam noua progenies cœlo demittit alto. ¶Præterea facit,in pfata bulla dr̄, ꝓuinciarū sibi subiectarū.sensit enim Papa,ꝙ ille vicarius gn̄alis dēt congregare ministros, & custodes prouinciarū sibi subiectarum:quo casu cum dicta bulla emanauerit cū tanta deliberatione, vt fuit argumentatum pro parte ↄ̄ria superius,vr̄,ꝙ Papa per illa verba subiecerit vicario prouincias per id,quod voluit Inno.in c. cum ab ecclesiarum.de offi.ordi.Scirem nunc libēter, a quo iste vicarius habet particulares ꝓuincias sibi proiectas:istud a regula B.Francisci sibi non cōpetit: quia ex regula omnes fratres vniuersi debent obedire B.Francisco,& suo successori, qui est generalis minister:ergo necessario sequitur dicēdum, ꝙ ex bulla Eugenij vendicat sibi talem subiectionem. vr̄ enim offendere mētes pias, ꝙ vendicare velit iste vicarius generalis rōne subiectionis prouincias ordinis B.Francisci, quas B. Franciscus sibi arrogauit, & violare scindere regulam, contra dispositionē B. Francisci.vnde posset sibi dici. Non illi imperiū pelagi:vt scribitur in primo Eneidos. Et est etiam diligenter ponderandum:quia illa verba, prouinciarū subiectarum,violant regulam S.Francisci: qa in ea regula dr̄, ꝙ gn̄alis minister sit seruus.Et dominus Eugenius non fecit istum vicariū seruū,sed dn̄m,& principem prouinciarum, ꝙ est ↄ̄ regulam & mentem B.Francisci.Et sic ex isto capite videtur alterata

50 regula: adeo ꝙ ista progenies fratrū† de obseruātia dr̄ noua & aliena a regula,& ordine B.Francisci.Pretera facit:quia in dicta bulla dr̄, ꝙ ipse generalis minister teneatur infra triduū a die presentationis sibi fratrum confirmare ipsum electum,concedendo,& committendo vices suas:dando sibi liberam auctoritatem,potestatem, & omnimodā facultatem sup omnes, & singulos fratres de obseruantia. Ista sunt formalia verba bullæ: sed indubitanter ista confirmatio est quidam coloratus, & fictus modus tollendi prælationē ministri generalis ↄ̄ mentem & regulam B.Francisci:qa isti fratres obseruantes nolentes esse subditi gn̄ali ministro, introduxerunt hunc nouū exceptionis modū: ceci enim viderent,ꝙ ista confirmatio fienda a gn̄ali ministro est quædā tacita exēptio,& est ↄ̄ omnem iuris dispositionē loquēs
51 de confirmatione electi: cōfirmatio † enim electionis requirit iuris solennitatē:vt in c.fi.de elect.lib.6. & requirit, ꝙ superior se informet de mō,& forma electionis,& de psona,& meritis,& sufficiētia electi. Si gn̄alis minister tenet̄ confirmare infra triduū velit,nolit:quia elapso triduo est confirmatus auctoritate apostolica,& papali: ad quid Eugenius cōtulit hanc auctoritatem & confirmationē ministro gn̄ali?Primo ista confirmatio est ↄ̄ omnem substātiam confirmationis,& requisita a iure pn̄t opponi ↄ̄ formā electionis,& ↄ̄ personā electi.c.j. de elect.libr.6. sed isto casu nihil opponi potest. Quam ergo superioritatem habet gn̄alis supra istum vicarium,vt eā confirmet?Certe nullam:quinimo vr̄ quædam velatio officij generalis,quod ille electus vicarius habet: voluerunt enim cooperire,ꝙ ille vicarius esset in veritate minister generalis, & inuenerunt illum velatum modum dicendi,ꝙ est generalis vicarius.Cum ergo nullam habeat essentiam confirmationis: ergo non est confirmatio,& per ↄ̄ns generalis nullam habet superioritatem erga istum vicariū.Et sic non est iste vicarius subiectus B.Frācisco,sed immediate est subiectus Romano Pontifici, ꝙ etiā clarius ostē-
52 ditur.Cognosceret† de viribus electionis,& de persona,& meritis electi requirit altiorem indaginem, q̄ trium dierum:non enim potest in tam breui tp̄e cognosci,iuxta illud,quod dicitur in c. tū literis. de in integ.resti. vbi dicitur, ꝙ sententia Papæ fuit retractata ex eo, ꝙ fuit lata in tam breui tempore, quo non fuit verisimile cognouisse de causa,quem text. etiam ad hoc allegat Barto.in l.prolatam.C. de sen. & inter.om.iud.Et optime facit c.ponderet quisque sermones suos.& ibi dicit gl.tp̄e egemus, vt aliquid maturius agamus.& ibi Dn̄icus arguit contra iudi-
53 ces,qui in paruo† tp̄e dato sibi processu ferunt sentētiam,vt præsumatur,ꝙ cognitionē non habuerunt de illa causa; quo casu talis sententia est nulla. allegat dictum c.tum ex literis.& voluit D.Pe.de Anch. in cōsi.321.incip.visis facti narratione. & idē voluit in consilio incip.viso &c. Apparet ergo, ꝙ ista non est confirmatio effectualiter & essentialiter. Et si dicatur, ꝙ imo in tribus diebus poterit haberi plena causæ cognitio:qa capitulū eligens illum vicarium poterit cōstituere duos, & committere eis formam electionis,& merita personę electæ,& sic illis tribus diebus poterit habere gn̄alis minister plenam informationē de meritis personæ, & de modo, & forma electionis. Quia etiā ad hoc rn̄deo,ꝙ in dicta bulla dr̄,ꝙ teneatur cōfirmare. vnde imponit necessitatē gn̄ali ministro,vt ↄfirmet, quo casu vr̄ auferre gn̄ali ministro oēm iurisdictionē cognoscēdi de viribus electionis,& meritis psonæ: qa ad quid pmissio ista, si non potest aliter disponere,nisi maturæ cōfirmare.sequitur, ꝙ in cōsequentiam aufert omnem cognitionem,& omnem iurisdictionē generali ministro,

ſtro, quæ oĩa repugnant naturæ, & eſſentiæ cõfirmationis: ideo vr̃, ꝙ verè iſta non ſit confirmatio, imo eſt ꝯ naturam confirmationis, quæ eſt, vt exquirant merita electi, & vires & forma ipſius electionis: iõ non poteſt aliter facere miniſter generalis, niſi confirmare, & eſt confirmatio coacta & iuſſa, & per ꝯñs non operatur effectũ confirmationis: cũ bulla com
54 pellat ad confirmandum. Simile dicimus, ſnĩæ † arbitri eſſe ſtandum, velint, nolint partes. vt l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arb. ꝙ procedit, qñ voluntariè cõpromittũt: ſed ſi coactæ ex diſpoſitione ſtatuti, quo cauetur, ꝙ partes teneantur compromittere: tunc poſſunt appellare, & non tenẽtur ſtare laudo: ex eo quia non voluntariè copromiſerunt, ſed coacti ab ipſo ſtatuto. ita probat in c. ab arbitris. de offi. deleg. lib. 6. firmat ibi D. Pe. de Anch. & Dñicus. Idem voluit Bar. in l. fi. C. de iudi. & in l. j. §. interdum. ff. a qui. app. non li. & ipſe Papa dr̃ confirmare, & non ipſe generalis miniſter, ex quo coactus, & iuſſus ex bulla confirmat. Et per ꝯñs talis confirmatio vicarij eſt quædam velatio colorata, ita vt videatur coloratè & coopertè non eſſe generalis miniſter. Et per conſequens Papa videtur apponere aliud caput in regula B. Franciſci, & alium generalem miniſtrum, & apponit ſciſſuram in illa ſtupẽda, & ſacra & incõſutili regula B. Franciſci. Et per ꝯñs ſortitur talis cõfirmatio vim & vigorem ex bulla, & non ex generali miniſtro. & per hoc non dicitur eſſe vicarius ipſius generalis miniſtri. ¶ Præterea facit, dum in dicta bulla dicitur, ꝙ generalis miniſter teneatur cõcedere dicto
55 generali vicario liberam † poteſtatẽ, & omnimodã poteſtatẽ quæ verba ſi bene ponderãtur, violant regulam S. Franciſci: nam ſi illa poteſtas eſt libera, ſequitur, ꝙ non eſt ſubiecta regulæ, & præceptis beati
56 Frãciſci. libera enim poteſtas † liberat a regulis iuris poſitiui &c. vt eſt tex. in l. j. ff. de teſta. mili. & in l. in teſtamento. C. eo. & in l. 3. §. j. ff. de arbit. in verſi. libera poteſtas, & in auth. oẽs peregrini. C. cõm. de ſucceſſ. Si ergo Papa arctat, ꝙ infra triduum gñalis miniſter confirmet illum vicarium generalẽ, & cõcedat ſibi liberam poteſtatem, & oĩmodã facultatẽ in oĩbus expreſſis in dicta bulla, ſequitur neceſſario, ꝙ illũ liberat a iugo regulæ, & præceptis regulæ B. Frãciſci: & etiam liberat eũdem vicariũ ab obedientia & iuriſdictione ipſius generalis miniſtri, & ꝑ ꝯñs habet poteſtatem in ipſos fratres de obſeruantia liberam ab ipſo B. Franciſco, & a regula ſua; & per ꝯñs eſt alterata ſubſtantialiter, & eſſentialiter, & accidentaliter dicta regula B. Franciſci per ipſam bullã: ad quid ergo ſe appellant fratres ordinis B. Franciſci, cũ ſint noua proles producta ab Eugenio. ¶ Præterea facit, in præfata bulla apponuntur iſta verba. In virtute Spiritusſancti omni appellatione poſtpoſita in omnibus, & per omnia firmiſſimè pareant, & obediant eidẽ vicario tanꝗ perſonæ ipſius generalis miniſtri. Et ſic vult bulla prędicta, ꝙ fratres de obſeruantia pareant vicario in omnibus, & per oĩa, tanquam
57 perſonæ ipſius miniſtri generalis, quæ verba † in omnibus, & ꝑ omnia, importãt ꝙ ipſe vicarius paſſim, & ſine aliqua dr̃ia ſit miniſter generalis: talia enim verba ſunt appoſita formaliter in l. 2. §. furioſus. ff. de iure cod. in verſi. in omnibus, & per omnia quieſcentis loco habeatur, quem text. reputat ſingularẽ Ange. in l. in negotijs. ff. de reg. iur. Ex quibus verbis doctores dant doctrinam, ꝙ vbicunque ſtatutũ diſponit, ꝙ forenſis in omnibus, & per omnia habeat, & tractetur vt ciuis, nulla dr̃a eſt inter ipſos ciues originarios, & veros, & inter ipſos forẽſes. Ita firmat Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. Cũ ergo Papa vult, ꝙ in omnibus & per omnia ſibi pareatur, vt ꝑſonæ generalis miniſtri, & compellit ipſum miniſtrum generalem ad concedendum ipſi vicario liberam poteſtatẽ, & omnimodam facultatem ſupra ipſos fratres de obſeruantia, ſequitur, ꝙ reuera in omnibus & per oĩa miniſter generalis eſt: & fictitio noĩe appellatur vicarius. Et ſi dicatur, ꝙ impropriè eſt generalis miniſter. Ad hoc rñdeo, negãdo iſtud aſſumptum ex eo. Primo Papa vult, ꝙ in oĩbus & per omnia ſit generalis miniſter. Secundo hoc facit per viã
58 conſtitutionis, & legis, quo caſu † quoties quis efficitur ciuis per viã conſtitutionis, dr̃ ciuis propriè: vt probat text. in l. j. in verſiculo, ꝓprie, & hoc ibi decidit Bartolus. ff. ad municipalem. & per conſequens ſequitur, ꝙ propriè eſt generalis, & ſic erunt duo capita in illa regula B. Franciſci, & erunt duo Frãciſci; quod natura abhorret: & ideo congruentius vr̃ dicendum, ꝙ noua progenies producta eſt ex bulla illa, quam dicere, ꝙ ſint duo Franciſci, & duo generales miniſtri, aut tres Franciſci, & tres generales miniſtri, & ſcindere illam inconſutilem regulã. ¶ Præterea facit: qa in dicta bulla dr̃ excõicationibus, cẽſuris, ſuſpenſionibus regulæ, & trangreſſionibus præfato generali miniſtro commiſſis, vel reſeruatis liberè abſoluendi, liberandi, diſpenſandi, quoties opus fuerit, ſe quoq; ab huius abſolui, liberari &c. Ex q̃bus verbis apparet, ꝙ iſte vicarius gñalis põt attentare reſeruata gñali miniſtro liberè: quo caſu verbũ
59 † liberè, importat, ꝙ ſine licentia, & etiam ſine aſſignatione cauſæ poſſit attẽtare reſeruata miniſtro, ita ꝙ nõ poterit ſibi dici, cur ita facis? hoc probat gl. ordi. ꝙ verbũ liberè, intelligitur ſine licẽtia alicuius, in cle. dudũ. in verſ. libere. de ſepul. & in c. oĩs vtriuſque ſexus, de pęn. & remiſſ. & in c. de multa. de pbẽ. & in c. licet epiſcopus. eo. titu. lib. 6. per Ioan. And. in ca. de illis. de ſpon. ꝙ autem verbũ, libere, importet, ideſt ſine aſſignatione cauſæ, probat in ca. ſi quẽ. de proc. lib. 6. Et ſic apparet, ꝙ ſine licentia ipſius generalis miniſtri, & ſine aſſignatione cauſæ poterit diſpenſare. Ex quo reſultat vnum, qđ repugnat iuri, &
60 regulis cõmunibus: quia † cum diſpenſatio ſit iuris cõmunis relaxatio: vt in cap. requiritis. §. niſi rigor. j. q. 7. & ibi dicit glo. ſolennis, ꝙ ſi fiat ſine cauſa, dicit iuris cõis diſſipatio, ꝙ per illa verba poterit generalis vicarius liberè diſpenſare, ideſt nõ aſſignãdo cauſam, & non requirendo licentiam a generali miniſtro. Ergo videtur ex illis verbis poſitis in bulla coniunctis præfatis iuribus, ꝙ Papa cõmittit huic generali vicario poteſtatem diſpenſandi ſine cauſa, quę diſpenſatio ſine cauſa eſt diſſipatio. Et per ꝯſequẽs ſibi cõmittit poteſtatem diſſipandi regulã B. Franciſci, ꝙ non eſt permiſſum generali miniſtro, qui eſt ſeruus regulæ, ex ordinatione B. Franciſci, quod reuera eſt contra mentem ipſius Franciſci, apparet ergo ex hoc nimis fuiſſe alteratam regulam per iſtã bullã. ¶ Et ſi quiſpiã dixerit, amice, iſti fratres obſeruantes ſemꝑ eligunt ſimilẽ eis, & ſic religioſum, obſeruantẽ vt ex ipſa bulla tenent, qui eſt celebris vitæ, & mirabilis ſanctimonię, ĩ quo ceſſat omnis ſiniſtra
61 ſuſpicio. Ad hoc reſpõdeo, ꝙ homo † eſt, & peccare poteſt: nam ipſe põtifex Romanus, de quo dicit tex. in c. j. 40. diſt. ꝙ merita Petri aut ſanctum vident, aut ſanctum faciunt, nihilominus homo eſt, & peccare poteſt: vt in c. nos ſi incompetenter aliquid egimus. 2. q. 7. ergo multo fortius poterit peccare ille vicarius generalis, argu. c. ſi Papa. 40. diſt. cum ſi. Et iſtud repugnat menti & regulæ B. Franciſci, qui voluit, ꝙ miniſter generalis eſſet ſeruus regulæ, & per iſtã bullã vicarius generalis efficitur dñs, poſtquam poteſt liberè diſpẽſare, & per ꝯñs ĩ hoc eſt maior ipſo gñali miniſtro: ergo non eſt vicarius miniſtri: imo eſt maior ipſo miniſtro: ſed hoc nõ potuit fieri ex rł̃a,

ergo fit ex bulla cũ modico onere officij generalis ministri. Et per ꝯ̃ns cum modico onere beati Francisci, cuius vices generit minister generalis, & iudicatur satis indecens & inhonestum, & vt refert D. Cardi. Zabarella in suo commento. c. ꝑpendimus. de sent. excom. Omne, inquit, indecens apud theologos reputatur impossibile. Cum ergo isti fratres obseruantes omni honestate coruscant, debent hãc indecentẽ cõcessionẽ reputare impossibilẽ & subijcere colla regulę illius patriarchę Francisci. Et etiã dicitur in dicta bulla, se quoque ab huiusmodi absolui, liberari, & dispensari faciendi etiam quoties ei videbitur oportere, quæ verba inferunt, ꝙ sine licentia generalis ministri põt se facere absolui, & liberari, & dispẽsari, quo casu vr̃ indecẽtissimũ, & sic generalis minister nullã videtur habere prælationẽ essentialiter aduersus hunc vicarium generalem, & sic est idem, ꝙ ipse generalis. ¶ Preterea facit, in dicta bulla dicitur, ꝙ triduo elapso electus nõ cõfirmatus in vicariũ habeat sedis Apostolicę auctoritate cõfirmatus. vnde succedit doctrina gl. cõi scribẽtium voto & opinione probata in c. cum aliquibus. de rescrip. li 6. quæ dicit, si Romanus † Pontifex mã-

62 dat per viam precepti ordinario, vt aliquid faciat in re competenti, & congruenti ordinario iure ordinariæ iurisdictionis, ꝙ videtur illum facere delegatũ. Cum ergo Eugenius in dicta bulla præcipit ministro generali, ꝙ confirmet infra triduũ dictũ vicarium generalem, cum dicat, teneatur generalis minister &c. videt̃ facere ipsum generalẽ ministrũ delegatum, & sic non cõfirmat vt minister generalis: sed vt delegatus Papę: cæci viderẽt, ꝙ ille generalis vicarius non est vicarius ministri, sed Papę: quia si minister generalis illum cõfirmat vt delegatus, vti-

63 tur † vice delegãtis, & representat ipsum Papã: vt in ca. sanè. de offic. deleg. Ergo sequitur, ꝙ ab ipso Papa videtur constitutus vicarius, & confirmatus, & sic noua proles est producta aliena a regula B. Francisci. ¶ Pręterea facit: qa in dicta bulla dr̃, ꝙ tẽpore vacationis ipsius gñalis vicariatus, ipse, ꝑpter mortẽ ipsius vicarij, vicarius illius prouinciæ, in qua ille generalis vicarius decessit, aut mortuus extitit, aut depositus, exerceat officium vicariatus auctoritate Apostolica. Audi apertam inhonestatem, ꝙ tẽpore, quo vacat ille generalis vicariatus, successor B. Frãcisci se nõ habet impedire, nec aliquã iurisdictionẽ habet, & per cõsequens nec ipse B. Franciscus: ergo non est vicarius ex regula, sed ex bulla: & cum regulę iuris oẽs. clamẽt, ꝙ oĩa nr̃a facimus, cũ auctoritatẽ nostrã impartimur: vt in c. j. & 2. de cõfir. vtili vel inutili. l. 2. §. sed quia. C. de veteri iur. enucle. & Papa ex certa scientia sua confirmat istum generalem vicarium, si infra triduum minister generalis illũ nõ confirmat: sequitur, ꝙ talis confirmatio, ex quo est facta ex certa scientia, videtur facta in forma specifica, quo casu sequitur, ꝙ sit vicarius Papę, & ex bulla: vt no. in cap. j. & 2. de confir. vtil. ꝑ Innoc. & alios, & ideo dixit Bald. in d. l. ex placito. C. de re. permuta. ꝙ quando Papa confirmat vt causa specifica statuta Spoleti, transgressor talis statuti non dicitur trãsgressor statuti Spoleti, sed dicitur transgressor statuti papalis, facit, qđ no. Bal. in tractatu scismatis, quẽ posuit in rubr. C. si quis ali. testa. prohibue. Et sic apparet, ꝙ non est vicarius ministri generalis, & licet in dicta bulla dicat̃, ꝙ minister generalis per se dũtaxat personaliter possit visitare, & corrigere. Ponderet D. iudicans dicta verba, quia licet dicatur possit visitare, & corrigere, nihilominus apponuntur verba restringẽtia, dũ restringit Papa dicẽdo, videlicet ꝑuocãdo ad meliorẽ frugẽ, & sic nõ est vera correptio, nec est vera visitatio, cũ nõ appponat correctionem, iuxta demerita, & pnĩam iuxta peccata, & qualitatẽ illorũ. Et postea subdit dicta bulla, ꝙ si quenq̃ repererit criminosum, ꝙ absit, ipm̃ vicariũ, &c. vnde decidit bulla, ꝙ gñalis minister ĩ ꝑpria visitet ꝑsona, & nõ per aliũ, & sic restringit ptãtẽ ministri, & reperto aliquo criminoso, ille generalis vicarius puniat, & corrigat secundũ qualitatẽ delicti, & sic nulla coercitio datur generali ministro: quinimo aufertur sibi iurisdictio, & est contra iuris dispositionẽ, ꝙ cognoscat, & nõ finiat, nec iudicata exequatur, vt in l. de qua re. ff. de iudi. ¶ Pręterea si quispiã opponat dicendi, amice, nulla modo potest minister generalis venire contra dispositionem huius bullę: & ideo nõ põt nũc impetere istos obseruãtes aliquo modo: quinimo timeat pęnas inflictas ex cõstitutione ipsius bullę: quia in ea dicitur, ꝙ generalis minister nullam molestiam inferre audeat, aut præsumat ipsi vicario, aut alteri de dicta familia, aliàs ĩcurrat pęnã excõicationis, priuationis officij, & omniũ legitimorũ actũ: ergo eo ipso, ꝙ venit cõtra dispositionem bullę, incidit in dictas pęnas, & ꝑ consequens poterit opponi excep. impediens litis ingressum proueniens ex dicta bulla. Quia ad hoc respõdeo, ꝙ in nullã pęnã incidit generalis minister comminatã in dicta bulla ẽt ex tenore ipsius bullę,

64 ꝙ sic ostẽdo, illud † voluit Papa ex dicta bulla, ꝙ sua verba exprimũt: voces eñ sunt signa earũ, quæ sunt in anima passionũ notę, vt voluit Aristoteles. j. perihermenias. probatur in l. Labeo. §. idẽ Tubero. ff. de sup. le. cum si. Sed verba hoc modo sunt cõcepta, videlicet, molestiam inferre præsumat. Primò verbũ

65 molestia, capitur in malam † partem, & intelligitur si iniustè molestet: sed iniustitia mediante faciat, nõ dicitur inferre molestiã, argu. l. Graccus. C. de adult. hoc decidit ĩ indiuiduo Bal. in l. j. C. de his quę pęnę nomine. in vers. quæro, quid si testator mãdauit hæredi, ne molestet vxorem in suo legato, qualiter intelligetur. Respondet Bal. ibi, ꝙ intelligetur malo, & iniusto mõ, & animo: secus si iusto mõ: qa quod malo animo non fit, nullã pęnã meret̃, allegat. l. si seruũ. §. prætor. in gl. quæ malo. ff. de acqui. hær. & all. ad hoc gl. peregrinã in c. pro illorum. de præben.

66 quæ dicit, ꝙ licet in literis † apostolicis sępenumero dicatur, amoto quolibet contradictore, intelligit̃ si cõtradicat de facto, nõ autẽ si cõtradiceret de iure: qa tũc nõ obstãte dicta clausula, iudex posset audire ꝯ̃dictorem. Alleg. etiam elegans dictum. Bal. in l. j. C. de vsufr. vbi dixit, ꝙ si marit⁹ reliqt vxori vsumfructum mandans hæredi, ꝙ si vxorẽ molestauerit in vsufructu, ꝙ cadat ab hæreditate, & hæres petijt ab vxore cautionem de vtẽdo arbitrio boni viri, ꝙ non incidit in pęnam: quia intelligitur de molestia iniusta, alle. etiam, quod voluit Ioan. de Imo. in l. paterfamilias. ff. de hære. instit. vbi dixit, ꝙ si testator mãdauit hr̃di, ne molestaret vxorẽ ĩ fideicõmisso, & hæres petit ab vxore quartã ex senatusc. treb. ꝙ non incidit in pœnam inflictam a testatore. Facit text. in c. significãte, de pigno. in versi. molestia. & quod ibi voluit Pe. de Anch. & ita intelligat̃ tex. cle. fi. de priuil. ĩ vers. molestia inferat̃, & quod habet̃ ĩ l. Lucius. §. tres hæredes. ĩ ver. molestia. ff. ad treb. in l. ab Aurelio. §. Caius. ff. de libe. le. & in c. in nostra. de rescript. & in ca. constitutus. de fideiuss. & in l. oẽs. ad fi. C. de quadr. ꝑscr. & qđ no. Ang. in l. stipulatio ista. §. j. ff. de verb. obl. & qđ habet̃ in c. in ꝑ̃entia. in versi. molestatione. de probatio. & sic ex illo verb. molestia datur intelligi voluntas Papę in malam partem non molestent: secus si in bonã. facit ẽt illud verbũ ꝑ̃sumat: qa ẽt capit̃ in malã partẽ, vt est text. in cap. decernimus. de iud. ĩ vers. ꝑ̃sumãt, & hoc colligit D. Cardinalis in c. j. in vers. ꝑ̃sumãt, & c. monasteria. de

vita

vita & honestate clericorum. c. cum laici. de iure pa tro. c. j. ne prælati vic. sui. c. fi. de temp. ord. libr. 6. c. cũ in officijs. de testa. c. oĩs. de peni. & remiss. sequitur er go, ꝙ si iustitia mediante generalis minister molestet eos, in faciẽdo declarari & decidi, ꝙ dicta bulla apponat scissuram ad ordinẽ B. Frãcisci, & apponit duo capita in illo ordine: & ideo oportet declarare, ꝙ non sunt duo capita: sed vnum, ſm mentẽ B. Francisci, & huiusmodi est generalis minister: alius vero est secundum bullam Eugenij, & secundum ordinationem Eugenij istud non est molestare ipsum vicarium, sed est præsumere imo est saluare ad euitandum scandalum, quod posset seminare versutus hostis in populo Christiano. ¶ Præterea etiam ad hoc aduertat D. iudicans, qa in veritate mẽs ipsius Eugenij concedentis dictã bullã non fuit apponere scissuram in regula, licet ista bulla, & verba ipsius bullæ apponant scissuram, sed mens Eugenij non fuit ad hoc inclinata, & per ꝯñs corruẽt ex hoc a dicta bulla præfati obseruantes. Et ad hoc ostendendũ capio verba ipsius bullæ, posita in proœmio & præfatione bullæ, dum dicunt hoc modo, vt sacra ordinis minorũ religio ab omni reddatur aduersitate secura. vnde considero, ꝙ finalis intentio Papæ fuit fauere re-
67 ligioni ipsorum minorũ: finalis† enim intentio concedentis vel statuẽtis colligitur ex proœmio: vt est text. optimus in l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fact. ignoran. quem text. ad hoc allegat. D. Anto. in cle. j. de elec. facit. l. fi. ff. de hære. insti. quẽ ibi allegat Bal. & l. cum hi. quẽ ibi allegat Barr. ff. de transa. & l. j. & ibi illum text. inducit Bar. ff. ad Maced. & ideo Bal. in c. secũdo requiris. de appel. dixit, ꝙ clausulæ proœmialis respicit oĩa præcedentia, & sequentia. & voluit idem Bald. in l. hæc verba. C. de fal. cã adie. leg. & in l. vt liberis. C. de colla. & in l. ĩtestato. ff. de legit. tu. & in l. j. ff. de orig. iur. & in §. quibus. in prima consti. C. & in d. l. cũ hi. Bar. in l. cũ quid. ff. si cer. pe. Ange. in l. j. ff. de iudi. D. Car. in c. penultimo. de cleri. cõiug. vbi dicit, ꝙ causa expressa in proœmio legis presumitur esse finalis. facit. d. c. de multa. & ibi hoc colligit D. Abb. Lu. Ro. cõsi. 25. & consi. 89. facit. l. Titia. §. idẽ. respondit. ff. de verbo. oblig. & l. item quia. §. idem videmus. ff. de pact. Stat ergo regula firma, ꝙ mens & finalis intẽtio Eugenij fuit fauere religioni minorum: tota ergo bulla Eugenij est deducenda in fauorem ordinis minorum, & iste, fuit finis mouens Eugenium ad sic statuendum: sed certũ est, ꝙ per huiusmodi bullã non apponitur fauor ordini, & religioni minorum, imo apponitur scissura, & diuisio ad inconsutilem & indiuiduam regulã B. Francisci: ergo sequitur necesse, ꝙ si Papa considerasset, ꝙ dicta bulla tendebat ad diuisionem ordinis minorum, nullo modo statuisset ita, vt in bulla cõtinetur: licet enim rescripta papa-
68 lia† ex bona & iusta causa concedantur: tamen si tẽdunt ad præiudicium ecclesiæ, reuocãtur: vt est not. tex. in c. penultimo. de cleri. non resid. & in c. suggestum. de deci. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & voluit Bal. in rub. C. qui admit. & facit optimus text. in l. si hominem. ff. man. Sed cũ dicta bulla ponat diuisionẽ, & scissurã in ordine, & nouã & incogitatã a B. Francisco & mente B. Francisci prolẽ ꝓducat: qa (vt superius fuit oñsum) duo capita in illo ordine ꝓducit, & detrahit potestati gñalis ministri, & derogat suæ plationi, vt superius est oñsum. Sicut enim vna est ecclesia, vt hr̃ canticorum, vt c. vna inquit, est columba mea pfecta, vna est matris suæ electa genitricis suæ, & gloriosus Paulus apostolus 4. c. ad Ro. inquit, vna spes vocationis nr̃æ, vnus dñs, vna fides. Et iõ dicebat tex. in d. c. loquit. in ver. maximè nos epi, q in ecclesia p̃sidemus, vt epatum quoq; ipsum vnũ atq; indiuisum probemus, vnum est caput, vna origo, & vna est mr̃ ecclesia copiosę fęcunditatis adulterari non põt. Ita est dicẽdum in hoc sacro ordine, vt vna sit regula, vnus sit ordo B. Francisci vnũ ergo decet esse caput in regula illa, & vnicũ pastorẽ, vnde libet in medium adducere illud, ꝙ sapienti venit in mentem canticorũ quinto, dũ dixit: percusserunt me, lacerauerũt me pallium meũ &c. Vnde vr̃ ex tali bulla lacerari inconsutilis ordo B. Francisci: & ideo Dñica veritas Matthę. 8. & Io. 10. c. dixit, ꝙ si duo ex vobis conuenerint in terra, & sic iussit vnitatem fore seruãdam, c. alienus. 24. q̃stio. j. & ideo ista domus B. Francisci non est scindenda, sed in vnitate cõseruanda. iuxta illud dñe dilexi decorem domus tuæ. & iuxta illud. Beati, qui habitant in domo tua domine, in seculũ seculi laudabunt te Domus Dei est vnitas ecclesię. c. omnibus. 24. q. 1. vnde & de agni comestione dñs p̃cepit dicens, in vna domo comedetis, nec afferetis de carnibus extra fores ei⁹. Leuit. 6. c. Ita dicamus. ꝙ in vnica regula, & vnico ordine
69 B. Francisci comeditur: quia vnicus† debet esse ordo & nõ plures. c. quia ex sola ecclesia. 24. q. 1. vnde Eugenius non habuit certitudinem regulæ, & contentorum in regula B. Frãcisci, & si illam sciuisset, certè nullo modo voluisset ita disponere, vt ponat scissuram in ordine. Et per ꝯñs idem dicendũ est, ac si nõ ita disposuisset, ar. eius quod no. glos. singularis in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. Et ideo singul. dicebat D. Abb. in c. pastoralis. § præterea de offic. deleg. ꝙ tũc Papa dicitur ex certa scientia aliquid facere, quando fuit certificatus de omnibus, quæ potuissent eũ remouere a concessionibus factis per eum: cũ ergo ex bulla ipsa non appareat, ꝙ Eugenio fuerint notificata capitula regulæ B. Francisci, sequitur, ꝙ seruãda erit intentio ipsius, q̃ fuit fauere ordini, & nõ scindere bonum vnitatis ordinis, & regulæ B. Francisci. Et per ꝯñs dicta regula scissa non est de mente ipsius Papæ non enim credidit Eugenius scindere ordinẽ. & sic illa clausula, ex certa nostra scientia, apposita
96 spondeo † quòd ista non est lex generalis, licet emanauerit per viam constitutionis, tamen non est constitutio generalis, quod est de natura legis. 4. dist. erit autem lex. Secundo licet per modum legis emanauerit, tamen potuit ad petitionem alterius statuti, & in odium alterius, vt in l. 1. ff. de doli except. & voluit Bart. in d. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & ita fuit in casu nostro: quia in puncto pręsupponitur, ꝙ quidam obseruantissimus dictæ obseruantiæ pater asseruit se procurasse illam bullā: ergo &c. Nec ob. cum dicitur, ꝙ ista bulla non inducit, aliquid de nouo, sed istud fuit iam inductum per concilium Constantiense, & per Martinum, quia adhoc respondeo, primo fuit derogatū constitutionibus concilij Constantiensis per ipsum Martinum V. & sic cum in dicta bulla fit mentio de Martino, in hoc reperitur, & comprehenditur subreptio: quia Martinus derogauit illis constitutionibus. Item si ita, ꝙ ꝯcilium Constantiense ita statuerit, & Martinus confirmauerit licet in bulla Eugenij colligatur contrarium, inquantum in ea dicitur deinceps, vt superius fuit ostēsum, nihilominus illi posuerunt scissurā in ordine B. Francisci, & constituerunt nouam prolem, ergo eodem modo corruerint illæ cōstitutiones, vt corruit dicta bulla Eugenij. Item quia non reperitur, ꝙ ante bullam ꝯcessam ab Eugenio dicti fratres constituerunt sibi Vicarium: & ideo in bulla dicitur, deinceps, ergo sequitur, quòd non habuit ortum electio Vicarij generalis ante bullā Eugenij. Et posito, ꝙ ortum habuisset, tñ fuit reuocata per Martinum, & etiam quia non erat in viridi obseruantia electio ipsius Vicarij. Nec obstat, cum dr̄, ꝙ isti non sunt obseruantes, & debent priuari commodo & prælatione: quia agant & experiantur contra ipsum ministrum; quia eis respondebitur per ipsum generalē ministrum, & eis fiet iustitiæ complementum. Nec obstat, si dicatur, erunt ergo membrum putridum, & inutile in ordine B. Francisci ipsi obseruantes, qui quotidie virtutibus, prædicationibus &c. clarescunt. Ad hoc respondeo, ꝙ non merentur esse, aut dici membrum putridum, imo vtilem pariunt fructum in ordine B. Francisci, & in sancta fide. Sunt enim exaltandi, & honorādi: & minister generalis ex sua prudentia, discretione, & sua sapientia, prouidebit suis conuentibus, & suis prouincijs, præficiendo ipsis guardianos, custodes, ministros, & similes de eorum similibus obseruantibus, ponet enim fratres obseruantes, qui sciēt alios regere, & docere ad guardionatus officium, & similia, & fiet vnum ouile & vnus pastor, & vna domus indiuidua, & incōsutilis in illo sacro ordine. Et ex prædictis concludo, ex bulla prædicta Eugenij sequi scissuram in ordine B. Francisci, & sequi nouam prolis productionem, & illum Vicarium generalem dici ministrum generalem ex bulla Eugenij, nec esse Vicarium ministri generalis. Concludo etiam illam bullam ex mente Eugenij nullo modo præiudicare ministro generali. Et protestor, quòd si aliquid dixerim, quòd repugnaret præceptis, & decisionibus sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, & sanctissimi domini nostri domini Papæ, & sacri collegij dominorum Cardinalium, illud reuoco, & annullo, & cancello, & pro nullo, & cancellato habeo, & haberi volo ex nunc, & semper me subijciens decisioni sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ.

EPITOME.

¶ Statuto stante, ꝙ minores non possint se obligare, aut donare sine iuramento corporaliter præstito, & absque consensu, & auctoritate duorū consanguineorum, si extant, vel affinium, si consanguinei non extant, & absque decreto iudicis; quædam puella minor annis patri donauit, & cessit omnia bona sua ipso patre auctoritatem præstante dictæ puellæ, & alioqui erat bastardus, iudiceque in ecclesia sine vlla cognitione causę decretum interponente. Respondet donationem, aut cessionem non valere, & nullius esse momenti, & statutum de consensu propinquorum loquens in bastardis non habere locum.

SVMMARIVM.

Prooemium causam finalem ostendit. nu. 1.

Contractus minoris absque solennitate valet, si ei sit vtilis: ita si non sit vtilis licet cum solennitate factus, non valet. nume. 2.

Metus quantuncunq; leuis sufficit in muliere in prohibendo suo consensu. nu. 6. & 16.

Mulier prohibita contrahere sine consensu consanguineorū, non poterat contrahere cum ipsis, eorum consensu interueniente, numero 7.

Decretum iudicis requirit causæ cognitionem, nec in ecclesia debet interponi. nu. 9. & 23.

Statutū requirens consensum consanguineorum, intelligit de legitimis, & non de bastardis. nu. 20. & 21.

CONSI-

CONSILIVM XLI.

IMmortalem & omnipotentem Deum ex omni animo huic consultationi inuoco, vt pijssimo Saluatore nostro Iesu Christo medio veritatem iuris mihi aperit: ab eo enim omnia plena musæ trahunt, vt voluit glo. in c. sedes Apostolica, de rescript. ideo viso puncto, & pensatè examinato, capio primam hæsitationem, quæ est, vtrum donatio facta de bonis maternis per ipsam dominam Magdalenam minorem suo patri valuerit. Et obstat illud, qđ voluit Bald. in l. pactũ qđ dotali. C. de collatio. in quæstione 21. vbi quærit, statutum disponit, ꝙ mulier non possit contrahere sine consensu duorũ propinquorum etiam cum iuramento, & quòd Potestas illius ciuitatis teneatur de facto compellere recipientem ad remittendum omnia iura, quæ vidētur sibi quæsita, ꝙ esset de iure communi, quando per fraudem sunt extorta: vt ff. de offic. præsi. l. illicitas. in prin. nunquid hoc erit verum, quando filius renuntiauit patri, & putat ꝙ non: quia propter naturalem affectum paternum videtur esse concessum, argu. l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de libe. lega. l. filiũ. ff. de insti. l. si furioso puberi. ff. de cur. fur. l. nec in ea. §. fi. C. de cur. fur. l. isti quidem. ff. quod metus causa. si autem non contraheret cum patre, sed cum alijs remotioribus; quia plerunq; malum consilium capiũt pro puellis; vt l. viduæ. §. sed ne forte. C. de nupt. tũc habet locum statutum etiam in distractibus: vt l. Mæuia. §. 1. ff. solu. ma. & quod not. in l. 3. §. per contrarium. ff. de contra iudic. tu. ita ibi dicit Bal. formaliter, quo casu videtur apponere gladiũ ad radicem in præsenti consultatione. potuit ergo filia celebrare talem donationem in personam ipsius patris, & multofortius cum interuenit cõsensus agnati, & per consequens seruata extitit dispositio ipsius statuti, & sic donatio valuit: ex eo quia cõtraxit cum persona, in qua cessat omnis sinistra suspicio fraudis, & etiã, quia seruata exrit solennitas statuti. ¶ Sed istis non obstantibus, quæ verè non obstant, dico in contrarium esse indubitatam veritatem, & ad eam inuestigãdam capio statutum splendidæ ciuitatis Forliuij, in quo dicitur, attendentes, ne minores in negotijs, & contractibus damnificari, & decipi contingat, vt qñq; factum esse comperimus, statuimus, ꝙ omnes, & singulæ obligationes, donationes &c. factę sine iuramẽto corporali præstito, & sine consensu & auctoritate duorum, vel trium consanguineorũ proximorum si extant, vel saltem affinium, si ꝯsanguinei non extant, & absque auctoritate & decreto dñi Potestatis ciuitatis, vel iudicis sui, & sine insinuatione ĩ actis dñi Potestatis cũ quibuscunq; personis fieri non valeant, nec aliqualiter celebrari: & si factæ, vel celebratæ fuerint, non secutis omnibus solennitatibus supradictis, præsumantur dolosè extortæ, & nullam obtineant roboris firmitatẽ, & pro infectis habeantur, omnino ista sunt formalia verba ipsius statuti. Modò aperienda est via ferro, hoc est, iuribus, rationibus, & veritate argumentorũ, ꝙ talis donatio fuit nulla & nullius effectus. Primò istud statutum apponit causam finalem huius suę decisionis, & constitutionis, videlicet, ne minores decipiãtur: procemium
1 †enim ostendit finalem causam suæ statuitionis: vt l. 1. & ibi Bartol. ff. ad macedo. l. cum hi. per eundem Bar. ff. de transac. text. & Bal. in l. fi. ff. de hære. institu. Bald. in l. 1. ff. de origi. iur. & in prima consti. C. §. quibus, & in l. vt liberis. C. de colla. bon. & in l. 1. C. de in diem addi. facit etiam tex. in l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. ign. do. Anto. in cle. j. de elec. text. in c. ex multa, de voto.

Fuit ergo potissima intentiõ statuti, ne minores deciperentur, & damnificarentur, & statutum prouidit, ne preiudicaretur minoribus, quia donando res dotis maternæ, videtur damnificari: donare enim est disperdere: & maximè in minori, & maximè in fęmina, & ꝙ fuerit decepta, apparet ex fine, & ex læsione ipso actu inducta: vt l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obli. Et si subtiliter ponderetur ipsum statutum, realiter voluit obuiare, ne minores damnificentur, & decipiantur. Vnde posito, ꝙ interueniant dictæ solennitates, & appareat minorem damnificatum, & deceptum, adhuc tale statutum non videtur approbare talem contractum: ex eo quia omnis mens, omnis intentio statuentiũ fuit directa ad euitanda damna minorum, & deceptiones, & prouidit ea prouidentia, qua potuit, ne deciperētur, & damnificarentur. Cum appareat de læsione re ipsa, & ipso effectu, manifeste sequitur, ꝙ talis ꝯtractus donationis non tenuit: finis enim est, qui mouit agentem, & omne agens agit propter finem: & ideo dicũt Philosophi, ꝙ primum mouens est ipse finis: & maxime, quia statuentes expresserunt in dicto suo statuto, ꝙ iste erat finis, ne damnificarentur &c. & ideo dicebat glo. valde singularis in l. 2. ff. de accepti. ꝙ licet pupillus nõ possit obligari sine auctoritate tutoris: nihilominus potest obligari, si obligatio est sibi vtilis. vbi apparet ꝙ considerant finem iura. l. si mater. C. de institut. &
2 cum sim. Sicut ergo valet † conrractus sine solennitate, si tendat ad vtilitatem minoris: vt dixit Ang. in d. l. eodem modo dicemus, ꝙ non tenebit, si est cum solennitate, & est damnosus, & præiudicabilis minori: quia sicut contractus minus solennis valet, si tendat in fauorem minoris, eodem modo est dicēdum contractum solennem non valere, si tendat ad damnum minoris stante præfato statuto disponente, ne minores damnificentur, & percipiantur. Et si bene consideretur tale statutum, requirit duo: solennitatem scilicet & vtilitatem ad instar contractus alienationis celebrati super relatus ecclesiasticis: quia requiritur solennitas canonica, & vtilitas ecclesiæ, vt est tex. in c. tua nuper. in versi. vt meliora prospiciat, & totius cleri tractatu atque consensu, de his, quę fi. a prælat. & ibi per Host. & alios. Et istud proprie voluit statutum prædictum. Ex quo infero, ꝙ ex quo statutum considerauit finem, ne minor damnificetur, & decipiatur, sequitur, ꝙ posito, ꝙ contraxisset cum obseruantissimę vitę religioso, aduersus quem nulla adesset sinistra suspicio, vt in cap. 2. de oper. no. nunc. & per glos. in c. expedit. 12. q. 1. & per Host. in c. finem litibus, de dolo & contum. & in illo contractu esse damnificatus, & deceptus contractus esset nul-
3 lus: quia non † staremus præsumptioni, sed certitudini: vt l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. l. si certis annis. C. de pact. cum simil. Modo in proposito, licet contraxerit cum patre, tamen apparet lęsa, & etiam decepta illa minor donando suo patri: ergo contractus donationis fuit nullus; & maxime quia non interuenit integra solennitas ipsius statuti, vt ostēdam inferius: ergo nõ valuit talis donatio. Et si bene considerentur verba ipsius statuti hoc important. dicũt enim, cum quibuscunque personis contraxerit. quo casu venit pater, & allego glo. mirabilem & singularem in cle. 1. in versic. quibuscunque personis, de iu-
4 dic. quæ voluit, ꝙ † appellatione cuiuscunqu personæ venit persona cuiuscunque qualitatis sit, siue sit ꝑsona ecclesiastica, siue laicalis, siue in dignitate posita, siue sit ꝑsona imperialis. ita formaliter dicit ibi glo. & optime facit tex. in auth. de hęre. & falc. §. fi. in ver. in omni persona siue sacerdotali, siue imperiali &c. vt ibi habetur, & ideo sub illis verbis, personis quibuscunq;, comprehēditur etiam persona patris.

Et

Et sic verba & mens ipsius statuti adaptantur ad patrem, & sic Bal. non loquitur in casu nostro: loquit. enim eo casu, quo statutũ loquitur simpliciter. non enim loquitur, quando statutum ita pingue loquit, dicendo, cum quibuscunq; personis, &c. & etiã non loquitur, quando statutum exprimit causam finalẽ statuitionis: vt in casu nostro. & sic in casu diuerso & separato a nostro loquitur: ergo non infertur, vt l. Papinianus exuli. ff. de mino. Quinimo dico, ꝙ posito ꝙ Bal. loqueretur in casu nostro, vel ꝙ statutum nostrum esset cõceptum eo casu, quo loquitur Bal. adhuc audeo dicere Bal. male loqui, ꝙ sic ostendo.
5 vbicunque duæ † rõnes vel causæ concurrunt in dispositione statuti, & vna earum cessat, si tamen altera remanet, stat iuris seu statuti dispositio firma. l. si non lex. ff. de hæred. institu. l. liberorũ. §. notantur. ff. de his qui no. infa. Sed in casu huius statuti duæ causæ principaliter considerantur: vna est, videlicet, ne cõtingat minorem dolo circumueniri. secunda, ne
6 contingat sibi metum inferri, qui† quantumcũque leuis ob mulieris fragilitatem sufficeret in prohibẽdo suo cõsensu. Modo in casu nostro insunt istę duę causæ prohibitionis insimul, primo adest dolus patris: licet enim ius non præsumat patrem decipere filiam: vt superius fuit dictum: tñ qñ apparet manifestè, ꝙ dolosè pater se habuit circa filiam: tunc stamus certo, reiecta coniectura: vt l. certa forma. C. de iure fi. lib. 10. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obl. Modo apparet de dolo patris. vnde ex donatione facta de bonis maternis, quam pater recipit ab ipsa filia, euidenter apparet: quia filiæ vtilitati nõ prospexit, sed potius damno. Præsumptio igitur resultans ex tali donatione, tollit præsumptionem doli exclusiuam, orientem ex naturali affectione. l. diuus. ff. de in integrum restit. & induco ad hoc elegantem text. in cap. quanuis, de pact. lib. 6. in versic. nec dolo præstitutũ succurit. vbi ad hoc vt filia excludatur a successione paterna, requiritur pactum iuramento firmatum non interueniente dolo. Si ergo pater inducit filiam ad sibi donandũ hæreditatem maternam, satis apparet re ipsa dolum patris interuenisse, & ꝙ dolus possit interuenire in cõtractu celebrato inter patrem & filium, apparet ex tex. d. ca. quanuis. ergo sequitur, ꝙ vbi adest dolus patris, & damnificatio ipsius filiæ Bal. male loquitur. Et etiam contra Bal. facit, quod voluit Bar. in l. 1. ff. de auctorita. tutò. vbi dixit, ꝙ si filia non potest ex dispositione statuti cõtrahere sine consensu patris, ꝙ si ipsa cõtrahit cum patre, non valet contractus: quia non potest pater auctorare filiã in re & vtilitate propria: vt ibi dixit Bar. qui etiam idem voluit in l. 1. §. fuit quæsitũ. ff. ad Trebel. & ibi pulchre dixit dominus meus Io. de Imol. si
7 statuto cauetur, quòd mulier † non possit contrahere sine consensu propinquorum, quòd non poterit contrahere cum ipsis propinquis, consensu eorum interueniente. Idem dicamus in patre, gl. est in d. l. 1. ad fin. de aucto. tutor. & reprehendit ibi doctrinam Ange. distinguentem inter auctoritatem & consensum: quia imo sicut pater est prohibitus auctorare filio in commodum, & vtilitatem ipsius patris, eodem modo est prohibitus consentire filio, vt donet patri, quia cõsensus tunc præstatur ad commodum ipsius patris, & etiam consensus ipsorum proximorum videtur requiri a statuto in fauorem ipsius mulieris, & in casu nostro videtur ad damnum & prę iudicium mulieris interponi, quòd est cõtra omnem mentem ipsius statuentis. Et eodem modo potest reprehendi dictum Bal. in l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testament. vbi dicit, statutum disponit, ꝙ filius non possit contrahere sine consensu patris, an poterit consentire, vt filius renuntiet ipsi patri, allegat. Barto. & quod not. in d. l. 1. ff. de aucto. tuto. & glo. in l. fina. §. necessitatem. C. de bonis quæ libe. in gl. magna prope finem. Ipse verò dicit esse distinguẽdum: an statutum requirat consensum, an requirat auctoritatem. vnde auctoritatem nõ poterit præstare, sed consensum bene poterit, quia eodem modo (vt dixi) istud non est bene dictum, quia eodem modo insurgit inconueniens, quia sicut non potest interponere suam auctoritatem ad suum commodum, ita non potest interponere consensum ad suũ commodum. ¶ Et si mihi dicatur, amice, interuenit iudicis auctoritas: ergo sequitur, ꝙ suppleuit defectum patris, & ad hoc deduco tibi ad oculum glo. in l. si furio
8 si. C. de nupt. & Bal. ibi dicentem, ꝙ illa glo. est arg. ꝙ filiusfa. possit † donare causa mortis suo patri, in cuius est potestate, non auctoritate patris, sed iudicis, ꝙ dicit esse bene no. & sic posito, ꝙ pater non potuisset consentire, tñ potuit valere actus iudice interponẽte auctoritatem, & decretum & maxime quia hic interuenit consensus proximorum: quia ad hoc respondeo, & considero subtiliter pro intellectu huius statuti, quia requirit auctoritatem, & decretum po-
9 testatis, vel suis iudicis, quo casu auctoritas † aut decretum requirit causæ cognitionem, alias non valeret actus gestus ratione illius decreti, aut auctoritatis perperã interuenientis, hoc decidit in indiuiduo D. Pe. de Anch. consi. 321. incip. visis facti narratione in ver. præterea aduertendum est, ꝙ decretum & auctoritas iudicis redditur nullum: quia sine causę cognitione, & perperam interpositum: debuit enim veritatẽ inquirere, si ille actus non tendebat ad damnum mulieris: non enim debuit credere assertioni, non inuestigando, dicit esse not. tex. in l. magis puto. §. in primis. ff. de rebus eorum. debuit enim iudex inquirere veritatem assertionum: iudex aũt non sic fecit, sed statim dãdo fidem assertionibus curatorum auctoritatem interposuit, & sic passim & nimis propere, & per ꝯñs decretum est nullum, & auctoritas est nulla, allegat. l. magis puto. §. ne passim. & §. prætori. & quod dicit Cy. in l. 1. C. de ꝯfess. in 15. q. vbi tales confessiones administratorum non præiudicant minoribus: esset enim illa via spoliandi minores, si voluntarijs eorum assertionibus crederetur: vt d. §. ne passim. prealle. concludendum est igitur, auctoritatem iudicis in hoc contractu, siue distractu perperam interpositã sine aliqua causę cognitione adhibita, & per ꝯñs non valere allegat. c. tum ex literis, de in integrum restitutione, vbi ex temporis breuitate nõ præsumitur adhibita causæ cognitio. Idem dixit Bar. in l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iudi. allegando. d. cap. tum ex literis. Subdit ibi dominus Petrus, ꝙ iudex expediuit suum decretũ ex simplici assertione curatorum minoris, quorum assertioni fidem dedit, ꝙ facere non debuit, allegat etiam. l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconsu. dicit etiam, ꝙ cum aliquid committitur iudici explicandum cum causę cognitione, ꝙ si ea non pręmissa aliquid facit, illud est nullius momenti. l. cũ hi. §. si prętor. ff. de transact. Et ex istis concludit dominus Petrus, ꝯcessionem factam per minorem esse nullam, & argui de nullitate, & euidenti iniquitate: vt ibi late scripsit dominus Petrus, & ista sunt formalia verba sua. Et sic in indiuiduo decidit istã quæstionem, ex quo dicto datur stupendus intellectus & verus ad dictum statutũ Forliuij, ꝙ debuit adhibere Potestas, aut iudex causæ cognitionẽ, qñ interponit decretũ, & cognoscere & examinare veritatem assertionum: non enim est presumendum, ꝙ statutum requirens auctoritatem, & decretum iudicis voluerit interponi sine perfecta deliberatione, & veritate, ne minor damnificetur, aut decipiatur: maxime cum illud exprimat,

primat,& in casu isto Ptās intrauit ecclesiam,& po-
suit in bancho,& eodē instanti interposuit decretū,
& auctoritatē donationi, & strangulauit illam mu-
lierem minorem cum graui damno & læsione illius
minoris. Deus iudiciū tuum regi da. Et sic apparet,
ꝙ ista īterpositio decreti, & auctoritatis fuit nullius
momenti,& per consequens pater non potuit con-
sentire in facto, & commodo proprio,& per conse-
quens male dixit Bal.in d.l.pactum.in 17.q.& etiam
eum reprehendit ibi Lud.Rom.No.ꝙ dicta gl.& di-
ctum Bald.in d.l.furiosi.sunt intelligenda, quando
causa cognita,& non perperam fuit interpositū de-
cretum,ꝙ non fuit in casu istius,& ideo posito,ꝙ in-
teruenit solennitas statuti,tamen debuit interueni-
re causa cognita,ꝙ nō fuit:ergo &c.Facit,quod no.
gl.sing.in l.seruus.in ver.de conditione.ff.de bo.pos.
titu.generali.Et sic ex isto capite nullo modo tenuit
talis donatio: tum quia mulier minor fuit damnifi-
cata:tum quia dolo inducta: tum etiam quia iudex
perperam interposuit suum decretum,& auctorita-
tem:ergo &c. Præterea etiam conuincitur ex alio,ꝙ
non valuerit talis contractus donationis: vna enim
ex causis requirentibus consensum proximorū fuit,
ne induceretur per metum ad donādum,& venden
10 dum:sed in casu nostro interuenit † nimia reueren-
tia patris, quo casu actus dicitur gestus per metum,
iste est tex.in l.antepenult.ff.de fur.& habetur in l.1.
§.quę onerandę.ff.quarum rerum actio non de.hoc
decidit in terminis huius statuti contra decisionem
Bal. Lud.Rom.in d.l.pactum.C.de colla.ꝙ isto casu
inducitur per metum reuerentialem ad renuntian-
dum & donandum.¶Et si dicatur,ꝙ interuentus do
mini Iudicis,seu Potestatis & interuentus proximo-
rum purgauit omnem metum: vt habetur in l.tran-
sactione,& ibi per Bar.& Bald.C.de transa.ergo tolli
tur omnis præsumptio metus. Circa hoc est aduer-
tendum:quia in puncto præsupponitur,ꝙ dicta mi-
nor tēpore illius donationis plorabat: licet non po-
terit ad plenum probari,est tamen verisimile,consi-
derato,ꝙ erat sponsa tradenda,& desponsanda ma-
rito,& ꝙ pater eā spoliabat bonis,& hæreditate ma-
terna,nec audebat resistere voluntati paternę: tum
quia mulier;tum quia filia propter reuerentiam pa
ternam,vnde istis inuicem concurrentibus oīs leuis
probatio erit sufficiens: licet ergo non plene probe-
tur planctus & fletus mulieris: tñ concurrentibus su
pradictis non poterit esse ita leuis, quin non sit suffi-
ciens,quia imo erit sufficiens,quo casu tollitur præ-
sumptio exclusiua metus pp interuentum proximo
rum & iudicis,inducta,ideo tunc stamus certo,& est
p̄sumptio ista fortior metus,quàm pręsumptio non
metus: ex eo quia primò habet præsumptionem iu-
ris:vt est text.in d.l.antepe.& in §.quæ onerandæ, &
alle.tex.in indiuiduo,in d.c.quanuis,de pac.in 6.vbi
11 tex.dicit non metu,quasi velit inducere, ꝙ † qñ filia
renuntiat hæreditatem, vel facit pactum de non suc
cedendo,& illud firmat per iuramentum,debet esse
libera a metu,quasi velit,ꝙ præsumitur,ꝙ metu re-
nuntiet,vt est text.in d.l.antepe.ideo concurrit iuris
cōis præsumptio, ꝙ autem fuerit purgatus metus,
inducitur præsumptio per interuentū proximorum
& iudicis,& sic laborant illæ præsumptiones adinui
cem faciendo ꝯflictum & pugnam,sed ꝙ metus non
fuerit purgatus,apparet ex superueniēti pręsumptio
ne fortiori: quia fletus & lachrymæ inferunt metū,
& sic præponderant, & per ꝯñs est fortior præsum-
12 ptio pro metu,& in † præsumptionibus est dare gra
dum: quia statur potentiori præsumptioni: vt in c.
afferte,de pręsump.l.1.C.qui & aduer.quos,& l.3.ff.
de mino.doct.in c.fi. de iureiuran.& in l.admonen-
di.ff.eo.& facit singulare dictum Inn.in c.super hoc,
de renunt.vbi dixit, ꝙ si centum testes deponunt de
voluntate libera,& duo testes deponunt de volunta
13 te coacta,ꝙ quis renuntiauit per metum,ꝙ † potius
statur dicto duorum,quam dicto centum,& est ra
tio, quia deponunt de actu verisimiliori: verisimi-
lius enim est, quòd quis renuntiauerit beneficium
per metum,quam liberaliter, arg.l.cum de indebi-
to.ff.de proba.& c.causam,de proba.& quod voluit
Inn.in c.auditis,de præsc.& cum dicto Inn.transiuit
Bal.in tractatu scismatis,posito in titulo.C.si qs aliq.
te.prohi.& in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offi. pro-
consul.& Lud.Ro.in rub.ff.de arbi.& licet Ang.in l.
nō est verisimile.ff.quod metus causa.teneat ꝯ Inn.
tñ somniauit: & etiam Ang. ibi loquitur per verbū
forsan dubitando, & etiam Ang.ibi dicit dictū Inn.
procedere,qñ præsumptio laborat in fauorem alle-
gantis metum: vt est in nostro casu:quia mulier, &
minor, & filia donat bona materna, & omnis præ-
14 sumptio iuris est,ꝙ auarissimum † sit genus fęmina-
rum.l.si stipulata.ff.de dona.inter vi.& vxo.l.quę do
tis.ff.sol.ma.cum si.& facit glo.singularis in c.episco
pus.74.dist.quæ dat doctrinam,per quæ signa appa-
reat,ꝙ quis faciat actum in scriptis,& facit etiam sin
gulare dictum Inn.in c.causam matrimonij, de offi.
15 deleg.vbi dixit,ꝙ si † præcesserunt minę,licet in ꝯtu
minoris,aut mulieris interueniant consanguinei;tñ
non purgatur metus: multofortius in casu nostro,
qñ tempore ipsius actus gesti, & dum geritur, mu-
lier ipsa plorat,& per consequens apparet, ꝙ metu
ducta ista miseranda mulier minor donauit: est qd-
dam ineptum dicere, ꝙ mulier minor donet bona
materna,& sic constat dolo & metu inductam fuis-
se ad donandum istam minorem,ꝙ est ꝯ omnem iu
ris sanctionem,& contra omnem honestatem. Præ-
terea,ꝙ etiam interuenerit dolus apparet. In ista do
natione non interuenit solēnitas statuti, vt inferius
ostendam:ergo sequitur,ꝙ dolus interuenit.hoc de
cidit glo.singu.in l.1.C.de fide instr.& iur.hast.fisca.
lib.10.in verbo mala fide. vbi requisitæ solennitatis
omissio vehemētem doli præsumptionem inducit.
pro qua facit.c.qui contra,de reg.iur.li.6.& l.quem-
admodum.C.de agri.& censib.lib.11.ꝙ autem non
interuenerit,ostensam inferius. Et sic sequitur,ꝙ do-
losè inducta fuit illa mulier ad donādum. ¶Et si mi-
hi dicatur,amice, interuenit iuramentum: iurauit
enim mulier tenere firmam talem donationem: er-
go. Ad hoc etiam considero & allego elegantem do
ctrinam Bal.in c.1.§. item sacramenta,de pace iura.
fir.vbi dicit,præsumi quendam tacitum & velatum
metum conseruata conditione personæ: quia mu-
16 lier est minor † enim metus sufficit in muliere: vt in
c.indignantur.32.q.6.glo.in c.cum locum, de spon-
sali. & allegat ibi Bal.glo.l.3.§.per contrarium.ff. de
contra.iudi.tu.ꝙ huiusmodi refutationes facię a mi
noribus ita sunt validę,si nec metus,nec fraus inter-
uenit:ideo tunc præsides ciuitatum faciunt talia iu-
ramēta remitti etiam per capturam personæ.l.illici-
tas.ff.de off.præsi. & ꝙ metu interuenit illud iuramē
tum,hoc suadet ſm Bal.ibi,tenera ætas,& fragilis se
xus ſm eum,cum nullam audaciam pręsumatur ha
bere,& idem Bal.in l.2.ver.nonò quero.C.de rescin.
vendi.dixit, ꝙ minores facile seducuntur quandoq;
pollicitationibus,in authen.vt immobil.ante nupt.
do. & ideo dicit æquissima fore statuta contrarium
statuentia,& ideo dixit dominus Petrus de Anchar.
in c.1.in 11.q.circa fi.de consti.se de facto consuluis-
se Senis,quandam mulierem fuisse absolutam a iu-
ramento: quia renuntiauerat patruo bona paterna
pro certa quantitate,& idē voluit cons.328.vbi con-
suluit,tale iuramentum non obstare,& in suo consi.
357.& consilio 35.& consilio 78.& in d.ca.quanuis,

17 de pactis.libr.6.non enim † debet esse vinculum iniquitatis iuramentum.c.quanto,de iureiura.22.q.4.c.inter cætera,debet enim iuramentum habere tres comites,veritatem,iudicium,& iustitiam.c.animaduertendum 22.q.2.c.etsi Christus,de iureiura.auth.quod eis.C.de nup.modo istud iuramentum est vinculum magnæ iniquitatis,nec habet veritatem,nec iustitiam, quæ enim iustitia est,vt ille pater faceret, ꝙ filia donaret sibi bona materna:& maximè: quia in casu isto pater iam mortuus est, & istud voluit D. Ant.referens se ita consuluisse in quadam puella renuntiante.Facit etiam,quod voluit Bald.in d.c.1.§.item sacramenta.vbi dicit,pręsumi dolum esse commissum ꝯ minorem ex enormi lęsione:puta quia renuntiauit hæreditatem sibi delatam.facit,quod voluit Bar.in l.fi.ff.de præto.stip.vbi dixit,ꝙ arbiter pręsumitur fuisse in dolo, si enormiter læsit.& dicit, ꝙ boni præsides faciunt talia iuramenta relaxari.Ergo sequitur,ꝙ tale iuramentū nullo modo obstat huic mulieri. Præterea facit in casu nostro,mulier donauit:scirē libenter quo spiritu ductus ille miserrimus iudex,aliter non cognito de re,approbauit talem donationem.vnde pulchrè dixit Bald.in l.1.C.si aduersus dona.ꝙ impossibile est,ꝙ minor donet, cum ad illum actum non possit habere curatorem.facit tex.

18 singu.in l.fi.C.si maior fac.vbi iudex † non potest interponere suum decretū, vt minor donet,& si interponat,non tenet donatio.ergo sequitur,ꝙ cum tale statutum loquatur de donatione,& de iure communi, non potest iudex interponere decretum, vt minor donet:debuit intelligi tale statutum,ꝙ interponat decretum ad fauorem minoris,ne damnificetur aut decipiatur:vt iam exprimit statutum pręfatum. Et etiam facit,quod voluit Ang.in quodā suo consilio incipiente, domina Catherina &c. vbi cum quædam mulier iurasset patruo nō petere hæreditatem paternam pro certa portione, quā recepit a patruo consuluit,ꝙ non obstante tali iuramento potuit petere hæreditatem paternam.Facit, quod voluit do. Gaspar de Calderinis in consilijs suis,in titulo de iureiuran.in consi.quod incipit,duæ puellæ sorores,ꝙ

19 †propter dolum præsumptō non tenetur puella seruare tale iuramentum . Et per consequens sequitur in casu nostro,ꝙ non obstante tali iuramento poterit dicta mulier venire contra donationē præfatam. Præterea facit,quia in fine dicti statuti dicitur, aliàs tales contractus præsumantur dolosi, & extorti: & sic tale statutū præsumit dolo, & metu fuisse gestos tales contractus,quo casu succedit elegans doctrina Bar.quam communiter doct.sequuntur in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.vbi Bar.voluit,ꝙ si statutum præsumat contractum dolo,aut metu gestum,tunc iuramētum in eo appositum non obligat iuramentum : ex eo quia iuramentum dolo,vel metu extortum non ligat de iure canonico:vt in d.c.quanquis, de pact.li.6.cum si.ergo &c.Pręterea dicitur in dicto statuto copulatiuè interuenire debere iuramentum corporaliter præstitum,& consensum duorum consanguineorum proximorum,si extant,vel saltem affinium,si consanguinei non extant,& auctoritatem & decretum dn̄i Potestatis,vel iudicis:& insinuationem in actis. Et sic requirit concursum oīum istorū quo casu si omnia ista non interueniant, obligatio, aut donatio minoris est nulla.l.si hęredi plures.ff.de condi.insti. Et facit,quod pulchrè dixit Bald.in l.minoribus.C.de his qui.vt indig.vbi dicit,ꝙ si custos villæ tenetur denuntiare malefactores in villa,aliàs puniretur, ꝙ denuntiauit omnes excepto vno, quod incidit in pęnam,ac si nullum denuntiasset,& idem Bal.in l.1.C.de his quæ pę.no.dixit, testator mandauit hæredi,vt det mihi.10.infra mēsem,aliàs det mihi domum testatoris,& infra illud tempus donauit mihi nouem,ꝙ elapso illo tpe tenetur mihi dare domum:non enim dicitur aliquid esse actum,dum aliquid restat agendum.l.fi.C.ad Sillan. In casu nostro oportet, ꝙ omnia formaliter adimpleantur, & solēniter:quia non sufficeret adhibere actum,nisi fiat solenniter:vt in l.quoties.ff.qui satisda.cogant.& in l.4.§.cōdemnatum.ff.de re iud.cum si.Modo in isto statuto requiritur,ꝙ iudex interponat auctoritatem & decretum,intelligitur,ꝙ interponat solenniter cā cognita,ne minores damnificentur,aut decipiantur, vt superius est demonstratum : & tn̄ non interuenit causæ cognitio,nec examinatio damni,aut commodi illius minoris: ergo perinde habetur,acsi auctoritas esset nullitus interposita:vt consuluit Pet.de Ancha.in præalle.consi.321.ergo habetur,acsi non fuisset interposita auctoritas,& decretum iudicis : ergo ex isto capite donatio illa est euidētissimè nulla.Pręterea in ista donatione, interuenit consensus vnius

20 consanguinei,& vlterius erat†frater bastardus illius patris huius mulieris,quo casu istud fuit contra omnem intentionem statuentium:mens.n.statuti intelligi debet de habilibus,& de legitimis ei, de quibus est solennis præsumptio, ꝙ fideliter & vtiliter se habebunt circa ipsum minorem, & ideo dixit Bal.in l.j.C.qui admitti. ꝙ stante tali statuto non sufficit, ꝙ interueniat cōsensus mulierum proximarum:quia propter fragilem sexum non versarentur vtiliter circa illum consensum, & idem voluit idem Bal.in l.fi.C.de verb.sig.ista fidelitas non cadit in bastardis:vnde dixit aureus tex.Bonifacij martyris de tali cōmixtione meretricum,degeneres populos, & ignobiles furētes libidine fore pro creandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora vel ignobiliora vertgentem.Ita formaliter dixit tex.in c.si gens Angelorum.56.di. Et sic statutum præfatum non intellexit de bastardo consanguineo,& etiam ex verbis ipsius statuti apparet,ꝙ non intellexit de bastardo:quia ex quo dixit de consensu consanguineorum proximorum,bastardus non dr̄ esse cōsanguineus.Vnde pulchrè Dy.consuluit, cuius consilium refert,& sequitur Bald.in l.id quod pauperibus.C.de episc.& cle.ꝙ

21 appellatione † coniunctorum non venit bastardus, & sic tam ex verbis statuti,quàm ex mente ipsius statuti excluditur ille bastardus.Et facit tex.in l.generaliter.§.cum autem.C.de insti.& substi.vbi statutum, aut lex loquēs de filijs,non intelligit de bastardis : & ibi dixit Bal.statuto cauetur,ꝙ pater teneatur soluere condemnationem pro filio,non intelligitur de filio bastardo,& dicit fuisse decisum in facto continebatur in capitulis pacis, ꝙ nullus de Petramala possit stare in ciuitate,ꝙ non comprehēdebatur bastardus de illa domo,& rectè fuit consultum ſm eum,al

22 legat Bar.in l.fi.C.de ver.sig.quia † propriè non sunt de domo,nec de iure, nec de consuetudine possunt portare arma domus. idem Sal.in d.l.generaliter.§.cū autem.Et facit,quod voluit idem Bal.in l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris,& quod voluit gl.singul.in l.hac parte.ff.vnde cog.quæ vult, ꝙ bastardus non dicitur coniunctus alteri fratri, quam allegat pro singulari Ioan.de Imol.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebellian.Facit,quod ibi voluit Ang. ergo sequitur,quòd perinde habetur,acsi non interuenisset,nisi vnus consanguineus proximus: sed statutum requirit duos : quia magis confidit statutum de duobus,quàm de vno:quia quod a pluribus dicitur,præsumitur verius & iustius.ca.in canonicis.19.disti.c.de quibus,20.dist.& quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum:vt in c.cū esses,& in c.relatum,de testi.Et ideo statutum Forliuij dixit, ex consensu duorum consanguineorum proximorum,vel

triū: ergo debebat suppleri numerus per affines ipsius minoris: quia iam præsupponitur in puncto, ꝙ hab ebat affines, & statutum prædictum requirit in defe ctum consanguineorum proximorum consen sum affinium, ꝙ non fuit factum in ipso contractu. Et per consequens talis donatio peccauit in forma tradita sibi a statuto: ergo sequitur, ꝙ non tenuit, & per consequens etiam comprehenditur dolus ipsius patris, qui non adhibuit solennitatē requisitā a statuto, maximè cū istud statutum sit exorbitans a iure cōi, vt habilitet minorem ad donandum, qđ facere non potest minor de iure cōi. nec curator potest interponere auctoritatē, vt minor possit donare: vt superius fuit dictū. Ergo sequitur viua & incōuincibili ratione, ꝙ talis donatio fuit nulla, & cum superius opponebatur, ꝙ non præsumitur, ꝙ pater deciperet filiam, istud nō est verum in casu nostro, vt ex superioribus dictis est liqdissimum: ergo &c. Præterea ēt nō nisi dolus apprehendi pōt ex eo:: qa clandestinè talis donatio fuit celebrata, qa ignorante spōso, cui tradenda de ꝓximo erat dicta mulier: vnde agebat̄ de qualiquali prẹiudicio ipsius: qa expediebat sibi hr̄e vxorem locupletē: ideo vr̄, ꝙ clandestinè fuerit facta talis donatio. ꝑ id, quod no. Bar. in l. 2. de his qui ex publ. ratio. lib. 11. & Lud. Ro. in l. clam possidere. ff. de acq. pos. Præterea facit: quia talis donatio fuit celebrata in ecclesia, & interposita decretum, & auctoritas iudicis, quo casu sequitur regula tradita in ca. decet. de immu. ecclesi. vbi talis
23 † actus non potuit in ecclesia celebrari, hoc decidit in indiuiduo Bal. in l. actus. C. de fer. vbi dixit, ꝙ non potest interponi decretū in ecclesia super alienatione bonorū minoris, & allegat rationē, videlicet qa requirit causæ cognitionē: vt l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bono. pos. serue. ergo in ecclesia fieri non pōt: vt in d. c. decet. Et per ꝯn̄s ex hoc etiam apparet, ꝙ nō valuit dicta donatio, tanquam celebrata in loco ꝓhibito: quia cū agatur de alienandis rebus ipsius minoris: qa donādo bona materna alienat, & abdicat a se bona sua, sequit̄ necessario, ꝙ talis donatio ex hoc etiam redditur nulla. Et est diligenter ponderādum illud dictum Bald. quia dicit expresse, ꝙ decretum interpositum super alienandis rebus requirit causæ cognitionem: & sic non perperam debet interponi: vt voluit dominus Petrus in allegato superius consilio, & per consequens multifariè, multisque modis apparet ostensum, ꝙ talis donatio est nullius effectus, aut vigoris, & per consequens competit huic mulieri remedium contra talem donationem, quatenus de facto, & non de iure facta fuit. Præterea ex alio apparet, ꝙ nō tenuit talis donatio,
24 nec apparet, ꝙ dicta † minor adiuerit talem hæreditatem, seu se immiscuerit tali hæreditati, ꝙ sic ostendo: aut dicimus per illum actū donandi fuisse aditā hæreditatem per ipsam mulierem, aut alium, & clarum est, ꝙ nec per alium, nec per illum actum videtur se immicuisse illi hæreditati. Quod sic ostendo: statuto Forliuij cauetur, ꝙ non possit obligari qualitercunque minor, aut pupillus sine certa solennitate: ergo sequitur, quòd sine illa solennitate nō poterit adire: quia adeundo se obligat. Et pondero illa verba ita prægnantia qualitercunque. ¶ Et si opponatur de gl. in l. 2. ff. de accepti. quæ dicit, ꝙ pupillus potest obligari sine auctoritate tutoris, si illa obligatio tēdit ad fauorem, & liberationem ipsius pupilli, & ibi Angelus voluit statuto cauetur, ꝙ minor non possit obligari sine cōsensu propinquorum: & minor facit ꝯtum sibi vtilem sine consensu propinquorum, ꝙ valet talis ꝯtus. Ita erit dicendū in proposito, ꝙ valet talis ꝯtus quasi aditionis sine solennitate statuti, argumē. l. non eo minus. C. de procura. cum similib. Quia ad hoc respondeo, si in dicto statuto Forliuij sunt verba ita prægnantia, ꝙ qualitercunque obligetur, non possit sine illa solennitate contrahere, tunc non obstat glossa illa: quia standū est dispositioni ipsius statuti, & ita superioribus diebus vidi, & cōsului in quodam statuto Forliuij. Sed in statuto mihi transmisso non sunt apposita dicta verba: ideo aliter respōdeo, ꝙ ista aditio per actum huius donationis, & cessionis factæ per ipsam minorem non tendit ad vtilitatem ipsius minoris: quinimo est ad damnum & præiudicium ipsius minoris: ideo non præsumitur facta aditio, nec potuit fieri stante præfato statuto: non enim tendit ad commodum, sed ad damnum: & ideo consuluit Ang. in ciuitate Anconę, vbi erat statutum, ꝙ mulier nō possit obligari sine consensu propinquorum, ꝙ potuit adire hæreditatem opulentam ex qua nō cōsequebatur damnum, sed commodum dumtaxat: vt plene alllegat Ang. in d. consi. Sed in casu nostro tendit ad ruinam, & graue præiudicium ipsius ergo sequitur, ꝙ non potuit induci aditio hẹreditatis nō aditę per ipsum actum cessionis, & donationis, cū nō interuenerit solennitas integra requisita ab ipso statuto. ¶ Et si dicatur, & pr̄ præsumitur noīe filiæ adijsse hæreditatem: quia retinendo illā dotē maternā vr̄ tacitè adijsse: qa sicut ex nō facto ꝑsumit̄ & inducit̄ repudiatio: vt in l. recusari. ſm intellectum Iaco. de Are. ff. de acq. hær. ita inducitur aditio ex non facto:
25 cum † paribus incedant gradibus aditio & repudiatio: vt not. in rubrica. ff. de acquiren. hæredita. & ita concludit Bar. in sua q. incipiente, debitor in diem. adeo quòd mortuis filijs non tenetur pater restituere hæreditatem cōsanguineis vxoris. & idem voluit idem Barto. in l. gerit. ff. de acquir. hæreditate. Quia ad hoc respondeo, primo Baldus operto ore, & viuis rationibus tenuit contra Bartolum in l. si certis annis. C. de pactis. & in l. dos a patre. C. solu. mat. & in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & in l. j. C. qui admi. & in l. nō hoc. C. vnde cogna. & in l. in his. §. seruus. ff. soluto matri. & respondet motiuis Bart. & fuit quæstio de facto Papiæ, & vidit consultum contra Bart. per excelsos in iure viros, & ego eos sequutus fui consulendo. & etiam in casu nostro non militat doctrina Bartol. in dicta disputatione. & in dicta l. gerit. quia est in damnum & præiudicium ipsius filiæ, ꝙ non fuit de mente Barto. ibi. nec est verū fundamentum Bartol. ꝙ repudiatio & aditio pari-
26 bus gradibus incedant: nam † repudiatio fit nudo animo: vt instit. de hæredita. quali. & differen. §. fin. non autem est sic in aditione. Ita formaliter dicit Bart. in dicta l. gerit. vnde non est mirandum, si per non factum inducitur repudiatio, & non aditio. nam aditio est facti: vt dixit glos. in l. mutus. ff. de acquiren. hæredita. & institu. de hæredit. quali. & differ. §. fin. & in d. l. recusari. & ideo dixit glo. in d. l. gerit. ꝙ animus sufficit sine alio facto extrinseco: dum modo declaratur saltem verbis. & ita glo. in d. l. pro hærede. ff. de acquiren. hæredi. & in l. potuit. C. de iure deliberandi. dum dicunt, ꝙ sufficit solus animus, intellgitur. i. sine alio facto extrinseco. & ideo alię gl. quæ dicunt, quòd requiritur animus, & factum, intelliguntur de facto declarāte animum, & ita tenet Bar. in d. l. gerit. & d. l. pro hærede. & sic requirit̄ declaratio animi. Facit, quod voluit idem Barto. in l. si auia. C. de iure deliberandi. vbi dicit, se milies fecisse tpe mortalitatis declarari aīum, & voluit Bald. & Sal. in l. potuit. C. de iure deliberā. Modò apparet, ꝙ per ipsam filiam non fuit adita hæreditas: vt est superius ostensum. eodem modo dico, ꝙ non est adita per ipsum patrē. Modo aditio requirit aīum declaratum verbo, vel facto: vt dictum est in casu nr̄o,

nulla declaratio animi interuenit ex parte ipsius patris, ꝙ ipse adiuerit pro filia: ergo sequitur, ꝙ nulla aditio facta extitit: nam per ilam donationē & cessionem, quam pater procurauit sibi fieri a filia, non inducitur aditio: quia tunc tpis illa mulier erat annorum 23. & sic dicta doctrina Bar. nō militat in casu nostro, nec loquitur in casu nostro. & etiam quia Bar. loquitur, qn̄ pater tenuit dotem maternam delatam filijs: & filij postea mortui sunt: decidit, ꝙ pr̄ retinebit sibi dotem, & hęres patris retinebit sibi dotem, nec illam restituet consanguineis vxoris iā defunctę. Modo istud est longè alienum a casu nostro: ex eo quia ista filia viuit, & pater nullum actum aditionis verbo, aut facto fecit pro filia, & illa donario facta patri de dicta hæreditate, arguit filiam adijsse tunc temporis hæreditatem, quo casu nō potuit nō interueniente solennitate statuti: & etiam quia si aditio facta fuisset, tunc clarum est, ꝙ redūdabat in graue damnū & præiudicium ipsius filiæ. Et per ꝯns nō est inducta aditio, & sic multifariè apparet de iure ipsius dominę, ꝙ talis aditio facta nō fuit, nec potuit fieri stante dicto statuto: nec etiam valuit dicta donatio, nec dicta cessio. & ita cōcludo in fauorem huius dominæ: & sic partes domini iudicis erunt in declarando illam cessionem, & donationem nullā esse, nec factam fuisse aditionem per illum patrē nomine suæ filiæ, nec tempore illius cessionis potuisse dictā dominam adire hęreditatem maternam non seruata forma & dispositione statuti. Et ita ꝯcludo.

EPITOME.

¶ Relictum factum pię causæ vt valeat, non requiritur adhiberi solennitatem in testamētis a iure introductam, sed sufficiūt duo testes, inter quos numeratur notarius, si probatio testamēti fiat per viuam vocem, aut mixtim, si vero per scripturam, non habebitur in numero testium. Item exequi relicta pia est mixti fori: spectat enim ad iudicem ecclesiasticum, & in eius negligentiam poterit adiri iudex laicus.

SVMMARIVM.

Notarius nō prohibentur esse testis in testamento. nu. 3. & 23
Testium fides approbata a testatore maior est. nu. 6.
Testamentum imperfectum probat voluntatem defuncti. nu. 8. & 11.
Filiorum causa est fauorabilior, quàm sit pia causa. nu. 9.
Testamentum ad pias causa valet, licet sit imperfectum ratione voluntatis: multo fortius si sit imperfectum ratione solennitatis. nu. 12. 15. & 31.
Scriptura manu testatoris sufficit ad piam causam, sicut inter liberos. nu. 14.
Relicta ad pias causas regulātur iure diuino & naturali. n. 16.
Testium rogitus introductus de iure ciuili. nu. 18.
Relicta pia exequi est mixti fori. nu. 32.

CONSILIVM XLII.

Clementissimum Deum & pijssimum Saluatorem nostrum Iesum Christum ex corde & animo huic cōsultationi inuoco, vt veritatē ponat in ore meo: ipse enim ad Moysen dixit, ero semper in ore tuo, & docebo te, quid loquaris. Quare eius benignitate cōfiscus, spero vires ingenij augeri in melius. Ideo visis consilijs elegantissimis redditis per hos clarissimos iuris interpretes Paduanos mihi partes summo honore obseruādos, & maturè pensatis super facto mihi proposito videtur esse dubitatio non mediocris, an ecclesia sancti Bartholomæi possit petere, & obtinere legatum dictæ possessionis: & videtur ꝙ non. & hoc decidit in indiuiduo Petrus de Anch. in c. cum esses, de testa. vbi quærit, aliquis fecit testamētum, in quo instituit ecclesiam sanctæ Mariæ, deinde tractu temporis cū esset infirmus, vocauit duos testes, & fecit scribi per quendam clericum quædam legata, & in alijs suis bonis instituit pauperes Christi, & in pręsentia dictorum testiū manifestauit prædicta, ꝙ volebat, ꝙ omnia prædicta per vnum notorium in publicam formam redigerentur, & sic hoc facto postea, antequā haberetur notarius, & alij testes, mortuus est: reuocatum fuit in dubium, vtrum primum testamentum sit sublatum. Et videtur ꝙ sic, ex quo ista voluntas fuit in scriptis redacta coram prædictis duobus testibus, per tex. d. c. relatum, et l. 1. de testa. & per. §. disponat in auth. de nup. & d. l. diuus. ff. de testa. mili. Contrarium decidit dominus Petrus in d. c. cum esses. ex eo: quia non potest dici, ꝙ per pręclictos testes possit probari testamentum: sed quædam nuda verborum enuntiatio redigenda postea in testamentū.
1 Sicut in simili videmus, ꝙ scriptura † quam iudex habet ante formare, & demum recitare, non est sententia, sed est quædam præparatio ad sentētiam. l. 2. C. de sent. ex breuicul. reci. Ita nec hoc casu videtur fuisse testamentum, sed quædam ordinatio priuata redigenda postea in testamentum, & videtur posse argui de sententia ad testamentum: cum testamentum dicatur sententia. l. 1. ff. de testa. in verb. sententia. facit l. fi. C. de reb. alie. non alie. & in l. seruus. ff. de manu. Et sic videtur se potius præparasse ad faciendum testamentū, quam fecisse. l. si is qui. ff. de testa. Nec obstat dictum ca. relatum. & d. capi. cum esses. quia ibi constabat saltem per duos testes factum esse testamentum: secus in quæstione prædicta, & refert ita in accidentia facti consuluisse Oldra. Laudēsem. & hoc etiam tenuit Ioannes Andreas in addit. Specula. in titulo de instru. edi. §. compendiosè. sup versiculo, & quid sæpius. Et facit, quod consuluit dominus Paulus de Castro, consilio 370. vbi consuluit, quidam multis annis condiderat testamentum, & fecerat legata pia, postea in articulo mortis interrogatus ab aliquibus propinquis, si volebat instituere nepotes, respondit, quòd volebat instituere, & instituebat nepotes suos, postea accersito tabellione nūquam voluit respondere, & mortuus fuit: an per talia verba fuerit reuocatum primum testamentum, & cōsuluit ꝙ non. Ita dicamus in casu nr̄o, ꝙ istud secundū testm̄ sit nullum, & per cōsequens non videatur deberi legatū ecclesiæ sancti Bartholomæi. Facit etiam, quod voluit idem dominus Paulus in cōsilio incipiente, dubium facit in suprascripto pūcto. & in ordine 362. vbi quidam fecerat testamentum ad pias causas coram septem testibus, postea fecit secundum testamentum etiam ad pias causas cum duobus testibus dumtaxat, an secundum testamentum pręferatur primo. & finaliter concludit in illo consilio, quòd testamentum primum sit sublatum per secundum, & mouetur ex eo: quia eandē
2 & tantam † vim habet testamentum validum de iure speciali ad tollendum primum, quantam validū de iure cōmuni, ne aliàs priuilegium testandi sine solennitate in certis casibus concessum sit inutile, probatur in l. 2. ff. de iniusto testa. Ita dicamus in casu nostro ex eo: quia ibi dicit dominus Paulus, ꝙ si in primo testamento interfuerūt duo, qui sunt maioris potentiæ, q̄ illi septē & c. & sic firmat dominus Paulus, quòd duo testes oportet, ꝙ interueniant ad

tollendum

tollendum primum testamentum validum ad pias
causas.Sed in casu nostro non interuenerũt duo te
stes: ergo sequit̃; ꝙ non est sublatũ primum, & per
consequens nec valuit ista ademptio huius legati,ꝙ
testator legauerat suo fratri: nec etiam valuit istud
legatum factũ ecclesiæ sancti Bartholomæi.¶ Et si
dicatur,ꝙ in isto testamento interuenerunt duo te
stes: ex eo quia interuenit vnus testis,& notarius, q
3 habetur loco testis: scriptor †enim testamenti non
prohibetur esse testis in ipso testamento: vt est text.
in l.Domitius.ff.de testa.& sic probatur ibi, ꝙ tabel
lio, qui scripsit testamentum potest computari, &
computatur in numero testium : quia ibi erat scri-
ptura priuata. Sed in casu nostro scriptura erat pu-
blica: quia tunc tabellio nõ debet computari in nu
mero testium. nam requiritur, ꝙ tabellio apponat
duos testes in scriptura diuersos ab ipso tabellione,
alias scriptura non probare posset. posset tamen ꝓ-
batio fieri p testes, inter quos etiã ipse tabellio pos-
set testificari. hec in effectu fuit sententia gl.in l.hac
consultissima.C.qui test.face.pos.Ita etiam tenent
scribentes in d.l.Domitius. ergo non interfuerunt
duo testes in hoc actu testamenti. Prȩterea in testa
4 mentum † requiritur rogitus testium: vt l. hȩredes
palam.§.pe.ff.de testa.cum si.sed hic non inteuenit
rogitus testium: ergo sequitur, ꝙ non valuit testm̃.
¶Et si dicatur,ꝙ ad pias causas non requiritur rogi
tus testium : vt probatur in d.c.relatum.de testa. &
firmat Bar.in l.j.C.de sacrosan.eccle. Ad hoc respon
deo,negando assumptum,ꝙ imo requiritur rogitus
testium in relictis ad pias causas. hoc voluit Franci-
scus de Albergotis,vt refert D. Anto.in d.c.relatum.
qui in accidentia facti ita consuluit,ꝙ non valeat te
stamentum ad pias causas,si non interueniat rogi-
5 tus testium: quia † a iure ciuili non debet recedi,ni
si quatenus est expressum a iure canonico : sed per
ius canonicum non est recessum, nisi in numero te
stium: ergo remanet illud,ꝙ debent rogari testes.&
idem voluit Lapus in suis allegationibus,allegatio-
ne 30.referens in facto ita consuluisse Bald.Et domi
nus Ant.in d.c.relatum.dicit, ꝙ ista pars seruaretur
in practica. & ad hoc allego tex.d.c.relatum. vbi re-
4 sic apparet † ꝙ illa verba, saluis casibus infrascriptis, modificant, & limitant legatum vsusfructus dictorum bonorū. & est sensus verus, & indubitatus resultans ex illis verbis, ꝙ in casibus infrascriptis non videtur legare vsumfructum dictis vsufructuarijs. Si ergo ostendam, ꝙ iste est de casibus infrascriptis, isti tales non sunt amplius vsufructuarij, ex dispositione ipsius testatoris. Quod autem casus huius hæsitationis sit de casibus infrascriptis, dico esse indubitatum ex verbis ipsius testamenti, in quo dicit. Item iussit &c. ꝙ filius, vel filij dicti testatoris tam nati, quam nasciturī masculi, vel eorū liberi descēdentes, tam masculi quam fœminæ in aliquo casu eueniente, quod Deus auertat, non possint stare, & habitare in ciuitate Bononiæ, vel non possint possidere bona hæreditatis dicti testatoris, quæ dictus testator habet, vel in futurum habebit in ciuitate, comitatu, vel districtu Bononiæ, ꝙ tunc & eo casu habeat, & habere debeat bona, quæ sunt in comitatu Medionali, scilicet in burgo Lignani, & loco ceri: & tunc cessaret relictum vsusfructus dictorum bonorum pendente impedimento. Ex quibus verbis clara, & plena intentio ipsius testatoris fuit, ꝙ si filij ipsius testatoris, aut filij filiorum nō possent stare, aut habitare in ciuitate Bononiæ, vel nō possent possidere bona hæreditatis dicti testatoris, quæ dictus testator habet, vel in futurum habebit in ciuitate Bononiæ. vnde testator iste est cōplexus duos casus disiunctiuè. Primus est, si filij, vel liberi filiorum non possint stare, & habitare ciuitate Bononiæ: vnde eo ipso ꝙ non possunt habitare in ciuitate Bononiæ, tunc cessat legatum vsusfructus. Secundus casus est, vel non possint possidere bona hrdita tis dicti testatoris, q̄ hēt in ciuitate Bononiæ. ¶ Et sic aperto ore duos casus testator est amplexus sub illa disiunctiua, vel. Eo ipso ergo ꝙ dictus Gulielmus nepos dicti testatoris natus ex filio testatoris non potest stare, & habitare in ciuitate Bononiæ, sumus in casu præuiso ab ipso testatore, ꝙ cessat tale relictū
5 vsusfructus: maiorem † enim effectionem testator habuit ad posteritatem suam, & ad filios & nepotes suos adueniente casu prouiso a testatore, quam ad ipsos legatarios. l. cum auus. ff. de cond. & demō. vbi maiorem dilectionem præsumit lex patrem habuisse ad nepotem ex filio, quàm ad alium filium. l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. l. tale pactum, §. fi. ff. de pactis. l. si vnquam. C. de reuo. don. l. Titia. §. imperator. ff. de leg. 2. & ibi Bar. c. quicunque. 17. q. 4. glo. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle. Et sic eo ipso, ꝙ dictus Gulielmus non potest stare, & habitare in ciuitate Bononię, aut filius ipsius testatoris, videtur cessare legatum vsusfructus. ¶ Et si mihi dicatur, amice, testator in suo testamento est duos tantum amplexus casus, videlicet si non possint stare in ciuitate Bononiæ, & non possint possidere bona, quæ testator habebat Bononiæ. vnde licet dictus Gulielmus non possit stare, & habitare in ciuitate Bononiæ, tamen bene potest possidere bona dicti testatoris, imo videtur illorum bonorum esse dominus, ex quo p̄r eius filius dicti testatoris possidet dicta bona, ipse quodammodo videtur esse dominus. l. in suis. ff. de libe. & posth. & ideo dicimus, ꝙ æstimum
6 patris † prodest filio etiam viuente patre: nec mirū, quod vnus habet alter habere videtur. l. cum scimus. C. de agri. & censi. li. 11. & quod vni placet, alteri placere videtur. l. si operarum. ff. de ope. lib. & gl. in l. 2. C. qui æta. se excu. lib. 10. Ita pulchrè dixit Bal. in l. fi. C. de impub. & in l. si non plures. C. de sacrosan. eccle. & in l. sciendum. ff. qui satisda. cog. & in l. diximus. §. si pater. cum l. seq. ff. de excu. tut. & in addi. quas ipse fecit ad Spe. in ti. de censi. ad fi. & in l. j. in prin. & ibi moderni, qui ad hoc allegant Albe. de Rosa. in prima & secunda parte statutorum, & voluit Bar. in d. l. cum scimus. Vnde requiritur concursus illorum duorum casuum: vnde posito ꝙ nō possit stare, & habitare Bononiæ, tamen bene potest habere, & possidere bona, quæ dictus testator habuit Bononię: imo illa dicitur habere, ex quo pater eius, qui fuit filius dicti testatoris habet dicta bona: ergo. Ad hoc respondeo: primò istud procederet contra istum Gulielmum. si testator copulatiuè, & coniunctiuè fuisset complexus istos duos casus, quo
7 casu ad veritatem † copulatiuę requireretur concursus copulatorum. l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. sed in casu nostro non fuit complexus copulatiuè istos duos casus, sed disiunctiuè, per illam dictionem disiunctiuam, vel, quo casu certum est, ꝙ ad veritatem disiunctiuæ sufficit alteram partē esse veram, vt verificetur illa disiunctiua. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus du. gl. mag. in c. ex parte. de rescrip. & plenissimè Bar. in d. §. vtrum. Et sic propria natura illius dictionis vel, est disiungere, & importat ex proprio significato, ꝙ ad eius veritatem sufficiat vnam partem esse veram: est autem propria natura vocabuli, ius quoddam attributum dictioni ab intellectu ad exprimendum apertè, & ꝓpriè conceptum mentis: quinimo plus est dicendū,
8 ꝙ in fauorem liberorum inspecta † benigna interpretatione, & mente testatoris, ponitur disiunctiua pro &, copulatiua, & requirit ad sui veritatem concursum omnium casuum contentorum in disiunctiua, & hoc propter saluandum mentem, & voluntatem disponentis, ita est textus solennis in l. generaliter. C. de insti. & sub. & l. Lucius. ff. de hæredi. insti. sicut enim natura rerum dicitur esse quædam ꝓprietas inserta rebus an intellectu diuino in rebus animatis secundum intellectum, vel a sideribus in plantis, & brutis, vel natura est quædam dispositio, & ordo est actus rerum: ita ars in suis dispositis accomodat vim, quam dicimus artificialem naturam: & ideo dixit Aristoteles, quale vnumquodq; est generatione perfecta, hanc dicemus esse naturam, & voluit Bal. in l. j. ff. de inst. & subst. ideo Bart. in præalleg. l. generaliter. colligit, ꝙ fauore liberorū disiunctiua ponitur pro coniuncta. & idem voluit in d. §. vtrum. Modò in proposito nostro multo fortius illa disiunctiua stat in proprio significato: tum quia propria sua natura ita dictat, & verba sunt capienda in suo proprio significato: vt l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vect. c. in nostra. de iniur. l. quicqd adstringendæ. ff. de verbo. obliga. cum simi. Ergo sequitur, ꝙ intelligitur fuisse apposita disiunctiuè, & disiunctiuum effectum operabitur: & etiam quia in fauorem filiorum de disiunctiua resoluitur in coniunctiuam: vt est dictum: ergo multofortius in fauorem filiorum remanebitur in proprio, & naturali significato, & apponetur disiunctiuè: & etiam, qa est considerandum accuratè: quia illa verba apposita in dicto testamento fuerunt expressa a summo
9 iuris interprete: ergo † debent intelligi secundum proprium significatum sibi insertum a iure: ut dixit glo. singul. in l. quid si nepotes. ff. de testa. tutela. non enim uerba prolata a viro perito debent interpretari, & intelligi vt vulgus opinatur: vt pulchrè dixit tex. in l. si dictum. in vers. nō ita vulgus opinatur, ff. de euic. l. item prętor. ff. de suis & legi. & quod no. gl. in l. quoties. C. fami. ercíscun. ergo omni ratione

&

& omni suasione dicendum, est illam disiunctiuam stare in propria significatione, & per ꝯsequens sufficit, ꝙ filius vel nepos testatoris non possit stare, & habitare Bononiæ, & per consequens non est verũ, ꝙ illi duo casus stent copulatiuè: sufficit ergo ad veritatem disiũctiuę alteram partẽ verificandã: vnde ꝯsiderauit testator casum, ꝙ si in ciuitate Bononiæ non possent stare, & habitare filij, aut filiorum liberi ipsius testatoris, ꝙ possent se reducere Mediolanum, & habere refugium ad bona prædicta, quorũ vsumfructũ testator legauit dictis suis ꝯsanguineis. & idẽ ꝯsiderauit, si dicti liberi non possent possidere bona, q̃ habebat testator Bononiæ, posito ꝙ Bononiæ potuissent stare, si tñ bona non potuissent possidere, ꝙ possent recurrere ad dicta bona sita in territorio Medionali. Nec ob. cum dicitur, ꝙ filius testatoris possidet dicta bona: quia censetur etiam ipse nepos possidere, cum eadem persona esse censeatur cum ipso suo patre, & eodem modo præsumatur esse dominus, per d.l. in suis. Quia respondeo, ꝙ illud dicimur habere in bonis nostris, pro quo actionem habemus, vel executionem: vt l. in bonis. ff. de acquirend. re. domi. nec est verum dicere, ꝙ filius viuo patre possideat; vt no. in l. cum hæredes. ff. de acquirend. possessio. & ibi Bar. & per Bald. in authen. ingressi. C. de sacrosan. ecclesi. vnde iste Gulielmus filius filij testatoris non hẽt bona, nec possidet. Nec testator in dicto suo testamento considerauit, si nepotes habeant patrem, qui habeat, & possideat bona ipsius testatoris, quæ habebat Bononiæ: vnde testator prouidit filijs suis, & eorum liberis, si nõ possenr stare & habitare Bononiæ: vel si nõ possent possidere bona, q̃ hẽbat Bononiæ. Et ideo debemus sequi, & amplecti voluntatem ipsius testatoris. vbi. n.
10 manifestissimus † est sensus testatoris interpretatio verborum nusquam tantum valet, vt melior sensu existat. l. 3. C. de libe. præte. l. in conditionibus primũ locum. ff. de condit. & demon. c. cum voluntate. de sen. excom. l. cum mulier. ff. solu. matri. c. secũdò requiris. de appe. c. intelligentia. & c. p̄terea. de verbo. significa. cum similibus. Et ideo testator in suo testamento dixit, aliquo casu eueniẽte, quod Deus auertat, non possint stare, & habitare in ciuitate Bononiæ filij ipsius testatoris, vel eorũ liberi, & sic disiunctiuè etiam loquutus est testator quoad ipsos filios, & nepotes ex ipsis filijs suis nascituros: vnde eandẽ affectionem videtur habuisse ad nepotes, quam habuit ad filios, nec est loquutus copulatiuè dicendo, si filij ipsius testatoris, & liberi eorum non possent stare &c. sed loquutus est disiunctiuè quoad ipsos filios & liberos. Siue ergo filij testatoris non possint stare in ciuitate Bononiæ, siue liberi ipsorum filiorum: quia tunc, & eo casu habeant dicta bona existentia in comitatu Medionali. Et per consequens cessat illud argu. de patre possidẽte bona, quæ sunt Bononiæ. Et apertè ostendunt hæc verba ipsius testatoris, qui disiunctiuè vocauit filios suos, & eorum liberos, & eandem charitatem & affectionem quam habuit ad filios, eandem habuit ad nepotes ex filijs nascituros: vt in d. l. cum auus. & d. l. cum acutissimi. C. de fideicom. quinimo si testator fuisset vsus copulatiua, & dixisset, ꝙ si filij ipsius testatoris, & eorum liberi non possent stare, & habitare in ciuitate Bononiæ, & eueniret casus, ꝙ filij testatoris possent stare Bononiæ, & eorum liberi non possent stare Bononiæ, adhuc haberet locum dispositio testatoris, & nepotes consequerentur dicta bona. & hoc decidit text. elegans & singu. in d. l. generaliter. in princ. C. de institu. & substi. vbi disiunctiua poni-
11 tur † pro copulatiua ex præsumpta mente testatoris propter fauorem ipsorum filiorum: eodem modo in proposito copulatiua in casu nostro poneretur pro disiunctiua propter fauorem liberorum, tũ propter mentem præsumptam ipsius testatoris, argumen. eius, quod no. glo. singu. in l. tale pactum. §. fi. de pact. & similem glo. allegat domi. Ant. in cle. j. de rescr. & facit glo. in c. 2. de confess. lib. 6. Quanto ergo fortius in casu nostro, cum clara & aperta sint verba ipsius testatoris, qui disiunctiuè vocauit ipsos filios & filiorum liberos. Et sic testator sicut fuit complexus duos casus disiunctiuè, videlicet, si non possent stare, & habitare in ciuitate Bononię, vel non possent possidere bona, q̃ habet Bononię, eodẽ mõ disiunctiuè fuit cõplexus ꝑsonas filiorũ, & personas nepotum natorũ ex filijs: quasi voluerit, siue filij ipsius testatoris non possint stare Bononiæ, vel non possint possidere bona, hẽant tunc, q̃ hẽt testõr Mediolani: siue liberi illorũ filiorũ non possint stare, & habitare Bononiæ, vel nõ possint possidere bona, quæ testator habebat Bononiæ: & sic sicut testõr ꝓuidit filijs eodẽ modo prouidit suis nepotibus nascituris ex filio, vel filijs. Et optimè facit illud, quod testator dixit in illa clausula, quando legauit dictũ vsumfructum dicto primo Noualio, saluis casibus infrascriptis, quæ verba propriè adaptantur ad plures casus, in quibus testator non legat vsumfructũ. Et isti casus sunt isti, videlicet si filij ipsius testatoris non possent stare, & habitare Bononiæ, vel non possent possidere bona, quæ habet Bononiæ, quo casu cessat legatum illud: si diceremus ergo, quòd requiritur, quòd filij & liberi non possent stare Bononiæ, & non possent possidere bona, quæ habebat testator Bononiæ, tunc esset vnicus casus exceptus, in quo legatum prædictum cessaret. Et sic illa verba, saluis casibus infrascriptis, non possent verificari. l. vbi numerus. ff. de test. c. pluralis locutio. de reg. iur. in 6. cum si. Nam ad illum casum adaptatur dispositio testatoris, ad quem adaptantur verba ipsius testatoris. l. j. §. loquitur. ff. de magi. conue. l. 4. §. toties. ff. de damno infec. l. quod constitutum. ff. de testa. mil. c. indemnitatibus. §. sed cum eas. de ele. li. 6. c. ex parte Astensis. de conces. præbend. Cum ergo illa verba, saluis casibus infrascriptis, non possint adaptari ad vnicum casum: quia testator plures casus considerauit, sequitur necessariò, ꝙ siue filij ipsius testatoris non possint stare, & habitare in ciuitate Bononiæ, siue non possint possidere bona, quę testator habebat Bononię, ꝙ possint se reducere ad bona sita in territorio Medionali. ¶ Præterea si quispiam dixerit, ꝙ ista dispositio testatoris intelligitur ordine successiuo: vt habetur per glo. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. vbi si pater instituit filium, & nepotem natum ex eo, intelligitur ordine successiuo: vt prius vocetur pater, & post mortem patris vocetur eius filius, & sic nepos testatoris. Ita videtur dicendum in proposito, ꝙ prius vocetur filius testatoris ad huiusmodi bona, & post eum vocetur dictus Gulielmus nepos testatoris, & sic ordine successiuo. Ad hoc respondeo, nullo modo obstare: Primò in casu illius glo. loquimur in actu institutionis, qui actus erat necessarius: erat enim necessarium instituere filium prius: ideo prius pater videtur ordine successiuo vocasse filium, deinde nepotem, sed in actu, qui non est necessarius, non vendicat sibi locum dispositio illius gl. & ideo Bald. in d. §. quidam rectè. refert illam gl. non reperiri alibi secundùm Dyn. ex qua dicit, ꝙ si frater instituit sororem, & filios sororis, insimul videntur vocati, &
12 non ordine successiuo: quia frater † non tenetur instituere sororem, in authen. de hæred. & fal. §. j. & in l. fratres. C. de inoff. testamen. & ideo dixit Barco. in d. §. quidam recte, ꝙ si statutum dat immunitatem

a mune-

a muneribus patri & filijs, vel imperator concedit priuilegium patri & filijs, ꝙ insimul habebunt istã immunitatem, & non videntur vocati ordine successiuo.l.j.& 2.ff.de iure immu.l.fi.C. de iniur.l.2.C. de epis.& cler.& facit, quod not.Bal.in l.si plures.C. de sacrosan. eccle. Ita dicamus in casu nostro, cum nos non simus in actu necessariò: quia non sumus in actu institutionis: quia iam testator instituit vnicum filium, quem habebat, postea vera, vt vir prudens, volens prouidere casibus futuris, & maximè considerato loco propter partialitates, prouidit, ꝙ si filij, aut eorum liberi non possent stare Bononiæ, ꝙ possent recurrere ad bona, quæ testator habebat in territorio lignani, quo casu non est necessarium, vt dicamus, ꝙ ordine successiuo eos ad illa bona vocauerit. Præterea Bart.gl. & doctores in d.§.quidam rectè.loquuntur, quando testator loquitur per verba copulatiua: quia instituit filium & nepotem: sed in casu nostro loquutus est per verba disiunctiua dicendo, filius, aut eius liberi, quasi considerauit contingentiam facti: quia si accideret in persona patris, ꝙ pater habeat illa bona, & cesset legatum durante impedimento, eodem modo si accideret in persõna nepotis, quod non posset stare Bononiæ &c. ꝙ etiam isto casu cesset tale legatum vsufructus, voluit enim prouidere necessitati futurę filiorum, aut nepotum secundùm accidẽtiam casuum, vt si prius accideret casus in persona filij, prius prouideretur filio: eodem modo si accideret prius in persona nepotis, prius succurreretur nepoti. Cum ergo sumus in casu, quo nepos incidit in casum prouisum a testatore, habebit locum in nepote prouisio testatoris.nec etiam ista obiectio, seu exceptio competit dictis vsufructuarijs: quia nihil eorum intersit, an simul sint vocati, an ordine successiuo, an disiunctiuè: ista exceptio concernit hæredes ipsos, videlicet filium testatoris, & nepotẽ testatoris, an venire debeant simul, an ordine successiuo. Ergo istam exceptionem non possunt illi legatarij opponere, tanquam sua non intersit. Facit, quod voluit Innoc. in c.ꝙ super his.de accu.& quod voluit Bart. in l.posthumus.§.si quis ex his.ff.de inoffi.test. Et sic repellẽtur opponendo, tua non interest, & sic cum verba testamenti hoc importent, & mẽs testatoris ad hoc
13 expresè inclinat, sequitur † ꝙ idem iudicare debemus, & fauor filiorum & nepotis ipsius testatoris hoc necessariò suadet: ergo dicendum est, tale legatũ vsusfructus cessare. Facit, quod habetur in l.quoties.C.de fideicõ.& ibi Bald.dixit singulariter, ꝙ eo ipso, ꝙ testator disposuit rem stare, & remanere penes agnatos, videtur eos honorasse fideicommisso fauore agnationis. Facit, quod no.glo.in l.quamuis. C.de fideicom.& quod ibi voluit Bald. ꝙ ratio, quæ colligitur ex verbis, aut mente testatoris habetur ꝓ expressa.& sic cum ex verbis, & mente testatoris appareat, ꝙ voluerit prouidere necessitati futuræ filiorum, & nepotum, & nepos nunc est in vsu talis necessitatis: quia non potest stare, & habitare in ciuitate Bononiæ: sequitur, ꝙ sumus in casu prouiso a testatore. Et per consequens probato, ꝙ illa bona fuerunt domini Ioannis de Lignano, & probato ꝙ dictus Gulielmus non possit stare, & habitare in ciuitate Bononiæ, partes domini iudicantis erunt in declarando legatum vsusfructus prędicti cessare, ita vt disposuit testator. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Statutum inferioris tollens appellationem ad superiorem valet, si fuerit per ipsum superiorẽ confirmatum, & emanauerit propter publicam vtilitatem: & si appelletur, talis appellatio non debet admitti.

SVMMARIVM.

Statutum subditorum, quod nõ liceat appellare ad superiorem, non valet, nisi per ipsum sit confirmatum.nu.1. & 6.

Pactum & consuetudinem æquiparari.nu.2.

Causa si committatur appellatione remota, intelligitur de friuola.nu.5.

Confessio efficitur irreuocabilis, quando fit parte acceptante, & fuit redacta in scriptis, nec admittitur probatio in contrarium, si fiat deliberatè.nu.7.& 8.

Statutum emanans propter publicam vtilitatem potest derogare regulis iuris communis.nu.10.

Statutum debet reduci ad ius commune, quando verba hoc patiuntur.nu.19.

CONSILIVM XLIIII.

Clementissimum Deum & pijssimum saluatorem nostrũ Iesum Christum ex corde & animo inuoco, vt sua solita benignitate veritatem huius consultationis mihi aperiat, amẽ. Et quidem visis puncto & constitutionis splendidæ ciuitatis Vrbini, & celebri consilio clarissimi domini iudicantis, & ijs, quę per insignem dominum aduocatum subtiliter, copiosè, & eleganti stilo in medium deducta sunt, & omnibus solenni animaduersione perpensis superfluum esse videtur aliter in pręsenti consultatione dicere: quia nil clarius, nil subtilius, nil accommodatius dici vlterius potest: attamẽ dubium in ea facere videtur, quod pulchrè dixit Bal.in l.si appellationem.C.de appel.vbi dixit,
1 ꝙ † statutum subditorum, ꝙ non liceat appellare ad superiorem dominum, non valet: quia super iure superioris nõ possunt statuere: ergo ne liceat appellare ad Papam, vel imperatorem, vel ad curiam præsidentium pro Romana curia, vel imperio, nullius sunt momenti. Ita formaliter dicit ibi Baldus, cum ergo ciuitas Vrbini sit de iure ecclesiæ Romanæ, sequitur, ꝙ non valuit talis constitutio.& idem Baldus in l. cum filius.ff. de testa. mili. dixit ad finẽ, non valere statutum, ꝙ a sententia non possit appellari, cum tenderet in damnum tertij, alle.tex.in cap. venientes.de iureiuran. Facit, quod voluit idẽ Bal. in l.cum de consuetudine.ff.de legi. vbi dicit, ꝙ con
2 suetudo † & pactum æquiparatur: quare si valet pactum, ꝙ quis non appellet.l.j.§. interdum.ff.a qui. appel.non licet.quare eodem modo non valet consuetudo, vel statutum? Respondet; quia agitur de iure superioris, ideo non valet tale statutum, alleg.d. capitu.venientes.& quærit, an ciuitas possit constituere Syndicum ad renuntiãdum appellationibus fiendis per subditos: & dubitat: & nõ decidit, ex quo agitur de præiudicio superioris. Et facit, quod etiã voluit idem Bal.in prima constitut.C.§.quibus. vbi sentit, ꝙ stante tali statuto poterit appellari.& idem Baldus in dicto capitu.venientes.dixit, ꝙ si fieret statutum, ꝙ absentes nõ possent appellare ad superio-
3 rem, non valeret tale statutum: quia † stante tali statuto non posset deferre superior appellationi, & dicit esse casum singularem illius capituli.& idem ibi dicit non valere statutum Tuderti, vt non possit appellari, nisi infra 10.dies. Et subdit etiam non valere statutum disponens, ꝙ qui appellauerit ad aliam curiã, quàm Tuderti, & succubuerit, soluat mille aureos cõmuni Tuderti. Vnde non valet, quin possit
4 † appellare ad Papam: & quia per tale statutum appellantes

pellantes fiunt timidiores metu pœnæ, videtur factum in derogationē ecclesiasticæ libertatis. l.j. §.q̄ onerandæ.ff. quarum rerū actio non de.l.j. Seius & Augerius.ff.ad leg.fal.& quod not.Bar.ff.de his quę pœnæ no.l.j. Et plus etiam Bal.ibi dixit, ꝙ si Papa ex priuilegio concessit Tudertinis, ꝙ apud eos sit prima appellatio, ꝙ illam potuerunt tollere per suum statutum.l.fi.ff.de appell.reci. & tunc prima appellatio occultatur; & si ad Papam appellatur, erit tanquam appellatio secunda. & sic sentit ibi Bald. ꝙ si statutum disponit, ꝙ non possit nisi semel appellari, intelligitur quò ad ipsos inferiores, sed non quoad ipsum Papam. Et per consequens potuit iste appellans appellare non obstante tali constitutione. Facit, quod voluit Bar. in l.omnes populi.ff.de iusti. & iur. & l.fi. de aqua plu.arcen. & in l. ambitiosa.ff. de decret.ab ordi.facien.& in l.j.ff.a qui.appell.non licet. & Ioann.An.in addi. Spec.in titu.de sentent.§. videndum restat.versic. nunc tractemus. & in c.fin. de appel.li.6.& in d.c.venientes. & ideo Bal. in l.fin. §.fi.C.de temp. appell. dixit, ꝙ communis practica non seruat in foro Iustiniani dispositionem. d.c.venientes.saltem in ciuitatibus, quæ ex priuilegio, vel consuetudine, vel ex pace Constantiæ vtuntur mero, vel mixto imperio: & sic ꝙ terræ ecclesiæ temporaliter subiectæ non sunt exemptæ a dispositione.d. cap.venientes.reguntur enim iure canonico: vt dixit glo.solen.in cap.2.de arbi.li.6.& text. in c.si duobus.de appel.& alle.tex.in c.translato. de constit. in argu.optimum.& ideo dicebat Bal.in l.per hanc.C. de tempor. appell. ꝙ statutum tollens per viam indirectam appellationem non valet: quia loquitur de materia, quæ non spectat ad statuentes: cum appellatio sit magis alterius iurisdictionis, quàm prima causa. & istud ēt.voluit Saly. in d.l.fi.§.fi.C.de tēpo.app. dicens, ꝙ de iure canonico secundò potest appellari omisso medio, tale statutum tollens remedium appellandi non tenet, tanquam derogans iuri superioris, alleg.d.c.venientes. Facit ēt, quod voluit Bal.in l.fin.C.de sent.& inter.om.iudic. vbi sentit, ꝙ licet per statutum possit tolli prima appellatio, quæ fieret coram iudice appellationis creato in ipso municipio, non tamen posset facere, quin secūda appellatio possit fieri coram superiore. & municipes non possunt statuere de iure superioris. l. penult.ff.de aqua pluuia arcend. Et ponderetur dictū Barto.in d.l.omnes populi.vbi dicit, ꝙ de iure canonico non potest ciuitas subiecta Papæ temporaliter tollere ius appellandi ad Papam: ergo talis constitutio non tenet de iure. Præterea facit: quia Bart.in l.prima.§.interdum.ff.a qui. appell. non licet. dixit,
5 ꝙ si committatur † causa appellatione remota, non videtur sublata iusta appellatio: sed videtur sublata appellatio friuola, & frustratoria, idem voluit idē Bartolus in l.j.§.j.ff. quod vi aut clam.vbi dixit, ꝙ si statutum tollat exceptionem opponendam contra instrumentum, intelligitur de exceptione friuola.c. ex parte.de offic.delega.& bene facit, quod ipse voluit in dicta lege, omnes populi.videtur ergo dicendum in casu nostro, ꝙ talis constitutio reijciat, & ꝓhibeat appellationem friuolam, & per consequens potuit iste appellans appellare in casu isto, cum talis appellatio non fuerit friuola.capitu. cum appellationibus friuolis, de appell.lib.6. Et sic apparet, ꝙ talis constitutio non obstat huic appellanti. & ista erant, quæ iudicio meo faciebant dubium in hoc passu. Et licet ista sint satis colorata, & apparentia; tamen casum nostrum non attingunt.ideo illis non obstantibus contrarium puto esse de iure verius, videlicet ꝙ stante constitutione præfata non potuit appellare, quod inconuincibiliter sic ostendo. In
6 puncto præsupponitur, ꝙ talis † constitutio est confirmata per superiorem, ad quem spectat confirmatio: vt apparet ex confessione partis, seu procuratoris.hoc decidit in indiuiduo Salyc.in l.fin.C. de sen. & inter.om.iudi.in versic.vnum non omitto, quòd si statutum esset confirmatum per superiorem, statutum illud præiudicaret sibi non tam municipes, quàm ipse hoc statuisset, alleg.in argumen.§.per traditionem.inst.de rer.diui.& §.interim.in authen.de defenso.ciuita.& idem voluit idem Salyc.in l.fi.§.fi. C.de temp. appella. Et sic formaliter decisus est iste passus, quòd valeat talis constitutio per confirmationem: ideo pulchrè dixit Bald.in l.ex placito.C. de re.permu. quòd si Papa confirmat statuta Spoleti, ꝙ non dicitur esse statutum Spoletanum, sed Papale: & ideo illius transgressor dicitur esse transgressor statuti papalis, capitu.j.& 2. de confir. vti. vel inutil. l.2.C. de veteri iur. enucle. omnia enim nostra facimus, cum auctoritatem nostram impartimur. Facit, quod not. idem Baldus in suo eleganti tractatu scismatis posito in titu.C. si quis ali.testa.prohi.

¶Et si dicatur, quòd ista confessio procuratoris fuit reuocata. Ad hoc satis eleganter est responsum per
7 dominum aduocatum, qui dixit, quòd† non potuit reuocari, ex quo fuit per partem acceptata, & redacta in scriptis, & ad hoc allegauit glo.in cap.fi. de iureiuran.lib.6. quam glo. allegauit Bald. in l.Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthum. vbi dixit, ꝙ confessio efficitur irreuocabilis, quando est facta parte acceptante, & fuit redacta in scriptis: vt est gl. 30. quæst. 7. in cap. apud misericordem. facit gloss. singularis in simili in l.rura.C. de omni agro deserto.lib.11. vbi Nicola.de Neap. magnifacit illam gl. quòd interlocutoria redacta in scriptis non potest per iudicem reuocari, & sic limitatur.l. quod iussit. ff.de re iud.c.cū cessante.de appel. & allego elegantem doct.Saly.in l. generaliter.C. de nō nu.pec. vbi refert consuluisse sępenumero in accidentia facti: quia confessio acceptata per partem non potest ꝑ confitentem reuocari, & idem voluit in l. iubemus. C.de libera.cau.in l.j.C.de confes. Ergo sequitur, ꝙ non potuit reuocari, postquam illa confessio fuit per partem acceptata, & fuit redacta in scriptis. &
8 etiam allegat: quia ista confessio † emanauit de libertate, quo casu non admittitur reuocatio. Vnde Bald.in l.cum precum.C. de liberali causa.dixit, ꝙ si emanauit confessio de libertate, non admittitur ꝓbatio in contrarium.allegat glo. quam reputat singularem in capitulo, ex literis.de diuor. & idem dixit idem Bal.in l.si quidem.C.de libera. causa. Et iō in casu nostro non potuit reuocari talis confessio, ex quo de libertate emanauit. Et ex isto capite apparet, quòd talis ↄstitutio valeat, & teneat. Secundò hoc deciditur ex alio: quia in exordio & proœmio dicti statuti dr̄, finem litibus imponere: vt l.properandū.C.de iudicijs. c.finem litibus. de dolo & contuma.cum simi. Quo casu Bart. in indiuiduo apponit gladium ad istam quæstionem in prima constitu.C. vbi dixit, priores huius ciuitatis habent arbitrium prouidendi super bono, & pacifico stato huius ciuitatis, vigore huius arbitrij faciunt statuta, quòd habentes adinuicem causas cogantur compromittere, an valeant, & videtur quòd non: quia tollitur beneficium appellandi. contrarium decidit: quia pertinet ad publicam vtilitatem, ne lites sint immortales, alleg.dictam legem, properandum. vt ibi videre poterit D.iudicans, & hanc theoricam Bar.sequitur ibi Bald. Ecce nunc qualiter Bart. decidit, ꝙ ad tollendas. & abbreuiandas lites validum est statutum tollens remedium appellandi: sed huiusmodi statutum Vrbini emanauit propter bonum publicum:

quia

quia propter abbreuiandas lites: ergo sequitur, ꝙ valuit tale statutum. Et sic per hanc stupendam ad hunc casum doctrinam Bar. est sopita præsens quæstio. Et per consequens iste non potuit appellare stāte tali constitutione. Tertiò facit, quod dixit Bald. in dicta lege finali. C. de tempori. appellat. vbi dixit, ꝙ licet tale statutum tollens appellationem non teneat: quia tollit ius superioris, vt est dictum: non tamen Bald. ibi loquitur eo casu, quo statutum exprimit causam, propter dirimendas lites, vt fuit in casu nostro: nihilominus dixit ibi Bald. ꝙ quoties ex pri-
9 uilegio† competit illud ius tollendi appellationem, tunc tale statutum valet. ita dixit in dict. §. fi. Sed in casu nostro dicitur, quòd tale statutum est seruatum per tātum tempus, quo inducitur priuilegium: vt in capitulo, super quibusdam. §. præterea. de verborum significatio. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcend. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. ergo sequitur, ꝙ cum ex priuilegio hoc competere possit, & hæc constitutio fuit seruata per tempus habile ad inducendum priuilegium, quod perinde habetur, ac si ex priuilegio competeret conditori illius cōstitutionis, & per consequens valuit talis cōstitutio. Quartò facit, statutum emanās pro-
10 pter† vtilitatem publicam, potest derogare regulis communibus: vt est tex. in l. si quis in graui. §. ij quoque. ff. ad Silla. l. iubemus. C. de sacrosanct. eccl. l. nullus. C. de curs. pu. lib. 12. & ibi Barto. l. potioris. C. de offic. recto. prouin. l. decurionibus. C. de silentiar. li. 12. l. j. C. vt nemi. liceat se in emp. spe. exi. lib. 10. l. venditor. §. constat. ff. communia prædi. cum simili. Sed istud statutum emanauit expresè ad dirimendas lites, & sic propter publicam vtilitatem, ergo sequit, ꝙ licet sit contra omnes iuris regulas, nihilominus valebit propter communem vtilitatem: ¶ Et ad cōtraria potest accommodè responderi, quòd procedunt, quando principaliter in præiudicium superioris statutum sic disposuit, sed quando principaliter propter publicam vtilitatem sic disposuit, & nō propter præiudicium superioris: tunc validum est tale statutum: quia attenditur causa principalis mouens agentem, & nō causa incidens, vt l. prima, & l. quod dicimus. ff. de auctorita. tu. ergo valida est talis constitutio. Quintò facit, quod pulchrè dixit Bal. in lege finali. C. de sen. & interlo. om. iud. vbi dixit, ꝙ si ciuitas habet iudices appellationis, sicut est ciuitas Bononiæ, de qua per gl. in l. cū snīam. e. ti. validū est tale statutū. Sed si ciuitas eligeret iudices, & superior ꝯfirmaret, non valeret statutum: qa ad ipsum superiorē spectat saltē secunda appellatio. Cū ergo ciuitas Vrbini habeat iudicē appellationis, & talis iudicis institutio, & confirmatio spectat ad illustrem comitem, sequitur, quòd valida est talis constitutio. Sextò facit, quod voluit Bal. in lege fin. ff. de iust. & iur. vbi dixit, ciuitas ordinat iudicem appellationis, an eius sententia sit aliqua: & videtur quòd non, allegat. d. capitulū venientes. postea dicit gl. in dicta lege, cum sententiam. præsupponere contrarium, & quod no. in l. quanquam. C. de sen. quæ sin. certa quāti. etiā in terris ecclesiæ: nā hæc auctoritas moribus præscribi pōt: vt lege viros. C. de diuersis offi. li. 12. & nō reqritur titulus, nec bona fides: quia est consuetudo non præscripta propriè loquendo:
11 itē si esset† prescriptio, non dicitur fieri malafide: qa habere forum causarum est de iure gentium: quia omnes gentes, quæ incolunt insignes ciuitates, habent foru causarum: itē si esset præscriptio, sufficerent contra subditos quadraginta anni: ergo sententiæ ab ipsis latæ, non possunt ideo dici nullæ coram superiore, ꝙ sint late per incōpetens iudices: & hoc tam de prima appellatione, quàm de secunda: non tamen per hoc dicit, quòd contra supremam potestatem, & contra ius diuinum possit præscribi: vt l. qui in prouincia. §. j. ff. de ritu nuptia. ita formaliter decidit ibi Bald. Cum ergo in casu nostro ciuitas Vrbini habeat iudicem appellationis ex ꝯstitutione ꝑfata, quæ semper ita fuit obseruata, qđ et in terris ecclesiæ valet, & tenet: ergo. Septimò facit, iste Guido appellauit ad excelsum & illustrē principē Vrbini, & nō appellauit ad Papā, vñ nō fuit talis appellatio deuoluta ꝑ ipsum appellātē ad Papā, sed deuoluēda erat ad ipsum comitē Vrbini. Ex quo ergo talis appellatio erat deuoluēda ac ipsum comitē, nō agit de ꝑiudicio supioris, puta Papę: sed potius agitur de ꝑiudicio ipsis ꝯditis: vñ potuit comes per suā constitutionē tollere ius vlterius appellandi, & per ꝯñs tenuit talis cōstitutio. Et ex istis apparet verissima conclusio, ꝙ talis ꝯstitutio tenet de iure, & per consequens non est licitū, nisi appellare ita, vt dicta cōstitutio disponit, videlicet, ꝙ nō possit, nisi semel appellari, & possit facere reuideri consilio sapiētis, vt ex sequenti dubio apparebit. Nec obstant allegata in contrarium: quia Bald. in dicta l. cum sententiam. loquitur eo casu, quo ciuitas disponit expressè in præiudicium Papæ, & imperij, & curiæ præsidētium, iste non est casus huius constitutionis. Itē non loqtur Bal. eo casu, quo talis constitutio est confirmata: vt fuit in casu nostro. Item non loquitur Bal. eo casu, quo talis constitutio est obseruata tanto tēpore nemine contradicente, quo inductum est priuilegium: vt in capitulo, super quibusdam. §, præterea. de verbo. signifi. cum simili. superius allegatis. Item loquitur no. Bal. eo casu, quo talis constitutio principaliter emanauit propter publicam vtilitatē ad lites dirimēdas, & sic non loqt in casu nostræ cōstitutionis. Item non loquitur Bald. quando appellaretur ad ipsummet superiorem, qui talem constitutionem edidit: & sic apparet responsio ad omnia contraria superius formata, & per consequens valida est talis constitutio. ¶ Restat nunc videre, vtrū talis appellatio interposita coram excelso principe Vrbini per dictum Guidonem, debeat per ipsum principem admittti stantibus constitutionibus ꝑlibatis. Et quia in redditis allegationibus mirum in modum est iste passus examinatus, ideo paucula in medium referam: & quia tota vis huius hæsitationis pendet ex ipsa ꝯstitutione, iō ante omnia oportet insistere circa intellectum eius. Prima rubrica illius ꝯstitutionis incipit, ꝙ non liceat nisi semel tantum appellare. Postea constitutio incipit, finem litibus imponere cupiētes, statuimus, & ordinamus, quòd a sententia lata per iudicem appellationis super appellatione interposita a quacunque sententia interlocutoria, vel diffinitiua non liceat vlterius appellare, vel aliqualiter reclamare, quando sententia ipsius iudicis appellationis concordaret cum prima, a qua fuerit appellatum. Si verò sententia iudicis appellationis discordaret cum prima, & aliqua partium ab ipsa sententia iudicis appellationis discordante a prima diceret se grauatam, possit peti ipsam sententiam iudicis appellationis reuideri consilio sapientis: qua reuisione petita, quæ debebat fieri infra duos dies a die latæ sententiæ, iudex appellationis statuat partibus terminū duorū dierū ad dandum suspectos &c. Ista sunt formalia verba constitutionis. Modò ex ipsis verbis comprehenditur finis, & vltima intentio statuentis, qđ voluerit
12 per ipsam suam constitutionē: omnis† enim sua cogitatio, & volūtas fuit finem imponere litibus: præfatio enim & proęmium dicit esse magni effectus: ostendit enim qualitatem rei & causam finalē cōstitutionis. dicitur enim proęmium quasi primus sermo.

mo.& ideo Bald.in c.inquisitioni.de appell.dixit, ꝙ causa proœmialis respicit omnia sequentia, & etiã præcedentia, si præcedentia dari possunt. & ideo pulchrè dixit do.Car.in c.penul.de cle.cõiug.ꝙ causa proœmialis dicitur esse finalis. Et facit tex. in cap. multa.de voto.& idem voluit dom.Abbas. & idem voluit do.Petr.de Ancha. in c.j.de const. vbi quærit post Ioan.de Lignano,ꝙ iudex debet iudicare secũdùm mentem canonis.ipse dicit,ꝙ mens colligitur ex proœmio. Idem voluit D. Anto. in cle.j. de elect. vbi ad hoc allegat.l.regula.§.licet. in versi. initium constitutionis demonstra.ff.de iur.& fac.igno. Facit solennis tex.in l.j.in principio.ff.ad macedon. & ibi Barto.dicit,ꝙ ad cognoscendam mentem statuentis recurrimus ad proœmium. & idem voluit idem Bart. in l.cum hi.ff.de transac. vbi arguit, an illa lex habeat locum in alimentis debitis ex actu inter viuos, an ex vltima voluntate, & dicit hoc colligi ex proœmio illius legis.Idem etiam voluit idem Bar.in l.cum quid.ff.si certum petatur.& in l.fi.ff.de hæredib.inst.Facit ad hoc gloss. valde sin.in l.j.ff.de iudi. & ibi hoc colligit Ang.ex illa gloss. idem voluit Bal. in l.hæc verba.C. de fal.cau. adiect.le. & in d.l. cum hi.& in l.j.ff.de ori.iur.& l.fi.ff. de hæredit. inst. & in l.intestato.ff.de leg.tu.& in §.quibus. in prima constit.C.& in l.vt liberis.C.de colla.& Barto. in l.ambitiosa.C.de decretis ab or.fa. Facit.l. si quis cum aliter.& quod ibi pulchrè dixit Ang.ff. de verbor. obligat.& tex.in l.Titia.§. idem respondit.eod.titul. & l.item qa.§. idem Iuliano.ff. de pact.& Lud.Roma. in consilijs suis,cõsilio 15.& consilio 89. Apparet ergo ex istis iuribus, quòd vltima intentio statuentis fuit imponere finem litibus: iuxta illud in primo Eneidos,per varios casus, per tot discrimina rerum tendimus in latium. Ita statuens in casu isto tendit ad lites finiendas. sequitur ergo, quòd tam in primo suo capite, quàm in secundo suo capite dicta constitutio intendit abbreuiare & finire lites. Modò ex rubrica apparet,ꝙ non licet, nisi semel tantũ appellare: sicut ergo non licet vlterius appellare a sententia lata per iudicem appellationis, quando concordat cũ prima,eodem modo est dicendum,ꝙ quando concordat, non potest vlterius appellare: sed si dicat se grauatam, posset peti ipsam sententiã iudicis appellationis reuideri consilio sapientis.Vnde ex rubrica illa datur summarium ad constitutionem.vnde dicebat obseruandæ memoriæ D.Dionysius de Perusio,se audijsse a Baldo dicente,quòd vbicunque rubrica incipit per dictionem vt, vel per dictionem quod: tunc talis rubrica dicitur esse summarium nigri. facit, quod habetur per gloss. in rubrica.C.ne fideius. doti. den. & quod voluit Ioann. And.in addi.Spec.titu.de dispu.& allegat in fin. vbi
13 concludit, quòd rubricæ † possunt allegari pro text. si oratio est perfecta: vt in rubrica, vt nemo inuitus. & in rubrica, vt eccl.benefi.glo. in l.j.C.de cap.ciui. ex.li.10.& quod no.Io.de Imol.in rubrica.ff.de verbo. obligat. & moderni in l.j.ff. si certũ petatur. Io. Andr.in proœmio sexti.Vnde sufficit semel fuisse appellatum, & per consequens non potuit appellari, quando sententia iudicis appellationis non concordauit cum prima: sed debuit peti reuideri consilio sapientis. Secundò facit ad eum casum non adapta
14 tur†dispositio statuti,ad quem non adaptantur eius verba,ita deciditur in l. 4. §. toties.ff. de damn. infecto.& ibi Barto.l.ita tamen.ff.de admi. l. quod constitutũ.ff.de testa.mili.& ibi ẽt ꝑ Bar.in cap.indẽninum Petrum,& Dominicũ in c.ex parte Astensis,de concess.præben.Modò in casu nostro verba illius secundi capitis dictæ constitutionis non adaptanť ad appellationem:ergo nõ poterit adaptari dispositio dictæ constitutionis ad appellandum, & per consequens non disponit,quòd possit appellare, quando iudex appellationis tulit sententiã non concordem cum prima, quòd verba constitutionis in secundo capite non adaptentur ad appellationem, hoc apparet ex verbis ipsius constitutionis,cum dicunt: & aliqua partium a sententia iudicis appellationis discordanti a prima diceret se grauatã possit peti ipsam sententiã iudicis appellationis reuideri cõsilio sapientis, & intra duos dies a die latæ sententiæ debet peti reuisio fieri: & infra alios duos dies dare cõfidatos, & nõ suspectos: vñ talia verba non possunt aliquo modo adaptari ad appellationẽ: ex eo qa in appellatione possunt deduci noua capitula, & nouę probationes,& non probatũ probari,& nõ deductũ deduci: vt not.in l.per hanc.C.de temp. appella. & in casu isto statutũ, seu cõstitutio prædicta vult,ꝙ petatur reuideri consilio sapientis,& sic disponit, ꝙ nihil de nouo producatur, quo casu istud est alie-
15 num ab appellatione: vnde illa verba † reuideri, se restringunt solùm ad acta iam facta coram iudice appellationis: ergo sentit, quòd non est appellandum:sed debet peti reuisio. Et hoc apparet manifestè ex verbis ipsius cõstitutionis,in qua dicitur,& in omnibus casibus prædictis consultor debeat consulere ex actis primò factis,non de nouo faciendis. Et sic apparet,quòd constitutio prædicta aperto ore disponit, quòd non appelletur, sed solùm possit peti reuideri consilio sapientis.Et subdit postea dicta cõstitutio, & consilium redditũ super hoc habeat vim sententiæ iudicis appellationis, & executioni mandetur. Et sic apparet ex verbis constitutionis prædictæ,ꝙ quando quis dicit se grauatum a sententia iudicis appellationis proferentis sententiam non concordantem cum prima, ꝙ tunc potest petere reuideri consilio sapientis.Vnde illa verba non adaptantur appellationi: vnde illa verba, si fuerit querelatũ, & illa verba, si fuerit reclamatum, prolata in dicta constitutione excludunt etiam appellationem. facit tex.in c.pastoralis.de appel.vbi licet pars nõ possit appellare:tamen potest querelare, & Inno.in c. Romano.j.responso.de appe.lib.6.dicebat,quòd licet non possit appellari a sententia officialis ad episcopum: tamen potest querelari:& facit, quod nota.Bal.in l.nemo.C.de iurisdi.om.iudic.Simile dicimus,ꝙ licet a sententia arbitri non possit appellari; tamen potest reclamari: vt no.in l.diem proferre.§. stari.ff.de arbi.& in c.2.eo.tit.Cum ergo ista constitutio vtitur illis verbis, si fuerit querelatum, vel re-
16 clamatum,declarat,ꝙ nõ potest appellari: qa†querela & reclamato sunt introducta in subsidium appellationis: quasi velit, quòd non potest appellari, sed potest querelari,& reclamari: quo casu via querelæ & reclamationis dicit posse peti reuisionẽ sententiæ consilio sapientis, & iste est verissimus intellectus huius ꝯstitutionis: vnde aperto ore vult,ꝙ nũ possit appellari, sed querelari, & reclamari petẽdo illam sententiã reuideri consilio sapientis. Ideo voluit talis ꝯstitutio,ꝙ non possit appellari nisi semel: ideo quando sententia iudicis appellationis est cõcors cũ prima,tũc non põt appellari,nec reclamari. Si verò est discors cũ prima senẽtia,tũc potest pars reclamare & querelare hoc modo: videlicet petẽdo sententiã reuideri consilio sapiẽtis, eo ipso ꝙ statim dicit, ꝙ si pars diceret se grauatã, possit petere sententiã iudicis appellationis reuideri consilio sapiẽtis,excludit appellationem. Et sic inclusio vnius est exclusiuo alterius.l.maritus.C.de ꝓcu.c.nonne, de præsump.cum si.ergo &c. Clarius etiam ostenditur ex illis verbis,reclamatum,& querelatum, quæ

excludunt appellationem. & etiam facit: qa appella
17 tio† eſt a minori tribunali ad maius: vt per Ange. &
Io. de Imo. in rubrica. ff. de appellatio. Sed in caſu
noſtro non eſt dare maius tribunal in iſto conſul-
tore: qa conſultor nullum hẽt tribunal, ergo ſequi-
tur, ꝙ vocando conſilium ſapientis, excludit iudiciũ
iudicis: quia ſapiens non eſt iudex: ideo pulchrè di-
18 xit D. Anto. in c. ꝓpoſuiſti. de probat. ꝙ ſententia† la
ta ſecundùm conſilium ſapientis, nunquam tranſit
in rem iudicatam, arg. illius tex. & arg. eius, & quod
voluit Io. And. in addi. Spe. in titu. de homici. in ru-
brica. Et ſic apparet, ꝙ iſtud conſilium datum a ſa-
piente non eſt propriè ſnĩa: & ideo in dicta conſtitu
tione dicit, habet vim ſentẽtiæ iudicis, & ſic non eſt
propriè ſententia iudicis. Et per conſequens illa ver
ba excludunt appellationem, cũ fiat de minori tri-
bunali ad maius: & ſic non ſolùm illa verba nõ ada-
ptantur ad appellationem, ſed imo excludũt appel-
lationem. Et ſi aliter diceremus, ſequeretur intelle-
ctus abſonus contra mentem, & verba ipſius ↄſtitu
tionis, ꝙ ſic oſtendo: nam in dicta conſtitutione di-
citur. Si verò ſententia iudicis appellationis diſcor-
daret a prima, & aliqua partium diceret ſe grauatã:
tunc poſſit petere reuideri conſilio ſapientis. ſi dice
remus, ꝙ etiam poſſit appellari, ſequeretur, ꝙ non
imponeretur finis litibus: quinimo multiplicaren-
tur lites: quia daretur via appellationi, & daretur
via querelæ, & reuiſioni ſecundùm conſilium ſapiẽ
tis: & ſic multiplicarentur lites, ꝙ eſt contra mentẽ
ſtatuẽtis: ergo nullo modo poteſt capi ſenſus, vt poſ
ſit appellari, quando ſententia iudicis appellatio-
nis diſcordat cum prima ſententia. Et hoc etiam ap
paret: quia d. ſtatutũ vult, quòd nõ fiant noua acta:
ſed ſolùm fiat reuiſio, & cauſa proœmialis, vt eſt di-
ctum, reſpicit omnia ſequentia. Et ſic cum ſit con-
tra verba ipſius conſtitutionis, volentis ſemel ap-
pellari dumtaxat: & ſic contra mentem cõſtituẽtis
volẽtis imponere finẽ litibus: ſeqtur, ꝙ nullo modo
poterit appellari, & per conſequens contra formã
conſtitutionis appellauit ille Guido. ¶ Et ſi dicatur,
ꝙ iſtud ſtatutum eſt contra ius commune: ergo de-
bet, inquãtum fieri poteſt, reduci ad terminos iuris
communis etiam per verba impropria, & ſubaudi-
tas, vt eſt glo. quę reputatur ſin. in authen. ex teſta-
mento. C. de colla. tex. in cauſam q̃, de reſcrip. c. dile
cto. & c. ex parte. de verb. ſig. cum dilec. de cõſuetu.
l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. ergo debet reduci ad ter-
minos iuris communis, vt intelligantur illa verba
reuideri conſilio ſapientis, ſaluo tamen iure appel-
19 landi. Ad hoc reſpondeo † ꝙ illud eſt verum, quan-
do verba hoc patiuntur, & mens etiã concurrit: tũc
reducitur ſtatutum ad terminos iuris cõmunis, &
ita loquũtur dicta ↄria: ſed quãdo verba hoc nullo
modo patiuntur, tunc nullo modo reducitur ſtatu-
tũ ad terminos iuris cõmunis: vt eſt in caſu noſtro.
Primò conſtitutio diſponit, vt ſemel tãtùm appelle-
tur, & ita fuit ſemel appellatũ, quo modo ergo pote
rit appellari bis? Certè nullo modo ſtante dicta con-
ſtitutione. Itẽ qa illa verba reuideri, & ꝙ alia acta de
nouo nõ fiant, ex toto excludunt appellationẽ: ergo
ſequitur, ꝙ non põt reduci ad terminos iuris cõmu
nis tale ſtatutum. Itẽ qa reducere ad terminos iuris
cõmunis repugnat menti & voluntati ipſorum ſta-
tuentiũ, qui voluerunt imponere finem litibus: &
vbi manifeſtiſſimus eſt ſenſus, nuſquã verborũ inter
pretatio tantũ valet, vt melior ſenſu exiſtat. l. i. C. de
lib. ꝑteri. ſycophanta dignũ eſſet dicere, ꝙ iſta ↄſtitu
tio voluerit, ꝙ eo caſu, quo ſentẽtia iudicis appella-
tionis diſcordat cum prima, poſſit pars appellare, &
ẽt poſſit querelare petendo reuideri ſententiam iu-
dicis appellationis conſilio ſapientis: quia ad quid
ſtatutum multiplicaſſet duo remedia, ſi volebat im
ponere finem litibus: & ideo non ſine maximo mi-
ſterio diſpoſuit, ꝙ ſapiens debeat cõſulere ex actis
primò factis, non de nouo faciendis: & iõ dicendũ
eſt, ꝙ iſto caſu nõ potuit appellare: ſed bene potuit
petere illam ſententiam reuideri conſilio ſapientis.
facit, qđ voluit Bal. in l. omnes populi. in ver. tertio
modo poſterius trahit ad ſe vltimum & diſtinguit
ipſum: vt l. non eſt nouum. ff. de legi. Itẽ declarat ip-
ſum. l. nihil. ff. de coniug. cum emanci. lib. Item vnũ
caput ſtatuti trahitur ad alterum caput ſtatuti eiuſ-
dẽ: vt l. vtrũ. ff. de peti. hære. ¶ Et ſubdit, ꝙ trahitur
20 etiam per dictiones aduerſatiuas: nam † in aduerſa
tiuis videtur repetita qualitas præcedentium, cum
ſit coniunctio, arg. inſtit. de rer. diui. §. item lapilli.
& ponit exemplum ibi Bald. diſponit ſtatutũ, ꝙ exi-
ſtentibus maſculis fœmina non ſuccedat ab inteſta-
to, niſi in dote: facto verò teſtamento non ſuccedat
niſi quatenus ei teſtator duxerit relinquendum, qđ
intelligitur facto teſtamento & maſculis extanti-
bus. & hoc ex natura copulæ propter illam dictio-
nem, verò. Ita videtur dicẽdum in propoſito, ꝙ illa
dictio ſi verò, copulet, ꝙ non poſſit appellare, quan-
do ſententia iudicis appellationis diſcordat cum
prima: ſed bene poterit reuideri illam ſententiam
conſilio ſapientis, ſi ſenſerit ſe grauatam ex illa ſen-
tentia. Facit, quod voluit idem Bald. quem D. alle-
gans etiam induxit in l. maximum vitium. C. de lib.
præteri. vbi capitur ſenſus: vt vnum ſtatutũ concor
det cum alio, & non cũ iure cõmuni: & ego ad hoc
allego elegantem doctrinam D. Petri de Anch. in c.
ſtatutum. §. cum autem. de reſcrip. libro 6. vbi ita
conſuluit in ciuitate Teruiſij in duobus ſtatutis, vt
vnum concordaret cum alio: & idem ẽt ipſe retulit
in repeti. c. canonum. de conſt. & allego illud, quod
voluit Io. And. in additioni. Specul. in titu. de exec.
ſenten. §. poſtremò. & in titu. de ſenten. §. vt autem.
& quod voluit Bar. in l. j. §. j. ff. qđ vi aut clam. & alle-
gat etiam do. Pet. ibi Bart. in conſilio incipiente, do-
mino Cyno de Caſtro ſancti Petri. Modò in propo-
ſito capiemus ſenſum, ꝙ vnum caput huius conſti-
tutionis concordet cum alio, & ꝙ vna conſtitutio
concordet cum alia. Vnde in alia conſtitutione in-
cipiente. Item ꝙ ſi ſententia aliqua lata fuerit ſuper
aliqua appellatione, q̃ pro parte cõfirmauerit: & ꝓ
parte infirmauerit primam ſententiam, pro parte,
pro qua fuerit confirmata, debet manere incõcuſ-
ſa. & pro altera parte ipſa ſnĩa infirmans debeat re-
uideri ſeruatis ſeruandis, vt ſancitum eſt per conſti-
tutionem poſitam ſub rubrica, ꝙ non liceat niſi ſe-
mel appellare dũtaxat. Ecce qualiter iſta ↄſtitutio
apponit gladium ad hanc dubitationem: ex eo qa
expreſsè mandat, quòd ſentiens ſe grauatum ex ſen
tentia iudicis appellationis infirmantis primã, vel
diſcordantis a prima ſententia, debeat reuideri, &
vocat primam conſtitutionem, in qua dr̃, ꝙ ſentiẽs
ſe grauatum poſſit petere illam ſententiam reuide
ri. Cum ergo loquatur ꝑ verbũ debeat: ſeqtur, ꝙ tol
lit remediũ appellationis: & reducit illũ, q ſe graua-
tum dicit ad neceſſariũ remediũ, vt reuideatur con
ſilio ſapientis. Et inquantum vocat rubricam, ꝙ
non liceat niſi ſemel appellari: expreſsè ſentit, ꝙ ex
quo fuit ſemel appellatum, non poſſit amplius ap-
pellari: niſi dũtaxat peti reuideri conſilio ſapientis:
& ſic referendo vnum caput illius conſtitutionis ad
primum, conſtat manifeſtè, ꝙ in ſecundo capite
eſt prohibita appellatio. Et eodem modo referen-
do ſecundam conſtitutionem prædictam ad ſecun-
dum caput primæ cõſtitutionis, & ad rubricã illius
primæ cõſtitutionis, videtur expreſsè prohibita ap-
pellatio, & iſte intellectus eſt capiendus, vt vnũ ſta-

tutum

tutum concordet cum alio: vt voluit Ioan. An. in locis superius allegatis, & dominus Pet. in d. §. cum autem, & Baldus in locis superius allegatis. Et hoc modo saluantur verba constitutionis, & mens statuentis, & ratio expresse apposita in dicta constitutione. facit l. quamuis. & ibi glo. & Bal. C. de fideicomm. & idem Bal. in l. quoties. eo. titu. & quod habetur in l. cum mulier. ff. solut. mat. & l. scire oportet. §. vel maximè. ff. de excu. tuto. ergo. Præterea, si diceremus, ꝙ secũdum caput istius constitutionis non excluderet appellationem, oporteret fateri, ꝙ de vento seruiret nobis illud secũdum caput constitutionis, vel rarò, vel nunquam posset practicari: ex eo quia pinguius prouidetur reo grauato, vel actori grauato per remedium appellationis, quàm per remedium reuersionis: quia in appellatione potest non deductum, nec allegatum deducere, & facere probationes, & iustificare causam suam ex nouis actis, & no. in dicta l. per hanc. C. de temp. ap. ꝙ facere non posset per viam reuisionis non faciẽdo acta de nouo: & ita illud secundum caput constitutionis disponit, ꝙ non fiant acta de nouo, ex quo sequitur, ꝙ nunquã haberet locum dictum statutum: quia nemo peteret reuisionẽ, sed recurreret ad pinguius remedium, & vtilius: vt est remedium appellandi, ar. l. cum de indebito. ff. de proba. c. super hoc, de renun. cum sim. Et ex hac viua ratione conuincitur, ꝙ nullo modo potest appellari ex isto secundo capite, nec est præsumendũ, ꝙ statuens ita supinè voluerit statuere ad finiendas lites: sermones enim nostri adaptantur rebus sensatis, & intellectu fruentibus: vt dixit Bald. in l. 1. C. de ser. fugi. ꝙ in rub. de prob. ad hoc allegans Auerroem. facit tex. in l. si ita quis. versi. quod nemo sanus loqueretur. ff. de enic. ¶ Nec obstat, si dicatur, ꝙ Bar. in l. prætor ait. §. erit itaque differentia. ff. de incen. rui. nau. dixit, ꝙ dicta

21 † in precedentibus sunt contra ius commune, & exorbitant a iure communi, ꝙ non intelliguntur repetita in sequentibus: quia ad dictum Bar. potest responderi satis accommodate. Bart. non loquitur in casu nostro. Primo Bartol. loquitur, quando est vna lex habẽs plura capitula: sed nos sumus in pluribus constitutionibus: quia est vna constitutio, quæ incipit. Item, ꝙ si sententia aliqua lata fuerit, quæ constitutio, vt superius dixi, loquitur, ꝙ sentiens se grauatum debeat petere reuederi consilio sapientis: & sic declarat primam constitutionem, vt superius dixi, & ideo dictum Bar. non est ad propositum. Secundo posito, non tamen concesso, quòd non esset nisi vnica constitutio, tamen primum capitulũ licet sit exorbitans, dico intelligi repetitum in secũdo in casu nostro: ex eo quia verba secundi capitis hoc inferunt apertè. Vnde eo ipso, quod voluit, ꝙ non fiant noua acta, & quòd petatur reuisio per consilium sapientis, excludunt illa verba appellationem: & isto casu non loquitur Bart. Item Bart. non loquitur eo casu, quo esset frustratoria & dispositio & contemptibilis secundi capitis, nisi intelligeretur repetitũ primum caput in secundo capite constitutionis, vt est in casu nostro, vt superius ad oculũ demonstraui. Item Bar. non loquitur eo casu, quo mens & ratio expressa in dicto capite hoc ostendit, vt intelligatur repetitum in secundo capite: vt fuit in casu nostro, in quo statutum voluit imponere finem litibus, quo casu non videtur imponere finem litibus, si primũ caput non intelligeretur repetitũ in secundo capite. Et sic multifariè, multisque modis apparet, quòd dictum Bar. non facit contra istam consultationem. Nec etiam obstat, cum allegatur alia constitutio incipiens, in primis statuimus. in versic. possint tamen partes &c. ibi, & quòd in appellationibus interponendis, & nullitatibus dicẽdis a dicto nostro Vicario, vel gestis ab eo, ad nos debeat appellari. ergo sequitur, quòd a gestis a Vicario debuit appellari ad comitẽ, & per consequens iste Guido potuit appellare ad comitem. Quia ad hoc respondeo, & allego decisionem dom. Pe. de Anchara. in d. cap. statutum. §. cum autem, de rescript. lib. 6. vbi dicit, erat statutum Teruisij, quòd forẽsis non posset acquirere bona immobilia in territorio Teruisino. Alio statuto cauebatur, ꝙ maritus lucraretur dotem prędecedente vxore Teruisina in matrimonio. Modo quidam forensis contraxerat matrimonium Teruisij cum quadã Teruisina, quæ sibi dederat in dotem bona immobilia, quæ in matrimonio mortua est. fuit dubitatum, quia ille maritus lucrabatur dotem ex dispositione statuti, vtrum posset lucrari dotem, consistentem in rebus immobilibus consuluit do. Petr. ibi, ꝙ sic. & idem voluit in repetitione. c. 1. de const. & allegat Io. An. in locis superius allegatis: quia vnum statutum generale

22 † limitatur, & specificatur per aliud. Ita est in proposito dicendum, illud statutum generale, ꝙ appelletur a Vicario ad comitẽ, limitatur, & distinguitur per aliud statutum, videlicet nisi Vicarius fuisset aditus vt iudex appellationis: & tulisset sententiam discordem a prima: quia tunc grauatus si vellet dicere se grauatum, debet petere illam sententiam reuideri consilio sapientis, & non appellare, & ita restringitur generalitas illius statuti per specificam dispositionem alterius. c. 1. de rescr. l. sanctio legum. ff. de pe. cum si. Intelligitur ergo dictum statutum, quando appellatur a Vicario a prima sententia lata in causa principali, cũ Vicarius habeat iurisdictionem ordinariam in pluribus negotijs: vt ex constitutione apparet, & sic non obstat dicta constitutio, & per consequẽs solẽ clarius est, ꝙ iste Guido non potuit appellare. ¶ Et si dicatur, ꝙ ipse appellauit ad dominum comitem, & ad quemcunque alium iudicem competentem. Ad hoc dico, ꝙ Io. An. in addi. Spec. in tit. de appel. §. nunc tractemus, versi. sed pone aliquis, dicit, & eum sequitur Ang. in l. 1. §. j. ff. de appel. ꝙ talis appellatio non valet ratione incertitudinis: nisi infra tempora data ad appellationem interponendam eligat iudicẽ, vel superiorem, coram quo velit prosequi. Cum ergo in casu nostro elegerit dominum comitem in iudicem: ergo dominus comes pronuntiabit appellationem nõ potuisse interponi coram se, & per ꝯñs est appellatio deserta, & est videndum si infra tempora data ad appellandum elegit D. comitem, vt voluit Ang. & Io. An. aliàs talis appellatio non tenuit: nec potest amplius eam deuoluere ad superiorem prouinciæ, ex quo illũ non elegit infra tempora data ad appellandum. Et etiam ex hoc potest fortificari prima dubitatio, de qua supra, ꝙ dato, non tamen concesso, ꝙ talis constitutio tollens appellationem nõ valuisset, vt potuisset appellare ad præsidem pro curia Romana, tamen sibi imputet: quia ad eũ non appellauit, ex quo illum non elegit infra tempora data ad appellandum. Et inquantum in prima dubitatione allegaui in cõtrarium, ꝙ intelligitur sublata appellatio friuola, vt voluit Bar. in d. l. j. §. interdum. teneo hoc esse verum: quia tex. est apertus in c. pastoralis, de app. vbi etiam clausula appellatione remota, comprehendit appellationem verè friuola. Et ex istis concludo contra illum Guidonem.

EPITOME.

¶ Titius & Caius fratres præsente principe sub certa pœna conuenerunt, vt ipsis, aut altero eorum superstite, & filiis defuncti fraternaliter viuẽtibus castra omnia & iurisdictiones inter eos remaneant communes &c. quòd si alter contrafecerit, portio

contrafaciētis pleno iure deueniat ad alterum &c. Modò Titius audiens Caium fratrē lethaliter vulneratum nouos castellanos in dictis castris creauit, vxorem Caii ingressu castri prohibuit, & pluries per eam interpellatus, vt res in primum reponeret statum, semper recusauit quousque principis minis ad id fuerit compulsus, quæritur, an inciderit in pœnam &c. Respondet Barbatias, Titium contrauenisse pactis & conuentionibus initis, & Caium, aut eius filios posse exigere pœnam in contractu appositam, quantacunque ea sit.

SVMMARIVM.

Scientia domini vnà cum taciturnitate inducit tacitum mandatum. nu. 3.
Dominium continuatur a patre in filium. nu. 6.
Contrafaciens vni ex capitulis incidit in pœnam, ac si omnibus contrafecisset. nu. 8.
Minæ potentum & principum inducunt iustum metum, numero 9.
Purgatio moræ non habet locum, vbicunque in contractu fit executio. nu. 10.
Confessioni & executioni facientis rem prohibitam non stamus, ex quo sumus in genere prohibitorum. nu. 15.
Pœna qnando præsumatur adiecta in fraudem vsurarū, vel non, nu. 21. & nu. seq.
Fraus non præsumitur, vbi est auctoritas principis. nu. 24.
Stare verbi, duplex acceptio. nu. 26.
Contrafactio notabilis quando dicatur, statur arbitrio iudicis, & ibi in quibus stetur eius arbitrio. nu. 32.

CONSILIVM XLV.

ILlud in medium referā, quod p̄clarè scripsit propheta gloriosus Psalmo 121. loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: qa mandatis tuis credidi. Ideo gloriosissimum, & clementissimum Deum ex corde & animo huic consultationi inuoco, vt pijssimo Saluatore nostro Iesu Christo medio veritatem ponat iu ore meo. Amen. Idcirco viso puncto, & pactis, & conuentionibus inter ipsos fratres celebratis & protestationibus, & tota facti contingentia, & omnibus matura, & solenni animaduersione pensatis. Duo sunt accuratè examinanda pro præsentis consultationis apertissima decisione. Primum erit, vtrum iste Titius frater contrauenerit pactis, & conuentionibus inter eos gestis, & per ɔ̄ns inciderit in pœnas contentas in conuentione, & contractu. Secundum erit, vtrum pœna contenta in ipso contractu possit exigi per Caium, cui Titius frater ɔ̄uenit. Et istis solēniter examinatis apparebit veritas indubitata huius consultationis. ¶ Capio primū: & quia tota difficultas huius dubitationis stat super verbis ipsius cōuentionibus, ideo verba eius sunt ante oīa examinanda. Primo dr̄ in ea, ꝙ in vita dictorum fratrū, ac filiorū alterius eorū prædecedentis, altero ipsorū fratrū superstite, & ipsis filijs prędefuncti fraternaliter viuentibus dicta oīa fortilicia, & iurisdictiones sint, & remaneāt communia & indiuisa, & communes, & indiuisæ inter ipsos fratres ac alterius eorū filios, vt supra. Ecce nunc expressum est in dicta conuentione, ꝙ altero fratre prædecedēte, fortilicia omnia & iurisdictiones sint, & remaneāt cōmunia, & indiuisa inter ipsos fratres, & filios p̄decedētis fratris, si fraternaliter viuere velint. Eo ergo ipso, ꝙ iste Titius occupauit fortilicia, apponendo castellanos nomine suo, & expellendo castellanos communes, & prohibendo vxorem Caij fratris ipsius intrare rocham, motus eo respectu & consideratione; quia audiuerat Caium fratrem prædictū mortaliter vulneratum, apparet expressè, ꝙ venit contra præfatum capitulum conuentionis: quia cū filij prędecedentis fratris debeant habere dicta fortilicia communia, vt dictum est, sequitur, ꝙ iste Titius eos priuabat fortilicijs, & iurisdictione, & per consequens ex hoc capite dicitur venisse contra conuentionem. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ Titius frater non fuit ille, qui prohibuit vxorem Caij intrare rocham castri: sed fuit ille
1 assertus castellanus, quo casu † actus gestus per procuratorem non habentem mandatū speciale, & expressum, non facit dominum incidere in pœnā: non enim videtur mandasse ille Titius illi castellano, vt faceret actum, per quem ipse dominus incideret in pœnam. l. 4. §. si procurator. ff. quod quisq; iur. & ibi est gl. solennis, & Ang. ꝙ vbicunque procurator opponit exceptionem, per quam dn̄s incidit in pęnā, ꝙ repelli potest, nisi doceat de speciali mandato ad illam opponēdam. facit l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicent. non obtemp. c. j. vt lit. non conte. l. si pr̄. ff. quæ in frau. cred. & ideo dixit Bal. in d. l. 3. §. si procurator, ꝙ si cōe mandat aliquibus, ꝙ condant statuta, & illi faciunt statuta ɔ̄ libertatem ecclesiæ, ꝙ commune non punitur: & ideo pulchre dixit Saly. in l. si procurator. ff. de condi. inde. ꝙ si procurator generalis ad lites petat id, quod per laudum arbitri est iam decisum, ꝙ potest sibi obijci, ꝙ non habet mādatum speciale ad hoc: quia si dominus peteret, incideret in pœnam compromissi. Facit, quod voluit ibi Bar. & prçclarè dixit Sal. in l. non est ignotum. C. de adm. tuto. ꝙ procurator generalis si instituat causas calūniosas, ꝙ non punietur dn̄s: quia non videtur dominus dedisse sibi mandatū ad sic instituendum. & idē refert Bar. in d. §. si procurator. determinasse Papam Clementē: vt refert Spe. in tit. de execu. sen. Ita dicemus in proposito, cum dictus Titius teneretur acceptare in rocha, & fortilicijs vxorē ipsius Caij fratris, aliàs incidebat in pœnam, isto casu videbatur anferre ius competens ad dicta fortilicia filijs ipsius Caij, quem ille Titius præsumebat esse mortuū: quia lethaliter vulneratū fuisse in bello sibi notificatū fuerat, non videtur dedisse mādatum illi castellano, vt non acceptaret illam dn̄am, & per consequens inci-
2 deret in pœnam: non enim p̄t † procurator reuocare factum dn̄i, nisi ex cā euidenti faceret: vt dixit tex. singularis in l. si hominē. ff. manda. & voluit Bald. in l. oēs populi. ff. de iusti. & iu. & in rub. in princ. C. qui admi. ad bo. pos. quia istud nullo modo obstat. & ad hoc allego elegans & singulare dictum Inn. ꝙ in tribus locis posuit, videlicet in c. ex parte decani. de rescrip. & in c. cum iu iure peritus. de offi. dele. & in c.
3 in nostra. de procura. vbi dixit, ꝙ si aliquis † asserit se procuratorē, & ego scio, & taceo, ꝙ videor dare sibi mandatum: & factum ab eo præiudicat mihi. sequitur hoc dictum Archi. in c. qui ad agendum, de procur. lib. 6. Cy. in l. si pecuniam. C. de neg. gest. sequuntur Domini de Rota decisio. 13. & decisione 43. & videtur casus in c. j. de iureiu. li. 6. vbi procurator generalis constitutus, non vr̄ constitutus ad delinquendum, vel ad faciendum dn̄m incidere in pœnam, vt est dictum: tamen taciturnitas vnà cum scientia dn̄i habentis notitiam procuratorem delinquere, adeo ꝙ pœna veniat dn̄o imponenda, reddit ipsum male gestum actum procuratoris validū in præiudicium ipsius dn̄i. Item est tex. in d. c. 1. ad fin. ergo est ibi casus, ꝙ scientia dn̄i vnà cum taciturnitate inducit tacitum mandatū & actus firmitatē in eo, qđ procurator gerit vltra formam mandati. Ita est dicendum in

proposito,

proposito, ꝙ cum iste Titius sciuerit illum suum castellanum denegasse introitum ad rocham vxori ipsius Caij contra pacta & conuentiones, & non contradixerit, sequitur, ꝙ videtur sibi dedisse mãdatum ad hoc. Facit regula .l. sæpe. ff. de iudi. & c. quanuis. e. tit. vbi in actibus iudicialibus scientia tacentis inducit mãdatum. Facit etiam tex. in l. 1. §. magistrum, de exercito. & l. sed & si pupillus. in princ. ff. de institor. & l. fi. ff. quod cum eo, vbi patiẽtia domini citra contractum inducit mandatum, & quod habetur in l. cum pater. §. libertis, ff. de leg. 2. & facit optimus tex. in l. 1. C. de erogat. mili. anno. lib. 12. & glo. in d. c. j. vt lit. non conte. Multo ergo fortius erit in casu nostro cum apparet expresse, ꝙ ipse Titius fuit resistens ad reducendũ fortilicia ad illum gradum, in quo erant tempore conuentionis celebratę inter ipsos fratres: apparet ergo ex istis, ꝙ factum ipsius castellani præiudicauit ipsi Titio: etiam factum ipsius Titij: vt ex inferius dicentis demonstrabo. ergo sequitur, ꝙ ex hoc capite incidit in pœnam ꝯtentam in dicto contractu conuentionis. ¶ Secundo hoc ostẽdo ex alio: dicitur in ipso contractu conuentionis, ꝙ castellani debeãt poni in dictis fortilicijs singuli, & singulis cõmuniter per dictos fratres, & de communi concordia, & si ꝯtingat aliquem ex dictis castellanis sic communiter positis nõ placere alteri ex dictis fratribus, ꝙ tunc alius teneatur consentire illi, cui talis castellanus non placuerit, super mutatione fiẽda de dicto castellano, & debeat poni communiter, & communiter debeãt recipi iuramenta. Modo ille Titius non declarans castellanum montis clericuli sibi non placere, ex solo suo capite, nulla facta denũtiatione suo fratri Caio prædicto, expulit illum castellanũ, quem communiter ambo fratres posuerunt, & constituit alium castellanum, & per consequens ex isto capite etiam videtur dictus Titius venisse contra dictã conuentionem, & transactionem. ¶ Et si dicatur, ꝙ in dicta conuentione dicitur, ꝙ si alter ex dictis fratribus, vel vterque esset extra partes Lombardiæ, quo casu licitum sit illi, qui remanserit in terris illis, vel etiam qui se vltimo absentauerit a terris illis, fulcire dicta fortilicia: & ad ea mittere libere, & pro libito voluntatis, & absque aliqua taxatione numeri personarum. Sed in casu nostro vnus ex ipsis fratribus se absentauit a partibus Lombardiæ: ergo fuit licitum Titio fratri ponere personas liberè, & pro libito voluntatis absque aliqua taxatione in dictis fortilicijs, & per consequens potuit mutare castellanum, & similia facere. Ad hoc respondeo, ꝙ licet in dicta conuentione ita caueatur: tamen non dicitur, ꝙ possit mutare castellanum, quem communiter fratres ibi constituerant. vnde posito, ꝙ potuisset ponere quot ꝑsonas voluisset in dictis fortilicijs præfatus Titius: tñ non potuit reuocare castellanum cõiter ab ipsis fratribus deputatum: ex eo quia in dicta conuentione continetur, ꝙ si ꝯtingat aliquem ex dictis castellanis sic communiter potius non placere alteri ex dictis fratribus, ꝙ tunc alius teneatur consentire illi, cui talis castellanus non placuerit super mutatione fienda de dicto castellano: vnde sensus illorum verborum, ꝙ ambo debent constituere castellanum, qñ castellanns communiter ibi positus nõ placeret vni fratri, ꝙ alter frater teneatur consentire super mutatione fienda: & sic illa verba, ꝙ pro libito voluntatis vno ex fratribus absente possit pręsens ponere personas: non intelliguntur, ꝙ possit mutare ipse solus castellanum. vnde intelliguntur secundum dispositionem clausulæ superioris: non enim prolata sunt ad

4 corrigendum præcedentem clausulam: sed † quælibet clausula intelligitur durare per id, quod pulchre dixit Bart. in l. prima. §. per vim. ff. quod vi aut clam. vbi voluit, ꝙ semper capitur sensus, vt vnũ statutum concordet cum alio. & Bald. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & quod refert se consuluisse D. Pet. de Anchar. in c. statutum. §. cum autem, de rescrip. li. 6. & in repetitione. ca. 1. de constitu. & Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. & Io. And. in addi. Spe. in titu. de sentent. §. vt autem. & in titulo, de execut. senten. §. postremo, & sic non venit correctoriè in eadem transactione, & conuẽtione ad clausulam præcedentem, nec est pręsumendum, ꝙ tam cito se correxerint partes in eodem contractu: vt l. non ad ea, ff. de condi. & demonstra. & in illo Terentiano, hui, tam cito. Et licet vnus se absentauerit, & alter potuerit apponere numerum personarũ in dictis rochis, & fortilicijs: tamen debebat eos ponere sub cura, & gubernatione castellani positi ibi, de communi voluntate, & concordia ipsorum fratrum. Et in hoc apparet, ꝙ ipsę Titius venerit contra conuentiones inter ipsos fratres celebratas: nec declarauit ille Titius illum communem castellanum sibi nõ placere, nec notificauit fratri qualiter sibi non placebat: ergo sequitur, ꝙ venit contra conuentionem. ¶ Et si dicatur, ꝙ ex quo ille Caius frater non poterat contradicere, si non placebat dicto Titio castellanus ille: ideo non erat opus, ꝙ requireretur consensus illius Caij in mutando illum castellanum. Ad hoc respondeo, & posito quòd ita sit, ꝙ alter frater non poterat contradicere: nihilominus debebat prius declarare sibi illum communem castellanum non placere. Item debuit etiam nũtiare fratri per id, quod habetur in cap. constitutus, de regula. vbi licet Abbas non possit denegare licentiam monaco volẽti intrare religionem strictiorem, tamen debet requiri consensus eius: ita in proposito, licet non potuisset ille Caius frater contradicere in mutando castellanũ: tamen debuit requiri. Item in dicta conuentione non dicitur, ꝙ ille solus, cui communis castellanus non placet, possit constituere alium castellanum, vt dictum est: ergo sequitur, quòd debuit adhiberi solennitas conuenta inter eos ad faciẽdum illum castellanum, & per consequens veritas est, quòd iste Titius venit contra transactionem, & conuentionem. ¶ Tertiò facit, in ipso contractu dicitur, quòd si contingeret alterũ ex dictis fratribus se absentare a partibus prouinciæ, ꝙ tunc liceat vxori, vel filijs ipsius sic se absentãtis intrare omnia in fortilicia cũ quouis numero personarũ, & sine taxatione alicuius numeri personarum: sicut & quemadmodũ liceret ipsi absentato: si ipse personaliter præsens esset. Modo pręsupponitur in facti contingentia, quòd cum ille Titius reuocasset castellanum communem illorum communium fortiliciorum: & illa muniuisset pluribus, & diuersis hominibus, & constituisset castellanum nouum, & vxor ipsius Caij hoc sentiens accessisset ad vnũ ex dictis fortilicijs, & petijt, vt intraret in rochã ita vt erat inter ipsos fratres conuẽtum, castellanus ille nouus positus ibi per alium Titium hoc denegauit, & satis ignominiose se habuerũt circa recessum illius dñę, quę pluries illum castellanum tanquam vxor illius Caij requisiuit, & interpellauit: & pluries protestata fuit de pœnis, & conuentione pactorum contra illum castellanum, & illum Titium fratrem, ipso Titio fratre constituente illum castellanũ sciente, patiente, nec contradicente: imo dante sibi mandatum ad hoc: vt apparet ex illo eleganti dicto Inn. in dicto cap. ex parte, & in d. cap. in nostra, & in dicto c. cum in iure. cũ alijs superius allegatis. Et maxime, quia ille Titius pluries interpellatus, & requisitus, vt reduceret fortilicia illa ad primum esse, & ad primum gradum, recusauit, & contumax fuit: & non nisi ex mandato, & iussu, & minis principis reduxit

res ad pristinum gradum, quo casu apparet, ꝙ denegare accessum vxori Caij ad illa fortilicia, processit, emanauit, & fundamentum, & principium habuit ab ipso Titio. Et sic apparet aperta & manifesta contrauentio per ipsum Titiũ ad ipsam conuentionem per consequens incidit in pœnam contentam in ipsa conuentione. ¶ Quarto facit, quod dicitur in dicta conuentione. Item promiserunt dicti fratres inuicem ab ipsis, vnus videlicet alteri, & alter alteri futuros bonos fratres, & legales, & quòd vnus non faciet, nec consentiet, quòd per alium fiet, nec patietur suo posse per alium fieri, aliquam proditionem in dictis fortilicijs, nec alter versus alterum, nec versus filios alterius prędecedentis, nec curabit directè, vel indirectè, ꝙ vllo vnquam tempore alius, vel filij alterius prędecedentis priuentur dominio, ac facultate, & iure ac possessione, vel tenuta alicuius ex dictis fortilicijs, nec faciet, nec consentiet alicui damno, quod contingeret posset alteri, vel filijs alterius prædecedentis in statu, vel in persona, vel circa priuationem, vel diminutionem status alterius, vel filiorum alterius prædecedentis, nec aliquid, quod sit damnum vitæ, aut periculum vitæ &c. sed alter versus alterum, & filios alterius se bene, & amicabiliter, fideliter, & fauorabiliter geret pro alio toto posse ad commmunem conseruationem dictorum fortiliciorum, & communis status. Et prædicta omnia sub pœna vt infra, si contigerit alium contrafacere super dictis contentis in præsenti capitulo, vel alicui eorũ. Ita formaliter exprimitur in dicta conuentione. Modo in proposito nostro apparet manifestè, ꝙ dictus Titius contrauenerit contentis in dicto ꝑctu, vel alicui ex contentis in eo, primo dicitur, † ꝙ non
5 curabit, ꝙ directè, aut indirectè alter frater, vel alterius fratris filij priuabũtur dominio, possessione, aut tenuta alicuius ex dictis fortilicijs: aut ergo loqmur quoad ipsum Caium fratrem: aut loquimur quoad filios ipsius Caij mortui: licet iã viuus sit iste Titius interrogatus publicè a principe illius prouincię, vbi posita sunt dicta fortilicia, an illæ Titius dixerit principi pręfato, ꝙ illa fortilicia ideo acceperat pro se ad bonũ finem ex eo: quia audiuerat illum principem moriturum in fine Augusti, & quòd ille Caius frater erat percussus ad mortẽ, qui Titius respondit quòd sic, quo casu si habemus considerationem ad filios Caij mortaliter vulnerati, ille Titius abstulit dominium spectans ad illos filios in dictis fortilicijs: conti
6 nuatur † enim dominium a patre in filium: vt in l. in suis. ff. de liber. & posthu. facit glo. not. in c. 1. ad fi. de feu. cogni. & ibi Bal. magnifacit illam glo. ꝙ filius in succedendo patri in feudũ non acquirit feudum: sed acquisitũ capit, quod est pulcher & sapidus modus loquendi secundùm Bald. ibi & facit glo. not. in cap. fina. 24. quæst. 1. quæ dicit, ꝙ filius regis appellatur rex in vita patris, & alleg. ibi dictam. l. in suis. Facit glo. in l. hæreditas. C. deposit. quæ dicit singulariter, ꝙ vbi est suus, non est dare hæreditatẽ iacentem. facit. l. 1. C. de impo. lucra. descri. lib. 10. & quod not. glo. multum singula. in auth. vt debitrices matres. §. sancimus, & per consequens contrauenit dictus Titius quoad illam clausulam conuentionis: quia priuauit filios fratris, quem credebat iam mortuum, domino ipsorum castrorum, & per consequens incidit in pęnam. Si vero volumus habere considerationem, ad ipsum Caium eodem modo incidit Titius in pęnam: quia priuauit illum Caium tenuta, & etiã possessione: quia cum ille Caius possideret, & detineret illa fortilicia per communẽ castellanum, & custodem deputatum ab eis priuando illum castellanum possessione & tenuta: possidet enim † quis per
7 colonum. l. si id. §. per colonos, & l. qui vniuersas. §. quòd per colonum. ff. de acquiren. possess. & per colonos amittimus possessionem. l. 3. §. ꝙ si seruus. ff. de acquiren. possess. & sic apparet, quòd iste Titius venit multifariè, multisque modis contra conuentionem præfatam. ¶ Quinto facit: quia in dicta conuẽtione dicitur, si contingeret alium ex eis contrafacere super dictis contentis in præsenti capitulo, vel alicui eorum, quo casu non requiritur concursus omnium contentorum in dicta conuentione: vt ita incidat in pęnam, si veniat contra omnia contenta in dicta cõuẽtione: sed sufficit, ꝙ veniat contra vnum de contentis, quo casu incidit in pęnam contentam in dicta conuentione. Et habet optimam rationem in se hoc dictum, ex eo quia ille, qui factus est reus in vno censetur factus reus in omnibus: vt scribit pulchrè Cicero in suis Paradoxis, & probatur in text. c. a. consideret, de pœn. dist. 5. & in c. quę ipsis sacerdotibus. 38. dist. & ibi gloss. facit. l. si vnus. C. de testamentis. & l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. & ideo Bal. in l. minoribus. C. de his qui: vt indig. per illũ textum dicit, quòd si ad maleficium perperrandum plures interuenerunt, ꝙ æquè punitur syndicus, qui omittit denuntiare vnum ex eis, ac si neminem denuntiaret: & sic non prodest diligentia in quibusdã, si vnus ex malefactoribus omittatur, & dicit esse quæstionẽ in simili per Dynum disputatam, & idem Bald. in l. prima. C. de his, quæ pœn. not. in 14. quæst. testator,
8 inquit, mandauit hæredi † quòd daret 10. certa die, alioquin daret mihi fundum, dedit nouẽ elapso die peto fundum, quæritur, quid iuris? Et decidit, quòd possum restituere nouem. ideo posito, quòd in vno ex contentis in dicta conuentione ille Titius contrauenisset, nihilominus incideret in pœnam: quia haberetur, ac si in omnibus contrauenisset. Multo fortius in casu nostro cum in multis contrauenit: vt est ostensum superius. ¶ Sexto facit, in dicta conuentione dicitur, quòd amicabiliter, fideliter, & fauorabiliter vnus geret se pro alio toto posse suo, quãtùm ad communem conseruationem dictorum Castrorum, & fortiliciorum, & statutum communium. Modo iste Titiꝰ frater se habuit, & gessit infideliter, præiudicialiter, & etiam hostiliter versus alium fratrem, reuocando communem castellanum, & priuando fratrem tenuta, & possessione: & etiam filios domino, intelligo, vt superius dixi. Quinimo, quòd pessimum est: quia princeps prouincia dixit præcipiendo illi Titio fratri per hæc verba. andate io voglio che le fortezze torneno in suo grado, qui Titius non patuit principi, & vxor Caij: quia ille Titius erat contumax in non restituendo fortilicia in primum gradum, cõquesta est coram principe iterum de isto Titio, tunc princeps iterum misit pro isto Titio & dixit sibi. Conte Titio io ve comando vn'altra volta che le fortezze torneno nel suo grado, che intẽdo per ogni modo che le fortezze torneno al suo primo grado, qui Titius tunc respondit. signore da poi che la signoria vostra vuole che faccia questo, la signoria vostra toglia quelle fortezze in se, il signor respondit, quòd nolebat illud facere: imo volebat ostendere cuicunque personæ, ꝙ illud, quod fecerat ipse Titius, sine scientia & consciẽtia ipsius principis Titius fecerat illud; ideo ipse princeps disponebat, quòd res reuerteretur ad primum suum gradum, qui Titius respõdit ipsi principi, postquam dominatio vestra non vult in se illa castra, ego illa castra dabo domino Marchioni Mantuano. Et per ista adhuc fuit contumax in restituendo dicta castra ad primum gradum. Post autem aliquos dies vxor ipsius Caij reuersa est ad principem, & conquesta est grauiter de isto Titio: quia res non erat ad primum gradum restituta. iterum princeps misit per

per istum Titium, & sibi dixit hæc verba. io ve ho già detto cotãte volte di tornare le cose in lo primo grado, mi pare che ve fatte beffe, che per ogni modo voglio che torneno in lo primo grado, altramente io ve darò da intendere che sarò mal contento. Et finaliter cum præceptis, & minimis principis, & inuitis restituit res ad primum esse. Ecce qualiter iste Titius frater infideliter, & hostiliter, & cum præiudicio fratris sui se habuit, & nisi fuisset timor principis
9 non restituisset. minæ † enim potentũ & principum inducunt iustum metum, imo preces instantissimæ principis inducunt iustum metum. ca. cum inter R. seniorem, de elec. Facit glo. sing. in l. j. C. si rector prouinc. vbi blandiciæ potentum inducunt iustum metum. facit, quod habetur in cap. cum dilectus, quod metus cau. & dominus Abbas allegat gloss. singularem, ꝙ verba minatoria inducunt iustum metũ considerata qualitate personæ. facit illud. Est rogare ducum species violenta iubendi. facit, quod not. Bald. in ca. 1. § furtum, de pace iur. fir. & in l. si mandator. C. mandati. & facit, quod habetur in cap. insinuante. in versic. metu regio. qui cleri. vel vo. & quod not. ibi dominus Abbas. Facit, quod voluit Inno. in cap. causam matrimonij, de officio delegat. vbi dicit, ꝙ si præcesserunt minæ a viro contra vxorem, si postea contrahat cum interuentu amicorum, contractus præsumitur metu gestus. Facit elegans text. in c. 1. de offi. deleg. vbi minę, vel terror potestatum inducunt iustum metum. Cum ergo in casu isto præcesserunt iussa, & præcepta principis aduersus illum Titium, vt restitueret rem ad pristinũ esse: & tamen fuit contumax, & noluit. postea vero interuenerunt minę ipsius principis, ideo tunc videtur restituisse prætextu metus, & non sponte sua, & per consequens apparet manifestè, quòd iste Titius interuertit possessionem tenutam, & dominium contra illum Caium, & venit contra conuentionem, & transactionem, quo casu sole clarius est, ꝙ incidit in pœnam conuentam.

¶ Septimo est ponderandum: quia in dicta conuentione dicitur, si contingeret alium contrafacere super contentis in præsenti capitulo, vel aliquo prędictorum, ꝙ tunc ipso iure, & facto, & absque alio ministerio hominis portio, illa quę competeret, & competit, & pertinet, & spectat illi taliter contrafacienti in dictis fortilicijs, & iuribus, & omne ius ipsius portionis, & omnia bona immobilia &c. ipso iure, & facto sint, & esse intelligantur applicata alij, qui non contrafecerit, & cui sit contrafactum, quo casu vicissim transtulerunt plenum dñium, & plenam possessionem quorumcunq; bonorum immobilium, &c.
10 quæ verba sunt executiua, quo casu vbicunque † in contractu fit executio, nunquam habet locum purgatio moræ. Ita dixit Bald. in l. & si post tres. ff. si quis caut. referens se ita audisse Bart. dicentem per. l. qui ob rem. ff. de verb. oblig. & in l. & si post tres. ff. si quis cau. & idem sequitur Ang. in l. si is cuius. ff. de leg. 2. & l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. Facit glos. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti, de elect. li. 6. & idem firmat Ang. in l. si insulam. in sua eleganti repetitione. & ideo dicit, ꝙ si nuncius non denuntiauit maleficium infra terminum diffinitum a statuto, ꝙ non poterit moram purgare, & loquuntur pręfati doctores eo casu, quo aliquid est implēdum infra certum terminum, & non potest mora purgari, si verba contractus sunt executiua. Multo ergo fortius ĩ casu nostro, vbi quis se obligat sub pœna non venire contra transactionem quam incurrerat ipso facto, ꝙ si venit contra transactionem incidit in pœnam ipso iure, & dñium bonorum suorum intelligitur translatum in eum, cui est ꝯfactum, & non poterit moram purgare: maximè in casu nostro, cum iste Titius non purgauerit malefacta a se sponte sua: sed ad instantiam partis aduersæ præcipiente, & mandante cum minis principe: vt est superius ostensum. Octauo facit: quia in dicta conuentione dicitur, ꝙ dicta pœna non prius executioni mandetur, nisi fuerit approbata contrafactio, vel de ea notoriè, & apertè constet, quę verba volunt, ꝙ non sit opus ferre sñiam ad executionem pęnę prædictæ: sed sufficit, vel ꝙ sit proba-
11 ta ꝯfactio ex eo quia † non sufficit allegare illum Titium contrauenisse conuentioni: sed oportet probare tali probatione, quæ sit approbata. i. quæ sit sufficiens gloss. est in l. 1. in versi. dicatur, & probetur. ff. si qua. pa. fe. dica. l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo. & in c. non est, de consuet. lib. 6. & tex. in c. ad decimas, de resti. spol. eo. li. & in c. cum super, de concess. præb. l. doce. C. de rei ven. cum simi. Sed ista ꝯfactio est clara & manifesta: vt ex facti scire apparet: ergo sequitur, ꝙ pęna est executioni mandanda. Item dr̃, vel de ea notorie & aperte constet, ꝙ autem sit notoria ista contrafactio, apparet ad oculum, primo iste Titius venit contra dictã conuentionem coram ipso principe: ex eo quia coram principe fuit confessus, fortilicia prædicta assumpsisse, & coram principe fecit resistentiam restituēdi dicta fortilicia ad pristinum gradum, & finaliter ad minas & terrorem principis restituit dicta fortilicia ad primum gradum, quo casu confessio transit in notorium facta coram principe, arg. eius, quod habetur per Inn. in c. ex insinuatione, de app. & tex. in c. cum olim, de ver. sig. vbi probatio in iudicio facta reddit rem notoriam, & idem pro-
12 batur ibi in confessione, ꝙ confessio † facta in iudicio reddit rem notoriam. Facit, quod voluit Inn. in c. p tuas, de testi. & quod no. in c. pe. de exce. & quod voluit glo. in l. emptorem. ff. de act. emp. & quod habetur in c. fin. de cohabit. cleri. & mulie. Ideo in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando. l. proinde. §. 1. ff. ad legem Aquil. & quod voluit Spec. in tit. de noto. crim. §. iam. versi. notorium, vbi tenet, ꝙ cõfessio iudicialis facit rem notoriam. cum ergo ista confessio emanauerit coram principe, quo casu non requirit telam iudicij: quia coram princi-
13 pe † non requiritur ordo iudiciarius: ideo pulchre dixit Inn. in c. j. de lit. contest. vbi dixit, ꝙ pręsentia principis replet omnem solennitatem, & dominus An-
14 tonius in c. licet Heli. de simo. dixit, ꝙ Papa † potest ferre sententiam non conformem libello, allegat dictum Spec. ex eo: quia coram principe non requiritur ordo iudiciarius, & pulchre dixit Host. in c. cum olim, de re iudi. ꝙ Papa potest ferre sententiam sine peremptorio, & ideo Bal. in l. fi. C. de legibus dixit, ꝙ coram Papa non seruatur ordo iuris positiui, & dixit idem Bal. in c. 1. in titulo, si de inuesti. inter domi. & vasallum lis oriatur, ꝙ sententia principis non requirit exactum ordinem iudiciorum, allegat Innoc. & ibi not. in c. de causis, de re iudi. & ipse solus habet potestatem mandādi, facias sic: sed faciat iustitiam, allegat Innoc. in c. significantibus, de offi. deleg. facit ca. Raynutius, de testa. Facit etiam. l. omnium. C. de testa. vbi præsentia principis replet solennitatem, & dixit Hostien. in dicto capitu. in causis, quòd coram principe non producitur libellus in scriptis. Apparet ergo ex prædictis, quòd ista confessio illius Titij facta coram principe inducit notorium, & erit res notoria, & sic probata est contractio notorie & aperte: seu constat notorie & aperte contrafactio: non enim est dare clariorem probationem ea, quæ resultat ex propria confessione. l. generaliter. C. de nõ nu. pecu. c. per tuas, de probat. cum simil. Apparet ergo manifestè, ꝙ de contrafactione constat apertè, & notoriè. Quinimo etiam apparet notoriè & manifestè ex eo: quia vxor illius Caij accessit cum multi-

tudine seruitorum ad illa fortilicia,& petijt, vt aperi
rentur sibi portæ fortiliciorum, & per castellanum
deputatum ab ipso Titio fuit ei data repulsa cunctis
astantibus, audientibus, & videntibus, quo casu res
est notoria, & per consequens locus est executioni
pœnæ impositæ ab ipsis fratribus transigentibus, &
componentibus. ¶ Et si quispiam dicat, amice, iste
Titius licet accepisset illa fortilicia in se, & expulis-
set communes castellanos ab illis fortilicijs, tamen
illud fecit ad bonum finem. hoc apparet ex sua asser
tione facta coram principe, & coram multis alijs, &
sæpenumero ita dixit, & confessus fuit, ex quo sequi-
tur, ꝙ ex quo ad bonum finem fecit, non videtur fe-
cisse animo contraueniendi transactioni & conuen
tioni, & per consequens non incidit in pœnam con-
uentam. Quia ad hoc satis commode respondeo, &
dico istud esse falsum, & oĩ reprehensione dignum.
Primo nos sumus in actu prohibito, quia ille Titius
fecit rem prohibitam, & ꝯ conuentiones, & pacta,
quo casu ex quo sumus in re prohibita, & in genere
15 prohibitorum, non stabimus † confessioni & excu-
sationi facientis rem prohibitam hoc decidit gloss.
elegans in l. qui testamentum. ff. de probat. & facit,
quod not. Bartolus in l. si forte. ff. de castren. pecu. &
in l. 1. C. de ment. vali. libro 11. & in l. per diuersas. C.
man. & in l. 1. C. ne lice. po. Guil. & alij in cle. 1. de re-
bus eccle. non alienand. Bald. in l. si donatione. C. de
collat. text. in l. etiam. §. ex præterito tempore. ff. de
manu. Cum ergo in proposito nostro simus in actu
regulariter prohibito, sequitur, ꝙ non stabitur suæ
excusationi. Facit simile, quod dicimus de eo, qui oc
cidit hominem, sed dicit, ꝙ ad suam defensionem,
quia cum sumus in genere prohibitorum, non sta-
bitur suæ executioni, de quo plenè per Bartolum in
l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de liber. le. per Baldum
in l. prima. C. de confess. & in l. 2. C. de don. ante nup.
& in l. si quidem. C. de except. & in l. si quidem. C. de
transact. & in c. 1. §. item si vasallus. in titulo, de con-
trou. inuest. & in l. nec codicillos. C. de codicil. & per
dominum Cardinalem, & alios in c. bonæ. de postu.
prela. & in c. cum venissent, de insti. & etiam no. in c.
dilecti, de accu. Præterea etiam facit; quia excusatio
est contraria facto, & cõtrarium faciebat eius, quod
excusabat. Vnde dicebat se fecisse ad bonum finem:
& tamen contrarium ostendebat facto. vnde resiste-
bat restituere fortilicia ad primum gradum: imo vo
lebat penitus priuare Caium fratrem fortilicijs illis,
ex eo quia cum illa fortilicia accepit pro se, & esset
iussus, & monitus cum nimis sæpenumero a princi-
pe, vt illa castra restitueret ad primum gradum, nec
poterat aliud facere, respondit se velle illa fortilicia
ponere in manibus ipsius principis ecce qualiter res
& finis aliter se habebat, & ideo stãdum est facto, &
non verbis illius Titij. Facit simili, quod habetur in
c. eam te, de iureiuran. vbi protestatio iuris alteris, &
reseruatio quãdo in totum detrahit iuri alterius, est
16 inanis, & non validat, quod agitur: quia † malè ius
seruat, qui in totum illud eneruat: sicut seneschalus
quidam, qui fecit hominem suspẽdi saluo iure, nec
facile euitat quis infidelitatem, qui alteri iurat saluo
iure domini. facile dico: quia contingit quandoq;,
ꝙ aliquis de eodem feudo facit fidelitatem duobus
dominis, scilicet maiori domino, & minori domino
saluo iure maioris], cui & minor fidelitatem de feu-
do facit. Idẽ etiam dicimus, ꝙ non minus iniuriam
facit, & de iniuria tenet, qui dicit, salua semper reue
rentia vestra, vos mentimini per gulam vestram, si-
cut aliquando refert dominus Antonius se audijsse.
ista refert post alios & sequitur do. Anto. in d. c. eam
te, quia verbum iniuriosum subsequens, vel præce-
dens declarat, ꝙ non habet animum saluandi sibi
honorem, nec saluandi sibi rem suam. facit. l. si non
conuicij. C. de iniur. & quod ibi not. Cyn. & Bald. &
quod voluit Bart. in l. si quis extraneus. ff. de acquir.
hære. & facit, quod voluit Ioan. An. in addi. Spec. in
tit. de accusat. ad fi. vbi quærit, si turpis exceptio fiat
contra actorem, quòd est vnus ribaldus, an possit pu
17 niri actione iniuriarum, & concludit, ꝙ sic, si † ex-
cipiens animo iniuriandi, & diffamandi hoc facit. l.
3. C. de iniur. Ista apponunt gladium contra istum
Titium, quia contrarium faciebat facto, non est stan
dum suę protestationi sequenti verbali. & ideo dixit
glo. elegans in l. de quibus. ff. de legi. ꝙ quidam osten
dunt voluntatem suam rebus, & factis dumtaxat, &
sic ille Titius facto, & re aliud faciebat, quàm verbo
exprimebat, & per consequens veritas est, ꝙ Titius
præfatus realiter, & essentialiter venit contra transa
ctionem. ¶ Et si quispiam etiam dixerit, ꝙ iste Titius
venit excusandus ab ista pœna ex eo: quia audiuerat
Caium fratrem esse vulneratum ad mortem, & pro-
pter hoc timuit, ne illa fortilicia trãsirent ad manus
alienas deposuit cõmunes castellanos, & posuit no-
uos: vnde colorata causa licet iniusta excusata dolo.
l. igitur. ff. de liber. cau. l. prima, ad finem. ff. de abige.
l. ex consensu. §. fina. ff. de appellat. & ibi Angelus di-
xit, quòd omnis causa licet temeraria, & fatua, si ta-
men est colorata, excusat a pœna contumaciæ. facit
quod voluit Bal. in l. nouissimè §. quid enim si com-
pulsus, quod fal. tuto. auctor. vbi dicit, quòd illi legi
18 † non potest dari melior concordia, an fama excuset
quem a dolo. facit. l. plagij. & quod ibi not. Angelus.
C. de plagiar. facit. cap. cum causam, de elec. vbi iniu
sta ꝯsuetudo causat iustam dubitationem, & quod
voluit Bald. in l. prima. post glos. C. vbi cau. sta. quòd
bona fides potest causari etiã ex iniustis rationibus,
& temerarijs, & Bartol. in l. diuus Claudius. ff. de fal.
dixit, quòd ignorantia excusat delictum, & quod vo
luit Innocent. in cap. penult. de rebus eccl. non alie.
vbi dixit, ꝙ error iuris facit, vt quis lucretur fructus,
& consuluit dominus Petrus de Anchara. cons. 271.
quòd iniqua consuetudo excusat ab homicidio, &
facit glo. in cap. cum venerabilis, de consue. & quod
voluit Ludo. Roma. consil. 94. Non est ergo mirum
si iste Titius veniret excusandus propter illã famam
licet falsam, ꝙ Caius eius frater fuerat ad mortem
vulneratus. Ad ista potest facile responderi, ꝙ in ca-
su nostro nullo modo potest excusari. Primo iste ve-
nit contra pacta, & conuentiones: quia debebat re-
ceptare vxorẽ illius Caij absentis, & non fecit, sed sa
tis ignominiosè procurauit non receptari in rocha:
vt superius est dictum. Item illud fecit animo priuan
di filios Caij domino, & possessione dictorum fortili
ciorum, Item audito, ꝙ Caius eius frater erat viuus,
noluit restituere dicta fortilicia ad pristinã gradum,
& ponere in manu communis castellani: imo opor-
tuit exponere querelas cõtra ipsum Titium coram
principe ab vxore illius Caij, petendo, quòd dictus
Titius restitueret fortilicia, q penitus recusauit, nec
nisi ad minas principis restituit; vt superius fuit ostẽ
sum: ergo sequitur, ꝙ nullam causam excusationis
habuit, nec iustam, nec roboratam, imo infideliter,
& hostiliter, & non vt frater se habuit erga Caium
fratrem. Et ex istis apparet, quòd liquidè, & manife-
stè dictus Titius venit contra cõuentionem, & tran-
sactionem præfatam, & eius contrauentio est noto-
ria & aperta, & approbante digna. Et sic satisfactum
est contractui dicenti, ꝙ executio pœnæ non fiat, nisi
contrauẽtio sit approbata, vel de ea publicè, & aper-
tè constet. ¶ Secundum dubium est, vtrum iste Ca-
ius possit recedere a dicta trãsactione, ex quo ille Ti
tius venit contra, & cõsului quòd sic, & allegaui ea,
quæ late dixi in ꝯsilio, quod feci hic Bononiæ in fa-
uorem

uorem societatis speciariorum, vbi latè scripsi, & illa retulit hic ideo vide ibi latè in primo volumine consiliorum meorum. ¶ Restat nũc videre, vtrum dictus Caius possit petere dictam pęnã: Et circa hoc est sciendum, ꝙ aut loquimur in foro pęnitentiæ:
19 & tunc satis † est, ꝙ sacerdos imponat pęnitentiam pro delicto, & hoc voluit glo. singularis in c. fraternitatis. 12. q. 2. & allegatur ratio: qa pęna imponitur per iudicem in foro contentioso. 12. q. 2. in hoc. Itẽ quia pęna imponitur, vt cęteri metum habeant, & multis crassantibus locus fit exemplo. l. aut facta. in fi. ff. de pęn. quę ratio cessat in foro animæ: quia imponitur pęnitentia ibi, quia neglexit Deum. ideo singulariter dixit Innocent. in cap. sicut dignum, de homici. ꝙ si quis infert damnum proximo non ex proposito, nec lata culpa, non tenetur resarcire dãnum in foro pœnitentię: sed satis est agere pœnitentiam: secus est in foro contentioso. dominus Abbas in c. j. de constitut. limitat hoc: nisi lex imponere pœnam ipso facto: quia tunc poterit retinere pœnam cum bona conscientia: qnia ius est statim acquisitum sibi, allegat not. in cap. commissa, de publica, & in c. 2. de præscript. libro sexto. Multo fortius erit idem in casu nostro: cum ista sit pœna imposita a partibus, & sic imposita in fauorem vtriusque: quia ita tenetur Caius Titio, sicut Titius Caio in casu, quo veniretur contra transactionem: & apposita est pœna ipso facto, & ipso iure: vt apparet ex ipso instrumento
20 transactionis: ergo &c. Mitius enim † agitur cum lege, quàm agatur cum homine: vt l. Celsus. ff. de arbi. & tamen quando apponitur pœna ipso iure a lege, potest cum bona conscientia peti: ergo multo fortius quando pœna apponitur ipso iure ab ipsis contrahentibus in fauorem vtriusq; partis: vt fuit in casu nostro, poterit iste Caius in foro conscientiæ esse tutus quoad pœnam istam habendam: vnde in isto instrumento transactionis dr̃, ꝙ si contingat alium contrafacere, ꝙ tunc ipso iure, & facto, & absq; alio ministerio hominis, portio illa, quæ competeret, & competit, & pertinet, & spectat illi taliter contrafacienti in dictis fortilitijs, vel iuribus, & omne ius portionis, ac etiam vniuersa alia bona illius taliter contrafacientis immobilia, quę eis fratribus relicta sunt ex hæreditate genitoris sui, tam in dño ducali, quàm alibi, vbicunque sita sint, & iaceant, cum eorum iuribus, & iurisdictionibus ipso iure, & facto sint, & esse intelligantur applicata alij, qui non contrafecerit, & cui sit contrafactum: & ex nunc prout ex tunc dicti fratres transtulerunt plenum dominium, & plenam possessionem quorumcunq; bonorum immobilium ipsorum fratrum: videlicet vnus in alterum, & alter in alterum, & constituerunt eo casu dicti fratres sese tenere, & possidere omnia eorum bona præsentia, & futura. donec corporalem possessionem acceperint, & acceptã sua propria auctoritate retinuerint, & omnimodam potestatem & liberam facultatem dederunt: quæ tamen pęna non prius executioni mandetur, nisi fuerit approbata contrafactio, vel de ea notoriè, & apertè cõstet. Ista sunt formalia verba dicti instrumenti transactionis: modo eo ipso, ꝙ declaratum est contrafactionem esse notoriam, & apertam in publico, non oportet, ꝙ pœna petatur: sed ꝙ mandetur executioni: quia iam partes ipsæ illam pœnam apposuerunt ipso iure, & ipso facto, & res non est integra: quia iam translatum est dñium rerum a contrafaciente in illũ, cui est contrafactum quo casu certum est, pęnas a partibus appositas posse de iure peti: vt plenè habetur in l. cum allegas. C. de vsur. & in l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de act. emptio. & in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obliga. & in l. sed & si quis. §. fin. ff. si quis cau. & in l. vtrum. ff. de petitio. hæred. & in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur, & in cap. suam, de pœni. 25. q. 2. cap. si ecclesiæ. cap. dilecti, de arbitr. nam si pœna legalis statuaria, seu consuetudinaria in foro contentioso licitè peti potest eo casu, quo debetur: vt probatur. 16. quęst. 1. cap. statuimus. cap. dilectus, de offi. ordin. & plene consuluit dominus Lud. Roma. in consilio suo incipiente. licet variæ reperiantur sententiæ, & est in ordine 140. vnde Angel. in dicta l. vtrum. dicit,
21 ꝙ † quandoque pœna additur in mutuo, ꝙ communiter consueuit fieri sub vsuris: & tunc præsumitur semper addita in fraudem vsurarum: quandoq; additur in alio contractu, in quo venit dari pecuniam, vel aliud in suo genere recipiẽs functionem: & tunc semper præsumitur adiecta in fraudem vsurarum, si est adiecta per solitum fœnerari, aliàs secus: nisi excedatur modus legitimus: quia tunc quatenus excedit, eatenus præsumitur apposita in fraudem vsurarum. Et ideo cũ vsuræ sint hodie prohibitæ per quatuor concilia, hodie in totum non debebitur, tanquam apposita in fraudem vsurarum: tamen bene debebitur vsq; ad quantitatem interesse: quia tunc non est vsura. sed si adijcitur dationi certæ speciei, vel facto: tunc non præsumitur adiecta in fraudem vsurarum, & dicit, ꝙ ista colliguntur partim ex gloss. in dicta l. Iulianus. §. idem Papinianus. & ex gloss. dicta l. cum allegas, & ex not. ibi per Cynum. Et sic dicit Angelus, quod si adijcitur in contractu, in quo venit dari pecuniam, & excedatur modus legitimus præsumatur in fraudem vsurarum, eatenus, quatenus, excedit modum, iste non est casus noster ex eo: quia hic non interuenit pecuniam dari: ergo pœna potest excedere modum. dicit etiam, quòd si adijcitur facto: tunc non præsumitur in fraudẽ vsurarum. Modo in casu nostro ista pęna fuit apposita facto: & fuit apposita ambobus fratribus, ergo sequitur, ꝙ non præsumitur apposita in fraudem vsurarum, & per cõsequens licitè poterit illam exequi dictus Caius. Facit etiam, quod voluit Iacob. Butrigar. quem refert Angelus in d. l. sed & si quis. §. fin. dicens, ꝙ vbi pœna adijcitur facto, & est factum tale, quod non auget obligationem, sicut est in casu illius §. quia adijcitur pœna facto sistendi, vt reus melius sistat, & suũ melius actor consequatur, & tunc valet pęnalis adiectio quantacunque sit, dummodo fiat ex certa scientia, sed si per factum augetur obligatio, tunc non valet adiectio pœnæ tanquam facta in fraudem vsurarum. Et subdit ibi Ange. se vidisse in facto Perusij, vbi viget statutum, ꝙ nulla pœna adiecta dationi eius, quod consistit in pondere, numero, & mensura possit exigi, & arbiter iudicauit centum dari sub pœna ad diem, opponebatur, pœnam adiectam dationi, & ideo non posse peti. Ex aduerso dicebatur adiecta facto, si non paretur sententiæ arbitri. Finaliter, quia ipse Ang. concluserat in libello, ꝙ cõdemnatus non soluendo contempsit conceptum arbitri, & propter contemptum incurrit pœnam, ideo petiit eum condemnari, & obtinuit super pœna, sed si formaretur libellus super pœna, quia ille non dedit, tunc deberet succumbere actor. Et pro prima parte facit gloss. in d. l. sed & si quis. §. final. nam ibi petebatur dari, & pro illa datione conuẽtus promisit se sistere, & adiecit pęnam, & valet pęnę adiectio in quacunq; quantitate, cum intelligatur apposita facto, & non dationi, & dicit hoc tangere Barto. in l. 5. §. si sortem. ff. de verborum obligatio. & Cynus in d. l. cum allegas. in penultima quæstione. Ita ad literam dicit Angel. in dicto §. fi. Et pro certo ista decidunt ad indiuiduum istam quæstionem, nam in casu isto fuit apposita pęna facto, & est tale factum, ꝙ non auget obligationem, quia adiecta fuit pœna facto, vt isti ambo fratres,

tres,& filij eorum viuerent in pace,& quiete,& amicabiliter,fideliter,& fraternaliter: & vt vnus esset tutus ab alio,& filij eorum eodem modo essent securi de fortilitijs,& bonis suis,& omnis discordia & scandalum euitaretur inter ipsos fratres,& talis pena nõ plus est apposita respectu vnius ex fratribus,sed fuit apposita æqualiter,& pariter in fauorem vtriusque: sequitur, ꝙ valet pœnalis adiectio quantacunque, dum modo fiat ex certa scientia eorum; vt voluit Iacob.But.qui,vt verbis Bal.vtar in l.quicunque.C.de seruis fugit.fuit melior homo Italiæ, & idem voluit Angelus, & sic apponunt gladium ad istam dubitationem: licet enim pœna maxima sit, tamen valet eius adiectio:quia fuit apposita facto, nec est præsumptio aliqua vsurariæ prauitatis, & fuit apposita in fauorem vtriusque partis. Item quia, vt ibi dixit Ang.fore tex.cum glo.sua,vbi petebatur dari,& pro illa datione conuentus promisit se sistere, & adiecit pœnam: valet pœnæ adiectio in quacunque quantitate. Multofortius in casu nostro,cum a principio non petebatur dari:sed ab ipso initio versabatur factum: quia voluerunt recedere a litibus,quæstionibus,discordis, & scandalis:ideo potuerunt apponere pœnam quantancunque, & per consequens potuit tanta pœna poni & exigi, cum in fauorem vtriusque apposita fuerit. Item Angelus etiam ibi dicit,ꝙ si pars contempsit præceptum iudicis; potuit apponi pœna quantacunq;.Modo in proposito nostro iste Titius contempsit præceptum, & maiestatem ipsius principis:ex eo quia ipse principe præsente fuit facta talis transactio & conuentio, & in ea dicitur hoc modo. Illustrissimus dominus pro bonis, & personis dictorum fratrum promittit,ꝙ prędicta, de quibus supra fuit mentio,attendent, & obseruabunt bona fide,fideliter,& sine fraude, & si contingeret, ꝙ Deus auertat,quòd alter ex dictis fratribus contrafaceret,vel veniret notabiliter contra prædicta,vel aliquod prædictorum,ꝙ ipse dominus dabit operam, cum effectu etiam suis sumptibus, ꝙ dicta pœna, de qua supra inter dictas partes conuentum est,penitus executioni mandetur,& sic dictus Titius videtur non paruisse principi suo, & venisse ꝯ transactionem confirmatam præsentia,& promissione ipsius principis, & sic fuit vestita vestimento legis: vt l. legitima. ff.de pac.& per consequens quanta sit ista pœna peti potest, cum cesset omnis suspicio vsurarum.Facit,quod voluit Barto.in l.rogasti.§.si tibi.ff. si certum petatur.tenens doctrinam Iacob.Butriga. in dicta l.cum allegas,quòd a non consueto fœnerari,an dationi pecuniæ adijciatur factum augmentatiuum obligationis: & tunc idem,iuxta not.in dicto §.si tibi,an verò adijciatur factum tendens ad faciliorem exactionem,vel ad cautelam: & tunc si tali facto successiuè adijciatur pœna, teneat, ex quo non est consuetus fœnerari. Et sic decidit ibi Bart.istam quæstionem in fauorem ipsius Caij:quia cum dicta pęna fuerit apposita ad cautelam,& ad tollendas discordias futuras ipsorum fratrum,sequitur,ꝙ quantacunque fuerit, ꝙ valebit & tenebit, & per consequens poterit exigi dicta pęna.Facit etiam,quod voluit Baldus in d.l.cum allegas, vbi dicit,quòd si talis pœna apponitur ab eo, qui est consuetus fœnerari, præsumitur apposita in fraudem vsurarũ:sed si non consueuit, non præsumitur:maximè quãdo est per-
22 sona, quæ ignorat ius: sicut sunt simplices † rustici, mulieres,vel similes,in quibus non pręsumitur fraudis consilium, argument.gloss.dicta l.cum allegas, dum dicit,& maximè ius ignorantibus:quam gloss. dicit esse notandam pro hoc allegat l. pridie. ff. de actio.empt.Et facit,quod not.Ioann.Andr.in addit. Specu.in titulo,de obli.& solu.§.ante omnia.versic, sequitur,vbi fit illa distinctio,an pœna adijciatur facto,an dationi,& an apponatᷓ a solito fœnerari.Modo in casu nostro ista pœna fuit apposita facto,& apposita a personis ignorantibus ius: quia sunt milites versati semper in castris, & factis armorũ, in qui-
23 bus præsumitur esse iuris ignorantia,arma†enim & non leges milites scire oportet.l.fina.C.de iure deliber.not.in l.prima.C.de iur.& fact.ignor.cum simil. Et maxime,quia apposita fuit in fauorem vtriusque partis, & in præsentia principis, corã quo nulla præsumitur fraus,nec malignatio.l.probatorias.C.de diuersis officijs.lib.12.facit tex.multum singula.in l.1. C. de prædi.cur.lib.10.vbi quando in venditione interuenit auctoritas iudicis, tunc quis non præsumitur deceptus. Item voluit Angelus in dicta l.prima, & l.sciendum.ff. de verborum obligat.& in consilio 139.vbi allegat illam l.prima,pro singulari.Idem voluit Bald.in l.2.C.de rescind.vendi.& Bart.in d.l.1.& facit,quod voluit Specu.in titulo, de empt.& vend. §.nunc videndum. versicu.not. vbi videtur velle, ꝙ
24 †non præsumatur fraus,vbi est auctoritas iudicis.Et facit elegans dictum domini Antonij in capit. quoties,de pactis,inquit statutum,quòd contra gesta iudicem non possint impugnari aliqua exceptione iuris vel facti: quid si fiat contractus coram iudice, & ab eo approbetur, quòd contra illum contractum nihil potest opponi. Facit, quod voluit idem dominus Antonius in cap.cum pridem, de pact.vbi dixit, quòd factum coram superiore præsumitur iustum,
25 & in c.accepta,de rest.spol.dixit,ꝙ†purgatur metus præambulus propter renũtiationem factam coram iudice,& Bald.in l.fin.C.de contrahen.empt.dixit,ꝙ consiliarij principis possunt emere principe pręsente: quia tunc videtur abesse omnis metus & dolus. Ita in proposito nostro,cum talis trãsactio facta fuerit coram principe,ipso principe eam approbãte, & obligante se,ꝙ si conuenta hincinde nõ obseruarentur,ꝙ ipse dabit operam cum effectu,quòd pęna exigetur contra illum,qui venerit notabiliter contra illam transactionem, & per consequens poterit tota ista pœna exigi ab illo Caio.Prçterea facit etiã,quod voluit dominus meus Ioan.de Imo.in d.l.stipulatio ista.§.alteri. vbi seqtur superius allegatas doctrinas: & etiam dicit,ꝙ licet gloss.in dicto capitulo fraternitatis. 12.quęst.2.dicat,ꝙ in foro conscientię non debet iniungere confitenti,vt soluat pęnam,tamen dicit debere attendi, an quis stipulatus fuerit pœnam ex eo dumtaxat,vt metu illius seruetur promissa:nõ autem causa auaritiæ, vel lucri, vel quia vellet potius nõ seruari, vt pęna committeretur per id,quod not.Innocen.in cap.suam,de pen. Aut vero quis apponit illam pœnam ex causa auaritiæ, vel lucri: vt quia vellet non impleri promissa,vt haberet pęnam tunc licitè non videtur posse exigere pęnam in foro consciẽtiæ. Modo in casu nostro ista pęna non emanauit gratia lucri,nec gratia auaritiæ, nec inter personas suspectas,sed emanauit dumtaxat,vt viuerent quiete, & pacifice sine discordia,& scandalo: ergo sequitur,quòd etiam non solum in foro contentioso fiet executio huius pœnæ, sed etiam in foro conscientiæ.Præterea facit:quia si quis dubitaret dicendo, amice, ista tua dicta & relata non loquuntur in transactione:licet enim procedant in contractu: tamen in transactione non procedunt. Quia ad hoc respondeo, quòd imo habent locum in transactione, text.est apertus in l.promissis transactionis causa nõ impletis pœnam in stipulationem deductam, si contrafactum fuerit,exigi posse constat.C.de transactio.vbi pœna inserta transactioni licet adijciatur dationi,potest cum effectu exigi,& ibi Iacob.Butrig. eodem modo distinguit: vt superius fuit dictum,an

inseratur

inferatur facto, an dationi, sequendo doctores vltramontanos. ergo &c. Facit etiam, quod voluit Bal. in dicta l. cum allegas. vbi dicit esse considerandum, an promittens stare sententiæ arbitri, intelligatur promittere dationem, an factum, ꝙ dicit esse vtile propter statutum Perusinũ prohibens peti pœnas, quæ sunt adiectæ circa dationem, si arbiter laudauit da-
26 ri certam pecuniam, & cessatum sit: concludit † ꝙ verbum stare potest intelligi vno modo, id est solue re, quod fuit laudatum. Alio modo, idest acquiescere, & non impugnare excipiendo, vel agendo. Aut ergo petitur pęna: quia non paretur sñiæ, idest non soluitur pecunia, quæ dari debet vigore sententiæ arbitri: & tunc si statutum loquitur per talia verba, ꝙ cõprehendat pęnã arbitri, peti non poterit. Si aũt petatur ex eo pęna: quia laudum impugnatur: tũc sine dubio pena cõmittitur: quia est adiecta facto: rõ autẽ cõmissionis non est negligentia omissionis: sed quia fit contra id, quod fieri debet, argu. in l. si in lege. §. colonus. ff. loca. & qđ no. in l. j. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. Et sic tenet, ꝙ pęna põt peti in cõpromissis, si nõ paretur sententiæ arbitri: nec distinguatur modus agẽdi. & istud vr̃ verissimũ per l. 5. §. fi. ff. de verbo. obli. vbi videtur casus, & in c. dilecti. de arbitris. Nec reperitur textus aliquis, nec gl. quæ distinguat in compromissis, an veniat dari, vel fieri. Et per hoc facit: quia in cõpromissis pœna
27 † adijcitur pro cautela vtriusque partis: sicut ergo si reus absolueretur, posset peti tota pęna: si non stat̃ sñiæ arbitri: ita si condemnatur, debet posse actor petere pęnam: vt sic seruetur æqualitas in compromissis, argu. l. sed si interpellatur. §. si ex altera. ff. de arbitr. l. si cum dies. §. penul. & l. litigatores. §. penul. eo. titu. Secus quando constat, pœnam ab initio apponi in fauorem eius, cui dari debet quantitas. Ita ergo est dicendum in transactione, cum compromissum sit quædam transactio: vt in auh. vt differ. iu di. §. j. & Inno. in cap. quintauallis. de iureiu. Ita formaliter dixit Ioan. de Imol. in §. alteri. præallegato, quæ verba imponunt finem huic quæstioni: quia cũ ista pęna fuerit apposita facto, & fauore vtriusq; partis, & bona fide, sequitur, ꝙ peti poterat. & ideo Bald. in dicta l. cum allegas. dicit, ꝙ in transactione præsumitur pœna apposita bona fide, & in re licita, per d. l. promissis. Facit etiam, quod voluit idẽ Bald. in d. l. cum allegas. vbi dicit, ꝙ alij dicunt, ꝙ pęna apposita in transactione indistinctè peti põt: quia non adijcitur dationi quantitatis: quia transactio est cõtractus, facio vt des, quando actor remittit actionẽ, & reus promittit quantitatem. vnde pęna promittitur actori; quia facit, & ille non dat: & sic super contractu innominato: & concludit, ꝙ si adhibetur dationi in contractu mutui: tunc videtur inserta loco vsuræ. Si vero adhibet̃ in alio contractu, in quo non consideretur mera datio, sed factum: & tunc tenet adiectio pœnæ, ꝙ dicit esse verum etiam de iure canonico, allegat Inno. & alios in dicto c. suam. de pęnis. Et subdit Io. de Imo, in præallegato. §. alteri. ꝙ licet in contractu transactionis actum sit, ꝙ reus det quantitatem, non videtur adiecta merè dationi: qa nõ est interposita mere in fauorẽ actoris: sed vtriusque partis, & sic etiam in fauorem rei, si actor contrafaceret. sicut ergo reus etiam posset petere pęnã, si actor contrafaceret: ita & econtra actor si reus cõtrafaceret ratione æqualitatis seruandæ, argu. l. fi. C. de fru. & lit. expen. & l. iam hoc iure. ff. de vulgari & pupillari. & l. fi. ff. de accepti. & subdit ibi Io. de Imo. bene dixisse Bal. ꝙ d. l. cum allegas. habet locum, qñ pœna adijcitur meræ dationi pecuniæ: secus quando etiã facto, & pro cautela vtriusq; partis: quia hoc casu non loquitur d. l. cum allegas. nec similes, & ita ibi residet Ioã. de Imo. Et sic aperto ore decidit totã istam pęnam peti posse, cum apposita fuerit in transactione & adiecta facto in fauorem amborum fratrum. Præterea etiam facit, quod voluit Salyc. in d. l. cum allegas. in versi. nunc transeo ad obligationes, quæ consistunt in facto, quantacunque sit, peti põt.
28 ¶ Contra hoc opponit Dy. & Cy. quia † qui stipulat̃ factum, tacite videtur stipulari interesse: vt l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. §. Celsus. sed interesse consistit in quantitate: vt l. j. C. de sententijs. quæ pro eo quod. igitur pęna licet prima fronte videatur adiecta facto, in effectu videtur adiecta quantitati, & per consequens non debet in plus peti, quam si esset adiecta quantitati. Soluit, ꝙ illud interesse venit ex legis prouidentia, non a primordio temporis initi contractus: sed est postfacto. vnde cessat omnis fraudis suspicio secundum Dyn. quem sequitur ibi Saly. qui dicit, ꝙ forte promissio hominis pęnalis facit cessare promissionem legis super interesse; alias pœna non intelligeretur adiecta, quando nolo petere interesse; & hoc dicit procedere, quando pęna est adiecta facto principali, & principaliter in obligatione deducto. & sic gl. Dy. & Cy. & Saly. decidunt istam quæstionem in fauorẽ Caij, poterit ergo Caius totã istã pęnã petere executioni mandari: & sic tota iurisprudentia ꝯcordat in hoc, quantacunque sit pęna, si adiungatur facto principaliter deducto, post peti: vt fuit in casu nr̃o: & ideo Salyce. in d. l. cum allegas. in versicu. sed nunc quæro, quid si factum non est obligationis augmẽtatiuum, sed facilius exactiuum. puta, quia promisit qs pecuniam soluere ad certum terminum; ꝙ si non fecerit, promisit infra sex dies portare creditori pignora sub pęna, an eo non implente factum possit peti pęna. & refert opinio. Iac. Bu. & illam sequitur, dicens illam opinio. fuisse multũ frequentatam Bononię, in qua legũ viguit peritia, ergo multo fortius in casu nostro. ubi nullum dari versatur, sed solum factũ appositũ gratia vtriusque fratris. Facit etiam, quod voluit idem Salyc. in d. l. cũ allegas. ad fi. ꝙ qñ est pęna iudicialis, tunc est duplex; aut est inflicta a iudice, & illa peti potest, dummodo causa cognita fit imposita. l. j. ff. si quis ius dic. non obtemp. l. interlocutio. C. commin. vel epi. & quod voluit Inn. in d. c. suam. Aut pęna iudicialis est promissa a parte, & illa commissa peti potest, tex. est in d. l. sed & si quis. §. fi. ff. si quis cau. Modo in proposito nostro multo fortius est idem dicendum: cum ista pęna fuerit ꝑmissa, & apposita ab ipsis fratribus coram principe: & ẽt ipso principe obligante se ad curandũ, ꝙ dicta pęna mãderur executioni. vnde si calor iudicij ope-
29 ratur illud, vt tota pęna exigatur: nam calor † iudicij multa operatur: vt no. in l. manumissio per lictores. ff. de manumissis vindicta. & in l. eum pro quo. ff. de in ius vocando. & in l. si quis vxori. §. si seruum fugitiuum. ff. de furtis. & in l. siue apud acta. C. de trã sact. & in l. cum ostendimus. ff. de fideiuss. tuto. in §. fina. ergo multo fortius operabitur calor principis obligantis se ad exactionem pęnæ aduersus contrauenientẽ transactioni. Facit etiã, quod voluit Hosti.
30 in c. cum dilecti. de arbit. vbi dixit, ꝙ quando † pęna apponitur in ꝯtu, tũc laici, pñt illam petere, dummodo non fuerit apposita in fraudem vsurarum: clerici tamen & religiosi pñt illam petere eatenus, quatenus sua intersit, & non vltra: quia tunc vr̃ peti ex causa auaritiæ, & religiosi & clerici non debent esse nimis crudeles exactores in hmõi pęnis exigendis. allegat, quod hr̃ in c. ex parte. & c. licet. & c. ea q. de censi. & in d. c. suã. & sic Hostie. tenet indistinctè, laicos posse petere pęnam vltra interesse: licet religiosi non dẽant hoc facere. sed Inn. in d. c. suã. tenet indistin-

indistinctè, ꝙ potest peti pęna vltra interesse, dummodo non fuerit apposita in fraudem vsurarũ, nec ex causa auaritię: sed potius, vt pareatur contractui. & sentit hoc etiam procedere in clericis, & sic cum isti fratres sint laici, sequitur, ꝙ pęna potest exequi vltra interesse. Et facit, quod voluit Ioan. de Imo. in d.c. cum dilecti. vbi dicit, ꝙ de iure ciuili in pęnis rẽr nõ inspicitur, an intersit. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. oblig. si ex toto non ratificat, licet modicum restat implendum. vnde in obligationibus dãdi videtur committi pęna insolidum: vt dicta l. 5. §. fi. de verborum obl. & quod habetur in l. residuum. C. de distra. pig. & sic concludit ibi Ioan. de Imo. ꝙ tota pęna peti pt non inspiciendo, an intersit, nisi sit apposita in fraudẽ vsurarũ: & declarat ibi postea, qñ dicatᷣ apponi in fraudẽ vsurarũ, & distinguit, aut apponitur dationi pecunię, aut apponitur facto: ita vt superius est oñsum. Et sic cõcludit manifestè, istũ Caiũ fratrẽ posse petere pęnam executioni mandari, & idem ẽt ibi dicit esse in ꝯctu trãsactionis, & remittit ad dicta p se ĩ d. l. stipulatio ista. §. alteri. ¶ Præterea facit, si quispiam dixerit, amice, ista pęna apposita in isto ꝯctu transactionis fuit apposita loco interesse: ergo sequitur, ꝙ poterit peti vsque ad interesse. Ad hoc rñdeo, & allego illud, quod retulit Ludo. Rom. in d. l. stipulatio ista. §. alteri. in vers. at-
31 tende tamen. vbi dixit, ꝙ eo ipso ꝙ pęna † est apposita in contractu loco interesse, videntur partes cõfiteri tantum fore interesse in obseruando, quod ꝑmittitur, quãta sit pęna. & ideo nõ est necesse, ꝙ ea pęna petatur eatenus, quatenus interesse probatur. l. si pęnam. & l. continuus. §. penultimo. ff. de verborum obligationibus. & instit. eo. §. penult. & l. fin. ff. de præt. stipul. qđ limitat, nisi pęna esset adiecta in ꝯctu mutui: quoniã si quis promittat, ꝙ si pecuniã nõ reddiderit, vult soluere nomine pęnæ, ad cuius quantitatem confitetur ascendere interesse mutuãtis eo casu, quo pecunia non sit reddita ita, vt est ꝑmissum: quia tunc non poterit exigi pęna: quia videtur apposita in fraudem vsurarum, vt d. l. rogasti. §. si tibi. & sic vr̃ in terminis decidere istam quæstionem: siue ergo dicamus, ꝙ isti fratres apposuerunt tantam pęnam loco interesse, siue vt obseruentur promissa, ꝙ poterit exequi tota pęna, cum cesset oĩs suspicio vsurariæ prauitatis, & idem Ludouicus in dicto §. alteri. in versiculo, ergo sequitur, ꝙ idem dicendum in ipsa pęna loco interesse adiecta: eo ipso tamen ꝙ casu interesse est determinatum per adiectionem pęnæ, tantum illud esse præsumitur, quãta est pęna. & ideo dicit, non esse opus, ꝙ agens ad pęnam aliter probet suum interesse, per dictam l. si. ff. de præto. stip. & subdit, ꝙ si promittens pęnam scit, ꝙ illa pęna est vltra interesse eius, cui promittit, potest ad illam pęnã efficaciter ꝯueniri sibi eñ imputet, quare in tantũ se obligauit, casum dicit esse singularem in dicta l. sed & si quis. §. fi. ff. si quis cau. & ita dicit se intelligere. l. si dictum. ff. de euict. & similes, & sic in indiuidno decidit hãc dubitationẽ. & multo minus est dubia in casu nr̃o: cũ dicta pęna ita excessiua fuerit apposita ab ambobus fratribus, & in fauorem vtriusque fratrum, nec aliquis eorũ potest dicere se deceptum. Imputent ergo sibi ambo, quare tantam pęnam apposuerunt, & p cõsequẽs dictus Titius conquerat̃ de seipso, & de nõ obseruantia promissorum. Præterea facit ẽt, quod voluit Bartolus in d. l. stipulatio ista. §. alteri. vbi dicit, aut pęna adijcitur contractui continenti in se certum, & tali casu tanta potest esse pęna, quanta vult esse volũtas partium, allegat. d. §. alteri. & facit, quod no. in l. j. C. de sentẽtijs, q̃ pro eo, qđ ĩterest ꝑfer. cũ in isto ꝯctu transactionis sit omnimoda certitudo: quia omnia in certitudinem reducta sunt, quæ per ipsos fratres erant fienda in dicto instrumẽto transactionis: sequitur, ꝙ tanta potuit esse pęna, quantam partes ipsæ voluerunt, & per consequens tota pęna exigenda est. Facit etiam, quod voluit practicus doctor dominus Laurẽtius de Rodulphis de Florentia in suo solenni tractatu de vsuris; quæstione 67. vbi refert illam doctrinam Hostien. & sequitur, ꝙ pęnæ peti possint, nisi in fraudem vsurarum fuerint appositæ, & refert doctrinam Baldi, & sequtur ĩ d. l. cũ allegas. Et sic multifariè, multisque modis ostensum est, omnem iuris prudentiam tenere istam pęnam posse exigi, multo fortius in casu nostro: quia iam in dicto instr̃o est facta translatio omnium bonorum mobilium, & immobiliũ istius Titij contrauenientis in illum Caium, quo casu non est necesse aliud, nisi ꝙ notoriè & apertè constet in publico de contrauentione illius Titij, vel ꝙ sua cõtractio fuerit approbata, quod satis manifestè demonstraui in primo dubio esse notoriè, & apertè in publico suam contrafactionẽ. ideo pęna executioni mandabitur. nec est opus insistere, an intersit, & an debeat probari quantum intersit ex parte ipsius Caij agẽtis ad executionẽ pęnæ: nam ex supradictis hoc apparet expressè, & per ꝯñs cõcludo, Caiũ posse petere executionẽ dictæ pęnæ totius & integrè, tam in foro conscientiæ, quàm in foro contentioso. ¶ Restat nunc videre; quia in dicto instr̃o dicit, ꝙ si alter ex dictis fratribus contrafaceret, vel veniret notabiliter contra prædicta, vel aliquod prædictorum, ꝙ ipse princeps dabit operam cum effectu, etiam suis sumptibus, ꝙ dicta pęna penitus executioni mandetur. vtrum ista contrafactio fuerit notabilis cõtrafactio, adeo ꝙ suis expensis ipse princeps teneatur ad exequendam pęnam. Et certè dicendum est ꝙ sic: & licet aliter non fuerit declaratum illud verbum notabiliter appositum in dicto instru-
32 mento ab ipsis partibus tamen † mihi videtur esse dicendum, ꝙ hoc declarabitur arbitrio ipsius iudicis, quando dicatur fuisse contrafactum notabiliter, & allego pulchra similia & ad propositum accommodatissima, gl. in c. sedes. de rescriptis. dicit, ꝙ si dubitat̃, quis dicatur esse maior, vel dignior, statur iudicis arbitrio, & glo. in authẽ. præterea. C. vnde vir & vxor. dicit ꝙ si dubitatur, quis dicatur esse pauper, stabitur iudicis arbitrio. Idem voluit Bartolus. in l. si constante. ff. so. matrimo. & ideo dixit Baldus in ca. cõstitutis. el j. de appella. ꝙ an delictum sit graue, statur iudicis arbitrio, & gloss. in authen. quod locum. C. de collat. dixit, ꝙ quæ dos dicatur parua, vel magna, statur arbitrio iudicis, & dixit Io. And. ĩ c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. ꝙ vt quis possit produci in testem: quia senex, lite non contesta. dicit, ꝙ stabitur arbitrio iudicis, si ille dicatur esse senex, & Iacob. But. in authen. ei qui. C. de tẽp. app. dicit, ꝙ stabitur iudicis arbitrio, quando appellatus dicitur nimium præcurrere, & idem dixit Ioã. And. in c. oblatæ. de appella. & Barto. in authen. minoris. C. qui da. tu. poss. dixit, ꝙ an debitum sit magnum, an paruũ stabitur iudicis arbitrio. Simile voluit gl. in c.
33 fi. de re iudica. lib. 6. quæ † causa dicatur magna, vel parua, stabitur iudicis arbitrio, no. in auth. nisi breuiores. C. de senten. ex breuic. reci. facit tex. elegans in l. j. C. si aduersus ven. pig. & ibi Bal. dicit per illum tex. dicẽtem minorem fuisse passum magnum detrimentum. Bal. ibi dicit, ꝙ declarabitur iudicis arbitrio. facit l. pen. §. fi. ff. de condit. & demonstr. vbi statur arbitrio iudicis, in quo loco qs reddat rationem. facit glo. in l. cum alienam. C. de leg. quæ dicit, ꝙ statur iudicis arbitrio, quæ persona dicatur coniuncta, vt habeat locum dispositio illius legis. Et

Ioan.

Ioan. And. in c. cum oportet. de accusa. dixit, ꝙ statur iudicis arbitrio, quis dicatur inimicus, & in cap. significantibus. de offic. deleg. dixit, ꝙ statur iudicis arbitrio, quis dicatur esse miserabilis. Et Hosti. in c. cum parati essemus. de appell. dixit, ꝙ statur iudicis arbitrio, an credatur nũtio. Et facit, qđ voluit Hug. quem sequitur dominus Dominicus de sancto Geminiano. in capitu. si quos. in versicul. modum. 12. quæstione secunda. & quod voluit Bald. in l. æde. C. locati. vbi dicit, ꝙ statur iudicis arbitrio, quando quis dicatur deteriorare domũ ad hoc, vt inde expellatur. Et facit, quod pulchre voluit Io. And. in c. si. de dona. qđ dr̃ graue damnũ & ipse dicit, ꝙ declarabit iudicis arbitrio. Ex dictis doctrinis mõ elicit verissima conclusio, ꝙ ad iudicis arbitrium spectabit declarare, an ista contrafactio dicatur fuisse notabilis. Et certè videtur clarissimum esse, ꝙ iudex arbitrabitur istam contrafactionem fuisse notabilem, & hoc deciditur ex facti contingentia: post iste Titius abstulit claues castellanis communiter deputatis a dictis fratribus, & cessauit eos ab officio suo, & deputauit alios castellanos: vt notoriè hoc apparet, & non voluit, ꝙ receptaretur vxor sui fratris in fortilitijs: vt tenebatur ex conuentione. Postea fuit cõtumax ad restituẽdum sortilitia ad primum gradũ, & propter minas, & terrores principis restituit, & sic priuauit fratrẽ suũ possessione, & tenuta dictorum fortilitiorum, & voluit transferre dominium in ipsum principem, quando vidit, ꝙ oportebat reducere rem ad primum gradum. Et hæc est conrrafactio elegans, & notabilis, & quæ contrafactio posset esse notabilior, quàm auferre possessionẽ castrorum a fratre, & expellere vxorem & filios ab illis castris. ideo videtur dicendum, ꝙ talis contrafactio dicatur esse notabilis, ex quo est ita aperta, & patefacta principi, & populo. & etiam non videtur curandũ de arbitrio iudicis, ex quo est manifestũ illã cõtrafactionem esse notabilẽ. Et quod hoc verissimũ sit, ꝙ non requiratur iudicis arbitrium ad arbitrandum istam esse notabilem contrafactionem, apparet quia eo ipso, quòd quis priuatur de maiori parte bonorum, vel de meliori re, quam habet, dicitur offensus criminaliter per id, quod habetur in capitulo primo, de restitutione spoliatorum, lib. 6. coniuncta l. propter litem. ff. de excu. tut. & coniuncta l. athletæ. §. dat remissionem, ff. de excusa. tuto. & iũcta l. summa cum ratione. ff. de peculio. Ex quibus
34 colligitur, ꝙ † causa ciuilis magna æquiparatur criminali, ita cõcludit D. Pe. de Anch. in consilijs suis, consilio 26. vnde satis dicitur esse contrafactio notabilis; & sic D. Petr. ibi dicit, ꝙ æquipareretur causæ capitali, & Bal. in l. parentes. C. de testi. dicit, ꝙ causa magna ciuilis æquiparat̃ causæ criminali. Ita in casu nostro spoliando fratrẽ illis sortilitiis dicitur notabiliter contrafacere. & facit tex. in l. j. C. si per vim vel alio modo. vbi seruus reputatur infidelis: si non recuperat possessionem domini, qua fuit spoliatus. Multo fortius infideliter dicit̃ egisse iste frater, priuãdo fratrem fortilitijs, & sic maiori parte bonorũ fratris, & per consequens videtur esse contrafactio notabilius. & ideo locus erit pmissioni, vt princeps teneatur suis sumptibus curare, vt fiat executio dictæ pœnæ: & ideo siue dicamus, ꝙ iudex debeat arbitrari istam esse contrafactionem notabilem, siue dicamus non esse opus arbitrio ex eo: quia iam satis de se est nota & manifesta notabilis cõtrafactio, ꝙ Princeps tenetur suis sumptibus curare exequendam esse dictam pœnam, & multominus habet dubium hoc quo ad alium principem, qui simpliciter promisit dicendo, ex certa nostra sciẽtia &c. & per viam contractus promittimus pro vtroque dictorũ fratrum versus alterum, & faciemus, & curabimus cum effectu, & omni dilatione, & exceptione remotis, quòd obseruabunt sibi inuicem, &c. si aliquis cõtrafecisse reperiretur, promittimus, ꝙ pęna, de qua supra fit mentio, executioni mandari faciemus in omnibus bonis dictorum fratrum nostro dominio suppositis: & sic eo ipso, quòd constabit, ꝙ non seruauerit conuentionem prædictam eo modo, quo superius fuit expressum, tenetur iste alter princeps exequi pęnam in rebus suo territorio suppositis ipsorum fratrum. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Negotiorum gestor, uel procurator possunt a domino petere expensas, quas fecerunt pro defensione suarum rerum, siue uincant, siue perdant, circa quas expensas stabitur libris rationum ipsius negotiorum gestoris.

SVMMARIVM.

L. Pomponius. ff. de nego. gest. intellectus. nu. 4.
Negotiorum gestor in dubio videtur impendere de bonis eius, cuius negotium gerit. nu. 5.
L. si is qui amicitia. ff. de neg. gest. intellectus. nu. 7.
Negotiorum gestor potest recuperare ad quæ in futurum obligatur respectu negot. gestorum. nu. 9.
Mandatum fit etiam per verbum rogo. nu. 11.
Donatio facilius præsumetur in modicis, quàm in magnis. numero 19.
Expẽsæ factæ ratione negotij gesti probantur per libros rationũ negotiorum gestoris: idque potest consuetudo disponere. numero 20. 21.
Consuetudinis effectus. nu. 23.
Expensarum probatio quomodo fiat. nu. 24.
Sacramento expedientis statur in minutis expensis. nu. 30.

CONSILIVM XLVI.

ILlud adducam, qđ pclarè scripsit propheta Psalmo 121. loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: quia mãdatis tuis credidi. Iõ licet causa ista agitetur in adiutorio incliti, & magnamini principis domini Marchionis Mantuani, non verebor veritatem iuris aperire, quam clementissimus Deus, quem ex omni animo, & corde inuoco, pijssimo Iesu Christo medio, ponat in ore meo. Amen. ¶ Et qdem viso puncto, & processu, & stupendo consilio præclarissimi domini Bartholomei de Cãpegio, qui mirum in modum consultationem istam enucleauit: vt rectè mihi dici posset illud Virgilianum: non tali auxilio, nec defensionibus istis tempus eget. Tamen omnibus diligenti & solẽni animaduersione pensatis, duo mihi videntur esse pro huius consultationis decisione fore accurata inuestigatione digna. Primum erit, vtrũ ille dominus Guido, & per consequens eius hæredes teneantur ad expensas factas pro tuitione castri Bagnoli per magnificos & excelsos viros Georgium, & Franciscum de Gonzaga. Secundum erit, vtrum credatur de quantitate expensarum libris dictorum fratrum, & istis rectè examinatis apparebit veritas manifeste. ¶ Capio primum, & dico, ꝙ siue velim dicere istum Georgium fuisse procuratorem, siue negotiorum gestorum illius Guidonis ad tuendum ipsum castrum, ex quo res fuit prospere gesta, tenetur dictus Guido ad

ad expensas. hoc decidit gl. formaliter in lege, ex parte. ff. fami. erciscun. in verbo obtinuit, quæ dicit: secus si perdiderit: vt l. iam tamen. §. in hac. ff. iudi. solui. sed procurator cum mandator indistincte repetit. subdit gloss. quidam tamen dicunt, etiam gestorem succumbētem, si vtiliter cępit defendere: licet malus exitus sit secutus. l. sed an vltro, §. is qui. ff. de neg. gest. secus si nō vtiliter fuit cęptū: sed prima placet. ista sunt formalia verba gloss. Vnde refert duas
1 opiniones, prima, quòd si negotiorum gestor † vtiliter īcepit gerere negotia, & postea fuit secutus, malus effectus, quòd potest repetere expēsas. Alia opinio est in contrariū, quòd si fuit secutus malus effectus, non repetit. & istam vltimam sequitur glo. illa, q̃ est singularis, & in iure solitaria. In ꝓcuratore vero indistincte repetit. In casu nr̄o iste Georgius vtiliter cępit gerere negotia circa defensionem castri: & ēt vtilis fuit secutus effectus: quia castrū illud nō fuit occupatū ab inimicis: ergo sequitur, quòd expensas potuerunt repetere, & sic gloss. illa decidit hanc dubitationem ad clarissimam decisionē. Quinimo dico, quòd si malus exitus fuisset secutus: nihilominus posset repetere expensas. quicquid illa gloss. dixerit, & in hoc sequor secūdam opinionem positam in illa glos. & ad hoc allego stupendam gl. in capitulo cum apostolica. de his quæ fiunt a præla. quæ dixit, quòd si prælatus alienat, & communi opinione illa alienatio reputatur vtilis ecclesiæ, si postea habet malum exitum, non imputatur prælato, quam gloss. magnifacit ibi dominus Antonius. Facit tex. in l. tutor qui. §. si post. ff. de admin. tut. vbi si tutor vtiliter cępit rem populi gerere: licet postea sequatur malus exitus non culpa ipsius tutoris, tutor est excusatus, qui textus ad hoc propositum est solēnis, & rectè accommodatus. Facit text. in l. quid ergo. §. sufficit. ff. de contrar. iudi. tutel. in versi. sufficit tutori bn̄ & diligenter negotia gessisse: & si euentum aduersum habuerit, quod gestum est. & hoc sequitur ibi Nicol. de Neapo. non enim commendāda sunt ea, quę fortuna commendat: sed quæ ratio commendat, & facit tex. in l. sed an vltro. §. fi. de nego. gest. in versi. vt euentum non spectemus, debet vtiliter esse cœptum, & Boetius inquit, hic nostris malis cumulus accedit, ꝙ æstimatio plurimorum non rerum merita, sed fortunę spectat euētum, eaque tantum iudicant esse promissa, quæ fœlicitas commendauit. & idem voluit Nico. de Neapo. in l. si. ff. de impen. in reb. do. fac. & facit gloss. solen. 85.
2 distin. in prin. quę dicit, ꝙ † si medicus curauit infirmum, & infirmus est mortuus, ꝙ repetit expēsas licet malus fuerit exitus: tamen sufficit, quòd vtiliter cępit, & alleg. glo. in d. l. sed an vltro. & etiam sentit ibi gl. ꝙ si medicus spōtę se offerat, vel infirmus nolit, ꝙ caret, eum medicus: nihilominus si curauit, & tristis exitus secutus est, ꝙ debentur sibi expensę: ergo multo fortius ī casu nr̄o debent expēsę his fratribus: eo q̄a nō spōte sua se obtulerūt: sed prouocati & rogati ab illo quondam Guidone se ingesserunt ad defensionem Bagnoli. Item inceperunt vtiliter gerere negotium, & vtilem produxerunt effectum: ergo ex eo poterunt repetere expēsas, & liberari ab obligationibus per illos fratres factis ꝓ tutela, & defensione Bagnoli. Facit elegans dictum Spe. in titu. de iudic. versi. illud autem. vbi concludit, ꝙ si nuncius fuit captus in itinere, non tenetur eum dominus redimere, si nuncius sponte sua, nō requisitus a domino, accessit: secus si reqsitus a domino accesserit: quia tunc ipse dominus tenetur eum redimere. & ibi etiam pulchrè dixit, ꝙ si iui ad seruiendum alicui in exercitu cum armis, & equis, & illos perdidi in exercitu, ꝙ si spōte mea nō reqsitus accessi, ille non tenetur emendare mihi equos, & arma: secus si prouocatus ab eo iui. & idem voluit dominus Antonius in c. significante. de pign. Facit, quod voluit Bar. in l. si seruus. §. ꝙ autem. ff. de fur. vbi de ambasiatore dicit, ꝙ nō reficiunt damna, si ipse procurauit ambasiatam: secus si ad requisitionē cōmunitatis accessit ad ambasiatā. Ita dicamus in ꝓposito, ꝙ cū ille Georgius ad reqsitionē, prouocationē, & instantiā illius Guidonis accessit ad defensionē dicti castri, ꝙ expensę sunt sibi reficiendę. Facit solēnis tex. in l. vniuersi. C. de legatio. lib. 10. & l. & qui data opera. ff. ex qui. cau. maio. in integrum restit. sequit̄ ergo, ꝙ cum prouocati ab illo Guidone acceperūt defensionem dicti castri poterūt repetere expensas. Accedat etiam tex. elegans in l. si pupilli. §. si Titij. ff. de negot. gest. vbi est casus, ꝙ contra eum, ad quē
3 spectat † verè negotium & res, datur actio ad repetēdum expensas factas, ne res pereat: non inspecta falsa opinione gerentis. ad dominum enim pertinet res & negotium: nisi sic esset gestum, erat peritura, meritò dicitur impensa necessaria: vt l. impensę. ff. de verb. sig. Ita ibi dixit Bart. referens Martinum de Silli. & Iac. Bu. ita tenuisse. & idem, siue dominus habeat ratum, siue nō, potest conueniri actione nego-
4 tiorum gestorum: quia pro rato habendum est. l. Pōponius. ff. de negot. gest. Modò † tex. ille cū hac doctrina decidit ore aperto istam quæstionē: quia cū ista expensa facta ꝑ istos fuerit necessaria, ne res periret: quia vt enidenter probatū est, castrum Bagnoli fuisset occupatum ab inimicis, nisi Georgius suis expensis defendisset: siue ergo ille Guido habuerit ratum, siue non: pro rato habendum est ex iuris dispositione. Et per consequens poterit expensas ipsas petere. Et plus etiam decid t tex. ille ad hoc propositum solennis, ꝙ competit actio ad expēsas factas nō attenta falsa opinione gerētis. ita dicit ibi tex. & ita Bart. ibi summat illum tex. Cum ergo dicitur in casu nostro, ꝙ iste Georgius accessit ad defensionem castri in ipse, & intentione succedendi illi Guidoni, & iam non successit: ergo non debet attendi illa vana, & falsa opinio, & spes succedendi ad repetendū expensas, quas fecit, ne res ipsa periret. Et est accuratè considerādus ille tex. quia loquitur eo casu, quo domino ignorante quis gerēdo negocium facit expensas necessarias, ne res pereat: & tamen competit actio ad expensas: quāto ergo fortius in casu nr̄o competet actio ad repetēdas expēsas istis fratribus, seu illi Georgio, cum prouocatus & requisitus ab illo Guidone ingessit se ad defensionem dicti castri: & loquitur ille text. eo casu, quo negotium non fuit gestum nomine domini, sed alterius. & tamen quia illa impēsa fuit necessaria facta propter rem ipsam ne pereat, & licet non sit impensa in re, sed extra rē: tamen negotium est domini. ipsa veritas est tuenda. Vnde probat ille text. ꝙ posito, non tamē concesso, ꝙ ille Georgius nomine domini Marchionis defendisset illud castrum, putans rem illam, & negocium illud spectare ad dominum Marchionem, nihilominus ille Guido est obligatus ad illas expēsas: quia negotium re vera spectabat ad eum, & vtilitas eum tāgebat: quia res sua agebatur. & ideo ipse est obligatus ad illas expensas: quanto magis in casu nr̄o, cū Georgius requisitus, & prouocatus ab illo Guidone assumpsit defensionē illius castri. Facit etiam, quod pulchrè voluit ibi Bat. vbi dixit, ꝙ si aliqs redemit filium, vel vxorem alterius, & pater, vel maritus erat redempturus: ille redimens habet actionem negociorum gestorum: secus si non esset redempturus. l. si stichus. ff. de peculio. le. & ibi Iac. de Aret. & quod no. Gul. de Cun. in l. frater a fratre. ff. de cōdic. indebi. Facit. l. mulier in opus salinatū. ff. de capt. & idem

voluit

voluit Bart.in d.l.si pupilli. §.item quæritur. ad fin. in vers.sexto modo, scilicet naturali ratione, vt puta si ego expendi contemplatione tui recolligendo ab hostibus, seu redimendo tuum cõsanguineum, quẽ redimere debebas naturali ratione: vt l. sed si ideo. cum l.se.ff.solu.matr.& loquuntur eo casu, quo sine mandato istud fecit, & tamen potest repetere expensas. Quanto ergo fortius poterit petere expẽsas Georgius, qui ad requisitionem illius Guidonis cõseruauit suis expensis castrum illud dicto Guidoni, qui magna pecunia fuisset redẽpturus ab inimicis, nisi ille Georgius castrum præfatum suis expẽsis defendisset; & erat talis res, quam ille Guido omni iuris dispositione inclinatus fuisset ad recuperãdum: & sic nõ solum naturali ratione. Ideo si tenetur eo casu, quo naturali ratione redemisset, ergo multo fortius in hac re.l.cum de indebito. ff.de proba.c.super hoc.de renun.cum similibus.& ibi dixit Angel. quod ille, ad quem negotium spectat in rei veritate, & in substantia, quantuncunq; eius nomine nõ sit gestum tenetur actione negociorum gestorum.l. si pupilli.in princip. coniuncta l. item si cum putaui.ff.de neg.gest.¶Et si qnispiam opponat, dicendo quòd inter istos Guidonem & Georgium & Franciscum erat propinquitas, & affectio sanguinis, quo casu præsumitur, quòd illam defensionem Georgius, & etiam Franciscus acceptarunt intuitu propinquitatis pro ipso Guidone: & si expẽsas fecerũt, videntur fecisse non animo repetendi, sed ex liberalitate, & pietate resultante ex sanguine & affectione.l.si seruus communis. ff. de dona.inter virum & vxorem.l.cum alienam.C.de legatis.nota.in l.in testamẽto.ff.de fidei. liberta. Ad hoc respondeo, ꝙ ge-
5 stor negociorũ † in dubio videtur expendere de bonis eius, cuius negocia gerit. & ista est præsumptio adeo violenta, ꝙ tollit præsumptionẽ pietatis, quæ alias erat. iste est tex. solennis. in l. Nesennius Apollinaris.ff.de neg.gest.quòd est secundum Bart.ibi valde notandum: quia licet pater, vel frater dotando filiam, vel sororem videatur dotare de suo in dubio: vt in l.fi.C.de do. promiss.tamen illud est verũ, nisi esset gestor negociorum filiæ, vel sororis.vt ibi, & ita sentit gloss.in dicta l.fina. C. de do. promiss. & idem voluit idem Barto.in l.fina. ff. de peti.hæredi. & l.prima, §.sed nec castrense.ff.de colla.bono.& in l.vxorem.§.pater naturalis.ff.de legat.3. & in l.cum post.§.primo.ff.de admin.tu.& in l.post mortem.ff. quando ex fact.tu.& Bal.in d.l.fin.C.de do.promiss. & Ang.in dicta l.Nesennius. Modo in casu isto licet essent consanguinei, tamen ex quo ad instantiam & requisitionem illius Guidonis accessit Georgius ad gerendum negocia illius Guidonis, videtur gessisse non vt consanguineus, sed vt negociorum gestor, & per consequens non videtur expendisse de suo animo non repetendi, & per cõsequens non obstat cõtrarium formatum. Item tollitur etiã ex alio: quia ex quo dicti fratres fecerunt librum rationũ de om-
6 nibus expensis factis per eos in defensione dicti castri, qui actus † scribendi videtur esse quædam protestatio, & declaratio animi, quo casu tollitur pſumptio pietatis, & affectionis sanguinis: nam in incertis nõn certis locus est coniecturis. l. si certis annis. C.de pact.l.certa forma, C.de iure fis.libro decimo, l.continuus.§.cum ita.ff. de verborum obligationibus, cũ talis præsumptio pietatis, & affectionis præsumatur ex animo ipsius consanguinei gerẽtis: vbicunque ergo aperte constat de animo, vt puta per scripturã, & libros suos tunc cessat illa pſumptio, cũ simus in his, quę dependent ex potestate sua. iste est text. formalis in dicta l.Nesennius.in versic. hæc deceptio.vbi protestatio declarat animum protestantis in dependentibus ex potestate sua: secus in his, quæ certo modo disposita sunt per legem. & ideo glo.ibi dicit, quòd quando mater tenetur ad alimẽta illa protestatio nihil prodest sibi, & ibi Barto.colligit, quòd liber noster rationum ꝓbat illud, quod dependet ex mera voluntate nostra, & sic probatur ibi, quòd protestatio rem dubiam facit certam, & excludit donationem præsumptam.& ibi Bal. colligit, quòd ꝑ priuatum librũ rationũ & expensarũ probatur animus, & quòd ille, qui facit fieri scripturam de expensis, præsumitur habere animum repetendi.& idem sequit̃ Ang.ibi. Ergo eo ipso, ꝙ Georgius & Franciscus fecerunt scribi librum rationum, & expensarum, videntur habuisse animum repetendi expensas, & sic non obstat illud contrarium. Item tollitur etiam aliter per ea, quæ habetur in l.prima, & in l.alimenta.C.de nego. gest. & in dicta l.Nesennius.& ibi dixit Bart. quòd quoties mater aut auia expendunt pro filio, aut nepote circa res ipsius filij, aut nepotis, ꝙ tales expensæ repetuntur per ipsam matrem, vel auiam, vt in dicta l.alimenta. secũdo respõso.& in dicta l.Nesennius.& hoc ibi videtur præsupponi pro constanti, quòd expensæ factę circa res venirent in computatione rationum, quædam vero expensæ fiunt circa personas ipsorum filiorum, & tunc distinguitur: vt ibi per eũ. Modo in casu nostro si mater repetit expẽsas factas circa res suorum filiorum, multo fortius consanguineus repetet expensas factas pro conseruandis rebus cõsanguinei: maximè quando ad petitionem consanguinei illas fecit. Cum ergo iste est casus noster formalis: quia illi fratres fecerũt expensas circa res ipsius Guidonis, sequitur necessario, ꝙ potuerunt tales expensas petere ab illo Guidone. Et ex hoc tollitur, quòd aduersari posset huic consultationi, quod habetur in l.si is qui amicitia ductus.ff.de neg.gest.quia † procedit,
7 quando amicitia paterna quasi vt pater petijt tutores dari filio alterius, ꝙ non est in casu nostro. Item quia ibi nulla venit protestatio declarans animum eius, Et eodem modo tollitur.l.ex duobus.§.fi.eo.tit. in ver.si pietatis respectu.loquitur enim quando patruus alimentauit neptem.& gloss. ibi dicit expẽsarũ qualitate & sumptibus præsumitur pietas. istud non cadit, in casu nostro; quia non fuerunt præstita alimenta. Idem quia intercessit protestatio. Et eodẽ modo non obstat.l.si paterno.C.de nego.gest. Præterea videtur, quòd Guido præfatus teneatur mandati actione isti Georgio & Francisco: Primo quia sibi mãdauit defensionem, & tuitionem d.castri: vt per testes sufficientes est probatum. Item quia sciuit, & passus fuit illum Georgium, & illum Franciscũ intrasse castrum cum peditibus, & reparasse castrum, & defensasse; quo casu videtur dare mandatum, per elegantem doctrinam Innocent.in capitulo ex parte. decani.de rescriptis.& in capit. in nostra. de procura.& in c.cũ in iure peritus.de offic.delega.quam sequitur Archi.in capitulo qui ad agẽdum. de procurato.libro sexto.& Cyn.in l.si pecuniam.C.de negot.gest.& Bald.in l. secunda.ad fin.ff.soluto matrimonio, & in l.secunda.C.si ex fal.instr.& in l.prima. ff.de nego.gest. Et facit tex.in l.prima.§. magistrum. ff.de exercito.& in l.sed & pupillus. in princip. ff.de instito.& in l.fi.ff.quod cum eo.& probatur illa doctrina Innocen.in tex.formali in capitulo primo.de iureiur.lib.6. Et facit gl. elegans.in l.prima.ff.de nego.gest.quæ dicit, quod ille, q̃ gerit negotia alterius vtiliter ex tacito mandato, puta quando scit alium agere sua negotia, & patitur: vt l. si remunerandi.§. si passus.ff.manda.quòd procedit secundum Barto. ibi, quando agebatur aliquid ad commodum patiẽtis: quia tunc præsentia & taciturnitas inducit mãdatum,

datum, aliàs secus, quo casu videtur Bar. sentire cōtra Innocen. eo casu, quo agitur de præiudicio patientis. idem voluit idem Bart. in l. sępe. ff. de re iudi. licet de Innocen. in dictis locis nullam fecit mentionem. Et facit pro hoc singulare dictum Innocen. in c. in Genesi. de electio. vbi dixit. ꝙ in actu concupiscibili, & honorabili tacens præsumitur consentire: secus in actu vituperabili, & præiudiciali: sed illud dictum Innocent. in dicto capitulo ex parte. & in alijs locis prælleg. est verius, & probatur in dicto cap. j. & illud sequūtur etiam Domini de Rota. Et in proposito non obstat illa doctrina Barto. ex eo: quia sumus in actu vtili, & commodoso, & sic agitur de vtilitate & commodo ipsius patientis: & etiam quia iā intercessit interpellatio, & requisitio ipsius Guidonis, vt Georgius ipse assumeret defensionem ipsius castri, vt est probatum in processu: ergo &c. Et ideo Bal. in dicta l. prima, de neg. gest. dicit, quòd si sciret ille, cuius negocium geritur, haberet locū actio mādati, & non actio negociorum gestorum, allegat. l. q patitur. ff. mand. & l. semper. ff. de reg. iur. ex quo nō ꝓhibet. Et subdit hoc facere pro quodā dicto Inno. 8 ꝙ patientia † habet vim mandati, si aliquis agit tanquā procurator meus, & ego scio, & non prohibeo, videor mandare, allegat Inno. in dicto capit. ex parte. non tamen est per omnia idem, si aliquis defendit me absentem, & ego scio, & non prohibeo: quia tunc patientia mea non æquiparatur mādato quoad omnia: si quis autem defenderet præsentem, tūc taciturnitas habet vim mādati per omnia, & ita intelligatur. d. l. qui patitur. Ista sunt formalia verba Bal. in dicta l. j. Modo ille Guido dedit mandatum illi Georgio, vt assumeret defensionem Bagnoli, rogādo eū, vt illud defenderet, & ille Georgius iam acceptauit, & postea operatus, & exequutus est defensionem castri ipso Guidone sciente, patiente, & non contradicente: siue ergo actione negociorum gestorum, siue actione mandati, certum est de iure teneri ad dictas expensas: & ad ea, ad quæ dicti fratres se obligarūt occasione defensionis dicti castri: vt probat tex. in l. 2. in versi. iustum est, si vtiliter gessit, pręstari, ei quicqd eo nomine, vel abest ei, vel ab futurū est. ff. de neg. gest. vbi manifestè probatur, ꝙ † potest 9 recuperare ea, ad quæ in futurum obligatur respectu negotiornm gestorum vtiliter. Cum ergo receperit frumenta mutuo, & alias obligationes cōtraxit ille Georgius ad hoc, vt posset munire, & defendere dictum castrum, sequitur, quòd ad illa tenētur hæredes dicti Guidonis: vt dixit tex. in l. 3. §. hęc autē actio in hæredem competit. ff. de nego. gest. Et si opponitur, qualiter dominus Guido dixit cuidam magistro Ioanni, vos audistis Georgium, qui sponte se obtulit pro defensione, & tuitione huius terræ casu, quo foret opus, quo casu apparet, ꝙ spōte se obtulit ille Georgius, ergo sequitur, quòd non potest consequi expensas. Ad hoc respondeo, ꝙ ista fuerūt verba illius D. Guidonis, & nō probat, ꝙ fuerint ver10 ba Georgij. Vnde non stabitur † verbis illius Guidonis in sui fauorē. l. j. C. ne quis in sua causa iud. quinimo per alios testes probatur contrarium. Vnde Perinus de Gazio, q deponit, ꝙ Guido dixit Georgio, consobrine mi bene veneritis, ego valde caripendo, ꝙ huc veneritis: quia modo sum recessurus de hoc castro, & accessurus Mantuam, & quia audio opinari de guerra fienda, habeo aliquam suspicionem de ista terra mea propter istos dominos de Corregia, vobis hanc terram meam commendo, & rogo, ꝙ habeatis eam recomādatam, sicut & vestram terrā Nouilariæ, cui Georgius respondit, teneatis pro certo, & ex nunc vobis ꝓmitto, ꝙ non minus ero promptus, & vigilabo ad defensionem huius vestrę terrę, quam meæ terræ: & ita vobis promitto. Ecce nunc qualiter iste Georgius non se obtulit sponte, imo requisitus, & interpellatus a domino Guidone illa verba protulit. Et etiam Geminianus alius testis dicit, ꝙ dom. Guido dixit Georgio, cosino mio voglio andare a Mantua, per tanto io ve recomando Bagnolo, & prego che ve sia recomandato come Nouilara. & Georgius respondit, non dubiteris, quia ita habebo recomādatos homines Bagnoli, sicut & homines Nouilariæ. Et sic apparet. ꝙ non sponte sua se obtulit ille Georgius. Et Iacobinus testis dicit, se audisse D. Guidonem dicere hoc modo, io ve recomādo Bagnolo, se serà dibisogno, pregoue che non ne voiate fare altro conto, che da Nouilara vostra, e sel besognasse socorso a Bagnalo, & similia verba. & Georgius respondit, nō ve date pensero alcuno, che mi non hauerò minore pensero de Bagnolo, come di Nouilara. Et sic apparet, ꝙ ad requisitionem & mandatum illius Guidonis dictus Georgius promi11 sit se defensurum dictum castrum Bagnoli nā † mandatum fit per verbum rogo, non solum per verbum mādo: vt l. j. in prin. sibi, siue rogo, siue volo, siue mādo, siue quocunque alio modo. ff. manda. Et sic mādata vr̄ sibi fuisse defensio illius castri, quo casu expēsæ ibi factæ ad defensionem sunt sibi reficiēdæ, siue vt mādatarius defenderit, siue vt negotiorū gestor, siue vt procurator. l. si quis negotia aliena. & l. quæ vtiliter. in princip. ff. de neg. gest. l. si filius. §. quod dicitur. ff. ad Maced. l. qui proprio, §. procurator vt in cæteris. ff. de procur. l. diligēter. & l. itaq;. §. idem Labeo. ff. mandati. Et ideo siue sponte & voluntariè se gesserit ad defensionem castri dictus Georgius, siue ex aliqua promissione, aut obligatione, poterit expēsas inde factas repetere: vt l. 3. §. hac etiā actione. versicu. non solum qui sponte & nulla necessitate cogēte miscuit se negotijs alienis. ff. de neg. gest. & tex. in l. item si cum putaui a te mihi mandatum, negociū gessi, & hic nascitur negociorum gestorum actio, cessante mandati actione. eo. tit. Et iō si putasset sibi mādata negotia, & gessit negocia, obligat sibi dominum actione negociorum gestorum: & sic siue mādati, siue actione negociorū gestorū est ille Guido obligatus, & per ꝯns eius hęredes. dicto Georgio; & ex quo negocium & vtilitas gesta fuit in fauorē ipsius Guidonis, posito ꝙ Georgius putasset gerere negocia domini Marchionis Mantuani, nihilominus obligatus est dumtaxat Guido, cuius negotium reuera gestum fuit: ex eo quia plus valet, qđ est in veritate, quàm quod est in opinione. l. scientiam. §. pen. ff. ad legem Aquil. l. vulgaris. §. si quis. ff. de fur. C. plus vale. quod agi. per to. l. doli. §. j. ff. de seruo cor. hoc decidit formaliter tex. in d. l. item si cū putaui. §. si. ibi, si cum putaui Titij negocia esse, cum essent Sempronij, ea gessi, solus Sempronius mihi actione negociorum gestorum tenetur. Facit elegans tex. in l. si quis cum existimaret. in versi. aliena negocia eo animo gerit, vt aliquem sibi obliget. vbi si quis gerat negocium alterius, & scit se gerere negocium alienum, sed errat circa personam: qa credit negocium esse Titij, & est Sempronij, & in persona errauit, ꝙ nihilominus Sempronius, cuius re vera negocium gestū est, remanet tali gerēti obligatus. ff. commun. diuidun. Et idem probat text. in l. si quis putans. & in l. hoc iudicium. eo. tit. Cum ergo Georgius gessit negociū illius Guidonis in veritate, posito ꝙ putasset illud fuisse dn̄i Mantuani, tn̄ remanet obligatus ille Guido. Quinimo plus probat text. in dicta l. in hoc iudicium. ꝙ faciens expensam in re aliena potest vti retentione rei: vt l. si in area. ff. de cōdictione indebiti. & talis retentio trāsit in successorem, & ad hoc Moderni allegant illum textū vt singularem in

suis

suis notabilibus. & ad hoc etiam summè illum textū ponderauit Baldus ibi, vnde eo ipso, ꝙ ille Geor-
12 gius assumpsit defensionem castri, & in † libris suorum cancellariorum fecit describi expēsas, videtur habuisse animum obligandi sibi illum Guidonem, cuius negocium agebatur, & animum repetēdi expensas. Simile dicimus in eo, qui dat pecuniam ad numerū alteri: quia videtur habuisse animū, vt sibi restituatur, vt hr̄ in l.cum quid.ff.si cer.pet, Facit ēt, quod singulariter voluit Bartol.in l.qui in aliena.§. si is qui putabat.ff.de acq.hære.vbi est text.ꝙ is, qui adit præcedente iussu, quem putabat valere, præsumitur contemplatione iussus præcedentis adiuisse hæreditatē ex quo text.infert ibi Barto. mandaui tibi, vt tu emeres rem pro me, tu emisti nulla facta
13 mentione de me, ꝙ intelligitur † celebrata emptio respū mandati præambuli.ꝙ dicunt oēs ibi esse bene not. ꝯ infideles procuratores, qui assumpto speciali mandato de emendo prędium, vel aliam rem, postea emunt nomine suo proprio nulla facta mentione de dn̄o, ꝙ nihilominus possint ꝯueniri actione mandati ad tradendū dictā rem.l.qui seruū. ff.de interr.actio.pro quo dicto facit tex.in l.si ita quis.§. Seia.ff.de verb.obl.quē tex. ad hoc allegauit ibi Iac. de Are.Et facit, quod pulchrè voluit Barto. in l.non solum.§.si mandato.ff.de iniurijs.vbi dixit, mādaui tibi, ꝙ cōmitteres delictum, tu vero ex longo interuallo illud ꝑpetrasti, ꝙ videris rōne præambuli mādati fecisse.& idem voluit Bal.in l.per literas.C.manda.vbi dixit, ꝙ quis vr̄ delinquere respectu præambuli mandati, eodem modo videtur dicēdum in casu isto; qa cū ille Guido requisiuerit, & rogauerit illum Georgium circa defensionem Bagnoli, & Georgius acceptauit defensionem capescēdam, si postea defendit, vr̄ defendisse respectu præcedentis mandati, & requisitionis. Et bene facit, quod voluit Bald. in dicta l.per literas.vbi dixit, ꝙ si mando aliquid ti-
14 bi, & tu repudias illud facere, si postea † facis, quòd non præsumitur, ꝙ feceris intuitu præambuli mandati: secus si acceptasses mandatum: quia si postea facis, præsumptio est, ꝙ intuitu mādati feceris. licet ergo non appareret, ꝙ Georgius tp̄e, quo p̄stitit defensionem dicto castro, expresserit, ꝙ illud faciebat ex requisitione, & mādato ilius Guidonis, nihilominus stat præsumptio iuris, ꝙ cōtemplatione illius requisitionis, & mādati illam defensionem assumpsit pro illo dn̄o Guidone. maxime cum appareat, ꝙ ille Guido dici fecerit hoībus Bagnoli, ꝙ si egerent auxilio, haberent recursum ad illū Georgiū, & ita in cōtingentia facti accidit: quia cū hoīes Bagnoli timerent ab exercitu illorum de Corrigia, miserūt ad ipsum Georgium, implorantes auxilium, & defensionem, & per ꝯn̄s Georgius intendebat sibi obligare illum Guidonem gerendo negotia sua, & assumēdo defensionē castri: & ideo poterit repetere expensas, cū vigore mandati fecerit. Et per ꝯn̄s, siue vt mādatarius, siue vt negociorum gestor defenderit ipsum castrum, potest repetere expensas per eum factas occasione defensionis prędictæ. Et si aliter diceremus, incurreremus in maximam iniquitatem, ꝙ ille Guido, aut hæredes eius locupletarētur cum aliena iactura, ꝙ esse non debet.l.nam hoc natura.ff.de condictio.indebi.c.locupletari.de reg.iur. lib.6. Et ideo pulchrè dicebat Hosti. in c.bonæ. de appella.ꝙ officio iudicis potest agi cōtra quemlibet possessorē ex naturali æquitate. 2.q.j.in primis.& ideo si res mea peruenit ad te, possum agere iudicis officio, vt illam rē mihi restituas.l.si me & Titium.ff. si certum petatur. esset enim in casu nostro magna iniquitas, ꝙ ille Georgius defensauerit castrum Bagnoli suis expēsis a manibus inimicorū, ꝙ ille Guido perdidisset, & fuisset sibi occupatum, & nunc nolit soluere expensas: nulla iuris cēsura, aut naturalis æquitas hoc pateretur: maximè cum cōseruarit sibi maximā rem, scilicet castrum. Facit etiam, quod no.gl.& Bar.in l. siue hæreditaria.ff.de neg. gest. in quinta solutione, per l.3.§.generaliter.ff.de in rem vers.vbi ponitur re-
15 gula, † ꝙ vbicūque habet locū actio negociorum gestorum, habet locum actio de in rem verso.cum ergo gesserit vtiliter negocia illius Guidonis iste Georgius, sequitur necessario, ꝙ habebit actionem de in rem verso: quia tales expensæ conuersæ sunt in vtilitatē ipsius Guidonis: ergo sequitur, ꝙ ꝯpetit actio Georgio ad repetendas illas expensas. Facit etiā, qđ voluit Bal.in l.j.C.ne ex deli.defun.in prin.vbi dicit, ꝙ si fur rem furtiuam cōsumpsit, & rem propriam conseruauit, aliàs rem propriam consumpturis.l. sed si lege.§.qui autem.ff.de peti.hære.quia per hoc pinguior hæreditas peruenit ad hæredem, res ipsa surrepta peruenisse videtur. text. est notabilis in l. 1. C.quod metus cau. secundum Nicol. de Ma. Ita dicamus in simili, ꝙ cū ad hæredes istius Guidonis ꝑuenerit castrum Bagnoli, aliàs non venturum, nisi fuisset assumpta defensio ꝑ Georgiū, & factę fuissēt expēsę ꝑ defensione dicti castri, sequit̄, ꝙ hæredes tenētur: cum pinguior hęreditas ad eos ꝑuenit: vnde habetur perinde, ac si ipsę expensę, & obligationes factę per illos fratrem Georgium & Franciscū transiuissent in ipsos hæredes, & per consequens tenētur ad dictas expensas. ¶ Nec obstat, si dicatur, ꝙ Georgius assumpsit defensionem castri Bagnoli ex eo; quia sperabat succedere in dicto castro illi Guidoni: quia istud non est verum ex eo: quia per plures idoneos testes probatū est, ꝙ ad reqsitionē dicti Guidonis, & ad interpellationē hoīū terre Bagnoli Georgius assumpsit tunc defensionem. Nec obstat dictum Perini: quia est testis singularis, & solitarius quo casu nō probat: vt not.per Cy.& Bal.in l.testiū. C.de testibus.per Arch.in c.2.de arbit.lib.6. per Bal. in l.de quibus.ff.de legi. & in l.j.C. de testa. & in l.j. C.qui pet.tut.& in l.cum antiquitas. C.de test.& in titu.de controuer.inuesti. Bart. in l.j.§.si quis neget. ff.quemad.te.aper. Archi.in c.j.de arbit.lib.6.glo.3. q.9.c.nihilominus. D.Ant.in c. licet ex quadam.de testi. Præterea facit, si de quominus videtur inesse, & inest multo fortius, & de quo magis, authen. multo magis.C.de sacrosanctis ecclesijs, cap.cū in cunctis. de electio.& ibi in glos. sunt concordantię. Sed minus videt̄ inesse, ꝙ expensæ repetantur eo casu, quo dominus, cuius negocium geritur, prohibet gestorem gerere negocium eius: & tamen expensæ repetuntur, ergo multo fortius cum negocium geri mādatur, fiet repetitio expensarum. hoc decidit Bal.in l.fi.C.de neg.gest. Ponamus, inquit, quidam amicus meus erat in periculo perdendi personam, nisi pro eo soluerim certam summā, solui eo vetante, quæritur, an possim repetere. concludit ꝙ sic; & mouet̄
16 † quia reipublicæ interest homines cōseruare. Modo in casu nostro sicut interest cōseruare homines in republica, eodem modo interest reipublicæ habere subditos, & ciues locupletes, in auth. vt iudi. sine quo. suffra.& ēt quia cā maxima ciuilis æquiparatur causæ criminali: vt dixit Bald. in l.parentes.C. de testi.& Pet.de Anch.in consilio 25.& no.in l.qui testamento.§.mulier.ff de testamen. Sicut ergo expedit reipublicæ conseruare homines, eodem modo conseruare diuitias, iuxta no.in l.j.§.seruus.ff de vent.inspici. Ergo sequit̄, ꝙ multo fortius repetent̄ expensæ in casu nr̄o, ex eo quia ille dn̄s Guido requisiuit Georgium ad defensionem capescendam dicti castri. Facit ēt, qđ voluit pulchrè Gul.de Cun.in d.l. fin.quidā habuit a me mandatū, vt emeret mihi codicem

dicem pro 10. ipse emit pro 20. vtiliter tñ, & tradidit mihi codicem, deinde vult agere ꝯ me actione mãdati ad 10. & actione negot. gestorum ad alia. 10. allegat Mart. dicentem, ꝙ potest, & ꝙ habet vtilẽ actionem negot. gestor. de æquitate, cum non debeam locupletari cum aliena iactura. d. l. si me & Titiũ. & ideo dicit, licet ꝯ prohibitionem mandantis ille vtiliter
17 gesserit: tamen æquũ est, ꝙ quatenus † dominus efficitur locupletior, restituat gestori. & licet multi impugnent illam opinionem Mart. & Gul. tamẽ illa impugnatio non obstat huic consultationi, imo prodest: quia fundant se super prohibitione facta ꝑ ipsam mãdantem: quia prohibitio facit cessare omnem actionem tam directam, q̃ vtilem: vt in dicta l. fi. Non obstat, ꝙ fit locupletior cum aliena iactura: quia hoc contingit ꝑꝑ culpam gestoris gerentis cõtra voluntatem domini. Sed in casu nostro fecit ſm volũtatem illius dñi Guidonis: ergo sequitur, ꝙ poterit repetere expẽsas, & obligationes vtiliter impẽsas circa castrum Bagnoli. Præterea facit, quod voluit gloss. in l. si paterno. C. de nego. gest. quæ dicit, si
18 vitricus † præstat alimenta priuigno, præsumitur præstare animo repetendi: ex eo quia omnis, qui ꝓ alio impendit, videtur impendere animo repetẽdi. ergo sequitur, ꝙ iste Georgius animo repetendi illas expensas fecit circa defensionem Bagnoli. Facit etiam simile, quod voluit Bal. in l. ꝙ vxorẽ. C. de nego. gest. vbi dixit, pater expendit in medicinis pro filia maritata, an poterit illas expẽsas repetere a marito filiæ. & decidit ꝙ sic: ex eo quia talis expẽsa pertinebat ad maritum, secundùm Cy. ibi. Ergo multo fortius dicamus in casu nostro: quia cum talis expensa incumbebat illi domino Guidoni, quòd poterit Georgius illas repetere, licet fuerit eius consanguineus. & ideo dicebat Bald. in dicta l. si paterno. C. de neg. gest. quòd quantitas expensarum est consideranda:
19 quia facilius præsumit † donatio in modicis, quàm in magnis. l. si seruus communis. ff. de dona. inter virum & vxo. not. in l. j. & in l. alimẽta. C. de nego. gest. Et ex istis resultat vera conclusio, quòd siue competat huic Georgio actio negotiorum gestorum, siue actio mãdati, siue ad requisitionẽ ipsius Guidonis, siue ad reqsitionẽ dñi Marchionis Mãtuani, siue ad reqsitionẽ hoĩum Bagnoli defensauerit dictum castrum, quòd omnino potest petere expensas, & obligationes, ad quas est obligatus, ab hæredibus ipsius quondã Guidonis, ex quo res ipsius Guidonis acta, & defensata fuit: & maximè, quia prima requisitio facta dicto Georgio habuit exordium ab ipso Guidone: ideo initium est spectandum. l. tertia. §. si quis cum minore. ff. de minoribus. l. ꝙ ait. §. fi. ff. de adul te. l. fi. ff. de mortu infer. glo. in l. minoribus. C. de his quibus vt indig. & in capit. per tuas. de dona. Et per consequens partes dominorum iudicantium erũt in pronuntiãdo, & declarando illum Guidonem, seu eius hæredes obligatos esse ad reficiendum expensas, quas ille Georgius fecit in defensione dicti castri: & etiam ad eas expensas, ad quas dicti Georgius & Frãciscus se obligarunt occasione defensionis castri Bagnoli. Et ita concludo. ¶ Capio nunc secundam dubitationem, qũo istæ expensæ venient probandæ, an de eis stabitur libris ipsorum Georgij & Francisci scriptis per suos cancellarios. Et certè
20 † dicendum ꝙ sic, ꝙ multifariè demonstro ad oculũ. Testes ꝓducti pro maiori parte dicunt fuisse obseruatũ, & consuetum, ꝙ libris capitaneorũ, & conductorum, & cancellariorũ ꝑdictorum credatur & adhibeatur plena fides: ita viderunt practicari & iudicari, quo casu succedit elegans dictũ Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. ver. vlterius q̃ro circa statuta permissoria, ponamus, ꝙ statutũ aliqd concedit in priuilegium, puta vt ꝙ presbyter possit conficere instra, & credatur instro, ac si esset factum manu publici notarij, an valeat statutum. & vr̃ ꝙ non allegat no. per Inno. in capitulo cum P. tabellio, de fide instru. vbi dixit, ꝙ creare tabellionem spectat ad solũ principem ꝯrium, determinat, & allegat casum in c. cum dilectus. de fide instrumen. & quod not. in l. quædam. §. numularios. ff. de edend. & hanc dicit esse veritatẽ, ꝙ valeat statutũ: & ideo dicit, ꝙ statuta, quæ hñt, vel dicunt, ꝙ scripturæ cãpsoris, vel mercatoris tanquam publico instrumento credat̃, sunt valida de iure: nam hoc põt homo, ergo & lex, aut statutum, aut consuetudo. l. Theopompus. ff. de dote præle. & ita ibi residet. & idem Bal. in l. j. C. de con fess. vbi dicit, considerandũ esse consuetudinẽ loci: nã si consuetudo loci est, ꝙ iudicis conscientia concurrente detur fides istis scriptis, stabitur consuetudini. Si autem cõsuetudo esset indistincta, videlicet ꝙ crederet̃ omni scripturæ mercatoris, non valeret cõsuetudo: qa est prona ad malum, idest ad falsum committendum: qa est ꝯ esse consuetudinis, quoniam forma naturalis consuetudinis debet esse rõ. 4. distinct. §. erit autem lex. c. fina. de consuetu. c. j. de constit. lib. 6. l. quod non ratione. ff. de legi. cũ simil.
21 Cõcludit ergo Bal. ꝙ † põt ꝯsuetudo disponere, ꝙ detur fides libris mercatorum, quando sunt rectè cõpositi. & istud dictum Bal. retulit, & sequutus est D. Abb. in c. bonæ. el 2. de postu. prela. ad fi. vbi dixit, valere cõsuetudinẽ, vt credatur libris mercatorũ etiã in magna quantitate, accedente iudicis cõscientia. j. si iudici visum fuerit; vt quia habebit considerare qualitatem mercatorum, & quantitatem præiudicij, de quo dicto singulariter ibi exclamat. & sic temperatur illud primũ dictũ Bal. in d. l. cunctos populos. vt non credatur indistinctè omni scripturæ mercatoris: sed ita, si est rectè composita, quod iudex discretus considerabit. Et facit, quod voluit Ange. in l. quędam. §. numularios. ff. de eden. vbi probatur, ꝙ ex cõsuetudine credendũ est scripturis eorũ, qui nõ sunt notarij, & ipse ibi dixit, ꝙ multum seruatur Venetijs, & subdit ex illo tex. probari, ꝙ per statutum potest disponi vt scripturis & libris mercatorũ adhibeatur fides plenaria, & seruatur, dicit, multum Venetijs, & in quibusdam ciuitatibus, & habuit illo anno de facto. Si ergo ꝯsuetudo dat auctoritatẽ scripturę priuatę, acsi esset facta a persona publica: vt est tex. in d. ca. cum dilectus. & facit, quod habetur in auth. de tabel. §. nos autem. exigitur tamẽ, ꝙ persona sit honesta: vt est tex. ĩ d. c. cũ dilectus. & voluit Ioan. And. in c. seculares. de foro compe. lib. 6. & ibi
22 pulchrè voluit, ꝙ etiam probat † talis scriptura nedum in foro ciuili, sed etiam in foro ecclesiastico. & sequitur D. Anto. in d. c. cũ dilectus. potuit ergo consuetudo dare auctoritatem scripturis factis per cancellarios conductorum, & capitaneorum tanquam scripturis factis a publica persona, si tales cancellarij sint honestę personę: vt iam communiter videmus, ꝙ cancellarij horum conductorum sunt pendẽtes, viri honesti, & magnę capacitatis: ergo multo fortius potuit ꝯsuetudo, & cõis stylus iudiciorũ adhibere fidem libris rationum scriptis per ipsos cancellarios circa expensas & stipendia, quæ fiunt armigeris, & quę concernunt officiũ eorũ. Et multo fortius, qa, vt voluit Bal. ꝯsuetudo põt disponere, ꝙ adhibeat̃ fides libris rationũ mercatorũ circa ea, quę scribũt ad eorũ cõmodũ: vt superius dixi, ergo multo fortius potuit disponere adhiberi fidem libris rationum factis per cancellarios; cum non agatur de commodo ipsorum cancellariorum, sed agatur de rebus gestis ĩter ipsos ꝯductores, & eorũ armigeros, & pedites, & maximè cum ita obseruetur, quia illud,

lud,quod est cõsuetudinariũ: non est arbitrariũ: vt pulchrè dixit Bal,in l.quicunque.C.de seruis fugi.&
23 ideo dixit idem Bal.in c.j.ꝙ † cõsuetudo hẽt vim decreti,& tenaciter obseruata hẽt vim iustitiæ, & dat iurisdictionem: vt l.viros.C.de diuers.off.lib.12. etiã homini priuato: vt est tex.fin.in c.cũ contingat, de foro compe.& allegatur gloss.singularis in l.fina.C. de emanc.libe. Angel.in l.imo. ff. de legi. dat etiam mandatum: vt l.nulli.ff. quod cuiusque vniuer.no. ideo non est mirum, si consuetudo dat auctoritatem scriptis factis a cancellarijs conductorum, si iurisdictionem homini priuato, & maximè quia ita est iudicatum sæpenumero, vt deponunt testes. Quo casu ex sententijs iudicum oritur cõsuetudo: vt plenissimè per D. Anto. in capitu.fina.de consue. & Bald.& Barto.in l.de quibus.ff.de legi.per Angel. in repetitione.§.ex non scripto.insti.de iure naturali.ergo sequitur,quòd erit fides adhibẽda,& iudicio meo ista sola sufficeret ad victoriam huius dubitationis. Præterea facit: quia posito ꝙ non esset consuetudo & communis stylus, vt libri cancellariorũ facerent fidem,nihilominus ex ipso actu gesto,& ex natura rei huius liquidò dicemus fore adhibendã fidem. vnde Nicola.de Mata. cuius sententiam refert, & sequitur Bald. in commento rubricæ. C. de fide instrumentorum. versicu.iterum dubitatur, vtrum ista scriptura valeat,facta parte absente:& dicit Nicol.de Mata.ꝙ in tali scriptura excepto die,& consule,nulla alia solennis requiritur. vnde non est necessaria præsentia testium,quod dictum Bald.ibi intelligit,quando est facta in forma rationis: quia rationes non consueuerunt fieri, nisi aliquo mandante.Cum igitur præsentia non requiratur, nisi ratione consensus, ergo sufficit mandatum præsumptum.Sinautem non esset in forma rationis, sed cõtineret vnum actum tantum, tunc prodest ad probandum obligationem, si confecta esset scriptura parte absente, quemadmodum si coram testibus.l. Aurelius.§. final. ff. de libe. lega. Cum ergo in casu nostro istæ expensæ sint scriptæ in modum rationis, sequitur, quòd libri istorum cancellariorum probant plenè.Præterea facit, quod voluit idem Bald. in sequenti versicu.ibi, sequitur videre de scriptura quorundam officialium,qui ex solicitudo officij, & vtilitate priuata conficiunt rationes,sicut tutor, curator, cõmissarius.vbi sciendum est, ꝙ in codicibus suarum rationum aut scribunt per se recepta,& nõ est amplius inquirẽdum:quia ex contextu scripturæ damnatur.l. Lucius.§. tutelæ. ff. de administra.tu. vnde in receptione non requiritur: scrupulosa etiã inquisitio exigitur ab eis: vt l.si seruus vetitus. ff.de lega.1.& ideo non rectè cõficiunt rationes, nisi causam expensarum adijciant,nec debẽt tales expensæ approbari,in quibus non apparet causa.l.cum plures.§.in primis. ff.de admi. tu.l.j.§.officio.ff.de tutel. & ra.distra.in redditione autẽ rationum oportet, ꝙ assignẽt causam expensarum,quę si verisimiles probantur per libros suos adiuncto iuramento ipsorũ iuuant.C.de dona.l.si quis pro redemptione. vbi est
24 considerandum, ꝙ † expensa interdum probatur ꝑ rerum naturam,vt in alimentis.l.fi.C.de alimen.pupil.prestan. interdum ꝑ operis euidentiam, vt in ędificijs.l.lex quę tutores.C.de admin.tu. Interdum per alias cõiecturas pro motu iudicis approbandas: qa cum sint facti, non potest dari certa regula.vt l.ius alimentorum.ff. vbi pup.edu. debet.l. qui filium.& l.si ita fuerit.§.in reliquis.ff.de manu.testa.l.fin.§.inter cętera.ff.de lib.leg.ita ibi residet Bald. Modo ista apponunt gladium ad hanc consultationem: quia isti cancellarij in suis libris rationum scripserunt expensa,& causam verisimilem ipsarum expensarum:

quia certissimi iuris est, ꝙ ille Georgius non potuisset conducere homines armorum, & pedites ad defensionem illius castri, nisi subministrasset eis expẽsas:quia aliter non poterant viuere, & dare eis salarium, vnde possent se sustentare in his quę erant eis necessaria:quia non potuissent viuere: vt l.fin.C.de alim.pupil.præstan. Vnde illę expensę descriptę in libris cancellariorum sunt verisimiles. Et etiam est necesse pro habendis & sustinendis armigeris propter defensionem dictæ terrę, qui de vento viuere non poterant,vt viueret lupus: vt l.si prælleg.ergo sequitur, ꝙ standum erit libris ipsorum cancellariorum continẽtibus rationes, & expensas cum causa ex rerum natura necessaria: quia aliter viuere nõ potuissent armigeri. Plus videtur dicendum posito,non tamen concesso, ꝙ tales libri rationum non apparerent, nihilominus esset præsumptio in fauorem ipsius Georgij: quia ex eo: quia illos vocauit,& conduxit ad defensionem dicti castri alio nõ apparente, ꝑsumitur, ꝙ eos sustinuerit, & vocauerit ad defensionem castri suis expensis: quia ex quo onus expensarum spectabat ad illum Georgium,ex quo illos conduxit ad defensionem.d.castri,præsumptio est, ꝙ cũ expensis suis vocauerit illos tales. Facit, qđ pulchrè voluit Barto.in l.secunda.ff.de conditio.& demonstra.& in l.cum seruus. ff.de verborum obligationibus. & Bald.in l.id quod pauperibus.C.de episco.& cleric. & in l.final. C. de alimen.pupil. præstan. vnde cum iste Georgius illos armigeros, & pedites conduxerit,& eos tenuerit ad defensionem & tutelam dicti castri, præsumẽdum est,ꝙ de pecunia sua, & expensis suis illos tenuerit,& per consequens sequitur, ꝙ liber rõnũ expẽsarum compositus per dictos cancellarios cõtineat rem verisimilem,& cum optima & iusta causa;ergo erit eis credendum. capit.qa verisimile.de præsump.& ideo dixit Nicola. de Ma. vt tenuit s. Bald. interdum expensas probari per rerum naturam,vt sunt alimẽta:vt in casu nostro, interdum per operis euidentiam.vt in casu nostro:qa euidentia operis apparet,interdum dicit, ꝙ probentur expensæ per alias coniecturas pro motu iudicis approbandas: quia cum sint facti, non potest dari certa regula:vt l.ius alimentorum.ff.vbi pupil.educa.deb.ita in casu nostro non potest dari certa regula:quia oportebat defendere castrum,& habere armigeros, & pedites,& eos sustẽtare.Vnde sumus in re verisimili,quæ cadit in omnẽ exercitatum intellectum,ꝙ stipẽdiarij pro nihilo non venissent ad defendendum castrum:& nemo est, qui nesciat: & qa illi libri sunt ita apertè, & rationabiliter compositi de tempore in tempus, & posta in postam de persona ad personam,& fuit scripta parua quantitas. Facit etiam,quod voluit idem Bal.in l.j.C.de cõfessis. vers.quid est ergo in codicibus mercatorum.vbi implicita sunt verba pro & contra,cõcludit, aut est circa idem factum,vt quia mercator dicit, vendidi talem petiam panni pro 10. eodem contextu mihi soluendis,tunc non potest diuidi scriptura. Aut sunt diuersa capitula,& mercator est ꝑsona digna fide, & nobilis vir, & quantitas est parua, tunc credendum est suæ scripturæ: alioquin officium scribendi codicem rationum,ad quod de necessitate reddendarũ rationum tenetur,esset ei periculosum. Item hanc scripturam facit quasi ex tacito mandato, & de necessitate officij sui: vnde tacitè videtur sibi mandatum a parte.Si autem quantitas esset magna, tunc quanta fides sit ei adhibenda,est in arbitrio iudicis, consideratis maximè viribus patrimonij: vt in auth. quod locũ. C.de collat. & procedet de verisimili ad verisimile.& sic loquitur Bal.eo casu,quo mercator scribit in libro suo: & tamen statur libro suo prædictis

dictis consideratis. Multo magis in casu nostro isti magnifici viri sunt nobiles conductores, & digni oĩ fide,& tenent suos cancellarios probos viros,& fideles, qui scribunt stipendia,& expensas, & cōponunt libros rationum satis ordinatè, & ad requisitionem illius Guidonis, vt est dictū, Georgius assumpsit defensionem illius castri,quo casu eo ipso,ꝙ requisiuit
25 illum Georgium ad tutelam † capescēdam, videtur se obligasse ad expensas ob illam defensionem faciēdas,argu.l.cui iurisdictio.ff.de iurisdictione om.iud. l.ad legatum.l.ad rem mobilem.ff.de procu.cum si. Et per consequēs videtur sibi mandasse, ꝙ componat libros rationum,& expensarum : ergo sequitur, ꝙ tenetur stare dictis libris, maximè quia compositi sunt per cancellarios,& ordinatè,& clarè de posta in postā, & cum expensis, est presumendum,ꝙ nullam fraudem aut falsitatem committerent. Vnde dixit glo.in l.Titio fundus.ff.de condit. & demon.ꝙ excusatur ille,qui credidit bono viro. & tex.solēnis, & ibi Angel. in l.si a bonæfidei. ff.de rei vendica.vbi refert se fecisse liberare quendā Potestatem in syndicatu Bononię ex eo:quia crediderat cuidam elegāti ciui,vt ibi per eum. Et ideo gl.singularis in c.illud,
26 40.dist.dixit,ꝙ † pręsumendum est pro nobilibus. & ideo dixit Ioā.An.in addi. Spec.in tit.de loca. prope principium, ꝙ quidam posuit in locum sui in quadam Rocha nobilem quēdam, qui in ea fecit proditionē, ꝙ nihilominus fuit ille excusatus apud dominum Rochę:qa nō erat verisimile,ꝙ ille fecisset perditionē in Rocha:ex eo quia erat nobilis. Facit tex. in auth.de defen.ciuita.in princ. ubi ita lex confidit de nobilibus:quia disponit,ꝙ ad officia sunt assumēdi nobiles, & statuta Florentiæ disponentia contrarium sunt contra ius cōe, & strictè sunt intelligēda. Et facit gl.singularis in l.societates.ff.pro socio.quę videtur pferre nobiles literatis. facit. c.de multa.de pręben.Idcirco non caderet in aliquem dignum intellectum, ꝙ isti conductores voluerint fraudare in istis expensis consobrinum suum,nec deberent solui tali ingratitudine,vt tritū est antiquitate prouerbium,mus,vipera,serpens in gremio,& ignis in sinu suis consueuerūt hospitibus exhibere detestatione dignā retributionem. Non ergo retributionem illā retribuat istis nobilibus: vt dixit tex.in c.& si iudæis. de iudæis. 13.q.j.§.j.versus finem.Facit etiam, quod voluit Baldus in rubrica.C.de constituta peçun.vbi dixit in versiculo, modò hic quero de libris mercatorū,an probent:& dicit,ꝙ aut iste liber est codex rationum,& est quidam quodammodo liber authenticus:quia mercatores gerunt quasi publicum officium : vt no.in §.numularios.l.quędam.ff.de edendo,& tunc huic libro creditur, quasi publicę scripturę, argu.eius, qđ no.in auth.de tabellio.§.nos autē. & quia ita consueuit fieri,allegat.l.fi.C.de fideiusso. & allegat dicta Barto,in l.nuda ratio.ff.de dona. Mo
27 do in casu nostro isti † cancellarij cōductorum sunt, & gerunt quasi publicum officiū quoad illud exercitium cancellarię, & componunt libros rationum, & dictis libris creditur. & Bal.ibi dicit: quia ita consueuit fieri,vt credatur libris compositis per cancellarios cōductorum : vt superius est probatum.Et sic sentit Bald. standum esse ei,qđ consueuit fieri. Et ꝑ consequēs standum erit istis libris quo ad dictas expensas.Facit,quod voluit idem Bal.in l.rationes. C. de proba. in vers. reuoco in dubium circa primam partem,si argentarius, vel numularius in libro suarum rationum aliquid scribit pro se,an facit aliquā fidem:refert Nicol.de Mata.dicere, ꝙ sic.& ideo cū alijs adminiculis probat. & idem dicit in scripturis mercatorū & campsorū, dummodo scriptura habeat formam rationum:quasi velit,ꝙ illa scriptura sit liber rationū,& sic si statur libris rationum mercatoris : eodem modo standum erit libris cancellariorum, qui deputantur per capitaneos armorum: maximè in casu nostro in re verisimili, & ad oculos demōstrabili:quia apparet re ipsa defensum castrū per illum Georgium cum armigeris,& stipēdiarijs, qui non conducuntur verbis solis,sed rebus,victualibus,& pecunijs.Et ideo solebat scribere poeta Lucanus,miles sub quolibet hoste triumphat.Et est diligenter ponderandum:quia Bal.in d.l.rationes. dicit, ꝙ rationibus scriptis per defunctum datur maior fides,quàm rationibus viuētis: quia animus defuncti non ita præsumitur corruptus,nec potest corrumpi a dæmone.secundùm Nicol.de Mata.qui ad hoc inducit gl.dictæ l.rationes. Ergo eodem modo erit dicendum in libris scriptis per cācellarios ex cōmissione capitaneorum,& conductorum, & maximè istorum magnificorum virorum Georgij & Frācisci de Gonzaga erit magis præsumendum pro rationibus suis,cum sint nobiles: & in nobilibus cessat omnis † sinistra suspicio fraudis, & doli : eo etiā 28
magis,quia sunt rationes,seu expensę verisimiles:vt est dictum.Facit etiam,qđ voluit Bar.in d.l.nuda ratio. ff. de dona. ꝙ si ratio scripta in libro rationum fuisset nuda a præsentia partis: non tamē ab expressione causæ, ꝙ induceret plenam probationem: vt voluit gl.in d.l.quædam.§.numularios. & facit.l.inter chartulas.C. de cōue.fi.debit.libr. 10.l.Publia.in fine. ff. deposi.maximè in casu nostro : qa talis liber rationū est confectus a persona,quæ cōsueuit quascunque expensas reducere ad librum rationum, & eas ibi ordinatè scribere, vt sunt cancelarij cōductorum:quia ratione consuetudinis videtur eis mandatum a parte,vt scribant sua debita. secundùm Bart. in l.prima.C.de eden.& in dicta l.quædam.§.numularios. & ita etiam sequitur Ludoui. Roma.in dicta l.nuda ratio.ergo. Facit etiam dicta l.rationes. C.de probatio.vbi libri rationum vnius probati, & optimi viri inducunt aliquam præsumptionem in fauorem sui,licet nō plenam probationem, vt dicit Barto. in l.admonendi. ff. de iureiurando. & Ioan. Andre.in addi.Specu.in titu.de instrum.edi.§.restat.in addi.quę est versi.priuatorum.& incipit, dicto ergo in casu nostro debemus dicere,ꝙ plenè probat talis liber:cum sit confectus a tertio,scilicet a cācellario, qui cancellarij cōsueuerunt conficere libros rationum: vt est dictum : & maxime cum isti cancellarij scripserint iuxta suum officium:quia eorū officium versatur circa scribenda salaria stipendiariorum.Et per consequens stabitur libris eorum. Facit etiam, quod voluit Saly.in l.j.C.de ędendo.in versiculo, se-
29 cūdo quero,an rationes editę.vbi dicit,ꝙ † libri scribentium rationes faciunt fidem in fauorem suum, si scribēs sit talis,ad cuius fidem publicè recurratur, & cuius principalis opera, & ministerium sit actus sui rationes diligenter conficere: vt l.argentarius. ff. de edendo.l.quedam.§.numularios.eo.tit.& hæc dicit esse vera, nisi aliqua præsumptio esset in contrariū, vel ꝙ scriptura esset suspecta, postea allegat in contrarium glos. in dicto §.numularios.& refert D. Ricardum de Sal.dixisse,ꝙ licet non adhibeatur illa plena fides,quæ olim,tamen nū ex toto expellitur, sed in iudicis stabitur arbitrio & deliberatione.l. Publia.in fi.ff.depositi. considerata qualitate personæ & coniecturis verisimilibus cum in iuramento, allegat.l.si quis pro redemptione.§.penulti.C.de dona. & l.per hanc.§.penult.C.de ero.mili.an.li.21. ꝙ Sal. ibi dicit esse satis æquū. Cum ergo in casu nostro ratione officij cancellariæ teneantur conficere libros rationum ipsorum armigerorum, & cōiter recurrant ad eos armigeri pro suis rationibus, sequitur, quòd

ꝙ creditur libris eorũ in fauorem tertij sine aliqua
exceptione:& per consequens credetur istis libris in
fauorem Georgij & Francisci.maxime cum concur-
rant causę verisimiles: vt dixit D. Rica. & largitas
30 personarum.Facit etiam:quia(vt præsupponitur in
facto)iste sunt expensę minutę, quo† casu statur sa-
cramento expendentis,maximè concurrente re ve-
risimili:& ideo gloss. elegans in l.fin.§. in computa-
tione.C.de iure delibe. vbi fit expensa in vendendis
rebus hr̃ditarijs,vt satisfiat creditoribus hęreditatis,
ꝙ illa expensa probabitur testibus, vel iuramento
expendentis, quam gl.ibi summè not.Bar. & refert
doctores alibi in simili dicere, ꝙ si quidem est expē
sa magna,debet probari per testes, vel instrumēta,
expensas autem minutas debet probare suo sacra
mēto,ar.d.l.si quis pro redēptione. ita voluit Cy. in
d.l.id quod pauperibus.C.de epis.& cleri.& in d.l.si
quis. Bart.dicit illã.l.esse notabile pro executoribus
vltimarum voluntatum, qui debent iurare se dictã
quantitatem expendisse in causis pijs.& facit, quod
voluit Bar.in l.1.§.officio.ff.de tu.& ratio.distra.vbi
voluit,ꝙ in paruis quantitatibus creditur pro gerē-
te,& scribente,considerata qualitate rei,& cōditio-
ne personæ,de quibus agitur. Et ideo dicebat Bal.in
31 l.fi.ff.si cert.pet. ꝙ in magnis quantitatibus † maior
obseruantia,& cautela est adhibēda.q̃ in exiguis, &
paruis.vt ibi.& in auth.de fide inst.§.fi.in vers.vt nō
de rebus exiguis. & ad hoc allegat ēt illã.l.fi.Bart.in
l.Modestinus.ff.de solut.Facit ēt,quod voluit Bal.in
l.1.C.de eden.vbi quærit,an illa,quæ sunt scripta in
codice rationis,faciant fidem pro ipso scribente. &
refert,ꝙ quando illa scripta sunt verisimilia, tũc eis
creditur cum iuramento producentis, allegat Gul.
de Cu.ita voluisse in l.si quis pro redemptione.præ-
alleg.alias in l.edita actio. C.de edendo.& allegat.d.
l.si quis.& voluit ibi Cyn.sed ipse Bal.dicit se intelli-
gere hoc fore verum propter difficultatē probatio-
nis,aliàs non,allegat.d.l.ratione. & qđ no.in d.l.fi.§.
in computatione.C.de iure delib.& in cap.qualiter
& quando.el 2.de accusa.Et ista dicit procedere re-
spectu ipsius scribentis in fauorem ipsius scribentis.
Sed quo ad tertium dicit,ꝙ facit plenam fidem, vbi
consuetudo,vel statutum illud disponeret.& sic ista
decidunt casum nostrum,siue consideremus, ꝙ isti
libri fuissent compositi per illos Georgium & Fran
ciscum,ex quo sumus super rebus, in quibus est dif-
ficultas in probatione:vt sunt expensæ minutę, sta-
bitur iuramēto ipsorum. Siue consideremus, ꝙ isti
libri fuerint compositi per cancellarios, & consue-
tudo ita se habet,ꝙ libri cancellariorum ipsorũ cō-
ductorum diligenter compositi per modum ratio-
num faciant fidem,maximè in casu nostro,concur-
rente verisimilitudine rerum, & difficultate proba-
tionis:quia fuerunt expensę minutę:ergo partes do
mini iudicantis erunt in iudicando, & declarando
fidem debere adhiberi præfatis libris. Accedat etiã
ad hoc,quod eleganter voluit Bald.in l.exemplo.C.
de prob. vbi dixit, ꝙ quãdo scripturæ habētur adeo
pro publicis,ꝙ iudices,& etiã aliæ personæ eis vtun
tur,& eis statur,tunc habentur, ac si essent authenti
cæ,& publicæ,& ius præstat auctoritatem personæ,
vt intelligatur publica esse, & authē. l.Barbarius.ff.
de officio præto.l.2.C.de sen.& inter.om.iud.Cum
ergo in casu nostro præsupponitur,ꝙ passim in iudi
cijs & extra,libri rationum compositi per cancella-
rios ductorum obseruatur, & iudicatur ſm eos, se-
quitur,ꝙ habentur vt publici libri, & authentici, &
allegat ibi Bal.Nicola. de Mata.& quod habetur in
d.c.cum dilectus.de fide instru.Ergo secundùm eos
erit per dominos iudices iudicandũ,& per ꝯñs con-
cludo in fauorem ipsorum Georgij,& Francisci.

EPITOME.

¶Conductores quidam a communi Bononiæ cō
duxerant datia, suspensis omnibus & quibuscũque
decretis,quæ transiuerant in contractum,uel quasi,
exceptis his, quæ concessa fuerunt forensibus ue-
nientibus ad habitandum,& fornaxariis, qui qui-
dem locatores non potuerunt exigere datia sicut
in locatione continetur propter decreta & immu-
nitates concessas communibus, quæ transiuerunt
in contractum,nec fuerunt reuocata. Respōdetur,
commune Bononiæ teneri cōductoribus prædictis
ad interesse, quantum potuissent exigere ab illis
communibus, si nulla decreta aut immunitates
emanassent.

SVMMARIVM.

Decretum quid importet, & quòd geminata verba alterent naturam vocabuli.nu.1.& 13.
Verba,omnia & quęcunque,quid importent.nu.4.& 9.
Casui fortuito nemo videtur renuntiare,nisi exprimat.nu.5.
Venditorem totam rem vendidisse,vel alio non apparente colligitur ex quantitate pretij.nu.10.
Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, & debet esse de regula, nec illam ampliat.nu.14.
Verba,personæ quęcunq;,intelliguntur secũdum subiectam materiam.numero 15.

CONSILIVM XLVII.

Clementissimum Deum, & pijssi
mum Saluatorem nostrũ Iesum Chri
stum ex corde & animo huic consul-
tationi inuoco, vt sua solita clemen-
tia veritatē ponat in ore meo. Amen.
Et quidem viso puncto,& pactis, & cōuentionibus
in dicta locatione contentis,& omnibus solēni ani-
maduersione pensatis.Stat dubitatio in hoc, vide-
licet posito & concesso, ꝙ dicti conductores nō pos-
sint exigere a dictis communibus datum molendi-
ni, ita in locatione continetur ex eo: quia habent
decreta,quæ transiuerunt in contractum, nec fue-
runt reuocata per Romanum Pontificem, vtrum
dicti conductores possit agere cōtra commune Bo-
noniæ petendo illud interesse,ex quo non potuerũt
exigere ab illis communibus,adeo ꝙ commune Bo
noniæ teneatur compensare in dicta locatione tan-
tum,quantum illi cōductores potuissent exigere ab
illis communibus,si talia decreta non emanassent.
Et indubitanter mihi videtur de iure dicendũ ꝙ sic.
Et circa hoc est summopere animaduertendum,an
verba locationis comprehendant quoad commu-
ne Bononiæ, & quoad ipsos conductores omnimo-
de,siue transiuerint in contractum siue non: & cer
tè dicendum est ꝙ sic.& capio formaliter verba con
tractus,dũ dicitur, che tutti & ciaschaduno de certi
così Apostolici come etiam Dio ad alcun'altro. vn-
de illa verba omnia & quæcunq; decreta alterant
propriam naturam decretorum: licet enim decre-
1 tum † prima sui significatione importet decretum
gratiosum:tamen quando profertur ita geminatè,
alterat naturam propriam ipsius decreti, & intel-
ligitur etiam de decreto non gratioso. vnde Bald.
multum singulariter in c. fina. de officio delega. di-
xit, ꝙ istud pronomen tu, est demonstratiuum, sed
non est arctatiuum: secus si esset geminatum, scili-
cet tu tu,vel pro te te:nam primum tu esset demon
stratiuum,secundum tu, esset restrictiuum propter
geminam virtutem verborum, allegat in arg.l.bali-
sta.ff.ad Trebe.Et sic stat firma conclusio,ꝙ illa ver-

ba, omnia & quęcunq; decreta, alterant naturā vocabuli, vt veniant decreta etiam si transiuissent in ꝯtractum, vel quasi quoad ipsum cōmune Bononiæ, & quoad ipsos conductores, & est istud mirabile dictū ex eo: quia iura loquentia de geminatione loquuntur de actu geminato, puta de confessione geminata, de obligatione geminata, de interlocutoria geminata. de primo in l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. 11. l. in contractibus. §. de illo. C. de non nu. pecu. l. si mulier. & auth. sine a me. C. ad velle. De secundo habetur in l. fi. C. ad l. falc. insti. de actio. §. de constit. De tertio habetur in cle. cum a repulsione, de appel. de vi geminationis verborum decidit Bal. ibi, & ideo D. Card. in d. c. fin. refert illam doctrinam Bal. sequitur & eam magnifacit, & re vera Bald. hoc dixit in d. c. fin. Et sic geminata verba alterant naturam vocabuli, vt apparet: ergo ꝙ ex dictis verbis cōprehendantur simpliciter omnia supradicta decreta indulta dictis communibus, nō tamen dico quoad præiudicium ipsorum communiū. Et potest suaderi ratione tali, videlicet, voces sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum notæ: vt voluit Aristoteles primo perihermenias, & habet in l. Labeo. §. idē Tubero. ff. de supp. leg. l. ille aut ille. §. cū in verbis. l. non aliter. ff. de lega. 3. & non est censendum, ꝙ aliud voluerint locatores, quam illud, qđ verbis expresserunt. Cum ergo illa verba geminata importāt alterationem vocabuli, iuxta illud poeticum, tu ne duos vna seuissima vipera cena tu ne duos. sequit, ꝙ idem voluerunt. vñ si nos aliter diceremus, sequeretur inconueniens, ꝙ illud verbū oīa, vel illud verbum quęcunq;, fuisset superfluò appositum in ipso ꝯtractu locationis. vnde syllaba non est ponēda superfluò: vt est singularis tex. in l. j. ff. qđ me cau. & facit glo. in c. si Romanorum. 19. dist. & pulchrè dicebat
2 Bal. in l. lecta est in auditorio. ff. si cert. pet. ꝙ † omnia verba instrumenti sunt ponderenda, per illam tex. monet enim nos lex, vt totum instrumentum legamus, arg. l. argentarius. §. edi. ff. de eden. & idē Bal. in l. contractus. C. de fide instr. dixit, ꝙ debemus † in-
3 herere verbis statuti sicut verbis stipulationis: ex eo quia statuta fiunt ad instar stipulationis per interrogationem & responsionem. Siue ergo istum contractum locationis dicamus esse legem, ex quo est celebratus cum principe communitatis, habet vim legis: vt l. Cæsar. ff. de publica. dico, ꝙ in eo non est appositum verbum superfluò sine ministerio aliquid operandi. Et facit ad hoc, quod voluit Bart. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verb. obl. & Bal. in l. sed & si quis. §. quęsitum. ff. si quis caut. & ideo in rubr. C. de cōtrah. empt. in 9. q. quęrit, nunquid omnes clausulę, quas ponimus in contractu emptionis aliquid operētur: & decidit, ꝙ nedum omnes clausulę, sed etiam minimum verbum est appositum cum ministerio aliquid operandi, si fieri potest. l. si stipulatus. ff. de vsur. Cum ergo in contractu isto dicatur, om-
4 nia & quæcunque decreta, sequitur † ꝙ comprehēduntur etiam decreta transeuntia in contractū, vel quasi. & facit simile, quod dixit tex. in l. 2. §. furiosus, in ver. omnibus & per omnia. ff. de iure codici. quē tex. allegauit sing. Ang. ff. de reg. iu. l. qui in alterius, quæ verba ponderarunt omnes scribentes in l. omnes populi. de iusti. & iure. ꝙ licet assumptus ad ciuilitatem non gaudeat omnibus priuilegijs, quibus gaudent veri & originarij ciues, de quo plenè ꝑ Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. & in l. si maritus in magistratu. §. l. Iulia. ff. de adult. tñ si apponuntur illa verba, habeatur ꝓ ciue, in oībus & per omnia, ꝙ tunc habebit commoda vt verus ciuis. hoc important illa verba, in omnibus & per omnia sic geminata. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ illa verba, omnia & quæcunque, includunt simpliciter omnia decreta, siue transiuerint in contractum, siue quasi, siue non. Et si dubitatio esset aliqua, fieret interpretatio ꝯ commune Bononiæ, ex quo stat pro cōtractu: vt in c. contra eum. de regu. iur. lib. 6. l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. obl. & l. veteribus. ff. de pactis. cum simi. debuit enim clarius rem aperire. Præterea facit, qđ pulchre voluit Nicol. de Mata. in l. qui habebat. ff. de leg. 3. videlicet, ꝙ illa verba, omnia & singula, operantur, ꝙ includunt omnia, quæ possunt comprehendi ex natura sermonis, & facit, quod voluit gl. in c. vt circa in versi. omnia & singula. de ele. lib. 6. cum ergo in casu nostro apponantur illa verba, omnia & quæcunq;, videtur, ꝙ comprehendunt omnia & quæcunque decreta transeuntia in cōtractū, vel quasi: quia natura sermonis hoc importat, ergo ita est in vero, ꝙ mens & verba ipsorum cōtrahentium fuit velle comprehendere indistinctè omnia talia. Præterea est considerandum: quia in dicto contractu dicitur, ita apostolica, sicut alterius, qui habuisset potestatem concedendi, ita in ciuitate, sicut in comitatu, ita religiosis, sicut alij generi personarum, ita communibus, sicut particularibus personis. vnde facta est mentio specifica de decretis omnibus, & quibuscunque concessis communibus: sed ista communia aliqua habent decreta remuneratoria, & non habent alia decreta exemptionis, nisi illa decreta remuneratoria; quo casu cū illa verba non possent aliquid operari, est necessariū, ꝙ operentur istud, videlicet ꝙ comprehendant, licet transiuerint in contractum. hoc decidit Ang. in l. sed & si quis. §.
2 † quo ad successionem patris nullo modo attenditur scientia ipsius patris: sed attenditur scientia ipsius principis, seu Papę, aut ipsius comitis legitimantis. sibi enim debuit narrari, & specificari, si pater faciens filios naturales legitimari, habeat filios naturates & legitimos hoc decidit in indiuiduo D. Petr. de Ancharan. consilio 229. incipien. ex tenore priuilegij apostolici. vbi in principio illius consilijs. cōnumerat illa, quæ sunt de necessitate requisita ad hoc, vt legitimatio valeat, in secundo requisito dicit, quòd requiritur, quòd non extent legitimi: aliter enim idest ipsis extantibus, Papa per suum rescriptum non intendit eis in aliquo præiudicare in successione parentum, allegat nota. in authē. qui. mo. ma. effi. le. §. moriens. Et præsupponit istud pro fundamento potissimo legitimationis, vt non valeat le-
3 gitimatio, † si Papæ, vel principi, aut comiti non narretur, quòd pater habebat filium, vel filiam legitimam, & naturalem. Cum ergo in casu nostro non fuerit narratum comiti, quòd iste Iacobus habebat dominam Sabbam suam filiam legitimam, & naturalem, sequitur, quòd comes non legitimasset, & per consequens non veniet ad successionem patris cum ipsa domina Sabba. Et multominus in casu nostro ex eo: quia narrasse videtur falsum, videlicet quòd non habebat alios, qui possent sibi succedere, nisi ipsos Syluestram, & Anselmum, quòd erat falsum: & sic fuit talis legitimatio subreptitia. Et ꝑ consequens multofortius non succedet patri insimul cum ipsa domina Sabba. Accedat ad hoc, qđ pulchrè voluit Bal. Bonon. in auth. item si qs. C. de natu. lib. vbi quærit, qd si legitima soboles extat, an legitimatio facta per rescriptū principis valeat ipsis filijs legitimis extantibus quantū ad hoc, vt succedere possint patri cum legitimis, & cæteris agnatis. & allegat lo. de Bel. in corpore eo. ti. §. filium verò. vbi dixit vltimatè, ꝙ ex quo vterque est volēs. s. pater & filius, qui legitimantur, ꝙ vnus succedat alteri, & econtra, & sic cum fratribus legitimatis succedat patri, & h. d. procedere, quando fieret mentio in rescripto de literis legitimis, & qđ imperator diceret, non obstante tali lege, vt ibi plenius per Iac. de Bel. Et subdit, ꝙ si ita non diceret, non teneret legitimatio: quia legitimis extantibus in duobus casibus tantum prodest legitimatio: scilicet per oblationem curię, & per matrimonium: vt in eo. authenti. §. & generaliter, in fin. & sic Salyce. ibi tenet aperto ore,
4 & concludit, & † ad hoc vt legitimatus succedat cū fratribus legitimis & naturalibus cōmuni eorum patri, est necesse, ꝙ in rescripto fiat mentio de legitimis & naturalibus filijs. Cum ergo in casu nostro non fuerit facta mentio de filia legitima, & naturali, sequitur, ꝙ dicta Syluestra non succedet insimul cum dicta D. Sabba patri eorum Iacobo defuncto. Accedat ēt ad prædicta clara doctrina domini Pau. de Ca. in suis cōsilijs, cōsilio 231. incipiēte, super eo, quod primo loco quæritur. in versi. secūda rō, quare vr̄ posse impugnari dicta legitimatio est: quia ad hoc vt comes Palatinus legitimans videat voluisse, ꝙ legitimatus succedat insimul patri cū filijs legitimis, & naturalibus, necessariū erat impetratione legitimationis facere expressam mentionem de ipsis filijs legitimis, & naturalibus. vnde dicit, ꝙ oportebat dicere hoc mō, videlicet nō obstāte, ꝙ sint alij filij, vel alij fratres, vel sorores, ꝙ dicit patere ex eo qa

credẽdum est', dictũ comitẽ nõ aliter fore legitimaturũ:q̃ ipse princeps,arg.l.j.in fi.ff.de off.præfec. p̃to.& c.super literis,de rescri.Sed cũ legitimatio impetratur a principe,etiam ab illo,cui debet legitimatus succedere, necesse est, vel in tali impetratione mentionem facere de agnatis, qbus tollit,aut diminuit successio ad hoc,vt princeps cẽseat hoc voluisse,licet disto casu postq̃ sit de volũtate illius,q põt illis agnatis hæreditatẽ auferre, non reqratur illorũ agnatorũ ꝯsensus,aut vocatio:vt no.Bart.ĩ l.Gallus.§.& qd si tm̃.ff.de lib.& posth. attñ bñ reqrit,vt fiat de illis mẽtio ad hoc,vt cẽseat voluisse illis p̃iudicare:qa facilius eã facit,qñ nõ sunt agnati, vt expresse no.D. Ant. in cõmento.c.p venerabilem.q filij sint leg.in articulo illo,an reqratur citatio agnatorũ, q refert Vbeã.de Bobio, & Ia.Bu.hoc tenere, vt refert Io.And.in addi.Spe. in ti.de success.ab inte.Igit eodem mõ fienda est expressa mentio de agnatis, quãdo legitimatio impetrat a comite Palatino ad hoc, vt ipse comes censeatur voluisse illis p̃iudicare.Sed hic minimè facta fuit mentio, sed simpliciter legitimauit,vt possit succedere parẽtibus & cognatis,nec dicit,etiam si extant alij legitimi successoros eiusdẽ gradus, quo casu dictis sororibus fieret præiudiciũ præsupposita potestate legitimationis: qa censeretur ꝯcurrisse etiam voluntas, sed cũ hoc nõ dixerit, seqtur, ꝙ illa legitimatio fuit surreptitia:qa credendum est, ꝙ si sciuisset illũ habere sorores legitimas, & naturales, talẽ legitimationem in illarũ præiudiciũ nõ fecisset.hec est.n.causa,q̃ habet mouere principem.c. super literis.c. ad audientiã.de rescri. Hæc sunt formalia verba domini Pau. in dicto consilio, quæ indubitanter apponunt gladiũ. & securim ad hãc dubitationẽ.Et multofortius:qa dñs Paulus cõsuluit eo casu, quo agebatur de præiudicio agnatorum, & tamen vult, ꝙ legitimatio dicatur surreptitia.Quanto ergo fortius in casu nostro: cũ non fuerit facta mentio de filia legitima,& naturali,quę extabat,& erat successibilis,nec etiam impediebat di-
5 spositio statuti,debuit fieri expressa mẽtio, quo†casu p̃sumptio est,ꝙ sicut princeps non voluisset præiudicare dictæ filię,eodem modo nec ipse comes voluit præiudicare dictæ filiæ legitimæ & naturali. Et multomagis in casu nostro: qa fuit facta falsa narratio: qa videt ex illis verbis pater sensisse, ꝙ nullũ filium, nulllam filiã habebat, qui posset succedere sibi in bonis, & hæreditate sua, & sic obrepsit illi comiti. Et per cõsequens est nulla:qa non solum fuit surreptitia,sed ẽt fuit obreptitia: & iõ dicebat mul-
6 tũ sing.Inn.in c. cũ dilecta.de rescrip. vbi facit† differentiam inter gratiam surreptitiam, & gratiã obreptitiam,& literas subreptitias, & obreptitias. subreptitiæ sunt,quando falso expresso,vel veritate suppressa literæ fuerunt impetratæ. Obreptitiæ verò vocantur, quando per inuolutionem verborum, vel cautè loquendo literæ effugiunt deliberatã conscientiam principis, seu concedentis. nam tunc tales literæ dolo sunt obtẽtæ. iõ ꝓcessus est nullus gratia nulla:vt l.si p̃tor.§.Marcellus.ff.de iud.Vñ ista legitimatio non ꝓcessit ex deliberata mẽte ipsius comitis Palatini legitimãtis & per cõsequens nõ præiudicat dictæ dñæ Sabbæ. Mõ ita formaliter fuit in casu nostro,ista legitimatio fuit surreptitia: qa falsum suggessit comiti legitimãti: qa asseruit se non hẽre, q legitimè succedere posset, nisi ipsos Anselmũ & Syluestrã. Itẽ fuit surreptitia: qa dolosè p inuolutionẽ verborũ effugit deliberatã mentem ipsius comitis, vt apparet manifestè ex illis verbis positis in dicta legitimatione, dũ dixit,adeo ꝙ prædicti eius filij legitimãdi vnà cũ filijs, & fratribus eorũ legitimis iam natis, & nascituris, siue ex illa Ioanna, siue ex alia legitima vxore, quã nullo tẽpore duceret ipse Iacobus. Ex quibus verbis apparet inuolutam inculcationem verborũ:qa primò dixit,ꝙ non hẽbat alios successores, nisi ipsos, & ꝙ nõ intendebat ducere aliã vxorem.Postea dicit,cũ filijs iã natis & nasciturís ex ipsa Ioanna,siue ex alia legitima vxore,quam nullo tempore ipse Iacobus duceret,& sic dolosè inuoluit verba,vt effugiat deliberatã mentẽ ipsius comitis legitimantis. Et per consequens talis legitimatio tanquã subreptitia, & obreptitia non prodest D. Syluestræ, vt simul succedat in bonis ipsius Iacobi cũ dicta D. Sabba. Et indubitanter illa elegans & singularis doctrina Inn.in d.c. cũ dilecta. est mirũ in modũ accommodata ad istam dubitationem,ne talis legitimatio nõ præiudicet dominæ Sabbæ.Rursus opportunè se huic ꝯsultationi offert melior tex.de corpore iuris in c. postulasti.de rescr. in ver.de leui non scribimus.vbi probatur, ꝙ surreptio vitiat gratiam nedum,quando fuit causa inductiua,& finalis gratiæ,sed etiam si fuit causa impulsiua, vt qa princeps alias concessisset cessante surreptione: sed non ita de leui. vnde surreptio fuit causa impellens,& sic est dare ibi casum singularem,in
7 quo cessante†causa impulsiua cessat effectus,& corruit gratia.Modò in ꝓposito sumus in materia gratiosa,siue consideremus, ꝙ non haberet alium successorẽ nisi ipsos, fuit causa finalis inductiua legitimationis,siue fuit cã impulsiua,quocunq; se vertat ista Syluestra, incidit in syllã, cupiens vitare carybdim.Et per ꝯñs nullo modo succedit vnà cum dicta domina Sabba.Facit ẽt,quod pulchrè voluit Ludo. Rom.in consilij suis,consilio 192. incip. in proposita consultatione primum occurrit&c. in secunda dubitatione illius consilij, vbi quærit, an faciens filiũ naturalem legitimari teneatur exprimere carentiam liberorũ legitimorũ & naturalium adesse tempore legitimationis: & concludit, ꝙ non.& mouetur:qa contrariorũ eadem est disciplina.l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.c.cognoscentes.de const. cũ si.sed eo casu,quo faciet legitimari naturales,si hẽt filios legitimos & naturales, necesse habet exprimere eorum existentiã,allegat Io.An. in add. Spe.in ti. de success.a̋ inte.§.fin.ver.itẽ scias.& sic formaliter decidit,debere fieri expressam mentionẽ de filijs legitimis,& naturalibus,qñ facit filios naturales legitimari.Facit ẽt,quod voluit D.abbas in repetitione. c.p venerabilẽ.qui filij sint legit.vbi dicit, ꝙ si princeps est certificatus alios filios legitimos non extare, tunc si alij filij extant legitimi, vr̃, ꝙ talis legitimatio sit subreptitia: qa hæc cã.s. ꝙ non extent filij legitimi, fuit facilior ad inducẽdũ mentẽ principis ad cõcedendã legitimationẽ,ex quo pater nõ habet aliũ filiũ. Si autẽ extarẽt alij vlteriores agnati, & de
8 illis nihil dictũ sit:qa illis † in vita faciẽtis legitimari nullũ quasi dominiũ in bonis quæsitũ sit:tũc valet legitimatio:nec dicitur surreptitia. & sic in hoc vltimo discrepat D. Abbas a sñia domini Pauli de Castro, de quo in consultatione ista non est curandũ ex eo:qa in casu isto non agitur de excludẽdis agnatis, quibus non est quæsitũ dominiũ: sed agitur de excludẽda filia legitima & naturali, cui erat quæsitũ quasi dominiũ: vt l.in suis.ff.de lib.& posth.Et sic D. Abbas concludit, ꝙ si fuit narratũ principi, aut comiti filios legitimos nõ extare, ꝙ tũc talis legitimatio dicẽt subreptitia. Ita formaliter accidit in casu nr̃o: qa ille Iacobus narrauit dicto comiti legitimãti, ꝙ nullos alios filios ltĩmos hẽbat, qui possent succedere in bonis & hæreditate sua, & per consequens verissima est conclusio iuris, ꝙ non veniet dicta Syluestra ad successionẽ dicti Iacobi vna cũ dicta dña Sabba.Facit ẽt,qđ voluit D.Ant.ĩ repetitione.d.c.

ne.d.c.p venerabilē.in versi.credo tamē, ꝙ nō valeret legitimatio nisi appareat, principē certificatū istū alios liberos habuisse: qa hæc est causa facilius inductiua mētis principis ad cōcedēdū, vt legitimet,
9 ex quo pater filiū non habet: sed facta† expressione valeret talis legitimatio. & idem dicit de agnatis secundùm Vber.de Bo.si de eis nō facit mentionē, vt recitat Io.An.in add.Spe.in prælleg.tit. de success. ab intesta.§.j.item scias.sed loquitur, quando mortuus erat pater.idem tamē sentit & in vita, & D. Anto.putat hoc esse etiam verum, & procedere, si esset priuilegium motu proprio principis concessum: qa
10 Papa † & princeps ex proprio motu nō videtur firmare rescriptum, vel priuilegiū contra ius alterius: vt in cap. si motu proprio.de præben.libr.6. Et sic in terminis dominus Ant.cōcludit cōtra istam Syluestram legitimatam, vt non veniat ad successionem patris simul cum dicta domina Sabba. Facit etiam ad prædicta illud, quod voluit Baldus in §. si facta. versicul. filij. in titulo si de feud. fue. controuer.vbi dicit.pone, accepi vxorem quandam nobilem, quę dedit mihi.10.millia florenos in dotē, sperans filios suos mihi successuros, & aliter mihi nō nupta fuisset, suscepi ex ea vnum filium, & ex quadam meretrice habui plures spurios, quos feci legitimare ab imperatore, ita quòd succederet pro virili cum legitimo: nonne hæc est magna iniquitas, & magna circumuentio nubentium? Negari non potest, quin imperator hoc facere possit.vt no. per modernos in lege, Gallus.§. & quid si tantùm. præallegato.tamē imperator, qui hoc facit, videtur esse vnum pecus, nec habet præoculis iustitiam publicæ honestatis, nec considerat, ꝙ per solas nuptias conseruatur elegans genus humanum: vt in authentico, de nupti. in principio. vbi textus dicit, quòd nuptiæ immortalitatem præstāt humano generi.lege j.ff.soluto matrimonio. Ita formaliter ibi dixit Baldus, & sic Baldus ibi sentit, ꝙ expressum fuit imperatori, quòd ille pater, qui petebat spurios legitimari, notificauit imperatori qualiter filium legitimum, & naturalē habebat, cū in legitimatione fuit expressam, quòd pro virili debebat succedere cum legitimo. & tamē Bald. reprehendit imperatorem de inhonestatæ: & multominus congruit comiti Palatino: vt pulchrè voluit Bald. in l. 2.C. de seruitut. vbi dixit, quòd licet imperator fecerit me comitem ad legitimandū spurios: vt not.in l.j.ff.de tuto.& cura. da.ab his. & hoc facit solùm ex plenitudine potestatis: tamen ego non potero legitimare, si per hoc præiudicetur legitimis filijs: licet imperator hoc mihi concesserit.l.2.ff.de nata.resti.l.ex facto.ff.de vul.& pup. Ergo multominus in casu nostro potuit succedere ista domina Syluestra: cum non fuerit narratum dicto comiti de superexistentia ipsius dominæ Sabbæ filiæ legitimæ & nālis ipsius Iacobi: maximè stāte subreptione superius dicta. Facit ēt ad hoc qa si volumus tenere opinionē Dy.in l. ex facto.ff. de vulg. & pup. q voluit, ꝙ si pater non habebat filios legitimos & naturales, & fecit legitimare suū filium naturalem, si postea nascantur filij legitimi, & naturales, ꝙ talis legitimatus non poterit succedere cū ilis filijs legitimis & naturalibus, per tex.d.l.ex facto. quasi per susceptionē filij legitimi & naturalis rumpatur legitimatio, argu.illius tex. vel quasi illa legitimatio hēat tacitam conditionem, si legitimos non habuerit, argu.l. si vnquā.C.de reuo.do.& hoc ēt voluit Guli. de Suza, vt refert Io.An. in add.Spec.in titu.de succes. ab intestato. §.j.ver. sed ex facto. & in hanc partem inclinat Oldr. consilio 247. Si ergo rumpitur legitimatio quò ad succedendum propter susceptā prolem legitimam futuram: ergo multofortius im-

23

pedietur successio propter omissionem narrandi filiam naturalē & legitimā extare tempore legitimationis.¶ Et si dicat, ꝙ multi non tenent illam opin. Dyn.tamen non ob. qa nos sumus in casu, quo extabat proles legitima & naturalis, & falso modo fuit narratum comiti: qa non habebat alios ad succedēdum, nisi illos, & multominus habet dubitationem hoc ex eo: qa fuit facta surreptio & obreptio: vt superius est dictū. Facit etiam, qđ voluit D.Pe.de Anc. consilio 310. incipit, primum dubium non est no-
11 uum.vbi dicit, ꝙ † legitimatio debet fieri cum causæ cognitione, & debet considerare personā patris, preces porrigit, & agnatos patris, qui possent ex legitimatione præiudicium sentire: vt dixit tex.in filiatione per adoptionem.l.si pater.§.fi.ff. de adopt. Et sic vult ibi dominus Pe. ꝙ si causa cognita debet comes Palatinus facere legitimationem, & considerare agnatos patris, quibus affert præiudicium: sentit, ꝙ debent ei narrari, & notificari, vt sciat, quibus ꝑiudicat legitimando. quanto fortius in casu nostro præiudicando filiæ legitimæ & naturali debuit ipsi comiti notificari ab ipso patre, qualiter filiam naturalem & legitimam habebat tēpore talis legitimationis.& sic D. Pet. expresè sentit idē, qđ senserat superius in consilio prælle. Et per ꝯsequēs ista Syluestra non venit ad successionem patris cum domina Sabba. Facit etiam: qa in dicta legitimatione dicitur, ꝙ ille Iacobus natus es claris viris, quo casu, vt dixit Bal.in l.eam quam.C.de fideicom.quem refert & sequitur D.Petr. de Ancharan.consilio 142. incipit, prima facie videri posset, ꝙ filij naturales prouenientes ex claris, & spectabilibus viris, sunt magis exosi, legibus astricti q̄ alij: vt patet ex not.in l.ex facto.ff.ad trebel.l.generaliter.C.de inst. & substit.l. si qua illustris. C. ad orficia. Ergo eodem modo eorū legitimatio debet restringi ſm eū, & per consequēs non extendetur ad præiudiciū ipsius D.Sabbæ, quā illum Iacobū habere tempore legitimationis ille comes ignorauit. Facit etiam tex.in authen. quibus mo.na. effi. sui.§. si quis verò. in vers.non forsan. & ibi Ang.sumit no.illū tex.ad hoc, videlicet, ꝙ filij naturales non possunt legitimari existētibus filijs legitimis, nisi tantūmodo per confectionem dotaliū instrumentorū. Vnde licet pater suus velit filios naturales effici legitimos successores, vel in testamento eos appellet: per quæ verba videtur induci legitimatio: vt no.gl.in auth.quibus mo. natural.effi.le.in §. igitur si extant filij legitimi per illa verba, nullo modo inducitur legitimatio. casum dicit esse ibi. & subdit ibi Ang. esse ibi casum, ꝙ nec possunt legitimari extantibus filijs legitimis & naturalibus per preces oblatas principi, vt ibi est text. Modò in ꝓposito ista
12 decidunt ad literam quæstionem istā: qa † si per existentiam filiorum legitimorum non possunt filij naturales legitimari eo casu, quo pater ipse posset eos legitimare ad successionē suā: qa lex habuit pro incōuenienti: ergo seqtur, ꝙ multominus potuit porrigere ꝑces illi comiti, vel ltimaret illos filios naturales non narrando comiti, ꝙ filiā legitimā & naturalē habebat tēpore illius legitimationis, alioquin sequeret, ꝙ prohibitū patri vna via esset ꝑ aliam obliquam & indirectam sibi concessum, ꝙ esse non dēt. l.oratio. ff.de spons.c.cum qđ.de reg.iur.libr.6. l.fraus.ff.de legibus.c. plerique. & c.putāt quidam.14.q.3. Quanto ergo fortius non valuit talis legitimatio, qa subrepsit, & supplantauit illum comitem, asserēdo non habere alios, qui possent ꝯsequi sudores & labores ipsis Iacobi, & suorum antecessorum, nisi illos. Et sic fuit mētitus in auditorio illius comitis, quo casu carere debet impetratis: vt in dict.c.super litteris.cum si. Facit etiam, qđ dixit Bald. in comment.l.

præscriptione.

præscriptione.C.si contra ius vel vti.pu.vbi voluit, impetrat communitas villæ Sancti Martini cõtra quẽdam tanquã contra incolã, vt cõpellatur ad onera, & collectas, ꝙ comperto, ꝙ non est incola, pronuntiabitur contra rescriptũ.& tradit ibi regulam generalem, ꝙ quandocunque alicubi est mendacium in eo, qđ est inductiuum petitionis, vel concessiuũ defensionis, vel dispositiuum alicuius ordinis, opposita & probata exceptione mendacij excluditur impetrans ab omni commodo rescripti impetrati. Et bene facit, qđ voluit Gulie.de monte Lauduno in cle. j.de excep.quẽ ibi refert & seqtur dominus Cardinalis. Ita ergo est dicendum in proposito: qa illud mẽ-
13 dacium, ꝙ † non habebat alior, qui sibi possent succedere, nisi ipsos naturales, induxit comitẽ ad facilius legitimandum. Et sic ex istis duobus excluditur dicta Syluestra a successione illius Iacobi. Primum: quia non narratũ fuit illi comiti tempore legitimationis extare d. Sabbam filiam legitimam & naturalem ipsius Iacobi. & istud solùm sufficit ad excludendum dictam Syluestram, vt non succedat insimul cum dicta domina Sabba in bonis quondã Iacobi. & hoc tenet & sequitur tota iurisprudẽtia antiqua & moderna nemine discrepante & legendo & consulendo in accidẽtia facti, vt superius ad oculũ demõstraui, & istud solum pro victoria dictæ dominæ Sabbæ est sufficientissimum. Secũdum est, ꝙ illam Syluestram excludit: quia per suggestionem falsi fuit procurata & obtenta illa legitimatio, dicẽdo ꝙ nullũ habebat, q posset sibi succedere, nisi ipsos. Ergo sequitur, ꝙ nullo mõ venire potest ad successionẽ ipsius Iacobi. ¶ Et si qspiam opponat, ꝙ isti filij naturales legitimati non differunt a legitimis, & habentur perinde acsi essent verè legitimi, vt ꝓbatur in auth.qbus mo.na.eff.legi.§.& hæc dicimus.in ver.nequaquam ius legitimorum eis adijcitur, nisi forsan per cõstitutionis nostras, & text. in auth.quibus mo.natura.effi.sui, in principio, in ver.legitimi fierent, & in §.si qs igitur. in ver. legitimus fiet mox naturaliũ omnino iure liberatus. & in §. & quoniã variè. ver.nihil dissimilis legitimis &c.& ver. ad ius legitimorũ ascenderit. & in §.filiũ. in ver.factũ legitimũ &c.& in ver.genitori legitimũ facimus. Quinimo plus dixit tex. in authen. quibus modis natura. effi.sui.§.tribus.in fi. & §.si quis ergo. ꝙ legitimatus debet habere successionem siue ex testamento, siue ab intestato, quam habet ille, qui est ab initio legitimè natus.facit.l.imperialis.§. ijs qui.C. de nupt.l.qris.ff. de natali. restitu. Et sic ista filia legitimata habetur, acsi esset legitimè nata: & ita succedit siue ex testamẽto, siue ab intestato: ergo sequitur, ꝙ veniet simul ad successionem cum dicta domina Sabba, ex quo in nullo differt a legitimis. Ad hoc respon-
14 deo, ꝙ ista ꝓcedũt, nisi talis † legitimatio fuisset surreptitia: mendax impetrator debet carere impetratis, vt in d.ca.super literis. Item illa procedunt, nisi ageretur de preiudicio filiorum legitimorum & naturalium, quo casu si non fuit narratũ principi, aut comiti legitimanti, qualiter tẽpore legitimationis extabant alij filij, qui erant legitimi: tunc talis legitimatio non prodest legitimato in præiudiciũ ipsorũ legitimorũ filiorum. & ita respondetur ad ipsam legitimationẽ, in qua dicitur, legitimauit, & pro legitimis & reductis ad pristina iura ingenuitatis vigore suæ potestatis haberi voluit, & mandauit perinde, acsi essent de legitimo matrimonio procreati, & oẽm geniture maculã aboleuit: qa talis legitimatio laborat morbo surreptionis. Primò: qa nõ fuit narratũ comiti de superexistẽtia ipsius dominæ Sabbæ. Secundò: qa fuit falsò suggestũ, ꝙ non habebat alios, qui possent succedere dicto Iacobo nisi ipsos Anselmum & Syluestram. ¶ Et si quispiam opponeret, ꝙ imo ille Iacobus narrauit comiti se habere filios natus ex sua vxore, hoc ostendũt manifestè verba ipsius Iacobi porrigentis supplicationem legitimationis fiendæ, dum dicit, ita taliter legitimi, & legitimati habeantur, adeo ꝙ prædicti eius filij legitimandi vnà cum filijs & fratribus eorum legitimis iam natis & nascituris, siue ex ista Ioãna, siue ex alia legitima vxore, quã nullo tẽpore ducere ipse Iacobus accipiendã, possint in viriles portiones succedere, & illam & illas partes, & quotas, quam & quas ipsi, sine tamen præiudicio legitimorum hæredum, duxerint habendas &c. quæ verba, inferũt, istũ Iacobũ habuisse filios iam natos legitimos & naturales tempore dictæ legitimationis: & coniunctis verbis ipsius legitimationis factæ per illum comitem, in qua dicitur, & etiã specialiter non obstantibus legibus, quibus cauetur, ꝙ naturales nõ possint sine cõsensu & voluntate filiorum legitimorum, & naturalium, quibus legibus & cuilibet ipsarum ipse comes expresse, & ex certa scientia derogauit, & ꝓ derogatis haberi voluit, & mãdauit. Ex qbus verbis colligi pt, ꝙ ex quo comes derogauit legibus volẽtibus filios naturales nõ posse legitimari, vt succedãt parẽtibus, nisi de voluntate ipsorũ filiorũ legitimorũ, & naturaliũ, ꝙ volũtas & mens ipsius comitis fuit, ꝙ siue habuerit alios filios legitimos & nãles, ille Iacobus tpe legitimationis, siue in futurũ ɔtingat habere, ꝙ isti possint succedere. Et sic mens comitis fuit, ꝙ omnino succederẽt, siue tũc habuisse filios legitimos & naturales, siue in futurũ esset habiturus. & sic ꝑ ꝑsumptã mentẽ comitis dicimus, istã Syluestram non posse succedere. Hoc videtur esse falsum ex eo: quia mẽs & volũtas eius fuit, ꝙ non obstantibus filij legitimis & naturalibus succederent isti Syluestra & Anselmus. & ex hoc videtur posse tolli omnia motiua superius fabricata ɔ̃ D. Syluestrã, vt iõ non possit succedere: quia mens comitis non fuit certificata, an ille Iacobus habuerit alios filios & filias legitimas & naturales. & etiam hoc suadetur: quia referendo ista verba legitimationis ad verba expressa in supplicatione videtur, ꝙ sufficienter fuerit narratum dicto comiti de alijs filijs legitimis natis & nascituris ipsius Iacobi & ipsius Ioannæ suæ vxoris. Et etiam bene facit: quia dictus comes apposuit clausulam ex certa sciẽtia & verbis expressit: vt voluit gl.singularis in c.statutum.de rescrip.lib.6.& etiam peroptimè facit glo.in cle.& si principalis. de rescrip.quæ voluit, ꝙ sufficiat, ꝙ in rescripto apponantur aliqua verba, ex quibus appareat, ꝙ rescribens habuit certam notitiam facti: ergo illa clausula ex certa sciẽtia, posita in dicta legitimatione non solũ refert ad ius, sed ẽt ad facti & rei notitiã. facit, qđ hr̃ in c.2. de scisma. & in c. veniens. de filijs p̃sby. & in c.diuersis fallacijs.de cleri.cõiuga.& qđ voluit Bal.in l.impetrata. C. sen.rescin.non posse.& in capitulo, naturales.in titulo, si de feu.fue. controuer. & in c.j.in ti.per quos fiat inuesti.& in l.eam quã.C. de fideicom. & in l. imperialis.§. miles.C.de nup.& in l.bonorũ.C.q admit.Bar. in l. qdam consulebãt. & ibi per Ang.& Mo.ff. de re iu.& in l.itẽ Vlpianus. & ibi Dy.ff.de excu.tu.& in l.2.C.si seruus aut libert. ad dig. decu. aspi.li.10 gl.Domi.& alij in c.j. de ætat. & quali. li.6. Paulus & ibi per alios in cle. si sumus. de senten.excom.ergo sequitur, ꝙ talis legitimatio tenuit quoad successionẽ fiendã ipsi Iacobo patri ꝑ dictos legitimatos tã ex mente ipsius comitis, q̃ etiã ex mẽte ipsius Iacobi patris, quã ẽt ex mente ipsorũ Anselmi & Syluestræ legitimatorũ. Quia ista verba nullo modo obstant, nec sunt digna auditu, aut ratione contra ipsam dominam Sabbam: & ideo ad

ea

ea respondeo. Primò adduco elegantem doctrinã gl.q̃ allegatur pro sing.in l.si patronus.§.patronũ.ff.
15 si quid in frau.pa.quæ dicit, ꝙ vbicunq; † principalis obligatio est facta in fraudem, & sic est surreptitia, tunc omnis obligatio sequẽs & omnis clausula sequens præsumitur fraudulenta,quã glo.allegat ꝓ aurea Bal. in consilio suo incipiente, filia instituta. Facit,qđ voluit idẽ Bal.in l.ex cautione.C.de nõ nu. pe.& simile, qđ voluit Bart.in l.fi.§.idẽ quæsijt.ff. de ꝯd.inde.& tex.in l.fi.de cõsti.pecu. & qđ voluit Bar. in l.si absentis.C.si cer.pet. Modò in ꝓposito nostro ille Iacobus ꝑ fraudẽ & surreptionem apposuit illa verba in dicta supplicatione videlicet considerãs, ꝙ post mortẽ eius nullus masculus filius ex eo adhuc natus esset,q̃ viueret, & q̃ bona, res & patrimoniũ, sudorẽ,& laborem suum, & antecessorũ suorũ habere,hæreditate,& possidere deberet,nisi dictus Anselmus & d.Syluestra filia fęmina, & ꝯsiderãs, ꝙ fortassis in posterum alios, vel aliũ, masculos vel fęminam ex dicta dña Ioanna habere non possit,nec poterit, nec ẽt intẽdit ad præsens aliã vxorẽ ducere, ex qua speret habere alios filios,& ẽt attẽdẽs, ꝙ dictus Anselmus filius masculus posset mori ante ipsum Iacobũ,vel post dictũ Iaco.& tñ ante dictã Syluestrã filiã eius,& sic.d.Syluestra filia remaneret post mortẽ fratris sui, intendens etiã hac de causa vtrosq; legitimari facere, ne vllo tempore possit reperire se absq; legitimo successore ex se & suis filijs nascentibus.Modò accuratè consideret D.iudicans hęc verba expressa a dicto Iac.in supplicatione. Primò aperto ore negat se habere filiã, vel filiũ naturalem,& legitimũ:& narrat, ꝙ non vult decedere absq; legitimo & naturali hærede,& successore, & allegat cãm, quare facit legitimari dictã Syluestrã filiã naturalẽ ex eo:q̃a posset mori ille Anselmus ante ipsum Iacobũ,& ante ipsam Syluestrã, & ipse Iacobus remaneret sine hr̃de legitimo, si ipsa Syluestra nõ legitimaret. Vñ aperto ore falsò mõ,& per subreptionẽ induxit illũ comitẽ ad legitimandũ, vt succedãt; ex eo q̃a nullũ habebat legitimum successorẽ. Cũ ergo istud sit falsum, & fraudulentes & dolosè induxit istũ comitẽ ad faciendã talem legitimationẽ, seqtur, ꝙ si-
16 cut legitimatio† fuit subreptitia, eodẽ modo est surreptitia omnis clausula apposita in d. legitimatione.Sic ergo corruit illa clausula,& omnes aliæ,sicut fuit deceptus in apponendo clausulas in d.legitimatione.Facit simile, qđ hr̃ in tex. valde sin.in l.si.C.de non nu.pe.vbi iuramentũ censetur esse eiusdẽ naturæ, cuius est contractus, in quo tale iuramentũ apponit.& ideo dicebat Bal. in d.l. si absentis.C.si cer. pe.ꝙ si nõ valet instrm̃ guarentigiæ, non valet confessio apposita in tali instrumẽto.dicit esse text.sing. in l.fi.ff.de constit.pecu.& facit tex, in l.cũ testamentum.C.de iur.& facti igno.& qđ voluit Bal. in l. post legatũ.ff.de his qui.vt ind.& quod ẽt no.gl.in l.2.C. de bo.poss.ſm tab. & qđ vult Bal.in l.j.C. de confessis.& iõ dixit Bal.in l.ex testamento.C.de fideicõ. & in c.j.§.j.in ti.de feu.da.in vic.leg.cõmiss.ꝙ si nõ valet instrumẽtũ,nõ valet cõstitutio precarij in eo inserta, & qđ voluit idẽ Bal.in l.j.C. de do.ante nu. in
17 l.j.C.de suffra.& sic†eiusdẽ naturæ & effectus est accessoriũ,cuius est ipsum principale.l.cũ principalis. ff.de reg.iur.c.accessoriũ,eo.ti.li.6.& facit,qđ voluit Inn.in c.cũ venerabilis. de censi. Et per consequens tales clausulæ sunt nullius effectus: quia totum fundamentũ huius legitimationis fuit carentia legitimorum naturalium, quoad erat falsum: quia imo habebat dictam Sabbã filiam legitimam & naturalem. Ideo sublato fundamẽto huius legitimationis corruit legitimatio, & oĩs clausula apposita in ea.c. principatus.& c.cum Paulus. j.q.j. cum si.& ideo licet comes in dicta legitimatione derogauit iuribus disponentibus debere interuenire consensum filiorum legitimorum, & naturalium in tali legitimatione, non tamen propter hoc habuit notitiam, ꝙ ille Iacobus habebat filiam legitimam & naturalẽ: ergo illa clausula non debet operari vltra intentionem eius.lege,non omnis.ff.si certum petatur. imo narratum fuerat sibi, quòd nullos filios legitimos, & naturales habebat.& sic talis clausula est referenda ad filios legitimos & naturales in futurũ ꝯcipiendos, & non ad legitimos superextantes tempore legitimationis: quæ enim supina bestialitas fuisset in isto comite legitimante,ꝙ sibi fuerit narratũ,& supplicatum, ꝙ ideo faciebat idẽ Iacobus illos suos naturales filios: quia legitimos non habebat, quòd ille comes in legitimatione dixisset, non obstante, ꝙ non interuenerit cõsensus legitimorũ, cũ nullos eũ habere tunc tp̃is fuisset sibi notificatũ. ergo sequit̃, ꝙ talis clausula est referenda ad filios legitimos & naturales in futurũ ꝯcipiẽdos. & istud accõmodatè cadit in omnẽ exercitatũ intellectũ. &(vt voluit Auerroes,)quẽ refert Bal.in l.fi.C.de edic.diui Adr. tol.& in l.j.C.de seruis fugi.& in rubrica.C. de ꝓba. nam sermones nostri debent adaptari rebus sensatis,& intellectu fruentibus.l.si ita quis.versic.qđ nemo sanus loqueretur.ff.de euicti.Et ideo nullo modo videtur dicendũ, ꝙ illa clausula ex mente illius comitis possit referri ad filios legitimos & naturales iã superextantes tẽpore dictæ legitimationis, cũ sibi narratũ fuerat nullus extare. Et cũ opponitur, ꝙ comes apposuit clausulã ex certa sciẽtia:q̃a ista certa sciẽtia comitis nõ põt referri ad filiã Sabbã legitimã & naturalẽ iã natã,& extantẽ tẽpore dictæ legitimationis, vnde allego singularẽ & elegãtem doctrinã Io.Andr. in c.pastoralis.de offi.delegat.vbi dixit,
18 ꝙ tũc dicitur fieri † ex certa sciẽtia, quãdo superior habuit notitiã facti,& parte ꝯdicente apposuit superior illã clausulam ex certa sciẽtia. Modò in proposito iste comes nullã habuit certam notitiã & scientiã, ꝙ dictus Iacobus haberet illã filiã Sabbam: ergo illa clausula ex certa scientia ex mẽte ipsius comitis nõ potuit referri ad ipsam. Quinimo plus est in casu isto: q̃a fuit sibi narratũ in supplicatione, ꝙ nõ habebat alios filios ad succedẽdũ dicto Iacobo nisi ipsos:ergo &c.Itẽ facit: q̃a illa clausula ex certa sciẽtia corruit, sicut corruit legitimatio per ea,quæ proximè allegaui, tanq̃ sit accessoria ad ipsam legitimationẽ.Nec ob.cũ dicit̃ in dicta supplicatione, ꝙ succedãt cũ filijs & fratribus eorum legitimis natis, & nascituris, siue ex ista Ioanna vxore, siue ex alia, quam nullo tempore duceret: q̃a ad hoc diligẽter cõsideret dñs iudicãs iniquitatem & dolũ istius Iacobi in supplicãdo ad istũ: q̃a in eadẽ supplicatione narrat se non habere alium successorũ legitimũ, nisi ipsos,& ꝙ ẽt alios ex dicta Ioãna nõ posset habere,nec habere poterit:q̃a aliam intẽdit ducere vxorem.fixit pedes in hoc, ꝙ ex dicta Ioanna neminem habebat, nec posset habere. Ideo illa verba postea prolata referenda sunt ad filios futuros,quos sperabat habere,ne sit sibi cõtrarius in eodẽ actu, ar.l.nõ ad ea ff.de cond.& demon. Et si dicatur,ꝙ ipse dixit natis,& nascituris. Et sic cõplexus est tẽpus præteri-
19 tũ, & sic filios iã natos: dico † ꝙ in hoc cõprehendit̃ caliditas,& machinatio dolosa sua: q̃a per inuolutionẽ verborũ obrepsit illi comiti, quo casu succedit illa elegãs doctrina In.in c. cũ dilecta. de rescrip, quã superius retuli. Et peroptimè põt adduci illud, qđ retulit Ang.in l.si quis cũ aliter.ff. de verbo.obli. & sequit̃ ibi Io.de Imol. & originaliter fuit doctrina Io.And.ꝙ si ego vendo tibi equum & dico, ꝙ illum tibi vẽdo pro claudo,ceco &c. & ꝯnumero aliquos morbos,

morbos, quos per euidentiam facti ille equus non patitur, & cōnumero aliquē morbū, quē ille equus verè patit, ꝙ nihilominus possum agere redhibitoria: quia videtur me supplantasse, & decepisse connumerando morbos, quos euidenter ille equus nō patiebatur. Ita videtur dicendum in proposito. Primò narrauit ille Iacobus dicto comiti in supplicatione, ꝙ alios filios nō habebat, qui possent sibi succedere, nisi ipsos, si postea in eadem supplicatione faciat mentionem de filijs natis & nascituris ex ipsa Ioanna, vel alia videtur supplantasse & inuoluisse illum comitem per illa verba ita generalia & obscura, ex quo prius in eodem contextu supplicationis narrauerat, se non habere alios filios. Et sic nulla voluntas fuit illius comitis ad præiudicandū filię legitimę & naturali superexistenti tempore legitimationis: & si istum animū habuisset, quod non est præsumendū in præiudiciū alterius. vt c. quis. de rescri. li. 6. l. cū auus. C. de emā. lib. c. sup eo. de offi. dele. fuisset vnū pecus, & nō habuisset ante oculos publicæ honestatis iustitiā: vt pulchrè voluit Baldus in loco superius allegato. ¶ Preterea ēt animaduertat dominus iudicans; quia in dicta legitimatione dicitur, non obstantibus legibus, quibus cauetur debere interuenire consensum filiorum legitimorum, quando naturales legitimantur: qa nescio videre quo spiritu, & ex quo capite ille comes apposuerit

20 illam clausulam ex eo: qa qualis & quanta sit † eius potestas in legitimādo, pendet ex priuilegio sibi indulto a Christianissimo Imperatore: vt in simili dr̄, qualis sit natura emphyteusis pendet ex ipso ɔtractu emphyteutico: vt est tex. in l. j. C. de iur. emphy. sed si bn̄ inspiciatur priuilegiū illius comitis, non apponitur illa potestas, ꝙ possit legitimare spurios & naturales in præiudiciū legitimorum, licet interuenerit consensus ipsorū legitimorum: ergo videt apposuisse ad manus ad sibi non cōcessa: ideo cū superius demonstraui, ꝙ per preces oblatas principi non pōt filius naturalis legitimari, si pater habet filios legitimos & naturales, vnde debuit fieri expressa mētio in dicto priuilegio, ꝙ licet porrigantur preces, vt naturales legitimarentur, ꝙ possint legitimari non obstante, ꝙ tempus legitimationis extent filij legitimi, ꝙ non est expressum in dicto priuilegio. Et per consequens restringetur tale priuilegium, inquantum fieri poterit: vt non lædat ius commune: vt l. si quando. C. de inoffi. testa. cum si. Et per consequens talis legitimatio non præiudicat dictæ dominæ Sabbæ, quæ in totum succedet dicto quondam Iacobo suo genitori. Et sic multifariè, multisque modis demonstraui istam Syluestram nullo modo debere succedere in bonis & hæreditate ipsius Iacobi, & per consequens tota hæreditas deuoluitur ad dictā

21 dominam Sabbam, nec † poterit dicta domina Syluestra consequi legitimam debitam in bonis patris in præiudiciū ipsius dominæ Sabbæ: qa talis legitimatio in nullo præiudicauit dictæ dominæ Sabbæ. Præterea etiam est aduertendum: qa vt superius dixi, statutū municipij non excludit illam D. Sabbam a successione patris intesta. Et per ɔsequens nō posset opponi, ꝙ ideo Iacobus in supplicatione narrauit, ꝙ non habebat alios successores, nisi ipsos Anselmū & Syluestram. Quia istud non pōt saluari ex eo: qa ipsa erat successibilis patri ab intestato, nec excludebat a statuto, & per ɔn̄s erat sup hoc in terminis iuris cōis, de quo in l. maximū vitium. C. de lib. prætę. Et dicitur in puncto, ꝙ dictus Iacobus in quodam suo testamento nominauit dictam D. Sabbam tanquam filiam legitimam, relinquendo sibi legitimam, seu faciens mentionem de legitima debita ipsi dominæ Sabbæ. De ipsa autē dn̄a Syluestra mentionē non faciebat respectu legitimæ: sed solūmodo dotes legauit dictæ dn̄æ Syluestræ, videlicet ducatos trecētos noīe dotis, & sic non adequauit illā Syluestrā huic suæ filiæ legitimæ & naturali dn̄æ Sabbæ. vnde potest ex hoc colligi, ꝙ voluntas illius Iacobi non fuit velle, ꝙ Syluestra succederet æqualiter cum dicta D. Sabba in bonis & hæreditate ipsius Iacobi, quo casu succedit regula tradita per gl. quæ reputatur sin. & peregrina, in l. j. ff. de ɔtratab. in gl. in ver. naturales. q̄ dicit, ꝙ filius naturalis quādoque succedit patri ex voluntate: tamen non admittitur contra volnntatem patris: & licet communiter illa gl. reputetur sin. tamen gl. est similis. instit. de inoffi. testa. in princ. quā ad hoc ponderauit Nic. de Neapoli in l. j. ff. de concub. vnde ex illo actu sequuto post illam legitimationem; qa solùm legauit trecentos ducatos pro dotibus dictæ dominæ Syluestræ, ille Iacobus videt voluisse, ꝙ in plus nō succedat: & sic si in plus veniret ad successionē, videret succedere contra votum ipsius Iacobi patris, ꝙ esse non debet, per glo. prællegatas. ¶ Non obstat, si opponatur, & est legitimata: & ideo succedit vt legitimè nata: qa istud non procedit in casu nostro: cum talis legitimatio fuerit surreptitia, nec in ea fuerit facta mentio de dicta D. Sabba: vt est superius ostensum. Ergo sequitur, ꝙ non venit ad successionē. Et ex superioribus dictis concludo legitimationē fuisse surreptitiam, & etiam obreptitiam, & dictam Syluestram non posse venire ad successionē patris vnà cum domina Sabba, nec etiam posse petere legitimam, ex quo ageretur tunc de præiudicio ipsius dominæ Sabbæ, & per consequens integram & totalem successionem esse deuolutam in dictam dominam Sabbam in bonis & hæreditate Iacobi quondam patris sui. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Mater excludit auiam paternam in successione filii defunctiuam de iure communi, quàm etiā statuto stante, ꝙ filio decedenti ab intestato succedat auus paternus exclusa matre: nec masculinum concipit fęmininum, si commodè adaptari non possit ad fœmininum.

SVMMARIVM.

Statutum quomodo interpretandum, nu. 1. & 3.
Statutum, quod priuilegiat patruum in succedendo, non extenditur ad patruum magnum, nec ad auiam paternam. nu. 6.
Magnus, dictio, quid importet. nu. 7.
Ratio est coniunctio diuersorum casuum ad eundem finem tendentium. nu. 8.
Argumentum a simili non habet locum, vbicunque agitur de correctione iuris, nu. 13.
Statutum, quod non habet aliam rationē, nisi, quòd ita placuit conditori, non extenditur de similibus ad similia. nu. 16.
Masculinum concipit fœmininum, si commodè adaptari potest ad genus fœmininum: & de intellectu horum verborum, si commodè adaptari potest. nu. 18. & 21.

CONSILIVM L.

Clementissimum Deū & Iesum Christum patrem futuri seculi pijssimum Saluatorem nostrum ex corde & animo huic consultationi inuoco, vt veritatē mihi aperiat. amen. Et quidem viso puncto, & statuto Forliuij, & omnibus diligenti animaduersione pensatis, tota vis & difficultas huius consultatione consistit in hoc, videlicet, vtrum illi Forliuisiæ infantulæ iam defunctæ

ctę succedat auia paterna, an mater ipsius Forliuisiæ stantibus statuti Forliuij, de quibus in pũcto dr. Et certe dicendum est, ꝙ mater succedat exclusa auia paterna. hoc decidit in terminis tex. in auth. defuncto. C. ad Tertu. vbi defuncto filio sine liberis parentes, si soli sunt, succedũt. & ibi dixit gl. elegãs, ꝙ si extaret auus paternus nõ succederet simul cũ mr̃e: qa pater & mater excludũt auũ. & licet Ia. But. ibi tenuerit, ꝙ auus paternus succedat insimul cum matre: tñ Bal. ibi tenet ꝯrium. & respõdet ad rationem
1 Ia. Bu. qui motus fuerat ꝯ gl. hac rõne: illud ius † qđ statuitur in vno ex correlatiuis, statuitur etiã in alio: cũ vno posito ponatur & reliquum. l. gñaliter. C. de insti. & substi. l. fina. C. de indi. vidui. & pulchrè dicebat Alber. in summa nãlium, ꝙ correlatiua sunt simul in nã, idest in naturali intelligentia. Sed sic est, ꝙ nepos admittitur cũ patruo loco patris sui. l. in testõ. & auth. in successione. C. de suis & legi. ergo idẽ in eius correlatiuo, vt auus paternus loco patris admittatur cũ matre ad successionẽ nepotis, & ꝙ text. in d. auth. defuncto. dicit, salua prerogatiua, intelligit, scilicet in eadẽ linea, vt paterna proximior excludat vlteriorẽ. Sed certè gl. cõiter tenent ꝯriũ, & qdẽ verius, & ꝓ opi. gl. facit tex. in cor. qui dicit, ꝓximiores in gradu admitti, siue sint paterni, ex quo patet, ꝙ simul admitti nõ debẽt, vbi essent in diuersis gradibus. Itẽ qa postea aduersando subiungit, ꝙ si sint in eodẽ gradu, hereditas pariter diuidat, s. dimidia paternis, & dimidia maternis, & sic a sensu ꝯrio, vbi sunt dispares gradus, non diuiditur, sed proximior in tota hereditate admittitur exclusus omnibus, cuiuscunq; sint lineæ, nec hic est par rõ correlatiuorũ, vt patet ex prædictis. Et est ratio euidens: qa ꝙ filius subrogetur loco patris sui, est naturã imitari: vt l. lege. C. ad Tert. Sed eꝯ subrogare patrem loco filij est naturaliter impossibile: ideo ars, quę imitatur naturã, inquantum potest, vt voluit Philosophus, nõ voluit hoc disponere. l. adoptio. & l. sequenti. ff. de adopti. & est solẽnis rõ & decisiua huius dubitationis, & ita etiam tenuit realis sciẽtiæ doctor Sali. in d. auth. defuncto. & dãnando opi. Ia. Bu. Et pro gl. facit text. in d. auth. defuncto. dũ considerat paritatem in gradu quoad successonẽ: ergo si non est paritas in gradu, remanem⁹, ꝙ ꝓximior in gradu admittat̃. Et istã opi. gl. seqtur Ang. in d. auth. defuncto. in lectura perusina, & idẽ tenuit D. Florianus de sancto Pietro in d. auth. defuncto. & ẜm istã partẽ ꝯsuluit bis solẽnis doctor D. meus Io. de Ana. Arch. modernus. Si ergo mr̃ excludit auum paternum, multo fortius excludit auiã paternam. Et istud est tenendũ, qa auctoritas gl. oẽs alios antecellit. vnde pulchrè dixit Bald. in l. hæreditas. C. depositi. & in l. precibus. C. de impu. & ali. subst. & in auth. cessante. C. de legi. hære. & idẽ Bal. in c. j. in tit. de natu. suc. feu. dixit in finalibus verbis, ego in dubijs opinionibus sequor gloss. ordinariam, quia non possum adhęrere meliori, & idẽ Bal. in suo peculio retulit Cy. dicentem in l. non moriturum. C. de ꝯh. & commit. stip. audi idolũ tuum, dirigendo verba sua ad aduocatũ. & ideo Sal. in l. traditionibus. C. de pac. dicebat, ita esse inherẽdum opi. gl. sunt Bononiẽses inhęrent carocio, vt est gl. fin. in l. omnis diffinitio. ff. de re. iu. Facit elegãs dictum Ia. Bu. in l. 1. C. qui pro sua iur. & quod voluit Bal. in c. j. de cõsti. & ideo Ang. in l. 2. ff. de accu. dixit, ꝙ in consulendo non erat recedendum ab opi. gl. & idẽ Ang. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. om. iu. dixit esse ibi elegãtem tex. ꝙ vbi non est dare casum legis, sufficit allegare auctoritatem maiorum. Et ideo pulchrè dicebat Zengelinus in cle. ne Romani. de ele. ꝙ sufficit allegare rationem, & refert & etiam sequitur do. Cardin. ibi. & ideo dixit Saly. in l. iam hoc iure. C. de
2 colla. ꝙ † paria sunt allegare legem, vel rõnem. Mõ in proposito & iure, & rõnibus, & auctoritatibus gl. & maiorũ in iure doctorũ probatũ est, ꝙ mater excludit auiam paternam. Et licet Ia. Bu. posuerit dubitationem, ꝙ mater nõ excludit auum paternum, quod dictũ nec est verum, nec iure probatur, nec tenetur per maiores & patres nostros, nihilominus de auia nullã fecit dubitationem: qa excluditur a matre. & sic sequitur cõclusio verissima, ꝙ ex iuris cõis dispositione mater istius Forliuisiæ excludit dominam Margaritam auiam paternã. ¶ Restat nunc videre, vtrum statutũ Forliuij excludat istam matrẽ, & includat auiã paternam? Certè dicendum est, ꝙ nullo modo excludat matrem, & includat auiã pr̃nã. Et primo pręmitto † ꝙ statutũ in dubio dẽt inter-
3 pretari, vt non corrigat ius cõe: vt dixit text. melior de iure in l. si serui vestri. C. de noxa. & tex. in c. cum dilectus, de ꝯsue. & in c. cãm, quę. de rescrip. & in ca. ad nostram. de iureiu. & in c. ad audiẽtiam. de cleri. nõ resi. & in c. dilecto. & ca. ex parte, de verb. sig. & in c. j. de feu. cogni. & gl. in l. fin. §. in cõputatione. C. de iure delibe. in tm̃ est vera ista doctrina, ꝙ per improprĩu & subauditum sensum debemus reducere statutũ ad terminos iuris ciuilis, seu iuris cõis: & allegat̃ gl. fin. de hoc in auth. ex testõ. C. đ colla. ꝓ qua dico fore duos elegãtes tex. s. in d. c. cãm quæ. de rescr. & in d. c. cũ dilectus. de consue. Licet ergo apud maiores nostros sit traditum, ꝙ per sensum subauditũ nõ debemus inducere iuris communis correctionẽ, vt est glos. singul. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. de elec. lib. 6. tamen ista est vera doctrina, ꝙ per sensum subauditum debemus excludere iuris cõmunis cor-
4 rectionem. de facili enim † reducitur res ad suos ꝓprios terminos, & ad suam naturam. c. ab exordio. 35. dist. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ver. ꝙ in specie. ff. de pac. cum si. Modo hoc pręsupposito pro totali fundamento huius consultationis: quia primo habeo, ꝙ de iure communi mater excludit auiam paternam, ergo in dubio istud statutũ est reducẽdum ad terminos iuris cõmunis. Præmitto etiam aliud, ꝙ licet communiter statuta Italiæ cõferant succes-
5 siones in masculos, vt † familiarũ salua sit dignitas, quia per agnatos domus conseruatur: vt l. j. §. si seruus. ff. de ven. inspici. & multum exquisitè introduxit viuas rationes mouentes modernos iuris latores ad disponendum, ꝙ agnati excludant fœminas, vt dicit Bald. in quodam suo eleganti consilio, incipiẽte, Martinus Ioannis de Florentia. posito inter consilia Angeli. & melius est ibi loquutus, quàm fecerit in l. si defunctus. C. de suis & legi. & in l. qđ vero. ff. de legi. quã ẽt loquutus fuerit in alijs locis, circa qđ non est opus insistere: qa nota est ista conclusio in iure, iuxta illud Virgilianum fama est notissima lesbo. Sed ĩ casu nr̃o cessat iste fauor agnationis, qa non vertitur ista quæstio inter auum paternum, vel patruos, vel fratres dictæ Forliuisiæ, & inter ipsam matrẽ, quo casu fauore agnationis ꝯseruandæ esset magis fauendum agnatis quàm matri. Sed quęstio est inter matrem, & auiam paternã, quo casu attenditur causa ꝓximior, vt est mater, & nõ auia: vt fuit ostensum superius. Istis præsuppositis aperienda est via ferro: statutũ Forliuij disponit hoc mõ, ꝙ si aliqua persona decesserit ab intestato, etiã si nõ haberet facultatem testandi, sine filio vel filijs, &c. ꝙ bona & hr̃ditas talis ab intestato defuncti, vndecunq; sibi obuenerint, deueniant, & deuenire debeant, & in ipsis succedant pater, vel auus paternus. Si vero non habuerit patrem, tunc succedãt fratres, &c. salua semper matri, si superuixerit, legitima iure naturæ debita. Si vero non habuerit fratres, succedãt sorores simul cum matre, & fiant viriles portiones.

nes. Et postea subdit statutum, non extantibus autẽ prædictis, seu aliquo prædictorum in præsenti statuto nominatis, tali defuncto ab intestato succedant illi, qui vocatur ex dispositione iuris communis. ita formaliter cõcepta sunt verba ipsius statuti. Ego nescio videre, quomodo possit sub isto statuto includi auia paterna, vt excludat matrem a luctuosa hæreditate filię suę, & dico, ꝙ nullo modo includatur, nã
6 †istud statutũ in persona aui paterni, scriptum est: ergo non includit auiam paternam: vt in c. persona le. de reg. iu. li. 6. l. cũ patronus. de leg. 2. cum si. Et qa istud statutũ est factum fauore agnationis, inquantum vocat patrem, vel auum paternum, vel fratres ipsius defunctæ personæ, & excludit matrẽ, & sic ꝓuidit genere masculino. l. j. §. si seruus. ff. de ventr. inspici. Ista ratio non vendicat sibi locum in auia paterna: qa per eã non ↄseruatur agnatio: vñ nec verba statuti, nec mens ipsius statuti adaptari potest ad auiam paternam: ergo tale statutũ nullo modo põt comprehẽdere auiam paternã, & ideo dicebat Bal. in l. qđ vero. ff. de legibus. in versi. pone. ꝙ statutum priuilegiat patruum in succedendo, an videatur priuilegiare patruum magnũ, & refert fuisse consultũ per omnes doctores Bononiæ, & ẽt per ipsum Bald. ꝙ non: qa minor ratio est in leuiori gradu ad includendum ipsum, quã in ꝓpinquiori. & ideo cessat statutũ, & rõ ipsius statuti. & idẽ Bal. in l. j. C. de suc. edi. dicit, statutum disponit, ꝙ existente patruo defuncti non admittat mater ad successionẽ, an patruus magnus excludat matrem, & putat ꝙ non: quia dictio
7 †magnus denotat quandã improprietatẽ, & statutũ debet intelligi propriè. secundùm Ia. Butr. l. itẽ prætor. ff. de suis & legi. & ita consuluerunt multi doctores Bononiæ, & bene. sed non bona ratione, quia patruus magnus propriè & verè est patruus. & ista dictio magnus, non notat improprietatem, sed differentiam, sicut dicimus, ꝙ differentia adueniẽs generi constituit speciem: vt l. j. ff. de adopti. & idem Bal. in l. hac edictali. §. quam obseruationem. C. de secũ. nup. vbi est tex. ꝙ secunda vxor aui dicitur nouerca magna, secunda vxor patris dr̃ simpliciter nouerca, iõ subdit, si statutum loquitur simpliciter de nouerca, non extendetur ad nouercam magnam: quia est quædam extensio, quæ non habet locum in statutis præsertim odiosis. vnde paritas æquitatis similia iura in diuersis terminis creditur suadere. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Vnde est eadem paritas æquitatis in auo paterno, & in auia paterna ad excludendam matrẽ a luctuosa hæreditate filiæ suæ. vnde videntur esse multum discrepantia, quę in ratione disconueniũt,
8 nam rõ est † coniuncto diuersorũ casuum ad eundem finem tẽdentium. l. non possunt. l. nam vt ait. l. ideoq;. ff. de legibus. Est autem ratio, vrgens disputatio, vel euidens demonstratio: vt no. in l. j. §. veteres. ff. de acquiren. posses. & ff. de legi. l. non omnium. & iõ ratio debet esse certior dicto. l. fi. ff. de officio procurator. Cesa. vñ ratio est quidam motus animi visum mentis acuens, vera a falsis distinguẽs: æquitas vero est rectitudo iudicij naturalẽ sequens rõnẽ. l. j. post prin. ff. si quis te. lib. esse iuss. l. j. primo rñso. ff. qđ quisq; iu. & l. bona fides. ff. depositi. Eadem ratio & æquitas simul iuncta inducunt extensionem legalẽ
9 ex auctoritate d. l. non possunt. quia nihil refert† qd ex æquipollentibus fiat, vbi ratio attenditur. l. fi. ff. mandat. est autem æquipollentia similium eorum æqualitas. l. si mater C. de institu. & substitu. sed vbi non attenditur rõ, sed sola voluntas, ibi forma p̃scripta extentionem nõ recipit. c. suspectum. de rescrip. lib. 6. l. in testamento. el j. ff. de condi. & demon. & iõ subdit Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. ꝙ sta-
10 tuta† quę fiunt ↄ̃ rationem, non extendũtur. l. quod vero. ff. de legib. qa ratio debet esse mediũ illud per qđ fit extensio. & iõ vbi deficit ratio, quę debet esse bona & æqua: vt l. j. post princip. ff. de iustitia & iur. non potest fieri extensio, qa a pari ratione iniquitatis non fiet extensio, sed a pari ratione æquitatis sic. & iõ dicit, ꝙ si statutũ disponit, ꝙ patruus excludat matrem, non extendam ad patruum magnũ: nam ista dictio, magnum, denotat improprietatem, alle. Iaco. Butri. in l. j. C. de succ. edic. Itẽ quia in isto casu omisso est minor ratio statuendi, dicit ibi Bald. ꝙ qñ statutum loqtur discretiuè, non extendam illud: qa oĩs terminus discretius est etiã restrictiuus. l. j. C. de pa. qui fi. distra. Et subdit, ꝙ dicitur statutum esse rationabile disponens, ꝙ primogenitus succedat, &
11 non secundogenitus: quia in materia pari†non debent contraria statui. ista sunt formalia verba domini Bald. in l. omnes populi. in versicul. tertio quæro, quę sunt illa, & istud voluit Petrus de Anch. in commento. ca. j. de constit. in 15. quæstione principali. in ver. quid dices de patruo. & idem dixit etiam Ang. in d. l. 1. C. de suc. edict. & ibi pulchrè tangit Sali. vbi idẽ decidit, & mouetur ex eo: quia cũ statuta de se sint stricti iuris, sunt restringenda, & propriè sumenda, & potissime quando sunt ↄtra ius commune. & etiam idem dicit tenendo, ꝙ patruus magnus sit ꝓpriè patruus: quia cum statutum sit stricti iuris, ↄtra ius commune restringendum est ad illam speciem propriã, quæ statuti habet formam, & non ad suum genus: tum propter correctionem legis euitandam, tum ꝓp odiositatem statuti: tum qa verisimilius est, ꝙ dũtaxat de patruo proximo, & magis propinquo ipsi defuncto loquatur, & non de remoto: & quia iste intellectus est benignior, tanq̃ habẽs minus absurditatis: igit erit sequendus. l. benignius. ff. de legi. ita ibi residet Sali. Modo dico, ꝙ ista deducũt istam cõsultationem ad induiduam decisionem, quæ oĩ circuitione & dubitatione erit vacua. Isti doctores concludunt, ꝙ statutum excludẽs matrem, & includens patruum ad successionem filij non extenditur ad patruum magnũ. Consideret modo D. iudicans: qa lato sumpto vocabulo appellatione patrui venit patruus magnus, qui propriè & verè patruus est, & est eadem ratio in vtroq;: qa ita conseruatur agnatio per patruũ magnum, sicut ↄseruatur per patruũ paruum: & etiam eadem ratio exprimitur in tali statuto: qa (vt cõiter videmus) statuta Italiæ exprimũt,
12 † ꝙ propter conseruandas familias includũt masculos, & excludunt fœminas. ergo deberet fieri extensio, ex quo cõcurrunt illa tria. & verisimiliter statuẽtes idẽ expressis verbis statuissent de patruo magno, facit glo. in cle. j. & in cle. auditor. de rescrip. & cle. j. de ele. & l. tale pactum. §. fi. ff. de pa. & c. 2. de confessis. li. 6. & nihilominus vno ore tenent, ꝙ non fit extẽsio ex eo: qa corrigitur ius cõmune, & ex eo, quia est stricti iuris, & ex eo: qa est contra matrem. Iõ nõ excludet matrem tale statutum, quãto ergo fortius idẽ est dicendum, ꝙ tale statutũ nõ comprehendat paternam auiam. Primo: qa auus paternus, & auia paterna sunt ratione discrepantes: qa non est eadẽ ratio in vtroq;, qa per vnum cõseruatur agnatio, ꝑ aliã vero non conseruatur. Scdo non est eadẽ æquitas, imo esset magna iniquitas, & maxima iniustitia ꝙ mater excluderetur a luctuosa hr̃ditate filiæ suæ, quæ tulit labores & dolores in partu: vt in c. 2. de cõuer. infide. per auiam: vnde illa æquitas considerata a lege municipali, ꝙ genus paternũ, seu agnatorum excludat genus maternũ, de quo est text. melior de iure in l. si defunctus. C. de suis & legi. nõ militat in auia p̃rna, vt excludat matrẽ. Tertio: qa istud est ↄ̃ oẽm mentẽ, & ↄsiderationẽ ipsorũ statuentium, licet voluerint excludere matrẽ propter existentiam auiæ

auiæ maternæ. Quartò: qa si sic diceremus, sequeretur quoddam absurdum, videlicet, ꝙ isto casu talis auia materna si includeret in tali statuto, excluderet fratres ipsius psonę defunctę, si superessent, ex eo qa non posset includi in alijs verbis ipsius statuti, nisi in illis, in quibus dr̄, ꝙ auus paternus succedat, ꝙ suppleatur, & idem si habeat auiam paternā. istud est malè dictū: qa sequeretur, ꝙ sicut auus excludit fratres defunctæ personæ. ita & auia excluderet, vnde istud est absurdū considerata mente ipsius statuti in hac parte, quia excludet fœminas, & etiā ipsam matrē stantibus fratribus defunctæ personę. considerauit enim statutū fauorē agnationis: ideo nullo modo videtur, ꝙ posset includi. vnde cum sit casus a statuto omissus, habebitur pro omisso, vt l. si seruus. ver. non dixit prętor. ff. de acqui. hære. & iō remanebimus sub dispositione iuris communis: vt l. cōmodissimè. ff. de lib. & posth. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. si cū dotem. in princ. ff. sol. mat. ¶ Et si quispiā opponat, statutū Forliuij disponit, ꝙ oēs quæstiones, &c. tam criminales, quàm ciuiles debeant terminari ſm formā statutorū Forliuij, & vbi statutum non loqueretur expresè, debeāt terminari ſm formam constitutionū generaliū legati Romādiolæ. & vbi constitutiones non loquerentur expresè, procedi debeat de similibus ad similia in statutis huius voluminis: & vbi similitudo non esset, terminentur ſm formam iuris communis. Et sic disponit statutū, ꝙ in casu nō expresso a statuto terminetur qō de simili ad similem contentum in statuto, alias recurratur ad ius cōe. Mō in casu nostro, licet istud statutum expresè non loquatur de auia paterna, nihilominus per simile expressum in dicto statuto poterimus idē decidere in auia paterna, qđ in ipso auo paterno. Ista enim sunt similia, ꝙ sicut auus paternus vocatur ad hęreditatem nepotis, seu neptis, eodem mō vocetur auia paterna. argumento eius, qđ habetur in d. auth. defuncto. argumentū a simili, vt casus non prouisus expresè a iure, decidatur per similem expressum in iure, valet, & fit extensio de simili ad simile: vt probatur arg. c. translato. de cōsti. & hoc voluit glo. ibi. & hoc decidit tex. in c. inter cęteras. de rescript. in versicu. idem in similibus obseruādum, & qđ no. gl. in l. de quibus. ff. de legibus. Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & in l. non dubiū. C. de legibus. qa ad hoc ego respondeo multifariè.

3 Primò, vbicunq; † agitur de correctione iuris, nunq̄ habet locum argumentum de simili ad simile: ita dixit Bal. in c. inter cæteras. de rescript. idem dixit D. Ant. in d. c. translato. no. in d. auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & hac rōne dicit D. Bal. in d. c. inter cęteras. ꝙ nō hēt locum extensio de simili ad simile in priuilegijs indultis contra ius commune. Cum ergo in casu nostro simus in correctione iuris cōis, licet auus paternus excludat matrē defunctæ personę, non fiet extensio ad auiā paternam. Quinimo multū eleganter dicebat Bal. in d. c. inter cęteras. ꝙ similitudo, quæ est in paribus terminis, & eadem ratio ęquitatis, quæ est, vt auus paternus excludat matrem, propter conseruandam agnationem, non est in auia paterna: qa per eam non conseruatur agnatio, & iō non potest esse similitudo: qa diuersa est ratio, & ideo cessat argumentū a simili, & extensio de simili ad simile assignata dissimilitudine: vt in c. per venerabilem. q filij sint legi. 27. q. 1. c. nuptiarum. & iō dicebat D. Abb. in d. c. translato. ꝙ illa, qui allegat simile, dēt illud probare, qa non est credendum, nec standum simplici verbo arguentis. c. cū dilecta. de ꝯfir. vti. vel inutili. negans vero siſe colorate inductū hēt ꝓbare dissimilitudinē, & dēt esse dissimilitudo in eo, ad qđ fit cōparatio: vt probat in ca. cū dilecta. facit, qđ no. Paulus. 2. q. j. c. multi. & per Arch. in c. si qs. 22. q. 4. & in Spe. de allega. & disputa. §. post hoc. verbo, iuribus, & per Io. An. in c. non pōt. de præbē. li. 6. Et ideo dicebat Bal. in d. c. translato. ꝙ similitudo est parilitas rationis in diuersis terminis. Cū ergo in casu nostro non potest allegari simile colorate, vt simile coloratū esse videatur, vt sicut auus paternus excludit matrem defunctæ personæ, eodem modo excludat auia paterna matrem: imo est omnis dissimilitudo: qa statutum ideo considerauit istā exclusionē matris fieri per auum paternum: ex eo qa per eum conseruaretur agnatio: sed per auiam non cōseruatur agnatio: vt est dictū, & sic non est parilitas rationis. Et per consequens hoc casu non est dare simile. & ideo dicebat idem Bal. in d. c. inter cęteras. scias, inquit, ꝙ differentia terminorū subiectorum prædicamento eiusdem rationis constituit similitudinem. l. quod Nerua. ff. depositi. & ideo cum sit diuersa ratio, non erunt similia ad excludendā matrē a luctuosa hæreditate suæ filiæ. Pręterea facit elegās dictū Bal. in c. j. in ti. an agna. vel cogna. in vsib. feud. vbi dicit, ꝙ non extenditur simile ad simile in his, q̄ lędunt ius naturale. cum ergo in casu nostro lædat, si excludatur mater ab hæreditate suæ filiæ in ijs, q̄ competunt ex ratione naturali: vt l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testa. ideo licet istud statutum dicat, ꝙ si fiat extensio de simili ad simile contentū in statuto, restringetur tale statutum, vt non fiat extensio in his, quæ cadunt contra ius naturale, & rōnem naturalem: cum ratio naturalis

14 † disponat, parentes succedere filijs: vt l. nā & si parentibus. in ver. non minus piè. facit etiam, qđ elegāter voluit idem Bald. in l. j. C. quæ sit longa consuetudo. vbi dicit, ꝙ quoties statutum caret ratione, non trahitur de similibus ad similia. & idem dixit in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Mō in proposito est irrationabile, ꝙ auia materna excludat matrem: ergo licet illud statutum excludat matrē propter existentiā aui, nō habet locum in auia paterna: quinimo dico tale statutum, vt paternus auus excludat matrē, fore irrationabile, hoc dicit Bal. in l. quicunq;. C. de ser. fug. vbi dixit, disponit statutum, vt patronus excludat auū maternum, ꝙ non excludet auiā, ex quo statutum loquitur de auo materno, & de auia nihil disponit, & allegat rationem: qa tale statutum est irrationabile. & idē voluit idē Bal. in l. si defunctus. C. de suis & legi. vbi dixit, ꝙ genus paternum præferri generi materno est æquū: sed est æquitas abusiua, & nō est ęquitas pręcisa ex eo: qa corrigitur, vt ibi, & ęquitas

15 † propriæ est illa, quę semper remanet vna, & eadē. & adducit ibi Bal. doctrinam Bar. dicentis, ꝙ de tali statuto non pōt reddi ratio. & facit text. in l. maximum vitium. C. de libe. præteritis. in vers. ex hac iniquitate. & in ver. quasi naturæ accusatores. & facit, qđ voluit idem Bal. in l. qđ vero. ff. de legi. & Bart. in l. cūctos populos. C. de sum. tri. vbi dixit, ꝙ tale statutū est irrationabile, & odiosum: iō non extenditur ad bona sita extra territoriū. Et per consequens stat singularis responsio ad dictū statutum, qa cum sit irrationabile, non debet extendi de simili ad simile: maximè in casu nr̄o, cū non sit dare simile, vt superius demonstraui. Inquantū autē tale statutū dicit, ꝙ extendat de siſi ad siſe, non hēt locum, qn̄ est irrationabile: vt est istud statutū. Facit ēt, qđ eleganter voluit idem Bal. in l. 3. C. de iure doti. vbi dixit, quòd

16 † statutum, quod non hēt aliam rationem, nisi ꝙ ita placuit cōditori, non extenditur de similibus ad similia. Cū ergo in casu nostro istud statutū, ꝙ auus paternus excludat mattem, sit fundatum sub æquitate abusiua, vt est dictum. & habeat illa rationē, qa ita placuit cōditori, vt præferat auū paternū matri,

non erit extendendum ad auiã paternã, vt excludat matrem. Facit, qđ pulchrè voluit idem Bal. in l. fi. C. de interdict. matr. videlicet, ꝙ vbi lex est odiosa, trahere illã ad casum omnino nõ similẽ est odiosum, sed negari non põt, ꝙ tale statutum est irrationabile. & odiosum: vt est dictum, licet tẽdat in fauorem paterni aui, & non est casus oĩno similis, imo est oĩno dissimilis: vt sit idem in auia materna, vt excludat matrẽ: ergo sequitur, ꝙ nullo mõ fiet extensio. Facit solennis doctrina eiusdẽ Bal. in c. j. §. porro. in titulo, quæ fuit prima causa beneficij amit. vbi dicit non esse in iure meliorem text. illo, ꝙ in pęnalibus consuetudinibus, & statutis proceditur de simili ad simile, alle. ad hoc l. si quis seruo. C. de fur. subdit postea, ꝙ hæc doctrina non habet locum, qñ pęnæ imponũtur habito respectu ad priuilegiũ alicuius personæ: quia tunc nulla potest fieri extensio de similibus personis ad similes, de casibus ad casus, istam dicit esse gl. singularem & ordinariam insti. de actio. in §. item mixta est actio. in glo. quę incipit, si in iudicio, quam glo. dicit esse menti tenendam. & ideo tale statutũ inquantũ dicit, ꝙ procedatur de simili ad simile, non hẽt locum, qñ pęna imponitur alicui habito respectu ad priuilegiũ. Cũ ergo ista mater excludatur ab auo habito respectu ad priuilegiũ ipsi auo indultum a statuto fauore agnationis, non põt extendi ad auiam, in qua non habetur respectus ad simile priuilegium. Et ista imponunt gladiũ ad hãc consultationem: ergo sequitur, ꝙ ista auia paterna non excludet matrem: & per consequens seruabit ius commune. Præterea dico, ꝙ in fauorem matris ista quæstio est sopita ex dispositione ipsius statuti dicentis, ꝙ si in statuto Forliuij casus non est expressè decisus, decidatur per simile appositũ in dicto statuto: & sic non reperiatur simile, decidatur ſm formam iuris cõis. Modo in proposito nostro clarissimum est, ꝙ non est dare simile ad auo paterno ad auiam paternam, vt est ostensum: ergo sequitur, ꝙ recurrendum erit ad dispositionem iuris communis. Et per consequens sequitur, ꝙ cum de iure cõi mater excludat auiam, vt superius fuit ostensum, ꝙ ista mater excludet auiam paternam, & per consequens ex ipsius statuti censura mater succedet dictę filiæ suæ. Facit etiam, quod eleganter voluit Bal. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. in ver. attende hic aliqua, vbi dicit, statuto cauẽ, ꝙ existente patruo nõ succedat auus maternus, an succedet auia. decidit ꝙ sic: quia istud statutum nõ est rationabile. & iõ masculinũ non concipiet fęmininum, qa non dẽt attendi, ar. l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. ¶ Modò si mihi dicatur, amice, sub illo verbo, auus paternus, includitur auia paterna. Respondeo, istud non est verum: quia
17 † cũ istud statutũ sit iuris communis correctorium, qa excludit matrẽ per existentiam aui paterni, non extẽdetur ad auiam paternam: & multo minus, cũ istud statutũ sit minus rationabile, & Bal. ibi loquiẽ, qñ extat patruus, quo casu fauetur agnationi: & tñ excluso auo materno non videtur exclusa auia materna: ergo multominus in casu nr̃o nõ videtur inclusa auia paterna, vt excludatur mater. Et si opponatur fortiter contra istam doctrinã de statuto Forliuij posito in tertio volumine statutorum, vbi dicitur, ordinamus, ꝙ vbicunq; statuto Forliuij reperiũtur verba in masculino genere, ꝙ illa verba, ẽt si sint in materia pęnali & odiosa, intelligant in gñe fęminino, & masculinũ genus concipiat fęmininũ: ecce nũc, posito ꝙ dictũ statutũ esset penale & odiosum: qa excludit matrẽ a successione filiæ: tñ in masculino comprehendetur fęmininũ, & per cõsequẽs sub illis verbis, auo paterno, includetur auia paterna, & sic mater excludetur ex dispositione ipsius statuti.

Et etiam facit ad hoc: quia statutum istud expressè nõn prouidit de auia paterna, & iam prouidit de sororibus defunctæ psonæ. Vnde absurdum esse vr̃, ꝙ sub illis verbis, auo paterno, nõ includatur auia paterna: qa si ꝓuidit de collateralibus, ergo multo fortius de ascendẽtibus. Facit, qđ voluit D. Pe. de Anc. in suo consilio 105. qa istud est, qđ fortius posset induci contra istam matrem. Reuera istud nullo modo meretur adduci contra matrẽ, ꝙ multifariè ad oculum demõstro. Primo istud statutũ dicit in materia penali, & odiosa. vnde non loquitur in materia irrationabili, quo casu iura oĩa vocitant, ꝙ vbi odiũ est minus rationabile, masculinũ non cõcipit fęmininum: vt l. quicũq;. vbi Cy. & Bart. & alij. C. de ser. fug. Bar. in l. j. ff. de verb. sig. Iac. Bu. & Bald. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Archi. in c. si quis suadente. 17. q. 4. vbi melius circa istum passum loquutus fuit, quam alius: ita dixit Bald. in l. Gallus. in principio. ff. de libe. & posthu. voluit Do. Cardi. in cle. j. de elec. circa quod non est amplius insistendum, ꝙ vbi odium est irrationabile, masculinum non concipit fęmininum ex dispositione iuris cõis. Modo superius fuit ostensum, ꝙ istud statutum non est rõnabile: ergo sequitur, ꝙ licet statutum dicat, ꝙ in materia poenali & odiosa masculinum concipiat fœmininum, tamen nõ hẽt locum, vbi odium est minus rationabile. & sic tale statutum restringetur, quatenus fieri potest, ad terminos iuris communis: vt l. si serui vestri, C. de noxal. Et per ꝯñs tale statutum nõ obstat huic matri, & ista responsio est optima, & habet neruum iuris, & sufficeret pro victoria huius matris. Secundo respondeo aliter, & dico, ꝙ dictum statutum non loquitur ita effrenatè, sed temperatè satis loquitur: qa dicit, ꝙ † genus masculinum concipiat fœmininum, si cõmodè adaptari potest ad genus fœmininum. & sic ita vult genus masculinum cõprehendere fœmininũ, si cõmodè adaptari possit, & aliter non declarat statuens illa verba si cõmodè adaptari põt. Mihi vr̃, ꝙ illa verba sunt sic declaranda, ꝙ in materia poenali & odiosa masculinũ, si ꝯcipiat fœmininũ cõmodè adaptari põt, idest si nõ corrigat iura cõia: qa tunc nõ dr̃ adaptari cõmodè, cũ veniat ad vulnerandũ iura communia. Et sic statutũ se restrinxit, & isto modo põt intelligi ipsum statutum. Vel aliter potest declarari, videlicet, ꝙ tũc commodè potest adaptari genus masculinum ad fœmininũ, qñ verba hoc importãt, videlicet, ꝙ verba concipiuntur sub genere apto ad masculinũ, & fœmininũ: vt si statutum dicit, quicunq;. vel dicat homo, vel aliud eiusdẽ rationis: vt l. fi. C. de indic. vidui. vel si statutum dicat, quæcunq; persona: nã nomine † personæ ꝯtinetur masculus, & fœmina. isto modo commodè dicitur masculinum adaptari ad fœmininũ, sed in casu nostro nullo modo põt adaptari masculinũ ad fœmininum: qa statutũ dicit, ꝙ si defuncta persona decedat, & habeat patrem, vel auum paternũ, &c. ecce qualiter sub illo verbo auũ paternum, non potest commodè adaptari auia materna: qa non vi eiusdem rationis, non vi nominis, non vi conceptionis: qa illud, paternus auus, porrigitur ad exclusionẽ auiæ paternæ, & per consequẽs, tale statutũ nullo mõ ob. in casu nr̃o. itẽ illa verba, si cõmodè &c. intelligũtur, idest rõnabiliter adaptari possit. Mõ nulla rõ posset suaderi, vt auia excludat matrẽ. Tertio rñdeo ad istud statutum, qa in ꝑcedenti statuto vocante auum paternũ ad exclusionem matris dr̃, non extantibus autem prædictis, seu aliquo prædictorum in presenti statuto nominatis, tali defuncto ab intestato succedant illi qui vocantur ex dispositione iuris communis, quæ verba multum singulariter declarant hanc hæsitationẽ. volũt enim,

18 (beside "tis loquitur: qa dicit, ꝙ † genus masculinum")
19 (beside "mine † personæ ꝯtinetur masculus")

enim, ꝙ non extante aliquo prædictorum, seruetur ius commune ad successionem illius defuncti ab intestato. Modo consideret D. iudicans ꝙ in casu nostro non extat auus paternus, de quo loquitur statutum, nec extāt fratres, nec etiam sorores, nec pater, solū extat mater, & auia paterna: sequitur, ꝙ ad successionem seruabitur ius commune, vt expreisè dicit statutum prædictū. & istud statutum est positum in quinto libro statutorum, & præcedens statutum
10 est in tertio libro statutorū. Modo vnū† statutum limitatur per aliud, nec corrigitur, vnde dixit D. Petr. de Anc. in c. statutum. §. cum autem. de rescri. lib. 6. se consuluisse Teruisij, vbi erat statutum, ꝙ forensis non possit acquirere bona immobilia in ipso territorio Teruisij. Alio statuto eiusdem Teruisij cauebatur, ꝙ vxore prædecedente in matrimonio vir lucretur dotē, modo forensis cōtraxit matrimonium Teruisij cum quadam Teruisina, quę sibi in dotem dederat bona immobilia, & defuncta est in matrimonio, fuit dubium, an posset lucrari dotem consistentem in rebus immobilibus ex eo: quia erat forensis, & consuluit ꝙ sic: quia vnum statutum limitabatur per alterum, & ita etiam dixit in repetitione c. j. de const. & etiam idem voluit Bar. in l. j. §. j. ff. qđ vi aut clam. & voluit multum elegāter Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & facit, qđ idē Bal. voluit in l. maximum vitium. C. de libe. præteritis. & Ioan. An. in additio. Spe. in ti. de sen. §. vt autem. & in tit. de executi. sen. §. postremo. Ita dicamus in casu nostro, cum statutum pręcedēs dicat, ꝙ in materia pœnali, & odiosa genus masculinum cōprehendat fœmininū, & vltimū statutū dicit, ꝙ non extantibus ꝑdictis, vel aliquo prædictorum in successione ab intestato seruetur ius cōmune: limitabitur præcedēs statutū, ꝙ in successione ab intestato nō extantibus auo paterno &c. seruetur ius cōmune in successione, extra casum successionis habebit locū illud statutum, ꝙ in materia pęnali, & odiosa masculinum
21 concipiat fęmininū, & sic non ob. Itē † possunt etiā interpretari illa verba, si commodè adaptari potest masculinum ad fęmininum: idest, si non tendat ad correctionē alterius statuti: q̄a correctio est euitanda. l. scimus. C. de testa. l. precipimus. C. de appel. cū si. Item facit etiam: quia species derogat generi. c. j. c. pastoralis. de rescrip. l. sanctio legum. ff. de pœnis, cum si. sed in casu nostro istud statutum, ꝙ in materia pœnali masculinum concipiat fœmininum, est generale, sed aliud statutū disponens, ꝙ in casu, quo non extant prædicti, vel aliquis ipsorū, seruetur ius commune, est speciale. & sic vnū statutū tanquam speciale derogabit alteri, tanquam generali. Et per consequens non obstabit, & iste intellectus est benignior: ergo est capiendus. l. benignius. ff. de legibus. item est conformis iuri communi: ergo sequendus: vt in c. cū dilectus. de cōsue. Itē fauet matri circa luctuosam, hæreditatem filię suę defunctę, cui omnia iura fauent: vt l. precibus. C. de impub. & alijs substi. Et sic apparet, ꝙ commodè nullo modo comprehēdit fœminam: quia sunt termini diuersi & ꝯrij, eo ipso ꝙ includit auum paternū, excludit auiam paternam. Nec ob. consilium domini Petri de Ancha. q̄a in alio loquitur, q̄ in casu nostro. ergo. Facit, quod voluit Ia. de Are. quem refert, & sequitur D. Cardi. in cle. j. de elec. vbi dixit, ꝙ quando masculinū profertur in materia differenti, quæ congruit masculo, & non fęminę, tūc masculinū non cōprehendit fęmininū: vt in c. noua quędā. de peni. & re. l. fin. ff. de legi. tu. l. fęminę. ff. de reg. iur. Sed in casu nr̄o illud genus masculinū, auus paternus, ꝓfert in materia differēti: ex eo q̄a ideo statutū voluit, ꝙ auus paternus excluderet matrem: q̄a in eo conseruatur agnatio: vt fuit superius ostensum: ista conseruatio agnationis non cōgruit auiæ paternæ, & per consequens illud genus masculinū nō comprehēdit fęmininū. & ideo cum tale statutum disposuit, ꝙ masculinū comprehendat fęmininum, dixit, ꝙ si cōmodè adaptari possit: quasi voluerit dicere, si materia, super qua profertur masculinū, sit indifferēs vtriq; sexui: quia ita commodè cōgruat fęminæ, sicut masculo. Modo non ita commodè congruit, ꝙ auia paterna excludat matrem a luctuosa hæreditate filiæ suæ, sicut ꝯgruit auo paterno, per quem cōseruatur agnatio. Facit etiam ad hoc, qđ voluit D. Cardi. in d. cle. j. de electio. vbi dixit, ꝙ quoties dispositio fit per terminū substātiuum, tunc masculinum cōprehendit fęmininum per extensionem: vt si dico, equus, non venit equa, nisi eo casu, quo debet fieri extensio, & sic tale statutum debet strictè intelligi, & propter hoc apposuit illud verbum, si commodè adaptari potest. Facit, qđ voluit etiam Arch. in d. c. si quis suadente. fuisse in contingentia facti decisum, statuto cauebatur, ꝙ mr̄ nō succedat filio, ꝙ nihilominus succedet filię: quia sub illo masculino non comprehenditur fœmininum, tanquam tale statutum sit contra ius commune, & strictè sit intelligendum, & istud sequitur D. Dominicus in c. generali. de electi. libro 6. & sic ista doctrina videtur eleganter decidere istam quæstionem. Et ideo dicebat Bald. in dicta l. quicunque. statuto cauetur, ꝙ filij bannitorum nō possint stare in ciuitate, ꝙ sub illo genere masculino, non comprehendentur filiæ. Ita dicamus in casu nostro, cum istud statutum sit contra ius commune. Facit simile, quod voluit Domi. Ioan. de Imol. in commento. c. potuit. de loca. in finalibus verbis, se consuluisse in facto, quidam acceperat emphyteusim pro se, & suis filijs, quòd non comprehenduntur filiæ, allegat in simili illud, quod notanter voluit Barto. in l. liberorum. ff. de verbo. sig. vbi dixit, quòd licet in vltima voluntate appellatione liberorum veniat nepos: tamen non habet locum in contractibus: quia si in contractu fiat mentio liberorum, nō venit nepos: ex eo quia fit interpretatio cōtra eum, qui stat pro contractu. & idem voluit in l. si ita. ff. de leg. 2. & idem voluit Arch. in dicto capit. si quis suadente. & originaľr fuit dictum Guliel. de Suza. per l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obligat. & l. veteribus. ff. de pact. ita dicamus in casu nostro, ex quo sumus in materia strictè interpretanda. Facit etiam, quod pulchrè voluit Bald. in l. tres fratres. ff. pe pactis. vbi dixit, quòd si priuilegium conceditur fratribus prædicatoribus, vel minoribus, quòd non videtur comprehendi sorores. & mouetur hac ratione: quia sorores non sunt eiusdem conditionis. nam regula fratrum minorum, & prædicatorum, est regula altior: & ideo sicut dicimus in indefinita, ꝙ nō refertur ad omnia, sed ad aptiora, vbi non est vniformis ratio inclusorum: vt no. Dy. in rubri. de reg. iur. Et sic Bald. stat in ista conclusione, quòd vbi non est eadem ratio, & eadem conditio, nunquam genus masculinum concipit fœmininum. Cum ergo in casu nostro, nec est eadem ratio, nec eadem vniformis, vt auia paterna excludat matrem, sicut auus paternus, sequitur, quòd nullo modo comprehendetur auia, & per consequens illud verbum commodè adaptari, est satis clarè, & apertè enucleatū. Et per consequens stat conclusio verissima, quòd mater veniet ad successionem filiæ suæ exclusa dicta auia paterna, tam ex iuris communis dispositione, quàm etiam ex expressa dispositione statuti Forliuij: & ita concludo in fauorem matris non obstante dicto statuto, quòd masculinum concipiat fęmininum. & ita concludo.

EPITOME.

¶Tenens rem ecclesiæ cum titulo oneroso locationis non tenetur ad restitutionem fructuum iã consumptorum, nec eius hæredes.

SVMMARIVM.

Emptor bonæ fidei lucratur fructus nu. 1. 4. & 13.

Possessionem acquirens ex titulo licet iniusto, si tamen sit coloratus, lucratur fructus, numero 8.

Dispositio legis ad illum casum adaptatur, ad quem adaptantur verba legis, numero 15.

Princeps iusta causa præsumitur motus, quando legem condit, vel motu proprio rescribit, numero 20.

Mala fides defuncti de æquitate canonica non transit in hæredẽ habentem bonam fidem, numero 24.

CONSILIVM LI.

Viso puncto & bullis Romani Pontificis, & inuestituris seu locationibus factis ac omnibus solẽni & matura animaduersione pensatis, mihi videtur clarissima esse iuris cõclusio, ꝙ ille D. Vbertus non teneatur ad restitutionẽ fructuum perceptorum ex dictis terris dictæ curiæ perceptorũ vigore locationis sibi factæ, & per ꝯñs hr̃des dicti dñi Vberti non tenẽtur ad ipsos fructus perceptos, & iam consumptos restituẽdos. & de hoc alle. tex. ꝯiuncta doctrina Inn. qui in indiuiduo decidit istã cõsultationẽ, videlicet in c. ad nostrã. de rebus ecclesia. nõ alie. in vers. cũ fructus percepti sibi sufficere debeãt, & ibi dixit Inn. ꝙ si distrahitur res immobilis ecclesię, talis ꝯ̃ctus est nullus, &

1 emptor percepit fructus, & fuit in bona fide, ꝙ † tales fructus emptor lucratur: nec restituit ecclesiæ, alle. ibi Innoc. tex in l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hære. vbi error iuris excusat a dolo. & inducit bonam fidem ad lucrandum fructus, qđ dictum Inno. sequitur ibi D. Car. Zabarella, & etiã D. meus Io. de Imo. qui ad hoc allegant. l. bonæ fidei. ff. de acquiren. re. domi. quam l. allegat ibi gl. quæ hoc tenet & dicit, ꝙ ideo lucratur: quia bona fide percepit, arg. c. j. de feudis. & 12. q. 2. c. Vulteranæ. do. Pe. de Anch. in d. c. ad nostrã. dicit, ꝙ si contractus non tenuit ratione solennitatis omissæ, non lucratur fructus: quia talis emptor censetur esse malæ fidei: vt in ca. qui ꝯ̃ iura. de reg. iur. libr. 6. & l. quemadmodum C. de agri. & cen. li. 11. Postea subdit, nisi dicas, ꝙ ille, qui mercatur contra iura. censetur esse bonæ fidei quoad lucrum fructuum, alle. d. l. sed si lege. §. scire. si est de ꝑsonis, quibus est permissum ignorare ius. ponit exẽplum in militibus, & similibus personis. c. fi. de solutio. do. Anto. ibi dicit, ꝙ bona fides eum non iuuat, quando contractus est nullus: quia tunc titulus habetur pro non titulo l. si fundum. C. de rei vend. l. si prohibitum. C. de iure fi. li. 10. c. cũ cãm. de offi. dele. & ita residet Host. in d. c. ad nostrã. & dicit, ꝙ ille fuit lucratus fructus ex spãli prouisione Papę: quia alias forte non poterat induci ad dimittendũ feudum, nisi lucraretur fructus: & ita residet Ange. in d. §. scire. & dicit illum procedere probato errore, quem errorẽ probare est valde difficile ꝭm eum: qa præsum-

2 ptio † degenerat contra talem errãtem: credit tamẽ sufficere si sit imperitus, & consuluit peritiores, qui erant in loco, & ita dicit se intelligere glo. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. quæ dicit, militẽ & rusticum excusari a pęna d. l. si quis in tantã. Bartol. in d. §. scire. dicit, quædam iura sunt prohibitoria; vt dicta l. quemadmodum. & d. capitulo, qui contra iura. & faciens contra illa iura habet malam fidem: quædam iura non prohibent: sed non assistunt, & tunc in tali iure errans nõ pręsumitur malæ fidei, nec bo-

3 næ fidei. est enim † mediũ inter malam fidem & bonam fidem l. j. ad fi. & l. 3. §. fi. ff. de acquiren. poss. & ita ibi residet Bart. Sed glo. ibi dicit, ꝙ errans in iure debet restituere fructus. Sed glo. in l. si fur. ff. de vsucap. tenet, quòd non debet restituere fructus, quam gloss. sequitur Dy. in c. possessor malæ fidei. de regu. iur. libr. 6 Barto. dicit, ꝙ opi. gloss. & Dy. procedit in singularibus iudicijs: quia bonæ fidei possessor non tenetur de fructibus perceptis & consumptis. sed gl. in d. §. scire procedit in iudicijs vniuersalibus: vt est petitio hæreditatis: quia tenetur quis quatenus est effectus locupletior. & istud voluit Bart. in l. qđ Nerua. ff. depositi. Modo: quia deducunt scribentes ad conflictum text. d. c. ad nostram. decidit hanc dubi-

4 tationẽ. vult enim, ꝙ inuestitus de † rebus ecclesię ꝯ̃ iuris dispositionem restituit res & lucratur fructus, si fuit in bona fide, secundùm Innocen. ibi, quem sequitur D. Cardi. & Ioan. de Imo. Modo si dicatur, ꝙ Hostien. tenet contrarium, videlicet, ꝙ vbi contractus est nullus, non lucratur fructus, & ibi ideo fuit: quia non poterat compelli relaxare rem ecclesiæ: quia forte erat potens. Salua reuerentia Hostiẽ. ista est peregrina diuinatio ad illum text. nec est præsumẽdum delictum. l. meritò. ff. pro socio. c. estote misericordes. de reg. iur. cum similibus. & etiam communiter non tenetur dictum Hosti. & etiam Ange. & D. Pet. temperant dictum Inn. in eo, qui pręsumitur ignorare iura, & loquuntur in milite. istud est accommodatum vtiliter ad casum istum: quia ille D. Vbertus fuerat miles, & sic decidũt pro nobis: & ẽt Bar. qui reduxit illas gl. ad concordiam, dum dixit, ꝙ in iudicijs particularibus lucratur emptor bonæ fidei fructus peroptimè decidit casum nostrum, quia istud non est iudicium vniuersale. sed particulare. item qa non est opus allegare opin. Host. & domini Ant. in casu nostro: ex eo quia ipsi loquuntur, quando contractus alienationis rei ecclesiæ est nullus: qa non interuenit solennitas iuris canonici, & iusta causa alienationis, & sic loquuntur, qñ fuit errarũ in iure, in casu nõ est nr̃o aliquis iuris error. hic enim est ipsius facti error: qa tota illa curia letpalẽdani fuit sæpenumero locata pluribus, vt ex instrumentis locationum apparet, tanquam tota & integra spectaret, & pertineret ad dictum monasterium sancti Benedicti, & sic fuit solita locari tota & integra dicta curia, & teneri, & possideri per ꝯductores absq; eo, ꝙ aliquæ terrę spectarẽt, & pertinerent ad dictã capellam sancti Sixti. Et per consequens fuit error facti non causatus, nec principium aut exordiũ ducens ab ipso D. Vberto: sed ante per multa tempora ita fuerunt dictæ terrę, seu dicta curia locata, quo casu hic non põt cadere error iuris: & sic non vendicant sibi locũ. l. quemadmodũ. & c. qui ꝯ̃ iura. & similia. Nec Host. nec dominus Anto. sentiunt ꝯ̃rium eius, quod in hac consultatione consulo. Fuit ergo iustissimis de causis causata bona fides in isto domino Vberto. Et ideo multum eleganter dicebat Bal. post gl. in l. j. C. vbi causa sta. ꝙ bona fides potest causari non solũ iustis causis, sed etiam ex iniustis, & temerarijs. facit l. igitur. ff. de lib. cau. facit gloss. in capitulo, venerabilis. de consue. vbi iniqua consuetudo excusat a dolo, & mala fide. & quod ibi voluit Pe. de Anc. in ꝯsi. suo 271. & Lu. Ro. consi. 94. Ange. in l. plagij. C. de plagiar. & in l. ex consensu. §. fina. ff. de app. & in l. j. ff. de eo per quem fac. est, & facit l. j. ad fi. ff. de abig. Quanto magis in casu nr̃o apppare de bona fide istius domini Vberti; quia plures locationes

tiones de tota & integra curia factae fuerunt per Abbates dicti monasterij diuersis personis, & etiam factae fuerunt per Abbates, qui praesumuntur sciuisse, ꝙ illa curia tota spectabat ad dictum monasterium sancti Benedicti, & per consequens iustam credulitatem habuit ille D. Vbertus credēdi, ꝙ tota curia spectabat ad monasteriū sancti Benedicti, & sic fuit in bona fide: quia debuit credere ad dictum monasterium spectare dictam curiam etiā iure dominij, & putatur ipsum monasterium esse dominum: qa ex quo recipiebat ille Abbas annuam pensionem 60. ducatorum coniunctis tot actibus locationum, vt habetur in l. Titia. ff. de sol. & l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. & in l. quidam in suo. per Bar. ff. de condi. institu. Ideo dicebat solennis doctor D. Florianus de sancto Pet. in l. j. ff. famil. ercisc. ꝙ recipiens fructus semel in anno praesumitur dominus: facit gl. in d. l. quidam in suo. & tex. in l. diuortio. §. quod in semētē. ff. so. ma. & licet in c. inter dilectos. de fide instru. dicatur, ꝙ per instrm locationis nō probatur dominium: tamen in casu nostro plures & plures interuenerunt locationes, quo casu succedit doctrina Bald. in l. optimam. C. de contrahen. stipulat. & in l.
5 cum aliquis. C. de iure deliber. ꝙ † quando sunt plura instrumenta, & antiqua, & sunt enuntiatiua probant, & ita voluit etiam Ia. Butr. in d. l. optimam. & facit tex. singula. in l. j. C. de plus petit. vbi verba enūtiatiua geminata probāt. Cum ergo in casu nostro concurrant plures locationes, & plura instrumenta locationum, sequitur, ꝙ probatur dominium. & iam in casu nostro concurrit perceptio pēsionum, & affictus, seu annui canonis. cum ergo dictum monasterium esset tunc in possessione dictae curiae, p̄sumebatur dn̄s tot concurrentibus: & maximè si concurrebat fama, quo casu antiqua fama probat dominium: vt est gl. in l. proprietatis dominium. C. de probat. & ibi Bal. licet quidam reputent illam glo. vnicam, & singularem, tamen est similis in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. ge. & voluit ibi Angelus referens se in accidentia facti obtinuisse in ciuitate Paduae, & voluit Bal. in l. cōuenticulā. C. de epi. & cle. & idem Bal. voluit in l. indicia. C. de rei vē. & scribētes in c. veniens. de testibus. Et sic apparet, ꝙ iste dominus Vbertus fuit bonae fidei possessor. & per consequens cum habuerit ex titulo locationis, seu conductionis, rectè, & iustè percepit fructus, & fecit suos. maximè cū habuit ex causa onerosa soluēdo canonem 60. ducatorum annuatim. Facit etiā, quod voluit Bar. in d. l. sed si lege. §. scire. videlicet, ꝙ quoad acquisitionem fructuum non requiritur titulus, sed sufficit, ꝙ absit mala fides, quae abest, vbi est iuris error, dicit etiam, ꝙ ille, qui allegat iuris er-
6 rorem, debet hoc probare: quia † scientia praesumit regulariter, vt l. leges. C. de legib. Modo in casu nostro nō concurrit error iuris, sed concurrit error facti alieni, quo casu est tolerabilis ignorantia: vt c. ab excommunicato. de rescriptis c. fi. ff. pro so. cum si. Et etiam posito, non tamen concesso, ꝙ concurreret iuris error: tamen esset tolerabilis talis error in milite: quia arma & nō leges scire oportet milites. l. fi. C. de iure delibe. & ꝯcludit ibi Bar. in suis verbis finalibus ad fructuum acquisitionē sufficere malā fidem abesse: vt ibi. per q̄d dicit patere declarationē ad gl. & iura, quae dicunt, ꝙ iuris ignorantia excusat a fructibus; q̄d est intelligendum sicut ceteri bonae fidei possessores. & sic luce clarius est, istum D. Vbertum rectè fuisse lucratum dictos fructus perceptos per annos 30. Facit etiam, q̄d pulchrè voluit D. Ant. in c. diuersis fallacijs. de cle. cōiuga. vbi multum singulariter dicit, ꝙ fuit dispensatum cum aliquo, & dispensatio fuit nulla: qa non interuenit iusta cau-
7 sa dispensandi, ꝙ nihilominus talis † dispensatio nulla prestat colorem tenendi illas res, super quibus est dispensatū, & mouetur, qa licet decretū ex falsa causa interpositum sit nullum ipso iure: vt l. cū vero. §. subuentū. ff. de fidei. liber. tamen dat interim colorē tenendi, donec cassetur, adeo ꝙ talis iustè tenet, quae verba dicit esse tenenda menti. si ergo iustè tenet, ergo sequitur, ꝙ interim lucratur fructus: quanto ergo fortius in casu nostro iustè percepit fructus ille dn̄s Vbertus, cum habuerit titulum ab eo, qui erat in possessione illius curiae, & qui pluries locauerat dictam curiam pluribus personis, & qui percipiebat pēsionem, seu canonē annuum pro dicta curia locata, potuit percipere fructus rectè & iustè. Facit etiam, q̄d voluit D. Anto. in c. consultationibus. de iure patro. vbi refert Inn. in c. 2. in gl. per monacos. ad fi. de in integ. resti. ꝙ possessio contra ius si iustificatur ex iustitia tituli, vel ex probabilibus probationibus, quibus illam acqsiuit, praesentare poterit. & sic percipere fructus, alleg. ipse l. cum igitur. §. j. ff. de
8 lib. cau. Et sic aperto ore sentit, ꝙ lucratur † fructus acquirens possessionem ex titulo iniusto, si tamen est coloratus: possessio enim contra ius commune non praesumitur iusta, nisi iustificetur aliquali titulo, vel ex aliqua causa tenendi, aut ex longinquitate possessionis, & dicitur possessio esse antiqua arbitrio iudicis, ita dixit Inno. in d. c. 2. quem refert & sequitur Do. Anto. & Domini de Rota, decisione 262. & fuit dictum Archi. in c. eum qui. de praeben. libro 6. inuasorem pacificè possidentem posse praesentare, dum tn̄ toleretur, & non constet de iniusta cā possessionis, alle. 23. q. 2. in summa, & de ele. c. nihil. in glo. vlt. Inno. & de sen. excom. c. si verè. in glo. hinc colligitur per Inn. Et ista apponunt gladiū ad decisionē huius consultationis: ex eo quia, aut nos loquimur quoad Abbatem, & iustificata est possessio sua quoad dictam curiam ex longinquitate temporis, quo illam curiam locauit, & canonē annuatim percepit quo casu iustificatur possessio ꝯtra ius cōe, vt voluit Inn. tum etiam: qa dicta capella sancti Sixti spectat ad dictum monasterium sancti Benedicti, & sic iustificata est possessio Abbatis, posito ꝙ esset talis possessio contra ius. Si vero loquimur quoad ipsum Do. Vbertum eodem modo iustificata est possessio sua: ex eo quia titulo eam acquisiuit, & erat talis curia solita sic locari, & titulum acquisiuit ab Abbate, qui erat in possessione dictae curiae, & pluries illam locauerat diuersis personis, sequitur, ꝙ tanquam bonae fidei possessor lucratus est fructus. Et per consequens nō tenetur illos restituere ex dispositione iuris cōmunis. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ dominus Vbertus sciebat dictam curiam spectare ad dictam capellam sancti Sixti: ergo erat in mala fide, & per consequens non potuit fructus iustè percipere: qa ad hoc respondeo, & dico, ꝙ ante omnia aduersario
9 incumbit onus probandi: qa † qui malam fidem & dolum allegat, tenetur probare. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. quia cum dictus dominus Vbertus habuerit titulum, praesumitur habuisse bonam fidem. ita dixit Archi. in c. j. de praescriptio. li. 6. voluit Bar. in l. Celsus. ff. de vsuca. vbi dicit, ꝙ bona fides p̄sumitur, si praecedat titulus verus, vel putatiuus etiā ex causa iniusta, alle. dicta l. igitur. §. j. de lib. cau. dicit etiam ibi Bart. ꝙ bona fides praesumitur in quolibet possidente, voluit Innocen. in c. si diligenti. de praescriptio. & ibi hoc voluit glo. & glo. in c. fi. eo. ti. gl. 16. q. 3. c. licet. & de praescrip. c. sanctorum, facit c. auditis, & c. cū olim. eod. ti. Et facit, q̄d voluit Bal. in l. j. C. de seruitu. Cū ergo in casu nostro praecedat titulus, et praesumitur bona fides, & etiā praesumitur bona fides, si non precederet titulus: sequitur ergo,

ꝙ alleganti malam fidem incumbit onus probādi. probet ergo aduersarius scientiam domini Vberti, quòd illa curia erat illius capellę.¶Si mihi dicatur, amice, ipse probabit istam scientiam, ita quod si probet scientiam, dicetur ne in mala fide fuisse dominus Vbertus? Certè dico ꝙ non,& ad hoc allego doctrinam Io.An.in c.grauis.de restit.spol.vbi concludit,ꝙ denuntiatio non constituit quem in mala fide,per totum titulum.ff. quod falso tu. & l.2.C.de fruc.& lit.expen.& Do. Anton.ibi dicit, ꝙ aut quis possidet sine titulo, & tunc denuntiatio constituit eum in mala fide,aut possidet cum titulo, & cum si denuntiatio fiat a principio contractus,tunc constituit quem in mala fide.l.si fundum.C. de rei ven. Si vero ista denuntiatio fiat est postfacto:tunc non inducit malā fidē. vnde in casu non fuit denūtiatum huic dño Vberto, ꝙ illa curia spectabat ad ius dictæ
10 capellæ.Si dicatur, iste sciebat & scienti non † est denuntiatio fienda.c.eum qui certus.ff.de reg.iu. li. 6. l.j.ad fi.ff.de act.empti.cum si.ad hoc rñdeo. Primo ex doctrina tex.d.l.si fundum.& ex doctrina Bart.& aliorum ibi, ꝙ licet denuntiatio constituat quem in mala fide, tamen non impedit, quin emptor lucretur fructus percipiendos: vnde tenetur de fructibus pceptis,& non de percipiendis: qa titulus excusat a percipiēdis.Ita in proposito nostro titulus,quē habuit dominus Vbertus,excusauit a fructibus percipiendis : nam ibi dicitur, quòd si fit denuntiatio emptori a principio,constituit eum in mala fide: sed non tenetur de percipiendis,ita erit hic:quia posito, non tamen concesso, quòd dominus Vbertus sciuerit curiam spectare ad dictam capellam : tamē titulus est causa, vt lucretur fructus postea percipiēdos. Et per consequens non obstat sciētia quoad pcipiendos fructus. Et si mihi dicatur, quòd habens titulum constituitur in mala fide per scientiam rei, alienæ, vel per denuntiationem.vt dixit Bart.in d.l. Celsus.vbi dicit, quòd habens titulum constituitur in mala fide,si coram aliquibus dixit se sciuisse rem esse alienam, vel si hoc erat fama publica in vicinia.
11 & ipse † erat vinus:quia tunc præsumitur scire.cap. quanto.de pręsumpt.constituitur etiam in mala fide ex alijs indicijs, prout qualitas facti dictauerit. Et facit,quod no.Spe.in titu. de emp.& ven.§.nunc dicendum.ver.quæro,quid si tu. qa oīa ista limitantur non habere locum quoad fructus percipiēdos: quia titulus inducit lucrum fructuum percipiendorum: vt dixit glos. Bartol.& omnes citramontani in d.l.si fundum.Quinimo plus dico, ꝙ posito ꝙ dominus Vbertus sciuisset curiam illam spectare ad dictā capellam, nihilominus non nocuit sibi illa scientia quoad fructus percipiendos : ex eo quia cum dicta curia fuisset solita locari ad nouennium per Abbatem monasterij sancti Benedicti, & fuisset sæpenumero locata ad soluēdum pensionē annuam sexaginta ducatorum dicto monasterio,seu Abbati,aut commendatario dicti monasterij, & pluribus personis fuit talis locatio facta , & iam dicta capella esset vnum de membris monasterij,iuxta not. in cle.j.de rescrip.& in c.cū deputati. de iudi.& in l.sancimus. C.de sacrosan.eccle.certum est, ꝙ ista inducunt iustam credulitatem,& opinionem,ꝙ dominus Vbertus est excusatus a malafide.vnde dicebat Ang. in l.
12 ex consensu.§.fin.ff.de app. ꝙ † omnis credulitas etiā iniusta,si tamen est colorata,excusat quē a dolo.Facit gl.ibi,q̄ multi allegant pro singulari,licet sit similis in l.j.ad fi.alias.l.2.& ibi Bal.ff.si qs in ius vo. non ie.& qđ voluit idem Ange. in l.j. ff. de eo per quem fac. erit.& facit gl.solen.in l.Titio fundus.ff. de ꝯdi. & demō.vbi excusat ille,q credidit bono viro. Quāto ergo fortius excusabit ille D.Vbertus,si credidit, ꝙ Abbas,& commendatarius dicti monasterij locabant dictam curiam,& pensionem annuam,seu affictum annum percipiebant, antequam de re, quæ spectabat ad dictum monasterium,licet sciuerit illā curiam esse illius capellæ:excusatur enim iustè,si qs crediderit viro religioso,& honesto:quia nō est credendum, ꝙ falsum, aut mendacium, aut iniustum dicat aut faciat: vt singulariter voluit Hostien.in ca. finem litibus.de dolo & contu.dominus Anto.in c. postremo.de appel.per tex.in c.2.de oper.no. nunc. & per gl.in c.expedit.12.q.j.& facit tex.in l. si a bonę fidei.ff.de rei vendica. & ibi dixit Angel. se liberasse quendam Potestatem in syndicatu Bononiæ a magna pœna pp quendam,qui aufugerat de palatio,q erat homo magnæ opinionis, nec erat verisimile,ꝙ fugeret,& Potestas credidit sibi, ꝙ non recederet de palatio.Ita dicamus in casu nostro , quis esset ita temerarius,qui crederet,ꝙ tot Abbates, & etiam cōmendatarius moti fuissent sine aliquo iure, titulo, vel priuilegio ad locandum curiam dictæ capellæ, & percepissent pensionem annuam . Certè nullus esset:& ideo non est dicēdum , ꝙ dominus Vbertus fuerit in mala fide: & ideo illa scientia purgata est ex istis indicijs veris & indubitatis.Facit etiam:quia
13 isti fructus iam sunt consumpti, quo † casu non tenetur possessor bonę fidei restituere:quinimo dico, ꝙ si non essent consumpti,& possideret illos spatio triennij,esset pręscriptum,adeo ꝙ nō teneretur eos restituere:vt voluit glos.in l.sequitur.§.fructus. ff. de vsuc. quā Saly.reputat singularem in l.in fideicommissi.& in l.neque.ff.de vsu.& in l.vaccæ.ff.de euic. & Bald.in l.fi.C.de edicto diu.Adr.& in l.si causam. C.de exe.rei iudi.Facit ad hoc, quod pulchrè voluit Bal.in l.1.C.de vsur.& fruct.legato.versi.quæro,nunquid fructus peti possint post biennium,refert Bart. in d.l.sequitur. §.fructus.dicere, quòd omnes leges, quæ dicunt,ꝙ bonæ fidei possessor tenetur restituere fructus extantes, intelliguntur, nisi per trienniū possederit:quia vsucepit.de consumptis autem bona fide non est quæstio:quia eos lucratur,& nihil restituit,etiam si locupletior sit.& est ratio : quia officium iudicis mercenarium non curat fructus in rerum natura non extantes,fallit in petitione hæreditatis,vbi tenetur,quatenus factus est locupletior.ratio not.in l.item veniunt.§.fructus.ff.de peti.hæred. per Cy.in l.non est.C.fami.erciscund.Et sic Bald.declarat singulariter istum passum : quia licet iste dominus Vbertus dicatur effectus locupletior ex istis fructibus: tamen ex quo fuit bonæ fidei possessor; non tamen tenetur restituere,& licet superextarēt, tn̄ si per triennium possideret illos, non cogeretur restituere.licet ergo in instrumēto collationis capellæ sancti Sixti appareat, ꝙ Abbas mona. sancti Benedicti conferat illum prioratum sancti Sixti domino Thadeo cū omnibus iuribus,& pertinentijs suis spiritualibus & temporalibus : tamen non apparet ex dicto instrumento collationis, quòd dicta curia ecclesię sancti Sixti.;& posito quòd appareret: tamen non propter hoc tollitur bona fides eorum, quibus dicta curia locata fuit per Abbates sancti Benedicti. Et etiam quia dicitur, quòd ad beneplacitum ipsius Abbatis conferebat dictum prioratum,quo casu videtur, quòd erat beneficium manuale pendēs a dicto monasterio, de quo in clementi. quia regulares.de sup.negl.ptæla. Et sic multofortius fundata est fides eorum , qui cōducebant dictam curiam a dicto Abbate,& successoribus. Facit etiam : qa in instrumento locationis factæ Antonio de Palude est antiquissima : quia facta fuit 1414. & sic vltra quinquaginta annos, de quo per dominum Antonium in capitulo, veniens.de testibus . & per Innocent.

cent.in c.veniens.& in c.quid per nouale. de verb. signi. Quo casu maior est præsumptio bonę fidei, & maior est præsumptio, quòd spectabat ad dictũ monasterium locare curiam,& in dicto instrumento dicitur, quòd dictorum locorum inuestitura facta fuit ab Abbate, & conuentu dicti mona. Sancti Benedicti.p se & successores suos nomine dicti mona.cum affictu soluendo præfato Abbati, seu successoribus suis anno quolibet, videlicet sexaginta ducatorum, & promisit ipse Abbas cum conuentu manutenere & obseruare dictam locationem, vt in dicto instrumento dicitur. Et sic omnia prædicta inducunt iustam credulitatem, quòd dicta curia erat ipsius mona. Sancti Benedicti, nõ solùm cura & custodia, sed etiam iure, proprietate, & dominio. Facit etiam, quod in instrumento locationis factę domino Vberto clarissimè cõstat de bona fide ipsius dñi Vberti: ex eo quia in eo dicitur hoc modo. cognito primum, quod ipsa territoria, & curtes lete Paledani, & fornacis solita est per prędecessores suos dari, & affictari pro affictu infrascripto. vnde stãdum est assertioni Abbatis, & conuentus, & iam hoc cõstat ex alia inuestitura præcedẽte facta Antonio de Palude. vnde creditur instrumento, vt l.cum precibus. C.de probatio.l.quanuis.C.si quis alteri, vel sibi.vnde si Abbas & conuentus dicti monasteri Sancti Benedicti asserant, quod dicta curia, & dicta territoria solita sunt dari, & affictari per suos prædecessores, sequit, qđ dictus dominus Vbertus sciuisset ipsam curiam esse prioratus Sancti Sixti: tamen ista stant simul, quod esset S.Sixti; & tñ eius locatio spectaret ad dictum monasterium Sancti Benedicti. & iam istud apparet ex euidentia facti: quia Abbates dicti monasterij locarunt dictam curiam, & dictas terras. Apparet etiã alia locatio facta domino Carolo de Albertinis.1411. Apparent etiam aliæ locationes factæ dicto domino Vberto. Facit instrumẽtum locationis factæ domino Carolo de Gonzaga, in quo dicitur, cum omnibus suis terris, pertinẽtijs, iuribus spectantibus, & petinentibus ad dictum monasterium Sãcti Benedicti.& sic instrumẽtum dicit, quod dicta curia spectat ad dictum monasterium quo casu succedit regula, quod ĩstrumẽta antiqua, vel plura instrumenta enuntiatiua inducunt sufficientem probationem: vt plenè per Bal.in d. l. cum aliquis. C.de iure delib.& in d.l.optimam.C.de contrahen. stipu. Ex quibus resultat probatio sufficiẽs, quod locatio dictæ curię cum suo territorio spectat ad monasterium Sancti Benedicti. Et licet postea in dicto instrumento dicatur, excepta ecclesia Sancti Sixti, & terris ad eam spectantibus, quæ debent esse ad dispositionem domini Commendatarij, nec specificatur: vnde oportet illas specificare. & ideo non fuerunt specificatę: quia verisimile, est quod ignorabãtur. Et per consequens in pręcedentibus locationibus stat bona fides illius domini Vberti, cum in instrumento locationis sibi factę anno 1418. dicatur, dicta curia cum omnibus suis pertinentijs consueuit locari, & dari ad affictum per Abbatem & successores Sancti Benedicti: & quia etiam commendatarius reseruat sibi dictas terras, quæ spectant ad ecclesiam Sancti Sixti. Et sic apparet ex hoc, quòd illarũ locatio & dispositio spectauit ad Abbatem monasterij Sancti Benedicti: & quia in instrumento locationis factæ domino Vberto simpliciter fuit facta locatio, nec fuit facta aliqua exceptio Sancti Sixti, qui nimo fuit expressum, quòd curia illa cum omnibus iuribus, pertinentijs &c. fuerat solita locari per Abbates. Nec ob. cum testis quidam dicit, se audiuisse a domino Vberto, quòd volebat impetrare beneficium Sancti Sixti pro domino Antonio: quia non propter hoc necessariò ,pbat, quòd dominus Vbertus sciebat Sancti Sixti habere terras, aut dictam curiam, argu.l.non ad hoc.C.vnde cogna. l. neque natales.& l.non epistolis. C.de proba. cum si. Nec etiã alius testis, qui est dominus protonotarius, probat, dum dicit, quòd quidam monacus institit apud eũ, vt locaret dictam ecclesiã Sãcti Sixti domino Vberto: quia non probat necessariò: ergo dominus Vbertus hoc sciuit. debet enim testis clarè probare, & necessariò concludere. Vnde non sequitur, ego insto, vt ꝓferatur bñficiũ amico meo: ergo sequit, ꝙ amicus meus hoc sciuit, vel hoc mihi mandauit: certè nõ seqtur. & iõ dicimus, ꝙ sine mãdato quis potest

14 impetrare beneficium pro alio, seu ꝓ amico: † vt est glo. elegans in c.ad aures.de rescript.& ibi dominus & consiculus meus Abbas dicit de hoc esse duas gl. solitarias ĩ iure, videlicet ĩ dicto ca.ad aures.& ĩ c.qa nonnulli.de rescri. Mõ ista stãt simul, ꝙ ille monacus institerit, vt dominus protonotarius locaret ecclesiam sancti Sixti dicto domino Vberto, & tamen dominus Vbertus hoc ignorabat. Et per consequẽs nullo modo est probata scientia domini Vberti, & sic non fuit in mala fide: ergo rectè & iustè percepit fructus dictarum terrarum sibi locatarũ. Apparet ergo ex prædictis manifesta & verissima conclusio, quòd dictus dominus Vbertus ex dispositione iuris cõmunis potuit lucrari fructus, & percipere fructus maxime cum ex causa onerosa illos percipit, soluendo annuam pensionem. ¶ Restat nũc videre: quia in bulla dicitur, quòd Benedictus de Strocijs natus quondam domini Vberti consignet omnes fructus perceptos, & qui percipi potuerint, dicto domino Antonio, vel eius procuratori. vtrũ stante dicta bulla teneatur dictus Benedictus ad restitutionem fructuum, quos percepit, & percipi potuerunt, non obstante dispositione iuris communis, erit hoc accurate inuestigandum: quia super hoc pendet tota difficultas huius quæstionis. Et iudicio meo ista bulla nullo modo obstat huic Benedicto, qđ ostendo ad

15 oculũ. Ad illum † casum adaptatur dispositio legis, ad quem adaptantur verba ipsius legis.l. quod constitutum.ff.de testamen.mili.l.4.§.toties.ff.de dam. infect.l.ita autem.ff.de admini.tuto.l.hos accusare. §.omnibus.ff.de accusa.l.j.§.loquitur.ff.de magi.cõue.cap.ex parte Astensis.de concess.præb.c. indemnitatibus.§.sed cũ eas.de elec.libr.6. Sed verba istius bullæ adaptãtur ad eum, qui eum fuit in mala fide, & cum mala fide percepit fructus: ergo sequitur, ꝙ dispositio dictæ bullæ adaptabitur ad dictum dominum Vbertum iam defunctum, quatenus fuit malæ fidei possessor: sed superius oñsum fuit, nõ fuisse malæ fidei possessorem, & etiam fuit oñsum, ꝙ titulus excusat a perceptione fructuum, vt voluit gloss. in dicta l.si fundum.de rei vendic. licet non sit probatum de scientia domini Vberti, vt demonstraui aperte distinctè in præcedẽti dubio, sequitur, quòd dicta bulla non obstat huic Benedicto. Restat probare istam minorem, quam in aperto demõstro ex pluribus. dicitur in dicta bulla, consignasse debeant fructus perceptos, & qui percipi potuerunt &c. quæ verba formaliter adaptantur ad malę fidei possessorem. Et si opponatur, quod imo in dicta lege, si fundum.de rei vend. dicitur, vel alio modo malam fidẽ contraxit: quia probat, quòd sciens rem ad aliũ spectare, tenetur de fructibus perceptis: quia ad hoc respondeo. Primò falsum est dicere, quòd dominus Vbertus hoc sciuerit: vt est superius dictum, imo ne sciuit.& istud est verisimilius ex eo: quia causa iusta credendi contrarium se offert ad ostiũ: quia illa curia consueuerat locari per Abbates, &c. vt superius est ostensum: ideo hoc est probãdum, quod probatum

tum

tum non est, ꝙ dictus Vbertus hoc sciuerit. hoc decidit text. d. l. si fundum. in versic. quos eum mala fide percepisse fuerit probatum &c. sic incumbit onus ꝓbandi aduersario, & ex hoc capite non obstat. d. l. si fundum. Secundò respondeo aliter. d. l. si fundum. equiparat per denuntiationem admonentibus, & in versic. vel alio modo scientiam rei alienę per denuntiationem, vel alio quouis, modo: & gloss. ibi in ver. percepisse. dicit, de percipiendis enim non tenetur. vt ille tex. innuit, cum dicit percepisse: quia titulus excusat. Modò in ꝓposito nostro sunt plura, quę excusant, videlicet titulus locationis, verba apposita in instrumento, dum dicunt, quòd fuit solita locari & dari ad affictum per Abbates dicti loci: item alię locationes similes: item quòd in instrumento locationis factę domino Carolo dicitur, curia cum territorio, pertinentijs &c. spectantibus ad monasterium Sancti Benedicti. Ista omnia coniūcta insimul operantur magnum effectum bonę fidei, iuxta nota. per Bart. in l. j. §. item cornelio. ff. de quæstio. & ꝑ gloss. in l. 2. ff. de excu. tu. & in c. accedens. vt lit. non conte. Et ideo indubitata est conclusio, quòd dominus Vbertus erat in bona fide. Et etiā posito, ꝙ sciuisset, illam curiam spectare ad ecclesiam sancti Sixti, nihilominus est excusatus a percipiendis. Item illa scientia non inducit malam fidem concurrentibus locationibus & alijs, vt superius dixi. Modo probo illam minorem, ꝙ Papa sentiat in bulla sua de malę fidei possessore, & antę omnia allego ad corroborandum, ꝙ purgata fuit prusumpta mala fides domini Vberti, si quam habuisset, licet in veritate nullam per elegans & singulare dictum Bartol. in l.
16 fi. C. vnde vi. vbi dixit per illū tex. ꝙ † mala fides purgatur spatio 30. annorum, quod in hac consultatione est dictum mirabile, & allego etiam stupendum dictum Innoc. ad propositum accommodatissimū in c. 2. de in integ. restitu. vbi dicit, ꝙ si quis dicat, ius eligendi spectare ad se, succumbit: qa habet ius cōmune contra se, & sic præsumitur esse in mala fide, nisi per diuturnitatem temporis, vel alias verisimiles rationes illud probaret: quia tunc non succumberet: quia diuturnitas temporis purgat illud vitiū contra ius commune, de quo dicto exclamauit D. Abb. in c. si diligenti. de præscrip. & in c. consultationibus. de iure pat. & in dictis duobus locis idē fecit dñs Anto. quod dictū est ad propositū accommodatissimum. Cū ergo ille D. Vbertus tenuerit dictam curiam, & terras prædictas spatio 30. annorum, stātibus etiam supradictis alijs locationibus factis per Abbates dicti monasterij, & etiam stantibus verbis ipsius instrumenti, de quibus supra, purgata est omnis sinistra suspicio malę fidei. Et per consequēs dominus Vbertus non fuit in mala fide: licet in processu non apparet de scientia, & per ꝯñs fuit bonę fidei possessor. Modo adduco in indiuiduo text. in l. domum, C. de rei vendi. in versi. cum pēsionibus, quas ꝑcepit, aut ꝑcipere poterat & in ver. malę fidei, &c. & facit l. si nauis. ff. rei ven. & tex. in c. grauis. in vers. vt non tātum fructus perceptos, sed quos si eis possidere licitū fuisset, possessores veteres percepissent &c. & gloss. alleg. capit. conquerente. eod. titu. & c. cum causam. de officio delega. 12. quæst. 2. cap. non liceat. cum si. Cum ergo clarum ergo sit, ꝙ illa verba, ꝙ restituat fructus, quos percepit, & percipi potuerunt, adaptentur ad malę fidei possessorem, sequtur, ꝙ Papa ita sentit, ꝙ ita cōpellat ille Benedictus ad restituendum, si pater eius fuit malę fidei posses-
17 sor. verba † enim aperiunt mētem proferentis sunt enim signa earum, quæ sunt in animo passionū note: vt voluit philosophus, & l. Labeo. §. idē Tubero. ff. de sup. lega. & illud est præsumendum Papam voluisse, quod verbis expressit. l. ille aut ille. §. cū in verbis. & l. non aliter. ff. de leg. 3. quinimo est plus ponderandum circa illa verba, dum dicunt, quos percepit, & percipi potuerunt &c. quia in quātum dicūt, percipi potuerunt, est dubium, an referantur ad illū dominum Vbertum, vt teneatur de his, quos ipse ꝑcipere potuit, an intelligatur de his, quos potuisset percipere ille, qui fuit prior dictę ecclesię sancti Sixti. iuxta not. ꝑ omnes in d. l. domum. & in d. l. si nauis. videtur, quod referantur ad priorem: ex eo quia sunt impersonaliter prolata. & in dubio debet fieri interpretatio contra impetrantem, sicut pactum interpretatur contra paciscentē, contractus cōtra cōtrahentem, statutum contra condentem: vt l. veteribus. ff. de pactis. l. quicquid astringendę. ff. de verb. oblig. c. contra eum. de reg. iur. lib. 6. capitu. cum dilectus. de consuetud. l. si quando. C. de inofficio. testi. cum similibus. Ideo talia verba debent interpretari contra ipsum impetrantem: quia in dicta bulla dicit tuis supplicationibus inclinati, & sic ad preces
18 supplicantis emanauit, quo casu talia verba † nō solùm comprehēdūt malę fidei possessorē, sed etiam cōprehendunt violentum possessorem, ita formaliter decidit tex. in dicto c. grauis. in ver. violento possessore. & in ver. quos scilicet veteres possessores percepissent. Et sic ex illis verbis liquido constat, ꝙ de violento occupatore & possessore sensit Romanus Pōtifex, & sic de possessore malę fidei. Sed dominus Vbertus non fuit violētus possessor, nec occupator, nec malæ fidei: vt est dictum. ergo cum verba bullæ non adaptentur ad casum nostrum, non adaptabit eius dispositio. Et sic sumus extra casum bullę. Et sic ex isto capite redditur ista bulla surreptitia. Præterea facit melior tex. qui sit in corpore iuris, in capitu. postulasti. de rescript. in versic. de leui non scribimus. vbi probatur, ꝙ surreptitio vitiat gratiam, nedum quando subreptio fuit causa finalis inductiua, sed etiam si fuit causa impulsiua: vt quia princeps alias concessisset cessante surreptione: sed nō ita facile, & de leui. vnde subreptio fuit causa impellens. & sic est ibi dare casum singularem, in quo cessante causa īpulsiua, cessat effectus, & corruit gratia. Modo in ꝓposito sumus in materia gratiosa, & ista subreptio non solum fuit causa impulsiua, sed etiā fuit causa finalis & introductiua gratiæ: quia cum asseruit, & narrauit principi, ꝙ erat malæ fidei possessor, & reuera est falsum, vt superius est ostensum: ergo. Facit, quod pulcrè voluit Bald. in commento. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pu. vbi dixit, cōmunitas villæ sancti Martini impetrat contra quēdam, tanquam contra incolam vt compellatur ad onera & collectas, quòd cōperto ꝙ non est incola, pronuntiabitur ꝯ rescriptum, & tradit ibi regulā gñalē, ꝙ
19 † qñcunq; alicubi est mendacium in eo, qđ est inductiuū gratię, vel ꝯcessiuū defensionis, vel dispositiuū alicuius ordinis opposita & ꝓbata exceptione mendacij excludit īpetrās ab omni cōmodo rescriptis īpetrati. Ita dicamus in proposito, quod cū iste supplicās falsum narrauerit Papę, sequitur, ꝙ talis gratia est nullius effectus. Præterea in dicta bulla dicit, quidam Vbertus miles florentinus trahēs moram Mantuę predictam ecclesiā, quæ a monasterio sancti Benedicti dependet, vacantem per liberam resignationem Amadei monaci sponte factam occupauit, & longo tempore illam detinuit indebitè occupatam, fructus ex ea saltem nullo canonico suffragante titulo percipiens, licet de facto, quorum quidem fructuum partem superextātem dilectus filius Benedictus de Strocijs, tanquam vniuersalis heres ipsius Vberti, & in vitium succedens, occuparat, eamq; detinet indebitè occupatam in graue ipsius

Bene-

Benedicti,& dicti eius patris animarum periculum, atque non modicum ipsius Antonij detrimentum: cum fructus ecclesiarum, aut beneficiorum his, qui in beneficijs succedunt, peruenire debeant. Postea dr̃ in dicta bulla, nos igitur volentes quãtum in nobis est, aduersus occupatores huiusmodi præfato Antonio tali remedio prouidere, per quod ipse, ꝙ suum est consequatur, & vt illorum compescatur temeritas, & alijs tollatur audacia similia committendi, ipsius Antonij supplicationibus ĩclinati &c. Ista sunt formalia verba bullę. Modo est aperienda via ferro, ꝙ vltima prædicta hæc gratia redditur surreptitia euidenter: & pondero primò, ꝙ huiusmodi gratia non emanauit motu proprio Papæ, sed emanauit ad postulationem Antonij supplicantis, quo casu non præsumitur iusta causa motus princeps ad sic concedendum: quia, vt pulchrè dixit Innocent. in capitu. quę in ecclesiarum. de constit. in

20 principe † præsumitur, ꝙ iusta causa motus fecerit: tamen illud est verum, quando legem generalem condit, vel motu proprio rescribit: secus si ad postulationem partis rescribat: quia tunc non præsumitur, ꝙ iusta causa motus rescripserit. ita dixit ibi Do. Anton. qui ad hoc allegat Cynum. in l. fina. C. si cõtra ius vel vtil. pu. & in l. diuersa. C. de diuers. rescri. ita etiam refert & sequitur Lu. Roma. in rep. l. si verò. §. de viro. ff. solu. mat. facit, ꝙ habetur in l. j. C. de peti. bo. subla. libr. 10. Apparet ergo ex hoc, ꝙ non ex iusta causa fuerit motus Romanus Pontifex ad huiusmodi gratiam faciendam, nisi eatenus, quatenus preces principi oblatę contineãt veritatem, capitul. super literis. de rescriptis. l. & si legibus. in ver. mendax. precator attulerit, careat penitus impetratis &c. & l. & si non cognitio. in ver. de veritate precum inquiri oportet. C. si contra ius vel vtil. pu. & tex. in c. sedes apostolica. in versi. tanquam mendax precator careat impetratis. de rescript. & in d. c. super literis. dicitur, si talis expressa si falsitas, vel veritas occultata, nos prorsus nullas literas dedissemus, de precum qualitate cognoscat &c. Ex quibus iuribus liquido apparet, probandas & iustificãdas esse ꝓces narratas, & porrectas principi. Modo, ꝙ falsę causæ fuerint allegatę principi manifestè deduco, dr̃ in bulla prędicta, ecclesiam occupauit. & in ver. aduersus occupatores huiusmodi, & in ver. longo tempo-

21 re occupatam &c. licet istud verbum † occupare, sæpenumero capiatur in bonam partem: vt in cap. si duo. de procur. lib. 6. de consecra. di. 5. c. nunquam. c. non iniustè. de proc. 7. q. j. c. factus est Cornelius. tamen propriè capitur in malam partem. & ita propriè capitur in ista bulla, dum dicit, indebitè. vnde narrauit Papæ supplicans, ꝙ indebite occupauit, & detinuit. & facit tex. in c. quia sępe. de elec. li. 6. & in c. præteritę. eod. titul. in antiquis. & in c. generali. de elec. lib 6. in ver. occupare. &c. & gloss. ibi magna. & facit tex. in d. l. si fundum ab aduersa parte iniuria occupatum esse ostenderis. C. de rei ven. vbi est tex. formalis pro ista bulla. Modo istud est penitus falsum asserere in hoc casu: ex eo quia illa curia cum dictis terris non fuit indebitè occupata per D. Vbertum: quia cũ solita fuisset locari ad emphyteusim per Abbatem, & commendatarium dici monasterij sancti Benedicti, & ita ipse dominus Vbertus habuit titulo locationis, & inuestiturę ab Abbate, & capitulo seu conuentu ipsius monasterij, sequitur, ꝙ eam non occupauit indebitè: cum est titulus verus: & etiam tollit omnem sinistram suspicionem, vt superius fuit ostensum. & ex inuestitura facta tãto tempore est quęsitum ius ipsi monasterio sancti Benedicti super dicta curia, & dictis terris, ar. cap. de quarta. de præscrip. & ideo dixit gloss. i d. l. si fundũ. C. de rei vend. ꝙ titulus excusat a percipiendis. Et ꝑ consequens habito titulo quis non dicetur occupator indebitus. & ideo dicebat tex. in d. l. igitur. §. potest. ff. de lib. causa. potest esse seruus sine dolo, puta si ex testamento accepit libertatem, quod nullius momenti esse ignorat. & generaliter quoties quis iustis rationibus ductus, vel iniustis sine calliditate, ideo possessoris commodo fruatur: vbi videtur casus in indiuiduo, ꝙ si quis mouetur rationibus iniustis, si est sine dolo, fruitur commodo possessoris, & sic fruitur fructibus, & lucratur fructus. Et per cõsequens non dr̃, occupator indebitus. Cum ergo in casu nostro dominus Vbertus motus fuerit iustis de causis ad recipiendum ad affictum dictam curiam cum suis terris, sequitur, ꝙ lucratur fructus iã perceptos: ista sunt necessaria lucratur fructus, ergo est bonę fidei possessor, ductus rationibus iustis, aut iniustis, si est sine dolo: ergo sequitur, ꝙ falso modo supplicans narrauit Papę: ergo carere debet impetratis: iõ si Papę fuisset narratũ, ꝙ titulo locationis ab Abbate solito illam locare, & inuestire dominus Vbertus illam curiã habuit, nullo modo ita cõces-

22 sisset, nec ita rescripsisset: non † enim est mens principis velle tollere ius alteri. l. cum auus. C. de eman. lib. c. quanuis. de rescrip. lib. 6. l. 2. §. meritò, & §. si qs a principe. ff. ne quid in loco publico. & ideo dicebat Bal. in l. j. ff. de consti. prin. ꝙ nullam iniuriam facimus principi, si eum reputamus bonum & ęquũ: quinimo maiestas eius per ista duo nomina conseruatur in esse. l. ex facto. ff. de vul. & pupi. vnde omnia mandata & rescripta principum debent intelligi salua iustitia, & si quis donat, vel confirmat, intelligitur saluo iure alterius: vt l. meminerint. C. vnde vi. & in c. j. in titu. de noua for. fide. dixit idem Bald. ꝙ quicquid princeps facit, præsumitur vt deus facere. allegat, quod habetur in authenti. de hære. & falci. in principio. & facit tex. in c. ad hæc. de rescript. vbi non est præsumẽdum, ꝙ aliquid iniustum emanauerit de cancellaria Papæ. facit. c. si quando. eod. titu. & ideo Papa in huiusmodi rescripto non videtur voluisse præiudicare iuri ipsius domini Vberti, qui ex titulo acquisiuit dictos fructus, cum fuerit bonæ fidei possessor. Facit etiam, & in hoc diligenter aduertat D. iudicans: quia in dicto rescripto narratur hoc modo. Vbertus miles ecclesiam vacantẽ occupauit. vnde hoc nullo modo est deductum in probationibus: vt ex processu apparet, ꝙ dominus Vbertus ecclesiam sancti Sixti occupauerit, vnde fuit ista causa finalis inductiua Papæ, ꝙ laicus occuparet ecclesiam vacantem, vt ita rescriberet contra dictum Benedictum: sed hoc non potest apparare, ꝙ ecclesiam occupauerit, sed duntaxat locata fuit dicto Vberto curia præfata cum terris & pertinentijs suis: sed ꝙ ecclesiam ocupauerit, est pęnitus falsum. ergo &c. Et quod hoc sit verum apparet; quia si fiat discursus per instrumenta locationum, apparet, ꝙ curia letepaledani cum terris & territorijs ad dictam curiam spectantibus fuit locata. vnde in primo instrumento dicitur, ꝙ inuestiuit Antoniũ de terris, territorijs &c. pertinentibus ad curiam letepaledani, & in instrumenti inuestituræ factę domino Vberto dicitur, ꝙ eum Abbas, & conuentus inuestitiuit de vniuersa curte letepaledani &c. & sic nulla est facta mentio de ecclesia. vnde impetrans videtur fuisse mentitus in auditorio Papę, quod esse non debet: vt in c. ex parte decani. de rescript. & est quoddam horrendum & detestatione dignum dicere, ꝙ laicus occupauit ecclesiam indebitè. & iõ nõ est mirum, si Papa ita rescripserit, ex quo in precibus narratum fuerat, ꝙ ille dominus Vbertus indebitè occupauerat ecclesiam, & per cõsequens sequitur

quitur ex istis, quòd cũ asseruerit falsum iste impetrans, talis asserta falsitas in totum vitiat huiusmodi bullam etiam quoad capitula separata. ita probatur in c. sedes Apostolica. de rescript. quod licet surreptio in vno articulo non vitiet alium articulum, in quo non est facta subreptio: vt est tex. singularis in c. si eo tempore. de rescrip. lib. 6. & not. in c. constitutus. de rescriptis: procedit, quando surreptio consistit in tacendo verum, sed non procedit, quando cõsistit in asserendo falsum: qa tunc suggestio falsi expressi vitiat rescriptum in totum etiam quoad capitula separata. ita habetur in d. c. sedes Apostolica. & et vbicunque causa inductiua totius rescripti fuit taciturnitas veri, in totum gratia, vel rescriptum vitiatur. ita habet in d. c. super literis. ita omnes scribunt in d. c. sedes. & in d. c. super literis. & in d. c. constitutus. Et facit in simili singulare dictum Bald. in c. ad audientiam. §. j. de rescriptis. vbi dixit, quòd si in re-
23 scripto † Apostolico sunt multa capitula separata, & in vno ex illis capitulis est euidens peccatum cõstructionis, seu latinitatis, vitiatur in totum rescriptum etiã quoad capitula separata. & ad hoc subtiliter ponderat illum textum in ver. nullam fidem volumus adhibere, alle. etiam, quod habetur. 9. dist. capit. si ad sacra. & ca. pura & simplex. Ita & fortius est dicendum in casu nostro, in quo fuit asserta falsitas principi: & ideo rescriptum corruit in totũ. Et sic quoad factum Benedicti filij dicti domini Vberti. facit, quod habetur in c. fraternitatis. de hæreticis: ergo &c. Facit etiam: quia in dicto rescripto dicitur, fructus ex ea. ecce nunc, quod vno inconuenienti dato, sequitur aliud: vt l. ratas. C. de rescin. vend. & voluit Aristoteles in primo physicorum, in princ. asseruit primò, quòd indebitè occupauit ecclesiã, nũc asserit, quòd ex ecclesia pcepit fructus, quod falsum est & reprehensione dignum, cum dictus dominus Vbertus fructus percepit ex territorijs, & terris spectãtibus ad curiam letepaledani solitam locari per Abbates mona. sancti Benedicti, sibi locatã ab Abbate dicti monasterij. ergo non occupauit ecclesiã, nec ex ecclesia illa percepit fructus: qnimo illa verba, occupauit ecclesiam, inferunt, quòd propria auctoritate accepit possessionem: vt in simili dicimus de hoc verbo præsumo. quia tunc dicitur aliqs præsumere, quando id facit propria auctoritate, quod debet facere auctoritate superioris. ita est tex. in ca. decernimus. in ver. præsumat. de iudicijs. ita ibi colligit post alios D. Abb. in c. cum laici. de iure patro. c. 2. de solut. ca. j. & c. monasteria. de vita & honest. cler. c. fi. de ele. c. omnis. §. caueant. de pœni. & remis. c. j. ne prela. vi. suas. Et sic multifariè apparet de falsa suggestione narrata principi rescribẽti, & p cõsequens sequitur, ꝙ tale rescriptũ est nullius momenti. Preterea dicitur in dicto rescripto, nullo saltẽ canonico titulo habito, vel saltem sine canonico titu. apparet, ꝙ sibi cõtradicit iste impetrãs ex eo; qa primò dixit, ꝙ indebitè occupauit, & sic propria temeritate & sine titulo aliquo. Postea dixit, ꝙ ad minus nõ habuit canonicũ titulum: vnde exprimit, ꝙ titulũ habuit, quo casu nõ dicit occupare: qa titulus ẽt iniustus excusat, & causat pscriptionẽ, vt voluit Bar. in d. l. Celsus. ff. de vsucap. & text. in d. l. igitur. §. potest. ff. de liber. causa. cum si. ergo tanquam sibi contrarius non est audiendus. l. j. C. de fur. §. quod sepe. in authent. de triẽ. & semis. c. solicitudinem. de app. cũ sim. Præterea dicit ĩ dicto rescripto, licet de facto vnde expressit, ꝙ de facto occupauit ecclesiã, q̃ verba in casu nostro sunt detestatione digna: quia in casu nr̃o importãt, ꝙ armata manu occupauit ecclesiã, & fructus ex ea percepit. & ideo Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in ver. videbitur. quem referunt & sequuntur moderni in repe. rubri. ff. de arbi. dixit, quod importãt illa verba, de facto, armata manu. & idẽ voluit in cõsilio 118. licet verba de facto ꝓlata in alia materia, puta in venditione aliud importent, vt plenè per Bar. in l. stipulatio ista. ff. de verborum ob. & in l. j. ff. de euict. & plenissimè per Bal. in l. expulsos. C. de act. emp. & sic apparet de multiplici suggestione falsitatis. Præterea dicitur in rescripto, quorum quidem fructuum partem superextantem dilectus filius Benedictus præfati Vberti natus, occupauerat & c. est ponderandum, quòd etiam in hoc non videtur verum dicere, quia si per triginta annos ille D. Vbertus tenuit, & possedit dictas terras, & postea decessit superstite dicto domino Benedicto eius filio, non est verisimile; ꝙ pars illorum fructuum superextaret: quia redditus illarum terrarũ sunt panis, vinum, & similia, quę vsu cõsumuntur, quo casu dicuntur de his, quę seruando seruari nõ possunt: vt voluit glo. in l. j. C. si aduer. vsucap. & in l. diuortio. §. interdum. ff. solu. mat. vnde dicuntur durare triennio: vt ibi voluit gl. iõ; si quis dicat eos extare post istud tempus, sibi incumbit onus probandi: vt l. neque natales. C. de proba. econtra autem si esset res, quæ seruando seruatur, incumbit onus probandi, illam fore consumptam asserenti illam fore consumptam, & de hoc est glo. singularis in l. creditor. §. si inter. in verbo, negetur consumptũ. ff. mandati, arg. l. si qs pro redẽptione. C. de dona. Modò in ꝓposito nostro appellatione partis cõtinetur dimidia, vt l. nomẽ filiorum. §. portionis verbo. ff. de ver. sig. secus si apponeretur verbum restrictiuum, puta verbum aliqua: quia tunc importaret minus dimidia: vt est gl. singularis ſm oẽs in cle. j. de foro cõpe. & l. si vnquam, in versic. aliquam partem. & ibi no. Bald. C. de reuo. do. & idem Bal. in l. si cũ vel in vtero. C. de testa. mili. & facit. c. j. §. cum autem. de controuer. inuesti. & l. etiam. ff. de vsufru. & l. si quis argẽtũ. §. sed & si quis. C. de donati. & c. primo, in principio. de prohi. alie. feud. per Fede. & l. si fundum. §. quod ait. ff. de leg. cõmi. Cum ergo hic dixit, partẽ fructuum extare, non restringẽdo illud verbum apponendo dictionem aliquam, aut simile, sequitur necessariò, ꝙ non est verisimile, ꝙ dimidia pars fructuum perceptorum per illum D. Vbertũ extet penes dominum Benedictum filium eius: cũ ille Vbertus per 30. annos percepit fructus dictarum terrarũ. Apparet ergo, quòd ex hoc capite reddit rescriptũ surreptitium, & nullum: & dicto impetranti incũbit onus probandi, cum asserat id, contra quod ius præsumit per gloss. præfatas. Præterea in dicto rescripto dicitur, vniuersalis hæres, & in vitium succedẽs. ecce etiam in alio est subreptio falsitatis expressę: superius fuit ostensum qualiter. Do. Vbertus fuit bonę fidei possessor: & vitiosè non tenuit, nec possedit dictas terras, nec etiam fructus mala fide percepit, seqtur necessariò, ꝙ dictus D. Benedictus succedens. D. Vberto non successit in vitium. vnde licet Barto. in l. ex diuerso. in princ. in verbis finalibus. ff. de rei vend. dicat, ꝙ si defunctus fuit malę fidei, etiam hæres dicitur esse in mala fide, & sibi nocet: vt not. in l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. prescript. & per glo. in l. si ego. §. partus. ff. de publi. & qđ no. D. Ant. in c. si diligenti. de præscrip. & in c. quia V. de iudi. & Io. de Imo. in c. fi. de præscrip. Bal. in l. 2. C. de vsucap. pro hæred. & in authen. ad hæc. C. de vsur. in ver. qđ dicemus de hærede. Ang. in d. l. si ego. §. partus. & in l. eum qui. §. in hac. ff. de publicia. Tamen Dy. in ca.
24 2. de reg. iu. li. 6. dixit, ꝙ † de ęquitate canonica mala fides, defuncti non transit in hæredem habẽtem bonam fidem. Vnde circa hanc assertionem, quam fecit impetrans, concurrunt duo. Primò: quia falsum

sum dixit, ꝙ D. Vbertus habuit vitiosum ingressum, & ꝙ fuit in mala fide: vt superius est ōnsum. Aliud est, q̃a posita, non tñ cōcesso, ꝙ D. Vbertus fuisset in mala fide, non tñ illa mala fide transiuit in dñm Bñdictum vniuersalem successorem de ęquitate canonica. Et cum ista verba fuerint directa Papę, referuntur ad ius canonicum, iuxta illud elegans dictū Bar. in l. si quando. C. de inofficio. testamen. vb dixit, ꝙ si Papa concedit monaco potestatem testandi, intelligitur secundum dispositionem iuris canonici, & non iuris ciuilis. idem Bal. in l. si nondum. C. de fur. dixit, ꝙ si statutum laicorum loqtur sacrilegio, intelligitur secundū dispositionē iuris ciuilis: secus si esset constitutio ecclesiastica; quia tunc comprehenderet sacrilegium, prout disponit ius canonicum. & idem Bal. in l. j. C. de ces. bo. dixit, ꝙ in terris imperij

25 † concordabit statutum cum iure ciuili: in terris verò ecclesię cōcordabit statutū cū in iure canonico. & facit, ꝙ pulchrè dixit D. Ant. in c. ex literis de constitu. ꝙ literę, quæ emanant a Papa, recipiunt interpretationem a iure canonico, & a stylo curię Romanę. Ita dicamus in casu nr̃o; cum illa verba precum sint prolata a clerico, & narrata Papę, debēt recipere interpretationem secundum ęquitatem canonicam, secundum quam liquidò apparet, ꝙ falsitatē expressit impetrans. Et eodē modo ēt falsum est, cū dixit in dicta supplicatione, in graue periculū animarū ipsorū. s. dñi Vberti, & D. Benedicti: q̃a nec dominus Vbertus, nec D. Benedictus fuerunt malę fidei possessores. nec dictus D. Benedictus cum mala fide detinet partem fructuum superextātium: vt in rescripto narratur. Præterea dicitur in dicto rescripto, ꝙ indēnitati suę prouidemus: quia in hoc etiā

26 est subreptio: ex eo quia † damnum est diminutio patrimonij. vt l. damnum. ff. de damno infec. & glo. i c. si canonici. de of. or. li. 6. & iste tracta. de lucro captando, & non de damno euitando. & ideo dicebat Io. An. in c. fi. de ele. li. 6. ꝙ vbicūq; plus tractat de lucro captādo, ꝯstitutio annullās actū nō dicit pęnalis: sed si tractat de dāno euitando, bene dicit pęnalis cōstitutio annullatiua actus, refert & sequit Bal. in l. nemo martyres. C. de sacrosan. ec. & iō nō propter hoc dicit ꝓuideri suę idēnitati, & ex hoc ēt redditur surreptitia. Præterea dicitur in rescripto, nos igit volentes aduersus occupatores huiusmodi, &c. vnde referendo ista verba ad preces, inferunt, ꝙ dñs Benedictus fuit occupator, ꝙ est falsum, vt superius est ostensum. Præterea facit etiam: quia in dicto rescripto in finalibus verbis, dicitur, fructus malè ꝑceptos, & sic Papa ideo mandat dictos ftuctus restitui per D. Benedictum: quia malè fuerunt percepti. Sed veritas est in contrarium: quia malè non fuerunt percepti, imo cum titulo, vt superius fuit ostensum: ergo de mente Papæ fuit non esse restituēdos, si cum titulo percepti fuerunt: & maximè in casu isto, in quo dominus Vbertus habuit titulum ex cā onerosa: quia ad soluendam pensionem sexaginta ducatorum se obligauit: & ideo cum talis res, seu curia fuerit solita locari per Abbates dicti monasterij, debuit ille impetrans facere expressam mentio-

27 nem: quia illud, quod est † consuetudinarium, non est arbitrarium, dixit Bald. in l. quicunque. C. de seruis fug. & illud, quod fieri cōsueuit, habetur pro expresso; vt pulchre dixit Bald. in l. j. C. de fruct. & lit. expen. per l. quòd si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edicto. & etiam facit, quod pulchre dixit Bald. in capitulo primo, qui feu. da. possunt. vbi quærit, quantum tempus requiritur, vt res ecclesiæ dicatur solita infeudari. & dicit 30. anno. si est vtilis ecclesiæ talis infeudatio. Modo in ꝓposito talis locatio est vtilis ecclesiæ: ex eo quia percipit pensionem annuam 60. ducatorum: cum ergo per tempora longissima apparet, ꝙ Abbates sancti Benedicti locarunt d. curiam, sequitur, ꝙ acquisiuerunt ius locandi, & per consequens debuit fieri mentio de iure illius monasterij. facit c. ex literis. de do. & cōtu. Facit etiam: quia in ipso instrumento locationis dicitur, quòd etiam concurrunt benemerita, quæ monasterium recepit, & in futurū sperat consequi a dicto D. Vberto. Et si dicatur, ꝙ in actu prohibito nō statur assertioni meritorum: sed debent bene merita probari: vt dixit glo. in l. si donatione. C. de colla. text. melior de iure ſm Ange. in l. etiam. §. ex præterito. ff. de manu. vindi. gl. in l. qui testm̃. ff. de proba. Bar. in l. si forte. ff. de castren. pecu. & in l. j. C. de mendi. vali. li. 11. & in l. per diuersas. C. man. & in l. j. C. ne liceat potē. Gul. de monte Lau. in cle. j. de rebus eccle. non alie. Ad hoc respondeo, ꝙ nos non sumus in actu prohibito: quia ista non est alienatio: quia facta fuit locatio vsque ad nouem annos, quo casu non transfertur dominium: vt in clementi. j. de rebus eccle. non alie. & in l. j. §. qui in perpetuū. cum l. se. ff. si ager vectig. & in cap. nulli. & c. ad audientiam. de rebus eccle. non alie. & etiam quia cōsueuerat monasteriū locare vsque ad nouem annos dictam curiam. ideo non erat actus prohibitus: & etiam quia concurrit onus soluendæ pensionis sexaginta ducatorum: & sic cū non simus in actu prohibito, stabimus assertioni illius Abbatis, & conuentus, & per ꝯns ex parte D. Vberti cōcurrunt duo onera: valet onus soluēdæ pensionis, & seruitia impensa monasterio, quo casu ille, qui accipit præmiū, dr̃ capere debitum. iō dicebat Bal. in l. sed si lege. § consuluit. ff. de peti. hære. ꝙ donatio remuneratoria dr̃ esse quędā permutatio, & gl. in l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. vult, ꝙ donatio remuneratoria nō indigeat insinuatione, & tex. in l. si pr̃. §. j. eo. ti. vult, ꝙ licet donatio reuocetur ꝑꝑ ingratitudinē: vt in c. fi. de donatio. l. his solis. C. de reuo. do. tñ donatio remuneratoria non reuocatur per ingratitudinē sequentem. & ideo dixit Bald. in l. si vnq̃. C. de reuo. donatio. ꝙ illa. l. limitat, vt ꝑ natiuitatē futurā filiorū non reuocet donatio remuneratoria: & iō cum iste D. Vbertus tractet de onere, & dāno: q̃a recepit ad pēsionē: & q̃a seruiuit monasterio: vt Abbas & cōuentus monasterij asserunt in dicto instr̃o, debuit fieri mentio in supplicatione: q̃a Papa non rescripsisset ita, vt iā rescripsit, si sciuisset seriē rei. Facit ad hoc tex. aureus in c. super eo. in ver. si literas a nobis obtinuerit, q̃ facti seriem non contineant, nolumus illas sibi ꝓdesse. de cohabi. mu. & cleri. vbi vr̃ casus formalis pro ista q. q̃a cū tale rescriptū non contineat facti seriē: vt superius fuit ōnsum, ergo sequitur, ꝙ non ꝓdest dicto impetranti. Facit ēt, qđ pulchrè voluit Bal. in c. cū oēs. de constitutio. ver. vel cōsuetudo. Modo in ꝓposito cōcurrit, ꝙ Abbates consueuerunt illā curiā locare, vt est dictū: ergo licitè & iustè lucratus est fructus Do. Vbertus. Et ex istis ꝯcludo, ꝙ magnificus vir dñs Bñdictus de Strocijs nō tenet ad restitutionē fructuū, quos percepit pr̃ suus, cuius est successor vl̃is, nec ēt ad eos, quos extantes ipse tenuit post mortē patris, & rescriptū nullo modo obstare tanquam subreptitium per expressionem falsitatis, & taciturnitatem veritatis impetratum. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Donatio pluribus facta de magna quantitate habetur pro vna respectu insinuationis. nec tenet, si non fuerit insinuata, etiam si interuenerit iuramentum, vel renuntiatio iuris requirentis insinuationem. Item, ꝙ hæres non conficiens inuentariū perdat debitum suum.

SVM-

SVMMARIVM.

Quantitas certa si donatur pluribus, si tota excedat summam requisitam a iure, exigitur insinuatio.nu.1.
Summarum diuersitas inducit pluralitatem donationum, si diuersis temporibus factæ sunt.nu.2.
Legi seruari solẽnitatem statuenti renũtiari nõ põt. nu.6.& 7.
Modi præsumendi fraudem.nu.14.
Hæreditati paternæ videtur quis se immiscere retinendo meliorem rem, quæ sit in bonis paternis, vel habitando domum paternam.nu.20.
Ciuis desinens esse propter delictum intelligitur quoad commoda, non quoad damna, & incommoda.nu.23.
Hæres non conficiens inuentarium perdit, quod sibi debebat testator.nu.29.
Successio an & quando habeatur loco solutionis.32.& 34.

CONSILIVM LII.

Viso celebri Et stupendo consilio huius præclarissimi doctoris summo honore obseruandi D.Ludouici Bolognini requisitus vt me subscribam huic consultationi: qa adeo copiosè & subtiliter rem enucleauit, vt nil sit vlterius hæsitandũ, nec esset aliter iuribus cõfirmandum: sed quia, vt subscribam & confirmem requisitus sum: faciam, vt præclarè scripsit Bald.in l.precibus. C.de impuberum. versi.quia ea quæ sunt tradita a magistris legum recito, & post terga metentium quasi spicas colligendo vado: vt scribitur Ruth.2.c.eius fretus auctoritate ita incedam. Et primò omnipotentem, & tremẽdum Deum inuoco ex corde & animo, vt pijssimo Saluatore nostro Iesu Christo medio veritatem iurium ponat in ore meo. Amen. Capio primum dubium, & ꝙ illa donatio censeatur vnica, licet sit facta pluribus quoad insinuationem interponendã, vltra deducta per dominum consulentẽ allego dominum meum Ioan.de Imo.in commento, ca.cum
1 contingat.de iureiur.ad fin.in vers. dicit etiã, ꝙ † si donatur certa quãtitas pluribus personis, licet pars excedat summam requisitam a iure, tamen si tota excedit, exigitur insinuatio, allegat Ioan. An. in Spe. de dona.§.j.versi.quid si. & sic in indiuiduo ponit q̃stionem istam. Secundò allegat text. in l. senatus. §. fi.ff.de donatio.cau.mor.ĩ vers.stipulatio tamen vna est.quem tex.ad hoc propositum allegauit Lu. Ro. consilio suo 25. in secundo dubio illius consilij. vbi fuit facta donatio vltra summam taxatam a iure, & non fuit insinuata, & fuit in instrumento dictum, ꝙ intelligantur esse tot particulares donationes, ꝙ q̃libet ipsarũ summã quingentorũ non excedat: licet
2 † enim diuersitas summarũ inducat diuersitatem donationũ & pluralitatem: tñ procedit, qñ diuersis temporibus factę sunt: vt l.sancimus.§.si quis.C. de donatio.ideo tunc non requiritur insinuatio, si nulla earum excedat summam: sed quoties in eodẽ instrumẽto sunt factę tot donationes singulariter, insinuatio requiritur: quia omnes reputantur vna ratione eiusdem actus donandi, eiusdem loci, & temporis, & allegat Ioannem And.in loco prællegato. vnde inquantũ allegat Ioannẽ And. sentit idẽ esse, qñ vna summa donaẽ pluribus p̃sonis, dictũ enim intelligiẽ secundùm legẽ, quam quis allegat. vt pulchrè dixit Bald.in l.non solùm.§.si liberationis verba.ff.de libe.legat. vnde si quãdo plures summę donatur vni, & in instrumento dicitur expresè, ꝙ sint plures donationes: tamen vna est donatio respectu insinuationis: quanto fortius erit vna, quando eadẽ summa donaẽ pluribus, & nõ exprimitur in instrumento, ꝙ sint plures, certè multo fortius cũ vna sit stipulatio; vt dixit tex.in d.l.senatus. §. fin. ergo &c. Tertiò allego elegãtẽ doctrinã relatã a Bal.ĩ l.ordinarij.ad fi.C.de rei ven.vbi dicit, statutũ disponit, ꝙ nõ probans accusationem puniatur in cẽtũ, modò quidam in eodem libello accusat plures, & nõ probat de aliquo, quæritur, an debeat puniri in pluribus pęnis, an verò in vna, & decidit post Dy. ꝙ erit vna pęna. Ecce qualiter decidit in terminis, quòd actus nõ dicitur pluralis ex numero personarum interueniẽtium, & pro certo in indiuiduo decidit istam hæsitationem. vnde licet in ista donatiome interuenerint duę personę donatarię: tamẽ quia vnus fuit contractus donationis eodem loco, eodem tempore, vna erit donatio, & ꝓsequens venit insinuãda: qa sicut quando plures personę accusantur in vno libello, vnica dicitur esse accusatio: eodẽ mõ qñ vna summa pecunię donatur pluribus, vna erit & donatio quoad gabellam soluendã, & quoad insinuationẽ faciendam. Quartò facit illud, quod voluit Ange. in l.cum plures.ff.de euictio. vbi dixit, statuto cauetur, ꝙ de singulis instrumentis soluatur gabella. modò est factum instrumentum continens plures personas, plures res, plures obligationes, an debebit solui vnica gabella, & dicatur vnicum instrumentum, an debeat solui multiplex gabella ad multitudinem rerum, & personarum cõtentarum in dicto instrumẽto. & decidit, ꝙ vnica gabella soluetur: quia vnicum instrumentum est, per illum tex. ad hoc no. s̃m eũ. Facit, quod idem Angel. voluit in l.cum eiusdem.ff. de edil. edicto. ecce qualiter in indiuiduo Angelus decidit istam quæstionem: quia cum ĩ casu isto vna summa sit donata pluribus, non videntur duę donationes, sed vna tãtum. & ideo si gabella esset soluẽda de donatione ex dispositione statuti, vnica gabella solueret de ista donatione: quia vnica donatio fuit. Quintò facit, quod pulchrè voluit Angelus in simili in l.si idem cum eodem.ff.de iurisdict.omn.iudic. vbi dixit referẽdo doctrinam Bart. in l.vbi fideiussor. ff.de solutio.cauetur statuto, ꝙ ꝯdemnatus in centũ banniatur, modo quidam fuit condemnatus in qnquaginta pro tali vulnere, & in quinquaginta pro tali percussione, decidit Bar. ꝙ nõ fiet coaceruatio, vt videatur condemnatus in centum. Ang. ibi dicit illam doctrinam esse falsum, si illa facta fuerũt de eadẽ rixa: quia † vnitas rixę inducit vnitatem facti, licet maleficia resultantia ex facto distinguantur. l.j. 3
in gl.C.vnde vi. Constat enim, ꝙ vbi factũ est radix omnium obligationum, fit coaceruatio. Eodẽ modo & fortius dicamus in casu nostro, ꝙ in eodem instrumento ista summa pecuniarum donata fuerit illis sororibus. Et certè si bene ponderetur dictum Bart. ipse sentit illud, ꝙ Ang. dixit. voluit enim Bart.
4 in d.l.si idẽ. ꝙ vbicunque † essent plures species eiusdẽ causæ gñalis, vt in accessione tutelæ, illæ species coacetuantur, allegat.l.si qui separatim.§.j.ff.de appella. Et sic ĩ casu nostro multo fortius erit vnica donatio propter vnitatem contractus: cum nulla fuerit facta separatio summarũ. Et sic ex isto capite donatio illa reddiẽ nulla ex defectu insinuationis. Cũ verò opponitur, ꝙ interuenerit iuramentum, & sic iuramentum validam reddit donationem, licet nõ insinuatam: vt voluit Ioan.An. quẽ ad plenũ refert Ioan.de Imo. in repetitione.d.c.cum contingat. ad finem. & etiam sequitur: tamẽ per dominum cõsulentem multum eleganter ostensum est, ꝙ donatio non insinuata non tenet, etiam si interuenerit renũtiatio iuris requirentis insinuationem, vel si interuenerit iuramẽtũ. vltra allegata ꝑ eũ allego dñm Pau. de Cast.ꝯsi.99.ĩcip, visa quadã scriptura priuata, &c. vbi refert Bartol.in dicta l.Modestinus.tangere, sed non

non decidere : sed se remitti ad dicenda per se in l.
si quis pro eo. ff. de fideiuss. ibi verò specificè nō de-
cidit. Sed ex diuersis dictis ibi per eum posset colli-
gi varia determinatio. Refert postea Bald. ponere
hāc materiā post Gul. de Cu. in 5. quæst. in l. illud. C.
de sacrosan. eccle. & expressè determinat, ꝙ non va-
5 leat talis renuntiatio etiam cū iuramento: qa † do-
nationes clandestinę sunt prohibitę propter publi-
cam vtilitatem ad obuiandum fraudibus : vt ibidē
no. Gul. per l. data. C. de donatio. nā & in his, q̄ sunt
contra publicam vtilitatem, iuramentum non at-
tenditur etiam de iure canonico. c. si diligēti. de fo-
ro cōpe. & no. Bar. in d. l. si quis pro eod. & quia hoc
nō est ītroductū in fauorē renūtiationis, sed in odiū
recipientium clandestinas donationes, & ne qs pro
6 digaliter vtatur re sua : & quia legi † statuenti certā
solennitatem seruari, renuntiari non potest: vt l. ne-
mo potest. ff. de lega. j. etiam cum iuramento, vt no.
Bar. in d. l. si quis pro eo. non tamen Bal. allegat Ioā.
An. in tit. de instr. editio.. §. porro. in vltima magna
additione. vbi tāgendo istum passum arguit pro &
contra: & finaliter concludit, ꝙ si non est dolo, vel
metu prestitum, obligat tale iuramentum, ita for-
maliter dicit D. Pau. in pręfato cōsilio, q postea sub-
dit, verior videtur opi. Bal. quia pluribus suffulta ra-
tionibus facit l. diui fratres. ff. de iure patron. Et sic.
D. Paul. in terminis consuluit talem donationē nō
validari ex iuramento. Et vlterius in medium addu-
co doctrinam Bal. in d. l. data. C. de donatio. vbi dicit
expressis verbis, ꝙ ex quo insinuatio emanauit pro-
pter fraudes euitandas, non solum legi requirenti
insinuationem in quingentis aureis, sed etiam sta-
tuto requirenti insinuationem in minori summa,
non posset renuntiari etiam cum iuramēto. Quāto
ergo fortius in casu nostro, vbi sumus in dispositio-
7 ne iuris communis. Et ꝙ † non possit renuntiari le-
gibus requirentibus insinuationem, consuluit Ol-
dradus consilio 173. incip. quidam habens vnicum
filium. Præterea allego eundem Oldra. qui in termi
nis consuluit pro ista parte in suo cōsilio 250. inci-
piente, factum est tale, domina, scilicet habēs duas
filias, vbi fuit facta donatio vltra summam, & sic re
quirebat insinuationem, & fuit dictum, ꝙ pro tali-
bus partibus censeatur facta, quarū quælibet sum-
mam legitimam nō excedat: fuitque iurata illa do-
natio & fuit petita insinuari, & insinuata fuit die fe-
riato in honorem Dei, & coram iudice incompetē-
ti. consuluit Oldra. talem donationem nō tenuisse,
& potuisse reuocari. Ecce qualiter tantus doctor in
terminis decidit hanc dubitationem. Facit quod vo
luit Baldus in sua solenni repetitione. l. secundę. ff.
8 de iureiurando. vbi dixit, ꝙ † vbicunque actus est ta-
lis, cui per pactum derogari non potest; tūc iuramē-
tum non validat actum. ponit exemplum, si filiusfa-
milias renūtiat Macedoniano. modo ostensum est
in consilio præcedenti, ꝙ non tenet pactum, vt do-
natio non insinuetur, ergo sequitur, ꝙ iuramentum
non confirmat talem donationem, quatenus est cō
tra iuris dispositionem. Et ad primum casum huius
consultationis pondero text. l. sancimus. C. de dona-
tionibus. in quantum disponit, ꝙ quando donan-
tur diuersę res vni, & eidem personę per tempora
diuersa, tunc tales donationes censentur esse diuer-
sę: secus si eodem tempore fiant diuersę donatio-
nes eidem personę, eodem modo dicuntur, si vni-
ca donatio fiat pluribus, quòd censebitur vnica do-
9 natio, quia † validum est, arg. de rebus ad p(ro)nam. l.
qui plures. ff. de vulg. & pupil. Et sic cū in diuersis tē-
poribus censentur plures donationes, secus si eodē
tempore. Eodem modo dicā, ꝙ si eodem tempore
vna summa pecuniarum donatur diuersis personis,
ꝙ censebitur vna donatio. ¶ Et si dicatur, ꝙ obstat
statutum Lucanum disponens, ꝙ non possit oppo-
ni aliqua exceptio, etiā exceptio nullitatis. Ad hoc
sufficienter responsum est per dominū consulētem.
Sed vltra allegata per eum ego dico, ꝙ poterit op-
poni exceptio nullitatis, & moueor ad sic dicendū
hoc modo: videlicet, ꝙ poterit opponi exceptio nul
litatis, quę prouenit ex facie, seu visione ipsius instru
menti, seu contractus, ad hoc allego elegans dictū
Bar. in l. j. ff. de ope. no. nunc. in 6. op. vbi dicit, licet
contra nouum opus nuntiantem non possit in ipso
nuntiationes actu per eum, cui nuntiatur, opponi
exceptio, ꝙ nūcians nulliter nunciat: ex eo, quia nō
habet ius nunciandi: vt l. prætor ait. §. ait pretor. ff.
de operis noui nun. tamen. hoc est verū secundùm
eum, quando manifestè non apparet nunciantem
ius non habere: secus si manifestè appareat nunciā
tem ius non habere : quia tunc tali casu potest op-
poni: & illa nūciatio spernitur, qđ dictū probat per
tex. in l. 1. §. fi. ff. de operis nou. nuncia. & per gl. ī l. de
pupillo. §. impositititiam. in glo. in versic. fecit. eo. tit.
Cum ergo in proposito ex serie & tenore ipsius do-
nationis apparet de defectu nullitatis: ex eo quia ap
paret, ꝙ non est insinuata, sequitur, ꝙ poterit oppo-
ni talis nullitas. Secundò hoc probo per gl. singula-
rem, quā ad hoc propositum allegat Oldra. in quo-
dam suo consilio extra volumen in l. 1. §. hoc inter-
dictum. in ver. imperfectam. ff. de tab. exhi. vbi licet
conuentus interdicto illo de tabulis exhibendis nō
possit opponere exceptionem, ꝙ ideo non exhibet,
ꝙ tabula hæc instrumentū est imperfectum, & nul-
lius vtilitatis. l. si quis legatum. ff. de fal. tamen. hoc
est verum secundùm illam glos. quādo imperfectio
& vitiū ipsius instrumēti essent abscōsa & occulta,
secus si essent in aperto, vt ex facie instrī apparet: qa
tūc opponi poterit, secundùm illam glo. Tertiò hoc
etiam probo per elegās dictum Bald. in l. ex prædiis.
C. de euict. vbi licet statutum prohibeat omnem ex-
ceptionem opponi posse contra instrumentū gua-
rētigię: tñ opponi poterit exceptio illa, quę venit ex
natura, & inspectione ipsius instrumenti, aut cōtra-
ctus, ad hoc allegat ea, quę not. Bart. in l. eum qui. §.
qui ita. de verbo. obliga. facit l. quæro. §. inter locato
rem. ff. locat. & qđ idē not. in l. j. C. de vsufruct. Quar
to posito, non tamen concesso, quia est falsum per
supradicta, ꝙ exceptio nullitatis ex īspectione actus
apparens non possit opponi, tamen iudex ex ꝓprio
officio repellere debet nulliter, seu calumniosè agē
tem, secundùm Bal. in rubrica. C. de manu. allegat
glo. in l. j. C. vt quæ desunt aduo. & bene facit glo. in
l. qui cum maior. §. si patris. in versic. succurrēdum.
ff. de bo. lib. quod no. Inno. in c. quæ in ecclesiarum.
de constitut. & in c. j. de officio vica. Et sic apparet, ꝙ
licet statutum excludat exceptionem nullitatis, tñ
10 contra hanc donationem † poterit opponi nullitas,
quæ resultat ex facie ipsius contractus donationis:
quia nō insinuata: ergo. Et potest responderi ad sta-
tutū dum dicit, ꝙ non possit opponi nullitas: qa in-
telligitur de nullitate, quæ est velata, quā probari
oportet, vt contractus reddatur nullus: non autē ip-
sam nullitatē videtur prohibere, quæ resultat ex fa-
cie ipsius contractus, & quę probatione nō indiget:
vt est in casu nostro, qa probatio nō insinuata, qua-
tenus est vltra summam legitimā, est nulla: vt in d. l.
sancimus. primo casu quādo est nullitas, ideo statu-
tum prohibuit, quia voluit euitare lites. Sed quan-
do est nullitas apparens, & manifesta, cessat ratio
prohibitionis. & ista ratio caderet in omnem exerci
tatū intellectū: qa nō est verisimile, ꝙ statuētes vo-
luissēt excludere exceptionē nullitatis, q̄ est euidēs,
& ex facie ipsius instrī videt manifesta. Et etiam in

indiuiduo allego elegans consilium Lud.Rom. 41.
incipiente, visis his, quæ egregiè, & eleganter con-
sulta sunt. vbi erat statutum, ꝙ contra instrumentũ
non posset opponi nullitatis defensio, exceptio, vel
iudicis officium, fuit celebratum instrumentum do
nationis inter virum & vxorem: dicebatur, ꝙ non
poterat opponi exceptio nullitatis stante tali statu-
to: consuluit ipse nullitatem opponi posse, & refert
multos egregios doctores ita ꝯsuluisse. & per pñs ap
paret, ꝙ ista donatio, quatenus est vltra summam
legitimam, non tenet, non obstante iuramento. Et
per ista est expedita prima dubitatio. ¶ Capio secun
dam dubitationem, & duo veniunt examinanda: vi
delicet, vtrum in fraudem communis ille fecerit il-
lam cessionem, & vtrum possit opponi de iure cõis,
& sic de iure tertij per illos fideiussores, & plenissi-
mè, & subtiliter scripsit præfatus dominus consu-
lens. Vltra dicta per eum allego in terminis proprijs
dñm Petrum de Ancharano, qui cõsuluit in ꝓprio
casu, consi. 219. incipiente, ex his quæ superius nar-
rata sunt. vbi casus fuit talis. Potestas mandauit Ti-
tio, ꝙ infra triduũ iter arriperet & iret ad ꝯfinia sub
pena æris & personæ, qui recedẽs infra triduum iux
ta mandatum in itinere vendidit vnam possessio-
nem Caio pecunia sibi manualiter soluta, qui ad
cõfinia non accessit, fuit sibi intimatum, ꝙ si adhuc
vellet accedere, non procederetur contra. Quo ac-
cedere non curante Potestas condemnauit eum ad
capitis amputationem, & confiscationem bonorũ:
ante tamen dictam sententiam, & processum alie-
nauit multa in diuersas personas, procurator fisci
dicit illas alienationes factas in fraudem, & petit re-
uocari, quæritur quid iuris, arguit D. Pe. ꝙ dicta vẽ-
ditio debeat rescindi. constat enim illum Titiũ ma-
lo animo, & proditorio patriam reliquisse, & sic in
hostium numero est habendus. l. amissione. §. q de-
ficiunt. ff. de capi. dimi. De animo autem dicit con-
stare ex eo: quia recessit iturus ad confinia, & postea
11 noluit accedere ad confinia. animus † demõstrat ꝑ
ista exteriora ad delinquendum: quia aliter nõ põt,
quàm per extrinseca ꝓbari. c. j. & c. ex studijs, de pre-
sumpt. glo. l. dolum. C. de dol. cum similibus, patet
etiam delictum consumatum ante dictam contra-
ctum venditionis: quia cũ per eum steterit ire ad cõ
finia, quàm primum potuit, dicitur contumax, & re
bellis: nam ita intelligitur dictum præceptum, ꝙ ac-
cedat, cum potest commodè post triduum sibi affi-
xum ad iter arripiendum. l. continuus. §. illud. ff. de
verborum obligationi. l. & si post tres. ff. si quis cau.
Præsupposito ergo debito cõtumaciẹ, & in obediẽ
tiẹ capitali pẹna feriendo: vt in c. 2. de maio. & obe.
necessariò cõcluditur, ꝙ alienationes factẹ post cri-
men capitale debent rescindi, postquam condẽna-
tio sequuta est, allegat. l. post contractũ. ff. de dona.
imo fortius dicit, si dicamus delictum tempore alie
nationis non fuisse consumatum: tamen postquam
delinquere cogitauit, non videntur alienationes va
lidẹ de iure, argu. l. sed si maritus. ff. qui & a quibus.
Præsumitur autem facta alienatio talis in fraudem
eo ipso, ꝙ delictum postea sequitur. l. si ventri. §. in
bonis. cum ibi not. ff. de priuileg. cre. & est ista præ-
12 sumptio de pręsenti in pręteritum: quoniã † actus
statim subsequens declarat fraudem animi pręcisè.
c. officij. de elect. c. si qua fœmina. 50. di. c. 2. de renũ-
tia. Ad hoc optimè facit c. veritatis. de dolo & cõtu.
cap. tanta, de excess. præla. in quibus patet alienatio-
nes, & omnia gesta prælatorum rescindi, postquam
per sententiam deponuntur, & præsumitur dicta
fraus ex alienatione maioris partis bonorũ. l. oẽs. §.
Lucius. ff. q in frau. cred. nihil enĩ refert quoad frau-
dẽ presumẽdã, vẽdat qs vni, quicquid habebat, vel
pluribus articulariter, cap. apostolicẹ. de donatio. ta
men dominus Petrus in dicto consilio requirit, ꝙ il-
le, in quem fit alienatio, illam habeat titulo lucrati-
uo, & non oneroso, vel si est emptor ex titulo onero
so, requiritur, ꝙ sciat illũ delinquere velle, & sic sit
fraudis particeps, allegat. l. ait ꝑtor. §. is q particeps.
ff. quæ in fraud. cred. & hoc tenet Bart. ĩ dicta l. post
contractum. & habet hoc ęquitatem; vt fraus delin-
quentis potius fisco noceat habenti titulum lucra-
tiuum, quàm emptori habenti titulum onerosum,
13 iura † enim fauent bona fide contrahentibus. Sub-
dit postea dom. Pe. Bar. in dicta l. post contractum.
loqui de modo præsumendi fraudem duobus casi-
bus. primò ex parte delinquẽtis, alio modo ex parte
14 contrahentis secum. & hi † modi sunt duo, vel tres.
Primò, quando talis contrahens esset cõiuncta per-
sona. Secundò, quando post venditionem venditor
possidet, sicut primò, & dicit D. Per. in d. consilio, ꝙ
in casu illius alienationis ille emptor non fuit parti-
ceps fraudis: quia ignorauit illum Titium velle de-
linquere, nec habebat ex causa lucratiua: quia ma-
nualiter soluit, nec erat cõiunctus illi Titio. & ideo
consuluit, ꝙ non potuit rescindi illa alienatio in ca-
su illo, ex quo concurrebant supradicta. Mõ in casu
15 nostro concurrit coniunctio sanguinis, & † facilius
præsumitur fraus inter personas coniunctas: vt l. da
ta. C. de donation. Cõcurrit titulus lucratiuus: quia
titulus donationis concurrit: quia voluit, ꝙ illẹ soro
res nõ possent ad illam dotem agere, donec ille do-
nator viueret. Cõcurrit etiam: quia Philippo facta
erat consignatio confinium in carceribus Lucanis,
& condemnatio pro turbatione status, & erat lex
municipalis, quòd non præsentans se ad confinia
sibi deputata post mensem, ipse & sui descendentes
intelligerent rebelles, & bona ipso facto ꝯfiscata: &
quia pręcogitauit ille Philippus se nolle ire ad ciui-
tatem Lucanam, nec velle parere confinibus depu-
tatis, vt euitaret illam confiscationem, fecit illã ces-
sionem & donationem sororibus in fraudem com-
munis: vt cęci viderent, surdi audirent istam fraudẽ.
Et per consequens tanquam in fraudem commu-
nis facta venit rescindẽda, & sic dominus Petrus in
terminis decidit istam quæstionem. Nec in casu no-
stro pręsumitur fraus ex sola coniunctione persona-
rum: sed ex alio: quia interuenit coniunctio, & titu-
lus lucratiuus: & etiam interuenit: quia clandesti-
nè fuit facta talis donatio: quia cũ debebat insinua-
ri, non fuit insinuata. Et sic ex hoc etiam pręsumit,
ꝙ in fraudem communis facta fuerit. & ideo dixit
glo. elegans in lege prima. C. de fide instrumentor.
& iure hast. fiscal. libr. 10. in versiculo, mala fide &c.
ꝙ requisitę solennitatis omissio vehemẽtem doli
præsumptionem inducit. pro qua facit. l. quemad-
modũ. C. de agric. & cẽsi. lib. 11. & capitulũ, q cõtra
iura. de regu. iur. lib. 6. Et ideo dicebat Ioan. de Imo.
in d. l. post contractum. ꝙ eo ipso ꝙ emptor emit clã
destinè, præsumit, ꝙ fuit particeps fraudis, nec opor
tet aliter probare. Pro quo allego. l. non existimo. ff.
de administr. tuto. l. fi. ff. de ritu nup. cap. quia ꝓpter.
de elect. ad fin. glos. in l. j. C. de interdicto ma. & not.
Inno. in cap. vt nostrum. vt eccles. benefic. & iõ glo.
valde singularis in l. 2. C. de his qui ex pu. ra. li. 10. &
ibi Barto. dicit, ꝙ actus dicitur fieri clam, quando in
eo faciẽdo requiritur superioris auctoritas, & actus
expeditur sine auctoritate superioris. & notãt mo-
derni in l. clam possidere. in principio. ff. de acquirẽ-
da possessio. Et sic sole clarius est, ꝙ dicta donatio
fuit facta in fraudem communis ad euitandam con
fiscationẽ dictorũ bonorũ: vñ tã ex qualitate & quã-
titate rei donatę, quàm ex cõiunctione ꝑsonarum,
& clandestino actu pręsumitur fraus. & ideo dixit

Angelus in l.omnes.§. Lucius. quæ in frau. credi.ꝙ qui donat omnia bona sua,& deinde committit homicidium, præsumitur in fraudem fisci fecisse.Idē si clandestinè donauerit,quòd in fraudem præsumitur fecisse,& sic ex coniunctione personarum, & ex clandestino actu,& ex titulo lucratiuo, & ex pacto,ꝙ viuente donare non agant, & ex confiscatione futura,& condemnatione iam facta, fraus est in aperto.& ideo multum singulariter dicebat Baldus in l.quoties. C.de rei vendicatione.Odoffre.dicere,
16 quòd † postquam est spes, quòd quis vocaretur ad iudicium,emptione præsumitur dolosa, & mala fide facta, nec patrocinātur emptori: vt colligitur ex l.si ea res. ff. de actio. empti.quod dictum dicit esse menti tenendum:secundum Odoffre. quia per hoc prohibetur via ad multas fraudes. Nec potest adduci ad hanc consultationem dictum magis accōmodatū.Facit, quod not. Bartolus in l.qui petitorio.ff. de rei vendi.& in l.Fulcinius.§.2.ff.ex quibus causis in poss.& in l.3.§.fi.ff.de alie.iudic.Baldus in l.is qui rei.ff.ex quibus causis ma. Angel.in l. sinautem.§.j. ff.de rei vendica.Non obstat nunc,si dicatur,ꝙ non possunt fideiussores opponere de iure fisci: & sic de iure tertij plenè de hoc scripsit dominus consulēs, vltra dicta sua allego dominum Petrum de Ancha. in consilio 285.incipiente efficacibus,& quasi incōuincibilibus &c.vbi consuluit,quòd vbicunque ius tertij est exclusiuum iuris agentis ipso iure,vt no.in l.cum seruum.C.de ser. fug. semper pōt opponi, licet limitet non habere locum in causa beneficiali. facit,quod habetur in capitu.mandatum.de rescri. & in c.ad audientiam.de præscript.Facit, quod voluit Bal.in l.his consequenter.§ primo.ff. famil.erc. vbi dixit,ꝙ de iure tertij non potest opponi,vbi sententia desideratur ad priuādum:secus dicit, vbi lex priuat precisè.Sed in casu nostro statutum Lucanū priuat præcisè patrem & filios bonis, & illa publicat communi Lucano:ergo sequitur, ꝙ isti fideiussores poterunt opponere de iure fisci.& ibi etiā Bartolus dixit,cauetur statuto, ꝙ fiat assignatio possessionis in catastro. Modo quidā non assignauit possessionē in catastro, petit aliquam rem,quam non assignauit in catastro, opponitur contra eum, ꝙ illam non assignauit: ideo non potest illam petere: concludit, quòd si statutum priuat cū ipso iure,potest obijcere:ex eo quia dicit,ꝙ non habet ius petēdi.Si autem non priuat ipso, sed per sententiā, tunc cum non sic admissum,nō potest contra eum obijci de iure tertij,ꝙ dicit esse valde notandum. Modo cum iste Pierus sit ipso iure priuatus,& eodem modo dictus cessionarius,sequitur,ꝙ potest opponi de iure fisci.Facit etiam,quod voluit Angelus in l. loci corpus.§.competit.ff.si serui.vend.ibi,idem dixit.&
17 addit,ꝙ †vbi si non opponeret quis de iure tertij,cōcurreret aliquod periculum,puta quia bis solueret potest indistinctè opponere de iure tertij.l. secūda. ff.de excep.rei iudi. In casu nostro ius fisci est exclusiuum iuris agentis ipso iure:& etiam, quia posito, ꝙ fideiussores tenerentur ad restitutionem dotis,nihilominus fiscus posset contra fideiussores agere: quia ille Pierus non potuit iura fisci cedere illis sororibus:cum in fraudem fisci emanauerit talis cessio:vt superius est ōnsum. Et ideo succedit illud,qđ tradidit Baldus in l. per diuersas. C.mand. in nona quæstione.vbi dicit, quòd si bānitus cedat iura sua, & omnia bona sunt confiscata, non valet cessio ex eo:quia tunc cedit iura fisci,& nō iura propria, idē dicit,quando est bannito interdictus actus agendi, & cedit iura sua ex causa lucratiua: quòd tunc potest opponi cessionario illa exceptio, quæ poterat opponi ipsi cedenti. Modo in ꝓposito nostro ostēsum est, ꝙ iste Pierus veniebat de proximo censendus rebellis communis Lucæ, & omnia bona confiscanda communi Lucano propter non obediendo confinibus assignatis Philippo patri ipsius:ideo erat in statu, in quo omnis alienatio fienda per eū veniebat rescindenda:quia in fraudem communis
18 Lucani faciebat.& idem † operatur delictum,& cogitatus ad delictum quoad rescindendas alienationes in fraudem fisci:vt est ostensum, & voluit Petr. de Anchara.in dicto consilio. ergo talis cessio non tenuit:quia tanquam facta in fraudem fisci rescindenda est:&.cum sit facta ex causa lucratiua,& titulo donationis,sequitur,ꝙ omnis exceptio, quæ poterat opponi contra ipsum Pierum cedentem, pōt opponi ꝯ ipsas cessionarias ex causa lucratiua. Ita firmat Dy.in capitu.si quis in ius.de regu.iur.lib.6. & in l. doli. ff.de noua. Bartol. in l.apud Celsum.§. sed cum legitima.ff.de doli excep.Ioan. And.D. Pe. & alij in c.j.de iure patro.lib.6.D.Petr. in c. cum inter.de excep.& ibi per alios. & per eundem in ca.ad audientiam.de prescrip.Ang.in l.Papinianus exuli. ff.de minoribus.Bal.in l.qui stipendia. C. de procurat.& in l.qui se debere.ff.de condi.ob caus.& in l.si quis rem.ff.de procurato.& in questione,statuto cauetur,ꝙ fenerator. & in l.peremptorias. C. senten. rescind.non posse.& in l.si cum dotem.§.si pater.ff. sol.matri.Et per consequens cōcludo, fideiussores posse opponere de iure communis Lucani, & dictā cessionem fuisse factam in fauorem fisci.Et per ꝯns non esse validam:non enim potuit donare ille Pierus iura fisci: vt dixit Bal.in dicta l. per diuersas. Et per ista sit expeditum secundum dubiū huius hæsitationis.¶Capio tertiam dubitationem, ꝙ dictus Pierus fuerit heres dicti sui patris.liquidò ostensum est per dominum consulentem,& reuera nō est aliqua digna dubitatio circa hoc: quia vt plurimum docet experientia, mercatores & maximè Tusci, q̃ sunt exules a patria meliorem partem fortunarum suarū tenet in libris rationum,iuxta no. per omnes in l.sciendum.ff.qui satis.cogā.& clarissimi iuris est,
19 ꝙ ad aliqđ † præsumendum, idem operat̄ melior res,quam quis habet in bonis,quod operantur oīa bona, vel maior pars bonorum,hoc decidit text.singularis in l.summa cum ratione. ff.de pecu. quē ad hoc allegat Angel. in l.fina.ff. de stipul. seruo. & in l.omnes.§.Lucius.ff.quę in frau.cred.& auth.sed iā necesse.C. de don.ante nup. ꝙ si qs alienat meliorē rē,quam habet in bonis, presumitur in fraudem facere:sicut si alienasset omnia bona, vel maiorē partem bonorum. Modò certum est, ꝙ melius, quàm habeant similes personę,sunt libri rōnum suarū, in
20 qbus cōtinētur credita,& trafica. vnde † ille Pierus retinendo penes se librum dictarum rationum, videt̄ immiscuisse se hereditati paternę, per l. j. C.de repu.hęre. vbi suus hæres habitādo domum paternam immiscuisse presumitur.& si opponatur de eo, quod dixit Baldus in dicta l.j.videlicet, ꝙ si filius remāsit in domo patris occasione dotis materne,pro qua dote domus erat specialiter, vel gñaliter obligata,non presumitur immixtio ſm Odroffre.& idē ibi dicit Bal.si possedit agrum, vel vineam patris,& fructus percepit:nam tunc est eadem ratio, quæ in domo: nam in domo non est separatus fructus ab ipsa possessione,quia fructus eius est ipsa habitatio. vnde efficacius presumitur immixtio,cui est connexa fructuum perceptio. nisi ergo probetur contrarium,lex habet suum heredem pro īmixto hereditati. quod est notabile.ſm Bal.ibi.quia illud ꝓcedit, quando non tenet,aut possidet aliud, quàm domū hypothecatam pro dotibus maternis,& ad illū finē tenet domum,quæ fuit patris.Sed in casu nostro nō est

est sic: quia non tenebat librum rationum dũtaxat ad finẽ probandi recepisse dotem numeratã patrẽ suum ab vxore matre ipsius Pieri: quia cum in illo libro continerentur data & recepta, & oĩa facta, gesta, & negotia illius Philippi sui olim patris, ideo vr̃, ꝙ non habeat locum doctrina Bald. in dicta l. j. nec etiam fuit protestatus, ꝙ ad hoc dumtaxat tenebat librum rationum illius Philippi, ad ostendendũ patrem recepisse illas pecunias pro dotibus maternis:
21 protestatio † enim declarat animum protestantis: vt l. Nesennius Apollinaris. ff. de negotijs gestis. capitulo primo, quod metus causa. cum similibus. Et per consequens retinendo illum librum, videtur immiscuisse se hæreditati paternæ. & ideo dicebat Baldus in l. secunda. C. de repud. hæredi. ꝙ si filius repudiat hæreditatem patris, & postea possidet bona hæreditaria, præsumitur hæres siue sine titulo, in fraudem acquisito. Ergo apparet, quòd ex dispositione iuris communis iste Pierus fuit hæres patris. Facit etiam, quod voluit gl. & Salyce. in dicta l. prima. C. de acquirenda vel repudiãda hæreditate. vbi dicunt, ꝙ si filius surripiat aliquid de hæreditate paterna, & postea se abstinet, quòd tunc videtur immiscuisse se hæreditati paternæ, nec prodest sibi illa abstensio. Modo in casu nostro iste Pierus filius videtur surripuisse librum rationũ dicti Philippi sui patris: ergo videtur se immiscuisse: licet ergo postea se abstinuerit, producendo illum librum in iudicio contra sorores suas, & hæredes patris, nihilominus
22 † non prodest sibi illa, ex quo semel videtur immiscuisse se hæreditati paternæ. vnde non potuit suo facto desinere esse hæres. & istud iudicio meo apponit gladium, & securim ad hanc dubitationẽ, quòd iste Pierus fuit realiter heres Philippi patris sui. Et bene facit etiam elegans dictum Angel. confirmantis illud, quod superius dixi: nam Angel. in l. secunda. C. de acquirenda vel repud. hęre. dixit, ꝙ si filius reperitur se abstinuisse ab hęreditate paterna, & postea emisse omnia bona, quæ fuerunt patris, vel meliorem rem, aut meliora bona, quæ erant in bonis patris præsumitur se immiscuisse, & illam abstẽsionem esse nullius momenti, & factam fuisse in fraudem, & dicit esse casum singularem in l. summa cũ ratione præallega. Ita in casu nostro cum surripuerit librum rationũ patris, vt superius dixi. & sic multifariè, multisque modis apparet, quòd ex dispositione iuris communis ille Pierus fuit hæres patris, & se immiscuit hæreditati paternæ. Et multo fortius in casu nostro: cum ex dispositione statuti Lucani ille Pierus sit hæres disponentis, quòd qui teneret quocunque modo bona hæreditaria non obstãte aliqua repudiatione, iure, titulo, vel causa, nec prætextu hæreditatis maternæ intelligatur hæres, & obligatus sit omnibus hæreditarijs creditoribus, quòd statutum ligauit ipsum Petr. quia licet in dicto statuto Lucano dicatur, quòd sint rebelles ipse, & sui filij, &c. per quæ verba deficiunt, seu desinunt esse ciues ciuitatis Lucanæ: vt est text. & ibi per scribentes in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & ibi Bal. declarat, quis dicatur rebellis, & habetur in l. hostes. ff. de capti. & in clemen. pastoralis. de re iudicata. nihilominus non desinit esse ciuis quoad ea, quæ sunt sibi damnosa, & vituperabilia. vnde
23 licet desinat esse ciuis Lucanus, intelligitur † quoad commodum, nõ autem quoad incommoda. & per consequens statutum illud ligauit dictum Pierum quocunque iuerit. Facit simile, quod dixit Barto. in l. prima. C. de dignita. libro duodecimo, vbi voluit, quòd si ex dispositione statuti aliquis desinat esse nobilis propter sua facinora, intelligitur quoad cõmoda: sed quoad onera & damna, quę debent subire nobiles, illé non desinit esse nobilis, idem voluit in l. prima. C. de filijsfamil. & quemadmodum pro his pat. tenea. libro decimo, & probatur in text. formali. l. actione. §. item qui societatem. ff. pro so-
24 cio. vbi socius † renuntians ante tempus, remanet socius quoad dãna, & quoad vtilia non est socius. Dy. & Angel. in l. si quis soluendo. ff. de hæredib. institu. Bald. in l. cum quis. C. de natura. libe. & in auth. habita. C. ne fi. pro pa. bona gloss. in capit. ex parte. de rescriptis. moderni in l. si exhæredatus. §. sub diuo. ff. ad Sylla. Et sic quo ad sua damna remansit ciuis, & per consequens ligatus est statuto proprij municipij: vt voluit Bartolus in quæstione incipiente statuto Lucanæ ciuitatis &c. & l. prima. C. de hære. institu. Facit etiam: quia conuincitur ex alio, quòd sit, seu fuerit hæres patris; quia in repudiatione non obseruauit solennitatem statuti, in quo habebat domicilium quo casu seruanda erat solennitas statuti Ferrariensis introducentis certam solennitatem, quando filius se abstinet ab hæreditate paterna: vt l. secũda. C. quemadmodum testa. aperiant. l. si fundus. ff. de euictio. Bartol. in commento. l. prima. C. de summa trinita. per dominum Petrum de Anchara. in repeti. capitulo primo, de constitu. Et ex istis cõcludo istum Pierum fuisse hæredem patris, & talem abstẽsionem fuisse nullius efficaciæ. ¶ Venio ad vltimã dubitationem: quia ex quo ille Pierus adiuit hęreditatem seu se immiscuit, vt est dictum, an per illam immixtionem sint extinctum ius dictę dotis iam cessæ, & donatæ dictis sororibus? Et circa hoc est ante omnia considerandum; quia in pũcto dicitur, quòd ille Pierus cessit, & donauit omnia iura, &c. dotis maternæ Luciæ & Lucretiæ eius sororibus, &c. & constituit dictas Luciam & Lucretiam procuratrices vt in rem suam, & eas posuit in locum, & vniuersum ius suum, &c. Ita formaliter dicitur in puncto, quo casu ista verba faciunt aliqualem dubitationẽ iudicio meo: q̃a si eas posuit in locũ ipsius Pieri, & vniuersum ius ipsius Pieri, vr̃, qđ directæ actiones, q̃ remãserũt penes Pierũ cedentẽ sunt effectæ inanes:
25 ex eo q̃a nos dicimus, ꝙ † pactũ factũ per hęredem post restitutam hæreditatem ex fideicommisso; nullo modo nocet fideicommissario. & ratio est: quia iura, quæ remãserant penes hæredem, sunt effecta inania post restitutionem. l. prima, circa principiũ. ff. ad Trebell. Ideo autem effecta sunt inania: quia fideicommissarius ponitur in locum hæredis: vt l. qui quadraginta. ff. ad Trebel. & quia in locum hæredis est quodammodo hæres: vt l. si filius. ff. quod cum eo. l. postulãte. §. sanè. ff. ad Trebellianum. institu. de fideicommissa. hæredita. in §. restituta. licet hoc fallit in certis casibus: vt l. quia perinde. ff. ad Trebellianum, si ergo ideo factum hæredis non pręiudicat fideicommissario: quia transit in locum hæredis, eodem modo dicamus in cedente: quia licet per cessionem transeant vtiles actiones in cessionarium, & directæ remaneant penes ipsum cedẽtem, in tantum, quòd vigore directarum possit recipere solutionem: vt habetur in l. 3. C. de nouatio. tamen vbicunque cedens vtitur hac cautela, & practica, quia dicit, & posuit dictas cessionarias in locum ipsius cedentis, videtur tunc, ꝙ non possit agere, nec exigere dictus cedens contra debitorem, quantumcunque cessionariæ nihil fecerint de illis tribus, quę apponuntur in dicta l. 3. de noua. Et ideo videmus, ꝙ notarij in omni instrũ cessionis apponũt illa verba, ponens ipsum in locum suum. & per consequẽs posito, ꝙ dictus Pierus adiuerit hæreditatem patris, non potuisset exigere expresse contra patrem, & sis per solutionum veram non potuisset præiudicare illis sororibus cessionarijs. Ergo multo minus tacitè

tè adeundo, posito quòd creditor adeundo hæreditatem debitoris videatur sibi de debito solutum. & istud est, quod effusis neruis vnusquisque ingentissimi spiritus vir posset in medium fundere, & adducere cõtra istos & fideiussores. ¶ Certè istud nullo modo obstat huic consultationi. Et ante omnia considero elegantem & stupendam doctrinam Barto. in l.j.ff.de iure codicil. vbi dixit, ꝙ clausula codicillaris q̃ apponitur quotidie in testamẽtis, non ideo apponitur, ꝙ testatores mandent illam apponi: sed ideo apponitur; quia notarij de stylo suo apponunt: & decidit, quòd nihil operatur: ex eo quia sic illam apponunt notarij, non quòd ita sit a testatore dictũ. Collige ergo elegantem doctrinã ex illo viuo & abũ
26 dantissimo fonte Bart. quòd vbicunque notarij † apponunt aliquid ex consuetudine ipsorum notariorum, nihil operatur: ex eo quia illud non venit ex mente partium, nec quòd partes eis consenserint. Et ideo multum eleganter Baldus in l. quoties. C. de hæredibus instituendis, & quæ personæ institui non possunt. dicebat, quòd si testator legauit suo fratri mille, & alium instituit heredem vniuersalem, & ecclesiam, instituit in quinque solidis, vel alium, & ille heres vniuersalis repudiat hereditatem, ꝙ veniet ad illum, cui fuerunt legata mille, & non ad illum, qui fuit institutus in quinq; solidis: quia ille legatarius fuit magis dilectus a testatore. Nec obstat, quòd ille alius fuerit institutus in quinque solidis: quia illud emanauit de communi stylo notariorũ. Et sic aperto ore sentit Bald. illud, quod voluit Bartol. cum ergo de communi stylo notatiorum apponatur illa clausula, quòd in locum suum ponit, sequitur, quòd nihil operabitur, & ideo dixit gloss. in l. fin. C. de cõdi. ex leg. quod notarius non debet apponere in instrumẽto, nisi illud, de quo est rogatus, & debet dũtaxat apponere verba ipsorum contrahentium. & ideo dixit Innocen. in capitulo fraternitatis. de hæreticis, quòd notarius in instrumento, & testis in dicto non debet apponere, nisi id, quod in veritate nouerint, & audierint. & Bald. in l. cum precibus. C. de ꝓbatio. & in rubrica. C. de fide instrumento. dixit, ꝙ notarius suam imbreuiaturam circa substantiam negocij extendere non potest: sed solum quod intellexit a partibus, dummodo non exprimat, nisi illud, quod viderit, aut audierit a contrahentibus. & glo. in authen. de tabel. dicit, quòd omnia, quæ notarius apponit in instrumento, debet audire, aut videre: & idem Bald. in l. contractus. C. de fide instrumen. di-
27 xit † quod instrumentum & contractus non recipiunt supplementum facti, allegat not. in capitulo cum P. tabellio. de fide instrumen. Et sic in casu isto notarius non potuit apponere illam clausulam, de qua non fuit rogatus, & quod de ea non fuerit per partem rogatus, apparet ex eo: qa apponitur de cõsuetudine ipsorum tabellionũ. Et si dicatur, quòd notarius videtur rogatus apponere omnes clausulas, quæ de consuetudine consueuerunt apponi: vt est tex. quem communiter doct. reputant singularẽ in l. generaliter. C. de fideiusso. in vers. & in vsu quotidiano semper hæc versari aspicimus. quia ille tex. non loquitur de stylo notariorum, ideo ad istum casum non extendetur. Et per consequens stat firma regula, quòd talem clausulam non apposuit notarius ex vi rogationis factæ a dicto Piero, sed dumtaxat ex communi stylo notariorũ. & per consequens non tollit beneficium. dicta l. tertia, C. de nouat. & ideo potuit dictus Pierus agere, & exigere vigore iurium prædictorum dictam dotem maternam. Secũdo tollitur etiam ex alio illa clausula, in locum suũ ponens &c. Iam superius fuit ostensum, quòd dicta cessio fuit simulata, & in fraudem fisci facta, ꝙ etiã ostenditur clarius ex eo: quia continet pacta insolita, & cautelas insolitas, quo casu præsumitur fraus & dolus: quia (vt communiter nos videmus) cessiones iurium fiunt simpliciter, & purè, nec fiunt modo insolito, & inaudito: vt iam fuit facta ista cessio, in qua voluit dictus cedens, quòd dictæ suæ sorores cessionariæ nõ possent agere vigore dictæ cessionis, donec dictus Pierus cedens viueret; quo casu videtur esse insolitum pactum. & per consequens præsumitur fraus, dolus, & simulatio: vt voluit glos. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. & in l. cum allegas. C. de vsur. c. significauit. de censi. Bal. in l. 3. C. plus valere, quod agi. doc. in cap. illo vos. de pigno. & in cap. ad nostram. de emptio. & vendi. Baldus in dicta l. cum allegas. & not. in l. iubemus. C. de testamen. Et sic ex isto capite redditur simulata, & frau-
28 dulenta. & per consequens sicut est † vitiosa illa cessio, eodem modo corruit, & vitiosa redditur omnis clausula apposita in ea; vt est glo. singularis ĩ l. si patronus. §. pattonũ. ff. si qd in frau. patro. in ver. fauiana. & de ea facit festũ Bal. in consi. incip. filia instituta, & cum allegauit Ludoui. Roma. in consilio 41. referens post Bal. fore aliam iu iure de hoc. Et facit, quod voluit Baldus in l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. & ideo dixit idem Bal. in l. si absentes. C. si certum petatur, ꝙ si instrumentum non tenet, nec tenet ꝯfessio apposita, in eo, allegat tex. quẽ dicit eẽ singularẽ in l. fi. ff. de cõstituta pe. & facit tex. in l. cũ testm̃. C. de iur. & fac. igno. & Bar. in l. post legatum. ff. de his qui vt indig. & Inno. in c. cum venerabilis. de exceptio. & in c. cum olim. de censi. & idem Bal. in l. ex testamẽto. C. de fideicommis. & in ca. primo, de feudo dato in vicem l. commiss. vbi dicit, ꝙ si nõ valet instrumentum, nõ valebit constitutio precarij in eo apposita, & quod voluit Bal. in l. alia. C. de his qui. vt indig. & in l. j. C. de erro. aduo. Et si sit accessoria illa clausula ad dictam cessionem, seqtur, quòd nulla erit, sicut & ipsa cessio. Tertiò tollitur ex alio, videlicet si subtiliter ponderetur dictum instrumẽtum cessionis, videtur esse contradictorium: cum illa clausula, ponẽs in locum suum dictas sorores: ex eo quia dicitur, quòd voluit dictam donationẽ posse exequi, vel dictam dotem exigi, quãdo dictus Pierus obijsset, & diem clausisset extremum, & non ante. Modo ponderet dominus iudicans, quonammodo possunt ista adinuicem stare: videlicet, ꝙ ponat eam in locum suum, & in vniuersum ius, quod ipse habet, & ꝙ non possit exigere dictam dotem, donec ipse obijsset, & suum diem clausisset extremum. vnde ista sunt duo contradictoria, se adinuicem compati non possunt. vnde in eodem subiecto stare nõ possũt: vt omnes Philosophi exprimũt: vt plenè scripsit Bal. in repetitione l. j. C. de sacrosanct. ecclesijs. versic. aduertatis preterea doctor. & ideo est dicendum, ꝙ dicta clausula, ponens in locum suũ, est pro nulla, & verissimum est dicere, ꝙ ex stylo communi notarius illam apposuit, nec habuit considerationẽ ad substãtiam, & essentiam ipsius cessionis, quæ nõ ponebat ipsas cessionarias in locũ & vniuersum ius ipsius cedentis: & ideo non est admittenda tanquã ꝯtria. c. solicitudinem. de app. c. j. quod metus caus. l. j. C. de fur. cum simi. Et ista videtur pura veritas: & sic non est bonũ simile, nec veritati, nec rationi consonum in isto casu nostro ęqparare istũ casum hæredi restituenti hereditatem fideicõmissario vniuersali: quia licet hæredis loco succedat fideicommissarius vniuersalis, & iura directa, quę erãt penes hæredem, sint inania ipsi hæredi, nisi in certis casibus, nõ est sic in casu nr̃o. Quinimo plus vr̃ attẽdẽdũ, & est ipsa veritas, videlicet, & dictus Pierus potuit illas cessionarias in locũ suũ, & vniuersum ius suũ, videlicet

post mortem ipsius Pieri, & quoad casum, cũ diem clauserim extremnm. vnde tũc posita est in locũ, & in vniuersum ius ipsius cedentis, quando veniet tẽpus, quo poterit exigere; & istud cõtinget post mortem ipsius Pieri, & sic interim non erunt loco illius Pieri ille sorores cessionariæ: & per ꝯñs deductum est illud ꝯrium ad ima terræ, & ante oculos prostratum in profundum. Quinimo si bene cõsideret dominus iudicãs, ex quo ille Pierus totum habuit animum, vt non confiscaretur illa dos materna, omnẽ adhibuit cautelam, vt dos non confiscaretur cõmuni Lucano, nec videtur fuisse intentio illius Pieri præferre illas sorores sibi, quoad ipsam dotem: sed voluit illas præferri communi Lucano, & non sibi, quòd liquido ostendo. nam ille Pierus sciebat, qualiter cedendo iura sibi competentia illis suis sororibus contra patrem ipsius debitorem dictæ dotis, ꝙ apud eũ remanebant actiones directæ, virtute quarum actionum poterat exigere a patre, vel ab hærede patris dictas dotes: vt est tex. in d. l. 3. C. de nouat. Et ideo ex quo ille Pierus voluit, ꝙ non possent exigere, nisi post mortẽ ipsius, vr̃ voluisse reseruare sibi exactionem in vita sua: quia cum ex dispositione iuris communis poterat exigere: vt in d. l. 3. nisi in tribus casibus ibi expressis, videtur voluisse prohibere sibi, ꝙ non posset inhiberi exactionẽ dictę dotis sibi. & ita prouidit sibi aduersus dispositionẽ d. l. 3. & sic videtur, ꝙ primo prouidit sibi, & suæ indemnitati, & postea prouidit sororibus in casu suo: & sic eo tẽpore, quo nõ erat futurus dominus, nec poterat, ar. eius, quod no. glos. singularis in l. illa institutio. ff. de hære. insti. & quod in simili dixit gl. singularis. 8. q. j. c. non est. Et sic totam istam cessionem vr̃ fecisse in fraudem communis Lucani, & ad sui commodum & conseruationem: & casu quo ipse non posset exigere, cessit ad vtilitatẽ suarũ sororũ, & pp hoc clausit os sororibus, vt non possent exigere durante vita ipsius Pieri, quasi voluit, ꝙ si ipsi Piero non soluatur ipsas dos tpe vitæ suę, soluatur dictis sororibus. Et iõ habet hunc sensum dicta cessio, ꝙ ille cessionariæ exigant, & fruantur commodo cessionis, nisi dicto Piero soluatur, quam solutionẽ non poterant inhibere, & per ꝯñs voluit limitare & restringere dictus Pierus illam. l. 3. C. de nouatio. vt illi tres casus ibi positi impedientes cedentem exigere: vt isto casu non impedirẽt: ergo sequitur, ꝙ oportet adhęrentes aduersariorum fateri, ꝙ in veritate non posuit in locũ, vniuersum ipsius Pieri, vel si eas posuit, illud fuit post mortem ipsius Pieri, quo tempore poterãt exigere, si dicto Piero non fuisset solutum in vita, vel quod ex stylo posuit illa verba notarius; quæ non poterant aliquo modo applicari ad casum huius instrumenti cessionis. & hanc puto fore ipsam veritatem sine scrupulo, aut nodo aliquo. ¶ Restat ergo videre, iste Pierus immiscuit se hæreditati paternæ: & sic audiuit hæreditatem patris: nec constat, quòd

29 fecerit inuentariũ: vnde sequitur, quòd † omne ius, quod habebat in bonis patris, tanquam creditor patris vigore dotis matris ipsius, cuius fuit hæres, fuit extinctum per consequens illę mulieres habentes iura cessa nullo modo poterunt impetere illos fideiussores, qua si illi Piero fuerit solutum, & satisfactum de dictis dotibus maternis adeundo hæreditatem patris. Ideo oportet diligẽter examinare, si isto casu censeatur solutum dicto Piero adeundo hæreditatem paternã. Et circa hunc passum est animaduertendũ, quia in puncto præsupponitur, ꝙ ille Pierus non confecit inuentariũ, quo casu extinctæ sunt actiones, quas habebat aduersus hæreditatẽ patris, & per cõsequens aduersus dictos fideiussores: quia extincta est obligatio. l. debitori. C. de pactis. l. matrem. ff. ad Treb. & ibi dixit Ioã. de Imo. ꝙ non extinguitur, qñ confecit inuentarium: vt l. fi. §. in computatione. C. de iu. delib. gl. in l. in imponẽda. C. ad leg. falcid. & facit, quod voluit Ludo. Roma. in consilio 269. in secundo dubio illius consilij, vbi dicit, quòd licet aliàs regula sit, quòd actio contra defunctum competens hæredi contra defunctum extinguatur propter aditionem: vt l. Stichũ. §. aditio. ff. de solu. Fallit, nisi conficiat inuentarium. & sic cum non cõfecit inuentarium ille Pierus, sequitur, quòd actio sit extincta. Sed operepretium est videre, si est extincta per solutionem: quia cũ ille Pierus per solutionem poterat præuenire illas cessionarias: vt l. 3. C. de nouatio. an immiscendo se hæreditati paternæ videatᷣ sibi soluisse de dicta dote, & per consequens dictas cessionarias non posse exigere ab illis fideiussoribus. & forte non est necessaria ista inuestigatio ex eo: quia (vt superius est oñsum) voluit cedens, ꝙ in vita sua illæ cessionariæ non possent, sed post mortem: vnde voluit potius sibi prouidere, iuxta illud, omnes malunt sibi, quàm alteri: vnde cum reseruasset sibi, ꝙ illæ sorores non possent exigere, nisi post mortem ipsius, iam poterat cedens illas pręuenire in exigẽdo: vt dicit tex. in d. l. 3. ex quo sequitur, ꝙ illi reseruatio, ꝙ ille non possint exigere nisi post mortem cedentis, debuit aliquid vltra operari, arg. l. si qñ. ff. de lega. j. & l. si qñ. ff. de inofficio. testam. & eius quod dixit Bal. in rub. C. de contrah. empt. in 9. quæstione. vbi dixit, quòd non solum omnes clausulæ, quas ponimus contractu aliquid operantur, sed etiam minimum verbum est appositum cum ministerio aliquid operandi, si fieri potest. l. si stipulatus. ff. de vsur. nam syllaba non debet apponi sine misterio aliquid operandi. l. j. ff. quod met. cau. c. si Romanorum. 19. dist. Ideo non solum videtur, quod per solutionem poterit ille Pierus præuenire illas cessionarias: vt dixit tex. d. l. 3. sed ẽt per confusionẽ actionis: qa cũ exclusit eas a iure exigendi, donec durauerat vita ipsius Pieri, videtur voluisse habere libertatem liberandi patrem ab illo debito gratis, & sine aliqua exactione, & etiam exigẽdi, si sibi placuerat, & sic siue p confusionẽ actionum adeundo, siue inuentarij confectione, siue per verã solutionẽ voluit esse in plena libertatem in vita sua alias parum operaretur illa cõditio, vt non possint exigere, nisi postquam ille cedens diem clauserit extremum. licet ergo d. l. 3. in versiculo, exigere. dicat, ꝙ cedens poterit exigere, ꝙ est ab inuito extorquere: vt l. fideicõmissa. §. si rem. ff. de legatis 3. & per Baldum. in l. falsus. C. de furt. & in l. non solum. ff. sol. matrimo. & in l. j. C. quibus res in nõ no. & in l. item magistri. ff. de pactis. & no. in l. j. C. ad Carbo. & in l. 2. in versi. nec exigere, nec accipere. C. solu. matri. & in l. sed & si lege. §. quod ait. ff. de peti. hæred. vnde videtur, ꝙ d. l. 3. cõsideret actum solutionis stante huiusmodi conditione, videtur ampliari dispositio illius. l. 3. & etiam possit per confusionem actionem excludere illas sorores. & sic videtur sibi reseruasse omnẽ actum, per quem esset liberatus debitor. & per consequens nõ sumus in mera dispositione, d. l. 3. vt ita excludantur cessionariæ, si cedẽs exigit, & sic solutionẽ recipiat: quia procedit quando actiones vtiles translatæ in ipsum cessionarium possunt deduci in actum, & in exercitium per ipsum cessionarium. Sed qñ stant in suspenso, vt in casu nostro: quia stant in suspẽso, donec vixerit ille Pierus, & sic nõ erant efficaciter trãslatæ in ipsas cessionarias, sed tunc demum, quando ille mortuus esset, & ideo quomodocunque extinguatur debitum, siue per solutionem, siue per confusionẽ, siue per donationẽ, vel alio quouis mõ, poterat cedens illas excludere, & rõ est; qa interim cedens

dens in casu nr̃o habet actiones directas,& vtiles,& quoad illas cessionarias stabat in pendenti:quia nõ poterant exigere nisi post mortem cedentis. Et facit glossa in dicta l.tertia. quæ allegat.d.l. fideicommissa.§.si rem. idem dicit si per transactionem cedens liberat creditorem,& loquitur in terminis illius.l.3. videlicet,quando vtiles sunt translatæ efficaciter in ipsum cessionarium: quia tunc cedens potest per trãsactionem liberare debitorem. Et eodem modo dicamus in casu nostro per aditionem:quia si eo casu, quo habet cedens directas actiones dũtaxat potest liberare debitorem adendo hæreditatem: quia
30 †per aditionem quasi cõtrahitur:vt l. apud Iulianũ. §.hæres.ff.ex quibus causis in poss.eatur.l.ex maleficio.§.hæres.ff.de actio. & obligat. institu.de obliga. quæ ex quasi contra.nas.§.heres.& sic potuit liberare debitorem: & per consequens fideiussores illius debitoris adeundo, & sic condendo actiones. Et ex istis mihi vera,quinimo verissima mihi videtur esse conclusio,ꝙ non sit insistendum,an creditor adeũdo hæreditatem debitoris confundat debitum, seu extinguat per solutionem,an per cõfusionem:quia in casu nostro sufficit,ꝙ per confusionem.& per cõsequens sopita est ista quæstio. Et omnium eorum, quæ superius addduxeram in mediũ de hærede restituente hæreditatẽ fideicõmissario, iã r̃ndi. facit, quod voluit Bal.in d.l.3.vbi dixit, ꝙ quando hæres restituit, tunc actiones sunt medulitus translatæ in fideicommissarium:non autem est sic in casu, quo cedens dixit, pono cessionarium in locũ meũ.& ẽt facit: quia illo casu actiones transeunt ex legis censura,& voluntate testatoris,& sic ex necessitate, qđ nõ est in casu nostro.Et ideo dixit Bal.in l.3. ꝙ vbi-
31 cũque† fit ex necessitate alicuius dispositionis legalis, ꝙ tunc post ipsam cessionem non potest cedens experiri: quia non retinet actiones ad opus suum, sed ad opus alterius:vt not. in l.mandati actio.C.de fideiusso.Cum ergo in casu isto non fuerit facta ista cessio ex necessitate iuris,imo:vt superius fuit ostensum,fuit facta in fraudem communis Lucani,& cedens voluit retinere actiones,vt apparet ex pacto,ꝙ sibi prouidit,vt nõ possent illæ mulieres experiri,nisi post mortem ipsius.& sic ex hoc dicto Bal.cum dicit,quòd tunc nõ potest agere,quando non retinet actiones ad commodũ suum, sed ad commodum alterius.sed in casu isto ad suum proprium commodũ retinuit actiones iste cedẽs, sequitur,ꝙ potuit,& adeundo,& solutionem recipiendo, & paciscendo, & alio quouis modo liberare patrem debitorem a restitutione dictæ dotis. Et per ꝯñs ipsi fideiussores, & pro certo, istud dictum Bald.decidit aperte hanc dubitationem & præsertim cum ista cessio & donatio non fuit vendita,& sic titulo oneroso: sed titulo lucratiuo:ergo non est opus inuestigare,an per adi-
32 tionem† videatur exingui obligatio,sicut per solutionem:sed ꝙ sit extincta per solutionem, & ꝙ aditio accedat solutioni,late demõstrauit D. consulẽs, & ꝓbatur in l.debitori.coniuncta glo.sua.C.de pac. q̃ dicit,ꝙ vbi creditor succedit debitori,extinguitur obligatio ꝯtũ: & etiam contra fideiussores.& facit l.si debitori creditor. in ver.obligatio rõne cõfusionis intercidit,aut, ꝙ verius est,solutionis ꝑtãte.ff.de fideiussor.l.Stichum aut Pamphilium.§.aditio. Et si dicatur,ꝙ vbi sunt plures creditores, non habentur loco solutionis:vt l.si socer.ff.so.ma. Ad hoc respondeo,& adduco illud in mediũ,qđ voluit Io.de Imo. in l.si hæres a debitore.§.fi.ff.de fideiusso.vbi dixit,ꝙ quoties vnus creditor vni debitori succedit,tũc successio hr̃ loco solutionis.Modo ita est hic: quia ille Pierus erat vnicus creditor illius dotis, eo viuente: vt est superius ońsum, cum dictæ mulieres non poterant exigere ex pacto cessionis,& donationis:& ẽt ex dispositione.d.l.3.C.de noua.Ergo eo ipso,ꝙ ipse se immiscuit hæreditati paternæ,extincta est obligatio ad dotẽ ꝑtãte solutionis, & per ꝯñs exclusit illas cessionarias:quia sine facto & consensu illarum poterat exigere. in casu autem.d.l.si socer. non est sic: quia ibi non potuit solui dos patris sine cõsensu filiæ:vt l.non solum.ff.sol.mat.Sed in casu nostro potuit solui huic Piero sine consensu illorum sororũ, ergo sequitur, ꝙ habuit vim solutionis: & sic vnus erat creditor.& per ꝯñs trahitur ad accessoria,& sic habet vim solutionis quoad illas cessionarios: maximè secundum solutionem Dy. & Ray.quã refert. D.consulens,qui dicit, editionem esse loco solutionis,quando solutio potest fieri succedenti,sine consensu cessionarij. & ista vr̃ propria solutio ad illam l.si socer.maximè cum ibi mulier tractet de damno
33 euitandi:quia de dote†ꝙ est proprium patrimoniũ ipsius filiæ.Ideo si pater succedat genero,consolidatur actio ipsi filiæ:sed in casu nostro non est sic. & iõ in d.l.si socer.agitur de tertio,cui non poterat creditor succedens præiudicare: sed iste Pierus poterat præiudicare ipsius cessionarijs: vt est dictum: ergo nõ obstat.d.l.si socer. Facit etiam,q̃a quoties vnicus est debitor principales, successio hẽt vim solutiõis: secus vbi sunt plures rei debendi: q̃a tũc si creditor succedit vni,non habet vim solutionis successio: iõ põt exigere creditor debitum ab alijs correis: ita firmant omnes in l.Vranius.in d.l.si debitori.& in d.l. hæres a debitore.§.fin.Sed in casu nostro vnicus est debitor.vt est ille Philippus:ergo sequitur,ꝙ liberatus est ille Philippus.& per ꝯñs liberati sunt fideiussores, qui sunt accessorij ad obligationem illius Philippus:vt voluit gloss.in d.l.debitori.¶ Et si dicatur, ꝙ successio nõ habet vim solutionis,qñ creditor cõsequeretur dãnum:vt voluit Bart. in d.l.debitori.& in d.l.hæres a debitore.§.fi.& in d.l.Vranius.& Ang. & Io.de Imo.in l.j.§.debitor.ff ad l.fal. & in l.deducta.in prin.ff. ad treb. & hic ille Pierus tractat de dãno,si diximus,ꝙ successio habeat vim solutionis, & eodem modo istæ cessionariæ tractant de damno: quia perdunt dotes materna:quia q̃tũ ad hoc pondero,ꝙ vbi vnus creditor succedit vni ex reis debendi,successio nõ hẽt vim solutionis:& ratio viua est ista:q̃a qñ habeo duos reos debendi,& succedo vni, nõ põt rectè mihi dici folutũ ꝑ successorẽ istius: q̃a possum dicere,amice,ego non conuenissem istum, cui successi,sed conuenissem aliũ,& iõ debitum nõ erat certitudinarie illius, cui ego successi. Iõ in hoc
34 casu nõ hẽt†vim solutionis successio,sed vbi vnicus est debitor, & creditor illi succedit, oportet, ꝙ successio dẽat vim solutionis:quia cessat illa ratio,q̃ viget,qñ sunt plures rei debẽdi. Et ista videt ratio quare isto casu successio hẽt vim solutionis.& ẽt; q̃a(vt superius dixi)nõ solũ per solutionẽ poterat ille Pierus excludere illas cessionarias,sed etiam per pactũ: item per successionẽ,& sic per cõfusionem,actionũ stante cessione eo modo,quo fuit superius ostẽsum. Facit.l.si hæreditatẽ.quã allegat,& inducit dñs consulens.ff.de hære.vel acti.vend. Et inquantum superius responsum dedi ad illud, qđ potuisset opponi de hærede restituente hæreditatem fideicommissario.facit,quod voluit Bal.in l.j.C.de actio.& oblig. vbi dicit,ꝙ hæres per restitutionẽ est redactus ad instar ministri.l.ĩ fideicõmis.§.cũ Pollidius. ff.de vsur. & ibi optimè declarat,ꝙ cessio de per se non est modus tollẽdorũ iuriũ directorũ.allegat.d.l.3.C.de nouati.& quod not.Dy.in c.pro possessore. de reg.iur. lib.6.Facit ẽt,qđ voluit gl.ĩ l.si cũ emptore.ff.de pac. videlicet,ꝙ pactũ factũ cũ habẽte directas ꝑiudicat habenti vtiles in tribus casibus, not.in d.l.3.Eodem

modo dicamus, ꝙ per additionem, quam fecit de hæreditate paterna ille Pierus, præiudicauit illis sororibus, vt superius dixi. Et ex istis concludo, ꝙ per istam immistionem, quā ille Pierus fecit de hæreditate paterna, extincta est obligatio dotis, & per ꝯns liberati sunt dicti fideiussores, ac si fuisset solutum illi Piero, & per consequens nullum ius competit dictis sororibus cessionarijs cōtra illos fideiussores. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Statutū de controuersiis inter affines compromittendis est fauorabile, & ob publicam vtilitatē emanauit: non tamen habet locum, vbi res est clara, vel interuenit diuisio, transactio, vel sententia. Item ꝙ iuramentum a minore præstitum sit seruādum, maximè cum tendat ad suum commodum.

SVMMARIVM.

Iudex ex officio potest compellere consanguineos ad compromissum faciendum in amicos, nu. 1.

Diuisio & transactio æquiparantur. nu. 2.

Statutū, quod omnis quæstio debeat compromitti, intelligitur de quæstionibus dubijs. nu. 7.

Contractus minoris, si aliàs sine solenniate est vtilis minori, valet. nu. 9.

Prohibitio concernens solum fauorem personæ prohibitæ, dicitur magis consilium, quàm preceptum. nu. 11.

Exceptionem non verisimilem iudex nō debet acceptare. n. 16.

CONSILIVM LIII.

Quidem Viso puncto & statuto ciuitatis Reginę est accuratè videndum vtrum Titius pfatus, de quo in puncto dicitur, compellat cōpromittere in agnatos, seu coniunctos. Et ante omnia capio verba statuti ipsius, quæ ita formaliter sunt concepta. videlicet. Item cum lites, qōnes & cōtrouersiæ, quæ vertuntur inter agnatos & cognatos, sint omnino tollendæ, & quàm citius fieri pōt sine litigijs decidēdæ, statuerunt, ꝙ si cōtingat litem, quæstionem, aut controuersiam aliquam oriri inter agnatos, ꝙ dominus Potestas teneatur, &c. Quo casu fateor planè huiusmodi statutum emanasse, vt imponatur finis litibus, & controuersijs: & ideo pulchrè dixit D. Anto. quem sequitur Ioan. de Imo. in c. j. de mu. peti. ꝙ
1 †iudex ex officio, licet statuta aliter non prouideāt, potest compellere consanguineos ad faciēdum cōpromissum in amicos de cōtrouersijs, quæ inter eos diutius durarent. & ideo eleganter dicebat D. Paul. de Cast. in l. quidam ęstimauerunt. ff. si certum petatur, quòd vbi iudex non videt per propriam sententiam posse finire & terminare lites, quæ sunt inter partes, potest eas compellere ad compromissum faciendum. Et facit tex. solennis in l. congruentius. C. de pat. pote. ad ista statuta Italiæ, quòd causæ cōsanguineorum compromittantur in agnatos. & ideo text. valde singularis probat in l. j. §. quamuis. ff. vbi pupillus edu. deb. ꝙ cōsanguineus pupilli potest cōpelli educare pupillum, per quem tex. cōiter omnes doc. dicunt, ꝙ statutum disponens causas cōiunctorum compromitti in agnatos, infert agnatos compellendos acceptare compromissum. & sic istud statutum emanauit propter publicam vtilitatē. Facit, quod voluit Barto. in prima constitu. C. & quod scribunt omnes in c. quintauallis. de iureiur. & in rub. ff. solu. mat. Et sic ego fateor de plano, ꝙ tale statutū est fauorabile, & emanauit propter publicam vtilitatem. Sed stāte facti contingentia ita, vt est, erit ne locus huic statuto: & indubitanter de iure est dicendum ꝙ non: & assumo quoddam fundamētum verissimum, ꝙ diuisio bonorū, seu hæreditatis est transactio, ita decidit tex. & hoc ibi colligit Ang. in l. tres fratres. ff. de pactis. in ver. transegerunt, inquit Ang.
2 æquiparatur † diuisio transactioni, & transactio appellatur, allegat etiā ibi Ange. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. & sic diuisio est transactio, & æquiparatur transactioni. Hoc præsupposito ꝓ optimo huius ꝯsultationis fundamento arguo sic: post transactionem res dicitur liquida & clara, hoc eleganter decidit Bar. in l. qui tamen. ff. de arbit. vbi dicit, ꝙ res est effecta clara per transactionem, & desinit esse dubia, nec potest iterum transigi. l. post rem. ff. de transactio. ergo sequitur necessario, ꝙ cum ista diuisio sit transactio: vt est dictum, non poterit peti compromissum. & ideo text. in dicto §. duo fratres. probat, ꝙ per diuisionem vr̄ facta transactio super fideicommisso. & in indiuiduo istam qōnem determinat Bald. in l. fratris. C. de transactio. vbi dicit, ꝙ exceptio litis finitæ impedit processum in limine iudicij; & sic impedit litis ingressum. c. j. de lit. contest. lib. 6. Vnde non oportet contestari litem. & subdit, ꝙ si ex forma statuti deberet solui decima, non soluetur isto casu, & si ex dispositione statuti quælibet cā debeat cōpromitti, ista non debet cōpromitti: qa motor litis finitæ non debet ad aliquid audiri: vt in d. l. fratris. l. 4. §. ibidem. ff. ad exhiben. Ita formaliter ibi dixit Bald. decidens istam qōnem. Et sic colligo elegantem doctrinam Bal. ꝙ vbicunque opponitur
3 exceptio † quæ impedit litis ingressum, nūquā habet locum statutum disponens, ꝙ causa, seu queſtio, aut controuersia compromittatur: quia super eo, quod est liquidum, non debet posse compromitti. l. post rem. ff. de transac. l. elegāter. §. si quis post. ff. de cōdi. indebi. & facit elegans doctrina eiusdē Bal. in l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi refert se cōsuluisse Ianuæ, quidā egerat hypothecaria, reus excepit de solutione debiti, & dato termino ad probandum, petijt reddi instr̄m cancellatum; quia non cōfidebat se ꝓbasse super exceptione petens hanc causam compromitti secūdum formam statuti Ianuæ, interim supersederi in hypothecaria, consuluit non posse peti compromissum: ex eo quia obstat litis pēdentia super exceptio. Et sic apertè decidit Baldus, quòd vbicunque opponitur exceptio impediens litis ingressum nunquam habet locum statutum loquens de compromisso. & quòd per diuisionem factam inter fratres de hereditate paterna res dicatur finita, allego text. aureū, qui hoc dicit, in l. si maior. 25. annis soror tua tecum res cōmunes diuisit, quāuis non instrumentis, sed alijs probationibus probetur, stare finitis conuenit. C. communi diuidū. Et sic probat, quòd res dicitur finita, quando diuisa est hæreditas. Et (quod plus est) posito, ꝙ non probetur illa diuisio per instrumentum, quanto ergo fortius in casu nostro, vbi apparet diuisio facta per scripturam cum iuro & cum testibus, dicitur res finita vnde in casu isto petere compromissum, est inducere lites & controuersias: qa cū res sit finita, vt dicit ille tex. ergo nō dēt posse peti cōpromissum. Quinimo dico, ꝙ petere ꝯpromissum hoc casu repugnat mēti ipsius statuti cū dicat, ꝙ lites, & qōnes, q̄ vertunt inter agnatos, sunt omnino tollendæ: & quā citius fieri potest. & in casu nostro iuducerētur lites, & sic remanebimus in dispositione iuris cōis, vt qs nō cogatur cōpromittere: vt l. 3. ff. de arbi. Facit, qđ elegāter voluit D. Pet. de Anch. in consi. 171. incip. pro clariori intelligentia. vbi statutū erat in municipio, ꝙ inter consanguineos si aliqua qō oriatur. Potestas statim dēat eos cōpellere ad cōpromissum. fuit dubitatum,

bitatum, vtrum debeat peti compromissum, cũ petitur adimpleri conuentionem instrumenti, vt creditor possit ingredi propria auctoritate possessionẽ
4 rerũ debitoris, & dicit, ꝙ nã pacti, vt quis possit† ꝓpria auctoritate ingredi possessionẽ, de quo plene per Bartolum in l.3.C.de pigno. æquiparatur sentẽtiæ. ff. de pig.actio.l.si æquiparatur enim sentẽtiæ, & sicut super sententia indubitata non cadit compromissum: vt l.si causa cognita.C.de transa. ita nec super conuentione sibi consimili. & sicut executionẽ sententiæ non impediunt exceptiones, quæ exigunt altiorem indaginem: vt l.4.§. condemnatum. ff. de re iudica. per Barto. ita similiter & petitio compromissi non debet impedire summariam iudicis cognitionem super exceptionibus coram eo appositis super precij declaratione. Vltimo dicit D. suum Bal. cõsuluisse in simili quæstione apud Ianuam. & sic voluit allegare illud, qđ Bald. dixit in d.l.si iudex. & sic cõsuluit dominus Petrus, ꝙ eo casu, quo cõuẽtio est similis sententiæ, nunquam põt peti cõpromissum. Sed superius oñsum est, ꝙ diuisio est similis transactiones: & est transactio, & ẽt est similis sentẽtiæ: quia sicut per sententiã imponitur finis litibus: vt in l.j.ff.de re iudic. eodem modo per diuisionem concorditer factam: vt dixit solennis tex. in dicta l.si maior. Ergo verissima est conclusio, ꝙ cum ista diuisio facta fuerit concorditer, & etiam fuit iuramẽto partium confirmata, ꝙ nullo modo poterit peti compromissum, maximè cum repugnet verbis, & menti ipsius statuti, volentis lites sopiri, & non nasci, ꝙ fieret in casu isto, si peteretur cõpromissum. ideo seruanda est mens ipsius statuti.l.scire oportet. §.si maxime.ff.de excus.tut.l.cum mulier.ff so.mat. c.intelligentia. & c.præterea. de verbo.sig.cum sim. Facit ẽt, quod voluit Bald. in l.si causa cognita.C.de
5 transac. in finalibus verbis, videlicet, ꝙ super† sentẽtia non potest cõpromitti, allegat Inno. & Bernard. in c.exposita.ff.de arbit. & remittit se ad sua dicta in l.si diuersas.C.de transa. vbi dixit, ꝙ si partes post latam sententiam volunt compromittere in arbitrũ, non possunt, nisi compromittant cum clausula nõ
6 obstante prima sententia: quia illa† clausula habet vim renunciationis sententiæ in casu subsecuti laudi: in casu vero, in quo non laudaretur, illa clausula nihil operaretur.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff. de pactis. Ita ergo est dicendum in casu nostro, cum nullo modo potest cõpromitti stante dicta diuisione, quia dicitur res finita: vt superius dixi. & idẽ voluit idẽ Bal. ĩ l.j.C. qñ ꝓuoc. nõ est necess. vbi dixit, ꝙ in generali compromisso arbitrationis, non venit refricatio decisorũ: quia super liquido transigi non potest, & de hoc patere ex ordine scripturæ, dum dicit, compromiserũt de omnibus litibus, quę essent, & esse possent, &c. Ita est in proposito nostro: quia cum statutum prædictum loquatur de litibus, quęstionibus, & cõtrouersijs: & in casu nostro non põt esse quæstio: quia diuisio est liquida, & clara: ergo tale statutum non habet locum. Facit etiam, quod voluit idem Bald. in l.2.C.de legi. vbi dixit, quòd statutum disponens, ꝙ iudex debent iudicari de consilio sapiẽtis, intelligitur, vbi casus est dubius: sed vbi est liquidus, & certus. non requiritur consilium sapientis. Et ideo isto casu dictus velle consiliũ sapientis, est repellendus: quia hoc dicit per manifestam calumniam. Facit, quod voluit idem Bal. in l.ancillæ.C.de furtis. vbi est tex. ꝙ vbi est casus legis, nulla est quæstio: quia qõ est dubitabilis propositio, vt l. quod Labeo.ff.ad Carboni. Subdit ibi Bal. statuto
7 cauetur, ꝙ omnis qõ † debeat compromitti, intelligitur de qõnibus dubijs, & sic per istam doctrinam datur intellectus ad istud statutũ Reginũ, ꝙ intelligatur de dubijs qõnibus, & nõ de claris, & liquidis: vt in casu nostro. Facit, qđ voluit Bart. in d.l.si post rem.ff.de.transa. vbi dixit, ꝙ quando petitur executio sententię, pars, contra quam petitur, non potest petere illam causam committi consilio sapientis, vel in arbitratores ex forma statuti loquentis, ꝙ qõnes cõpromittantur: cum non sit quæstio: quia iã est decisum. Idem dicit esse, quãdo petitur executio instrumẽti guarẽtigiæ, quod habet vim iudicati secundum formam statutorũ, ꝙ non poterit peti cõpromissum, cum ergo res sit finita per dictam diuisionem, nõ potest peti compromissum, maximè in casu nostto: qa dicta diuisio extitit executioni mandata, & ipsi diuidentes steterunt taciti & contenti quilibet agnoscẽdo suam portionem, ad quid ergo debet peti compromissum, & cum istud statutum sit introductum ad medicinã. hoc casu pariet venenũ, & suscitabit qõnes. vbi esse non possunt. Et ideo dicebat Ang. in l.post rem.ff.de trãsac. ꝙ lata sentẽtia, quę transiuit in rem iudicatam, non põt cõpromitti, allegat Inn. in dicto c.exposita. de arbi. & idẽ Ange. in l.cũ hi.§.si cum lis. eo.ti. dixit, ꝙ si postquã sententia transiuit in rem iudicatam, partes dicãt, litem posse oriri: & ideo compromittũt, ꝙ talis assertio nihil operabitur; ex quo lex resistit potentiæ transigendi. & ita dicit pridie consuluisse per illum tex. Nec obstat, ꝙ de more tabellionum est apponere illa verba, ꝙ intelligatur lis de omni eo, quod arbitratum fuerit, quia procedit, vbi lex nõ resisteret potentię transigendi, sed in casu isto propter rẽ iudicatam lex resistit, vnde nõ sufficit talis assertio. Eodem mõ dicamus in casu nostro, vt nullo mõ possit peti cõpromissum, licet dicatur esse quęstionem, quia re vera res est finita, & decisa: ergo. Et facit etiam, quod voluit idem Angel. in l.post rem. ff.de transac. ꝙ negatio per calumniam euidẽter, vel absque calumnia, cum probatio est in promptu de cõ
8 trario, nõ facit rem dubiam. & ideo post latã † sententiam, quę transiuit in rem iudicatam, vel ẽt vbi de debito constat per instrumentũ guarẽtigię, ꝙ habet executionem paratam secundùm formam statutorum Italię, non poterit ĩ arbitrum compromitti: quia res non est dubia, nec potest per negationẽ fieri dubia: considerato ꝙ de sententia cõstat ꝑ publicũ instrumẽtum: & similiter de debito, & ꝓbatione promptu, etiam si partes dixissent posse esse litẽ, nihil operantur illa verba: tunc enim potest cõpromitti, quando in veritate res est dubia: puta si negaretur iudicatum, vel si negaretur debitum, & probationes sunt in longinquo, vel sunt deperditę. Modò ĩ proposito probationes sunt notorię: quia diuisio constat per scripturam, & per iuramẽtum, & per testes, & per facti euidentiam, quia quilibet habet portionem suam, & qlibet fuit tacitus, & cõtentus, ergo nullo mõ poterit peti cõpromissũ. Facit quod voluit idem Angelus in dicta l.elegãter. §.si post rẽ. ff.de cõdictio.indebit. vbi dixit, ꝙ si dispositione statuti caueatur, ꝙ omnis causa compromittatur inter coniunctos, ꝙ non habebit locum, postquã sententia transiuit in rem iudicatam, & sic postquam res est liquida; & si partes dicerent litem esse, & posse esse. Nec obstat l.optimam.C.de contrahen. stip. quia loquitur in casu dubio, sed in casu nostro constat litem esse non posse. ergo, allegat Inn. in d.c.exposita. & quod habet ĩ d.l.cũ hi.§.si cũ lis. ¶ Et si mihi dicatur, ꝙ poterit opponere exceptiones, quæ infringet ipsam diuisionem, & res efficietur dubia, ex eo quia talis diuisio fuit facta ꝯ dispositionẽ statuti requirentis certã solennitatẽ in ꝯctu minoris, q̃ solẽnitas non interuenit, & licet interuenerit iurm in tali diuisione, tamen iuramentũ non obligat, quia fuit

fuit præstitum contra dispositionem statuti Regini
in vers.& si secus fiat,nō seruata forma prędicta,cō-
tractus sit ipso iure nullus, & non prosit cōtrahenti
cum ipso minore ad agendum, vel excipiendum,
quantūcunque fuerit sacramento vallatus. Ad hoc
respondeo. Primò istud statutum ideo ita disposuit,
vt conseruaret minores a lęsione, & prouideret eo-
rum indemnitati, ita formaliter dicit statutum prę-
fatum in principio, cum dicit, cū lex noua Federici,
sacramēta puberū iubeat inuiolabiliter obseruari,
quę prodijt in lachrymas, & perniciem ipsorū mi-
norum, sicut per infinita exempla vbicunque loco-
rū euidentissimè capi potest, hac saluberrima lege
statuimus &c. Vnde in reddito cōsilio meo nō vide-
rā statutū istud: sed nihilominus tetigi latè hūc pas-
sum,& dixi, ꝙ si statutum erat Regij, illud emanaue
rat ad fauorem, & commodum ipsorū minorum,
9 & si ꝯctus † sine tali solēnitate erat vtilis minori, ꝙ
valebat talis ꝯctus,per gl.in l.2.& qđ ibi voluit Ang.
ff. de accep.& ibi latissimè scripsi sup hoc,mō in pro
posito nostro ita est formaliter, ꝙ tale statutū ema-
nauit ad vtilitatem,& commodum ipsorum: vt ap-
paret ex proemio ipsius statuti, ꝙ est causa finalis
ipsius statuti & probatur mens, & voluntas ipsorū
statuentiū per prefationem,& proemium statuti: vt
est tex.& ibi Bar. in l.1. ff. ad Maced. & per eundem
in l.cum quis.ff. si certum pet. & in l. fi.ff. de hæred.
instit.vbi est tex.& in l.cum hi. ff. de transac. & pro-
batur in text.l.regula.§ licet, vers. initiū constitutio-
nis demonstrat.ff.de iur.& fa. igno. cum simi. Cum
ergo ista diuisio cesserit a commodum ipsius mino-
ris,sequitur,quòd valuit,& tenuit.Nec obstat, cum
dicitur, ꝙ contractus sit ipso iure nullus, etiam si in-
teruenerit iuramentū: qa tale statutum intellexit,
qñ talis ꝯctus cederet ad præiudicium & dānū ip-
sius minoris: secus quando tenderet ad commodū
& fauorem: vnde omnis mens statuentium fuit cir-
ca commodum & fauorem ipsorum minorū. Itē &
posito, non tñ concesso, ꝙ ista diuisio tēderet ad in-
commodum minoris,& esset, vt est vallata iuramē-
to, adhuc dico, ꝙ minor tenetur ad obseruantiam
iuramenti: vt clarissimè demonstraui in dicto meo
consilio & ista est communis opinio quam refert &
sequitur Ioan.de Imo.in repet.c.cū contingat.de iu-
reiur.& ēt Bart.illam sequitur in repet. l.omnes po-
puli.ff.de iusti.& iur.dixit idem Bart.in vers. item si
statutum diceret, ꝙ contractus minoris non valeat,
etiam si fuerit iuratum, nisi interuenerit consensus
duorū agnatorū: vnde cōcludit ibi Bar.expressis ver
bis,istud statutum Reginum non valere, in quantū
disponit contractum vallatum iuramento nō tene-
re, si non interueniat solēnitas statuti: secus dicit ibi
Bart.si statutum in hoc modo loqueretur, videlicet
si contractus aliter factus fuerit, præsumātur mino-
res dolo inducti: tūc enim valeret statutum: quia si
dolus inest, non valeret iuramentum: vt in c.quan-
uis.in vers.dolo.de pac.li.6.sed quia præsumitur do-
lus per statutum, potest iuramentum sine pacto cō-
temni: & etiam sine pœna, allegat ca.cum ꝯtingat.
de iureiur.& c.licet mulieres.de iureiur.li.6.& d.ca.
2.de pac.eo.lib. & sic dicit se in facto vidisse iudica-
ri, quodammodo ita sentit Iac. de Belu. in quadam
sua disputatione.& sic Bar. ad literam decidit istam
quæstionē: quia vult, ꝙ statutū nullo mō valeat in-
fringēs iuramentū, nisi apponatur illa cautela, vt ꝓ-
sumatur dolo gestus talis contractus. Et etiā adhuc
ista cautela Bar. communiter est per doctores repro-
bata: quia videtur introducta in fraudem iuris cano
nici, de quo plenè per Ioā. de Imo. in d.repet.dicti c.
cum contingat. Et sic apparet illū minorē esse obli-
gatū ex tali iuramēto,& talem diuisionē valere, &
tenere: quanto fortius est obligatus ille maior frā-
ter, qui talem diuisionem fecit, & iurauit illā obser-
uare: & ideo nullo modo obligat dictum statutum.
Et ideo si opponatur de dicto Bart. in l.si quis ꝓ eo.
ff. de fideiusso. vbi facit dñam, an statutum dirigat
verba prohibitiua ad ipsum minorem ꝯhentem, an
nō. Dico, ꝙ ipse vr̄ recedere a dicta sua distinctione
in d.l.omnes populi. vbi dicit, se ita vidisse iudicari
& illam sequitur Bald.in l.nec patronus.C.de oper.
lib. dicens tale statutum posse interpretari dictum
10 iuramentum esse extortum dolo: & tunc absolutio
non est necessaria, sed sola declaratio, ꝙ nō ligauit:
vt in simili dixit tex. in c.quanto.de iureiur. & ꝙ illa
distinctio Barto.& eius differentia non teneat, dedu
co hoc modo: aut statutum dirigit prohibitionē de
directo circa ipsum iurantem, aut circa ipsum ꝯctū,
aut circa effectum contractus. & nullo istorum mo
dorum referr, dirigat verba prohibitionis in perso-
nam, vel in rem, ꝙ sic ostendo. nam in primo casu
siue statutum dicat, ꝙ non possit iurare, vel iuramē
tum non valeat, non valet statutum: quia disponit
de re ad suum forum non pertinēte: cum iurm ho-
die non sit de foro seculari, nisi vt ipsum mandet
executioni, vt c.fi.de foro compe.lib.6. non vt circa
ipsum aliquid statuat annullando, vel vt de viribus
cognoscat: hoc enim spectat ad iudicium ecclesiæ:
vt ibi no.& in c.venerabilem. de elect. ad fi. sicut nō
posset statutum, vel consuetudo laicorum aliquid
statuere circa vires matrimonij ad ipsum inualidā-
dum: vt plenè hr̄ in c.j.de spon. capitu.statutum.de
hære.lib.6. nam & annullationis inductæ per ius ci-
uile sunt hodie annullatæ & sublatæ per ius cano-
nicum, quatenus cum eo non concordat: ideo iuri
canonico dumtaxat est hodie standum: vt not.in l.
fin.C.de interdict.matri. & in c. tuā.de ordi.cognit.
c.lator.qui fil.sint legi.Bar.in l.Titia.ff.so. ma. Secū-
do casu siue statutum dicat, ꝙ minor non ꝯhat, siue
dicat, non possit ꝯhi super re minoris, paria sunt: qa
latinitas passiua resoluitur in actiuam,& ꝯ.& sic nō
refert, an dirigantur verba principaliter in personā,
& secundario in contractum, vel econtra: quia idē
effectus est: quia in vtroque casu est prohibitus con
tractus, scilicet obligatio, & dominij translatio.l.cū
lex.ff.de fideiusso.l.non dubium.C.de leg.& qa pro-
hibito antecedenti, censetur prohibitum ꝯns: vt
no.glo in l.2.ff. de iurisd.om.iud. Tertio casu quan-
do prohibitio concernit effectum cōtractus, adhuc
non refert per quæ verba: nam si dicat, ꝙ res mino-
ris non alienentur sine tali solennitate vel ꝙ minor
non alienet, non censetur, si bene inspiciatur, prin-
cipaliter prohibita persona: quia obligatio est alie-
natio, cum sint effectus iuris, qui non dependent a
persona tantum, sed a dispositione iuris. ergo vide-
tur prohibita ipsa iuris dispositio: videlicet vt non
operetur effectum suum in contractibus talium, a
qua iuris dispositione tales effectus depēdēt, quàm
videatur prohibita persona, a qua non dependet,&
sic qñcunque verba statuti sunt concepta in rē, seu
in effectum contractus, qui a iure dependent, cum
talis effectus non possit sequi, nisi mediante facto
hominis: scilicet ꝯctu, censetur etiam illud factum
prohibitū: vt l.oratio.ff.de spon.& per ꝯns etiam ip
sa persona, sine qua ille actus explicari nō posset: &
tamen videmus, ꝙ talis alienatio firmatur iurō: nā
prohibitio alienationis rei minoris est impedimen
tum: vt est text.expressus.in l.j.§.j.ff.de rebus.eo.ibi,
dum dicit, interdicam tutoribus, & no.expresse per
Cy.in l.fi.C.in quibus cau.restitutio non est nece.in
6.op. Item prohibitio senatuscōsulti velleiani: sena-
tusconsulto enim comprehēsum est, ne pro vllo fę-
minæ intercedant: & tamen accedente iurō vtraq;
prohi-

prohibitio tollitur,& succumbit iuramento:vt in c. cum contingat,de iureiur.& in c.ex rescripto,eo.tit.

11 Præterea qn̄ prohibitio concernit dumtaxat † fauorem personæ prohibitæ: dr̄ magis consilium,quàm præceptum.l.2.§.fina.ff.mand.& ista est ratio,quare obligatur mulier naturaliter & ciuiliter:licet contra dispositionem, & inhibitionem senatusconsulti intercesserit:vt in l.si mulier.in fi.ad velle.ꝙ non esset, si prohibitio concerneret fauorem alterius,quàm ipsius prohibiti: vt l.cum lex,de fideiuss.& l.si non sortem.ff.de cond.inde.quia non dicitur facere contra legis præceptum,sed contra consiliū,& sic non peccat, sicut ille, qui non sequitur consilium veritatis dominicę,dum dixit.Vende omnia,quę habes,& da pauperibus. Et sic Bar.non bene loquitur,& dixit D. Pau.de Cast.in repet.auth.sacramenta puberum.C. si aduer.vend.ꝙ infinitis vicibus consuluit ꝯ Bart.Et ista sunt addēda ad consilium per me redditum circa validitatem diuisionis factæ inter ipsos fratres:qa tunc non videram statutum Reginum,quia in puncto mihi transmisso nulla erat facta mentio de statuto prędicto.¶Venio nunc ad thema,& concludo, quòd non possit peti compromissum, & ostēdo hoc modo,& dico ꝙ non habet locum tale statutum eo casu, quo quis petendo compromissum venit contra suum iuramentum, quod seruare potest,si vult, sine interitu salutis æternæ: nec fuit vi,aut dolo inductus ille Ioan.ad iurandum,nec tendit in præiudicium alterius,quàm iurantis,& sic de iure compellitur stare iuramento, & non contrafacere, posito,ꝙ contractus,super quo est iuratū,sit nullus.d.ca.cum contingat,& d.c.quamuis.non enim potuisset statutum specialiter disponere cōtrarium : quia nutriret peccatum,& non valeret:vt dixit Bart.in d.l.omnes populi.in loco præallegato:vbi dixit,ꝙ sicut non valent leges dicentes,ꝙ iuramentum interpositum super alienatione rei dotalis,non valeat,nec sit seruandum : vt l.non dubium.C.de legib.sed sunt correctæ per d.c.cum contingat,quia ius canonicum præualet in hoc iuri ciuili,etiam inter laicos, cum agatur de periculo animæ,iuxta no.in c.2.de regu.iur.lib.6.

12 Ita non valet statutum hoc disponens:quia non † potest esse maioris efficaciæ, quàm ius cōmune,a quo statuta consequuntur robur : vt d.l.omnes populi. Si ergo ius commune disponens iuramentum non seruādum,sed posse venire contra,non valet:ita nec statutum;cum aliquid non debet esse potentius sua causa:vt l.digna vox.C.de legi.& quicquid est causa causæ,est causa causati.l.manumissiones.ff.de iusti.& iur. vnde si statutum hoc disponeret, censeretur illud disposuisse ius commune, quod dat illi robur. l.asse toto.ff.de hæredita.institu.ius autem commune hoc disponens non valeret : ergo si igitur ita est, ꝙ istud statutum si hoc specialiter disponeret, non valeret: puta,ꝙ posset quis venire contrarium iuramentum,& contra transactionem iuratam,& compellere aduersarium ad compromissum,sequitur,ꝙ in generali dispositione prefati statuti hoc non com

13 prehenditur : quia † in generali dispositione statuti non venit casus, in quo statuentes non possent specialiter disponere: vt not.in l.si pater.ff.quæ in fraud. cred.l.Lucius.§.penu.ff.ad mun. Bar.in l.si quis sub conditione.ff.de ꝯdi.insti.Io.An.in c.eos, de immu. eccle.lib.6.& probatur in c.1.de iureiur.lib.6.& per Bald.in l.iubemus nullam.C.de sacrosanct.eccles.& ideo idem Bald.in l.fi.§.in computatione.C. de iure delibe.dixit,ꝙ generalia verba statuti non adaptantur ad impossibilia ipsis statuentibus, allegat Bar.in d.l.si quis sub conditione,& idem voluit in l.omnes populi,de iustit.& iure.Debet ergo præfatum statutum disponens de compromisso intelligi dumtaxat eo casu, quo mouens litem non veniret contra proprium iuramētum: statutum enim prædictum non intelligitur loqui,nec talem casum voluisse comprehendere,cum & si voluisset,non potuisset.l.j.in prin. cum ibi no.per glo.ff.de offi.eius cui man.est iurisd. sic ergo præfatus agens non potest se fundare in præfato statuto ad petendū compromissum,postquam hunc casum non comprehēdit,& multo minus potest se fundare in iure communi : quia illo iure nullus compelli potest ad compromittendum,: vt not. Bart.in l.quid ergo.§.qui iussu.ff.de his qui not.infa. Bal.in l.1.C.de arbit.& C.de sent.l.ex stipulatione.c. cum inter R.seniorem,de elect. Præterea facit:quia (vt superius dixi)ista diuisio est transactio,& est iurata.vnde petendo compromissum iste agens, & citari faciendo reum super contentis in dicta diuisione, videtur incidere in pęnam.l.si quis maior.C.de transactio.& sic est infamis, & cecidit ipso iure ab actione, & ab omni iure suo. Et per consequens amodo nulla potest esse quæstio inter eos, vel controuersia de contentis in dicto instrō, & hoc est notorium & manifestum:quia probationes iuris sunt liquidæ:vt est gl.in l.si tutor.C.de peri.tut.ergo quis non potest petere compromissum, nisi super his, super quibus potest esse quæstio, & controuersia, & vbi hoc non est, cum cessent verba statuti,cessabit ipsius dispositio.l.4.§.toties.ff.de dam.infect.sed est notorium de hac diuisione nō posse esse amodo quęstionem,nec de contentis in ea:ergo.Quia cum actionem,quam prætendit,constet eū perdidisse,& hoc est notorium iudici,vt iudici ; ideo ex officio suo, etiam nullo petente,debet ipsum repellere,& suam audiētiam denegare, iuxta no.per gl.in l.vbi pactum.C.de transa. & in l.si vnus.§.pactus.in gl.in opponendo.ff.de pac. & per Bar.in l.cum qui.§.qui ita,de ver.obli.Quinimo plus est considerandum circa intellectum huius statuti:quia dicit,ꝙ Potestas, & eius iudices teneantur compellere affines ad compromittendum. Vnde videtur, ꝙ ex suo officio hoc sibi non competit: ab ipso enim statuto requiritur, ꝙ ad instantiam alicuius hoc faciat.Vnde dicebat do.Anto.in c.venerabilis,de iudic.ꝙ si statutum disponit, ꝙ iudex teneatur sub pœna expedire causam infra mensem, ꝙ iudex non tenetur,nisi per partem petatur, & facit ad hoc glo.multum sing.in c.fi.de rescript.de qua facit festum ibi do.Abb.Est ergo interpellandus Potestas ad compellendum istos coniunctos ad compromissum.vnde intelligo,ꝙ hoc facit ad instantiam illius, contra quem mouetur controuersia:quia in eo cessat omnis suspicio calumniæ:non autem ad instantiā eius,qui controuersiam mouet,nisi contrarium iudici videatur,aliàs aperta esset via vnicuique indebitè & iniustè vexandi aliquem,& ab eo indebitè extorquendi,faciendo eum citari,cum nullum ius,vel actionem prætendat, vel prætendere possit ꝯ reum, vt deducat ipsum ad compromissum,& communes amicos,qui interdum præter omnem iustitiam grauant vnum, & alteri attribuunt : vt experientia docet. Et ideo licet verba statuti dirigantur ad ipsum Potestatem,& per consequēs ex officio suo Potestas

14 † hoc facere potest ; tamen non arctatur ad hoc : vt voluit tex.in l.non quicquid.ff.de iudic.& voluit ibi Bald.nec deberet facere,nec aures accommodare.l. satis apertè.C.de fal.c.super hoc,de renunt.& quod not.glo.in dicta l.vbi pactum,& Inno.in cap.constitutus,de fi.presby.Et ideo non est intelligendum,ꝙ alio modo intellexerit dictum statutum,& ꝙ voluerit inuenire causas calumniādi:& indebitè alios vexandi,cū potius tendat eius dispositio in oppositum scilicet ad lites tollendas.l.prima.ff.de arb.non ergo debet intelligi, vt eius mens & intentio non seruetur.l.

tur.l.benignius.ff.de legi.& per istum modum reducimus,quãtum possumus,statutum ad terminos iuris communis,& ita videtur veritas formalis & indubitata,& adduco in testem D.Pau.de Cast.in consilijs suis.consi.56.incipiente, visis & ꝯsideratis omnibus,vbi in accidẽtia facti,stante tali statuto:quidam volebat petere compromissum,& venire contra trãsactionem iuratam, & allegat statutum prædictum, consuluit,ꝙ nõ potuit:ergo sopita est ista hæsitatio. Facit etiam ad hoc tex.in c.1.de lit.contesta.lib.6.in
15 versi.finita.vbi exceptio rei iudicatæ,† vel transactæ, vel finitæ impedit litem contestari,& gl.ibi in vers.finita dicit,ꝙ illud verbum finita,intelligitur de consensu partium,vel longo silentio . Modo in casu nostro omnia ista interuenerunt. Primo interuenit diuisio,quę transactio est.Secundo interuenit consensus : quia ille frater maior fecit diuisionem , & portionem suã acceptauit,& ꝯtentus fuit. Tertio interuenit longum silentium : quia text.elegans in c.plerunque,de rescr.in versi.multo tpe.probat, ꝙ lapsus anni dicitur esse multum tempus, & in ca.ex parte, de rescript.in versi.ex diuturnitate temporis.dicit,ꝙ tempus biennij dicitur tempus diuturnum,& sic interuenit longũ silentium , cum multo tẽpore istam suam portionem,quam ipsemet fecerat,acceptauit tenuit, & possedit.Idem etiam ibi dicit glo.in ver.finita.quando interuenit iuramentum delatum a parte parti:quia tũc impeditur litis ingressus dumtaxat per exceptionem iuramenti, quanto fortius in casu nostro,licet non interuenerit delatio iuramenti, tamen interuenit iuramẽtum reciprocum hincinde. Coniungendo modo omnia ista insimul,quę in hac diuisione interuenerũt,apparet res clarissima,ꝙ impeditur litis ingressus , & per consequens non habet locum statutum loquens de compromisso petẽdo . ¶ Et si dicatur mihi,amice,in glo.in d.c.1.in ver.sed pone.dicitur,ꝙ sententia non tenuit:puta quia non fuit iudex , qui eam tulit , vel ꝙ transactio facta non fuit, vel non interuenit iuramentum , nunquid audiendus est?Determinat,ꝙ sic.Ita videtur dicendum in casu nostro,ꝙ eodem modo poterit dicere aduersarius. Ad hoc respondeo, ista in casu nostro non obstare ex eo : quia hic non potest negare,ꝙ non interuenerit diuisio, vt apparet ex inspectione rei . Item non potest negare,ꝙ non interuenerit iuramẽtum: vt etiã apparet ex inspectione rei, & per euidentiam facti , quo casu non est audiendus: quia erit calumniosa exceptio.vnde dicebat do.Ant.in c.super hoc,
16 de renunt. ꝙ vbi † exceptio non est verisimilis,iudex non debet illam acceptare: vt probatur in c.quia verisimile, de præsumpt.& in d.l.satis apertè.C.de fal. Et sic est accuratè ponderanda illa gl. quia loquitur quoad ea,quæ sunt facti:puta , ꝙ ille non fuit iudex, & ꝙ transactio non interuenit, & ꝙ iuramentũ non interuenit, non autem loquitur quoad exceptiones iuris,ex quo res iam est finita : & sic non poterit iste actor dicere,quòd de iure non tenuit diuisio,ex quo res iam est finita,nec auditur veniẽs ꝯ proprium factum c.nosti,de elect.no.in c.si quis presbyterorum, de rebus eccle.non alienan.cum similibus.¶ Et si dicatur,ꝙ opponet , ꝙ diuisio non tenuit stãte forma statuti:istud etiam non potest opponere ex eo:quia (vt superius dixi) istud statutum emanauit in fauorem minoris,& ista diuisio tẽdit ad commodum minoris:ergo.Item nec potest allegari,ꝙ iuramentum non tenuit stante dicto statuto:quia ista exceptio est notoriè iniusta : quia statuta laicorum non possunt infringere iuramentum : vt superius subtiliter fuit ostensum,& vbicunque resultat notorium facto iuris,tunc non est opus,ꝙ allegetur,& sic limitatur gl. quæ reputatur singularis in cle.appellanti,de app.& tex.in l.si adulterium cum incestu.§. idem Pollioni. in vers.allegetur.ff.de adul.quia loquuntur,quando notorium resultat facto partis, seu hominis:secus si resultat facto legis : quia non est opus,ꝙ per partem allegetur. Vnde iudex põt moueri ex officio suo nemine allegante.Ita probat text.formalis in c.affertẽ, de præsump.Ita ibi colligitur D.Abb.& facit.c.Raynutius,& quod ibi colligit Inn.de testa.& ideo iudex ex suo officio repellet.& succedet doc.Inn.quę repu
17 tatur sin.in c.j.de off.Vic.ꝙ idẽ importat† calumniosa petitio,qđ importat inepta petitio, & sic est lacerãda,qđ dictũ retulit Bal.in l.j.C.si de mom.pos.fue. appell.& facit,quod ipse Bal.voluit in rub.C.de manu. Et per consequens erit repellendus , & non audiendus iste actor:& ita apparet responsum ad ca.1. & ad ea quæ possent opponi ex not. in d.l.post rem. ff.de transact.& in c.interposita,de arbit.facit,quod no.ibi D.Cardinalis,& communiter omnes scribentes,& quod voluit Ang.in suo cõsilio,incip.in splendidissima ciuitate Florentiæ. Postremò dico istam q. bellissimè decidi per dictum Barth.de Saly.in d.l. fratris.C.de transact.vbi ad literam dicit,statuto cauetur,ꝙ de quæstionibus vertentibus inter agnatos fiat compromissum , & actor petit cõpromissum, & reus opponit de trãsactione,decidit,ꝙ probata transactione actor non est audiendus , & idem tenuit ibi præclarus doct.do. Florianus de Bononia:ergo.Vltimo facit, quod voluit Inno.in d.c.1.de lit.contesta. libr.6.exponendo illud verbum finita:quia intelligi debet secundùm eum , si quis iurauerit se perpetuò non acturum: quia tunc nisi ex causa agere non poterit.C.de pac.l.postquam liti.c.constituit,de resc.& sic in indiuiduo decidit istam quæstionẽ,ꝙ cum iste actor iurauerit non venire contra hanc diuisionem sequitur,ꝙ nullo mõ est audiendus,maximè in casu nostro,cum ipsemet diuiserit,& erat maior tũc temporis,& sciebat res hęreditarias,& quãtitates & qualitates,& conditiones rerum.c.scienti,de reg.iu.li.6. l.cum donationis.C.de transact.& dixi in meo reddito consilio. Et ex istis concludo primò,ꝙ nõ spectat ad istum actorem petere,ꝙ compromittatur : vt in terminis consuluit do.Paul.in consilio præallegato. Et licet ad officium domini Potestatis spectet compellere partes ad compromissum , ex quo verba statuti relata sunt ad eum , vt est gloss.in l.si soror.C.de collat. tamen non cogitur Potestas hoc facere , vt l. non quicquid.ff.de iud.& superius dixi.Item concludo , ꝙ Potestas nullo modo debet hoc posse facere : quia res est finita, rationibus & iuribus allegatis superius : & quia incideret in periurium actor , si ipse peteret compromissum, vel si Potestas compelleret reum ad compromissum . Item concludo , ꝙ nullo modo est locus statuto in casu nostro , & per consequens non potest, compelli iste reus ad faciendum compromissum.Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Confinium appositio in contractu vẽditionis, aut locationis operatur,vt quicquid est intra confines,videatur vẽditum,aut locatum , & emptor,aut conductor fructus inde prouenientes facit suos.

SVMMARIVM.

Vendens vniuersam curiam videtur omnes possessiones extãtes intra ipsam curiam vendidisse,&c.nu.1.& 4.

Fructus bona fide , & cum titulo percepti non restituuntur. numero 6.

Testi reddenti bonam rationẽ sui dicti potest iudex ex causa non adhibere fidem.nu.9.

CONSI-

CONSILIVM LIIII.

EQuidem visis oppositionibus expressis in pũcto,& visis consilijs subtilissimis redditis per maximos iuris doctores Papienses, & omnibus quæ potui animaduersione pensatis, venio ad primam dubitationem, in qua quæritur, an prædicta locatio facta domino Vberto includat proprietates,& possessiones, quarum fructus petuntur, vt ex illis dicatur ipse do. Vbertus eas cõduxisse,& per Iouem gloriosum pulchrè scriptum est per eos circa istam hæsitationem, allegando Bal. in cap.1.de capi.qui cur.ven.per tex. in l.æde sacra.§.intra.ff.de contrah.empt.quia cum in dicto instrumento locationis dicitur,quòd locauit vniuersam curiã letepaledani,& intra ipsam curiam sunt proprietates, & possessiones, de quarum
1 fructibus est prius quæstio, videtur† omnes possessiones extantes intra ipsam curiam locasse. ego ad hoc allego elegantem doctrinam eiusdem Bald.in commento rub.C.de contrahen.emp.in versi.vt lit.quæro, vbi dicit,pone,vendidi prædium,& fines adieci, ꝙ tũc videor vendidisse totũ illud territorium,quod est intra illos fines, allegat.d.l.æde sacra.§.1. vbi est casus formalis,venditis quæ intra certos limites posita sunt, si nihil venditor nominatim excepit, omnia pertinẽt ad emptorem,&c. Et ad hoc vlterius allego in indiuiduo dominum Bartholomeum de Salyc.in l.2.C.de contrah.empt.in pen.q.vbi dicit formaliter, vendidi prædium,& fines adieci,ꝙ tunc videor vẽdidisse totum illud,quod est intra illos fines, allegat.d.l.æde sacra.§.j.& illum terminum quæstionis.Sal.posuit Io.And.in addi.Spec.in tit.de emp.& ven.§.1.in addi.quæ incipit,hic quæritur,si venditor vel donator, vel testator dixit, vendo tale prædium infra tales confines,& allegat ad hoc dominũ suum, qui fuit Oldra.Laudensis,& idem retulit Pet.de Ancha.in c.per tuas, de dona. Et allego eundem Bal.in c.j.§.si quis de manso.in ti.de controuer.inuesti.qui dixit, ꝙ si quis dicat, concedo tibi in feudum vsque ad tale flumen,& de tali ad tale, ꝙ includuntur coherẽtia,& allegat ad hoc Arch.in c.ecclesias.23.q.1. Et ego allego elegantem text.in l.patronus. §. Sempronio.ff.de le.3.vbi testator legauit prædia omnia, quæ sunt vsque ad prędium,quod vocatur Gayas in finibus Galatiæ sub curia villici alicuius, quæsitum est, cum in eodem confinio prædiorum esset vnum prædiũ non in Galatiæ,sed Cappadociæ finibus,sub curia tñ eiusdem villici,responsum est, illud legatario deberi. Si igitur debetur vltra fines,& videtur legasse vltra fines: quanto fortius in casu nostro videtur locasse Abbas cum conuentu suo intra fines, & consequens omnes proprietates,& possessiones contentæ in dicta curia : vnde posito, ꝙ aliquæ ex dictis proprietatibus, & possessionibus spectassent ad ecclesiam Sancti Sixti, nihilominus ista est veritas, ꝙ instrumentum locationis huius comprehendit omnes possessiones,& proprietates contẽtas, & positas in dicta curia,& ideo Bald.in l.1.§.cum vrbem.ff.de offi.præf.vrb.in finalibus verbis dicit,ꝙ qui vendidit quicquid est intra muros, vr̃ vendere dictos muros, si sunt eiusdẽ venditoris.Item dicit,si venditur,quicquid est intra arborem,ꝙ continebitur in venditione arbor,allegat, quod habetur in l.anniculus.ff.de verb.sig.& quod not.Arch.in d.c.ecclesias.13.q.1.ergo sequitur verissima conclusio ex istis, ꝙ videntur locatæ oẽs terræ,possessiones,memora territoria,& quæcunque posita infra dictam curiam.¶ Et si quispiam opponat,vt iam opponitur in puncto,amice, ista pensio sexaginta ducatorum non æquiualet introitibus,& redditibus oĩum terrarum,& possessionum comprehensarum in dicta curia: ideo ex quantitate pensionis comprehenditur quantitas rerũ locatarum,& posset ad hoc allegari,quod no.gl.in l.1. §.quod ait.ff.de superficie.& dictum Bal.in l.j.C.qui te.fac.poss.vbi dixit,aliquis vendidit Titio domum, cõem habebat cum fratre suo, an videatur vendere totam,an dumtaxat partem suam,dicit, ꝙ in dubio hoc ostenditur ex quantitate precij, vnde si quantitas precij æquiualet parti,videtur vẽdidisse partem, si æquiualet toti,videtur vendidisse totam,allegat d. l.j.§.j.de superficie.& l.pupillus.§.fi.de ver.sig.Ita videtur dicendũ in proposito: quia istud vere non obstat:& respondeo,ꝙ Bald.ibi loquitur in dubio. Sed quando sumus certi, ipse non loquitur. Vnde in incertis,& nõ certis locus est coniecturis.l.continuus. §.cum ita.ff.de verborum oblig.l.pediculis.§.argento.ff.de auro & argento.l.si certis annis.C.de pact.l.certa forma.C.de iure fi.lib.6. sed in casu nostro sumus certi:quia locauit vniuersam curiam cum territorijs,&c.& a iure ita disponitur, ꝙ comprehẽduntur omnia existentia intra illos fines, & contenta in dicta curia:ergo non oportet recurrere ad coniecturas.Item aliæ locationes factæ per Abbates ita factæ fuerunt,& ita interpretatæ, & intellectæ fuerunt, ꝙ conductores perciperent fructus ex omnibus terris,
2 & territorijs contentis in dicta curia,& facto † datur voluntas intelligi: vt l.reprehendenda.C.de instit.& substi.& glo.in l.de quibus.ff.de legib.Cum ergo ita fuerint conceptæ aliæ locationes vsque ad illã, dum fuit facta domino Carolo, & ita alij cõductores perceperunt,ꝙ soliti fuerũt percipere:ergo non est standum coniecturis,& pręsumptionibus,consideranda est consuetudo locandi, & inuestiendi ipsius ecclesiæ.l.qui semissus.ff.de vsur.l. vel vniuersorum. ff. de pign.act.& maximè,quia in voluntate partium stat, quibus precijs,quibus mensuris res vendatur,aut locetur: vt dixit tex.in l.imperatores,in ver.quibus precijs in voluntate contrahentium esse ꝯstat.ff.de contrahen.emptio.& ideo tex.in l.2.ff.loca.dicit,ꝙ sicut contrahitur emptio, eodem modo contrahitur locatio,in ver.de precio conuenerit,sic locatio & conductio contrahi intelligitur, si de mercede conuenerit.& ideo dixit Bald.in rubr.C.de contrahen.empt. in 10.q.ꝙ si emphyteuta apposuit pactum,ꝙ si infra annum non soluerit censum,incidat in pœnam, an per censum vnius denarij non solutum rem perdat: & decidit ꝙ sic,per no.in l.bona fides.ff.de contrah. emp.& idem Bal.in l.cum allegas.in 8.oppo.dicit,ꝙ
3 † emphyteuta cadit ab vno castro propter censum vnius denarij non solutum:& sic apparet,ꝙ in vilissima pensione potest fieri locatio: & quia ecclesia ita consueuit locare,attendetur illa consuetudo.& circa istud propositum dixit Bald.in c.j.qui feu.da.pos. ꝙ consuetudo habet vim decreti,& tenaciter obseruata habet vim iustitię.Item dat iurisdictionem.l.viros.C.de diuer.offi.lib.12. Item dat mandatum: vt l. nulli,quod cuiusque vniuer.no.l.super creandis. C. de iure fi.li.10.¶ Et si dicatur,quàm potestatem habuit ille Abbas cum ꝯuẽtu locare illas proprietates spectantes ad capellam Sancti Sixti? Circa hoc plura dixi in consilio, quod redditi in fauorem magnifici militis domini Benedi.de Strocijs:quia consului super surreptione bullæ, & plura dixi circa istam partẽ,quo iure potuerit Abbas,& conuentus locare, & inuestire dictã curiam.Nunc deduco istud ad indiuiduum verissimum, & decisiuũ huius dubitationis: & dico, ꝙ prælatus superior potest infeudare feuda, quę pertinent ad collationem prælati inferioris sibi subiecti,& ꝙ sit verum ostendo:nam lege cauetur,ꝙ si Abbas vẽdit rem alicuius ecclesiæ sibi subiectæ,& illam rem vendidit, tanquam rem alterius ecclesiæ

sibi

sibi subiectæ : si postea vult reuocare, non potest : vt legitur & notatur in l. i. C. ne fi. rē quam vend. euin. lib. 10. In contrarium videtur: quia iuri inferioris ecclesiæ non potest derogari. c. i. episcopum, vel Abb. Ita arguit Bald. in c. i. qui feu. da. poss. Soluit postea ibi Bald. aut illa ecclesia inferior erat immediate subiecta, & valet : aut mediate, & non valet, nisi forte ea vacante: nā maior est potestas prælati, quàm economi, qui hoc possit, facit, hoc notat Inno. in c. cum deputati, de iudi. illa autem dicitur in isto casu ecclesia immediate subiecta, quādo rector ipsius non administrat nomine suo proprio : sed nomine superioris prælati : nec est perpetuus, sed manualis. c. quanto, de offic. ordin. & de mediato & immediato no. in l. i. C. de contracti. iudic. Ista sunt formalia verba domini Bal. in d. c. i. quæ indubitanter ponunt ad extremum, & præcipuum lumen decisionis istam quæstionem ad fauorem Sancti Benedicti: quia cum iste prioratus Sancti Sixti sit manualis, & obediētiarius illius ecclesię, seu monasterij Sancti Benedicti, & Abbas Sācti Bened. ponit priorem in dicto prioratu, sequitur, quòd potuit locare, & inuestire de dicta curia Abbas & conuentus dictum d. Vbertum, & alios inuestitos. Et sic illa consuetudo inuestiēdi, & locandi fuit conformis iuri communi, & non induxit aliquid ɔ̄ dispositionem iuris communis. Et sic apparet ex prædictis, ꝙ cū † verba instrī sint latissimè
4 concepta : quia dictum fuit vniuersam curiam cum terris, territorijs, &c. sequitur, ꝙ videntur comprehensę omnes proprietates, per d. l. æde sacra. §. intra. & sic concurrit Potestas inuestiendi, & locandi : quia potuit Abbas & conuētus omnes illas proprietates locare: vt est dictum, & maximè si tunc temporis dicta ecclesia Sancti Sixti carebat priore: qa posito, ꝙ non esset prioratus manualis, & obedientiarius, tamen tunc temporis spectabat cura, & gubernatio ad ecclesiam superiorem, vt habetur in c. cum vos, de off. ordi. Quanto fortius in casu nostro, cum dicta ecclesia erat immediatè subiecta monasterio Sancti Benedicti. Item concurrit consuetudo sic locādi : quia ita consueuerunt Abbates locare pro eodem pensione. Item concurrit etiam : quia in dicta locatione nulla fuit facta exceptuatio terrarum spectātiū ad dictam ecclesiam Sancti Sixti, concurrit etiam: quia potuerunt Abbas & conuentus locare pro tanta pēsione, ex quo communicato consilio Abbas & cōuentus, ita locarunt. Facit l. iubemus. C. de sacrosanctis eccl. & glos. in capitulo secundo de ordi. cogni. nam con-
5 fessio † totius capituli, & delictū totius capituli cum vnico consilio nocet ecclesiæ ergo multo fortius nocebit ecclesię constituere pensionem: & etiam quia religiosi non habent ita inhiare temporalibus: vt dixit tex. in c. ex parte, de censib. Et ex istis apparet, ꝙ illa prima exceptio nullo modo obstat, cum dicitur, ꝙ illa pensio fuit adeo minima, ꝙ respectu quantitatis fructuum dicamus non tenuisse locationem, vel non debuisse extendi ad terras capellæ: & etiam concurrunt bene merita, & seruitia illius domini Vberti: ergo, &c. ¶ Et cum opponitur, ꝙ talis locatio, debuit limitari saluo iure capellæ: vt in ca. super eo, de offi. deleg. vbi si in rescripto tollitur exceptio, intelligitur quoad ipsos litigantes : non autem quoad tertium, quem tex. allegauit pro singulari D. Anto. in c. vt debitus, de appellat. ꝙ licet statutum tollat appellationem, intelligitur quoad ipsos litigantes, non autem extenditur ad tertium. vnde videtur Abbas, & conuentus locasse illas terras, quas poterant, & non illas, quæ erant iuris illius capellæ. Ad hoc respondeo. Primò, verba instrumenti sunt latissima, & comprehendunt omnes terras: vt dicto §. intra. & ita fuit consuetum fieri: ergo cessat ista interpretatio, si non præiudicat capellę: quia eodē modo non debet præiudicare illi domino Vberto, vnde talis interpretatio non est faciēda cum præiudicio domini Vberti. Si enim Abbas & conuentus omnes istas proprietates locarunt domino Vberto, & ita consueuerunt locare, iusto titulo habuit D. Vbertus, ideo intelligitur esse saluum ius capellæ contra ipsos locatores, qui sic locarūt: non autem contra dominum Vbertum, qui habuit canonicum titulum, & coloratum ab eo qui potuit locare : ideo ecclesia S. Sixti agat contra Abbatem, & conuentum, qui sic locarunt, & in hoc saluabitur ius capellæ. Nec obstat, cum opponitur, posito ꝙ comprehendantur dictæ terræ spectātes ad ecclesiam Sancti Sixti, non debuerunt locari. Quia ad hoc respondeo. Primò, ꝙ potuerunt locari : quia sic erat consuetum ex consuetudine, quæ excusat, et si sit iniqua: vt est gl. fin. in c. cum venerabilis, de consue. Item dico, ꝙ de iure potuerunt locari: vt eleganter voluit Bal. in d. c. j. ex quo erant immediate subiectæ monasterio Sancti Benedicti: vt est dictum. Item
6 ex quo cum titulo habuit & percepit illos † fructus, non potest compelli do. Vbertus, nec hæres eius ad restituendū fructus, quos ex titulo, & bona fide percipit : vt latissimè scripsi in meo consilio reddito super bulla Nicolai rescribentis : & sic ius capellæ debet esse saluum contra Abbatem & conuentum, & non contra domi. Vbertum, aut hæredem eius. Nec obstat dictum Bald. in d. l. prima. C. qui test. fac. poss. quia Bal. non loquitur in casu nostro, ipse loquitur, quando quis vēdidit domum, quæ erat communis, an videatur vendere totam, vel partem suam: ipse dicit, ꝙ in dubio quantitas precij hoc declarat, & sic loquitur eo casu, quo est dubium. Sed in casu certo ipse non loquitur, imo sentit, ꝙ in casu certo non curabimus de quantitate precij. Modò in casu nostro ita est: quia sumus clari, & certi, quòd omnes terras locauit, vt tenor instrumenti ostendit, & consuetudo locandi demonstrat, & etiam effectus: quia dominus Vbertus per tot tempora tenuit, & possedit omnes dictas terras : ergo, &c. Item Bald. non loquitur quoad fructus perceptos, & consumptos, vt sumus in casu nostro. vnde pone, quòd ille emptor dum tenuisset illam domum emptam, & veniret alter, cui domus erat communis, & posito, ꝙ aduocaret partem domus, iam non posset petere pensionem pro sua parte ab illo emptore, ex eo quia fuit emptor bonæ fidei, & fecit fructus suos: vt plenè dixi in meo cōsilio, & sic nullo modo meretur allegari dictum Bal. contra hanc consultationem. Et sic sequitur, ꝙ omnes dictæ proprietates videtur fuisse locatę dicto d. Vberto, & per consequens potuit fructus percipere, & capella si se sentit grauatam, agat contra Abbatē, & conuentum. Nec similiter obstat, cum dicitur, ꝙ do. Vbertus fuit in mala fide: quia sciuit, aut verisimiliter scire debuit, dictam capellā debere habere dictas terras: ex eo qa quidā testis dicit se audiisse D. Vbertum dicere, ꝙ volebat impetrare beneficiū sancti Sixti, & alter testis dicit, fratrem Amadeum tētasse ipsum testem pro parte D. Vberti, vt vellet sibi dare terras sancti Sixti, & quòd in territorio Mātuæ monasterium sancti Benedicti habet multas capellas, quę de per se habent terras, & ꝙ multi testes dicunt, ꝙ ante locationem per 10. annos quidam frater tenuit dictas terras pro dicta capella. & dicebat publicè de hoc in loco, vbi sunt sitæ dictę terrę, ꝙ tales terræ spectāt ad dictam capellam, & ꝙ debuit deuenisse ad notitiam D. Vberti per factores suos stantes in dicto loco: qa ad ista, quæ verè non obstant, respondeo accuratissimè, & ante omnia considero, ꝙ non expedit tantum insistere circa malā fidē istius D. Vberti, & ad hoc animaduertant domini iudicantes,

7 tes, superius demonstraui ad oculum, ꝙ † ecclesia superior potest infeudare feuda, & terras spectantes ad ecclesiam immediate sibi subiectam: vt dixit Bal. in d.c.j. qui feu. da. poss. Et si potuit ecclesia superior locare & inuestire: sequtur, ꝙ non est mercatus D. Vbertus contra ius: vt in d.l. quemadmodum. C. de agr. & censi. lib. 11. & in c. qui contra iura, de reg. iu. lib. 6. & in c. si quis presbyterorum, de rebus eccle. non alie. ad quid ergo oportet insistere si D. Vbertus verisimiliter scire debuit dictas terras spectasse ad capellā S. Sixti. Certè ex hoc capite sopita est ista quæstio, nec in consilio per me reddito allegaui hanc doctrinam D. Bal. Et sic sublata sunt omnia fundamenta aduersarij, & ante oculos prostrata adima terræ. vnde testis licet dicat se audijsse a domino Vberto, ꝙ volebat impetrare ecclesiam Sancti Sixti, non tamē propter hoc erat in mala fide: & maximè si tempore locationis sibi factę dicta capella carebat priore. per d. c. cum vos, de offic. ordi. Nec etiam obstat dictum illius testis ex eo: quia est singularis: ideo non probat. c. bonę, de elec. l. testium. C. de testi. cum si. Et ex hoc tollitur illud dictum, & etiam tollitur ex alio: quia posito ꝙ audijsset dominum Vbertum dicere, ꝙ volebat impetrare beneficiū dictę ecclesiæ: non sequitur, ergo erat in mala fide: quia ex quo illa capella immediate spectabat ad monasterium Sancti Benedicti: licet habuisset terras separatas, tamen collatio illarum terrarum fieri poterat per Abbatem: vt est dictum. Ideo si impetrasset, dismembrasset illam ecclesiam a iurisdictione sancti Benedicti: vnde habet istum intellectum testificatio illius testis, & sic non probat malam fidem do. Vberti. Item confunditur ex alio: quia posito ꝙ audijsset do. Vbertum dicere, ꝙ volebat impetrare dictum beneficium, non propter hoc infertur necessario, ꝙ sciebat dictas terras

8 fore de iure Sancti Sixti, & probatio † debet necessario concludere. c. in præsentia, de probat. c. cum causam, de testi. l. non hoc. C. vnde cog. l. neque natales. C. de probat. Et etiam si domini iudicantes bene aduertant, istud dictum huius testis est dubium: quia licet dicat, ꝙ audiuit do. Vbertum dicere, ꝙ volebat impetrare beneficium illud, potest intelligi, ꝙ volebat illud separare a iurisdictione Sancti Benedicti, & sic tanquam dubium debet interpretari contra probantem. c. cum contra eum, de reg. iu. lib. 6. & d. c. in presentia, & maximè, quia dolus & mala fides debēt probari per indicia perspicua: vt dicit gl. in l. dolum. C. de dolo. & c. 2. de renun. li. 6. l. quæro. §. fi. ff. de ędil. edict. Istud non est perspicuum iudicium probandi malam fidem do. Vberti: & etiam quia debet probari per duos testes sufficientes, vt dixit glo. singul. in l. inter omnes. C. famil. ercisc. Ergo nullo modo obstat dictum illius testis. Nec obstat dictum secūdi testis: quia primò non probat, ꝙ pro parte domini Vberti ille de Palude requisiuerit ipsum testem, vt conferret beneficium dictæ ecclesiæ do. Vberto, vnde ista stant simul, ꝙ ille ita dixerit, & ꝙ dom. Vbertus nihil sibi commiserit, aut mandauerit, ex eo quia amicus potest impetrare beneficium pro amico, vt habetur in c. ad aures, & c. non nulli. in gl. de rescr. Vnde non probat necessario, ꝙ D. Vbertus sciuerit, aut mandauerit illi testi, ꝙ ita interpellaret testem ad conferendum beneficium dictæ ecclesiæ, & per consequens nō probat: & etiam est singularis testis in suo dicto. Et etiā non est dictum verisimile ex eo: quia dicunt, ꝙ volebat impetrare dictam ecclesiam pro do. Ant. istud videtur falsissimum ex eo: quia illa est ecclesia religiosa, & consueuit apponi monacus in priorem illius ecclesiæ religiosæ: quonammodo est verisimile, ꝙ voluerit D. Vbertus impetrare ecclesiam monacalem pro clerico laico, & ab Abbate: & etiam non est verisimile, ꝙ Abbas, seu commendatarius contulisset illum prioratum illi do. Antonio clerico seculari, nec etiam est verisimile ex eo: quia cum illud beneficium sit manuale & obedientiarium, & de iure illius monasterij, & ad nutum potest prior remoueri ab Abbate, iuxta no. in c. quia regulares, de sup. neg. prælat. quō ergo est verisimile istud, & ideo posset dici, vt scribitur in passione pijssimi Saluatoris nostri, & non erant conueniētia testimonia illorum: vnde si exceptio non est verisimilis, non est admittenda a iudice, vt in c. super hoc, de renun. c. quia verisimile, de presum. l. satis apertè. C. de fal. multo fortius non est admittendum dictum testis, quando non est verisimile text. est in d. c. licet causam, de proba. l. ob carmen. §. fi. ff. de test. & ideo dicebat Bald. in rubr. C. de proba. ꝙ sermones nostri debent adaptari rebus sensatis, & intellectu fruētibus, & ideo Bar. in l. Lucius.

9 ff. de his qui no. infa. dicebat † ꝙ testi reddenti bonā rationem dicti sui iudex potest non adhibere fidem, si aliqua ratio suadet. l. 3. in versic. tu magis scire potes, &c. ff. de testi. & facit, quod no. Bal. in d. l. testium. C. de testi. & sic ille de Palude falsum asseruit domino commendatario, dum dixit, ꝙ vellet dominus commendatarius conferre dictum beneficium dño Antonio pro parte D. Vberti, quia istud non est verisimile, ne probatur ista commissio facta per illū do. Vbertum: ergo, &c. Et etiam falsum est, cum dicit alter testis se audijsse do. Vbertum dicere, ꝙ volebat impetrare illud beneficium pro domino Antonio, & si subtiliter ponderent domini iudicantes, istis testibus nullo modo est credēdum, ex eo quia loquuntur de eo, quòd reputatur impossibile. Nec est credendum, quòd dom. Vbertus ita dixerit: nam impe-

10 trare beneficium, quod est † religiosum, & solitum dari religiosis pro clerico seculari, & auferre beneficium, non potest fieri sine dispensatione sedis Apostolicæ. Ideo censetur esse impossibile, vt dixit Innoc. in capit. filius, de testam. & in cap. pastoralis, de causa poss. & proprie. glo. in c. gratia, de rescript. lib. 6. & in c. episcopum. 64. dist. Bar. in l. quandiu. ff. de acqu. hære. & in l. j. ff. de condi. insti. & in l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. j. & tex. sing. ad hoc in l. 3. in prin. ff. de fideicom. liberta. & ibi Ang. Ideo

11 † non est adhibenda fides istis testibus, cum deponant super eo, quod iudicatur in iure impossibile. Et ideo apparet multifariè, multisque modis istos testes non probare, dominum Vbertum fuisse in mala fide. Nec obstat, cum opponitur, ꝙ publicè dicebatur in loco, vbi sunt sitę terræ, & proprietates prędictę, ꝙ erant dictę capellę, & ideo spectabant ad ipsam capellam, & per consequens debuit venire ad notitiam D. Vberti, arg. eius, quo dixit gl. solen. in l. si tutor. C de peric. tut. & in l. j. aliàs 2. ff. de recepta. & quod habetur in ca. quod dictis. 16. dist. & in c. proposuisti. 86. dist. & quod no. gl. in c. cognoscētes, de consti. tex. in c. 1. de postu. præla. in c. fi. qui ma. accu. poss. & l. pupillus. §. proscribere.

12 ff. de exer. quia istud est verum, † quando illud, quod publicè dicitur, spargitur in loco, vbi habitat ille, q prætendit ignorantiā eius, quod publice dicitur. Sed quoties sumus extra illum locum, tūc cessat illa præsumptio, & maxime qn̄ sumus in tali actu, quē quis ex iuris dispositione non compellitur illum scire: vt est tex. no. in c. innotuit, de elect. Vnde non sequitur, dicebatur publice in loco, vbi sitę sunt dictę terrę: ergo istud venit, aut præsumitur venisse ad notitiam dicti D. Vberti. Certe istud non sequitur, ex quo non cogebatur a iure illud inuestigare. Nec est verum dicere, ꝙ debuit venire ad notitiā ipsius domini Vberti per eius factores, quia istud nō sequitur, quia non fuerunt deputati ad hoc illi factores, scilicet ad inuestigandum, vtrum dictę terrę spectarent ad illam ecclesiam

clesiam Sancti Sixti, an ad d. monasterium Sancti Benedicti. Et etiam, quia (vt communiter videmus) huiusmodi factores non curãt de similibus, nec habent animum ad hoc, quia eos non tangit, nec ad eos spectat. Et ideo posset in medium adduci illud, quod Terentio nostro venit in mẽtem. Id scilicet curat populus, & ideo illud, quod frequenter non consueuit fieri, transfert onus probandi in aduersarium, vt pulchrè dixit gl. & Bar. in l. neque natales. C. de prob. Et ideo cum communiter hoc non inuestigãt factores, huiusmodi famuli nec de hoc curant, vanum est dicere, ꝙ p factores hoc fuerit deductum ad notitiam do. Vberti: cum hoc non spectabat ad officium illorum. Et per consequens non est dicendum, ꝙ dictus dominus Vbertus habuerit notitiam ab illis factoribus, ꝙ huiusmodi terræ erant de iure ipsius ecclesiæ Sancti Sixti, nec huiusmodi res est dicẽda ex præsumptionibus: sed necessaria est probatio: ergo &c. Nec etiã est verisimile, ꝙ tales factores animaduertissent de hoc: ex eo quia iam verisimiliter sciebant, ꝙ do. Vbertus cõduxerat dictas terras, & fuerat inuestitus de illis: ideo potius debebãt putare dictas terras fuisse de iure Sancti Benedicti, quàm de iure dictæ capellæ: ex quo Abbas Sancti Benedicti illas locauerat. Ideo potius est standum huic præsumptioni, quę est fortior, & vehementior, quàm illi præsumptioni; quòd sciuerint ex fama illas terras esse de iure dictæ capellæ: quia vani rumores populi sunt audiendi, vt l. decurio. C. de pęnis. & quia illa certior est præsumptio, potius præsumitur dominium esse locantis: vt
13 latè dixi in meo reddito consilio. Et sic fortior, † & violentior præsumptio vincit minus fortem, & minus potentem: vt in cap. afferte, de præsumpt. l. prima. C. qui & aduersus quos, & per consequens cessabit ista obiectio, & maximè quia elegãs præsumptio est ipsius naturæ, vt quis bonus præsumatur: vt in l. merito. ff. pro socio. l. omnimodo. C. de inofficiosi. testament. cap. estote misericordes, de reg. iur. 1. quæst. 7. cap. sancimus. cap. j. de scruti. cum similibus. Et sic nullo modo est probatũ, ꝙ do. Vbertus sciuerit illas terras esse de iure dictę capellę. Et posito, ꝙ sciuisset, non tamen concesso, nihilominus non fuit in mala fide, ex quo cõsueuerũt Abbates locare huiusmodi terras: & etiam quia de iure cõmuni, potuit Abbas locare dictas terras, ex quo erant ecclesiæ sibi subiectæ, & quæ erat manualis, & obedientiaria. Nec ob. cum dr, ꝙ ante 10. annos ille frater de Palude tenebat dictam capellam vt prior, & nomine dictę capellæ possidebat dictas terras: quia non sequitur, ergo Vbertus hoc sciuit: nam spatiũ 10. annorũ dicit esse tempus longum, vt probatur in clement. j. coniuncta gl. sua, de ecc. non alie. & per tantum spatium tẽporis pręsumitur obliuio: vt l. j. C. de ser. fu. & l. peregre. ff. de acquir. possess. cum si. Nec etiam obstat, cũ dicitur, ꝙ solutio pensionis nõ apparet, nisi per confessionẽ: quia ista exceptio iudicio meo nullo mõ obstare potest: ex eo quia tunc non statur confessioni, cũ sumus in actu prohibito: tunc enim requirit veritas, & non confessio: vt est gl. quę reputatur singularis in l. qui testamẽtum. C. de proba. & in l. si donatione. C. de colla. & Bart. in l. per diuersas. C. mandati. & in l. 1. C. ne li. po. & in l. j. C. de mendi. vali. lib. 11. & in l. si forte. ff. de castrẽ. pecul. docto. post Gul. de mõte Lauduno in cle. j. de re. ec. nõ alie. Mõ nos nõ sumus in actu prohibito, ad quid opponitur confessio. Iam ecclesia non obligatur ex mutuo: ergo sequtur, ꝙ statur cõfessioni Abbatis: quia receperit pensionem. Item facit: quia quando confessio prælati tendit ad obligãdum ecclesiam, vel monasterium, vel de facta est de eo, qđ consistit in facto ipsius p̄lati: tunc non nocet, si facta fuit voluntariè: & tũc habent locum ea, quæ no. in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confessis, & per glossam, & docto. in l. 1. C. de confessis. per Cynum in 15. questione. Si vero dicta confessio tẽdit ad liberationem, & consistit in facto proprio, vt cum confiteretur sibi solutum, per quod liberant debitores: dico, ꝙ fidem facit, & pro veritate habetur ad hoc adduco tex. expressum cum glo. in l. Lucius. §. tutelæ. ff. de administ. tuto. vbi apochæ tu-
14 toris, in † quibus confitetur se recepisse a debitoribus pupilli, probant veram solutionem quantum ad liberationem debitorum pupilli, & in præiudiciũ pupilli. licet Bar. destruat illum tex. cum gl. dicit enim, ꝙ illæ apochæ continebant verã solutionem factam tutori. Item dicit, ꝙ si continerent confessionem de recepto, non probarent contra pupillum, per l. 1. §. sed si mutuam. ff. si quid in frau. patro. Sed de primo dicto suo nõ curo: quia cum essent apochæ propria manuscriptę, nõ refert, an contineant confessionẽ, vel numerationem veram. tex. est secũdùm eundem Bar. in l. si non singuli. C. si cer. pe. & ibi per eundem. Si ergo eo casu, quo continerẽt numerationem, puta si diceret ego talis tutor recepi a tali debitore pupilli 10. &c. probarent veram numerationem, secundùm eũdem Bar. in d. §. tutelæ. ergo idem debet esse, si dicat, confiteor me recepisse per ea, quæ not. idem Bar. in d. l. non singuli. De secundo dicto eiusdẽ Bar. in præalleg. §. non curo etiam: quia iura per eum allegata loquuntur, quando alterum dictorum duorũ deficit, vel quia confessio tendit ad obligandum, vel quia facta super eo, quod in facto tutoris nõ consistebat. aliàs illis duobus concurrentibus procedit, quod dixi. Pro primo facit. l. quòd si minor. s. restitu-
15 tio. ff. de min. vbi fauorabilior † est solutio, quæ fit a debitore pupilli, quia fit ex necessitate, & tendit ad liberandum, quàm illa, quæ a creditore mutuante: quia fit ex voluntate, & tendit ad obligandum, facit l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. neque enim sic sunt arctandi debitores volenter soluere, vt habeant quęrere auctoritatem superioris: sed debet sufficere, ꝙ soluant ei, vel eis, quibus est commissa administratio, ne decipiantur legis auctoritate. C. de his qui veæta. impe. l. 1. & cle. 1. de re. permu. non sic sufficit ei, qui voluntariè soluit, vt obliget. ff. de dam. inf. l. cum postulassem. §. fi. Pro secundo no. facit. l. quęro. §. fin.
16 ff. de ædil. edict. vbi etiam † seruo creditur, eo quòd consistit in facto suo, etiam in pręiudicium domini, nisi dominus probet contrarium: vt not. per glo. ordi. in l. 2. ff. si ex nox. cau. aga. in glos. quæ incipit, quid si stetur, in fine. Pro hoc adduco glo. ordin. quæ hoc videtur voluisse in pręlato, & capitulo, quando confitentur aliquid, quod in eorum facto consistit, vt stetur eorum confessioni contra ecclesiam: vt est gl. in c. dudum, el 2. de elect. in glo. quę incipit, nota ius nouum. circa fi. hoc etiam voluit Cy. in l. j. C. de confes. in 16. q. in fin. vbi etiam largè videtur loqui, ꝙ quando pręlatus cum capitulo confitẽtur, indistinctè valeat confessio, etiam ad obligandum, & in his, quæ non dependẽt a facto proprio, & probet de iuri communi contra ecclesiam. Concludo † ergo, ꝙ confes- 17
sio solutionis probat verè, & realiter fuisse satisfactũ & solutum dicto Abbati, & conuentui, nec monasterium potest venire contra talem confessionem, nisi probando contrarium, ꝙ esset impossibile, & sic in accidentia facti consuluit D. Pau. de Cast. consi. j. Modo in casu nostro ego nescio videre ad qđ allegetur, ꝙ ista pensio non probatur verè soluta, nisi per confessionem, ꝙ si Abbas & conuentus confitentur solutam fuisse pensionem: quia agitur de eorum facto statur suæ confessioni, & habetur, ac si verè fuisset soluta, per pręfatam doctrinam traditã per dominum Paulum in dicto suo consil. j. & cũ non simus in actu prohibito,

prohibito, & agitur de facto ipsius Abbatis, stadum erit confessioni ipsius Abba. Quinimo plus videtur attendendum: quia, ꝙ pensio soluta fuerit, tangit commodum ecclesię superioris. ecclesia superior, vt est monasterium Sancti Benedicti, non conqueritur ad quid ecclesia Sancti Sixti opponit contra do. Benedictum de iure tertij: maximè cum dominus Benedictus non agat, & si ageret, talis exceptio confessionis solutæ pensionis non excluderet ipsum agentem ipso iure, per supradictum consilium D. Pauli. ergo nullo modo potest opponi per ecclesiam Sancti Sixti de iure tertij. l. his consequenter. §. 1. ff. famil. erc. l. indebiti. §. si numeros in glo. ff. de condic. inde. Bald. in l. penult. ff. de petit. hæred. & in l. fructus, vbi Ang. ff. de rei vend. Bal. in l. 1. C. si quis alteri vel sibi. & in l. 3. C. de nouat. & l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Bar. in l. 2. C. de excep. rei iudi. Bald. in l. si quis conductionis. C. loc. Arch. in c. j. de rescrip. lib. 6. Et ideo dicebat D. Abbas consiculus meus in c. conquerente, de cler. non residend. ꝙ tertius non potest opponere contra clericum petentem decimas, seu fructus beneficij de non residentia, facit ca. mandatum, de rescri. & quod late not. Bal. in l. cum seruum. C. de ser. fug. & sic apparet liquido, ꝙ illa ecclesia inferior non potest excipere de iure tertij: cum non sit exclusiuum ipso iure iuris agentis: puta si dominus Benedictus ageret, & sic sufficiēter est ostensum non esse dignam dubitationem dicere, ꝙ apparet confessio pensionis solutæ. Nec obstat, cum dicitur, quòd locationes non fuerunt renouatæ ita præcise de nouennio in nouennium, sed quandoque per interuallum duorum, vel trium annorum: quia istud in quo nocet domino Vberto? Nam si potuit fieri renouatio de nouennio in nouennium, ergo multo fortius potuit fieri per interuallum duorum, vel trium an-
18 norum: quia † cui ꝯceditur illud, quod est plus conceditur illud, quod est minus, vt in c. sedes Apostolica, de rescript. cum similibus. Nec obstat, cum probatum est per testes, quòd dicta ecclesia Sancti Sixti habebat, & habet terras sibi deputatas: quia sit ita, tamen non propter hoc inducitur dom. Vbertus in malā fidem, quia posito, ꝙ terras deputatas habeat: tamē iuris communis dispositio dictat, quòd possit Abbas superioris monasterij illas locare. vt est dictū. Item quia consuetudo sic locandi excusauit domin. Vbertum, & induxit bonam fidem, vt dixit gl. singularis in d. c. cum venerabilis, de consuet. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ quando dominus Carolus conduxit dictas terras, excepit terras spectantes ad capellā prędictam, quia istud non aliud est, nisi ostendere, ꝙ per alias locationes omnes terræ prędictæ fuerunt locatæ domino Vberto, & alijs retro conductoribus. Vnde ista exceptio, extrahitur a regula generali aliarū locationum. l. in his. ff. de legibus l. 1. ff. de regul. iur. l. nam quod liquidę. ff. de penu legata. ca. dominus. 32. q. 7. Et sic istud opponere de locatione facta domino Carolo, facit in fauorē domini Vberti, & per consequēs domini Benedicti hæredis sui: nec potest dici, ꝙ propter hoc dom. Vbertus factus est malæ fidei possessor, vnde dixit Bald. in l. Pomponius. ff. qui. mod. vsusfruct. amit. quòd per instrumentum locationis, vel perceptionem fructuū non probatur possessio contra tertium. Ita nunc per factum illius domini Caroli non oritur præiudicium bonæ fidei domini Vberti. Licet ergo dicta capella consueuerit aliquando teneri per monachos Sancti Benedicti cum assignatione aliquarum terrarū: tamen ex quo erat manualis, & obedientiaria, stabat in arbitrio Abbatis non assignare, nec mittere priorem ad dictam ecclesiam, ex quo erat immediate sibi subiecta. facit, quod no. in cap. cum dilecta, de rescrip. & in d. clem. quia regulares, de sup. neg. prælat. Et ex istis apparet conclusio verissima, ꝙ D. Vbertus non fuerit in mala fide, & ꝙ omnes dictæ terræ fuerunt sibi locatę, & sic potuit facere, & fecit fructus suos, & partes domi norum iudicantium esse in absoluendo dominū Benedictum a petitione actoris. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Surreptio, & obreptio vitiant rescriptū, & de effectu clausulæ, non obstante tali lege, appositæ in rescripto. Item clausulæ ex certa scientia, & ꝙ princeps sine iusta causa etiam de plenitudine potestatis non possit mihi auferre ius gētium quæsitum de iure gentium; secus si sit mihi quæsitum de iure ciuili. item, quòd bona exulum & bannitorum si restituti fuerint per principem: vt bonis, & possessionibus possint gaudere, sunt eis restituenda, etiam si in alios sunt alienata.

SVMMARIVM.

Surreptio & obreptio quid. nu. 1.
Confirmatio iuri contraria vbicunque fit, dicitur obreptitiè impetrata. nu. 2.
Restitutio spoliato ante omnia fieri debet, nisi per eius confessionem constet de non iure suo. nu. 6.
Mala fides purgatur ex diuturnitate temporis. nu. 8.
Princeps ex certa scientia rescribit, quando fit parte contradicente. nu. 10.
Dominium probatur fama, sententia, & secundo decreto. numero 12.
Clausulæ, ex certa scientia, effectus. nu. 16. & 19.
Motus proprius quando dicatur interuenisse, vel non. nu. 17.
Princeps sine causa de plenitudine potestatis mihi potest auferre dominium, quod intellige, si sit mihi quæsitum de iure ciuili: secus si de iuregentium. nu. 20. & 23.
Comitis plenitudo potestatis non operatur id, quod operatur plenitudo maiestatis imperialis. nu. 21.
L. bene a Zenone. C. de quad. præscrip. quando fiscus, qui vendidit rem priuati, vel donauit, possidebat bona fide. nu. 25.
Statutum non ligat condentem, quando agitur de infringendo actum in præiudicium ipsius statuentis, vel ad puniendum ipsum statuentem.
Pactio cuius non nocet, eius non nocet contra se lapsa præscriptio. nu. 27.

CONSILIVM LV.

Quidem Viso pūcto & consilijs subtilissimis redditis ꝑ magnos iuriscōsultos doctores Perusinos mihi patres summo honore obseruandos, & quia rem istam enucleauerunt ita apertè, distinctè, & ornatè, vt nihil vtilius, nihil subtilius, aut copiosius vlterius dici, aut allegari possit. Idcirco illud in medium afferam, quod Bal. nostro venit in mentem, in commento. l. precibus. C. de impub. & alijs sub. ea, inquit, quę sunt a magistris tradita, recito, & post terga metentium quasi spicas colligendo vado: vt dicitur Ruth. 2. cap. tanti doctoris fretus auctoritate, id sequar, & breuius, quàm res tanta dici possit. Et mihi de iure videtur dicendum, ꝙ concessio facta per illustrem, & magnanimum principem comitem Vrbini fuerit subreptitia, quinimo etiam fuerit obreptitia, & per consequēs nullius est effectus, aut vigoris, subreptio
1 † enim dicitur, quando verum tacetur: obreptio vero dicitur quādo per inuolutionem verborum cautè loquendo gratia effugit deliberatam consciētiam principis. Ideo talis gratia dicitur dolo obtenta, ista est

est elegãs & singularis doctrina relata per summum iuris interpretum Inno.in c.cum dilecta,de rescript. quam omnes doc.communi voto magnifaciunt,& sequuntur ibidem.facit l.si quis obrepserit.ff.de fal. c.sedes,& c.super literis,de rescrip.cum si. Modo in proposito in ista gratia fuit suppressa & tacita veritas, & talis veritas,quæ si prĩcipi fuisset expressa,nequaquam talem gratiam fecisset, vel saltem nõ ita de leui,ita dixit tex.sing.qui non est ita bene expressus alibi,in c.postulasti,de rescr.in versi.de leui non scribimus.vbi probatur,ꝙ subreptio vitiat literas,nedum quando fuit causa inductiua,& finalis gratiæ,seu rescripti,sed etiam fuit causa impulsiua, vt quia princeps aliàs non concessisset: sed subreptio fuit causa impellens,& sic est ibi casus,ꝙ cessante causa impulsiua corruit effectus in gratiosis,argu.ca.quanuis,de præben.li.6.& ita limitantur iura dicentia,ꝙ cessante causa impulsiua non cessat effectus. l. cum tale.ff. de condi.& demon.no.in c.cum cessante,de ap.& l. generaliter.C.de episc.& cle.cum si. ꝙ autem fuerit suppressa veritas,& ea veritas,quæ si principi fuisset notificata,non concessisset, vel saltem non ita de leui,demonstro ad oculum,iste Titius primo inuestitus occupauit istud castrum,quia cum Sempronius cum suis amicis, & sequacibus esset in obsidione illius castri,& recuperasset,iste Titius mala mente, & dolosè occupauit,& surripuit castrum illud,adeo ꝙ Sempronius,qui erat dominus huius castri,non potuit consequi castrum propter occupationem,& potentiam istius Titij.vnde non fuit notificatum comiti Vrbini,qñ concessit illud castrum huic Titio,ꝙTitius illud occupauerat,& subripuerat, & præiudicauerat vero dño.vnde Bald.in indiuiduo in c.j.p quos
2 fiat inuesti.in vsib.feu.dicit,ꝙ † vbicunque fit confirmatio iuri ꝯria,non videtur confirmata,sed obreptitiè impetrata dicitur talis confirmatio,vel cõcessio, & allegat glo.in l.si qua loca.C.de fun.& salti.rei domin.li.11.vnde dictum Bal.est intelligendum secundùm l. quam allegat: vt dixit Bar.in l.non solum.§.si liberationis.ff.de lib.le.sed illa gl.arguit contra eos, qui occupãt castra alicuius,& postea faciũt sibi confirmari a principe, ꝙ talis confirmatio non teneat. vnde sentit Bald.expresse,ꝙ talis gratia dicitur obreptitia, & per consequens nullius effectus. Et etiam dico,ꝙ est subreptitia:quia fuit suppressum id,quod comes si sciuisset, non ita de leui concessit:ergo gratia,& concessio ista nulla fuit ipso iure. Facit, quod voluit Sal.in l.fin.C.ne rei domi.vel templo.vbi allegat glos.d.l.si.de fun.& sal.ꝙ vbi quis occupat terras alienas, & postea facit se inuestiri per rescripta, vel alio modo,non tenet talis inuestitura,nec impetratio:sed priori domino, seu priori inuestito debet restitui,ꝙ dicit esse bene notandum,& idem Saly.in l. auctoritatem. C. vnde vi.dicit fuisse quæstionem in facto, quidam nobilis occupauit per inuasionem quoddam castrum,cuius iurisdictio spectabat ad Papam,ex post facto Papa fecit illũ nobilem Vicarium suum,concedens ei omnimodam iurisdictionem illius castri per 20.annos,nulla facta mentione de oc-
3 cupatione,an valeat † talis concessio,arguit ꝙ non, per illum text.ipse dicit se allegare glo.sing.& peregrinam in d.l.2.C.de fun.& sal.quæ tenet,ꝙ non valet. Ipse distinguit, aut agitur de præiudicio confirmantis, aut agitur de præiudicio tertij. Primo casu qñ agitur de præiudicio confirmantis,& ille confirmans sciebat inuasionem:tunc valet talis inuestitura:licet in ea fiat mentio de occupatione:quia cum tractetur de suo præiudicio dũtaxat, valet confirmatio:videtur enim illam iniuriam remittere,ar.eius, quod habetur in l.omnimodo. C. de inoffic.testa.& C.de reuo.do.l.3.vbi in qualibet earũ de vasallo not. & allegat,quod habetur in tex.ad fi.in l.rescripta.C. de preci.imperat.offer.secus dicit,si ageretur de præiudicio tertij : quia tunc posito,ꝙ superior sciuisset, tamen talis confirmatio non tenuisset. Facit, quod voluit Bart.in d.l.auctoritatem.vbi dixit,ꝙ si aliquis occupat aliquam terram,vel possessionem per vim, & postea facit sibi a superiore concedi, non prodest sibi,cum spoliatus sit restituendus,& concessio non valet.Facit,quod voluit Bal.in l.1.ff.de consti.princ.
4 vbi dixit, ꝙ in † generali confirmatione non videntur confirmata iniusta,& subdit,ꝙ non valuit impetratio castrorum comitis Vgolini facta per alios nobiles,allegat gl.d.l.2.& idem Bal.in l.2.C.de ser.in 8. q.vbi dicit, Papa infeudauit mihi castrum cuiusdam nobilis,credens ipsum esse ecclesiæ,an valeat infeudatio : decidit,ꝙ non,allegat glo.in d.l.2.& dicit, ꝙ
5 princeps†ita est fautor iustitiæ,ꝙ non p̃sumitur velle detrahere alicui ius suum.l.ex facto.ff.de vul.& pupil.dicit tamen,ꝙ prodest iustus error quoad possessionem contra ecclesiam præscribendam : loquitur tamen quãdo fuit iustus error: quia tam inuestiens, quã inuestitus fuerat in errore,credendo esse de iure ecclesiæ,ꝙ non est in casu nostro:cum ille Titius fuerit in dolo,& delicto, occupando scienter & iniquè rem alienam.Facit,quod voluit idem Bal.in l.decernimus.C.de sacrosan.eccl.vbi dicit,ꝙ inuadentibus castra pertinentia ad iustos dominos non possunt talia castra ꝯcedi per principem salua iustitia, siue inuadentes sint communitates, siue sint personæ singulares, ꝙ dicit facere contra Florentinos,qui cum plura castra vallis nebulę per vim acceperint,postea fecerunt sibi concedi ab imperatore. Idem voluit idem Bal.in l.2.C.de legib.& ideo dixit Lud.Ro.in l. iustè possidet.ff.de acq.poss.ꝙ possessio per me iniustè occupata rescripto principis confirmari non potest,allegat glo.d.l.2.& tex.d.l.auctoritatem,& l.fin. C.si per vim vel alio mod.& Bald.in d.l.2.Facit ẽt,qđ eleganter dixit Ang.in l.Paulus.§.qui pignori.ff.qui.mo.pigno.vel hypo.sol.videlicet, ꝙ in interdicto re-
6 cuperandæ,ꝙ de eius iure non curamus:quia † restitutio spoliato primo & ante omnia fieri debet, etiã si spoliatus esset prædo,cap.in literis,de restitu.spol. subdit postea, nisi ꝯstet de non iure spoliati per eius confessionem, vel per probationes admissas: quia tunc restitutio non debet fieri:puta quia illegitimus possessor, qui eandem possessionem occupauerat, sic eam retinere non poterat,& sic restitutio non est facienda, & dicit istud esse singularissimum dictum Inno.in c.constitutus,de fili.presby.aliàs si non hoc staret, semper esset restitutio facienda: vt l.si quis in tãtam.C.vnde vi.& l.si quis ad se fundũ.C. ad legem Iuliam de vi.& d.c.in literis.Et subdit ibi Angel.imo plus dixit Bar. multum sing.ꝙ si aliquis occupat per vim aliquam terram,seu possessionem,& postea facit sibi concedi a superiore,ꝙ talis ꝯcessio nihil operatur, quin restitutio ante oĩa solicitè fieri debeat, quod dictum refert Bar.posuisse in duobus locis,scilicet in d.l.auctoritatẽ, & in l.fi.C.ne reli.do.vel tẽplicet contra istud dictum videatur facere,quod dixit Inn.in d.c.constitutus,ibi dum dicit,nisi dispensationem haberes:ergo a ꝯrio sensu,si habeat,erit secus, ꝙ dicit esse menti tenendum,& cogitandum.ita formaliter ibi dixit Ang. Vnde consideret D.Iudicans, ꝙ Ang.ponit practicam in hac consultatione,videlicet,ꝙ agatur ad restitutionem,& dicit,ꝙ solicitè debet fieri restitutio.vnde apparet expressè,ꝙ iste Sempronius potest agere possessorio recuperandæ: quia cum ista gratia facta fuerit de re aliena spectante ad istum Sempronium, & occupata violẽter per illum Titium,sequitur, ꝙ non tenuit gratia : & etiam fuit surreptitia:cum ipse opponit,nisi fuisset dispensatũ, certum

certum est, ꝙ istud non obstat in casu nostro: quia ista gratia non fuit facta dispensato: qa dispensatio
7 †fit causa cognita,& iusta causa suadente, ex quo est iuris communis relaxatio, aliàs dicitur iuris cōis dissipatio: vt dixit glo.fin. in §. nisi rigor.j.q.7. hic non fuit narratum principi, ꝙ ille Titius occupauerat illud castrū violenter, & impediuerat dominū castri recuperare illud castrū, nec princeps concedens, & confirmans illud castrum Titio hoc fecit dispensando, cū nō interuenerit causæ cognitio, nec fuit citatus ille Sempronius, spoliatus, & scienter, & appensatè ille Titius successit violento occupatori illius castri: vt in puncto asseritur, & impediuit dñum castri recuperare castrum, qui iā erat armata manu, & potenti brachio in obsidione illius castri, & sic dicitᷓ violentus occupator isto casu. facit.c. quia V. de iudi. ideo hic non fuit facta dispensatio. ergo non obstat illud dictū In. Quinimo illud dictū sic relatū & intellectum ab Ang. intelligitur eo casu, quo ageretur de prçiudicio ipsius dispensantis: vt eleganter dixit se in facto vidisse Saly. in d.l. auctoritatem. Et per consequens non loquitᷓ, qñ ageretur de præiudicio tertij spoliati, cui princeps non intendit præiudicare: vt l. cum auus. C. de eman. lib. c. quāuis. de resc. li. 6. c. super eo. de offi. deleg. cum sim. ¶ Et si qspiam mihi dixerit, amice, tot anni elapsi sunt, & tēpora, ꝙ ex toto purgata est omnis mala fides, istud fuit elegans & singulare dictum Bar. in l. fi. C. vnde vi. vbi di
8 xit, ꝙ † spatio 30. annorū purgatur omnis mala fides, & dicitur retro semper fuisse bonæ fidei. & mirabiliter dixit Inn. in c. 2. de in integ. restit. ꝙ si quis dicat ius eligendi spectare ad se, succumbit: quia ius commune est cōtra se. Et sic est in mala fide, nisi ꝑpter diuturnitatem tēporis illud sibi cōpetere probaret, vel per alias verisimiles ꝓbationes. Et sic sentit Inn. ꝙ mala fides resultans ex dispositione iuris communis: quia quis habet contra se ius commune, purgatur spatio diuturni temporis, qđ dictum magni facit D. Ant. in c. ꝯsultationibus. de iure pat. & in c. si diligenti, de præscr. & vtrobiq; D. Abb. consiculus. vnde videretur dicēdum in proposito, ꝙ sit ita, ꝙ ille Titius fuerit in mala fide, & occupator violētus, & succedēs in vitium violenti occupatoris; nihilominus videtᷓ purgata ista mala fides sua ex diuturnitate temporis. & hoc modo venit limitāda doctrin. gl. d. l. 2. quam tota iuris prudentia antiqua & moderna sequitur, vt non habeat locum, qñ diuturno tēpore ille talis occupator possedit: qa istud re vera non obstat huic consultationi ex eo: qa Bar. in d. l. fin. loquitur in eo, qui est in præsumpta mala fide, ideo dicit ibi, ꝙ illa allegatio malæ fidei ꝑsumpta per illā legē non potest allegari, nisi infra triginta annos: vt ꝓbat ille tex. illud enim, qđ illa lex præsumit ab initio ꝯ ingredientē possessionem vacantem esse malæ fidei, tolitur spatio 30. ann. & tunc ꝑsumitᷓ lex, & oīs eius præsumptio. & ita dicit se intelligere retro bonę fidei ipsum possessorē fuisse, & cessat illa illam l. Et sic Bar. loquitur, quando quis occupauit possessionem vacantē, qui fuit in ꝑsumpta mala fide. Modò in proposito nostro istud nō vendicat sibi locū ex eo: quia ille Titius non occupauit possessionē vacātem: imo occupauit possessionē, quā ille Sēpronius dñs amiserat per spoliationē erat statim recuperaturus propter obsidionem, quā fecerat contra istud castrū, & iste Titius occupauit de manibus illorum spoliantium, & impediuit istū Semproniū recuperare suum castrum, quo casu non fuit in mala fide præsumpta; sed fuit in mala fide aperta, certa & indubitata, quo casu si per mille millia annorum possedisse pacificè, mala fides sua nō poterat purgari diuturnitate tēporis. c. 2. de re. iur. li. 6. c. fi. de ꝑscr. cum si. & hoc decidit tex. formalis in d. l. fin. C. ne rei domini. in ver. rescript. cum præscriptione longi tēporis submouebit, atq; ita omnia suo corpori, quæ sunt auulsa, restituet: neq; enim incubatio diuturna, aut nouella ꝓfessio proprietatis nr̄æ priuilegiū abolere poterit. vbi ille, qui temere occupauit rem, & postea impetrauit illam a principe, & diuturno tēpore possedit, & tenuit non iuuatur. & sic nec diuturnitas tēporis, nec ꝯfirmatio principis illū iuuat: ex eo qa est in mala fide vera, non ꝑsumpta. & facit d. l. auctoritatē. C. vnde vi. auctoritatē, inquit, rescripti nostri tenēdæ possessionis, quā vos per violentiā profitemini adeptam accommodare nimis improbe postulastis. ecce qualiter ex improbitate & mala fide mouetᷓ occupās possessionē alienā petēdo a principe confirmationē, vbi Bal. dicit, ciuitas occupauit quędā castra, quæ tenebantᷓ per aliā ciuitatē, & occupauit vi, vel facto, postea impetrat illa castra ab imperatore sibi confirmari: certè imperator nō debet cōfirmare, & si ꝯfirmat, nō valet talis ꝯfirmatio. & idē dicit esse, qñ priuatus occupat castrū, vel rē priuati: quia non potest petere, ne restituat, & ibi
9 hoc firmat glo. quæ dicit, ꝙ † priuilegia nō sunt concedenda cū alicuius iniuria. l. 2. §. merito. & §. si qs a principe. ff. ne quid in loco pu. Facit, qđ voluit D. Florianus de Bononia in d. l. auctoritatē. vbi dicit, ꝙ ꝯfirmatio facta per superiorē de re violenter occupata, non prodest, quin spoliatus dēat restitui, ꝙ dicit esse verū, nisi princeps ex certa scientia faceret, dicendo non obstāte tali lege, quo casu apparet ex hoc respōsio ad id, qđ Ang. reliquit cogitandū. in d. §. q pignori. dū dixit hoc verū, nisi princeps dispensasset: qa est intelligendū, qñ ex certa sciētia facit, & apponit illā clausulā non obstante. l. auctoritatē. C. vnde vi. & d. l. 2. & d. l. fi. cū si. ¶ Et si qspiā dixerit mihi, amice, in casu huius cōcessionis & gratiæ interuenit certa sciētia principis cōcedentis & cōfirmantis: vt apparet in ver. q̄ diceretur modo aliquo fuisse & spectasse ad illum, vel istos, cuius, seu quorū asserebatur ipsum locū, seu castrū fuisse. vñ sufficit, ꝙ in rescripto apponantur talia verba, per quæ possimus ꝯsiderare, ꝙ princeps habuit notitiā facti: vt dixit glo. fin. in cle. & si principalis. de rescr. & illo mō temperatur glo. in d. c. statutū. in vers. literarum. de rescr. li. 6. vnde apparet, ꝙ comes ꝑdictus habuit notitiam, ꝙ castrum illud fuit alterius, & ad alium spectabat, & tamen concessit. Ad hoc respondeo, primò inficiando, ꝙ princeps sciuit occupationē violentam, & spoliationē istius Sempronij, nec hoc exprimitᷓ in rescripto gratioso, seu in dicta ꝯcessione, nec dr̄ princeps habere notitiam rei, tex. est formalis in c. super eo. in ver. si literas a nobis obtinuerit, quæ facti seriem non contineant, nolumus illas sibi prodesse &c. de cohabi. cle. & mu. & sic reqritur, ꝙ series facti contineatur in gratia, ꝙ non est factū: vt in casu nostro apparet: ergo sequitur, ꝙ non interuenit certa sciētia. Et(ꝙ plus est) posito, non tamen concesso, ꝙ interuenisset clausula ex certa scientia, adhuc non sufficeret: vt eleganter voluit dñs Florianus in d. l. auctoritatē. Et si qspiā obstinatus dixerit, amice, Raphael Fulg. in l. 2. C. de leg. referēdo Bal. dicit, hoc facit ad qōnē ducis Mediolani, ꝙ si ei sub titulo ducatus ꝯcessę sunt ciuitates Lōbardię, & postea aliquis occupauerit, & impetrauerit rescriptū ꝯfirmationis, ꝙ nō valet tale rescriptū: vt dicit Bar. in l. fi. C. ne rei do. vel temp. subdit Raphael. hęc aūt dura mihi videntur, vbi princeps ex certa scientia, & cū debita clausula hoc fecisset, argu. eorum, quæ not. in l. quoties. C. de preci. impe. offer. quo casu D. Raphael discrepat a cōmuni opi. in hoc videlicet, ꝙ si princeps ex certa sciētia faciat, apponēdo clausulā

non obstante tali lege, valet tale rescriptũ, ꝙ est contra Bal. Bar. & communiter omnes, de quo apparebit ex inferius dicendis: tamen in casu nostro non interuenit certa scientia principis, nec interuenit clausula nõ obstãte tali lege. posito ꝙ interuenisset clausula ex certa scientia: ergo talis ꝯcessio est ipso iure nulla, nec impedit restitutionẽ dicti castri fieri debere dicto Sempronio spoliato. Et per ꝯsequens eius hęredi, aut habenti causam ab eo. Quinimo dico, ꝙ Io. An. in c. pastoralis. §. præterea. de off. deleg.
10 dixit, ꝙ † tunc princeps dicitur rescribere ex certa scientia, quãdo fit parte contradicente, & sic requiritur, ꝙ princeps habuerit notitiã rei partibus ꝯtradicentibus, qđ dictũ est mirabile in proposito nostro. Cũ ergo non appareat, ꝙ princeps habuerit notitiã huius spoliationis, nec fuit præsens huic concessioni, quando princeps illã fecit, sequitur, ꝙ non possumus aliquo modo dicere, ꝙ ex certa scientia emanauit, posito ꝙ certa scientia fuisset in gratia expressa. Et ex istis apparet optima responsio ad illud dictum Angel. dum dicebat, ꝙ sufficit dispensatum esse, qđ non affirmauit, sed reliquit cogitandum, & bene fecit relinquere cogitãdum: quia erat contra cõmunem opinionẽ, tñ intelligo, quãdo causa cognita dispensat, appponendo clausulam non obstãte tali lege, ꝙ nõ fuit in casu isto factũ: ergo talis gratia, seu cõcessio nullam extitit. Facit etiam, qđ elegãter voluit Bal. in l. restituendo. C. de condic. ob turp. cau. vbi dicit illam l. facere contra ciuitatẽ, quæ inuadit castra aliena, & nõ vult restituere, nisi accepta pecunia, ꝙ cũ turpitudo sit ex parte recipientis solutionẽ, & tenetur restituere illam pecuniã, & quicquid aliud receperit, & putat talẽ contractum nullo mõ iuuari per capitula pacis: ergo multo minus in casu nřo iuuabitur iste occupãs per rescriptũ principis. Facit pulchrum simile, qđ voluit Host. in c. j. de conces. præb. vbi dixit, duo contendunt de beneficio, & adiudicatur secundo, cui verè non debebatur, dicit Host. ꝙ ille de hoc certificatus nõ poterit tenere beneficium, licet aduersarius non appellauerit: qa in-
11 stitutio † fuit vitiosa, & inspicimus initiũ. c. dudũ. el 2. de ele. est dicendũ in proposito nostro: qa cum ille Titius occupauerit istud castrum violenter, vel vitiosè: licet fuerit sibi confirmatũ, nõ prodest sibi ꝯfirmatio: qa ĩspicius initiũ vitiosum, & sic ipsam occupationẽ vitiosam. Et sic superioribus dictis apparet, ꝙ talis gratia, & cõcessio fuit surreptitia. quinimo probo, ꝙ ẽt fuit obreptitia talis cõcessio: qa cũ obreptio dicatur esse quædã inuolutio verborũ callidè loquẽtis, & narrãtis, vt inuoluat principẽ ꝯcedẽtem, vt superius dixi. Ita formaliter fuit in casu isto: qa in gratia non exprimit de spoliatione, & occupatione illius castri facta cõtra illũ Semproniũ: sed dicitur in gratia, considerãs effectũ, & fidelitatẽ Titij, & suorum progenitorũ, quam, & quẽ semper gesserunt erga ipsum comitẽ Vrbini, cõcessit, dedit, & tradidit castrũ præfatũ cum vilis ad ipsum castrũ pertinentibus: & ẽt ad q̃cunq; bona mobilia &c. quæ dicerent modo aliquo fuisse, & spectasse ad illũ, seu illorũ, cuius, seu quorũ asserebat ipsum locũ, seu castrũ, fuisse. & postea dr̃ in dicta grã, cũ ꝑtinentijs, &c. ad ipsum castrũ spectantibus, & ad ipsum D. comitẽ concedentẽ, seu cõe Vrbini, seu ad illũ, vel illos, cuius, aut quorũ, vt præfertur, diceretur predictũ locũ, & castrum fuisse. Ex quibus verbis apparet, ꝙ nullo mõ fuit certificatus comes prædictus, ꝙ ille Titius fuerat improbus occupator illius castri: & quid comes dicit, vt asseritur, illa verba non inferunt scientiam principis, ꝙ illud castrũ fuerit alterius: vt est tex. elegans in c. ad hæc in ver. vt asserũt. de rescr. vbi dr̃, ꝙ quoties quis nõ vult firmare aliquid, seu confiteri, ꝙ sibi noceat, dẽt apponere illa verba, vt asserit. vnde per talia verba non apparet, ꝙ comes confiteatur, ꝙ illud castrũ fuerit alterius. Postea dicit, seu ad ipsum comitem, aut cõe Vrbini, aut illum, vel illos spectantem, quæ verba fuerunt callidè relata comiti, ad inuoluendam & palliandã rei accidentiã, & veritatẽ facti, quo casu effugiunt talia verba deliberatã mẽtẽ cõcedẽtis, & obripiunt principi, & talis dicitur obreptitia. & ideo Bald. in d. c. j. & in d. l. 2. C. de legi. & ibi Raphael Fulg. dicit, ꝙ talis gratia dicitur obreptitia, & ꝑ consequens nullo modo tenuit, sed ipso iure fuit nulla. c. postulasti. cum sim. de rescrip. Facit ẽt, quod voluit D. Petr. de Anchar. in repet. cap. si propter. de rescript. libr. 6. in 2. oppo. vbi allegat glo. in d. l. 2. C. de fun. & salt. ꝙ concessio terrarum comitis Vgolini non valuit: qa factũ fuit postquã terræ illæ fuerunt occupatæ. Modò in proposito dicitur, ꝙ nobiles de domo illius Sẽpronij ex tẽpore antiquissimo ędificari fecerunt dictũ castrũ, & ille Sempronius tenuit, & possedit illud castrum pro suo, & vt suum: & etiam filij ipsius Sẽpronij tenuerũt, & ex post facto quidã banniti furati fuerũt illud castrũ, facta tali spoliatione certi nobiles, & ẽt affines Sempronij præfati posuerunt exercitum ad dictum castrum: & ipsis castrametantibus Titius præfatus occupauit illud castrum: & quia plurimũ poterat apud comitem Vrbini, illud retinuit, & fecit, & procurauit sibi concedi ab ipso comite inuitis dicto Sempronio & filijs suis, in tali concessione nulla fuit facta mẽtio illius occupationis, & ex quo ille Titius occupauit castrum præfatum, & sic impediuit illos a recuperatione castri, perinde habetur ac si ipse spoliasset illum Sempronium, ex quo facto suo fuerunt impediti, per no. in l. j. §. fi. ff. quod vi aut clam. & per no. in c. cõstitutus. de testi. & in clc. causam. de ele. c. cũ ad sedem. de restit. spo. Vnde talis cõcessio fuit surreptitia, & ẽt obreptitia: qa si comes sciuisset, nullo modo concessisset Titio castrũ, qđ ipse occupauerat: per iura præallegata superius. Et posito, non tñ ꝯcesso, ꝙ sciuisset occupationẽ, & spoliationẽ dicti castri, adhuc nõ valuisset talis concessio, vt voluit Bar. in d. l. auctoritatem. & communiter omnes in locis superius allegatis, maximè cũ non interuenerit clausula, non obstãte tali lege: vt superius dixi post Raphaelẽ, & D. Florianũ, & ꝙ ista fuerit mens, & voluntas comitis concedentis castrũ illi Titio, apparet hoc expressè: qa comes prædictus deputauit quosdam iudices & commissarios suæ cõscientiæ super restitutionibus bonorum, quibus aliqui spoliati fuerunt, corã quibus cõparuit Sempronius prædictus, & conquestus est de spoliatione dicti castri contra illum Titium, petens restitutionem dicti castri cũ fructibus inde perceptis, & finaliter comes prædictus habẽs verã informationẽ, ꝙ illud castrũ fuerat Sempronij, & ad eũ spectabat, & ad eius hæredes, videns eũ fouere iustã cãm dixit, ꝙ nolebat hæredes illius Sẽpronij, aut aliquos alios subditos suos priuare iure suo. Et viso, ꝙ nullũ ius habebat ille Titius in dicto castro, rescripsit, ꝙ fieret restitutio dicti castri hæredibus illius Sempronij. ecce nunc qualiter mens & voluntas comitis nõ fuit priuare illum Semproniũ iure illius castri: vnde declaratur illa concessio, ꝙ nõ emanauit de deliberata voluntate, & conscientia dicti comitis: ergo sequitur, ꝙ nullius effectus est, si modo opponeret, ꝙ ille Sempronius non probat dominium illius castri. vñ si vult intentare petitoriũ, debet probare ex parte sua dominiũ: vt l. officiũ. ff. de rei ven. cuius ꝓbatio est difficilis: nõ apparet, ꝙ Sempronius fuerit dñs Castri. ergo seqtur, ꝙ nõ poterit intentare petitoriũ. Ad hoc respondeo multifarie, negando istud assumptum:

assumptum: & probo inconuincibiliter, quod illi de domo Sempronij fuerant domini, & ad hoc allego elegantem gl. quæ communiter reputatur singularis in l. at quæ natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. quæ voluit, quod † dominium probatur fama, & ibi Ang. refert obtinuisse de facto arduam quæstionem Paduæ. quidam legauerat domum suam cuidam ecclesiæ, modo multa tempora elapsa fuerunt, & ecclesia nunquam habuit illam domum, rector ecclesiæ petebat domum vigore testamenti, opponebatur, quod illa non erat domus testatoris, & quod probaret, quod illa fuerit domus illius testatoris. refert fuisse probatum per famam antiquam, quod illa domus fuerat testatoris, quo casu dicit obtinuisse per illam gl. & idem voluit Ang. in l. Titius. ff. quibus mo. pig. ta. contraha. & ibi dicit esse gl. singul. in d. §. cum me absente. & allego gl. in l. proprietatis dominium. C. de prob. vbi text. dicit, quod dominium probatur instrumentis, & alijs legitimis probationibus, & gl. ibi dicit, scilicet per famam consentientem, & illam glo. reputat singularem D. Florianus in l. j. ff. fin. reg. & illam glo. sequitur ibi Bald. & ideo Bal. in l. conuenticula. C. de episc. & cle. quærit, quomodo ecclesia Romana probabit dominium per famam. & ideo dixit Bal. in d. l. proprietatis. quod fama antiqua, & (vt ita dixerim) præscripta probantur antiqua dominia, de quorum principijs non erat memoria. c. quod per nouale. de verbo. sig. l. si arbiter. ff. de proba. maxime dicit procedere in dominijs regnorum, comitum, & ciuitatum, & etiam allegat. d. l. at qui natura. §. cum me absente. dicit etiam per illum tex. Bald. quod per indicia probatur dominium & quandoque testis probat quædam conferentia ad dominium. verbi gratia probat, quod fama est, quod res fuit antiquorum suorum: nam ex hoc præsumitur bona fides, quæ confert ad acquisitionem dominij. Cum ergo in proposito nostro ita sit, quod fama est, quod tale castrum fuerit antiquorum ipsius Sempronij. & quod ipsum ædificari fecerunt: sequitur necessario, quod sufficienter est probatum dominium. Facit, quod voluit idem Bal. in l. indicia. C. de rei vendi. versic. quarto quæro. pater meus iam sunt anni 20. emit prædia, & instra non reperiunt, nec testes: quia sunt mortui: iste pater meus decessit, iam sunt 12. anni, ego postea continue possedi ista prædia per decennium: postea cecidi a possessione mea, quomodo potero vendicare: nam titulum patris mei probare non possum: item titulus pro hærede non habet locum in suo. Item nec titulus generalis pro suo: vt no. ff. pro suo. l. si ancillam. §. si pater. Respondet, quod probo, eo quod audiui a patre meo, qui dicebat se emisse, & quod hoc fuit, & est publica fama. vnde licet non probem titulum, probo iustissimam credulitatem tituli. Ita dicamus modo in proposito, quod ista fama sit antiquissima: quia per octuaginta annos, probatum, quod illud castrum fuerit antiquorum ipsius Sempronij, sequitur, quod sufficiat talis probatio, & per consequens sufficienter est probatum dominium ex parte ipsius Sempronij. Facit etiam quia cum possit probari antiqua possessio illius Sempronij, & possessio filij ipsius Sempronij: & spoliatio facta tempore guerræ: & restitutio facta dicto Sempronio per capitula pacis, & continuata possessio dicti castri in filium ipsius Sempronij: & etiam probari potest, quod filius illius Sempronij fuisset spoliatus de castro, & esset in obsidione ad recuperandum dictum castrum, & ille Titius per vim & violentiam intrauit dictum castrum, sufficientissime ex istis est probatum dominium. Facit etiam, quod eleganter voluit Ang. in l. officium. ff. de rei ven. vbi gl. dicit, quod quis probat rem esse suam per instrumentum, pro qua gl. est tex. in d. l. proprietatis. Ang. ibi dicit, quod vltra hoc requiruntur adminicula, saluo nisi instrumentum contineat donationem principis ex certa scientia factam: quia habet potentiam transferendi dominium ad libitum voluntatis. Modo in casu nostro Co. prædictus, vt ex puncto apparet, voluit informari diligenter, si illud castrum erat de iure, & dominio illius Sempronij, & postquam fuit informatus, declarauit esse, & spectare ad illum Sempronium, & successores eius, & etiam commissarij constituti ab ipso comite pro exoneranda conscientia ipsius comitis vocatis partibus cognouerunt dominium illius castri spectare, & pertinere ad illum Sempronium, & ita declararunt: & ita etiam retulerunt dicto comiti, & sententiarunt. Modo tenendo, quod instrumentum probat dominium: vt dixit glossa in dicta lege, officium, multo fortius sententia illorum iudicum probabit dominium facit instituti. de officio iudicis. §. finali. Quinimo secuudum decretum probat dominium: vt lege finali. C. de iure dom. impetr. & sic dum Angelus intellexit de instrumento emptionis, quod non probat dominium, nisi concurrant alia adminicula, male intellexit: quia casus est in d. l. proprietatis dominium probatur instrumento emptionis. Si autem intellexit de alio instrumento, tunc requiruntur vltra instrumentum adminicula. In casu nostro concurrunt adminicula: ergo &c. Item concurrit sententia, quæ sola est sufficiens probare dominium: vt in d. §. fi. Item concurrit sententia principis, seu comitis: ergo multo fortius probatur dominium: quia si quando donat, & sic instrumento donationis probatur dominium: ergo multo fortius quando se informat, & cognoscit, & pronuntiat dominium spectare ad alium. Concurrit etiam antiquitas: quia sententia est antiqua, pro qua ius præsumit. primo, quod sit vera. secundo, quod omnia solennia intrinseca, & extrinseca interuenerint: vt est textus melior de iure in c. bonæ memoriæ. de ele. de quo facit festum D. Anto. in c. in præsentia. de renunt. & facit, quod voluit Bald. in l. emancipatione. C. de fide instru. Et ex istis omnibus verissima est conclusio, quod dominium ipsius castri spectauit. & spectat ad Sempronium præfatum, & per consequens ad eius successores, & habentes causam ab eis. ¶ Et si modo quispiam dixerit, quod ille Titius occupator habuit titulum verum, quia per concessionem a principe de dicto castro, per titulum purgata est mala fides sua, & per consequens præscribit, eodem modo præscripserunt habentes causam ab eo, vel habentes causam a successore illius comitis concedentis, quo casu nos habemus, quod bona fides in dubio præsumitur, vt dixit gl. in c. si diligenti. & in c. sanctorum. de præscriptio. Item si quis habeat titulum, præsumitur bonæ fidei possessor, vt dixit Arch. in c. j. de præscript. libr. 6. Baldus in l. j. C. de serui. & Bartolus in l. Celsus. ff. de vsucapi. ergo sequitur, quod est effectus bonæ fidei ille Titius occcupator propter titulum sequentem. Ad hoc respondeo, quod iste Titius occupator fuit malæ fidei: vt est ostensum ex supradictis. vnde Titius sequens non purgauit illam malam fidem. & ideo dicebat Bartolus in dicta l. Celsus. quod habens titulum constituitur in mala fide, quando probatur, quod possidet rem alienam. l. si fundum. C. de rei vendic. idem dicit si coram aliquibus probetur, quod habens titulum dixit se sciuisse, quod res illa erat aliena. Idem dicit, si de hoc erat fama in vicinia, & ipse erat vicinus, quia præsumitur scire, c. quanto. de præsumptio. l. si vicinis. C. de nuptijs. & ideo Baldus in l. super longi. C. de præscript. lon. tempo. dixit, quod mala fides probatur per famam, & quod not. Angelus in l. eum qui. §. in publiciana. ff. de publicia. & ideo dicebat Baldus in l. quoties. C. de rei vend. referendo Odofre. quod vbicunque quis vocatur ad iudicium, vel est spes, quod vocabitur ad iudicium, quod tunc si emit, præsumitur esse in mala fide, nec patrocinatur ei titulus, & allegat. l. si ea res. ff. de action. emptio. quod dicit esse vtile ad multas baratarias, quæ quotidie fiunt, & Spe. in titulo,

tulo, de emptione & vendit. §. nunc dicendum. in finalibus verbis, versiculo, quæro, quid si in vineam
14 meam. refert Mar. de Fano dixisse, ꝙ si vineam † meã me prohibente emisti, quam venditoris esse credebas, ꝙ si aliqua indicia appareant contra malã fidẽ tuam: puta si eras vicinus meus, quòd non est verisimile facta mea ignorasse, condemnandus es, argum. l. octaui. ff. vnde cog. & dicto capitulo, quosdã. Quãto ergo fortius in casu nostro: cũ iste Titius occupauit violenter illud castrum: & etiam quia in dicta cõcessione sibi facta a comite, bene apparet, ꝙ iste Titius sciebat, ꝙ castrum illud erat alterius: sed malitiosè apposuit illa verba inuoluendo mentem principis concedentis: quia dixit, ad commune, siue vel ad aliũ, vel alios. Et sic clarè apparet, ꝙ malitiosè impetrauit illã concessionem, sciens illud castrũ spectare, & pertinere ad illum Sempronium, & sic apparet, ꝙ fuit malæ fidei possessor. ergo nullo tempore præscripsit. capitulo 2. de regu. iur. libro sexto. c. fin. de pręscript. maximè in casu nostro: q̃a ille Titius a concessione dicti castri iam fuit reuocatus ꝑ sententiam latam per commissarios dñi comitis, & per declarationem illius comitis, & per consequens nullo modo potuit præscribere, & ideo illa sentẽtia est exequenda. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ potuerunt præscribere, & præscripserunt fratres illius Titij, qui habuerunt concessionem a comite successore comitis primò concedentis. Quia quò ad hoc dico, ꝙ aut illi fratres asserunt successores illius Titij occupatoris, aut dicũt se non esse successores illius, sed habere cãm ab ipso comite eis concedente. Primo casu dico, ꝙ mala fides illius trãsiuit in eos, & ꝑ hoc allego Bar. in l. ex diuerso. in princ. in suis finalibus verbis. ff. de rei vẽd. vbi dicit, ꝙ si successit defuncto, q erat malæ fidei, hæres, q est bonæ fidei, non facit fructus suos: ratio est sm eum: quia licet sit bonæ fidei: tamẽ censetur esse malæ fidei. l. cum hæres. ff. de diu. & temp. præscr. & per gl. in l. si ego. §. partus. ff. de public. plenè per dominũ Antoniũ in capitulo, q̃a V. de iudicijs. in c. si diligenti. de præscript. per Ioan. de Imo. in c. fi. eodem titulo, & ideo glo. multum eleganter in l. nihil. C. de vsucap. pro hæred. arguit super hoc, & finaliter decidit, ꝙ mala fides transit in successorem: quia est vniuersalis. tam in bono, q̃ in malo. & ideo pulchrè dicebat Baldus in authẽtica, ad hæc. C. de vsur. in versiculo, quid dicemus de hærede. dicit idem, & allegat tex. in capitulo, nouit. de iudi. vbi fuit facta nuntiatio regi, qui erat successor aliorum regum: nec sufficit, ꝙ hæres dicat, ego credo, ꝙ defunctus habuit bonã conscientiam: quia
15 quando † credulitas est causa defensionis, debet ꝓbari, argum. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirẽda hæredita. Præterea dicit, hæres est in dolo: quia locupletatur cum aliena iactura: nam ex hoc facto locupletior hæreditas peruenit ad eum, argumento. l. si quis mancipijs. §. proculus. ff. de institoria actione. dicit etiam sufficere contra hæredem, ꝙ defunctus habuit malã conscientiam, & quod not. Angelus in l. si ego. §. partus. & l. eũ q. §. in hac. ff. de publ. & Bartolus in d. l. cũ hæres. & dom. Abbas consiculus in d. c. si diligenti. Si verò dicimus, ꝙ non successerunt illi Titio occupatori: sed venerunt ex titulo eis concesso a secũdo comite successore illius primi. Et isto casu adhuc est veritas, ꝙ sunt, & fuerunt in mala fide. Quod sic ostendo. Primò ipsi asserũt se esse hæredes, & successores illius Titij, q primò fuerat inuestitus: ecce qualiter veniũt cum illa mala fide, quã habuit ille Titius occupator. Secũdò petũt renouationẽ dicti castri, & per consequẽs volũt insistere illi vitiosæ inuestituræ. Ex hoc apparet, quòd cum mala fide petierũt istã inuestiturã, ergo mala fides eorum prædecessoris transiuit in eos. Tertiò ista inuestituræ secundò facta ab isto comite successore laborat eodem morbo, quo laborabat prima: ex eo quia est obreptitia: quia per inuolutionẽ verborum & calliditatem quandam effugit deliberatã mentem inuestiẽtis: quia apposita sunt illamet verba, quæ apposita fuerunt in prima, dum dicit, terras qualscunque, quæ dicebantur tempore confecti instrumenti modo aliquo fuisse illius, vel illorum. ecce qualiter sub inuolutione verborũ tacet illã antiquam occupationem. & per cõsequens tanquã obreptitia est nullius effectus, per glossam dictæ legis secundæ. C. de fundis & saltibus, l. br. 11. Et ex hoc apparet istos supplicantes secundò inuestitos mala fide, & dolosè supplicasse. ¶ Et si dicatur, ꝙ in ista secunda inuestitura apposita est clausula, ex certa sciẽtia, quo casu habilitat, & habilem supplet defectum: vt l. quidam consulebant. ff. de re iudic. l. item Vlpianus. ff. de exc. tu. c. 2. de scisma. cũ simi. Ad hoc respondeo, ꝙ illud est verũ, quãdo superior est informatus de serie facti, & parte contradicente illã clausulã apponit: vt voluit Ioã. Andr. in d. c. pastoralis. vt superius allegaui. Sed in casu nostro non habuit notitiã qualiter genitor ipsius comitis reuocauerat illam inuestituram, declarando ius & dominium dicti castri spectare ad ipsum Sempronium, & successores. Ignorauit etiam qualiter cõmissarij conscientia sui genitoris pronuntiauerunt commune Vrbini, & illum Titium nullum ius habere in dicto ca-
16 stro: iõ illa † clausula ex certa scientia, refertur ad validandum actum, quò ad ea quæ sunt in dicta inuestitura expressa: videlicet, qui congruis temporibus non petierũt inuestiturã, & si interim fuit facta alia concessio, &c. Ad ista se extendit illa clausula, ex certa sciẽtia, nec est præsumendũ, ꝙ si huic secundo comiti inuestienti fuisset notificatũ, ꝙ ille Titius per vim occupauerat illud, & ꝙ genitor eius illam concessionem vt iniustam, & contra suam conscientiã factam reuocauerat: nullo modo talem inuestiturã fecisset. facit. d. c. postulasti. de rescri. & eo maximè, quia ille secundus comes refert se ad inuestituram factam per quondam suum genitorem: sed illa nõ tenuit: vt est ostensum superius. ergo eodem modo ista non tenebit, arg. l. in testamento. la grande. ff. de ꝯd. & demon. venit enim ex infecta radice: ergo corruit eodẽ modo, quo corruit prima. Facit l. fin. ff. de cõstit. pecu. & quod voluit Bald. in l. si absentis. C. si certum peta. vbi dicit, ꝙ si instrumentum est nullũ, eodem modo, sunt nulla omnia, quæ ex eo dependent. Et facit glo. quæ reputatur singularis in l. si patronus. §. patronum. in ver. fauiana. ff. si qd in fraudem patro. vbi dicit, ꝙ si instrumentũ est simulatũ & vitiosum, est simulata & vitiosa omnis clausula depẽdens ex eo. Ita in proposito, cũ illa prima inuestitura fuerit surreptitia, & obreptitia: eodem modo ista secunda inuestitura, q̃ habet relationẽ ad illam primã, & intuitu illius primæ facta extitit. ¶ Et si dicatur, ꝙ non potest esse surreptitia ex eo: q̃a facta fuit motu ꝓprio principis inuestiẽtis, quo casu excludit surreptio. c. si motu proprio, de præben. li. 6. Ad hoc re-
17 spondeo, negando illud, ꝙ hic interuenerit † motus proprius verus, habens naturam & essentiam motus proprij: ex eo quia in dicta inuestitura dicitur, ꝙ ad requisitionem ipsorũ fratrum filiorũ & hæredũ dicti Titij, &c. sit princeps motus ad iustitiam, & requisitionem ipsorũ supplicantium: quonammodo poterimus verè dicere, ꝙ ex motu proprio ipsius principis emanauit? Certè nullo modo. vnde resultat repugnantia, & contradictio: & sic non est verũ, ꝙ interuenerit verus motus proprius. l. vbi repugnãtia. ff. de regul. iur. vnde videntur duo contradictoria,

ria, quę simul stare non possunt. ergo &c. Facit simile, quod dixit Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & in l. j. ff. de app. reci. & Bal. in quisquis. C. quorum appell. non reci. videlicet, ꝙ vbicunq; lex est verbis generalibus cōcepta, si pōt ꝓbari, ꝙ in odiū alicuius priuati emanauit, ꝙ poterit contradici tali legi, seu constitutioni, referunt & sequuntur moderni in rubrica de const. & in c. cum omnes. eo. ti. Ita dicamus in ꝓposito, ꝙ licet in ista secūda inuestitura sit apposita clausula motus proprij: tñ si potest apparere, ꝙ re vera nō interuenerit, ꝙ habebitur, acsi non interuenisset: maximè in casu isto, cum resultet perplexitas ex inspectione dictæ inuestituræ. l. j. C. de furtis. c. solicitudinē. de appell. Quinimo plus dico, ꝙ posito, non tamen concesso, ꝙ in ista inuestitura nō esset apposita talis ꝑplexitas: nihilominus clausula motus proprij non obstat tali ratione: limitata

18 † causa limitatum parit effectum, & causatum non plus habet vigoris, quàm sibi a sua causa tribuatur. l. age. C. de transac. l. in agris. ff. de acquirend. re. do. Ista clausula motus proprij, & etiam clausula ex certa scientia limitatè ponuntur in dicta inuestitura, ex certa sciētia, & motu proprio decernimus, & declaramus, ꝙ dictus Titius non ceciderit a iure dicti feudi, nec eius filij, nec alio quouismodo eis imputari posse, ex eo ꝙ non appareat ipsum Titium & filios de prædictis inuestituram recepisse congruis tēporibus a quodā germano nostro. vnde ad istū effectum fuerunt appositæ dictæ clausulæ, ꝙ declarat & decernit dñs comes, ꝙ illi non ceciderint a feudo propter nō petitam inuestiturā congruis temporibus a quondā fratre suo: ergo ad aliū effectum non sunt extendendæ. Et facit ēt qđ superius dixi, ꝙ etiā

19 † si apponitur clausula ex certa scientia: nihilominus requiritur, ꝙ dicatur, non obstāte tali lege, qñ conceditur, & confirmatur res per vim occupata: vt voluit D. Florianus & Raphael: licet etiā hoc nō sufficiat: vt superius dixi. Et sic apparet, ꝙ nō obstat ista secunda concessio. Itē qa licet apponantur illæ clausulæ: tamen non purgant malā fidem supplicātis: qa cū isti fratres filij illius Titij fuerint in mala fide, ergo sequitur, ꝙ nō purgatur eorū mala fides ꝑ illas clausulas. Et ꝙ fuerint in mala fide, superius est ostensum. Et etiam hoc peroptimè voluit Martinus de Fano, quem allegat Spec. in loco allegato superius, vbi dicit, ꝙ probat mala fides eo ipso, ꝙ erat vicinus, vel ꝯsanguineus, alleg. l. octaui. ff. vñ cog. Cū ergo erant filij illius Titij occupatoris: & fama erat in loco, ꝙ illud castrū erat de iure illius Sempronij. & suorū successorū: sequit, ꝙ sciebāt: vt superius dixi. Apparet ergo manifestè mala fide istorū successorū: & per cōsequens nullo tēpore potuerūt præscribere. & ēt ex verbis ipsius secūdæ inuestituræ apparet mala fides istorū fratrū, ex eo qa ꝑ inuolutionē verborū illius, siue illorū, ex qbus verbis liqdo ꝯprehendit mala fides eorū, & scientia rei alienæ. Facit ēt text. solennis in c. qa V. de iudi. vbi per rescriptū impetratū ꝯ violentū conuenit, qui sciēter successit in vitiū: & ibi dixit D. Car. Pauduanus, ꝙ successor cōuenit rōne primi rescripti: & ēt interdicto vñ vi, tanq̃ successor vniuersalis. Cū ergo isti fratres sint filij, & hæredes, & vniuersales successores illius Titij violenti occupatoris, & successerunt in vitiū: seqtur, ꝙ poterūt conueniri interdicto recuperandę a successoribus illi Sempronij, vel habētibus causam ab eo. hoc, ꝙ possint cōueniri interdicto, vñ vi, nō pono ꝓ cōstanti: licet ita teneat D. Car. sed bñ dico, ꝙ eadē actio ꝯpetit in gñe: licet diuersa in spē: vt dixit D. An. in d. c. qa V. loqtur tñ in successore particulari: & sic dico, ꝙ ꝯpetit interdictum recuperandæ, de quo latè ꝑ Ab. in d. c. qa V. & sic isti successores petendo renouari inuestiturā, quā habent videntur ratificare vitiū patris, & violentā occupationē factā per patrem: vt voluit gl. in d. c. qa V. Accedat etiam, qđ voluit gl. elegans in c. bonæ memoriæ. de appella. quæ dicit, ꝙ non solùm facit cōtra appellationem ille, q spoliat: sed ēt ille, q tenet rem spoliatam ꝯ voluntatem appellantis, & illam gl. sequitur ibi Host. dicens, ꝙ officio iudicis potest agi ꝯtra quēlibet possessorē ex naturali æquitate. 2. q. j. in primis. & si res mea peruenit ad te, possum agere iudicis officio. vt illam rem mihi restituas. l. si me & Titiū. ff. si certū pe. maximè dicit hoc procedere de æquitate canonica, ar. c. dilecti. de iudicijs. cum qua doctrina trāseunt cōiter omnes ibi. Ita dicamus in ꝓposito, poterunt successores illius Sempronij iudicis officiū implorando recuperare castrum, & multo fortius ꝯtra ipsos detentores, q successerunt in vitium. ¶ Et si qspiam dixerit, amice, in secūda inuestitura dr̄, ꝙ de absoluta potentia, & de plenitudine pote-

20 statis superior fecit illā inuestiturā, quo casu† potest princeps per viam priuilegij auferre rem meam sine causa, & dare alteri: vt voluit Guido de Suza. & Iaco. Butri. in l. omnes. C. si contra ius. & Innoc. in c. quę in ecclesiarum. de const. & facit, quod voluit gl. singularis in l. causas. C. de transac. & ideo Ang. in l. item si verberatū. ff. de rei ven. dicit ibi fore casum. ꝙ imperator de plenitudine potestatis potest auferre nobis dominiū nulla causa suadente. & q dicunt contrariū, mentiuntur, & casum dicit esse de hoc in l. 2. & l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscri. & dicit, ꝙ concessiones Apostolicæ factæ ꝑ Bonifacium quibusdam Perusinis de bonis quorundā Perusinorum, valuit, & tenuit: cum factæ fuerūt ex certa sciētia, & plenitudine potestatis, allegat. l. si priuatus. ff. qui & a qbus. & idē voluit Ange. in d. l. 2. C. de quadri. præscrip. vbi dixit, ꝙ imperator potest concedere meum alteri, & mihi dominium auferre per viā priuilegij, & refert illam concessionem Bonifacij, & idem dixit Angel. in l. 3. §. is qui pro quo. videlicet, ꝙ princeps ex potestate absoluta potest tollere meum & ꝯcedere alteri. ff. quod quisq; iur. & idem voluit in l. venditor. §. si constat. §. cōmunia prædio. & Bal. in l. rescripta. C. de preci. impera. offer. dixit, ꝙ princeps potest auferre ius vnius, & dare alteri. & in l. fi. C. sen. re. non pos. dixit idem Bal. ꝙ non derogatur auctoritati iudicum, quando princeps vtitur plenitudine potestatis: quia in omni sententia intelligit, salua suprema principis potestate. Et subdit etiā, ꝙ si princeps rescribit iniustum, non potest nisi de plenitudine potestatis. & idem Bal. in l. 2. C. de seruitu. in 18. q. dixit, ꝙ dumtaxat solius principis est per priuilegium iura vnius auferre, & dare alteri ex plenitudine potestatis. Est autē plenitudo potestatis plenitudo arbitrij nulli necessitati subiecta: nullisque iuris publici regulis limitata. & ideo dicit ibi Bald. quòd in principe est sedes libertatis, & potest præferre minus æquum magis æquo, & minus bonum magis bono, cum non sit obligatus ad aliqd. l. princeps. ff. de leg. ergo sequitur, ꝙ iste Sempronius, & per ꝯsequens successores eius nullū ius habent in dicto castro: cū princeps ex plenitudine potestatis potuit dare ius eorū alteri: & sic illi Titio & fratribus. Ad ista ego respondeo: & primò dico, ꝙ iste comes, licet ex plenitudine potestatis ita fecerit: tamen nō

21 est imperator: ideo plenitudo † suæ potestatis non operat id, quod operatur plenitudo maiestatis imperialis, hoc dixit Bald. in d. l. 2. C. de seruitu. in 18. q. dicens, quòd comes palatinus non potest legitimare de plenitudine potestatis: quia ergo &c. ¶ Et si dicatur, amice, iste comes ex priuilegio indulto ab imperatore, vel Papa habuit plenitudinē potestatis in

in suos subditos: & sic idē operatur plenitudo sua, quod operatur plenitudo imperatoris. Or ita respondeo aliter, videlicet, quòd ista plenitudo potestatis fuit apposita hic limitatè & restrictiuè: videlicet, ꝙ congruis temporibus non petierant inuestituram: ideo ex plenitudine potestatis vult, quòd habeant omne ius in dicto castro: vt iam superius dixi, & per cōsequens ista plenitudo potestatis est ita largè apposita in ista inuestitura. Item ista inuestitura fuit obreptitia, vt fuit dictū de prima: qa non fuit narratum de vitio, & occupatione illius castri. vnde Bal. in l. fin. C. si contra ius vel vti. pu. in finalibus verbis dicebat, ꝙ quando rescriptum est contra priuilegium alicuius, non officit, si non facit mētionē de illo priuilegio, allegat. l. decurionibus. C. de silēt. li. 12. & gl. singularem. d. l. 2. C. de fun. & salti. libr. 11. & in d. l. dixit, ꝙ si rescribitur contra statutum, non facta mentione de statuto, non valet rescriptum. & dicit, ꝙ multæ concessiones possunt per hoc infringi. Modò in casu nostro in ista secunda inuestitura non fuit facta mētio de iure, & dñio illius Sempronij, & suorū successorū: ergo multo minus valuit: &
22 sic† sicut est obreptitia inuestitura, eodē mō est obreptitia omnis clausula plenitudinis potestatis ī ea apposita: vt dixit gl. in dicto §. patronū. Itē tolluntur prædicta ex alio, posito non tamen concesso, ꝙ princeps posset mihi auferre ius meum sine causa, & dare alteri: nihilominus vbicūque ex sententia diffinitiua mihi est quæsitū ius, & transiuit sententia in rē iudicatam, est necesse, ꝙ princeps in tollendo mihi ius quæsitū ea illa sententia faciat expssam mentionē de illa snīa diffinitiua. Ita decidit gl. valde solēnis in d. l. causas. C. de transa. cum qua omnes ibi transeunt. & facit gl. in d. l. fi. C. sen. re. nō pos. Cū ergo in casu nostro princeps iste nullam fecerit mētionem de illa sentētia diffinitiua, sequit, ꝙ nullo modo videtur derogasse sentētiæ diffinitiuæ, quę transiuit in rem iudicatam latæ per illos commissarios & cōfirmatæ per superiorem: vt superius dixi. Et sic clausula plenitudinis potestatis non obstat in casu nostro: & ista est pura veritas. Quinimo plus dico, ꝙ posito, ꝙ fecisset mentionem de sentētia diffinitiua, adhuc oportuisset apponere clausulam non obstante tali lege. ita decidunt omnes in d. l. causas. & in d. l. fina. Quinimo plus affirmo, ꝙ posito, ꝙ oīa ista interuenissent, nihilominus non potuisset princeps tollere dominium illius Sempronij, qđ ostendo ad oculū, in puncto dicitur, ꝙ ex ædificatione acquisiuerunt dominiū illius castri ille Sempronius, & sui predecessores: vt l. adeo. §. cū qs. ff. de acquiren. re. do. quo
23 casu nō est acquisitū † ex dispositione iuris ciuilis: quia non ex sententia, vel præscriptione. vnde fuit acquisitum de iure gentiū: sed imperator non pōt rescribere cōtra ius gentium: ergo &c. vnde dicebat Bar. in prima const. dicestorum. ꝙ sine cā iusta princeps non potest auferre mihi dominium rei meæ, & ibi pulchrè loquitur. & idem dixit in d. l. fi. C. si contra ius. & in l. qcunq;. C. de fide instru. & iur. hastæ fi. li. 10. & idē firmat Bal. in dicta l. fin. & plenius in l. rescripta. C. de precibus imperato. offe. & ibi dicit, ꝙ peccaret imperator sic faciēdo: & ēt peccaret impetrās. Et gl. q̄ reputat singularis in l. venia. C. de in ius vocando. cū sua gl. & ibi dixit Bal. ꝙ ecclesia non potest cōponere de iuribus singularium personarum. & idem dixit Ange. in l. Lucius. ff. de euic. vbi dicit, ꝙ princeps non potest auferre dominia rerū, quæ sunt de iure gentium: nisi ex causa. & dicit, ꝙ Bonifacius illas concessiones, de quibus superius dixi, fecit ex causa: qa illa ciuitas erat tūc rebellis ecclesiæ, & ita tēperantur oīa dicta sua superiora. & iō Bal. in dicta l. 2. C. de seruitu. dixit, ꝙ licet imperator sit legibus solutus, non tamen est solutus a lege rationis. est enim animal rationale politicum, & in conclusionibus iuris canonici dixit, quòd licet imperator sit dominus legum: non tamen est dominus morū, & in c. j. de natura feudi. dixit, ꝙ licet Deus subegerit imperatori leges, nō tñ sibi subegit obligationes. & dicit, ꝙ imperator fecit communitatem Papiæ comitē in multis castris, ꝙ sine causa non posset illud commune disuestire, & in c. filij. in titulo, si de feu. fue. ꝯtro. dicit, ꝙ si imperator facit inhonesta, est vnum pecus, & in c. j. de for. fid. in vsi. feudo. dicit, ꝙ quicquid facit imperator, debet facere vt Deus: vt in auth. de hære. & falci. in principio. Et facit, qđ voluit idem Bal. in l. q se patris. C. vnde liberi. vbi dixit, ꝙ licet imperator licet possit reuocare suum priuilegium: non tñ potest reuocare directum, vel vtile dominiū, qa est de iure gētium. & idem Bal. in fi. C. sen. re. non pos. dixit, quādo dominium est acquisitū de iure gentium, non potest per principē absq; causa reuocari. Et facit, quod voluit idem Bal. in c. j. §. fi. qui feu. da. pos. & istud voluit dominus Ant. & omnes scribētes in c. quæ in ecclesiarum. de const. ergo nullo modo potuit princeps reuocare dominium, ꝙ ille Sempronius acquisiuerat ex ædificatione illius castri. & facit, qđ voluit Bal. in l. j. ff. de constitu. princ. & facit, quod voluit Bar. in d. l. vēditor. §. si cōstat. ff. commu. prædio. & Antiochensium. ff. de priuile. cre. & in d. l. item si verberatum. nec est præsumendum, ꝙ voluerit princeps tollere ius alterius. l. 2. §. meritò. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publ. l. cum auus. C. de eman. lib. & maximè cū ignorabat illos successores. Sempronij habere dominiū dicti castri, nec est præsumenda tāta iniustitia, & iniquitas in principe. Ideo dicebat Bal. in l. j. de consti.
24 prin. ꝙ si reputamus† principē bonum, & æquū, nullam iniuriā sibi facimus: imo maiestas eius per ista duo nomina conseruatur, & si quid dat, vel confirmat, semper intelligatur salua iure alterius. l. meminerint. C. vnde vi. nec præsumitur principē aliud voluisse, nisi iustum, & verum, & si princeps excedat iustitiam partis, nunquā videtur excedere nisi in modico, allegat. d. l. quoties. C. de prec. impera. offe. Quinimo plus dixit Inn. in d. c. q̄ in ecclesiarum. ꝙ dato, ꝙ princeps posset tollere dominium rei meæ: sine causa: tñ possit adire, & misericorditer implorare iustitiā. & facit ēt tex. in l. j. ff. de rei ven. Et sic multifariè probatum est, ꝙ iste comes non priuauit illū Semproniū dominio castri præfati, nec fuit sua intentio priuare: nec potuit, si voluisset. & ista est opinio, quā cōmuniter omnes doc. sequunt: & sic nec sententiā reuocauit: nec dñium illius Sempronij. Et ad contraria superius allegata respondeo, ꝙ pcedunt, quādo cū iusta causa princeps reuocat: vel qñ sunt acquisita ex dispositione iuris ciuilis. & facit, qđ voluit Bal. in proœmio feu. vbi idē sequtur. Et etiam facit: qa princeps non debet vti plenitudine potestatis, nisi ex causa: vt singulariter dixit Inno. in cap. innotuit. de elect. & ad d. l. bene a Zenone. C. de quadri. præscript. quæ vr̄ pūgere, verè tñ nullo mō obstat. & ēt respondeo, & dico ꝙ Bal. in l. multū. C. de commun. rerum alie. referēdo Ia. de Are. dat mi-
25 rabilē responsionē ad d. l. bñ a Zenone. dicit† enim, ꝙ illa l. procedit, quando fiscus rem priuati, quam vēdidit, vel donauit, possidebat bona fide: qa quodāmodo vr̄ habere ius ille, q bona fide possidet, fm Iaco. de Aret. Cum ergo constet liquidissimè, ꝙ comes prædictus nunquam possedit illud castrū: sed illud possedit ille Sempronius, qui postea fuit spoliatus castro: & illud occupauit ille Titius, qui Titio fecit sibi concedi a comite, qui nunq̄ possedit: & si non sumus in casu, d. l. bene a Zenone. vnde nō loquitur,

quitur, qñ quis occupauit violenter rem alienam, & postea facit sibi concedi a principe. Et si subtiliter ponderetur tex. ille, nõ loquitur, quãdo emptor, aut donator ꝓcurauit sibi titulũ, & eoq; magis: qa iam fuit per sententiam commissariorũ, & comitis reuocata illa ↄcessio infra quadriẽniũ, & sic nullo mõ obstat. d. l. bene a Zenone. Præterea facit statutum municipij, quo cauetur, ꝙ omnes contractus, vel quasi cuiuscunque maneriei existãt facti super rebus, in quibus sit violentia, vel inuasio commissa: vel earũ occasione ipso iure sint nulli, & ꝓ nullis & cassis habeantur, quantũ est in præiudiciũ spoliati quoad recuperandũ possessionẽ. ecce nũc qualiter ille Sẽpronius fuit spoliatus dicto castro: ergo omnis inuestitura, & omnis concessio facta de illo castro fuit ipso iure nulla: & sic tam prima, quàm secunda inuestituræ sunt nullæ. Et si dicatur, ꝙ statutum non ligat condentem: vt no. Io. An. in c. j. de const. li. 6. & Bal. in l. digna vox. C. de legibus. in auth. quibuscunque modis. C. de sacrosa. eccl. ergo talis ↄcessio non est subiecta dispositioni illius statuti. Ad hoc respõ-
26 deo, ꝙ † illud procedit, quando agitur de infringendo actum ad præiudicium ipsius statuentis, vel ad puniendũ statuentem: vt loquitur Io. And. in d. c. 2. tunc enim ligaretur sibi ipsis: sed in casu nostro non est sic: quia agitur de fauore spoliati, & de odio vitiosè succedentium. Item quia agitur de actu gesto ad petitionẽ, & cõmodũ alterius, qui successit in vitiũ. Itẽ qa princeps ↄcessit illud castrũ vt feudũ, credẽs spectare ad se, qđ nõ est verũ: qa immo dñium erat illius Sempronij, & successorũ: & per cõsequẽs inuestitura ista fuit facta de re aliena. Ideo non præiudicauit illi Sempronio: vt in c. primo. de inuestitu. de re alie. fac. Et eo magis: quia ille Titius sciens castrum alienum petijt se inuestiri ab illo comite successore primi comitis inuestientis. Præterea etiam facit, inquantum superius dicebatur, ꝙ nullo modo præscripserat, nec ille Titius primus inuestitus,
27 nec eius filij secũdò inuestiti, qa cuius nõ † nocet pactio, eius non nocet ↄtra se lapsa præscriptio, text. est singularis. in §. quid ergo. de inuestitu. de re alie. fac. Sed pactio illius Titij occupatoris violenti non nocuisset illi Sempronio domino dicti castri: vt in d. §. quid ergo. sequitur, ꝙ non nocebit præscriptio, & eodem modo in filijs illius occupatoris succedentibus in vitium: & maximè qa interrupta fuit illa pręscriptio, si fuisset incepta, licet in veritate nunquam fuit incepta: qa non potuit incipere propter malam fidem illius Titij occupatoris, & propter malam fidem filiorum & hæredum ipsius Titij inuentorũ, & quòd fuerit interrupta, patet: quia ille comes, qui secundò inuestiuit filios illius Titij, occupauit istud castrum, & priuauit nepotem illius Titij dicto castro: & sic interrupta fuit illa ꝑscriptio. facit, qđ not. Inn. in c. auditis. & c. cũ olim, de præscriptio. & Bar. in l. naturaliter. ff. de vsuca. Et etiam sunt deducen-
28 da tempora pestilentiæ, & guerræ † quibus præscriptio dormit, vt plenè scribitur ꝑ omnes in c. ex trãsmissa. de ꝑscriptio. & in d. l. naturaliter, ꝑ Bar. & modernos, nec ista sunt necessaria: qa nuuquã potuerũt incipere ꝑscribere: ex eo qa fuerũt in mala fide. ¶ Sed hæsitatio occurrit qđ in alijs rebus, & bonis ipsius Sempronij, q̃ deuenerunt ad eius filios, & filij postea fuerunt expulsi de ciuitate Vrbini: & bona suę fuerunt in alios translata. Mõ nouus comes habuit ↄuentionẽ cũ ciuitate Vrbini talẽ, videlicet ꝙ oẽs hoĩes ciuitatis, & ẽpatus Vrbini absentati ab ipsis ciuitate, & ẽpatu quacunq; de cã: ẽt si banniti forent, possint repatriare, & eorũ bonis & possessionibus gaudere, & idẽ intelligãt de filijs, & hr̃dibus, & successoribus ipsorũ bonorũ: extat etiã litera huius noui comitis directa Caio possidẽti vnã possessionẽ, q̃ fuerat illius Sempronij, & filiorum suorũ, de qua apparet in puncto. Modò est dubitatio, an stantibus
29 prædictis† possit successor filiorum dicti Sempronij recuperare res in alios translatas. Vr̃ ꝙ non, per id quod no. Bar. in l. fin. C. de sen. pas. & in l. Gallus. §. & quid si per tantũ. ff. de lib. & posthu. & Raphael, & Alber. in auth. idẽ Restorianus. C. de hære. & Ange. in auth. de hære. & fal. in prin. gl. & doc. in c. quãuis. de rescriptis, li. 6. moderni in c. ex tuę. de cleri. nõ residen. & in c. j. de paroch. & in c. qa diligentia. de ele. Mihi vr̃ contrariũ verius: videlicet, ꝙ recuperet: & moueor ex quadam eleganti doctrina D. Cardinalis in d. c. qa diligentia. vbi dicit, ꝙ vbicunque bona alicuius essent ↄfiscata propter delictũ, & fit restitutio in plenissima forma, ꝙ tũc vr̃ restitutus ad bona ẽt alienata in alias translata. & ita dicit formaliter. & põt agere emptores ad ꝑtium cõtra fiscũ. & multo fortius videtur facta restitutio ad bona alijs donata & sic ex titulo lucratiuo. Modò coniungẽdo capitulum supradictum, & literam noui comitis videtur, ꝙ ista restitutio fuerit facta in plenissima forma: cũ dicit, ꝙ possint repatriare, quæ verba sapiunt indulgentiam, & postea dicit, eorum bonis & possessionibus gaudere, quæ verba sapiunt restitutionem. In litera verò comitis dicit, nobis fuit declaratũ, ꝙ occupastis quandam possessionem, dicendo ꝙ eã vobis donauimus, credimus, ꝙ nullã donationem habeatis, & vlterius cũ honestate non potuissemus eã vobis dono tradere: qa spectat ad hæredes eorũ ꝑꝑ capitula &c. Vnde clarum est, ꝙ bona exulũ, & bannitorum erant trãslata in alios, & capitulũ dicit eorũ bonis & possessionibus gaudere, ergo videtur cõmune Vrbini sentire, ꝙ possessiones & bona alienata sint restituta: qa aliàs non diceret gaudere bonis, & possessionibus suis. vñ dixit Bal. in l. si habitatio. §. j. ff. de vsu. & habi. ꝙ si alicui relinquantur possessiones in gaudimentũ, ꝙ videtur, ꝙ illas possit trãsmittere ad hæredes suos. & illud verbũ gaudere, ponitur in fauorem ipsius, allegat not. in l. liberis. ff. de ali. & cib. le. & in l. donationes in concubinã. §. species. ff. de donat. Vnde cum in beneficium bannitorum fuerit facta illa ꝓuisio: sequitur, ꝙ amplè debet interpretari. c. cũ dilecti. de donat. l. beneficiũ. ff. de const. prin. cum simi. Et si aliter diceremus, illa verba nihil operarentur: qa si bona ipsorũ bãnitorum sint in alios trãslata, quomodo potuerunt gaudere suis bonis, & possessionibus: nisi videantur restituti ad bona in alios translata. Facit, qđ dixit Bald. in rubrica. C. de ↄtrahen. empti. in 9. q. ꝙ minimũ verbũ appositum in aliquid dispositione, videtur appositũ cum ministerio aliquid operandi, si fieri potest. & facit, qđ ipse voluit in l. contractus. C. de fide instru.
30 vbi dixit, ꝙ † statutum sit ad instar stipulationis: & sic sicut verba in stipulatione debent operari, eodẽ mõ debẽt operari verba statuti. Facit etiam, qđ voluit Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborũ obl. & ideo dixit tex. in l. j. ff. qđ metus cau. ꝙ syllaba nõ est ponẽda in lege sine ministerio aliqđ operãdi. Facit tex. & gl. in c. si Romanorũ. 19. distin. Ita dicamus in proposito, ꝙ illa vexba, gaudere bonis, & possessionibus, intelligantur quoad bona aliena. l. si quando. ff. de lega. j. cum similibus. Et etiam est diligenter animaduertendum, ꝙ ista restitutio fuit facta a cõi Vrbini, & a comite, & sic ab vniuersis. quo casu succedit elegans & singularis doctrina Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugi. ad fi. vbi dixit, ꝙ licet compositiones dominorum non noceant iuribus subditorũ: vt voluit gl. quæ reputatur singularis cõiũcto tex. l. venia. C. de in ius vo. vbi si pęna venit applicanda parti, non potest dominus illam remitte-

re in prçiudicium patris.Bal.ibi hoc limitat,nisi sint compositiones vniuersorum: quia tunc præiudicat particularibus personis,allegat, quod habetur in c, in nostra,de iniur.& hoc dicit posse fieri per generale statutum populi, vel per ducem belli, cui sit ab vniuersis commissum.l.legitima.ff. de pac. & idem Bal.in l.post decisionem.C.de fur.dixit, ꝙ quærẽdo, an dãna data singularibus personis in guerra possint remitti per communitatem, & remittit ad notata in dicto c.in nostra.Et sic idem sentit in d.l.quicunque. qa dictum eius est intelligendum secundũ legem, quam allegat. Modò ista deducunt rem ad decisionem indubitatam: qa cum illa prouisio fuerit facta ab vniuersa comunitate Vrbini,cessat illud absurdum,vt dicamus, ꝙ propter hoc oriretur præiudicium his, in quos translata fuerunt illa bona: qa ex quo vniuersi consenserũt, potuerũt sibi præiudicare.l.si qs in conscribendo. C.de pactis.c.ad apostolicam.de regula.cum simil.Et ita limitatur & restringitur doctrina doctorum allegata superius in contrarium:vt non habeat locum, quando restitutio fit ab ipsa vniuersitate: qa cum singuli censeantur consentire:sequitur,ꝙ potuerunt sibi præiudicare:secus si restitutio fuisset facta a solo principe: qa tunc in dubio esset vera doctrina allegata in cõtrarium,nisi esset facta in plenissima forma: vt dixit D. Cardi.in d.c.quia diligentia. Et etiam est diligenter ponderandum:qa ista restitutio fuit facta generaliter.vnde non fuit facta intuitu vnius personæ,sed fauore publico, vt omnes exules, & banniti possent repatriare, & replere ciuitatem. ideo propter vtilitatem publicam fiet ista interpretatio,vt veniãt bona alienata,arg.l.iubemus.C. de sacrosan. eccl. & l. si quis in graui.§.ij quoque.ff.ad sylla.& l.nullus.C. de cur.pub.lib.12.vbi fauore publico detrahitur regulis communibus. Et sic illa doctrina allegata in contrarium limitatur,nisi talis restitutio fieret fauo-
31 re publico,& fieret generaliter: qa vbicunque † aliquid fit generalem legem condendo, præsumitur iustè factum:vt voluit Cyn. in l.fi.C. si contra ius.& in l.rescripta.C.de preci.impera.offer.D. Anto.in c. quæ in ecclesiarum.de constit.Et etiam est considerandum:qa illa doctrina procedit, vbi per viam rescripti,seu gratiæ quis restituitur.Sed vbicunque qs restitueretur per viam constitutionis: vt in casu nostro:qa videtur esse constitutio ista, esset secus. & licet glo. in c. qa V. de iudi. æquiparet rescriptum & constitutionem, & doct.in d.l.fi. si contra ius. & in
32 l.2.C.de legi.& in d.c.quę in ecclesiarum.tamẽ†fortior & potentior est dispositio,quæ fit per viam constitutionis,quam per viam rescripti:vt eleganter voluit Innoc.in ca.quanto.de consuetu.retulit Bal. in l.j.de constit.princ. ergo &c.Et etiam est ponderandum; quia ista restitutio non emanauit ad petitionem banniti: sed motu proprio ipsius communitatis, componentis cum comite illo modo, & sic doctrina in contrarium allegata, non meretur allegari contra istam consultationem. Coniungo illam compositionem factam per modum cõstitutionis, iuxta not.in l.j.ff.ad mu.cum litera comitis,qui scripsit,ꝙ non donauit,nec potuit donare propter capitula, quæ habuerat cum illa cõmunitate. vnde adduco in medium elegantem doctrinam Ange. in l. item veniunt.§.cæterũ.ff.de peti. hære. vbi dixit esse casum,ꝙ litera transmissa per principem debet obseruari pro lege in omnibus casibus, &c.Et idem dicit,in eo,qui habet potestatem legis cõdendæ.& dicit hoc fuisse in ciuitate Teruisij:nam dux dominorum Venetorum transmiserat quandam epistolam Potestati Teruisino,fuit dubitatũ,an epistola illa faceret ius in omnibus casibus similibus,decidit ꝙ sic, si dux haberet potestatem legis condendæ; & dicit esse casum in l.j. in ver.ꝑ epistolã.ff. de constit. prin. & ita dicit fuisse decisum in facto. licet idem Ange. aliter dixerit in l.j.ff.de fer.tamen malè,& maturius hoc examinauit in facto.& illud retulit in d.§. cæterum.Ideo huic dicto stãdũ per tex.in l.diui fratres. ff.de iure patro. Et facit pro hoc elegãs dictum Bal. in l.certum.C.vnde cog.dicentis, ꝙ vbicunq; mandatum baronis seruatur pro lege, & sic habet potestatem legis cõdendæ;est monarcha in baronia sua: & facit,qđ voluit idem Bal.in l.2.C.de consti. pecu. Cum ergo iste nouus comes habeat potestatẽ legis condendæ in suo territorio.sequitur, ꝙ illa epistola sua directa illi possidenti possessionem illius Sempronij,& filiorũ seruanda est pro lege: nõ solùm in illa possessione,quã ille tenet de bonis istorũ: sed ẽt quoad alia bona, quæ fuerunt Sempronij & filiorũ suorum:& etiam in alijs similibus.Sed illa litera dicit,ꝙ non potuit donare propter capitula: sequitur, ꝙ declarat illam cõuentionẽ,& prouisionẽ, ꝙ banniti possint repatriare,& gaudere suis bonis, & pos-
sessionibus:quæ† licet fuerant alienata,& translata in alios:tamen tales banniti, vel filij, aut hæredes, aut successores eorum possunt illa habere & consequi,& ad suos hæredes transmittere: vt dixit Bal.in d.l.si habitatio.¶ Et si mihi dicatur,amice litera illa loquitur, ꝙ nõ potuimus donare propter capitula: quasi velit, ꝙ post capitula non potuimus donare: sed si ante donata fuerãt, remanemus in dispositione iuris communis: vt l.commodissimè.ff. de libe. & posthu.l.si extraneus.ff.de ꝯdi.ob cau. cum simil. Ad hoc respondeo, ꝙ istud stare non potest ea eo: qa ista epistola esset de re nõ dubia: qa clarũ erat, ꝙ non poterat donare bona bannitorum post capitula facta cum ciuitate Vrbini.c.j.de probat.c.j.de natura feu.cum similibus.Et sic nihil operaretur.Ideo vt aliquid operetur, coniungendo eam cum dicta conuentione, demonstratur apertissimè, ꝙ mens eorum fuit,ꝙ banniti possent gaudere bonis suis, q̃ iam translata erant in alios. Quò autem ad istum, cui directa fuit illa litera, si post illam conuentionẽ habuit illam possessionẽ titulo donationis, vel alio titulo,certum est,ꝙ non tenuit talis alienatio: quia contra dictam conuentionem. Si verò ante dictam conuentionem, eodem modo, ex quo facta fuit ab vniuersitate,& communi Vrbini.Et ex istis concludo, dominium illius castri esse, & fuisse illius Sempronij, & suorũ successorũ, & inuestituras factas ꝑ primum comitem illi occupatori violento Titio,& violentis suis filijs a secundo comite fuisse, & esse obreptitias,& nullius vigoris, & sententiã latã per illos commissarios fuisse validã,& iustã,& transiuisse in rem iudicatã,& multofortius:qa confirmata per illum primũ comitem.Et consequenter posse & debere mandari executionis contra detentores illius castri,& illum Titiũ,& eius filios,& successores fuisse malæfidei possessores. & nõ potuisse prescribere, & si quã prescriptionẽ incepissent,fuisse interruptã. Et etiam cõcludo, nõ potuisse fieri donationem super illo castro: qa ille Sempronius fuerat spoliatus: & etiam concludo filios ille Sempronij,& eorũ hæredes, & successores posse gaudere bonis, & possessionibus,quæ fuerũt illorũ bannitorũ, licet fuerint alienatæ in alios, & per cõsequens istum hæredem pro dimidia,& cessionarium pro alia dimidia,comprehendi sub illis verbis,& hæredibus, & successoribus per ea, quæ plenissimè no.dominus meus Io.de Imol.in l.quod dicitur.ff.de verb.obl. Et per consequẽs posse intentare remedium recuperandæ ita, vt consuluerunt præfati domini consulentes. Et ita concludo.

EPITO-

EPITOME.

¶ Intellectus ad l. sumptus. ff. de leg. 1.

SUMMARIUM.

Legatarius conditionalis non repetit expensas necessarias factas circa rem conditionaliter legatam. intellige, nisi sit legatum sub duplici conditione. nu. 1. & 6.

Expensæ non reficiuntur sponte se ingerenti. nu. 2.

Hæres & maritus tenentur custodire rem legatam, & dotem. numero 8.

Impensæ in custodia castri factæ repetuntur, quatenus intersit, numero 9.

CONSILIUM LVI.

Consultationis huius pūcto viso, & mature discusso, tota difficultas pendet circa. l. sumptus. ff. de leg. j. & videtur, ꝙ illa. l. vendicet sibi locum in casu nostro: quia cum Illustris Princeps Mantuanus conuenisset cum domino Guidone, ꝙ si idem dominus Guido decederet sine filijs masculis legitimis & naturalibus, quos tunc temporis nō habebat, ꝙ dicto casu adueniente terra Bagnoli deberet remanere dicto domino Mantuano, & ꝙ non posset dominus Guido alienare dictam terram interim alicui personæ, & dominus Marchio Mantuanus dicit id fecisse, ꝙ occurrente casu dicta terra Bagnoli peruenire deberet ad magnificos viros Georgium & D. Franciscum de Gonzaga fratres, & hoc dominus Marchio notificauit prędictis fratribus, & post dictam conuentionem dicti fratres fecerūt certas expensas circa defensionem dictæ terræ. & dum dominus Guido peteret dictam terram a prædictis fratribus excipientibus se velle tenere terram prædictam propter expensas per eos factas circa defensionem dictæ terræ ex mādato domini Mantuani, restituerunt fratres prędicti terram ipsam domino Guidoni cū hoc, ꝙ peterent expensas, si de iure possent: & eis ministraretur ius. incepta fuit lis inter ipsum D. Guidonem ex vna parte, & ipsos fratres ex alia circa expensas prædictas: pendente lite decessit dominus Guido. opponitur per hęredes D. Guidonis, ꝙ dicti fratres sunt in casu. l. sumptus. quia legatarius
1 † conditionalis non repetit expensas factas circa rē conditionaliter legatam. Et aduertendum: quia in processu, vt in reddito meo consilio fuit ostensum, isti Georgius, & dominus Franciscus, seu ille Georgius accepit defensionem dictę terræ ex commissione ipsius domini Guidonis, & ex requisitione hominum dictę terrę Bagnoli, & sic non sponte sua se ingessit circa expēsas dictæ terræ: sed requisitus, & rogatus, quo casu dicendum est, ꝙ posito non tamen concesso, ꝙ essent legatarij dicti fratres, tamen possent repetere expensas. hoc decidit in simili Bart. in l. si seruus. §. ꝙ autem. ff. de furt. vbi dixit, ꝙ si ambasiatori sunt illata damna in itinere, sunt reficienda per eum, qui illum misit, ꝙ procedit, quando requisitus acceptauit ambasiatam: si autē spōte sua procurauit ambasiatam, tunc non sunt reficienda damna. & dixit dñs Ant. in c. significasti. de pigno. quem ibi sequitur Io. An. ꝙ si nuncius fuit captus in itinere, non tenetur dominus eum redimere, si ipse data opera se ingessit: secus si requisitus, & interpellatus ad eum accessit. & idem dicit, si aliquis accessit ad seruiendum mihi in exercitu cum equis & armis, & illos pdidit, ꝙ si data opera se ingessit, non teneor sibi reficere damna: secus si requisitus a me, allegat Specu. in titulo de iudic. versi. illud autem. Et sic stat cōclusio vera etiam per l. vniuersi. C. de lega. lib. 10.
2 ꝙ † expensæ, & damna non reficiuntur se ingerenti sponte sua, nō prouocato, aut requisito ab alio: secus si requisitus, & interpellatus ab eo, in cuius vtilitatem factæ sunt illæ expēsæ. & hoc decidit gl. ī individuo in d. l. sumptus. dum dicit, hæres vult deducere has expēsas, quasi legatarius voluisset donare ea occasione: quia fecerat conditione pendente: & sic sentit, ꝙ sponte sua fecit expensas seipsum ingerendo. Si ergo sponte te sua non fecit expensas, sed requisitus, & rogatus, vt faceret expensas: facit tunc animo repetendi, & rogans & requirens animo reficiendi expensas requisiuit. Ideo si pendente conditione legatarius facit expēsas requisitus & interpellatus ab hærede, vt faciat illas expensas, tunc poterit legatarius repetere, & propter hoc gl. ibi dicit, ꝙ expensas fecerat legatarius conditione pendēte, quæ se poterat habere ad esse, & ad nō esse: ideo videtur coniectura donationis. l. Cāpanus. ff. de ope. lib. sed in casu nostro rogatus, & requisitus ille Georgius expensas fecit, & defendendo, & manutenendo dictam terram ab inimicis: ergo sequitur, ꝙ poterunt dicti fratres repetere dictas expēsas, & sic dicta l. sumptus. non obstat. ¶ Secundò facit, ad † eum casum
3 non adaptatur leges dispositio, ad quem nō adaptā tur eius verba. l. qd constitutū. ff. de testa. mili. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. l. 4. §. toties. ff. de damno infec. l. ita autem. ff. de admi. tut. l. 1. §. loquitur. ff. de magi. conuen. ca. indemnitatibus. §. sed cū eas. de elect. lib. 6. c. ex parte Astensis. de concess. præbē. sed verba. d. l. sumptus. nō adaptantur ad casum istū. ergo non adaptatur ipsius legis dispositio, hoc apparet ad oculum: ex eo quia in d. l. dicitur, sumptus factos a legatario. in casu nostro iste Georgius, qui fecit expensas pro manutenendo, & defendendo ipsum castrum, non erat legatarius, sed erat negociorum gestor, ergo non habet locum dispositio eius in negociorum gestore. vnde Georgius prædictus, vel vt mandatarius, vel vt negociorum gestor fecit dictas expensas vt mandatarius: quia dictus dominus Guido, qui commisit dicto Georgio, vt defenderet dictum castrum, non erat legatarius: ergo nō vendicat sibi locum dispositio. d. l. sumptus. Si vero fecit illas expensas, vt negociorum gestor, & sic in vtilitate illius D. Guidonis, eodem modo non fecit vt legatarius, & sic non habet locum dispositio. d. l. sumptus. Et sic ex separatis nō infertur. l. si maritus. C. de dona. inter vir. & vxo. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirē. pos. ergo non meretur allgari. d. l. contra ipsos Georgium & Franciscum. ¶ Tertiò considero, ꝙ d. l. sumptus. dicit, legatum, cuius conditio extitit. vnde loqtur eo casu, quo tempore, quo repetebantur expensæ, conditio legati extiterat, ita formaliter loquitur. d. l. sumptus. in casu nostro præsupponitur in puncto, ꝙ illi magnifici viri Georgius, & Franciscus post factas expensas, & post defensatam dictam terram ipso domino Guidone existente viuo, repetebant sumptus ab ipso, & lite pēdente cum ipso domino Guidone super dictis expensis decessit dictus dominus Guido. & sic longè miror de his & eis similibus, qui allegant. d. l. sumptus. contra Georgium & Frāciscum. Vnde concurrunt duo in casu nostro, quæ sunt penitus aliena a casu. d. l. sumptus. & si bene pōderetur etiam concurrunt tria, videlicet primū est, ꝙ ex commissione ipsius D. Guidonis, & ex requisitione hominum Bagnoli illis fratres fecerunt illas expensas. Secundò concurrit, ꝙ adhuc non purificata conditione isti fratres repetebant expensas. Tertiò concurrit, ꝙ loquitur in legatario: nos verò loquimur

loquimur in mandatario, seu in negociorum gestore. & sic nihil ad rumbum. Quartò facit, & ad hoc diligenter aduertant domini iudicantes, quia in pũcto dicitur, ꝙ dominus Marchio illam conuentionem fecit, ꝙ adueniente casu dicta terra esset illorũ fratrum litigantium, quo casu succedit elegans doctrina relata per Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligatio. ad finem. vbi dicit, quidam donauit alicui vnum fundum cum hoc, ꝙ post certum tempus ille fundus esset ecclesiæ. Iste donator vult istud pactum remittere, an possit, decidit ꝙ sic: quia ista pactio intelligitur durante voluntate donatoris, vel vtriusque. l. 3. ff. de seruis exportan. Idem voluit Bar. in l. j. C. si man. ita fue. alie. & in d. l. 3. & idem voluit Bald. in d. l. 1. & in d. l. 3. & in d. l. quoties. C. de dona. quæ sub mod. lo. de Imo. in c. potuit. de loca. Saly. in d. l. 3. Stat ergo conclusio, ꝙ stabat in voluntate domini Marchionis si volebat, ꝙ dicta terra peruenisset ad Georgium, & Franciscum fratres, & per consequens pendebat ex conditione: puta si voluntas domini Marchionis durauerit in eadam dispositione. Item considero, ꝙ erat alia dispositio conditionalis: videlicet, si dictus dominus Guido decesserit sine filijs masculis legitimis & naturalibus. vnde ad hoc, vt illi fratres possent consequi dictam terram, erant duo necessaria, videlicet ꝙ dominus Guido decederet sine filijs legitimis & naturalibus masculis, & ꝙ dominus Marchio duraret in eadem voluntate. vnde deficiente vna ex illis conditionibus, frustrata erat intentio ipsorum fratrum: & hoc dico, posito, non tamen concesso, ꝙ dicti fratres essent legatarij. Modò ista deducunt istam hęsitationem ad portum victoriæ, & ad clarissimam decisionem: nã dispositio. d. l. sumptus. loquitur, quando est relictũ legatum sub vna conditione: tunc vendicat sibi locum, ꝙ legatarius non repetit expensas in casu, quo illa. l. sumptus. loquatur in legatario faciente expẽsas in re relicta: quando verò relinquitur sub duabus conditionibus, non loquitur ille text. & sic sumus extra dispositionem illius legis, nec est mirum

4 ex eo: quia † geminatio actus alterat simplicẽ actũ, & ponit illum in diuersa specie qualificata & distincta. l. balista. ff. ad Trebel. per quem tex. dicebat Bal. in c. prudentiam. de officio delega. ꝙ si in rescripto apponantur ista verba geminata, tu tu, ꝙ inferunt industriam personæ, adeo ꝙ non poterit actus exerceri per alium. & facit gl. in l. cum scimus. C. de agri. & censi. lib. 11. vbi confessio nuda geminata inducit

5 † efficacem obligationem: vt l. in contractibus. §. de illo. C. de non nume. pec. & l. antiquæ. & authen. siue a me. C. ad velle. l. fina. C. ad legem falc. & text. in l. j. C. de plus per. & quod habetur in cle. cum a repulsione, de appella. cum similib. Ideo dicunt Philosophi, ꝙ accidens adueniens enti illud qualificat, & diuersificat. glo. in c. statutum. de electio. libr. 6. quæ ad hoc est singularis. Multo fortius quando interuenit geminatio eiusdem actus. Et vt ad indiuidua, & magis clara veniam, allego mirabilem & singularẽ tex. in l. diuus. la j. §. fina. ff. ad l. Corne. de falsi. in versic. placet testamentario pœnam legis Corneliæ remitti. vbi est casus, ꝙ vbicunque quis ascribit sibi legatum in testamento sub conditione, ꝙ incidit in pęnam legis Corneliæ de falsis. modo ibi dicitur, pone, ꝙ scripsit quis sibi legatum in testamento sub duabus conditionibus, an illo casu incidat in pœnã falsi: decidit ibi text. ꝙ non. & ratio viua & formalis est: quia iudicatur quodãmodo impossibile, quòd duę conditiones verificentur, & sic reputatur, quòd illud legatum non habebit effectum, & ideo remittitur pœna illi tali sic ascribenti sibi legatum. Et sic colligitur ex illo text. ꝙ vbicunq; aliquid oneris im-

6 ponitur legatario sub conditione, ꝙ † illud non habet locum, vbi legatum cõsistit in duplici conditione. & est ratio: quia ius pręsumit, ꝙ de difficili habebit locum dictum legatum: & ideo si ius pręsumit, ꝙ legatarius expendens pro relegata conditionaliter propter spem fecerit illas expensas, ideo non repetit: cessat ratio, quando legatum est relictum sub duplici conditione: quia cessat præsumptio fundata super spe ipsius legatarij, vt legatum cõsequatur, vnde illud, quod est difficile apud leges, reputatur impossibile. l. 4. in princ. ff. de fideic. liber. Innocent. in c. filius. de testa. glo. in c. gratia. de rescript. libr. 6. Barto. in l. apud Iulianum. §. fi. & ibi text. ff. de legat. j. & idem Barto. in l. j. ff. de condi. instit. vnde dispositio. d. l. sumptus. non habet locum, quando relinquitur sub geminata conditione: quia non est verisimile, ꝙ legatarius fecerit expensas in re legata sub duplici conditione animo non repetendi: cum putare debuit, ꝙ cum difficultate maxima illas consequeretur, & quasi impossibile erat, ꝙ illam rem legatã consequeretur. ¶ Quintò est considerandum, ꝙ d. l. sumptus. loquitur eo casu, quo res est relicta immediate ipsi legatario ab ipso testatore: sed in casu nostro res non erat relicta ab ipso testatore ipsis fratribus immediate: imo dominus Marchio volebat terram prædictam dare dictis fratribus eo casu, quo ꝑueniret ad eum propter obitum domini Guidonis sine filijs masculis legitimis & naturalibus, & sic sumus extra casum. d. l. sumptus. ¶ Sextò text. d. l. sumptus. legitur duobus modis. Primò, vt loquatur in sumptibus factis in refectionem domus sub conditione legatę per ipsum legatarium. vnde quæritur, an conditione existẽte hæres ipso sumptus deducere possit: sicut si de suo proprio fecisset. deciditur ibi ꝙ non, nec legatarius illos videtur donasse. ex quo colligitur ibi, ꝙ licet impendens in rem alienam a domino possessam intelligatur omnes sumptus donare ex generali regula disponente, ꝙ quicquid ædificatur, seritur, vel plantatur in alieno solo, pertinet ad dominum, quæ regula patitur istam limitationem: videlicet vt ille, qui ædificat in solo alterius sibi restituendo in alicuius conditionis euentum, vt non dicatur illos sumptus donasse. casus est in dicta l. sumptus. secundùm primam lecturam. Modò secundùm istam lecturam iste textus nõ obstat: quia hęres non potest repetere dictas expensas, vnde cũ ibi dicatur a dictis fratribus. Si dicatur, sufficit, ꝙ ille legatarius non possit repetere illas expensas ab hærede: vnde cum ibi dicatur, ꝙ hæres non potest petere illas expensas a legatario, eodẽ modo legatarius non poterit illas expensas petere ab ipso hęrede. Ad hoc potest respõderi, vt superius apparet respõsum: quia ex superioribus dictis resultãt quinque respõsa, quę nõ sunt tacta, nec dicta per aliquem scribentem super dicta l. sumptus. & adhuc respõdeo, ꝙ tex. dicit ibi, sumptus in reficienda domo necessarios. vnde duo interuenerũt in casu illius legis, videlicet ꝙ expensa fuit perpetua: quia vt domus reficeretur, & fuit necessaria: in casu nostro non fuit expensa ꝑpetua: ex eo quia licet dicti fratres defendissent suis expensis illud castrum, & fuisset necessaria: tamen non fuit perpetua: ex eo quia iterum, & de nouo si inimici parassent exercitum contra dictam terram, fuisset opus eisdẽ expensis, vel maioribus: & etiam dictas expensas videtur fecisse ille dominus Guido: quia qui per alium facit, ipse facere videtur. c. mulieres. de sen. excomunic. c. qui per alium de reg. iur. li. 6. l. si quis mihi bona. §. ꝙ si mandaui. ff. de acqui. hæred. cum similibus. & sic secundùm istam lect. verissima est conclusio, ꝙ non obstat. d. l. sumptus. Tũ etiam qa non sunt isti fratres legatarij domini Guidonis.

donis. Tum etiam quia loquitur de expensa facta
per legatariū ipso testatore mortuo. in casu nostro
viuebat, quando fuit facta expensa præfata dictus
D.Guid.nec ista expensa fuit facta per illos fratres in
tutela dictæ terræ, tanquam in re eis relicta: sed tan-
quam in re ipsius D.Guido. Et etiam accuratè consi
derandum est circa processum, vt maturè videatur
processus: qa ex quo lis fuit inchoata contra ipsum
D.Guid. viuentē per istos fratres: si D. Guido defen-
debat se cū ista exceptione.d.l.sumptus: quia si non
defendebat se ex dispositione. d.l.sumptus. quæ ni-
hil facit in fauorem sui: vt est ostensum: posito ꝙ
se per illam.l.defendisset: tamē si in suis exceptioni-
bus non excipiebat de illa.l.videtur, ꝙ mens sua nō
fuerit, ꝙ dictū castrum peruenire deberet ad ipsos
fratres: imo contra voluntatem suam, vel saltē præ-
ter voluntatē suā, quo casu nō vendicat sibi locum
dispositio illius. l. sumptus. quæ loquitur in legata-
rio expresse vocato ab ipso testatore ad rem legatā
adueniente conditione. Cum ergo fundamentum.
d.l.sumptus. sit in voluntate ipsius testatoris vocan-
tis legatarium, in casu nostro cessat illa voluntas te
statoris: ergo cessat dispositio illius legis. Quinimo
plus videretur dicēdum, ꝙ posito & D.Guido legas-
set dictam terram dictis fratribus eo casu, quo dece
deret sine filijs masculis, legitimis & naturalibus, li-
tigando postea cum dictis fratribus quantum in se
fuit, videretur reuocasse dictum legatū propter ini-
micitiam sequentem, argumen.l.4.ff.de adim.le. &
quod not.glo.in l.sororum.C. de his qui.vt indig. &
7 l.fideicom.C.de fideicom.quia contendendo† in iu
dicio contrahitur inimicitia, & quis dicitur aduer-
sarius, & maximè cum agatur de maxima quantita
te pecuniarum, argumen.l.propter litem. ff. de exc.
tu.& c.frequens.de restitu.spolia.libr.6.facit text.in
c.1.de iudi. vbi qui contendit mecum in lite, dicitur
meus aduersarius, quod est no.secundùm D. Andr.
ibi.& facit.c.is qui.vt lit.pend.lib.6. & quod ibi not.
Dominicus, & Io.dixit D. Abbas cōsiculus meus in
d.c.1.ꝙ ad contrahendam inimicitiam non inspici-
tur, an iusta causa, vel iniusta præcesserit: sed an ha-
buerit animum commouendi ad odium.ca.memi-
nimus.& c.repellantur.de accusatio. & c.nō est cru
delis.23.q.5.vtrum autem propter hoc fuisset reuo-
catum legatum. Barto.decidit isto casu ꝙ non, in l.
cum in tabulis.§.j.ff.de his qui. vt indig. vbi sufficit,
ꝙ quantum in se fuit D. Guido habuit odio illos fra
tres propter istam litem: & ideo potius veniunt ad
dictam terram dicti fratres ex munere & largitione
dicti principis Mantuani, & sic non vendicat sibi lo
cum dispositio.d.l.sumptus.in casu nostro. Alio mo
do legitur.d.l.sumptus.ꝙ sumptus fuerunt facti per
ipsum ad custodiam rei legatę, ꝙ adueniente condi
tione, & die legati dicti sumptus non recuperantur
per hęredem ab ipso legatario, & secundùm hoc est
ibi casus in terminis, ꝙ legatarius alicuius castri,
vel fortilitij non refundit hæredi sumptus factos in
8 eius custodia pendente conditione, & eodem † mo
do maritus, qui habuit in dotem fortilitium, aut ca
strum, nō recuperat sumptus factos in custodia for
tilitij dissoluto matrimonio, nec illos īputabit vxo-
ri: cum enim teneatur hæres rem legatam custodi-
re: ac etiam maritus tenetur rem dotalem custodi-
re suis sumptibus: licet alijs sumptus dotē minuāt:
vt habetur in l. quod dicitur. ff. de impen. in re.do.
fac. Ita firmat mens gl.in d.l.sumptus.& ita ibi dicit
Ang.quam glo.dicit esse menti tenendam, referens
se vidisse istas duas quæstiones in ciuitate vrbis vete
ris in quibusdam nobilibus de dicta ciuitate, ꝙ dicit
esse menti tenendum: quia inter magnos dominos
est contentio, cum tractatur de restitutione ciuita-
tum, aut castrorum, cum tractatur de impensis cu-
stodiæ, an pertineant ad restituentem an ad eū, cui
fit restitutio.& conclusio est, ꝙ si ex natura contra-
ctus, vel quasi, vel obligationis, qua restituēs est ob-
ligatus ad custodiam, nō recuperat sumptus factos
gratia custodiæ restituēs. Modo in proposito si nos
considerare velimus hanc lec.d.l.sumptus.ꝙ loqua
tur in hærede, qui fecit expensas pro custodia, isto
casu hæres tenetur ad istas expensas: quia tenet &c.
ideo si æquiparemus istum D. Guid.hęredi, ipse te-
nebatur facere sumptus gratia custodiæ, & per con
sequens ipse tenetur reficere dictos sumptus, quos
ipsi fratres fecerunt vtiliter in re ipsius Guidonis.&
ita residet Angelus in d.l. sumptus. quem ibi sequi-
tur D. Raph. Cumanus. Idem dicit ibi Ioan.de Imo.
& ideo Salyce.in l.j. C.de fructi.& lit. expen. dixit se
9 vidisse de facto dubitari, an † expensæ factæ gratia
custodiendi castrum, quod est restituēdum, possint
imputari: & dicit, ꝙ imputari possunt, quatenus pe-
titoris intersit, aliàs daretur occasio: vt potius com-
pelleretur actor rem dimittere, contra l.in fundo.ff.
de rei vendit. quasi sentiat Salyce. ꝙ si expensæ sunt
factæ perpetuæ, ita ꝙ perpetuò concomitentur ip-
sam rem, petitor debet reficere, aut sibi imputare.
Cum ergo in casu nostro non fuerunt factæ perpe-
tuo istæ expensæ per istos fratres, sed temporaliter,
vt superius dixi.& idem voluit Bal.in d.l.j. Facit etiā,
quod voluit Io.de Imo.in l.diuortio.§.impendia.ff.
sol.mat.an impendia facta custodiæ causa per mari
tum in custodiendo castro dato in dotem, an talis
expensa veniat deducenda de fructibus an veniat re
petenda a muliere, & refert Angelum ibi dicere, ꝙ
veniat repetenda: quia censetur expensa gratia rei,
non fructuum, & sic dicit de facto ibi Angelum con
suluisse apud vrbem veterem per ea, quæ no.Bar.in
l.cum quæritur.§.prædijs.ff.de leg.3. Io.de Imo.alle-
gat in contrarium Bar.in l.fi.ff.de impen.in re.do.fa
ctis.per illum tex.ipse vero reducit opiniones ad cō-
cordiam, vedelicet ꝙ si est expensa temporalis: puta
quia dat tantum singulo mense custodibus: tunc p-
tineat ad maritum: secus si fuerit perpetua: vt quia
forte emit seruos, qui perpetuo debēt ibi esse ad cu-
stodiam rei.ff.de fund.instruc.l.instrumēta. Nec ob-
stat.d.§.prædijs.qa ibi testator legauerat fundum, &
ea quæ parata erant gratia culturæ: ideo nimirum
si non venit seruus saltuarius: quia non operatur cir
ca culturam: secus forte si legasset ea, quæ parata es-
sent gratia percipiendorum fructuum, cum seruus
saltuarius sit paratus, vt facilius & melius percipiā-
tur fructus. Et sic Ioā.de Imol.decidit solēniter post
Bar.istam dubitationem: quia cum ista expensa fue
rit temporalis, sequitur, ꝙ ad ipsum dominum Gui-
donem spectat, eo etiā casu, quo esset ille Georgius
legatarius cum fratre suo; & ille D. Guido esset hæ-
res.ergo.d.l.sumptus.non obstat. Facit etiam gl.in l.
domus. ff.de le.j. vbi dicit, ꝙ ibi eo animo impendit,
vt haberet eum obligatum, ad quem sciebat rem p-
uenturam, & sic cum iste Georgius eo animo impē
dit, vt sibi reficerent expensæ: qa res erat illius domi
ni Guidonis, & ad ipsum Guidonem erat peruentu
ra, & ipsius Do. Guidonis erat sequitur, ꝙ dicti fra-
tres possunt repetere expensas factas. & certè mihi
videtur, ꝙ sit quædam calumnia opponere de dicta
l.sumptus. ad excludendum illum Georgium nego-
ciorum gestorem, seu mandatarium domini Gui-
donis præfati. & ideo domini iudicantes illam non
deberent admittere.l. satis apertè.C.de fal.ca.super
hoc. de renunt. c.quia verisimile.ff.qđ me.cau.cum
simi. Et ex prædictis verissima elicitur conclusio, do-
minos iudices debere pronuntiare, & declarare, illū
dominū Guidonem, & successiuè hęredes eius te-
neri,

neri,& obligatos esse ad expensas præfatas;& eos cõdemnare ad satisfactionẽ de expensis præfatis dicto Georgios, & dicto domino Francisco de Gonzaga, nec dictam l.sumptus.in aliquo obstare dictis fratribus. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Confinium appositio in concessione feudi facit, vt posita & clausa intra illos cõfines videantur esse feudalia:nisi probentur allodialia. Item ꝙ verba enuntiatiua in antiquis probent, sicut & fama. Item castro concesso,intelligitur concessa iurisdictio ipsius,cui quidem castro territorium & pertinentiæ ex consuetudine & statutis solent assignari.

SVMMARIVM.

Posita & clausa intra cõfines feudi sunt feudalia, nisi probetur allodialia.nu.1.22.& 26.

Verba enuntiatiua in antiquis probant inter cõtrahentes.numero 3.

Possessionis commoda.nu.7.

Instrumentis antiquis standum,quoad possessiones in eis contentas.nu.13.

Castrum qui concedit, videtur concedere iurisdictionem, quam habet in eo.nu.20.

Testes qui præferendi.nu.24.& 25.

Res ad illum pertinet,ad quem eius rei pertinet commodum & incommodum.nu.31.

CONSILIVM LVII.

Visio processu,& in eo agitatis, & cõsilijs redditis ꝑ excellentissimos iuris interpretes, & matura & solenni animaduersione pẽsatis quasi spicas post terga metentium incedam, vt Baldi verbis vtar in l. precibus. C. de impub.& alijs substi.& dicam breuius, ꝙ̃ res dici possit. Et mihi videtur de iure dicendum,finem Dusini,& finem Ferariarum, & finẽ Perierini includere in ipsum feudum posse territorium pascua, gerba,nemora,possessiones,redditus, & obuentiones, & reliqua, quæ intra ipsos fines videri possunt: nisi quatenus probetur allodiũ, ꝙ liquidò ostendo hoc modo. Et primo præsuppono tex.egregium, vt sñia Bal.vtar,in c.1.de duobus fra.a cap.inuesti. vbi dicitur,ꝙ qualis sit natura feudi, colligitur ex eius inuestitura: tenor enim inuestituræ derogat omni naturæ feudorum. & facit.l.j.C.de iure emph.in ver.cũcta quæ in vtrasq; contrahentium partes. Secundò præsuppono, ꝙ ex pluribus præsumptionibus inducitur plena probatio, hoc decidit gl.elegãs in l.2.de excu.tu.& in c.accedens.el 2.vt lit.non contest. & in c.cum causam, de proba. & in l.3. C.ad l.Iul.maie. dominus Pet.de Anch.consi.265.dominus Anto.& Io.de Imo.in c.veniens.el j.de testi.D.Abbas.in cap. tertio loco.de proba. & in d.c.cum causam. facit.c. illo vos.de pigno.c.ad nostram.de emptio. & vendi. Modo in proposito coniungendo insimul dictam inuestituram, & dicta testiũ,resultat probatio sufficiens, quòd † posita intra ipsos confines, videntur
1 esse feudalia,nisi quatenus probetur allodium,ꝙ autẽ ex inuestitura hoc appareat, patet ex ipsis verbis, vbi dicitur,ꝙ Pe.Marcus fuit inuestitus de sexta parte castri Valfeneriæ cũ possessionibus, finibus territorio,homagio,iurisdictione, mero & mixto imperio,cũ pascuis,gerbis,nemoribus,& possessionibus, piscationibus,venationibus factis,redditibus,obuẽtionibus ad ipsam partem castri quouis modo pertinentibus,qđ castrum est situatum in diœcesi Astẽsi, & in Baronia Marchionatus Saluciarum,cui cohæret finis Dusini,finis Ferariarum, & finis Perierini. Ex quibus verbis infertur,ꝙ omnia clausa intra ꝑdictos fines sint feudalia:nisi quatenus probentur esse allodialia, hoc decidit Sal.in l.2.C.de contrah.emp. in pe.quęstione.pone,inquit.vendidi prędium, & fines adieci,ꝙ tunc ego videor vẽdidisse totũ illud, qđ est intra illos fines, allegat.l.ęde sacra.§.j.ff.de ꝯhẽ. emp.& illum terminum quęstionis Salyceti formauit Io.An.in addi.Spec.in titu.de empt.& ven.§.j.in addi.quę incipit, hic quęritur,si venditor,vel donator,vel testator dixit, vendo tale prędium infra tales confines,allegat dominium suum,& eandẽ quęstionem posuit D.Pe.de Anc.in c.per tuas.de dona. quẽ ad hoc allegat Oldra.in suis consilijs, & eandẽ quęstionęm posuit Bal.in commento rubricę.C.de cõtrahen.emp.in ver.vltimo quęro.qui ad hoc allegat d.l.ęde sacra.§.j.vbi videt̃ casus formalis, ꝙ vẽditis, quę intra certos limites posita sunt,si nihil venditor nominatim excepit, omnia pertinent ad emptorẽ. Ita dicamus in proposito nostro, si nihil exceptum est intra illos fines, omnia videntur iure feudi esse concessa, nisi quatenus probetur allodium. Et fortius hoc ostendo. producuntur.11. instrumenta, in q̃bus apparet certas possessiones positas intra illos fines esse bona allodialia, & iste Petrus Marcus fuit inuestitus de sexta parte illius castri Valfeneriæ cũ possessionib⁹, &c.positis intra illos fines.Modo, aut ille Petrus Marcus sciebat illas possessiones positas intra illos fines esse allodiales,aut ignorabat. Si sciebat esse allodiales,& eas accepit in feudum,licet nõ transtulerit dominium directum in dominum: nihilominus illa sua inuestitura ita accepta,probat illas possessiones esse feudales,iuxta not.per Barto.in l.si aliquam rem. ff.de acquir.poss.& in l.cum falsa. C.de iure.& fac.igno.vbi Bar.voluit, ꝙ confessio inducit probationem: quia ꝓbatur illas possessiones esse feudales,per l.Publia.ad fi.ff.depositi.& l.generaliter.C.de non nu.pecu.& ideo dixit glo. singula-
2 ris in c.si duobus.de rescrip.lib.6. ꝙ † licet confessio aduersarij non pręstet mihi titulum canonicum ad beneficium:tamen coadiuuat.vnde si probo titulũ beneficij,per testes,& aduersarius mens per suas ꝓbationes contrarias reddat dubiam probationem, si interueniat sua cõfessio fortificat, & reddit certas probationes meas,effectas dubias per testes aduersarij.Ita dicamus in proposito. & primo cum ostendantur.11.instrumenta,dicitur in eis, ꝙ fuit inuestitus cum sexta parte castri cum iurisdictione, possessionibus &c. præsumptio est, ꝙ cæteræ possessiones ibi positæ sint feudales,exceptis possessionibus contentis in dictis.11.instrumentis,quæ sunt allodiales, concurrente confessione ipsius Petri Marci tacitè resultãte ex acceptatione talis inuestituræ. Eliditur omnis dubitatio,ꝙ exceptis possessionibus contentis in dictis.11.instrumentis,aliæ possessiones præsumuntur esse feudales.vnde non est præsumendum, ꝙ Petrus Marcus accepisset inuestituram possessionum,quæ erant allodiales,& liberę, ar.l.cum de indebito.ff.de proba.c.super hoc de renuntia. cum similib. Vnde propriè illa. 11. instrumenta videntur inferre,ꝙ cæteræ aliæ possessiones positæ intra illos fines sunt feudales:& ideo præsumendum est,illum Petrum Marcum sciuisse illas possessiones positas intra illos fines fore feudales, alias non accepisset inuestituram illius sextæ partis castri cum possessionibus &c. Et ideo dicẽdum est nullo modo sciuisse, aut præsumpsisse illas fore allodiales: quia si sic sciuisset, nullo modo alias accepisset in feudum, nec est

est præsumptio, ꝙ ignoruerit, argu. c. ab excommunicato. de præsump. l. fin. ff. pro suo. Et sic concurrunt modo ista insimul, ꝙ Petrus Marcus scienter accepit inuestiturã illius sexte partis castri cũ possessionibus &c. sitis intra illos fines, quo casu videtur confiteri illas ibi sitas esse feudales, & per consequens si fuisset aliquod dubium, vtrum essent feudalis, tollitur, & eliditur per illam confessionem. Concurrit etiam, ꝙ instrumentum inuestituræ dicit, cum possessionibus, &c. quo casu instrumẽtum præsumitur verum: vt l. cum precibus. C. de proba. l. quamuis. C. si quis alteri vel sibi. c. illo vos. de pigno. c. ad nostrã.
3 de emp. & vendi. & concurrit † antiquitas inuestituræ, quo casu verba enuntiatiua probant inter ipsos contrahentes: vt voluit gl. in l. cum aliquis. C. de iure delib. & ibi dixit Bal. quòd si sunt instrumẽta antiqua enuntiatiuè concepta, &c. & facit, quod voluit idem Bal. in l. optimam. C. de contrahen. & cõmit. stip. & facit, quod voluit D. Ant. in c. fi. de suc. ab intest. vbi dixit, ꝙ verba enuntiatiua antiqua probãt: & quod ipse voluit in cle. j. de proba. & in c. inter dilectos. de fide inst. Et ẽt concurrit, ꝙ sunt geminata: vñ sunt duæ inuestituræ geminatæ dicẽtes, cũ possessionibus, piscationibus, obuẽtionibus, & redditibus ad ipsam partẽ quouis modo ptinẽtibus. qđ castrũ est situatum &c. & sic sunt duæ inuestituræ geminatæ. Vnde posito, non tamen concesso, ꝙ essent verba enuntiatiua illa verba, vidilicet spectantibus quouis modo ad dictam sextam partem castri: tamẽ ex quo sunt geminata, probant: vt est tex. singularis. in l. j. C. de plus peti. Multo fortius in casu nostro: cum talia verba sint dispositiua: quia cum dicitur, ꝙ spectant possessiones ad ipsam partem, & dictæ possessiones, de qbus est quæstio, sint intra ipsum castrũ, & ipsos fines, sequitur, ꝙ comprehẽduntur, & ex tali exceptuatione inuestituræ, videtur fateri illas possessiones esse feudales, & sibi incumbit onus probãdi contrarium: vt dixit Bald. in d. l. cum falsa. ex quo sequitur, ꝙ hærede dicti Petri Marci nõ possunt venire contra illud, quod ipse Petrus Marcus videtur fuisse confessus: quia sermo testatoris etiam propriè sermo hęredis est: vt in authen. de iureiu. a mo. præsti. in prin. & quod no. in l. cum a matre. C. de rei vẽ. & in auth. qđ obtinet. C. de probat. & qđ voluit Dy. in consilio 15. in glo. in l. j. C. de fal. cau. adiec. lega. & Bal. in l. j. C. quando licet ab emp. dis. Io. An. in addi. Spec. in titu. de confes. §. nunc dicendum. versi. quid si confiteor. Vnde ex hac tacita confessione videtur inducta probatio, ꝙ possessiones, & proprietates positæ intra dictos fines dicantur esse feudales, & iure feudi teneri. ¶ Nec ob. cum dicitur, ꝙ istud esset verum, si Petrus Marcus specificè fuisset confessus se tenere in feudum: sed in casu nr̃o nihil est confessus se tenere in feudum: nisi illam sextam partem castri prædicti quoad possessiones & prædia: quia cum dicit, cum possessionibus, pratis, terris, &c. ad dictam sextam partem pertinentibus: quia oportet, ꝙ prædia pertineant ad illam sextam partem, per ea quæ voluit Dy. Bar. Bal. in l. si sic. de leg. j. & Spec. in tit. de emph. §. nunc aliqua. vers. 56. & tribus sequentibus. vbi dicit, ꝙ si aliquis concessit ecclesiæ, quicquid iuris habebat in tali loco, nihil operat, nisi appareat
4 de iure concedentis. Incertitudo † enim impedit acquisitionem possessionis. l. locus. cum similibus. de acqui. pos. Ad hoc respõdeo, ꝙ illud procedit, quãdo est omnimoda incertitudo: videlicet respectu loci, & quotæ. si enim est certitudo respectu loci, & incertitudo respectu quotæ, vel certitudo respectu quotæ, & incertitudo respectu loci, tunc non vitiatẽ actus. & ideo dixit Iaco. But. in l. j. C. de euic. ꝙ vendens quicquid iuris habet in re, si nullum ius hẽt, & hoc sciebat, tunc tanquam dolosus, si non sciuisset tanquam ignorans, tenetur saltem restituere precium, si nullum ius habebat: & sic clarissimè sentit, ꝙ valet, quando est certitudo respectu loci, seu rei: licet sit incertitudo respectu quotæ. Modo in casu nostro apparet certitudo ex pluribus, ergo sequitur, ꝙ non vitiatur actus. vnde Bald. in c. j. de cap. qui curi. ven. in titulo, de controuer. inuesti. dixit, ver. econtra. inuestitura per hæc verba, inuestio te de tali castro, intelligitur de rebus corporalibus, & incorporalibus: & decidit, ꝙ si non potest apparere de intentione, intelligitur de omni. & dici, ꝙ in dubio omnia nominia vniuersitatum, & ius, & factum significant proprietatem, & iurisdictionem, allegat Bar. in l. si quando. C. de bo. va. lib. 10. & Inn. in c. proposuit. de concess. præben. & c. debitores. de iureiur. & gl. in d. ca. j. de capi. qui cur. ven. Pro quo facit. §. si quis de manso. in tit. de contro. inuesti. & ibi Bal. ꝙ fauorabilis est possessio in feudis. & sic pro possessione illarum rerum intra illas cohærentias præsumendum est in fauorem feudi. & subdit ibi Bal. venire flumina in concessione feudi, quando pro cohærentiis dicitur, vsque ad tale flumen, & de tali ad tale, alleg. Archi. in c. ecclesias. 13. q. 1. & idem Bald. ibi allegat pro casu. l. patronus. §. Sempronio. de lega. 2. quem ad hoc allegauit Bald. in §. si quis de malo. vbi refert Arch. dicere, quòd fines sunt in ipsa terra termina, & confinata. Item debet, ꝙ in diuisionibus regnorũ veniunt, & conceduntur flumina publica. & dicit Accursium dicere, ꝙ dictio vsque adiuncta vniuersitati, vel signo vniuersali ponitur inclusiuè, allega. d. §. Sempronio. & idem Bald. l. j. §. j. de officio præfec.
5 vrb. in fi. verbis dicit, ꝙ † qui vendit, quicquid est intra muros, videtur vendere muros, si sunt eiusdem venditoris. Idem dicit, si etiam vẽditur, quicquid est intra arborem, ꝙ cõtinebitur in venditione arbor, alleg. quod habetur in l. anniculus. ff. de verb. sig. & quod no. Arch. in d. c. ecclesias. 13. q. j. Modo in casu proposito dicitur in inuestit ura, ꝙ ipse tenebat partem castri cum possessionibus, finibus &c. ideo negari non potest, quin illa, quæ sunt expressa, esse cõprehensa in ipsa inuest tura: ideo sufficit illa certitudo, quæ demonstratur ex cohærentijs: vt not. in l. si quis in fundi vocabulo. de leg. j. & ideo cum dicit se tenere illam partem castri cum possessionibus, finibus, &c. pertinẽtibus ad illam partem, & sic sufficit certitudo loci: quia illa verba si solùm importarent feudum in parte castri dumtaxat, quid operarentur illa verba, cum poss. finibus, &c. nihil operarentur, ꝙ esse non debet. l. si quando. de le. j. verba enim nõ sunt in vanum, & frustratoriè apposita, gl. in c. si Romanorũ. 19. di. cũ si. Vnde non est credendum, ꝙ frustratoriè fuerunt apposita illa verba, cum nec syllaba sit ponenda frustratoriè: vt l. j. ff. quod met. cau. & ideo. l. in ciuile. ff. de legi. mãdat totam legẽ prospici. facit tex. in l. lecta. si cer. peta. Et sic ratione loci, & quotę est certitudo in casu isto. Et per consequens non obstat contrarium, ad quod alle. Bar. in l. emptor. ff. pro emp. & Angel. in d. l. locus, quia loquuntur in venditione simplici, puta, quicquid iuris habeo in tali loco: sed tamen est dare certitudinem loci, aut quotæ, at in casu nostro est secus. & sic non obstat doc. Spec. d. §. nunc aliqua, &c. vers. 56. &
6 Bar. in d. l. si sic. §. j. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ † non præsumitur res esse feudalis: quia omnia censentur esse libera, & allodialia, nisi probentur feudalia. l. altius. C. de serui. l. si cuiq;. §. j. ff. de usufr. & facit ca. inter filiam. si de feu. fue. controuers. Vnde præsumitur esse tales possessiones allodiales, hoc est hęreditarias. Quia ad hoc respondeo, illud procedit in dubio non alio apparente: sed quando aliud apparet, tunc

tunc eſt ſecus. Et ideo Bal. in d. c. inter filiam, cum pater cenſebatur dominus rei, ergo & filia eius cenſetur domina ex poſſeſſione: vt l. ſiue poſſidetis. C. de proba. ita ibi dicit gl. ſubdit ibi Bald. rationē eſſe: qa hoc operatur qualitas poſſeſſionis paternę, quæ qualis fuit in patre, talis præſumitur eſſe in filia, ſeu hærede. & ideo cenſetur allodialis in filia: quia pater eam tenuit vt allodialem, ſequitur ergo, ꝙ quando eam non tenuit vt allodialem, ꝙ non præſumitur eſſe allodialis, ſed potius feudalis. Modo ille Pe. Marcus tenuit illas poſſeſſiones vt feudales, vt apparet ex tenore inueſtituræ: quia cum dicitur, ꝙ fuit inueſtitus &c. vt ſuperius dixi, ergo etiam quia in §. ſacramentum. in ti. de ſucceſ. recti feu. dicitur, ꝙ ſtatur iuramento poſſidentis, vt in caſu noſtro iſte nobilis de Iſuardis poſſidebat, vt feudales, & etiam quia in inſtrumento inueſtituræ dicitur, ꝙ Petrus Marcus fuit inueſtitus de certa parte caſtri cum poſſeſſionibus & territorio. vnde concurrit tenor inueſtituræ,
7 & cōcurrit poſſeſſio, & † commoda poſſeſſionis multa ſunt: vt no. gl. in c. j. de contro. inter do. & fide. quæ dicit, ꝙ poſſeſſor habet iudicium nominare. l. j. ff. fami. er. Aliquādo releuat ab onere probandi, inſti. de interdictis, §. commodum. aliquando eſt cauſa inducendi præſumptionem. l. penu. ff. de condi. inſti. & iō ex poſſeſſione præſumitur titulus: vt eſt caſu ſingularis in cle. j. vt lit. pen. facit, quod habetur in c. ad aures. de præſcrip. & in c. j. in prin. de controuer. inueſt. Et ex deductis in proceſſu, & teſtibus, vt inferius oſtēdam, apparet, dictas poſſeſſiones, & caſtrum eſſe feudales. & per conſequens ceſſat illa præſumptio, ꝙ il-
8 la bona ſint allodialia: nam vna † præſumptio tollit aliam, quæ eſt minus potens, vt in c. afferte. de præſump. l. j. C. qui & aduerſus quos. ¶ Nec obſtat, cum dicitur, ꝙ ex tali inueſtitura non probatur actualiter traditum prædium aliquod, etiam ſi ſpecificè dictum eſſet, inueſtio te de tali fundo, per c. per tuas, de dona. & not. in c. ex ore. de his quæ fiunt a maio. parte cap. & per Inn. in c. ex parte. de conſue. quantomagis non transfertur, quando inueſtitura non loquitur certitudinariè de aliquo prædio, ſed de pertinentibus ad ſextam partem. Et ad hoc reſpondeo, & primo alle. dominum Ant. in d. c. per tuas, de dona. vbi gl. dicit, & per inueſtituram feudi non transfertur poſſeſſio, alleg. d. c. ex ore. ipſe vero dicit, doctores dicere contrarium: ꝙ imo tex. probat contrarium, ꝙ licet non fuerit tranſlata poſſeſſio reſpectu quantitatis, bene erat tranſlata poſſeſſio, & ſic per actum inueſtituræ transfertur poſſeſſio, alleg. no. ꝑ doct. in d. c. ex ore. & in c. auctoritate. de inſti. & in c. tranſmiſſa. de elect. per ſcrib. in c. 2. de conſue. & ſic non obſtat dictum contrarium. Nec obſtat, quod dicitur, ꝙ certitudinariè non loquitur de aliquo ꝑdio: quia ſatis loquitur certitudinariè per. d. l. æde ſacra. §. intra. & per ea, quæ ſuperius dicta ſunt. Nec obſtat, cum dicitur, ꝙ ad ipſum agnatum pertinebat probare inueſtientem eſſe dominum tempore traditionis, & inueſtituræ: quia dicti hæredes veniunt ex perſona Petri Marci, qui fuit inueſtitus a domino Marchione: vnde non poteſt referre quæſtionem de dominio: quia eo ipſo ꝙ accepit feudū ab eo, videtur conſentire, dominum Marchionem eſſe dominum, quam confeſſionem quis ſolet recipere a domino, argumen. l. fina. ff. de diuor. & l. j. §. ſed ſi quis. C. de lati. liber. tol. c. dudum. el 2. de elec. Item quia ex quo in inueſtitura dicitur, ꝙ accepit a domino Marchione, tanquam a domino, ſtandum eſt illi, ita ꝙ contrarium non poſſit dicere, ar. l. optimam. C. de contrahē. & commit. ſtip. l. cum aliquis. C. de iure delib. & l. cum venerabilis. de reli. do. 27. q. 2. omnes fœminæ. l. contrahere. de pigno. Et per conſequens non poteſt venire ille Petrus Marcus ꝯ illud, quod in inſtrumēto inueſtituræ ſcriptum eſt:
9 præſumitur enim † inſtrumentum verum, niſi probetur contrarium, l. quanuis. C. ſi quis alteri vel ſibi. c. illo vos. de pigno. ad noſtram. de emp. & ven. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ caſtrum non habet pertinentias, vt pulchrè dixit Inno. in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpo. vbi dixit, caſtro nihil eſſe deputatum a iure, quod ſit de eius pertinentia: quia illud non ob. ex verbis ipſius Inn. ibi, vbi dixit, ꝙ nihilominus caſtro ab hominibus & eorum ſtatutis conſueuit certum territorium aſſignari, & clarum eſt, ꝙ illud, quod eſt cōſuetudinarium, non eſt arbitrarium: vt dixit Bald. in l. quicunque. C. de ſeruis fugi. & idem dixit Bal. in l. j. C. de fru. & li. expen. ꝙ illud, quod conſuetudine cauetur habetur pro expreſſo, alleg. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edicto. Modo cum Inn. dicat in d. c. cum ad ſedem. ꝙ caſtrum conſueuit habere territorium ab hominibus, & eorum ſtatutis, ſequitur, quòd iſta pars caſtri habet territorium, ex quo ita conſueuit fieri, & alleganti contrarium incumbit onus probandi per id, quod no. Bar. in l. neque natales. C. de proba. & per id, quod habetur in l. in fideicommiſſi. in verſi. non facile. ff. de vſuris. Et ſic cum in dicto inſtrumento inueſtituræ dicatur, cum poſſeſſionibus, & territorio &c. & cōſueuit caſtrum communiter habere pertinentias, & territorium, ſequitur, ꝙ huiuſmodi poſſeſſiones continentur in territorio dicti caſtri, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi: cum concurrant duo, videlicet, ꝙ ita conſueuit fieri. Secundo: quia ita dictat inſtrumentum: ergo ſequitur neceſſario, ꝙ cū illud, quod eſt neceſſarium, habetur ꝑ expreſſo, ꝙ Inn. in indiuiduo decidit in fauorem iſtius agnati de Iſuardis. Si ergo caſtrum eſt feudale, & eodē modo territorium, & proprietates, & pertinentię ipſius
10 caſtri: quia pertinentiæ † ſunt eiuſdem naturæ, cuius eſt ipſum caſtrum, arg. elegantis tex. in c. j. de poſtula. præla. licet ergo de iure communi caſtrum nō habeat pertinentias, tamen ſufficit, quòd conſueuit habere de conſuetudine, quæ nō eſt minoris vinculi, quam ſit ius commune, l. de quibus. ff. de legi. c. ſi de conſue. Nec ob. cum dicitur, ꝙ per inſtrumentū non probatur dominium, vt in c. inter dilectos. de fide inſtru. Quia ad hoc reſpondeo; quia illud. c. loquitur de inſtrumento locationis, non autem loquitur de inſtrumento ſimpliciter: vnde per inſtrumentum probatur dominium, vt decidit glo. in l. officiū. ff. de rei vendi. idem decidit tex. in l. proprietatis dominium. C. de probat. Item licet ita colligatur in d. c. inter dilectos. quòd licet alicui aliquam poſſeſſionem, non tamen propter hoc probatur dominus: tamen ſi concurrunt alia adminicula, probatur dominium, ita decidit Ange. in d. l. officium. Cum ergo in caſu noſtro concurrant multa adminicula, quia teſtes, & fama, & inſtrumenta inueſtituræ concurrunt. ergo &c. Item quia illud procedit, quo ad tertium, ſed quoad eum, qui inueſtituram accepit, eſt ſecus: quia quoad eum eſt ſufficienter probatū do-
11 minium: quia eo ipſo † ꝙ accepit inueſtituram, videtur fateri inueſtientem eſſe dominium: vt ſuperius demonſtraui. Item dicit valde eleganter Ange. in d. l. officium ꝙ ſi inſtrumentū contineat donationem principis factum ex certa ſcientia, ꝙ probatur dominium: quia princeps habet poteſtatem transferendi dominium: vt l. omnes. & l. bene. C. de quadri. præſcrip. ſi ergo princeps transfert dominium, ſequitur, ꝙ habet dominium. Cum ergo dominus Marchio ſit princeps in ſuo territorio, vt pulchrè dixit Bald. in l. certum. C. vnde cogna. quòd ille, cuius mandatum ſeruatur pro lege in ſuo territorio, dicitur

citur esse monarcha,& imperator in suo territorio: sed huiusmodi inuestitura fuit huiusmodi facta ab eo,qui habet potestatem legis condendæ in suo territorio:ergo sequitur,quòd per tale instrumentum inuestituræ probatur dominiũ : & maximè cum sit instr̃m antiquum,& sint plures inuestituræ,ar.eius, quod voluit Ia.Bu.in d l.optimam.Nec ob.quod dr̃ ꝙ nemo dat,quod non habet: vt l.traditio.ff.de acq. re.do.quia istud negatur assumptum,ꝙ D.Marchio non habet dominium in dicto castro,territorio,&c.
12 quia† paria sunt habere,& præsumi habere:q̃a præsumptio transfert onus probãdi in aduersarium : vt superius est dictum. Sed in casu nostro præsumitur, ꝙ D.Marchio habebat dominium , & directum dicti castri,& territorij,pertinentiarum,& etiam vtile, antequam illud a se abdicasset per talem inuestituram ergo,& maximè cũ ad hæredes ipsius Petrimarci non pertineat opponere,q̃ videntur venire ex persona ipsius Petrimarci,quia qui est hęres hęredis,est hæres testatoris,vt l.fi.ff.de hære.instit.l.2.de peti.hęre.l.si quis filium.§.fin.de acq.hær.ideo sicut ille Petrusmarcus non posset hoc opponere ex eo,quia videtur fateri dominum Marchionem esse dominum capiendo,inuestitura : eodem modo non poterunt eius hęredes hoc opponere. Nec obst.cũ opponitur de illis 11.instrumẽtis,quę probant allodium ex eo,
13 quia instrumentis† antiquis est standum.l.precibus. C.de prob.l.cũ aliquis.C.de iure delibe. Quia istud ar.procedit quoad illas possessiones dumtaxat, quæ sunt in dictis instrumentis contentę,vt dicantur esse allodiales:sed quoad possessiones non contentas in eis non procedit argumẽtum:quia limitatum parit effectum.l in agris.ff de acq.rer.do.l.age cum Geminiano.C.de trãia.Cum ergo in casu nr̃o superius est ostẽsum,ꝙ dictum castrum cum suis cohęrentijs, & territorio sint feudales, stabimus regula, quòd sint feudales,nisi quatenus aliter appareat per aliquam solẽnem probationem. Vnde posito quòd dicta instrumenta sint vera , procedit quoad ea , de quibus loquuntur , & sic quoad possessiones in ea contentas, vt illæ possessiones dicantur allodiales. Quinimo videtur apponere exceptionem a regula, & per cõsequens firmare,quòd aliæ possessiones in eis nõ contentę positæ inter cohærẽtia dicti castri sint feudales,argu.l.in his.ff.de legi.l.j.ff.de regu.iur.l. nam quod.ff.de pe.lega.c. dominus videtur. 32.q.7.cum si.Nec ob.cum allegatur,in quo dicitur, ꝙ dictus Iacobus vendidit, & vendidisse confessus est libere in allodium: quia istud non sequitur necessario: ergo erant allodiales , & non feudales . ista possunt simul
14 compati, quod † aliquę possessiones,seu proprietates fuerint venditæ vt allodiales , & absq; denuntiatione,& tamen fuerunt feudales: vnde poterunt vẽdentes ita vendere : non tamen sequitur , quod sint allodiales.vnde propter hoc nõ sequitur, quod sint allodiales.l.non hoc.C.vnde cogn. vel fortè.D.Marchio ignorabat illas possessiones esse feudales : vel quia hoc sciuit & non cõtradixit : vt in c.j.de prohi. feu.alie. per Lotha. Et cum dicitur, ꝙ instrumentũ est antiquum,ergo probat. Respon.verum est quoad ipsos,inter quos actum est:sed quoad tertium,de cuius pręiudicio agitur,non probat.facit simile,qd̃ voluit Bal. in l.cum aliquis.C. de iure deliber. vbi gl. dicit, quod si instrumentum dicit , actum in ponte nouo districtus Perusij: non tamen probatur ꝑpter
15 hoc, quod sit districtus Perusij:quia res † inter alios acta alijs non pręiudicat: sed quoad ipsos contra hẽtes bene præiudicat . unde ratione talium verborũ præmissorum Perusij sortitur forum , nec potest declinare : licet neget de districtu Perusino , & subdit ibi Bal. nisi multa antiqua instrumenta hoc attestẽtur : quia probant cõmunem hominum opinionẽ, quæ pręsumitur esse vera.l.j.§.j.ff.de flumi.l.Labeo. ff.de sup.le.& sic Bal.requirit, ꝙ sit pluralitas instrumentorum inter diuersos, & a diuersis celebrata ,& per consequens non obstat tale instrumentum.Nec etiam ob.tale instrumentum , cum dicitur in eo,allodia pro allodijs,& feuda pro feudis: q̃a tale instrumentum potius facit in fauorem huius nobilis viri Io.de Isuardis: quia infert non esse verum , castrum duntaxat esse feudale: vnde infert alia esse feudalia, alia allodialia . Et sic referendo singula singulis habito respectu ad alia.xj. instumenta celebrata super allodialibus,& sic sequitur, ꝙ cohęrentiæ,& territorium illius castri præsumitur esse feudale : nisi quatenus appareant aliqua esse allodialia , de quibus constat in dictis.xj.instrumentis . Nec ob. cum allegatur doc. Ang. in l.at qui.§. cum me absente .ff. de neg.gest.quia ibi est glo.elegans,ꝙ fama probat dominum,& quod dixit glo.in l. proprietatis.C.de proba.Bal.in l.conuenticula.C.de epis.& cle.& in l.indicia.C.de rei vend.quia istud non ob. huic consultationi ex eo:quia in casu isto nõ est probatum, quod fama publica sit, & antiqua ex tempore,cuius initij memoria in contrarium non existit: quia totum dictum territorium, & omnes dictæ proprietates erãt allodiales : & sic licet fama probet aliquid esse feudum: vt dixit Bal.in c.si vasallus.si de feu.fue.contro
16 uer.tamen idem Bal.in d.l.proprietatis dicit, ꝙ † requiruntur alia adminicula,& sic nec est probata fama in casu nostro , nec vltra famã alia adminicula . Nec ob.cum dicitur, ergo multo magis instrumenta antiqua probant aliquid esse feudali allodiale,& alle.d.l.cum aliquis. & l.Celsus.ff. de proba.quia in illis iuribus , vt superius dixi , colligitur, quod sunt plura antiqua instrumenta inter varias & plures ꝑsonas celebrata, & a diuersis: vt dixit Bal.in d.l.cum aliquis . & sic non obstat contrarium de illis instrumentis. Nec ob.cum allegatur dictum Host. in c.nimis . de iureiur.dum dicit , quod licet aliquis possideat intra territorium & baroniam alicuius domini,non tamen pręsumitur,talia esse feudalia, nisi ꝓbẽtur esse feudalia , & ratio diuersitatis est:quia res non præsumitur esse feudalis,cũ multa allodia sint, & a iure primæuo omnis persona , omnisq; terra libera est:ideo nõ sequitur, quod omnis res temporalis sit feudalis . & sic licet Petrus Marcus habuerit prædia , & baroniam dicti principis domini Marchio. & intra limites dicti castri:nõ tamẽ præsumũtur esse feudalia:quia re vera istud dictũ Host.nullo modo meretur allegari contra hanc consultationẽ ex eo : quia Hosti. loquitur eo casu , quo duntaxat aliquis possidet in baronia alicuius baronis : quia non præsumitur, quod illud possideat iure feudi. istud nihil habet commune in casu nostro: ex eo q̃a nos loquimur eo casu , quo ille Petrus Marcus fuit inuestitus a principe de castro cum possessionibus ,
17 territorio,pertinentijs &c.& sic pertinentię † & territorium est eiusdem qualitatis , cuius est ipsum castrum: quia cum vno contextu , & vnica verborum conceptione,& vnica oratione prolata sunt,censentur esse eiusdem qualitatis. vnde dictum Hosti.procedit eo casu,quo quis simpliciter possidet res in comitatu , vel ducatu alicuius ; quia licet comes habeat fundatam suam intentionem super vtili aut directo dominio rerum,quas quis possidet in comitatu,aut principatu alterius , & loquitur Hosti.eo casu , quo quis non habet illas res a barone per inuestituram : sed in casu nostro habuit ille Petrus marcus per inuestituram principis castrum, seu certam partem castri cum possessionibus &c.ideo pręsumitur, ꝙ directum dominium sit ipsius principis inuestientis

ſtientis quoad poſſeſſiones ſitas intra coherentias di
cti caſtri.& ſic dictum Hoſ.eſt longe alienum a caſu
nr̃o. Et etiam non eſt veriſimile, ꝙ ſi ille Petruſmar-
cus illas ꝓprietates habuiſſet vt allodiales, ꝙ ita ſub
ſilentio tranſiuerit, imo feciſſet declarari, ꝙ erant al
lodiales, & non erant de territorio caſtri, & per con-
ſequens non erant feudales, arg.l.cum de indebito,
de proba.c.ſuper hoc, de renunc.¶ Nec ob.cum al-
legatur, ꝙ illa duo inſtrumenta, & etiam illa 11.in-
ſtrumenta, & libri rationum nobilium de Iſuardis
emptionum per eos factarum de pluribus prędijs in
18 francum allodium: quia † tales libri licet per ſe non
probent, tamen faciunt præſumptionem: imo de
contentis in illis inſtrumentis faciũt plenam, & ſuffi
cientem probationem: vt no.in l.admonendi, de iu-
reiuran.& in l.in bonæ fidei.C.eo.titu.& in cap.fi.&
& per Anto.in c.ſeries, de teſti.vbi voluit, ꝙ ſi aliqua
ſcriptura non faciat fidem: tamen probat, quando
coadiuuatur alijs inſtrumentis, & probationibus.
Quia ad hoc reſpondeo, & verè iſta non obſtante, ex
eo quia primo liber rationum in fauorem ſcribẽtis
nihil probat: vt l.exempla.C.de probat.ita formali-
ter dicit Bart.in d.l.admonendi. credit tamen, quòd
ſi fuerãt rationes alicuius defuncti, qui fuerat bonus
homo argumen.l.qui cum maior.§.pen.ff.de bo.li-
be.& hoc voluit dicere tex.in l.rationes, de proba. ꝙ
faciant aliquam probationem, & ita ibi reſidet Bar.
ꝙ talis liber faciat aliquam pręſumptionem, & hoc
voluit Nico.de Matt.in d.l.rationes, ſed idem Nico.
ibi, quem ſequitur & refert ibi Bal.dixit, hoc eſſe ve
rum in libris mercatorum & campſorum ſcriptis in
modum rationum, ideſt, ſi contineant accepta & da
ta.& ideo tam per ſe, quàm contra ſe ſtatur talibus li
bris: ſecus ſi eſſet ſcriptura vnius debiti tãtum, & ſic
non eſſet ratio accepti & dati: quia tunc nullatenus
creditur. Modò in caſu noſtro illi libri non ſunt cam
pſorum & mercatorum, in quibus contineantur da
ta, & accepta, nec habent formam librorum ratio-
num: ergo nullam præſumptionem inducunt: nec
ex iſtis inſtrumentis præſumptio inducitur, aut pro-
batio, quòd tales proprietates ſint allodiales, vt ſupe
rius dixi. Nec etiam obſt.cum dicitur, non eſſe dedu-
ctum, nec allegatum, nec eſſe probatum de conſue-
tudine, quæ, quot, & quanta prędia caſtrum habeat
feudalia cum ipſo, & iſtud fuiſſet probandum, cum
19 ſit † facit.cap.j.de conſtit.in 6.nec poteſt probari ta-
lis conſuetudo: quia aliquando caſtra ſunt ſine præ-
dijs, aliquando habent prædia, aliquando pauciora,
aliquando plura, aliquando allodialia, aliquando
feudalia, aliquando non feudalia: quia iſta non ob.
20 ex eo: quia illud, quod † eſt cõſuetum fieri, præſumi
tur: & eo ipſo ꝙ non eſt probatum contrarium, prę-
ſumitur eſſe probatum: vt dixit glo.in l.1.C.de teſta.
mili.quæ vult, ꝙ probetur, eo ipſo, ꝙ non eſt proba-
tum contrarium. idem dixit gloſ.in l.in teſtamento.
eo.titu.& in l.ſuper ſeruis.C.qui mili.non poſſ.li.12.
& in l.ſi creditor.C.de pignor.ac.& in c.propoſuiſti.
82.diſt.& cap.ſuper eo, de teſti.cog.& in c.3.de præ-
ſcript.& in cap.ſicut.el 2.de iureiuran.& in c.pen.de
except.Bart.in l.ſi ſub conditione.ff.de condit.& de-
monſtra.Innocen.in cap.ſæpe, de reſtitu.ſpol.Cum
ergo Inno.in d.cap.cum ad ſedem, dixit, ꝙ conſueue
runt caſtra habere territorium ab hominibus eorũ,
& ſtatutis eorum, & facit.ca.licet cauſam, de proba.
vbi vendicatur caſtrum cum honore, iuriſdictione,
& diſtrictu.& ibi D.Pet.de Anchar.dicit ſe intellige-
re verum de conſuetudine, quando conſueuerunt
caſtra habere territoriũ. & etiam allego meliorem
tex.de corpore iur.in l.2.in verſ.caſtellorum territo-
ria, & gl.ibi exponit ideſt, caſtrum, & probat ibi tex.
apertus, ꝙ caſtrum habet territoriũ.C.de fun.limit.
21 lib.12.& coniuncta gloſſ.probat ille tex.ꝙ † qui con-
cedit caſtrum, videtur concedere territorium, & iu-
cōsequēs Bal. ibi non requirit subscriptionē parētis, quando scripta est propria manu ipsius, & p ꝯns nō reqrit solēnitas dictæ auth. si nō interuenit subscriptio parentis. An verò sit scripta manu alterius: quia tunc requiritur subscriptio. & sic Bald. rectè intellectus videtur sentire illud, qđ superius dixi, faciē do differentiam, an sit scripta manu propria ipsius patris, an manu alterius psonæ. Faciat, qđ voluit idē Bal. in d. auth. ꝙ sine. vbi dicit, ꝙ aut diuisio, quam facit pater, fit per nuncupationē, & tunc requirunt duo testes, aut per scripturam, & tunc scriptura patris sufficit, vel subscriptio liberorum: nam talis dispositio valet ēt sine testibus, dūmodo cōstet de hoc p confessionē partium. & sic Bal. sentit, ꝙ scriptura patris propria manu subscripta sufficiat, nec reqrit subscriptionem patris, qn̄ ipse pr̄ scripsit: iō dicit, ꝙ sufficit scriptura patris, vel subscriptio liberorū, & ista apponunt gladium ad radicem huius consultationis, ꝙ talis scriptura propria manu parentis scripta valet inter liberos, vt testm̄. ¶ Restat nunc rn̄dere ad contraria superius formata. Primo cum dr̄, ꝙ testamentum est imperfectum ratione formę: quia (vt superius dixi) apparet solutio multiplex. Primo iste fuit defect⁹ modicus: quia fuit defectus tpis descripti manu testatoris, quo casu de istis minimis non est curandum: vt voluit gl. in l. bona fides. ff. de actio. emptio. & nota. in l. si sine. §. j. ff. de mino. quæ quærit, an pp vnum numerum nō solutum tota res perdatur. facit. l. si oleum. §. fina. cum l. seq. ff. de dolo. quia qui parum transgreditur, non vituperatur. l. quamuis. ff. de conditio. & demonstratio. Et ideo dicebat Bald. in c. cum A. de rescrip. ꝙ propter modicam ingratitudinem quis non priuatur feudo. Itē dicit lex, ꝙ modicum interuallū non inducit actuū diuersitatem, sed indemnitatem. & sic de modico tempore nō curamus: vt dixit tex. in l. & si post tres. ff. si quis cau. c. potuit. de loca. l. plerūque. ff. de ritu nup. Et ideo iste fuit modicus defectus, qui non inficit istud testamentum inter liberos. Et licet text. ibi dicat, ita procedi, non tamen apponit formam substantialem. Quinimo breuius potest tolli ista obiectio, vt dicamus, ꝙ tunc est forma in scriptura priuata testamēti, vt testator apponat propria manu tps, & noīa filiorū, &c. qn̄ scriptura fuit scripta manu notarij, vel alterius tertiæ personæ, & parens illam subscripsit, quo casu est necesse, vt apponat tempus sua propria manu, & hoc voluit ibi text. dum dixit, sine subscriptione, vt superius latè dixi. & sic nullo modo obstat tale contrarium. Nec obstat. cum dicit, ꝙ requiritur tempus ad euitandam falsitatem: quia istud non procedit in scriptura priuata: vt d. §. idem quęsijt. & voluit Ang. in dicta auth. ꝙ sine. Sed istud testm̄ ita conditum est scriptura priuata: ergo non requirit tempus. & ad dictam authē. ꝙ sine respon. ꝙ procedit eo casu, quo loquitur, extra illum casum stabimus dispositioni iuris communis: vt superius dixi. Nec ob. cum secundo opponitur, ꝙ §. ex imperfecto. & dicta l. fi. supplētur per dicta iura authenticorum. Quia respondeo, ꝙ supplētur eo modo, quo superius dixi, videlicet quando chartula testamenti est scripta manu alterius, & parens illam non subscripsit: ideo tunc requiritur, ꝙ apponat tēpus manu sua propria: secus quando est scripta manu propria ipsius parentis inter liberos: quia tunc non est necessaria talis suppletio. Nec obst. cum allegatur tertio. dicta l. fideicommissa. §. quoties. ꝙ si testamentum inter liberos est nullum propter defectum publicationis, ergo multo fortius propter defectum formæ: quia istud est alienum a veritate: nō enim est nullum testamētum inter liberos propter defectū publicationis: vt superius latè demōstraui & hoc voluit tota penè iuris prudētia. Nec est verū cum dr̄, ꝙ hic interuenit defectus formę, vt superius dixi. Nec obst. cum allegatur dictum Saly. in dicto §. ex imperfecto: quia cū dicit, ꝙ est imperfectum ratione solennitatis, istud non obstat: qa superius fuit ōn̄sum, ꝙ testm̄ inter liberos valet, licet interuenerit defectus ratione solennitatis, vt superius fuit dictū, & in hoc non bene loquitur. Et est accuratè pōderādum: qa Saly. eo casu, quo pr̄ subscripsit suum testm̄, in quo filios hæredes instituit, & legata reliquit, & testm̄ in capsa reposuit, & non legit, nec legi fecit, dicit esse imperfectum ex eo: quia nō legit, aut legi fecit, non autē dr̄, ꝙ non tenet, ex quo non īteruenit illa, quæ scripta sunt in dicta auth. ꝙ sine, & loquitur, qn̄ pater scripsit testm̄. Et sic sentit, ꝙ quando est scriptū manu propria ipsius patris, non requiritur solennitas dictæ authē. ꝙ sine. ꝙ pro ista cōsultatione est mirabile. Nec obst. cum ipse dicit, ꝙ etiam est imperfectum ratione volūtatis. Primo; quia istud non est verum, & est contra tex. dictæ l. si is qui. Et multo minus pcedit in casu nostro ex eo, quia testator in ista schedula testamenti apposuit clausulam codicillarem, & per cōsequens est signū complementi, & perfectionis voluntatis istius testātis: ergo istud non fuit imperfectum ratione voluntatis. Item quia licet Saly. dicat, ꝙ testamentum imperfectum ratione voluntatis inter liberos non teneat, vt voluit Barto. in dicta l. fin. C. famil. erciscun. & in dicta l. si is qui. & in dicto §. quoties. & domi. Pet. de Ancha. in c. secundo. de testam. tamen istud non procedit primo ex auctoritate Bartol. in d. l. in testamento. ff. de fideicommissa. liber. inducendo, vt superius induxi. Secūdo: qa licet ita teneāt, tamen Ludo. Roma. in loco præallegato tenuit cōtrarium, vt superius scripsi, & sic Bar. & Ludo. tenēt cōtrarium, vt superius dixi. Et procedit eo casu, quo istud testamentum fuisset imperfectum ratione voluntatis, sed reuera nō est imperfectum ratione voluntatis, vt superius dixi: ergo & cętera. item & tertio, vbicunque testamētum est imperfectum ratione voluntatis inter liberos, & non moritur scandalum ex tali voluntate, tunc valet, & tenet tale testamentum: vt voluit Ioan. de Imo. in loco superius allegato. Ergo valuit ista vltima voluntas, cum nullū scandalum possit sequi. Item quia sufficit, ꝙ ita voluerit testator: quia in † re sua quisque est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. Item qa dicta l. si is qui. loquitur, quando testator inceperat testari, & non potuit complere propter superueniētem morbum, quod non fuit in casu nostro. ideo testator compleuit illam suam scripturam testamēti apponendo clausulam codicillarem: vt est dictū. Nec obstat, cum allegatur Bart. in dicta auth. quod sine. dicens requiri, ꝙ schedula testamenti legatur: quia istud inter liberos est communiter damnatū per scribentes: vt superius dixi. ergo &c. Et cum dicit, ꝙ communiter notarij dicunt actum est. Respō deo, ꝙ ipse loquitur in scriptura scripta manu tabellionis, sed non loquitur in schedula testamēti facta manu propria ipsius testātis. Et cum dicitur, quòd Paulus de Castro in suo cōsilio sequitur Bal. rn̄deo, ꝙ cum sequitur quo ad hoc, videlicet, ꝙ testm̄ inter liberos debeat legi. Nec obst. cum allegatur. l. ex ea scriptura. vbi ex testamēto nullo iure perfecto nihil debetur. & Bal. ibi dicit, ꝙ etiam nō debētur relicta ad pias causas. Idem in codicillis non completis. Primo istud est falsum, ꝙ istud sit imperfectū omni iure: quia ex dispositione iuris valet tale testm̄ inter liberos: vt superius est dictum. Secundo falsum est dicere, ꝙ ex testamento imperfecto non debeātur relicta pia: quia aut est imperfectio respectu solennitatis,

36

tatis,

tatis,& valet quo ad pia relicta: vt in c.relatum.& c. cum esses.de testa. Aut est falsum respectu voluntatis. & etiam valet: vt d.l.in testamento. vt superius fuit dictum. Et eodem modo dico in codicillis; quia si non sunt solennes, valeat inter liberos. & idem in pia causa, & etiam quia in casu nostro ista scriptura in quantũ continet clam codicillarẽ, posito, non tamen concesso, ꝙ non valeret vt testm̃: tamen valet vt codicillus: vt superius dixi. Nec obst. c.j.de succes.ab intest. quia ille tex. non loquitur in relictis inter liberos, vt est casus noster. Item quia tex. ille intelligitur, ꝙ nullo modo testm̃ fecerũt, quod est alienum a casu nostro. Nec ob. dictum Baldi in l.j. C.de sacrosanctis ecclesijs. in repeti. ex eo: quia iura, ex q̃bus mouetur, non loquuntur in dispositione inter liberos. Item quia etiam non loquitur in pia cã. Itẽ quia cõtra eum tenet Bartolus in dicta l. in testamẽto. vt superius dixi. Nec etiam obstat dicta l. Lucius. quia (vt est dictum) istud non fuit imperfectum ratione voluntatis: vt superius dixi. & etiam si ita fuisset, tamen inter liberos tenet, vt est ostensum. Nec obstat. cum dicitur, testamentum est nostrę voluntatis perfecta sententia: quia (ut dixi) ista uoluntas fuit perfecta, & completa. & d.l. furiosum. loquitur de eo testamento, quod iam erat in fieri. & sic erat inceptum, & in eo instanti superuenit furor. Iste nõ est casus noster. Item quia in dicta l. fina. C. fami. erciscun. tex. dixit completum, quãto fortius: quia in casu nostro fuit inceptum & completum: ergo &c. Nec obstat dictum domini Petri de Ancha. in dicto capitulo secundo, quia iam satis est responsum ex dictis superioribus: quia talis voluntas fuit perfecta. vt est dictum, & etiam si fuisset imperfecta, tamẽ valuit: vt voluit Bartol. & Ioan. de Imol. vt est dictum. Nec obstat cum dicitur, quòd non potest valere vt codicillus: quia codicillus est incompletus: quia respondeo posito, non tamẽ concesso, quòd ita esset, tamen valet: vt est tex. in l. fin. C. fami. erciscun. quæ loquitur de testamento incompleto, & de codicillo incompleto: ergo &c. Itẽ quia (vt est iam ostensum) valet vt testamentum. Nec obstat cum allegatur dictum Ioan. de Imol. in dicto capitulo secũdo. ex eo; quia ibi loquitur, quando ex voluntate imperfecta oriretur scandalum: sed in casu nostro ista voluntas non fuit imperfecta: vt est ostensum: ergo &c. Item quia ipse loquitur, quãdo apparet, ꝙ pater volebat vlterius disponere, & non potuit propter superuenientiam morbi. Iste non est casus noster ex eo: quia testator conseruauit istam scripturã inter suas scripturas, & pro cõpleta, & absoluta illam habuit, & potuisset, & si voluisset, illi addere, & alter disponere, & non fecit ex eo: quia illam pro completa habuit, & maximè quia iam apposuerat clausulam codicillarem. & ad hoc allego. l. tractabatur. ff. de testa. mili. cõiuncta gl. ij. vbi dicitur, ꝙ testator, qui superuixit, & potuit testamentum mutare, & non mutauit, videtur voluisse decedere cum prima volũtate, & ipsam firmare. & ad hoc allegat illum tex. cũ glo. Ange. in consilio 106. incipien. ista quæstio principaliter. in vltimo dubio illius consilij. Cum ergo testator illam scripturam fecit, & iam compleuit ita, vt est dictum, & illam reseruauit inter suas scripturas, vt vixit multo tempore post, videtur ita voluisse decedere, & talem voluntatem videtur confirmasse, & per consequens posito quod oriretur scandalũ inter filias, tamen seruanda est ista vltima voluntas, & istud etiam sentit Io. de Imo. Item nego, ꝙ sit scãdalum: quia iam testator illas suas filias dotauerat, & erant maritatæ, & iam eas instituit. Si ergo fecit nepotem hæredẽ naturalem ex eo: quia masculus est, & etiam quia volebat, ꝙ assumere nomen agnationis ipsius testatoris, ad quid opponitur de scandalo, postquam habuerunt filiæ illud, quod de iure eis competebat. Nec ob. cum dicitur, ꝙ manu propria debuit apponere tp̃s, nec sufficiebat, si apposuisset manu publici notarij: quia istud nõ facit ad propositum huius consultationis, & iam aliter consului, & vidi per alios consultum, ꝙ sufficiebat appositio, manu publici notarij de cõmissione ipsius patrisfamilias: item quia in casu nostro, ex quo fuit tota scriptura manu testatoris facta, non erat opus subscriptione ipsius patris, & per consequens non erat necessaria appositio temporis manu propria ipsius testatoris. Et si opponatur, ꝙ imo debebat apponi ex eo: quia per tp̃is appositionem apparet de prioritate, & posterioritate voluntatis. Ad hoc rñ. ꝙ verum est, ꝙ appositio temporis inducit illum effectum tamen non est de substantia scripturæ priuatæ: vt superius dixi. Item quia imputet sibi testator, si non apponit, ꝙ non poterit constare, quæ sit vltima voluntas: & etiam quia non est absurdum, ꝙ fiant duo testamenta, & non appareat, ꝙ sit posterius, vt per glo. in l. fina. C. de edic. diui Adria. tollen. Nec obst. cum dicitur, ꝙ illa iura emanarunt in fauorem liberorum: quia respondeo, ꝙ emanarunt in fauorem parentum testantium: vt superius dixi. Nec obst. cũ dicitur, ꝙ §. ex imperfecto & similia iura loquuntur de testamento inter patrem & filios & nepotes: q̃a §. ex imperfecto. loquitur in testamento facto inter liberos. & clarum est, ꝙ appellatione liberorum veniunt nepotes. l. liberorum ff. de verb. sig. Quinimo

37 de proprio† significato vocabuli appellatione filiorum veniunt nepotes: vt in d. liberorum. ff. de verb. sig. nam proprius sensus vocabuli est ille, quem lex ei dat, non vulgus imperitum assignat. Facit, quia totum significat propriè quamlibet suam partem: sed nepos est pars ipsius filij: vt l. sed & addes. C. de agri. & censi. lib. 11. l. fi. C. de impub. & aliis substitu. Facit etiam: quia respectu naturæ appellatione filij continetur nepos: vt l. tutelas. ff. de capi. dimi. sed ĩ dubio videtur proferri respectu naturæ: vt l. final. C. famil. erciscun. & istud determinauit Iaco. But. ꝙ appellatione filij cõtineatur nepos de proprietate, & natura sermonis. Facit etiam, quod voluit Bart. in l. liberorũ. ff. de verborum significatione. vbi dicit, ꝙ appellatione filij venit nepos ex interpretatione benigna, & beneficium filij porrigitur ad nepotẽ: & statutum loquens de filio habet locum in nepote. l. assiduis. C. qui potio. in pignor. ha. no. in l. dabimus. ff. de priuil. cred. facit etiã, quod voluit Iacob. de Are. qui disputauit, ꝙ statutum loquẽs fauorabiliter de filio habet locum in nepote ponderata mente statuti: quia cum ratio & mens idem sunt: vt no. Dyn. in capitu. fin. de regulis iuris. libro sexto. sicut in homine idem est ratio, mens, & intellectus. Et sic apparet, ꝙ Iacob. Butr. determinauit, ꝙ nepos cõtinetur appellatione filij ex proprio & vero intellectu attributo huic nomini filius, per legem. Item & per consuetudinem loquendi, nam ex consuetudine auorum est, nepotes filios appellare. Et hoc procedit ex dictamine naturali, & verè & propriè: quia nihil est ita verum, sicut natura, quæ nescit mẽtiri. facit text. in dicta l. liberorũ. ibi dum dicit, natura nos docet. Præterea filius dicitur & exponitur a philos, ꝙ est amor: sed ita ardenti animo diligimus nepotes, vt filios. ergo nepos dicitur uerè & propriè a philos, sicut filius: ergo cũ nos sumus in dispositione legis: vt in dispositione dicti §. ex imperfecto. & dictæ l. fi. C. famil. erciscund. & dictæ authenti. ꝙ fine. & dictæ authen. si modo. quæ iura loquuntur in liberis: siue etiam loquerentur in filijs: vt loquitur authenticũ. de testamen. imperfec. sequitur, ꝙ comprehenditur nepos.

nepos. Facit, quod latè determinauit Bal. in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. & in l. Gallus. §. instituens. ff. de liberis & posthumis. & per consequens valuit illa chartula testamenti: & eo magis: quia iam in ista schedula testamenti fuerunt institutæ filiæ, & posthumus nasciturus, & nepos in defectum posthumi non nascituri. Nec obstat, cum dr, ꝙ nō apparet, ꝙ ista fuerit scripta manu ipsius testatoris: quia ad hoc respondeo, ꝙ probandum est, ꝙ illa sit litera ipsius testatoris, ꝙ aūt probari possit, ꝙ illa fuerit scripta illius testatoris, est clarissimum: vt decidit Paulus de Castr. in dicta authen. ꝙ sine subscriptione. vbi dicit, ꝙ qn̄ constat, ꝙ scriptura est scripta manu testatoris, ponit exemplum: quia non negabatur, vel si negabatur, negari non poterat: quia erat notoria, vel probatur ex comparatione literarum. Ita est in proposito dicendum: quia aut istam fuisse scriptam manu testatoris non negatur: & tūc non est opus alia probatione. l. generaliter. C. de nō numerata pecunia. cum similibus. Aut si negatur, est notorium, ꝙ fuerit litera manu testatoris facta, vel poterit probari per cōparationem literarū, quas dictus testator erat solitus scribere, & per ꝯñs tollitur illa obiectio. Eoque magis cum in casu nostro sit notorium, quòd fuerit scripta manu ipsius testatoris habito respectu ad illas scripturas scriptas manu ipsius defuncti: & sic est deuiendum ad comparationem: ex eo quia negatur scripturam illam scriptā esse manu testatoris nec est notoria. & si opponatur de eo, quod dixit Ange. in auth. de trien. & semis. §. si autem. vbi dicit, ꝙ conuincitur, ꝙ scriptura sit manu alicuius per testes, qui viderunt illā scribere illam scriptam, vel per comparationem literarum, ad quam non deuenitur, nisi cum scriptura est solēnizata subscriptione trium testium, allegat, qđ not. in l. cōparationes. C. de fide instrumentorum. & idem voluit in authen. de instru. cau. §. si quis igitur. Refert tamen Ange. ibi, quòd quidam dixerūt, ꝙ scriptura, ex qua fit cōparatio, non habet necesse habere dictam subscriptionem trium testiū. allegat glo. in l. comparations. & ita est vera. ita formaliter dicit ibi Ange. & glo. in dicto §. sed & si quis. & in dicto auth. de instru. fide & cau. dicit, ꝙ dicta l. comparationes. corrigitur per dictū §. si quis igitur, & p §. sed & si quis, & §. si qs tñ. & idē ēt dixit gl. in d. l. cōparationes. tñ istam opinionem non tenet gl. & ideo videtur dicendum, ꝙ si notoria est ista scriptura, vt apparere potest ex pluribus scripturis scriptis manu ipsius defuncti, & qa hmōi scriptura fuit repta inter scripturas ipsius defuncti notoria nō īdigēt ꝓbatione. c. de manifesta. & c. notum. 2. quæstione prima. c. euidentia. de accusatio. ca. vestra. de cohabitatio. clericorum & mulier. Si vero non est notoria, nec pars aduersa confitetur illam esse scriptam manu ipsius defuncti, tunc erit deueniendum ad comparationem literarum: vt scribitur per Cyn. Bartol. & Bald. & Salyce. in dicta l. comparationes. & in auth. ad hæc. & in dicta auth. at si contractus. C. de fide instrumen. Quo casu in ista comparatione nō requiritur, vt huiusmodi scriptura testamēti habeat subscriptionem trium testium: ex eo quia procedit testamentum patris inter filios sine subscriptione: vt superius ample dixi. Et ex supradictis concludo in fauorem ipsius nepotis, & testamenti.

EPITOME.

¶ Statutum excludens creditorem a suo credito per spatium temporis, valet, nec inducit, aut nutrit peccatum.

SVMMARIVM.

Ecclesia perpetuo agnoscit debitum suum, & illud nullo tempore præscribit. nu. 2.
Statutū inter subditos pōt tollere obligationem naturalē. nu. 3.
Statutum, quod propter tempus præsumit satisfactum de debito, valet, & est æquum propter dirimendas lites. nu. 4.
Statuti prouisio potentior est quam pactum priuatorum. nu. 7.
Præscripta bona fide possunt retineri salua conscientia. nu. 14.
Mandās in suo testamento vt soluantur sua debita, ea etiam veniunt, quæ præscripsit cum mala fide. nu. 15.

CONSILIVM LIX.

Quidem viso puncto, & facti contingentia, & statutis Mutinensibus, consultatio ista pendet circa validitatem ipsius statuti: & ideo circa statutum est summopere insistendum, & verba eius sunt hæc. Si creditor steterit per annos quindecim, ꝙ nō petierit iudicialiter a debitore, vltra id tempus nullatenus audiatur: sed præsumatur huius statuti beneficio sibi integraliter satisfactum. Modo si rectè
1 ponderetur istud † statutum, vr̄ excludere peccatū, & non includere peccatum, quo casu tale statutum valet, hoc decidit Barto. in indiuiduo in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. vers. ecce. alia dicit statutum, ꝙ qui p 10. annos debitū sibi nō petierit, cadat a iure suo, dicit tale statutum non valere, quia nec lex imperialis hoc dicens valeret. Sed si statutum dicit, ꝙ ꝯtus, seu instr̄m præsumatur fictitium: tunc valeret: quia talis causa excludit peccatum. Modo in casu nostro si istud statutum excludens creditorē a iure suo non valeret, esset ideo: quia debitor teneret alienum ꝯ volūtatem dn̄i, & sic creditoris, sed istud peccatum est exclusum per statutū prædictū ex eo: qa statutū disponit, ꝙ ītegral'r p̄sumat̄ satisfactū ipsi creditori: ergo tale statutū est peccati exclusiuū, & per ꝯñs valet & tenet. Quinimo Bal. īsti. de act. in prin. ī gl. fi. īducit illā gl. ad q. statuto cauetur, ꝙ si qs fuerit negligens in petendo aliquod debitū alicuius rei, vel quātitatis per spatiū 15. anno. postea petere non possit, ꝙ tale statutū nō intelligitur in actionē reali, sed personali. & sic tenet tale statutum valere, & tenere in actione personali. & idē Bal. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitu. in ver. sed pone statutum inducit præscriptionem 10. an. adijciens, ꝙ obligatio tollat̄ ipso iure, an ecclesia debitrix laici possit se tueri hoc statuto. & arguit ꝙ non per illum tex. & quia agnitio debiti interrumpit præscriptionē: sed
2 † ecclesia in conscientia sua continue agnoscit debitum: ergo nunq̄ præscribit. Præterea, quod quisque iuris in alterum statuit, eodem iure vtatur. c. cū omnes. de constit. Item ꝯriorū eadem est disciplina. l. j. ff. de his qui sunt sui. Item quod non vis tibi fieri, alteri ne feceris. c. humanū genus. j. di. Itē Iac. Butr. dicit, ꝙ ꝯtus nō p̄scribunt: ergo nec obligationes ab eis radicatæ: ergo impossibile est, ꝙ cursus tpis tollat ipso iure obligationem. l. obligationum §. placet. ff. de act. & obl. Item naturalis obligatio est de iure naturali. vnde non tollitur per ius municipale. l. eos. & l. legatū. ff. de capi. dimi. ꝯrium refert decidere Bar. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. quia inter subie
3 ctos † pōt tollere statutū obligationem naturalē. l. ꝙ si nolit. §. si qđ ita. ff. de ædil. edic. Bal. ibi decidit doctrinam Barto. ꝓcedere in statuto populi, non in statuto p̄toris, aut epi, aut rectoris Marchiæ Anconitanæ: quia eius snīa non tollit obligationē naturalē: & sic Bal. in terminis concludit pro isto statuto. Cū ergo sit statutū populi Mutinensis, sequitur, ꝙ multofortius valuit, cū p̄sumat satisfactum esse creditori. Accedat, qđ voluit Bald. in d. l. omnes populi. ver. modo videamus, an valeat statutū, ꝙ post 10. anno.

quis

quis non teneatꝛ soluere debitum. refert Bar. dicere ꝙ non: quia inducit peccatum. nisi fingat debitū solutū. & sic Bal. sentit, Bar. dicere, ꝙ si statutū ꝓsumit debitū solutū, quod tale statutū valet. Ita est formaliter in casu nr̄o: q̄a statutū istud ꝓsumit satisfactū esse integraliter de debito. & licet Bal. ibi dicat, ꝙ talis cautela non liberat a peccato: vñ si ratio peccati infringit tale statutū, nec statutū valet nec cautela illa fingēdo debitū solutū. dicit tñ, ꝙ vtrūq; valet: q̄a
4 † istud statutum est bonum ꝓpter lites dirimēdas, licet non sit ęquum, & de isto peccato nō curat lex ciuilis. l. sicut. C. de prescrip. 30. annorum. Et an hoc sit peccatum, sub iudice lis est: cùm lex possit auferre ius vnius, & dare alteri. & sic Bald. in terminis apponit gladium ad hanc dubitationem: vt valeat tale statutum, & per consequens nullum peccatū nutrit tale statutum. Facit, q̄d voluit idē Bald. in rubrica, de constitu. in decretalibus, in prin. vbi dixit, ꝙ q̄dam constitutio est bona, & non ęqua, vt est statutū municipij, quo cauetur, ꝙ creditor post decē annos non audiatur. Et sic Bal. tenet ibi statutum tale esse bonum, licet non sit æquum, & per consequens tenet tale statutum. Facit. c. nam cōcupiscentiā. de cōsti. in verbo, bona igitur est lex. & sic cùm Bal. dicat bonum esse tale statutum, sequitur, ꝙ est de iure validū. Facit, q̄d voluit idem Bal. in c. fin. de præscrip. vbi dicit, ꝙ quoties statutum diceret, ꝙ omnia statuta loquentia de præscriptione habeāt vim ꝯctus, & consensus. nam vbi est consensus vtriusque patris, ibi non potest esse mala fides. per hoc dicit Bald. saluatur anima & volūtas ciuium, & publicum bonū conseruatur. & hoc consilium dicit esse nouum ad statutum præfatum. Modò in proposito nostro est multo fortius: ex eo q̄a statutum præsumit integraliter satisfactum. Facit, quod voluit idem Bal. in additi. Spe. in titu. de appel. in extrauagātibus ante materiam, in tertio, versic. item si statutum dicit. ibi statutum dicat, ꝙ executio instrumenti non possit peti post 60. annos, ibi tenet tale statutū valere. Facit, q̄d voluit Bart. in d. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. vbi dicit, ꝙ si statutum disponat, ꝙ si creditor non petierit. infra certū terminū debitū, decętero a iudice audiatur. Cōcludit, ꝙ in iudicio laicali amplius nō est audiēdus. & idē voluit ī l. legaui. ff. de lib. le. & ī l. is cui. §. Flaui⁹. ff. de sol. & idē voluit realis sciētiæ doctor Pau. de Ca. in d. §. si viā. vbi firmat tale statutum valere: quia non firmat se sup mala fide debitoris in ꝓscribēdo: sed solū se fundat sup negligētia delatoris, quo casu pōt statutū auferre rē vni & dare alteri. l. fi. ff. de priuil. cre. l. vēdito. §. ꝯstat. ff. cō. ꝓd. & idē voluit do. Raph. Cu. ī d. §. si viā. Facit, q̄d voluit Bart. in extrauag. ad reprimē. in ver. per denuntiationē &c. Facit ēt, q̄d voluit Inn. ī c. cura de iure patr. ī gl. pe. vbi dicit, ꝙ cū ista ꝓscriptio īducta fuerit ab eo, qui habet potestatē disponendi in tēporalibus, vt l. bene a Zenone. C. de quadri. præscrip. l. de præcatio. ff. ad leg. Rhodiā. de iactu. meritò tutus est debitor præscribēs, qui eius auctoritate illud fecit. c. ꝙ quisque. de reg. iur. libr. 6. Potuit enim princeps in odiū negligētis creditoris, & in fauorem debitoris adijcere ipsi creditori ex sua negligentia pęnam: & sic ex hac iusta cā adijcere pęnam priuationis iuris sui: vt l. Lucius. ff. de euic. l. item si verberatū. ff. de rei vendi. & q̄d not. Bar. in l. Antiochensiū. ff. de priuile. credi. & in prima consti. Digestorum. & in l. fi. C. si contra ius. Facit etiam, q̄d voluit Hostiē. in summa, de præscrip. in §. q̄ res præscribi possunt, dicēs, ꝙ aut q̄rit, an cū mala fide ꝓcedat ꝓscriptio actionū realiū: & dicendū est ꝙ nō. & in hoc ius canonicū corrigat ius ciuile: quia cum talis præscriptio reqrat possessionem præscribētis meritò si apud eum est possessio cum mala fide, non procedit: quia est in peccato, & non cum bona conscientia: tunc negligentia nō petentis non pōderat malæ fidei possidētis, & ꝓscribentis: & tūc hēt locum eius rō. & hoc est, in quo corrigitur dispositio iuris ciuilis circa præscriptionem positam. insti. de perpetu s & temporalibus action. & in l. 1. §. 1. C. de annali excep. Si verò loquimur in actionibus personalibus, & tunc dicit, ꝙ cum debitor tali obligatione obligaturus nil possideat, ideo non potest dici esse talis debitor in peccato, ex quo nihil possideat alienum: sed dūtaxat suū cum creditoris voluntate. & ideo debitor non videt
5 peccare, si non soluat creditori: ideo † præscribet debitor ius liberationis contra actionem personalem creditoris, ex quo non procedit cum aliquo peccato: sed duntaxat ob negligentiam creditoris non petentis, & hoc est, in quo remanet firmum ius ciuile: nec per ius canonicum corrigitur, & ideo opinio Bar. in d. §. si viam. fuit Innoc. & Hosti. Facit etiam ratio: quia debitor, qui præscribit, non acquirit principaliter ex se: sed ex eo: quia is, contra quē præscriptum est, perdit. l. omnes. & l. sicut. C. de præscript. 30. anno. ergo videtur, ꝙ possit salua ꝯsciētia retineri: q̄a aliter dicendo, sequeretur hoc absurdū, ꝙ nō posset iustè retineri res illius, qui perdit eam, quam habuit pro derelicto, ꝙ est contra totum titulum ꝓ derelicto. Item si diceremus, ius ciuile esse correctū in quacūq; ꝓscriptione quātūcumq; actionum sequeretur, ꝙ omnes actiones essent perpetuæ, & infinitum durarent, quòd est absurdum. capitu. cum in multis. de rescrip. li. 6. ergo &c. Facit etiam, clarū est, ꝙ per longum tempus causatur obliuio: puta ꝑ decennium. l. j. C. de ser. fugi. l. furtum. §. 1. ff. de vsucap. vnde si debitor staret per lōgum tempus, ꝙ ab eo debitum non petatur, induceretur obliuio, & ꝑ ꝯñs tunc erit in bona fide, & procedit pręscriptio in personalibus: quando in tali casu inducitur ignorātia in tali obliuione: vt in l. peregre. ff. de acqui. pos. Facit etiā, quia videmus, ꝙ ius canonicum in aliquibus casibus per negligentiam nō petentis admittit
6 præscriptionē etiam cū mala fide, quæ propriè † nō appellatur ꝓscriptio: sed pęna negligētiæ. & hoc patet ex c. q̄m frequenter. §. fi. vt lit. non cōtest. vbi is, ꝯ quem fit missio ex primo decreto. fi. j. annū negligit ius suū petere, possessionē, ad quā est missus aduersarius, reuocabiliter amittit: & sic patet hoc casu induci ꝓscriptionē annualē de iure canonico: & cū mala fide ꝑ negligentiā nō vtētis iure suo. Hoc etiā patet in iuribus incorporalibus: vt in c. sup quibusdā §. ꝑterea. de verb. sig. vbi ius canonicū admittit ꝓscriptionē iuris exigēdi vectigal tanti tp̄is, cuius in ꝯriū memoria nō existit ēt cū mala fide exigētis, q̄ scit, vel scire dēt ius disponēs noua vectigalia īduci non posse. C. vectigal. ꝑ totū. & hoc ꝓcedit ꝑ negligētia superioris nō prohibentis. Facit ēt, q̄d hr̄ in c. si hæredes. de testa. vbi ius canonicū approbās ius ciuile. l. nulli. C. de epis. & cle. disponit, ꝙ ꝑ negligētiā executoris testamentarij moniti & nō exequētis ꝓscribat ius exequēdi ꝑ annū. Item facit c. q̄d sit. de elect. vbi iuri electi negligētia infra certū tp̄s petere confirmationē præscribitur: & similiter iuri negligentiū eligere, qui potestatē eligendi habent. ca. ne ꝓ defectu. de elec. Præterea videmus in iuribus feudalibus approbatis a iure canonico, ꝙ inducit ꝓscriptio per annū: vt in c. 1. §. porro. in ti. quæ fuit prima cā benefi. amit. & in c. Titius. in ti. si de feu. fue. controuer. Facit etiam, quia talis præscriptio actionis personalis non propriè dicitur præscriptio, sed potius pœna negligentiæ: vt expresse voluit Inno. in d. c. cura. de iure patronatus. Bald. in ca. si quis per triginta. in ti. si de feudo defuncti fuerit controuer. ar.

l.sed si per prætorum.§.sed si cum decreto.in glo.ff.
ex quibus causis maio.in integ.restitu. sed certi iuris
est, quòd de iure canonico possunt pœnæ peti: vt in
capitul.suam, de pœnit.capitulo dilectus,de arbitr.
Præterea facit: quia pro hoc videtur gloss. in capitu-
lo primo.§.porrò. in titul. qui fuit prima causa be-
nefi.amitt. Item quia hoc potest statuere iudex odio
negligentis: potest enim statuere terminum, infra
quem si non agat, non auditur, vt dixit glo.in l.1.C.
ne quis in sua causa tex.in l.diffamari.C.de ingenuis
manumissis.l.si eo tempore,de remis.pig.cum simi.
Facit etiam; ꝙ si hinc ad certum tempus non petie-
ro, postea contingat liberatio.l.si quis postquam.ff.
de fideiusso. Si ergo per iudicem,& per pactum hoc
fieri potest,multofortius hoc poterit fieri statuto po
7 puli potentior † est enim prouisio statuti,quam pa-
cti priuatorum. l. non impossibile.ff.de pactis. l. nec
ex prętorio,& l.neque pignus.ff.de regulis iuris.glo.
in rubrica.C.de decre.decur.lib.10.& in capitulo pe-
nul.de consue.li.6.not.in l.generaliter.C.de fideiuss.
Bald.in l.de quibus.ff.de legi.ergo, &c. Facit etiam
8 † quia statutum fit communi voluntate ciuium,in-
stitu.de iure naturali.§.ius autem ciuile.sicut & con
suetudo.l.de quibus.ff.de legi.§.ex non scripto.insti.
de iure naturali.Si ergo omnes huic ꝯstitutioni con
sentiunt,sequitur,ꝙ ex suo consensu potuerunt præ
iudicare suo iuri circa exigēda credita. Facit etiam,
quod voluit Ioannes And.in capitul.2.de regulis iu-
ris.lib.6.in mercuriali.vbi dixit,ꝙ propter negligen-
tiam ius canonicum etiam mādat præscriptionem
locum habere.Ideo videtur,quòd eo ipso,quòd sta-
tutum punit negligentiam in proprijs, eoipso repu-
tat negligentiam esse peccatum: quia ad hoc vt ali-
quid arguamus esse licitum,recurrimus ad pęnam,
quæ imponitur ex illo: vt est text.melior de iure in l.
testamento centurio.ff.de manu.testam.& per con-
sequens eo ipso quòd statutum punit negligentiam
creditoris,reputat negligētiam esse delictum & pec-
catum,& per consequens debitor non acquirit libe
rationem tanquam habeat malam fidem,quia hoc
non posset promittere,per d.c.fi.de præscr.sed appli
cat debitori pęnam inflictam creditori propter eius
negligentiam.Facit simile,quod dicimus de credito
re misso in possessionem ex primo decreto propter
contumaciam debitoris,vt computet sibi fructus in
sortem,& illos non lucretur.l.prima, & secunda.C.
de pignor.act.cap.1.& 2.de vsuris:tamen glo.singu-
laris in auth.de exhiben.reis.vult,ꝙ si statutum, vel
consuetudo permittit, ꝙ lucretur fructus valet talis
consuetudo,& ita dicit, ꝙ obseruatur hic Bononiæ,
& hoc propter negligentiam ipsius rei.Facit tex.sin-
gularis secundum Dominicum in l.Fulcinius.§.fi.ff.
ex qui.cau.in poss.ea.vbi iudex potest mandare cre-
ditori propter nimiam cōtumaciam ipsius rei,vt lu-
cretur fructus.ita multo fortius videtur,ꝙ potuit di
sponere ipsum statutum.Præterea facit,quia in casu
nostro dr̄, ꝙ Simon scripsit in libro rationum com-
munium eius & consortum postas plures rerum,de
nariorum habitorum de communibus bonis per ip
sum Simonem, qui Simon decessit modò sunt anni
vigintiduo & vltra relicto Ludouico eius filio & hę-
rede,a quo non fuit petitum per consortes occasio-
ne dictarum postarum.Circa hoc etiam applico illā
doctrinam Host.in loco superius allegato,quam re-
fert do.Abb.consiculus meus in d.c.fi.de præscr.vbi
9 voluit, ꝙ licet debitor † sciat se debitorem, tamen
præscribit: quia in talibus regulariter oritur a prin-
cipio ex cōsensu partium: vt puta,quia mutuasti mi
hi.l.sicut.C.de act.& obli.Vnde si non soluo,per hoc
non sum in mala fide, seu peccato: quia ex quo tu
non repetis,possum probabiliter præsumere, ꝙ aut
vis donare, aut maiorem gratiam expectando face-
re,ar.c.j.de commodato,& si stas per tantū tempus,
ꝙ prescriptio compleatur,potius est tuę negligentię
imputandum,q̄ facto meo,quia ſm eum licet mora
interpellet pro hoīe in foro ꝯtētioso: vt in c.potuit,
de loc.secus tñ est ſm eum quo ad peccatū cōmittē
dum: non enim peto, vel nisi petas, vel nisi saltem
interuenerit iuramentū,arg.c.debitores, de iureiu.
Secus dicit, si ego tenui soluere seu malitiosè egi:
q̄a tunc licet tu propter malitiam meā, vel potentiā
vel alio respectu non exegeris; non tñ p̄scribo, imo
perseuero in peccato, & hoc respectu in actionibus
istis personalibus requiritur bona fides,& istam do-
ctrinā tradit ibi D.Abb. licet eā limitet hoc casu, vi-
delicet quando debitor debebat interpellari ad sol-
uēdum a creditore: q̄a tunc si non est interpellatus
præscribit, & imputatur creditori ad negligentiā,&
hoc casu procedit secūdum eum doctrina Bar. in d.
§.si viam.sed si non erat necessaria interpellatio:sed
debitor tenebatur offerre, tunc nō procedat doctri-
na Host.& Bar.Modo in casu nostro non apparet,ꝙ
fuerit interpositū iurm̄ ex parte illius Simonis., nec
etiam apparet,ꝙ erat obligatus offerre illis consorti
bus, sequitur, ꝙ verissimè imputatur illis consorti-
bus ad negligentiam, & per consequens possumus
assumere fundamētum liberationis ex ipso statuto.
Si vero tenebatur offerre, tūc habemus opinionem
Host.ꝙ sibi imputetur:debuit enim creditor petere.
¶Et si mihi dicatur,amice,Bald.tenuit contrarium
in l.j.C.de serui.& aqua.& in auth.ad hęc.C.de vsur.
& in d.c.si quis per triginta.& in c.de content.inter.
do.& fide.vbi dixit,ꝙ in foro ciuili esset seruāda opi.
10 Bar.ꝙ potius est † quędam pœna legalis,quàm prę-
scriptio,cum causetur sine peccato debitoris.Sed in
foro canonico secus:quia canon non ꝯsiderat illam
subtilitatē, sed simplicitatē,& peccatū:quia pecca-
tum non dimittitur,nisi restituatur ablatum,sed po
tius augetur ex dilata solutione debitoris.arg.c.fin.
de consue.& idem tenuit contra Bar.Ange.in d.§.si
viam.& in repetitio.l.j.C.de iudic.& in l.si certis an-
nis.C.de pact.& in l.2.ff.de const.princ. & q̄d voluit
idem Bal.in disputatione sua,quæ incipit,statuto ca
uetur,ꝙ fœnerator.& do.Pet.de Ancha.conf.5.& in
c.fi.& in c.2.de reg.iur.lib.6. & in repeti.c.1.de con-
stitu.& do.Anto. in d.c.fi.& in c.cura.de iure patro.
& domi.Cardi.in c.vigilanti.de præscrip.& q̄d voluit
Bald.& Ioan.de Imo.in l.quibus diebus.§.dominus.
ff.de condi.& demon.Quia ad hoc respondeo mul-
tifarie.Primò præfati doctores tenentes contra Bar.
loquuntur eo casu,quo quis fundaret se ex præscri-
ptione, quo casu talis præscriptio non procedit: vt
apparet ex dicto c.fi.& ideo Pet.de Anchar.dicebat
in dicto cōsilio fuisse Bar. deceptum in intellectu il-
lius c.fi.& ego dico, ꝙ Barto.idem voluit in d.l.om-
nes populi.vbi dixit, ꝙ lex imperialis hoc facere nō
posset,vt debitor ex tpe prescribat cum mala fide.Et
licet oēs doctores dicant,ꝙ Bar.sentit,ꝙ tale statutū
valeat quo ad præscriptionē: vt ipse voluit in d.§. si
tñ non animaduerterūt ad doctrinā eiusdem Bar.in
d.l.omnes populi.vbi aliter loquutus fuit,q̄ in d.§.si
viam.& licet Bal. in d.c.ecclesia.de consti. dicat,do-
ctrinā Bar.procedere in statuto populi:tamen idem
Bar.aliter loquitur in d.l.omnes populi.& ideo dico
ꝙ nos nō fundamus intentionem nostrā ex præscri-
ptione:sed fundamus nos ex satisfactione,quo casu
11 est sine dubitatione,quòd statutum † excludens pec-
catum valet,& tenet.Cum ergo in casu nostro statu
tum dixerit, ꝙ præsumatur integre satisfactum, ꝙ
potuit statutum facere: vt in simili dicimus in con-
tractu iurato,de quo per Barto.in d.l.omnes popu-
li,& per omnes scribentes in cap.cum contingat,de

iureiuran. Ergo sequitur, ꝙ isto casu validum est tale statutum: vt voluit etiam Bald. in d.l. omnes populi, & per consequens non est curandum de præscriptione. Secundo potest tolli opinio illorum doctorum: vt etiam procedat in præscriptione doctrina Bart. in d. §. si viam. & Host. & sequacium considerata qualitate hominum inhabitantium, quam videtur consi derasse dictum statutum Mutinense: cōsiderauit. n. publicum bonum & publicam vtilitatem, quia homine consueuerunt dare pecunias ad lucra inhonesta, & ideo vt cessarent a talibus lucris, disposuerunt statuentes, ꝙ creditor si stetetit per 15. annos, & non petierit debitum, ꝙ intelligatur sibi fuisse integraliter satisfactum. Vnde posito, ꝙ tale statutum non diceret, ꝙ intelligatur integrè satisfactum: sed solùm diceret, ꝙ præscribat debitor, adhuc valeret tale statutum, & ad hoc allego in simili elegans dictum Bal. in l. non dubium. C. de legi. & in auth. sacramēta puberum. C. si aduer. ven. & voluit Sal. in d. auth. sacramenta, & referunt & sequuntur moderni repetentes. c. cum contingat. de iureiur. ꝙ si tanta est iniquitas hoīum inhabitantium in loco, ꝙ decipiunt minores contrahendo cum eis cum iuramento, ꝙ va-
12 lidum est † statutū municipij: vt non possit cōtrahere minor ēt cum iuramento, nisi interueniat certa solennitas. Et sic validū est illo casu statutum disponens sup re spirituali. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ validū erit statutum disponens de præscriptione, & quanto fortius in casu nr̄o erit validū istud statutū, qđ euitat peccatum: quia præsumit esse integraliter satisfactum. Et per consequens res vr̄ esse sine dubitatione aliqua, ꝙ iste Ludouicus est liberatus ab isto debito stante dispositione talis statuti Mutinensis. Præterea possum etiam aliter respōdere posito, non tamen concesso, ꝙ inniteremur præscriptioni ipsius statuti: tamen procederet præscriptio in casu isto, & ad hoc allego domi. Anto. in d. c. fi. de prescrip. vbi dixit, ꝙ aut debitor erat ignorās habere malam fidem quinimo habebat bonam fidem: vt l. 1. C. de acquir. poss. in gl. & ponit do. Anto. ibi exemplum in eo, qui est obligatus per suū procuratorem cum libera, quoniam in tali casu potest dominus verisimiliter hanc obligationē ignorare. l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acq. pos. l. si rem aliquam. eo. titu. Item ponitur aliud exemplum in hærede, qui succedit creditori, qui etiam verisimiliter dr̄ ignorare ius sui testatoris. l. qui in alterius. ff. de reg. iuris. Et per consequens isto casu tanquam non habens malam fidem, imo habens bonā fidem, censetur liberatus a debito predicto, & sic do. Ant. in terminis decidit istam consultationem. Cum ergo in casu nostro istud debitū fuerit contractum in persona ipsius Simonis, & non in persona ipsius Ludouici, sequitur, ꝙ dominus Ludouicus hn̄s bonam fidem potuit p̄scribere. Et quāta est auctoritas do. Anto. in iudicando & consulendo, nemo est, qui nesciat. & ideo dicebat Dominicus in c. 2. de reg. iuris, lib. 6. ꝙ de æquitate canonica mala fides prædecessoris non successori habenti bonam fidem, & isto modo potest, reduci ad concordiam, quod voluit Bar. in l. ex diuerso. in prin. in finalibus verbis. ff. de rei vend. & quod voluit Bald. in l. 2. C. de vsucap. pro hærede, & in authent. ad hæc. C. de vsur. & Ang. in l. si ego. §. partus, & in l. eum qui, §. in hac. ff. de publi. & Ang. in l. cum hæredes. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & do. Anto. in c. quia V. de iud. & domi. Abb. in c. si diligenti de præscript. Et sic ex isto capite iste Ludouicus est, absoluendus a petitione actoris, & procedunt ista eo casu, quo fundaremus ius nostrum ex præscriptione, quanto fortius in casu nostro: quia fundamus ius nostrum ex eo: quia est satisfactum integraliter debitori ex dispositione

13 ipsius statuti. Prçterea etiam faciat, quia † aliud statutum imponit pœnam alleganti, aut dicenti statutum positum in volumine statutorum Mutinæ, dicendo illud tenere, etiam si esset contra libertatem ecclesiæ, &c. Quo casu est diligenter considerādum: quia ex superioribus dictis apparet esse dubium, vtrum istud statutum quò ad præscriptionem dumtaxat loquens valeat, quia Host. Bar. Innocent. domi. Abb. & alij superius nominati tenuerunt, ꝙ valeat, & sic est dubium, vtrum valeat an non, inter magnos iuris doctores. Cum ergo statutū Mutinense dicat, ꝙ nullus præsumat aliqua ratione, vel causa opponere, ꝙ aliquod statutum comprehensum in volumine statutorum non valeat aliqua ratione, vel causa, etiam si diceretur fore, & esse contra libertatem ecclesiasticam, quo casu si opponatur de eo, quod dixit Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem Falci. & d. l. quod de bonis. ff. ad legem Falc. & de eo, quod voluit Bal. in l. 1. C. de his quæ pœnę nomine. vbi voluerunt, ꝙ non valeat statutum, ꝙ si quis opposuerit, spurium non posse succedere, incidat in pœnam, quia istud procedit eo casu, quo certum est, tale statutum, ꝙ spurius succedat esse contra iuris dispositionem: sed vbicunque est dubium, tunc est secus. Facit in arg. quod habetur in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. Cum ergo in casu nostro sit dubium, vtrum istud statutum valeat, an non: vt apparet ex doctrina doctorum superius allegatorum, sequitur, quòd si quis opponat tale statutum non valere, quòd incidit in pœnam quingentarum librarum contentarum in statuto, & procedunt ista eo casu, quo fundaretur intentio huius Ludouici in præscriptione, sed cum non fundentur in præscriptione, sequitur, ꝙ res est indubitata, ꝙ Ludouicus est liberatus à tali debito, tanquam satisfecerit debito ipsorum consortum. ¶ Et si quispiam opponat, amice, dicti consortes, allegant: & dicunt, ꝙ res est in arbitrato res & in amicabiles compositores compromissa cum latissima potestate, quo casu vendicat sibi locum doctrina Angeli in d. l. sequitur. §. si viam. vbi dicit, quòd præscriptio est iniquissimū iuris subsidium: vt habetur in authē. vt ecclesia Rogau. spatio centum anno. §. habebat, itaque. Ideo dicit Angel. ibi, quòd si compromissum est, ꝙ arbiter debeat arbitrari secundùm æquitatem, quòd poterit arbitrari reiecta qualibet exceptione prescriptionis, & idem voluit idem Angel. in l. prima. C. de prçscript. triginta annorum, quod dictum fuit Bald. in dicta l. prima. ambo se fundantes sub illa ratione, ꝙ præscriptio sit iniquissimum iuris subsidium. Quia ista eorum doctrina nullo modo obstat, quia ipsi fuerunt immemores eius, quod voluit Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, videbitur. vbi Barto. tenet contrarium per l. bona fides. ff. depositi, quæ opinio videtur verior. Primo per elegans dictū Innocent. in capitulo cura, de iure patrona. in fine. & Ioann. Andr. in capitulo secundo, de regulis iuris. libro sexto, in mercuria. vt refert Bal. in auth. ad hæc
14 C. de vsur. dicunt enim, præscripta bona fide † posse retineri salua conscientia: est autem conscientia in ipsa æquitate fundata: ergo si est compromissum, vt secundùm ęquitatem arbiter procedat, poterit decidere secundum præscriptionem. Secundò videtur illud dictum Angeli per dictū Bal. quod refert Pet. de Bellaperti. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ign. ꝙ sicut præscripta bona fide possunt retineri in foro seculari, eodē modo pn̄t retineri in foro poli. forus aūt nō considerauit, nisi ipsam æquitatem: ergo sequitur, ꝙ potuit isto casu arbiter decidere habēdo respectum ad præscriptionem. Tertio facit id, quod notant docto. in c. nouit, de iudic. & Bar. & Bal. in dicta authen. ad hæc, C. de vsuris. & in d. cap. si quis per triginta. & in

in disputatione, quæ incipit, statuto cauetur, fenerator. vbi dicunt, ꝙ ille, qui præscribit bona fide, videtur præscribere tanquam sit sublatus effectus naturalis, & ciuilis: vt not. Bartol. in l. final. ff. rem ratam haberi. & habetur in dicta l. obligationum. §. placet, de actionibus & obligationibus, & in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de negocijs gest. adeo, quòd contra præscribentem non potest fieri denuntiatio, de qua in dicto capi. nonit, sed ipsa denuntiatio non est nisi in ipsa æquitate fundata: vt in dicto capitulo
15 nouit: ergo, &c. Quarto facit, præscriptioni † inductę in odium negligentis non potest renũtiari per ipsos contrahentes, secundum, quòd concludit Bart. in l. prima. ff. de vsucapio. & in l. nemo potest. ff. de legatis 1. de quo per Bald. in authentic. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. & in l. centurio. ff. de vulgar. & pupillari. in l. prima. in fine. C. de temporibus appellatio. Ergo nec tacite per illud verbum æquitas, argumen. l. cum quid. ff. si certum petatur. cum similibus. ergo infertur necessario, quòd si expresse non possunt partes renuntiare præscriptioni inductæ in odiũ negligentis, multo fortius videtur eas non posse renuntiasse per verba generalia: ex eo, quia quis non videtur in verbis generalibus voluisse facere illud, quod in specie facere non posset: vt firmat Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. institu. & Bal. in l. fina. §. in computatione. C. de iure delibera. in finalibus verbis, vbi allegat Bart. in d. l. si quis sub conditione. & voluit Bald. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & in l. fin. C. de sacrosan. eccle. & voluit Ioan. Mo. in capitu. vt animarum, de constitu. & probatur in capitu. tua nuper, de deci. & hoc voluit Innocen. Hostiens. & communiter docto. Et contra istam doctrinam Angeli & Bal. tenuit Ludouicus Romanus in dicta l. sequitur. §. si viam, & in rubric. ff. de arbi. ergo nullo modo obstat dictum Angeli. quinimo plus dico, ꝙ non oportet insistere in dicto Angeli in casu nostro ex eo: quia Ange. loquitur eo casu, quo statutum præsumit esse integraliter satisfactum debitori, & sic sumus in casu longe diuerso & separato a dicto Angeli & eo casu, quo loqueremur, vt dixit Ange. nihilominus ex quo ille Ludouicus fuit in bona fide, arbitri deberẽt arbitrari habito respectu ad præscriptionem, & ideo dixit Bart. in l. legaui. ff. de libe.
16 lega. quòd si † quis mandat in suo testamento, vt soluantur sua debita, ꝙ videtur voluisse, ꝙ soluantur debita, quæ præscripsit cum mala fide: secus si præscripsit cũ bona fide. & facit, quod voluit idem Bar. in l. is cui. §. Flauius. ff. de solu. & Bal. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cle. & in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de conditionibus & demõstrationibus, & per dominum Petrum de Ancha. in repetitio. cap. si propter tua debita, de rescri. li. 6. & in c. ad nostram, el 2. de iureiur. & per Ludouicum Romanum in rubri. ff. de arbi. & in d. l. sequitur. §. si viam. & per Io. de Imo. in d. §. Flauius. & in d. §. dominus, & per modernos in c. Ioannes, de testa. inquantum dicit ibi tex. ꝙ testator mandauit satisfieri suis creditoribus. Cum ergo in casu nostro iste Ludouicus præscripserit bona fide, vt superius dixi, & voluit dominus Anto. in d. c. si. sequitur, ꝙ compromittendo in arbitros, vt secundùm ęquitatem pronuntiẽt, ꝙ videatur compromisisse, vt sequatur præscriptionẽ inductam ex prædicto statuto. Et ista procedunt inquantum Ludouicus vellet prætendere, ꝙ præscripserit debitum: sed certum est, ꝙ ipse prætendit se soluisse, & satisfecisse integraliter dictis suis creditoribus, vt disposuit ipsũ statutum, & per consequens liberatus est ab obligatione: quia per solutionem & satisfactionem sublatum est, vinculum obligationis tã naturalis, quàm ciuilis: vt l. solutionem. ff. de solu. ff. de reg. iu. cum si.

Et ex istis multifariè, multisque modis est ostensum, dictum Ludouicum nullo modo teneri dictis creditoribus: imo liberatum esse tanquam eis integraliter satisfecerit & apparet expresse, ꝙ stantibus supra dictis, posito non tamen concesso, ꝙ dictum statutũ loqueretur in præscriptione dumtaxat: nihilominus locus esset dicto statuto: quia procederet talis præscriptio cum bona fide: vt superius est ostensum, & sic dicti arbitri, seu arbitratores debent pronuntiare habito respectu ad dispositionẽ ipsius statuti, & sequi dispositionem ipsius statuti. Et ex istis concludo, dictum Ludouicum esse liberatũ a dicto debito tanquam integraliter satisfecerit, aut soluerit dictis creditoribus non obstante, quòd fuerit in eis compromissum, & secũdùm ęquitatem decidant. Tenentur enim arbitri sequi iuris & statutorũ dispositionem: vt no. per omnes in c. j. de constitutionibus, & etiam pronuntiare opponentem, allegãtem dictum statutum non valere, incidisse in pœnam contentam in dicto statuto & ipsos arbitros incidere in pęnam dictorum statutorum: si contra ipsum statutum allegationem, aut exceptionẽ admiserint, aut statutum seruare distulerint per illam exceptionem. Et ita in fauorem dicti Ludouici concludo.

EPITOME.

¶ Permutatio beneficiorum non impedit optationem factam, quæ quidem permutatio præsumitur dolosa, si fiat de beneficio pingui cum tenui, & ab homine sene, vel grauiter infirmo, vel aliud eueniat, per quod credatur de proximo vacare. Et de intellectu. c. 2. de renunt. libr. 6. Item ꝙ permutatio beneficiorũ non possit fieri sine consensu episcopi.

SVMMARIVM.

Permutationis tempus attenditur, nõ tractatus, conclusio enim dat esse rei. nu. 1.

Constitutionis generalia verba non adaptantur ad id, quod est impossibile statuentibus. nu. 5.

Clam fieri, quando quid dicatur. nu. 7.

Solennitatis requisitæ omissio inducit præsumptionem doli. numero 8. & 15.

Actũ non celebrare, vel minus solenniter celebrare, paria sunt. numero 10.

Præbenda venit dignitatis appellatione. nu. 13.

Differentia inter auctoritatem, decretum & consensum. numero 14.

Optio habet locum in beneficijs resignatis ex causa permutationis. nume. 19.

CONSILIVM LX.

ET quidem viso processu, facti contingẽtia & omnibus solenni inuestigatione pensatis mihi videtur dicẽdum, ꝙ talis permutatio nullo modo impediuit optationem factam per dictum dominum Io
1 annem, quod sic ostendo. Et præmitto, ꝙ fraus, † & dolus probantur per coniecturas, textus est in cap. 2. de renuntia. libro 6. glo. in lege dolum. C. de dolo, facit authen. sed iam necesse. C. de donatio. ante nupt. lege post contractum. ff. de donation. l. ait prætor. ff. quæ in fraud. cred. capitu. illo vos, de pigno. c. ad nostram, de empt. & ven. c. cum in diœcesi, de vsur. cum sim. vnde tex. singularis, & melior de iure, in c. 2. præalle. apponẽs gladium ad huiusmodi conclusionem dicit, dũmodo de præmissa fraude appareat saltem

per probabiles coniecturas, vt quia dictæ renuntiationis tempore is, qui præbendam, vel dignitatem habebat pinguiorem infirmitate graui detinebatur vel aliqd aliud imminebat, propter, quod illius præbenda, vel dignitas vacare de proximo credebatur, nullũ volumus tibi obstaculum interponi, quo minus præbenda sic fraudulenter renuciata. vbi est textus aureis literis scribendus, ꝙ expectans non excluditur a prębenda de proximo vacatura, si habens illam præbendam in fraudem expectantis renunciauit, & ibi dicit glo. idem si quis non renunciasset, sed in fraudem occideretur, vel deponeretur: vt præcluderetur via expectanti, & idem etiam dicit ibi glo. si quis esset valde senex: licet tex. loquatur, quando habens pinguem præbẽdam esset graui infirmitate detentus. Idem etiam dicit gl. si non esset præbenda de proximo vacatura, dummodo fiat in fraudem. Apparet ergo ex istis sufficere probare fraudem per cõiecturas, & est sufficiẽs coniectura, quoties apparet, ꝙ renunciatio beneficij est verisimiliter de proximo vacatura, vt quia hñs beneficiũ est nimium senex, & quia est graui infirmitate detẽtus. Modo ista formaliter decidunt casu nostrum, iste canonicus, qui permutauit dictam præbendam, erat graui infirmitate detentus in tantum, ꝙ aduersarius respondẽs ad positiones confitetur, ꝙ post dictam permutationem vixit per quatuor dies, & sic apparet, ꝙ erat vacatura dicta præbẽda de proximo, quo casu præsumitur, ꝙ in fraudẽ fecerit, & etiam aliter erat vacatura de proximo ex eo, quia erat nimis senex, ille canonicus, & in omnem euentum erat de proximo vacatura. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ per plures menses interuenerit tractatus inter eos de permutando, & per consequens talis permutatio non fuit facta in fraudem, vt voluit gl. in d. c. 2. & per consequens non obstat contrarium obiectum. ideo respondeo secundò & aliter, ꝙ licet præcessit tractatus de permutando,
2 nihilominus non attenditur tempus † quo tractabatur de tali permutatione, sed attẽditur tempus, quo facta fuit talis permutatio. vnde licet multi dies præcesserint, quibus fuit habitus tractatus de permutando: nihilominus attẽditur tempus ipsius permutationis deductæ in esse, & in complemẽto, facit tex. in l. voluntate. C. de rescin. ven. vbi probatur, ꝙ licet multa verba interuenerint in contractu, tamen sola conclusio dicitur esse contractus, qua contractus recipit esse. facit. l. contractus. C. de fide instr. vbi tunc dicitur contractus esse perfectus, quando est absolutus ab ipsis partibus, & illum habẽt pro absoluto & perfecto. Ideo in casu nostro tunc fuit perfecta illa permutatio præbendæ: quando fuit celebratum instrumentum permutationis, & per consequens fuit celebrata a suspecto, & etiam tempore suspecto: qa a sene, & infirmo graui infirmitate, qua decessit tũc ad quatuor dies. ¶ Et si quis opponat de ꝯstitutione capituli Fauentini, qua disponitur in ver. non prohibemus: tñ si duo vellent permutare præbendam, & domum, vbi constitutio disponens de iure optandi præbendas, & de consuetudine optandi celebrata in ecclesia Fauentina, de qua in c. fi. de consue. lib. 6. disponit, ꝙ licet canonicus antiquior possit optare prębendam pinguiorem vacantem, nihilominus vult, ꝙ possint canonici adinuicẽ permutare præbendas, & domos. Ad hoc respondeo, ꝙ talis constitutio, in quantum fieri potest, est reducenda ad terminos iuris cõis, vt probat text. melior de iure in l. si serui vestri. C. de noxa. & glo. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. & tex. in c. cum dilectus, de ꝯsue. vbi consuetudo est reducẽda ad terminos iuris communis. Et eodem modo rescriptum, vt est text. melior de iure in c. causam quæ, de resc. Eodem modo iuramentum: vt in c. ad nostram, de iureiuran. Eodem modo & consuetudo: vt in c. ad audientiam, de cle. non resident., & in c. dilecto, & in c. ex parte, de verb. sig. & in c. 1. de feud. cogn. adeo ꝙ per verba impropria est reducendum ad terminos iuris communis: vt est gl. quam multi reputant singularem in authẽ. ex testamento. C. de colla. pro qua est tex. in d. cap. causam, quæ, & in d. l. si serui vestri, & in d. c. cum dilectus, licet, ergo ista constitutio permittat canonicos posse permutare, & licet sit consuetudo optandi in ecclesia Fauentina: tamen intelligitur secundùm termi-
3 nos iuris communis: videlicet si talis † permutatio non sit fraudulenta, & in fraudem optare volentis celebrata: quia tunc sicut non excludit expectãtem talis renunciatio, eodem modo non excludit optare volentem talis permutatio. ¶ Et si quispiam dicat, ꝙ c. 2. de renunc. lib. 6. loquitur eo casu, quo renuntiatio fit in fraudem, sed non loquitur eo casu, quo renuntiatio fit in fraudem eius, cui beneficium veniret quærendum. Ad hoc respõdeo, ꝙ eodem modo vendicat sibi locum dispositio. d. c. 2. in permutatione calumniosa & in fraudem procurata, sicut si esse renuntiatio: quia vtrobique agitur de priuando illum, cui beneficium permutandum veniret acquirendum: & sic vendicat sibi locum dispositio. d. c. 2. cum sit eadem ratio in vtroque: ergo est eadem iuris dispositio l. illud. ff. ad l. aquil. cum sim. Quinimo plus dico, ꝙ etiam in permutatione est dare casum expressum, ꝙ si permutatio fit in fraudem, non tollitur via ordinaria ad conferendum tale beneficium, est tex. manifestus, in c. 1. de re. perm. li. 6. in ver. permutare volentes liberè, ac sine fraude & est glo. quæ in indiuiduo decidit hoc in cle. 1. de re. perm. in gl. 2. in verb. vtentibus. illam constitutionem non habere locum, vbi in fraudem expectãtium fieret permutatio, cum illi tales non vtãtur concessione iuris, sed ius fraudent. c. j. de re. permu. in 6. etiam glo. illa allegat. d. c. 1. de renunc. lib. 6. Et sic illa glo. facit fundamentum de d. c. 2. licet gloss. & illud. c. 2. loquatur de renuntiatione in fraudem expectantis, eodem modo habet locum in permutãte in fraudem expectantis, sed antiquior canonicus est expectãs propter consuetudinem optandi, quæ in d. c. ecclesia Fauentina viget. Ergo sequitur, ꝙ talis permutatio non obstat huic antiquiori canonico optanti, nec etiam obstat dicta constitutio, quæ est reducenda ad terminos iuris communis, & etiam non est præsumendum, ꝙ
4 † voluerint taliter statuentes disponere de permutatione fraudulosa, & dolosa, argu. l. si pater. ff. quæ in frau. cre. l. creditor. §. Lucius. ff. man. vnde in verbis generalibus non est præsumendum, ꝙ statuẽtes voluerint inhonesta & iniusta statuere, arg. eius, quod no. gl. in l. non videtur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. & gl. in c. si verò, de iureiuran. & no. in l. si ad excludenda. C. eo. & ibi Bald. & etiam: quia cum dispositio iuris communis ita disponat, vt decidit. d. c. 1. de rer. permu. lib. 6. & glo in d. cle. 1. non potuit capitulum statuere contra ius commune, vt plenè per Compost. & alios in c. cum omnes, de const. & per Inn. & alios in c. cum accessissent, de consti. & per glo. meliorem
5 de corpore iuris, in c. 2. de ver. sig. lib. 6. & ideo † generalia verba huius ꝯstitutionis nõ adaptantur ad id, quod est impossibile ipsius statuẽtibus: vt voluit Io. Mon. in c. 2. de ꝯsti. li. 6. & D. Ant. in c. ecclesia S. Mariæ, de ꝯsti. & est tex. & hoc colligit ibi Host. do. Ant. c. tua nuper, de deci. & facit. c. a nobis, de sen. excom. & hoc colligit ibi D. Abb. & idem voluit Io. An. in c. fi. de immu. eccl. li. 6. & Bar. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. & Bal. in l. fi. §. in computatione. in finalibus verbis. C. de iure delib. & in l. oẽs populi. ff. de iust. & iur. & in l. fi. C. de sacrosan. eccl. & in c.

cum

eum non ab homine.de iudi. Et per consequens ta-
lis constitutio capituli Fauẽtini nullo modo obstat,
& per consequens stamus in dispositione iuris com
munis volentis permutationem in fraudẽ expectan
tis factum non tenere: vt voluit gl.in d.cle.2.quę in-
dubitãter apponit gladium ad hãc consultationem.
Et per ↄsequens dictus do.Ioannes ex optatione per
eum legitimè facta acquisiuit ius in dicta prębenda.
Et multo fortius procedit hoc in casu nostro,quàm
in expectante:ex eo quia ille,qui expectat beneficiũ
primo vacaturũ per literas per eum impetratas,ali-
qualiter notatur ambitiosus:vt in c.quanuis,de prę
ben.li.6.quę ratio non cadit in antiquiori canonico
optãte:ex eo quia illa optatio habet honestissimum
iuris fundamentum, quæ propter longiora seruitia,
onera,& labores,quæ antiquior in ecclesia sustinuit
datur sibi via optandi pinguiorem præbẽdam: vt in
d.c.fi.de consue.lib.6.& illam glo.dictæ cle.2. sequi-
tur ibi Guliel.de monte Laud.Paulus dominus Car
di.dominus meus Ioan.de Imo.& communiter om
6 nes.non enim debet † oriri iniuria, vnde iura emer-
gunt:vt l.meminerint.C.vnde vi.c.qualiter,de accu-
sat.cum similibus. Facit etiam:quia dicta permuta-
tio videtur sortita fundamentum a simonia : ex eo,
quia primus testis deponit dictum canonicum infir
mũ dixisse dicto testi,si ipse testis promittebat sibi,ꝙ
dominus Vgolinus obseruaret promissionẽ, quam
sibi de dicta permutatione fecerat,qui testis respon-
dit,ꝙ sic.& est accuratè ponderandum, ꝙ dictus ca-
nonicus multum confidebat se de dicto teste,qui vo
catur Bittinus, vt apparet ex probationibus factis in
dicto processu,& sic illa pmutatio habuit esse a pro-
missione, quam dictus testis asseruit, & affirmauit,
dominum Vgolinum obseruaturum dicto canoni-
co renunrianti. Et etiam tertius testis, qui deponit,
dictum domi.Bartolum canonicum permutantem
dixisse illi Bittino procuranti illam permutationem
hæc verba,tu adhuc non cognoscis dominum Vgo-
linum,ego dubito,ꝙ ipse decipiet me.Et sic apparet
manifestè,ꝙ a vitio simoniæ processit talis permuta
tio,quo casu est nullius momenti: vt per totum titu
lum de simonia.Et etiam quia probatur per alios te
stes,quòd talis permutatio fuit facta clam,& non re-
quisitis canonicis ecclesię cathedralis ad fraudandũ
& decipiendũ alios canonicos, ne optarent illa præ-
bẽdam,ex quo erat pinguis. Et clarum est,ꝙ qui ma
le facit,odit lucem,& ideo celebrarunt hanc permu
tationem sine interuentu capituli,& canonicorum,
& episcopi, quia clam & in fraudem illam celebra-
7 runt, & dicitur actus † fieri clam, quando debet in-
teruenire pręsentia superioris,& fit sine pręsentia su
perioris. ita colligitur ex text.& glo.l.2.C.de his qui
ex public.ratio. mutuam accep.pec.libro 10.& ideo
dixit glo.valde elegans in l.1.C.de fide instru. & iure
8 hast.fi.lib.10.in versi.mala fide.ꝙ requisitę † solenni
tatis omissio vehementem doli pręsumptionem in-
ducit, pro qua glo.facit tex.in l.quemadmodum.C.
de agri.& censi.lib.12.& quod voluit Ludo.Rom.in
suis consilijs,consilio 3.¶ Et si opponatur,ꝙ non est
præsumptio fraudis,& simoniæ, ex quo ille do.Bart.
erat infirmus,& tũc post qnatuor dies decessit:quia
ad hoc potest allegari elegans doctrina Bald. in titu.
de pace Constan.§.vasalli.vbi dicit,quòd odioso te-
9 sti † non est credendum.quantuncunque in infirmi
tate acceperit corpus Christi,arg.l.si quis in graui.ff.
ad silla.quia dictum eius poterit reprobari de falso,
quia non omnis, qui moritur est Ioannes Euangeli-
sta.Ita dicendum est in proposito, licet enim iste es-
set sacerdos senex, & infirmus grauiter, tamen ho-
mo erat, & peccare poterat,& iam peccabat,vt eui-
dẽter apparet ex eo: quia in dicta permutatione vo-
lebat certificari, si dominus Vgolinus seruaret sibi
promissa,& ꝙ eũ non deciperet,& sciebat,ꝙ in frau-
dem antiquioris canonici optare volentis faciebat,
etiam sciebat,quòd sine auctoritate episcopi Fauen
tini, & etiam irrequisitis canonicis hãc permutatio-
nẽ faciebat,& ideo cessat illa coniectura, quòd ideo
quia erat infirmus,non erat præsumptio fraudis: ex
eo quia vbi est certitudo,non cadit coniectura.l.con
tinuus.§.cum ita.ff.de verb.obli.cum simi.Præterea
10 paria † sunt nõ celebrare actum,vel celebrare & mi-
nus solenniter.l.quoties.ff.qui satisda.cog.l.4.§.con-
demnatum.ff.de re iudi.Facit,quod voluit Bart.in l.
non putauit.§.non quæuis.ff.de contra tabulas.Bal.
in l.nõ dubium.C.de legi.& in l.2.C.de eunuch. Mo
do ius optãdi istius domini Ioannis si impediretur,
impediretur per ipsam permutationẽ,ꝙ tamen non
est dicendum, quòd talis permutatio nullo modo
tolleret ius optandi, vt etiam inferius ostendam.Ni-
hilominus talis pmutatio ex alio capite fuit ipso iu-
11 re nulla. Primo quia debuit † fieri resignatio libera
in manibus superioris:vt est tex.in d.c.vnico,de rer.
permu.lib.6.& in d.cle.vnica.eo.tit.Sed in casu isto,
nec fuit facta resignatio, nec liberè:ergo sequitur,ꝙ
talis permutatio fuit nullius effectus, & per ↄsequẽs
non impediuit optationem factam per dominũ Io-
annem,qnia habetur ac si facta non fuisset. Vnde D.
Anto.in c.1.de rebus eccle.non alien.dicit,ꝙ clerici
non possunt inter se permutare domos,nec præben-
das sine cõsensu sui episcopi,ne fraus committatur.
facit l.cum hi.§.si vni.ff.de transactionibus, nec epi-
scopus poterit hoc facere sine eis,quòd dicit esse be-
ne notandum,& refert fuisse dictum Vincentij,& se
vidisse in quæstione facti consultum contrarium:&
tunc temporis se multum quæsijsse illud dictum In-
nocen.nec potuisse illud inuenire, pro quo dicto al-
lego text.in cap.alienationes.16.q.1.Facit etiam tex.
in c.quæsitũ,de re.perm.vbi est casus reseruatus soli
12 episcopo,scilicet interponere † auctoritatem permu
tationi beneficiorum:nulli enim inferiori circa epi-
scopum conuenit: vt voluit ibi Host.& idẽ voluit in
summa illius ti.& idẽ voluit gl.in d.cle.j.de re.perm.
¶ Et si quispiam opponat,& dicat,ꝙ est verũ, quan-
do sunt pbendæ in diuersis ecclesijs,sed qñ sunt prę-
bendę in eadẽ ecclesia, tunc est secus:quia tunc non
esset necessaria auctoritas episcopi, ita dixit Inno.in
d.c.quæsitum. Ad hoc respondeo,ꝙ imo vtrobique
requiritur auctoritas episcopi, ita dixit Io.de Lig.in
c.fi.de re.perm. & idem tenuit Vincẽtius in d.c.1.de
rebus eccl.non alie.& idem voluit ibi do. Anto.vt su
perius retuli. Et etiam quia dominus Card.quem rè
fert,& sequitur do.meus Io.de Imo.reduxit opinio-
nes ad concordiam hoc modo, videlicet, ꝙ dictum
Innoc.procedat, quando permutantur prędia præ-
bendarum,& est ratio tunc,quia talia prædia consi-
stunt in tẽporalitate:sed quando diuidũtur ipsę prę-
bẽdæ:tunc non potest fieri permutatio sine auctori-
tate episcopi,per.c.cum M.Ferrariensis.de consti.&
ita procedat opinio Io.de Lig. & per cõsequens Vin
cent.in quantum voluit, ꝙ non possunt permutare
præbendas.ita dixit do.Card.& Io.de Imo.in c.quę-
situm,& idem voluit idem Ioan.de Imo.in c.fin.eo.
tit.de re.perm.Cum ergo in casu nostro fuerit facta
permutatio de ipsa prębẽda,& non de prędio ipsius
præbendæ,sequitur, ꝙ talis permutatio fuit nullius
effectus, & per consequens non impediuit optatio-
nem factam per ipsum dominum Ioannem. Et per
optimè facit,quod voluit D.Pe.de Anch.in d.c.quę
13 situm,dum colligit ex illo tex.ꝙ appellatione † digni
tatis venit præbenda,& iura loquentis de dignitati-
bus habent locum in præbenda:sed in dignitatibus
ecclesiasticis permutandis debet interuenire aucto-

 ritas

ritas episcopi, vt ibi est casus: ergo eodem modo in præbendis, & per ɔns non potuit validare hanc permutationē auctoritas prępositi, licet in veritate non īteruenisset, & maxime, quia apponere auctoritatē talibus præbēdis permutandis, est iurisdictionis episcopalis: vt dixit gloss. in d. clementi. 1. in quantum voluit, ꝙ capitulum sede vacante potest auctorare in permutatione beneficiorum: quia est iurisdictionis episcopalis. Cum ergo talis præpositus non habeat iurisdictionem episcopalē, sequitur, ꝙ non potuit interponere suam auctoritatem in tali ꝑmutatione: & maxime si non erat habilis ad dandum vocem in capitulo, & ad actus capitulares propter defectum ętatis, iuxta no. in clem. hi qui, de æta. & quali. Facit, quod voluit Fede. de Senis, quem refert D. Pe. & latè D. meus Ioan. de Imo. in d. c. fi. de rer. perm. in quinta quæstione, vbi quærit, an inferior ab episcopo possit auctorare, in permutationibus beneficiorum: videtur ꝙ non, per id, quod habetur in text. & glo. in d. cle. j. & Host. in summa. eo. tit. §. quid potest. ver. & nunquid &c. Et etiam quærit, an si ad alium, quàm ad episcopū spectet collatio beneficij permutandi, an debeat fieri resignatio in manibus collatoris, an vero in manibus episcopi. Feder. de Senis tangit in tractatu permutationis, in 22. quæstione, & videtur dicendum, ꝙ in manibus collatoris, vel electoris fieri debeat auctorante episcopo per id, quod habetur in simili in c. Abbatibus. 12. q. 2. 17. q. 4. c. in vēditionibus, vbi quando alienatio est fienda per aliquem prælatum, ille alienat consentiente episcopo. contrarium decidit ibi Federicus, ꝙ imo totum poterit episcopus expedire de consensu eligētium, vel collatorum, per d. c. quæsitum, & sic apparet manifesta cōclusio, ꝙ siue dicamus, ꝙ electio canonicorum spectet ad capitulum ecclesiæ Fauentinæ, & institutio & confirmatio ad episcopum Fauentinum, siue dicamus, ꝙ spectet ad capitulum collatio, sequitur, ꝙ debuit ante omnia fieri resignatio dictę prębendę in manibus capituli, & fieri permutatio cum auctoritate episcopi: sed nullum istorum interuenit: ergo sequitur necessariò, ꝙ talis permutatio fuit nullius momenti. Et per consequēs non impediuit optationem factam per ipsum D. Ioannem. Quinimo plus dico, ꝙ ex quo talis permutatio debuit fieri cū auctoritate epī debuit auctoritas interuenire in ipso actu. & ad hoc allego, qđ pulchrè no. Bal. in l. fin. §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. vbi allegat Inn. ꝙ differentia
14 est inter † auctoritatem, decretum, & cōensum: auctoritas enim interponitur, quando ipse actus geritur, vel parum post, & allegat Innoc. in c. dudum, de rebus eccl. non alie. li. 6. & quando auctoritas requiritur, non sufficit consensus eius, qui auctoritatē prę stare debet, & sicut verbum sonat, debet auctoritas præstari, vt not. Inn. in c. cum consuetudinis, de consue. hęc verba refert Archid. in c. quidam. 18. q. 2. vbi dicit, ꝙ verbum conscientia, ponitur pro auctoritate, quando requiritur ex publico, ꝙ dicit esse nota. dignum, & ibi subdit Bald. ꝙ omnis consensus, qui est præstādus ad aliquem actum ratione publici officij, est auctoritas, & ideo refert Archi. dicere in d. c. nulla, ꝙ alienatio rerum ecclesiæ facta sine auctoritate episcopi, est ipso iure nulla, nec sufficit ecclesiæ vtilitas, cum contra vim & auctoritatem canonū sit contractum, arg. l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1. Cum ergo in casu nostro requiratur auctoritas epi, actus
15 † gestus sine auctoritate episcopi fuit nullus, & per ɔns talis permutatio fuit nullius effectus. & ideo pulchrè dixit idem Bald. in c. 1. de alie. feu. pa. ꝙ si statutū capituli antiquū requirebat episcopi auctoritatem, ꝙ actus non reconualescit: licet postea interuenerit ratificatio, allegat Archi. vt ibi per Baldum & idem Bal. in l. quæcunque. C. de bo. quæ libe. in prin. dixit, an consensus episcopi accedens ex postfacto confirmet cōtractum, in quo requiritur auctoritas episcopi, & refert Inn. dicere, ꝙ sicut forma debet esse coniuncta, cum actu, aliàs non informat, ita licentia, decretum, & auctoritas, & ad fi. dicit ibi Bald. ꝙ vt verbum sonat, ita debet auctoritas pręstari, allegat Inn. in c. cum consuetudinis, de cōsue. & Arch. in loco superius allegato, & l. si pater. ff. de man. vindi. & idem Bal. in c. cum P. tabellio, de fide instr. dixit, ꝙ auctoritas debet interponi in ipso actu, non autem ex postfacto. & idē Bal. in l. 2. C. de seruis reipub. manu. quęrit, an auctoritas in actu debeat interponi in ipso fundamento actus, & dicit, aut auctoritas requiritur ad esse rei, & debet interuenire consensus, aut ad executionem esse, & tūc sufficit ex interuallo temporis: vt in l. fi. C. arbi. tu. facit, quod voluit Bar. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. here. vbi dicit, ꝙ auctoritas debet interponi in ipso actu. & idem voluit in l. si autem. ff. de aqua pluu. arcen. & Bald. in l. j. C. qui admit. & in rub. C. de exercito. & domi. Anto. in c. cum consuetudinis, de consuet. facit ad hoc tex. in l. tutor obligari. §. vlt. ff. de auctorit. tut. insti. eo. §. tutor. quæ iura allegat glo. in c. edoceri, de rescriptis. in glo. magna, in versic. sed si forte, capitulum agit, nō sufficit subsequens consensus episcopi, & ibi dicit Bal. ꝙ ea, quæ requiruntur pro auctoritate, nunquàm conualescūt: quia auctoritas non recipit interuallum, nec diem, & quia in ea consistit fundamētum, & substantia originis, & sic sine initio nihil fit. & subdit ibi Bal. ꝙ quæstio fuit de facto, prælatus cum capitulo fecit permutationem precedentibus tractatibus cum Seio, demum episcopus ratificauit, & vices suas interposuit, quæritur, an valeat permutatio refert Innoc. dicere, ꝙ non: quia episcopus debet auctorari, & sic a principio posterior consensus pertinet ad illū, cuius interest: auctoritas autē spectat ad magistratum, vel officialem: igitur consensus episcopi est auctoritas. Cum ergo a principio in casu nostro non interuenit auctoritas episcopi, sequitur, ꝙ ex hoc capite non tenuit talis permutatio. Et si dicatur, ꝙ episcopus ex postfacto interposuit suam auctoritatem. Re-
16 spondeo, ꝙ non propter † hoc reconualuit permutatio, quæ a principio fuit nulla per superiora dicta. Et etiam quia non potuisset episcopus tollere ius quæsitum dicto domino Ioanni canonico antiquiori optandi dictam prębendam vacantē per mortem illius domini Bartol. l. ius nostrum. ff. de re. iur. c. quæ in ecclesiarum, de consti. l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. cum simi. Et sic ex isto capite etiam apparet manifestè, quòd talis permutatio non impediuit optationem ipsius domini Ioannis. Facit etiam: quia posito ꝙ interuenisset auctoritas episcopi, tñ nō interuenit causæ cognitio: vnde cum interponitur auctoritas, oportet, quòd interueniat causæ cognitio, & ideo domi. Pet. de Anchara. consi. 322. incipiente, visis facti narratione, & copijs, &c. consuluit, ꝙ decretum, & auctoritas iudicis apposita in contractu minoris non conualidant contractum minoris, immo sunt nulla, si propere & sine causæ cognitione interposita fuerūt, nimis enim propere auctoritatem interposuit iudex. l. magis puto. §. ne passim. & §. pretori. ff. de rebus eo. Et ex temporis breuitate præsumitur, ꝙ illa auctoritas fuerit interposita causa non cognita, quod dictum est singulare & nota, dignū. Modo in proposito nostro posito, non tamen concesso, ꝙ interposuisset dominus episcopus auctoritatem: tamen valuisset talis interpositio, si non fuisset interposita causæ cognitio, & per consequēs sequitur, ꝙ nullo modo impediuit talis permutatio optatione præfatam. Præterea facit, quod retulit Ioannes de

de Imol.in commento.c.fi.de re.permu.vbi dicit,ꝙ in permutatione debet interuenire renuntiatio ; & collatio: vt d.cap. vnico. pone ꝙ episcopus præsentibus permutare volentibus, & petentibus renuntiationem admitti, & collationẽ hinc inde fieri,& episcopus respõdeat, placet nobis, vt vos ꝑmutetis, an sufficiat. videtur ꝙ sic: quia per hanc breuem locutionem verborum videntur isti renũtiasse; & episcopus recepisse renuntiationem, & contulisse. nã propter celeritatem actuum coniungendorum medius actus interdum occultatur, & habetur pro expresso.l.singularia.ff.si cert.pet.facit, quòd notauit Inn. in c.inter cætera, de præben. vbi dicitur, ꝙ permutãtes habent ius in beneficijs permutatis, statim cum superior interponit suã auctoritatẽ,& facit pro hoc, qđ voluit Io. An. post Inno.& Host. in c.ex ore, de his
17 quæ fiunt a præla. vbi dicunt, ꝙ si episcopus † confert beneficium de volũtate beneficiati, valet collatio: quia ille intelligitur renuntiasse,& episcopus acceptasse. & hanc opinionem dicit Federicus de Senis in tractatu permutaionis, quæstione 27.de iuris subtilitate posse sustineri: sed subdit, ꝙ securius & tutius est, vt etiã consuluit Hosti.in d.c.ex ore, ꝙ fiat expresse renuntiatio, & collatio, & ita obseruat consuetudo, quæ satis probatur in cle. vnica.de rer.permu.& ita formaliter residet D. meus in prçallegato c.fi de rer.permuta. Modo in casu nostro non interposita fuit auctoritas episcopi Fauentini, nec accesserunt ambo permutantes ad præsentiam domini episcopi, & dixerunt se velle renuntiare,& permutare prçbendas, nec petierunt renuntiationem admitti,& collationem prçbendarum hinc inde fieri, nec episcopus dixit, placet nobis, vt permutetis: vnde fuit opus, ꝙ ita manifeste dicerent, volumus renuntiare prçbendas, & permutare prebendas, ideo admittatis renuntiationem,& conferatis: vnde posito ꝙ ista interuenissent,& episcopus ita dixisset, placet nobis, ꝙ permutetis, nihilominus non valuisset ex eo: quia aliter obseruat consuetudo, vt voluit Federicus,& sequitur Io.de Imol.in d.c.fi.& alij scribentes: ea .n. quæ certam interpretationem habuerunt minime sunt mutanda: vt l. minime.ff.de legib.c.cũ dilectus, de consue.cum simi. Et ideo dicebat Bal.in
18 l.quicunque.C.de seruis fugi.ꝙ ea † quæ sunt consuetudinaria, non sunt arbitraria. Et idem Bal.in l.j.C. de fruc.& lit.expen.dixit,ꝙ illud, quod est de consuetudine, licet in actu non exprimatur, hr̃ pro expresso l.ꝙ si nolit.§.quia assidua.ff.de ędil.edicto. Et per cõsequens nullo modo valuit talis permutatio: quanto ergo fortius in casu nostro non valuit ex eo: quia talis permutatio fuit informis, & simoniaca,& contra omnem iuris dispositionem; & per consequens est nullius effectus. ¶ Prçterea facit, si quispiam quęreret, quid de beneficijs, in quibus habet locum optio, seu potestas optãdi, an in illis possit fieri permutatio,& an optio habeat locum in beneficijs vacantibus per permutationem. Et videtur ꝙ in beneficijs
19 † resignatis ex causa permutationis habeat locum optio, propter vacationẽ mediam, quæ interuenit, antequam conferatur ex causa permutationis. statutum enim & consuetudo debet seruari, nec videtur esse intentio Papæ illa tollere.c.j.de consti.lib.6. Et sic eadem ratione videtur dicendum, ꝙ licet in dictis.c. vnico, de re.permu.& cle.j.e.ti.mandet conferri beneficia permutantibus: tñ non vr̃ vellet tollere ꝯsuetudinem optandi, & sic derogare tali consuetudini. Præterea si permutantes sciebant talem consuetudinem optandi vigere in ecclesia, vel scire verisimiliter poterant, videtur, ꝙ sibi debeat imputare, si stante dicta consuetudine opta optandi resignant sua beneficia, licet ex causa permutationis,& hanc partẽ, vt dicta iura.s.c. vnicum.d.cle. vnica. non tollant consuetudinem optandi, tenuit disputando dñs Guido eps Concordiensis, q fuit nepos Archidiaconi, de iuris rigore, licet de ęquitate esset durum; tñ cum non reperiatur hoc casu ęquitas scripta in iure standum erit rigori. Et per ꝯñs rigor scriptus præfertur æquitati.l.placuit.C.de iudi.facit pro hac parte: quia non videtur eadem ratio æquitatis in isto casu, quę est in d.c.j.quia licet optantes admitterẽtur, permutãtes non ex toto excluderentur a beneficijs, quę remanerent loco optatorum, quæ illorum loco succederent. facit, quod habetur in c.ecclesia, vt li.pen. l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis caus. Facit etiam pro ista parte: quia vbi fit optio, non interuenit collatio, sed optans intelligitur habere ex antiquo titulo: vt voluit Io. An.in c.fi.de consue.li.6.& sic non vr̃ habere locum dispositio.d.cle. vnicæ, de re.permut. quæ vitiant collationes alijs factas cum permutantibus, & sic verba illius text. non adaptantur ad istum casum, & per ꝯñs nec adaptatur eius dispositio.l.j.§. loquitur. ff. de magi. conue.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accu.& licet Fede. de Senis, in tractatu permutationis, quæst. 28.teneat contrarium,& eum sequatur Paulus in d.clem.vnica, videlicet,ꝙ non habeat locum optatio: tamen Lapus in additionibus
20 super dicta quæstione dicit, ꝙ † aut constat, consuetudinẽ optandi extẽdi ad beneficia resignata ex causa permutationis, aut ꝯstat non extendi. Aut sumus in casu dubij. Primo casu si agens non consentit, habens potestatẽ optandi tali permutationi fiendæ poterit optare. nam fit sibi præiudicium quò ad potestatem optandi, si simpliciter consensisset permutationi fiẽdæ secus si protestatus fuisset saluo iure suo: quia tũc ratione talis protestationis remaneret sibi saluum ius optandi.c. cum M.de constit.c.cumana, de ele.cum si. Secundo casu, quando constat non extendi, tunc non habet locum optatio. Tertio casu, quando sumus in dubio, tunc dicit,ꝙ habet locum optatio per supradicta, sed etiam dicit finaliter posse sic distingui, ꝙ si permutatio fiat pp vtilitatẽ permutantium: tunc vendicet sibi locum optatio. Si verò talis ꝑmutatio fiat propter vtilitatem ecclesiarum, tunc non habeat locũ optatio. ratio diuersitatis est: quia præcedens permutatio est ambitiosa, & sic restringenda,& non amplianda, arg. c.quanuis, de prę ben.lib.6. Et est opinio rationabilis, per quam reducuntur ad concordiam opiniones, vt opinio Fede.& Pauli habeat locum eo casu, quo permutatio fit propter vtilitatem ecclesiæ; opinio verò ꝯtraria habeat locum, quãdo permutatio fit propter vtilitatem ipsorum permutantium. Modo ita est in casu nostro ex eo: quia talis ꝑmutatio emanauit inter dictos canonicos propter vtilitatem ipsorum permutãtium, & per consequens non prçiudicauit potestati optandi. Et procedunt ista eo casu, quo talis permutatio emanasset sm iuris dispositionem: puta quia primo resignassent prçbendas in manibus episcopi, seu capituli,& petijssent permutationem fieri, nec interuenisset pactio, aut promissio simoniaca,& non fuisset facta in fraudem optare volẽtis,& eps interposuisset suam auctoritatẽ: quia licet omnia ista concurrant, nihilominus nõ propter hoc fuisset sublata potestas optandi: cum talis permutatio emanauerit propter vtilitatem ipsorum permutantium. Et hanc concordantiam Lapi vt rationabilem sequitur Io.de Imo. in commmento.d.cap.fin.de re.permut.in q. 10.ibi, secũdò quæritur, quid in beneficijs, in quibus habet locum optatio: quia cum dictus do. Io. qui optauit, non cõsenserit tali permutationi, sequitur, ꝙ habet locum optatio, & ita voluit etiam Lapus in d.c.fin. de consue, lib.6. Facit etiam, quod voluit Hos. quem

refert Paulus in d.cle.vnica, ꝙ quando permutatio fit intuitu personarum, non potest fieri sine consensu omniu, ad quos spectat electio, vel permutatio: si vero fit intuitu ecclesię, sufficit consensus maioris partis, ꝙ etiam tenet Ioan. An. in d.c.vnico. sequitur domi. Cardina. in d.cle.vnica. Cum ergo in casu nostro ad capitulum ecclesiæ Fauētinę spectet electio, non potuit ille D. Battho. permutare irrequisitis omnibus de capitulo: cum talis permutatio emanauerit propter vtilitatem personarum. Præterea etiam accedat ad hoc, quod dixit D. Car. in c.quæsitum, de re.permu.q.11. vbi quęrit, an habens beneficium pingue possit permutare cum habente tenue: & conclu dit ꝙ sic, est tamen aliqua præsumptio fraudis, cum non præsumatur qs velle profundere, & iactare suū. c.super hoc, de renun. dicit tamen, ꝙ sola inæqualitas nō sufficit ad probationem fraudis, allegat, quod no. Io. An. in c.vnico. eod. titu. lib.6. & quod habetur in c.quia verisimile, de præsump. & in c.cum venerabilis, de excepti. Subdit tamen dominus Cardi. si tamen in ecclesia esset expectans, videretur ex sola inæqualitate probari fraus, allegat. d.c.2. de renuntiatione. lib.6. Modo in proposito nostro sciebant permutantes in ecclesia vigore consuetudinem optandi, & fuit permutata pinguis prębenda cum prębenda tenui, & sic erat antiquior canonicus optare volens sequitur; ꝙ ex hoc solo præsumitur, ꝙ in fraudem fuerit facta talis permutatio de præbenda pinguiori cum eo, qui erat graui infirmitate oppressus, & etiam qui erat nimium senex, & per consequens cito moriturus, vt dixit gl. in d.c.2. & probatur in textu eleganti. l.is qui. in versic. interest enim, nonnunquam a sene potius manumitti, quam a iuuene. ff. de fidei. libert. & esset maxima iniquitas, ꝙ talis permutatio fraudulenta excluderet istum D. Ioannem optantem, qui est antiquior, & diu seruiuit ecclesię. Ideo est ęquum, vt pinguiorem habeat prębēdam: vt voluit glo. in d.c.fi. de consue. Et ex prædictis multifariè, multisque modis apparet, ꝙ huiusmodi permutatio fuit, & est nullius mométi & effectus, & ita concludo.

EPITOME.

¶ Filio ante patrem mortuo nepotibus competit ius rumpendi, & querelandi testamentum aui; ac etiam petēdi supplementum legitimæ, in quam non tenetur imputare dotem maternam.

SVMMARIVM.

Nepoti præterito, aut exhæredato non datur ius rumpendi, aut querelandi testamentum aui, si filius teneat primum gradum post mortem patris. nu. 1.

Successio quis. nu. 5.

Filius, aut nepos nunquam excluditur a legitima, nisi lex, vel pactum nominatim excludat. nu. 6.

Vsumfructum rei donatæ, qui sibi reseruat, videtur ipsam rem tradere. nu. 10.

Dos materna Bar. nepotibus imputatur in legitimam, cæteris nō imputatur. nu. 11. & nu. seq.

CONSILIVM LXI.

CApio primam dubitationem, videlicet, vtrum nepotes ex filia præmortua possint petere legitimam in bonis aui: stantibus statutis, & prohibitione ipsius aui facta in testamento auito. Et præmitto pro euidētia, ꝙ filio instituto in legitima, nepoti præterito, vel exhæredato non datur ius rumpendi, aut querelandi, aut petendi supplemētum. ff. de iniusto testamento. l.posthumorum. & l.si quis filio exhæredato. ff. de lib. & posthu. l.si quis posthumus. §. qui filium. l.Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. cum ibi no. per Bar. institu. de exhære. lib. posthumorum.

1 ꝙ † procedit filio tenente primum gradum viuente post mortem patris: quoniam tunc nepos ſm gradum tenens non habet ius querelandi, rumpendi, aut petendi supplementū: secus si filius primum gradum tenens viuente auo decederet: quoniam tunc nepos præteritus, aut exhęredatus testamētum rumpit, & querelat: vt d. §. posthumorum, & in iuribus præallegatis, & per ꝯñs petit supplementum: quia succedit ius petēdi supplementum in locum querelę: vt in l.si quis filium. C. de inoff. testa. Cum ergo in casu nr̄o ista filia decesserit viuente patre, & superstitibus filijs suis nepotibus dicti eorū aui, ingressi sunt locum matris dicti nepotes, & per ꝯsequens eis competit ex dispositione iuris communis ius petēdi supplementum. ¶ Modo si quispiam opponat hoc modo: mater istorum nepotū est exclusa a successione patris ex dispositione statuti Regini, ergo eodē modo excluditur nepos ex filia, seu excludūtur nepotes ex filia. ex decidit Bald. in terminis in l.venia. C. de in ius vocā. vbi dicit, ꝙ si statutum excludit fęminam, & inuitat masculum, ꝙ eodem modo excludit nepotem ex filia fœmina: quia repræsentat personā, quæ excludebatur: quia non debet plus concedi nepoti quam filiæ: nec ratio statuti hoc patitur. l.si viua matre. C. de bo. ma. & ita dicit debere intelligi, quod voluit Ricar. & Cy. in l.1. C. quæ sit longa consue. & ita refert Bal. ibi se ita consuluisse, & idem voluit idem Bal. in l.quod vero. ff. de legi. vbi alleg. Cy. Ricar. Bar. nec tale statutū dicitur extendi, cum includat agnatos dispositiuè, & idem voluit Raphael in d.l.venia. & sic radix est infecta: vt in c.j. §. cum vero Coradus. in titu. qui feu. dare pos. facit, quod no. idem Bal. in l. maximum vitiū. C. de lib. præte. & in l.si quis filium. C. de inoffic. testa. & in l.in quibus, & in auth. sed & si quis. C. de secund. nup. & in l.Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posthum. & in consilio suo incipiente, antiquum statutum ciuitatis Perusinæ, & in l.si vero. §. de viro. ff. sol. mat. & ibi Io. de Imo. Bar. in l.liberorū. ff. de verb. sig. & in l.2. §. videndum. ff. ad Ter. Cy. in l. publico. C. de adulte. ergo sequitur, ꝙ sicut filia non potuisset, si viueret, petere supplementum legitimę, eodem modo non potuerūt petere supplementum legitimæ isti nepotes. Sed ad hoc respondeo negando assumptum, ꝙ istud statutū Reginum excludat istam filiam, & per consequens nepotes intrantes locum matris: ergo. Et ideo accuratè erit videndum, an istud statutum excludat nepotes stante pūcto supradicto. Videamus ergo statutum cuius verba ista sunt, cuicunque personæ ab hinc in antea decedenti sine testō, vel ab intestato, sine descendentibus ex legitimo matrimonio, vel ascendentibus ex linea paterna, succedere debeant eidem sic decedenti agnati masculi. Modo nos sumus in casu huius statuti ex duobus. Primo: quia iste dñs Iacobus non decessit sine descendētibus: quinimo decessit cum nepotibus ex filia. l.fi. C. de suis & legiti. & in auth. de hær. ab intesta. & voluit Iac. de Bel. in auth. de testi. fidei. §. nos autem, vbi refert testamētum Francisci Accursij disponentis bona ire in descendentes suos; & sic istud statutum disponit de persona decedēte sine descendentibus: ergo si cum descendentibus, non vendicat

2 sibi locum dictum statutum, argumento a ꝯrio sensu, quod validum in iure: vt l.1. §. huius rei argu. ff. de officio eius. cum si. etiam in statutis; & ideo dixit Cy. in addi. & ibi Bal. in l.si cum dotem. in prin. ff. so. ma. statuto cauetur, ꝙ non extantibus masculis succedat fęmina, ꝙ valet arg. à ꝯrio sensu, ꝙ extantibus masculis fœmina excludatur. Est ita in proposito, ꝙ eo casu, quo descendentes extant, non succedunt agnati

agnati defunctę facit, quod voluit Bar. de arg. a ɔ̄rio sensu in statutis. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & Bald. & Iac. But. in l. apud antiquos. C. de furtis. scribentes in c. publicato. de ele. Dominicus. in cap. humanum genus. j. distin. Saly. in l. 2. C. de noxa. Bal. & moderni in d. l. si cum dotē. & facit glo. in l. si procuratorē. §. si ignorantes. ff. māda. in verb. intelligere, q̄ dicit a ɔ̄rio sensu rescripti. Est ergo cōclusio, ꝙ stātibus descendentibus defunctæ personæ ab intestato, vel sine testamento, excluduntur agnati: & multo fortius hoc suadet ratio inconuicibilis, videlicet istud statutū exorbitat a iure cōi, & per argu. a contrario sensu reducitur ad terminos iuris cōmunis: ergo est capiendus talis sensus. iō dixit gl. singularis in auth. ex testō. C. de col. ꝙ per sensum impropriū debemus excludere legū correctionē. facit tex. in c. cūm q̄. de rescriptis. & in c. cum dilectus. de consue. & in l. 2. C. de noxa. Ergo seqtur, ꝙ descendentes defunctæ personæ excludunt agnatos, & per ɔ̄ns in casu nostro, cū isti nepotes sint descendentes istius domini Iacobi aui eorum, si dominus Iacobus ab intestato decessisset, successissent sibi dicti nepotes exclusis agnatis. Et multo fortius si superuixisset mater istorum, filia ipsius domini Iacobi successisset dicto D. Iacobo exclusis agnatis, & sic nōn est verum dicere, ꝙ istud statutum excludebat filiam, & per consequens filios filię. Quinimo plus vr̄ dicendū: qa eo ipso, ꝙ statutum exprimit carentiam descendentiū, videtur considerare fauorē ipsorū, per ɔ̄sequēs ipsis stātibus totū videtur velle applicare ipsis descendētibus, ita dixit Bart. in l. 2. §. vidēdū. ff. ad Tert. voluit Bal. & ibi est tex. melior de iure in l. si defunctus. C. de suis & legi. Et idē Bal. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. & in l. j. C. de secun. nupt. & in l. qđ verò. ff. de legi. & in l. si verò. §. de viro. ff. so. ma. & in cōsilio incipiente, Martinus Ioānis de Florentia. & Ioā. And. in add. Spe. in rubrica, de success. ab intestato dominus Pe. de Ancha. in consilio 71. facit tex. in c. nos quidem. & c. si hæredes. de testa. ergo sequitur, ꝙ nec est exclusa filia, nec filij filiæ ex dispositione huius statuti: imo sunt inclusi, & vocati. Itē hoc ostēdo etiam ex alio: posito, non tñ cōcessio, ꝙ istud statutū excluderet filiā & filios filiæ, ꝙ tñ non est verū, vt superius est ostensum: nihilominus vr̄ eos excludere, quādo ab intestato, seu sine testō decederet qs quando cū testō decederet, statutū istud non dispōnit: ideo remanemus in dispositione iuris communis: vt l. si extraneus. ff. de cōdi. ob cau. l. commodissimè. ff. de lib. & post. cū si. Et ideo iste casus, cū decedit cū testō, habebit pro omisso. l. si seruus. ver. nō di-
3 xit prætor. ff. de acqui. hære. euitanda † est enim legum correctio, vt l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. C. de app. vide tex. valde elegantē in l. gnaliter. in prin. C. de insti. q disponit, ꝙ si aliquis est rogatus restituere hæreditatē, si decesserit intestatus, ꝙ facit deficere fideicōmissum testando: qa semp inter se pugna est testati & Intestati. l. ius nostrū. ff. de reg. iur. Cū ergo istud statutū disponat ab intestato, vel sine testamēto, sequitur, ꝙ cum decessit cū testō, sumus extra dispositionem ipsius statuti, & hoc decidit formaliter Sal. in auth. nouissima. in vltima qōne. C. de
4 inoffi. testa. vbi dicit, statutū disponit † ꝙ filia nō succedat cum masculis, vel ꝙ mater nō succedat stantibus certis agnatis, an filia possit petere legitimā. & concludit ꝙ sic, & allegat text. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. & in corpore vnde sumitur, & authen. hoc amplius. C. de fideicom. & tex. in authen. de hære. & fal. §. si quis autem non implens. allegat etiam. l. quisquis. C. ad l. iul. maie. vbi filia exclusa a successione non excluditur a petitione legitimæ. simile dicimus in l. si arrogator. ff. de adoptio. vbi licet arrogatus non admittatur ad hæreditatem arrogatoris: tamen non repellitur a petitione legitimę. d. l. si arrogator. & l. j. §. si impubere. ff. de colla. bo. & idem dicit ibi Salyce. si statutum excludit filiam a successione patris decedentis ab intestato, si fuerit instituta in minus legitima portione, poterit petere supplementum legitimæ. & mouetur: qa statutum non prohibet eam succedere ex testamento: qa causa testati & causa intestati adinuicem cōtrariantur, allegat. d. l. generaliter. iō dicit, ꝙ ex testamento non videtur exclusa, vt sic euitetur correctio iuris communis. Et sic concludit, ꝙ filia poterit petere supplementum legitimæ, si pater in suo testō reliquit filiæ. minus legitima portione. & refert, ꝙ cū ista quæstio fuisset Mantuæ, ita ipse consuluit, & ita secundùm eum etiam cōsuluit in d. q. Bal. legens tunc Papiæ. & ita etiam secundùm eum consuluit D. Io. de Ricijs de Florentia. & idem voluit Ange. in l. Gallus. §. & quid si tātum. ff. de lib. & posth. vbi dixit, ꝙ stante præfato statuto, mater vel filia poterit dicere testamentum nullū, si sunt p̄teritæ. & mouēt: qa tale statutum loquitur, qñ defuncta persona decessit ab intestato: secus si ex testō. & idē voluit Bal. in d. §. & quid si tantùm. & illud cōsilium Bal. quod refert Saly. incipit sic, statuto ciuitatis Mantuæ sub rubrica de suc. ab inte. sic cauere. Et sic Saly. ex duobus concludit, istos nepotes non exclusos a supplemento legitimæ. Primo qa licet statutum eos excluderet a successione, non tamen eos excluderet a legitima, & a supplemēto legitimæ. Itē qa eos non excludit ex testō: & licet istud vltimum multi impugnēt, & doctores sint contrarij inter se in hoc, an statutū excludens ab intestato videat̄ excludere ex testamento: tñ in illo sunt oēs ɔcordes vno ore, videlicet, ꝙ non sit exclusa a legitima, vel a legitimę supplemēto, & demōstro istud ex dispositione ipsius statuti. dicit. n. ꝙ ei succedere debeant agnati masculi. vñ pōdero ego istud verbū, succedere: nam succes-
5 sor † dicitur ille, qui iuris est successor. & hoc ex propria significatione vocabuli: vt l. q̄dam. §. his aūt. ff. de eden. sed ille, qui succedit in sola legitima, nō dr̄ propriè iuris successor, cū non succedat in ære alieno, vt l. Papinianus. §. quarta, ff. de inoff. testō. quapp istud statutum eo casu, quo excluderet istos nepotes, excluderet eos a successione, quę p̄priè vniuersum ius significato: non tamen eos excludit a legitima, vel eius supplemento. Quanto fortius in casu nostro non sunt exclusi a legitima, vel eius supplemento dicti nepotes: cū dictū statutū eos includat, cū dixit, si sine descendentibus: ergo apparet ex verbis ipsius statuti, ꝙ ēt ab intestato non sunt exclusi a legitima, vel a supplemento legitimæ. Et etiā hoc demonstro alia rōne inconuincibili: videlicet filius
6 † aut nepos nunquā a legitima excludit, nisi lex, vel pactū nominatim excludat: vt est text. melior de iure in l. si qñ. §. & gnaliter. C. de inoffi. te. & ibi Bal. & Sal. & p Gul. de Cu. in l. de his. ff. de trās. nā excludere & legitima est quoddā exhæredare, vt l. q nolebat. ff. de hære. inst. & quis nunq̄ exhæredatur, nisi nominatim exhæredet: vt l. j. cū si. ff. de li. & post. ergo seqtur, ꝙ posito, non tñ concesso, ꝙ ista filia, vel nati ex ea essent exclusi a successione patris: nō tamē essent exclusi a petitione legitimæ, vel eius supplemento, & ideo illa verba, succedere debeant, verificātur in successione vniuersali: ergo multo minus qñ defuncta persona fecit testamentum: quia tūc sumus extra casum statuti, & per consequens tale statutum
7 nullo modo obstat, & etiam facit: qa generalia † verba huius statuti non adaptantur ad ea, q̄ non sunt verisimilia, & impossibilia ipsis statuētibus: vt dixit Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de conditionibus insti.

instit.& Bal.in l.fi.in cōputatione.C.de iure delibe. text.in c.tua nuper. de reci.sed statutū municipij nō potest tollere legitimā debitam filijs, vt voluit Dy. in c.indultū. de re.iur.lib.6.Cyn.in l.sancimus.C.de nup.Sal.in d.auth.nouissima.Bar.in l.Titio centum §.Titio.ff.de cond.& demon.Bal.& tex.in l.hac edictali.in ver.nullo modo.C.de secun.nup. Idem Bal. in l.j.§.ius naturale.ff.de iusti. & iure. & in authen. nunc autem.C.de epi.cle.D.Anto. in c. Raynutius. de testa. ergo non est præsumendum, ꝙ sub verbis generalibus statuentes voluerint illud in specie facere non potuissent, vt voluit Io. Monachus, in c.vt animarum.de consti.libr.6.& D.Anto. in c.ecclesia Sanctæ Mariæ.de consti.Et sic apparet conclusio verissima, istos nepotes non esse priuatos a iure petendi legitimam aut supplementum legitimæ in bonis aui, ex dispositione huius statuti.¶ Nec ob.si quis dicat, ꝙ licet ex isto statuto non sint priuati legitima: nihilominus bene sunt priuati legitima ex dispositione alterius statuti incipiente, placet decætero, ꝙ si al.qua mulier dotata fuerit legitimè à parente de bonis paternis, ad ipsa bona non possit amplius habere regressum ex eo: qa istud statutum loquitur eo casu, quo extant filij, aut nepotes masculi ex filijs masculi descendentibus. & ita restringit statutum præfatum suam dispositionem. Modò in casu nostro non extant filij masculi ex dicto domino Iacobo, nec etiam extant nepotes masculi ex filijs masculis ipsius domini Iacobi, & per cōsequens cum dumtaxat extant filij masculi, & fœminæ ipsius domini Iacobi, sumus in casu non prouiso a statuto. Et sic apparet, ꝙ in fauorem filiorum, aut nepotum masculorum descendentium ex filijs masculis ipsius defunctæ personæ, statutum voluit, ꝙ filia dotata legitimè non habeat regressum ad bona paterna: sed iste fauor cessat in casu nr̄o: ergo remanebimus in dispositione iuris cōmunis.l. si cū dote.in prin.ff.so.
8 ma.ergo sicut filia † ipsius dn̄i Iacobi admitteret̄ ad petendā legitimā, aut supplementū legitimæ in bonis ipsius sui patris: eodē mō admittent̄ nepotes ex dicta filia in bonis suis aui ex dispositione iuris cōis: vt apparet in iuribus superius expressis in primo eui dētiali. Et p̄ ista satisfactū est primæ dubitationi: qa dicti nepotes possunt petere legitimæ supplementū in bonis aui non obstantibus statutis p̄fatis.¶ Capio nūc secundam dubitationem, videlicet dato ꝙ
9 habeant ius † petendi legitimam, an teneātur in ipsa sibi computare dotem maternam datā olim Gratiæ matri suæ. Et circa hoc ante omnia præmitto verba stipulationis ipsius dotis, in q̄bus dr̄, & promiserunt prædicti dicto domino Iacobo præsenti, & dominæ Gratiæ licet absenti, & notario stipulanti ꝓ ipsa, dictam dotem bene & fideliter saluare, tenere, & custodire, & ipsam dotē ipsi dn̄æ Gratiæ, aut eius hæredibus, aut cui, vel q̄bus ius, & casus dederit, dare & consignare in omnē casum dotis restituēdæ, ex quibus verbis apparet, ꝙ D.Iacobus nō fuit stipulatus dotem restitui sibi, aut filiæ, & quo casu videretur stipulatus ordine successiuo: vt no.Bar.in l.vxorem.§.testō.ff.de leg.3.& in l. post dotem.in 3. lectura.ff.solu.mat.Sed simpliciter stipulatus est restitui dictæ suæ filiæ, aut eius hæredibus, aut cui ius, & casus dederit, & sic nulla fuit facta mentio de restitutione fienda auo. Quinimo plus dico, ꝙ illa verba, cui ius dederit, importāt opinionē Martini, quā consuetudo seruat, vt remaneat apud nepotes. vnde Bal.in l.2.C.de bo.quæ lib.dixit, ꝙ si verba stipulationis expresse sunt concepta hoc modo, quā dotē promisit restituere in oēm casum, & euentū restituendæ dotis, ꝙ ista indefinita locutio, nō derogat speciali ɔsuetudini fauore liberorū introducto, ar.l. ꝙ si noli.§.quia assidua.ff.de ędil.edicto.Idem dicit si instrumentum dicat, in omnem casum dotis restituendæ s̄m formam statuti: nam cōsuetudo idē est, ꝙ statutum. plus dicit ibi Bal.ꝙ idem est, si verba dicant in omnem casum restituendę dotis s̄m ius cōmune hac ratione. nam dicta consuetudo interpretatur dubium, qđ est de iure cōmuni propter opinionem tantorum virorum: & illud, qđ interpretatur, & interpretatum est, vnum & idem, in authent. de filijs ante dota.instru.na.qđ dictum Bald.ibi dicit esse nouum. Et etiam facit, qđ voluit idem Bal.in cōmento.l.j.C.de confessis, vbi dicit, ꝙ si in libello qs dicat, peto Titium condemnare s̄m ius commune, & tamen non poterat condemnari, nisi secundum ius municipale, ꝙ nihilominus intelligitur secundū ius municipale. Cum ergo in casu nostro dicatur in dicto instrumento, cui ius dederit, intelligitur de iure consuetudinario, & per consequens videtur auus stipulatus restitui dotem filię, aut nepotibus ex filia & non restitui sibi auo. Et etiam est accurate considerandum: quia apparet ex facit cōtingentia, ꝙ illa domina Gratia dotem prędictam donauit cā mortis dictis suis filijs nepotibus ipsius domini Iacobi ipso domino Iacobo patre ipsius dominę Gratię præsente, & consentiente dictę donationi causa mortis, & reseruante sibi vsumfructum, quo casu vbicunq;
† quis rei donatę reseruat sibi vsumfructum, vr̄ ipsam rem tradere: vt est casus singularis secundum omnes in l.quisquis.C.de dona.& facit similis tex.in l.si quis argentum.§.& si quidem. C. de donatio.& per d.l.quisquis.dixit glo.multum singularis in l.j.§. fi.ff.de rebus eo. ꝙ eo ipso, ꝙ in pignus accepi rem meam, videor rem illam tradere, allegat in arg.d.l. quisquis.de qua glo.facit ibi festum Nicola.de Neapol.Mō si qđ ius habuisset in dicta dote ille dominus Iacobus, videtur illud a se abdicasse propter illā reseruationem vsusfructus, qui vsusfructus morte ipsius domini Iacobi finitus est. Mō istis pręsuppositis est videndum, si ista dos computetur nepotibus
11 † in legitimam, quę eis debetur in bonis aui. Et quidem Bar.in facto consuluit, ꝙ veniat imputanda, & idem ipse voluit in sua lectura in l.in quartam.ff.ad l.falci.Bal.vt refert Pau.de Castro, dicit se viua voce audiuisse ab ipso Bal.in scholis legente, ꝙ semper in hoc passu tenebat contra Bar.Et plus referebat Bal. in cathedra se habuisse istam quęstionem cum Bar. & obtinuisse contra Bar.& ita refert D.Pau. in quodam suo consilio incipente, circa primum quęsitū, dicendū est.& est in ordine.249.& ita firma Bal.in l. illam.C.de colla. fundamentum Bal.super hoc passu est, ꝙ nepotes sunt domini dictæ dotis ex successione materna dudum, antequam auus moreretur: vnde possunt fieri domini ex alia causa, nec sibi possunt mutare causam dominij, dominus Paulus in dicto consilio dicit, ꝙ opinio Bal.sibi placet, ꝙ non cōputent sibi in legitimam: sed fundamentum Bal.sibi non placet.nam istud fundamentū suum procederet eo casu, quo dos fuisset donata filiæ: vel ex eo, quod filia fuisset stipulata ex voluntate patris, vel pater ipsi filię restitui fuisset stipulatus, vel sibi fuisset stipulatus restitui in vnum casum dumtaxat nō existentiam liberorum; tūc ipsa filia habere in dote hæredem, & tunc non imputaret sibi in legitimam dictam dotem. Modo ita est in casu nostro formaliter ex eo: quia pater istam dotem donauit filiæ: quia eo ipso, qnod vsumfructum in dote sibi reseruauit, illā vr̄ tradidisse filiæ, & filia donauit causa mortis suis filijs: vnde mortua ipsa filia trāslatum est dominiū ipsius dotis ipso iure absque alia traditione in ipsos filios: qa sicut in relegata trāsit dominium ipso iure in legatariū a morte testantis, vt l.a. Titio.

Titio.ff.de verbo.ob.eodem modo transit ipso iure in donatarium causa mortis dominiũ rei donatæ ipso donatario mortuo. iste est casus singularis & vnicus in l.2.ff.de public.ſm Ang.ibi. Ecce nunc qualiter ipso auo viuo dicti nepotes sũt effecti dñi ipsius dotis, mortua eorũ mr̃e: ergo non pñt amplius fieri dñi, nec mutare causam dominij. Et per consequẽs frustra dubitatur, vtrum ista dos sit imputanda in legitimam. & istud solùm apponit gladium ad radicem huius consultationis, & sufficit ad victoriã huius causæ, & ideo non est insistendum circa opiniones docentium circa hunc passum, præterea ex alio fundō ista dubitatio est sopita: nã in dicto instr̃o dicitur, ꝙ promisit dotem restitui ipsi filiæ, quo casu clarũ est, ꝙ dos non cõputatur nepotibus in legitimam ante instrumento ita concepto ita firmat ipsemet Bart.in l. post dotẽ. in quarta q̃one.ff.sol.ma. vñ tunc non habent eam ab auo, sed habent ab ipsorum matre, nõ de pr̃imonio aui, sed de patrimonio matris, cui fuit acquisitũ iure donationis: vñ nõ debet fieri imputatio.l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.testamento.& in hoc ɔcordant Bar. & Bal.ita formaliter dicit Paulus de Castro in præalleg..cõsilio.Ita est modò in casu nostro: quia in dicto instrumento dicit, ꝙ promisit restituere ipsi filię. ¶Et si dicatur, ꝙ imo in dicto instrumento dicitur, aut hæredibus ipsius filiæ: Respondeo, ꝙ istud non ob.ex eo: quia intelligitur ordine successiuo: vt superius dixi. ideo illã dotẽ percipiunt a matre, cũ prius decesserit eius maritus, & venerit casus restituendæ dotis: & per consequens fuit quæsita ipsi matri: & etiã qa ad illam venerunt ipsi filij tanquam donatarij: ergo sequitur, ꝙ nullo modo venit talis dos imputanda in legitimã ipsis nepotibus. Si verò pater nõ fuisset stipulatus restitui filiæ, sed sibi, aut filiæ, quibus casibus videretur ordine successiuo stipulatus, vt superius dixi, non potest dici dos filiæ donata, tũc est dubitatio inter scribentes: Bar.enim voluit dotem esse computandam. & fundamentum eius principale est hoc.s.quia dicti nepotes habent principaliter ipsam dotẽ ab ipso auo: nam de iure cõmuni vera est opinio la.Bal.ꝙ dos reuertatur ad auum, non obstãte ꝙ ex filia remanserint nepotes: consuetudo ergò prędicta aufert ab illo, & euellit de suo patrimonio, & tribuit nepotibus. igitur ipsi nepotes habent immediate ab ipso auo, & eius patrimonio mediante dispositione ɔsuetudinis, quę ęquipollet dispositioni ipsius aui, ar.l.si ob cãm, de euic. cõiuncta.d.l. scimus.§.repletionẽ.C.de inoffi.testa. Certè parcat reuerentia tãti doctoris fundamentũ istud est minus perfectum: nam fateor, ꝙ habẽt ex auo, & ex patrimonio aui immediate, vt ipse dicit: sed hoc nõ sufficit: imo requiritur aliud.s.ꝙ non habuerit perfectè in eius morte: aliàs verò id, qđ ꝑfectè filius cõsequitur a patre in vita patris, ita ꝙ alia mors patris non sit necessaria, non computatur in legitimã, nisi sit expressè dictum. hoc patet in donatione, quã pater facit filio emancipato, vel existenti in potestate ꝑꝑ bene merita, qbus casibus statim valet: nõ enim imputatur in legitimam, nisi dictum sit.l. si quãdo. C.de inoffi.testa.& hoc etiam idem Bart. tenet in d. l.in quartã.& sic refert Accursiũ fecisse. & est rõ: qa tũc statim exit, & euellit de patrimonio patris ꝑfectè, ita ꝙ tp̃e mortis in eo non reperitur: cõstat aũt, ꝙ legitima in tertia parte reperitur tempore mortis. l.cum quæritur.C.de inoffic.testa. & no. in l.j.C.de inoffi.dona.ergo illud, qđ non reperitur in patrimonio tempore mortis: sed euulsum per donationem validam, nõ computatur in legitimam: secus est in

12 dote, & donatione propter nuptias: nam † donationes illæ ẽt si dicantur patrimonium filiorũ, non tamen penitus exiuerunt de patrimonio patris propter cõmunionẽ, quã pater habet in eis, & spe quã recuperãdi a filia mortua. meritò mortuo patre viuente filia debet ipsa filia in legitimã cõputare: qa reperit eam adhuc in patrimonio patris, & idem in nepote ex filia de iure cõmuni, si non esset consuetudo, quæ disponit apud nepotes remanere. & iste est casus.l.quoniã nouella.C.de inoffi.testa.q̃ inquãtum de nepotibus loquitur, intelligitur attenta dispositione iuris communis, ſm quam dos mortua filia statim debuit, restitui patri, & sic eo postea moriente reperitur in eius patrimonio. & ita procedũt omnes rationes Bart. sed præsupposita consuetudine, quæ statim mortua filia tribuit dotem prædictã nepotibus perfectè, dictum suũ & determinatio nõ procedit, qa statim & dudum ante mortem aui effecti erant dicti nepotes dñi dictæ dotis perfectè, nõ ex successione matris, vt dicit Bal.quia ipsa dos nunquam perfectè fuit matris, ex quo non erat donata, ideo in ea non habuit hæredẽ, sed ex consuetudine prædicta. & idcirco non debet in legitimam dictis nepotibus imputari quoad successionem aui, cum in eius patrimonio tẽpore mortis non fuit reperta, sicut non computaretur donatio eis facta, nisi fuisset dictum. Et ista opinio videtur ipsa veritas, quicquid dixit Bart. & ita dicit Paulus in dicto consilio, vbi ɔcludit, ꝙ siue pater prædictus stipulatus fuerit dotẽ restitui filiæ, non imputatur ipsis nepotibus in legitimam etiam ſm opin. Bar. siue non fuerit eam stipulatus illi filiæ restitui, adhuc non computabitur in legitimam, per rationes superius tactas, quicquid dixerit Bart. sustinendo in hoc opinionem doctoris sui Bal. qui semꝑ, & vbiq; contrarius fuit Bar. in hoc passu. & ita consuluit D.Paul. in dicto consilio. Præterea idem firmauit solennis doctor dominus Pe.de Anch. in consilijs suis, consilio 47. incip. visis diligenter verbis testamenti. vbi primò arguit pro opinione Bart. posita in d.l.in quartam.ꝙ videtur illa opinio habere æquitatem, vt † nepotes non 13
habeant maiorem legitimam in bonis aui, quam fuisset habitura mater ipsorum, cuius loco subrogantur.l.si eũ.§.qui iniuriarum.ff. si quis cau.c.maiores. de baptis. Sed nulli dubiũ est, ꝙ mater ipsorũ sibi imputasset in legitimam dotem a patre profectã.l.quoniã nouella.C.de inoffic. testa. ergo & præmittit, ꝙ filij vel nepotes etiam cum veniunt ex testamento, debent habere legitimã puram, idest sine aliquo onere. Item præmittit, ꝙ imputatio in legitimã debet fieri de bonis, q̃ quis ɔsequitur ex substantia eius, de cuius bonis venit legitima detrahenda. l. illam. cum sim. C. de colla. Sed in casu isto nepotes non recipiunt istam dotem ex bonis aui, sed tanquam hæredes matris, prout expressè dicitur in isto instrumento dotali. Et multofortius, quia ex causa donationis non debet nepotibus imputari, vt legitima eis relata in bonis aui. Nec ob. secundum D. Petr. ibi, si dicatur, ista dos est profecto de bonis aui, quã dedit filiæ, ergo nepotes debent sibi in legitimã imputare, sicut ipsa filia si viueret, cuius loco subrogantur. Quia respondet, aliud in filia, & aliud in nepotibus isto casu, nam si filia peteret legitimam in bonis patris, verè & immediate posset dici dicta dos a patre profecta. Et per consequens deberet in legitimam imputare, vt dict.l. quoniam nouella, sed nepotes ad dictam dotem veniunt, vt hæredes matris vigore stipulationis, ergo venientes ad legitimam in bonis aui nepotes prædicti non debent sibi imputare, quod capiunt ex persona tertij non de bonis aui, quia nulla lege cauetur, quòd sufficit, quòd non fiat imputatio, sicut nec vt non fiat collatio.l.illam.C. de collat. Non obsta. quòd dicta

dos

dos traxerit causam & originē ab auo, vt sic principium habeamus inspicere quoad istam imputationē.l.si id qđ.ff.de dona.l.tutor.ff.de fideiu.l.fin. ff.de mor.infer.nā postquā dicta dos patrimoniū eius exiuit,nō debet, ꝙ semel fuerit in eius bonis, considerari:sed persona, in cuius patrimonio hodie reperitur:vt in c.j.de iure patro.libr.6.l.Paulus.aliàs l. per procuratorem.ff.de acquir.hære.& in ver. quia castrensia esse mutatione personæ desierunt. & dicit hoc cōfirmare tenorē stipulationis, cū pater fuerit stipulatus reddi filię,& suis hæredibus.si.n.hæres filiæ fuisset extraneus,& institutus similiter pro parte a patre ipsis filiæ, non deberet de dicta dote sibi q̃sita filia mediāte imputatione legis Falcidiæ vel Trebellianicę detrahendarum de bonis testatoris haberi consideratio,ar.l.sequens quæstio.ff.de le.2.Multo ergo minus debet haberi consideratio dictæ dotis in imputatione legitimæ quoad dictos nepotes, argu.l.fi.C.cōmunia vtriusq; iud.in ratione sui.Nō ob.opinio Bart. in d.l.in quartā. quia potest habere locum, quando dos a patre profecta ad eum reuertitur moriente filia etiam cum liberis, iuxta veram opin. de qua in l.dos a patre profecta.C.solu.matri. tunc enim non dicitur dos extra bona patris, sed in bonis, ideo imputaretur nepotibus in legitima detrahēda in bonis aui: & in hoc est vera eius opinio, sed in casu illo totaliter dicta dos est ex tenore stipulationis extra bona aui. Nulla ergo occurrit ratio, ꝙ debeat nepotibus imputari in legitimam,& hanc opinionem dicit sequi Bald.post Iac.de Bel.in d.l.illam.& in d.l.quoniam nouella.& concludit ibi dominus Petr.nepotes prædictos non debere in legitimam imputare dotē maternā, & ita residet in dicto consilio. Quanto ergo fortius in casu non imputabunt in legitimā dotes maternas:cum ipso auo existēte viuo dicti nepotes fuerint effecti domini ipsius dotis ex donatione materna, & sic non solùm ex tenore stipulationis,sed etiā ex donatione matris.Prę-

14 terea facit, ꝙ † vbicunque filij consequūtur dotē vt hæredes matris,tunc dos non computatur in legitimam,istud voluit Bar. in d.l.post dotem. & istud ēt voluit Iacob.de Bel.in quodam suo consilio,ex quo dos fuit effecta ipsius matris ex mutatione personæ mutauit patrimonium: vt dicta l.Paulus.de acquir. hære.ideo non censetur amplius de patrimonio patris, & per consequens non debet sibi imputari in legitimam ipsorum nepotum quoad successionem ipsius aui:nam habent ex quodam iure aduentitio. l.si fuerit.ff.de lega.3.Et ideo non debet imputari in legitimam. d.l. scimus.§. repletionem. & hanc opinio.Iacob. de Belui.sequitur Ang.in d.l.in qurtam. & Bal.vt superius dixi,in d.l.quoniam nouella.ergo apparet manifestè, ꝙ non imputatur istis nepotibus dicta dos in legitimam in bonis aui. Præterea facit,quod pulchrè voluit Bald. quē refert & sequtur D.meus Io.de Imola.in d.l.in quartam,vbi refert distinctionem Bald.in d.l.illā distinguentis secundùm æquitatem hoc modo. Aut nepos venit ad successionem aui ex persona matris,puta qa concurrit cū auunculo, vel matertera, quæ aliàs ꝓcedebat eū in gradu:& tunc nepos debet imputare in legitimam, sicut imputaretur matri in legitimam, ex cuius ꝑsona veniunt. Sicut dicit ibi Bald.si venirent ex propria persona:vt qa concurreret cū nepote ex alia filia:cū tunc sint pares in gradu. ideo nō tenenē tunc imputare. & hanc partem tenuit ipse Bal. consulēdo in quodam suo consilio,quam distinctionē dixit Io.de Imo.in d.l.in quartā.esse rationabilem,& per eam reduci opiniones ad concordiam. Et ad rationes,quæ in contrariū adducūtur,dicit ibi Io.de Imola apparere responsionem: vt tangit Bald. in d. l. illam.C.de colla.qa non est bona consequentia:confertur, ergo imputatur in quartam.l. illud.§.j.C. de collat.Nec est bona consequentia, processit ex substantia aui,ergo debet imputari in legitimam: qa licet a principio processerit ex substantia aui, tamen postea transiuit in aliud patrimonium.s.ipsius filię: vt est dictum. Item licet in successione ab intestato conferatur, non sequitur, ꝙ in successione contra testm̄ imputetur in legitimam: quia ista non sunt paria:vt voluit text.in d.l.illud.§.j. & ita residet Ioā. de Imo.ibi,sequendo Bal.concordiam.Cum ergo in casu nostro non concurrant nepotes cū auunculis, vel matertera,ergo sequitur, ꝙ non imputabunt sibi in legitimā. Præterea dos est patrimonium filiæ, vt l.Pōponius.ff.fam.ercis. ergo non est patrimoniū aui,cum impossibile sit, idem patrimonium esse in duobus insolidum: vt l. si vt certo. §. si duobus vehiculum.ff.commoda.cum simi.Si igitur non est in patrimonio aui,nec in substātia aui, ergo nec est in legitimam in bonis aui debitam computanda, per d.l.quoniam. Præterea pro hoc videtur casus in d.l. scimus.§. repletionem. vbi imperator decidit, ꝙ iō vsusfructus consolidatur proprietati. Item & id qđ

15 † peruenit ex iure substitutionis non computatur filio in legitimam:quia proxima & immediata causa, a qua proueniunt,ponderatur, non autem mediata. Ita in proposito ponderari debet proxima & immediata causa acquisitionis ipsius dotis,quæ fuit mors,& donatio causa mortis facta per illā dominā Gratiā filijs suis nepotibus ipsius dn̄i Iacobi aui: nō autem dēt considerari ipse auus, ex cuius bonis ꝓcessit talis dos.Præterea Saly.in d.l.quoniam nouella.istam quæstionem tetigit, & indecisam reliquit, sed in d.l.scimus.§.repletionē. illam determinauit, & distinxit,ꝙ si ex persona mortis veniat, puta cum auunculo ipsam imputare teneatur. Si verò ex propria persona, & sic suo iure, & tunc non teneatur,per tex.d.§.repletionem. in secundo responso.ꝙ autem auunculo non possit venire, nisi ex persona matris,probat tex.in auth.de nup.§.soluto. ver.si verò.Non ob.d.l.quoniam nouella. qa debet intelligi secundùm prædicta. allegat declarata per se in l. illam.C.de colla.& sic Saly. transit cum distinctione Bal.licet de Baldo nullam fecerit mentionē. Subtilis doctor D.Raphael Fulgosius in d.l.illā.dicit, ꝙ si nos consideremus ius cōe, quo iure dos reuertitur ad patrem: vt l. dos a patre.C.sol. ma. nec vadit ad filios:vt gl.fi. illius.l. illā.dicit isto casu ꝓcedere opi. Ia. Bu.& cessabūt hoc casu omnes considerationes Ia.de Bel.& Bar.sed si consideremus consuetudinē, quæ viget, tūc pater dans dotē pro filia intelligitur stipulatus esse dotem secundùm cōsuetudinem: vt notant doctores in l.hac edictali.C. de secūdis nup. videtur ergo dare pater, vt soluto matrimonio dos sit liberorum.Et subdit opinionē Ia.de Bel.& Bal.fore securiorem,q̃ opinio Iaco. Bu.& Bartol. & ibi latè sequitur opinionem Bald.& Iacob.de Bel. & etiā hanc cōcordiā Bal. in d.l.illam. sequutus est D.Florianus in d.l.quoniam nouella.licet de Bal. nullam facit mentionem.Facit etiam, quod voluit Petr.de Anc.in consilijs suis, cōsilio 305.incipien.dominus Barto. plenè tangit illam quæstionem in l.in quartam.in quo consilio D.Petr. refert argumenta Bart. in d.l.in quartam. vbi etiam Bart. refert multos aduocatos consuluisse contra opinionem Iacob. Bu. & Bar.& refert dominus Pet.ibi, quòd cum illis aduocatis concordauit doctor & præceptor suus illustris dominus Baldus,sequens Iaco.de Bel. & refert D.Pe.ibi rationes Bal. Et sic D.Petr.ibi consuluit secundùm opinionem Bald.& etiam idem voluit idē D.Pet. in suo eleganti consilio,quod incipit, in themate

mate proposito est animaduertendum. & est in ordine 348. in vltimo dubio illius consilij. vbi allegat consilium Bart. quod incipit, Guilbertus. & approbat ibi dominus Petrus illam distinctionem Bal. de qua superius fuit dictum. vnde circa conclusionem huius consultationis nulla est discordia, aut discrepantia doctorum: ex eo qa cum in casu nostro interuenerit stipulatio de restituendo dotem huic filiæ, aut hæredibus eius, qui sunt isti nepotes, quo casu indubitanter isti nepotes vendicant sibi istā dotē vt hæredes matris viuo ipso auo, & in hoc concordant Bar. & Bal. vt superius deduxi. Et multo minus est dubitatio in casu nostro ex eo: qa ista mater donauit dotē suis filijs cā mortis: vt superius dixi. Item posito ꝙ pater non fuisset stipulatus dotem restitui filiæ, sed ei, cui ius & euentus rei dederit, adhuc non computatur: vt voluit dominus Pet. in suis consilijs superius allegatis, & etiam dominus Pau. de Castro in præal. consilio, & Iaco. de Bel. & Angel. & etiam non veniunt isti nepotes ad hæreditatem aui cum auunculis aut matertera, sequitur, ꝙ nullo modo venit ista dos imputanda: vt volūt Bal. Sal. Raphael, Florianus, Petr. de Ancha. Io. de Imo. Et ideo partes domini iudicantis erunt in declarando & sententiando istos nepotes posse petere supplementum legitimæ in bonis aui, & etiā non posse compelli, nec debere computare eis in legitimam dotem datam ab eorum auo matri eorum eis debitam in bonis aui. & ita hanc partem vt verissimam teneo & sequor, & secundum eam consulo in fauorem ipsorum nepotum. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Promittentes defendere aliquem, si ex curialitate, & ciuilitate hoc faciunt, non intelliguntur suis expensis: secus si quodammodo ex recompensatione. Item pace facta inter principes non videntur adhærētes comprehendi, nisi nominatim exprimantur. Item mandatum, aut scientia quando præsumantur.

SVMMARIVM.

Protegere, verbum intelligitur cum armis. nu. 1.
Casus omissus in contractu habetur pro omisso. nu. 3.
Promittens operas, aut aliud simile quando teneatur suis expensis vel non. cum nu. seq. 7.
Permissa custodi. nu. 11.
Sententia lata ex delatione iuramenti quando possit retractari vel non. nu. 14.
Expensæ factæ in aliqua re non repetuntur, quando alius erat gratis facturus. nu. 15.
Consanguineus præsumitur scire facta consanguinei quoad ea, quæ tangunt consanguinitatem & ętatem consanguineorum. nu. 16.
Taciturnitas & patientia an & quando inducant mandatum & consensum. nu. 19.

CONSILIVM LXII.

AD dubium, de quo quærit̃, vtrum illustris princeps Mantuanus teneatur domino Guidoni de Gonzaga suo adhærenti, & recommēdato defendere castrum Bagnoli suis proprijs expensis, & posito ꝙ ita esset, magnifici Georgius & dominus Franciscus de Gonzaga, qui defenderunt castrum Bagnoli possint petere expēsas factas circa defensionem ipsius castri. Et quidem visis allegationibus subtilissimis, & maximo elaboratis iuris, neruo, per celebrem & stupendum doct. dominum Bartholomeum de Campegio, mihi vt patrem summo honore obseruandum, ego paucula afferam, quæ mihi videntur necessaria ad enucleationem huius consultationis. Et primò capio verba formalia conuentionis celebratæ inter dominum Mantuanum, & dominum Georgium, cuius hæc sunt verba. Præfatus illustris marchio tenore præsentium eundem dominum Guidonem cum dicto castro, &c. acceptare promittit & ex nunc acceptat, & recipit in suum verum, & indubitatum adhęrentem, & recōmendatum, & sub eius tutela & defensione promittens ipsum do. Guidonem cum dicto castro &c. ab omni & quacunque persona &c. offendere, turbare, aut molestare volente tueri, defendere, conseruare, & manutere pro posse, viribusque suis, & omnia alia, & singula operari, facere, & præstare, quæ quilibet dominus erga suum optimum adhærentem, & recommendatum facere tenetur, & debet. Et postea dicitur, promittunt ipsa omnia de verbo ad verbum, prout iacent, & scripta sunt attendere, obseruare, adimplere sine vlla prorsus exceptione. Modò accuratissimè est videndum, si ita est, ꝙ ex istis verbis dominus Marchio teneatur suis expensis defendere castrum Bagnoli. Et certè mihi videtur dicendum quòd non. vnde Barto. in prima consti. digestorum, versi. quęro, quid importent ista ver-
1 ba, accipio te in protectorem. concludit † quòd verbum protegere, intelligitur cum armis, & allegat. l. desertorem. §. fi. ff. de re mili. & probatur in l. j. & l. fi. C. de profes. & medi. libr. 10. ideo dicit. ꝙ si illa verba proferuntur in materia contractuum, de quorum natura est iudicialis defensio: vt l. fin. C. de acti. emp. vbi autem natura contractus non repugnat, dicit, ꝙ etiam defendere tenetur cum armis. Facit, quod notant docto. in c. recepimus. de priuile. cum gloss. ibi posita, & in capitu. venerabili. de verb. sign. & in cap. ad audientiam. de appella. & Angel. in l. j. C. de excu. mu. libr. 10. & Bald. in authentica habita. C. ne filius pro patre. Modò dicitur in dicta conuentione, quòd recipit dictum D. Guido. sub protectione, tutela & defensione, habito respectu ad rem, & eius qualitatem, super qua verba illa proferuntur: quia referuntur ad castra & fortilitia, & ad dominos, & ad communitates, & potentias: bene videtur, quòd illa verba importent cum armis defendere etiam: quia dicit pro posse & viribus: verba enim sunt
2 † intelligenda habito respectu ad qualitatem rei, & personæ, cui referuntur. l. ex militari. ff. de testa. mili. & ibi dixit Bald. quòd si permittitur episcopo, vt celebret tempore interdicti, intelligitur in pontificalibus secundùm qualitatem personę, cui actus dirigitur, & quod idē Bal. voluit in l. plenū §. equitij. ff. de vsu & habita. in l. liberti. C. de oper. liberto. & in l. j. C. de lega. & pulchrè dixit Inn. in c. pastoralis. de dona. ꝙ aliter interpretatur donatio, si fiat loco religioso, & aliter si fiat archidiacono, & sic si fiat personæ, & etiam in casu inspecto tēpore, quo emanauit talis conuentio: quia si tempore guerræ, iuxta illud, qđ dixit gl. in l. fi. C. de iure delibe. distingue tempora & concordabis scripturas, vr̃, ꝙ debeat intelligi, ꝙ cum armis teneatur: sed ꝙ suis expensis teneatur facere, hoc non dicit illa conuētio: vnde suc-
3 cedit regula, ꝙ in contractu † casus omissus habeat pro omisso. l. si cū dotem, in principio. ff. sol. matri. l. si extraneus. ff. de cond. ob causam. l. cōmodissimè. ff. de lib. & post. l. si seruus. §. nō dixit ptor. de acqui. hære. c. susceptū. de rescriptis, in 6. & ibi dicit Ioan. Andr. ꝙ casus omissus in canone habetur pro omisso: vt c. dilectus. de tempor. ordin. Cū ergo sit omissus articulus de expensis, habetur pro non dicto: iō remanebimus in dispositione iuris cōmunis. Cum ergo ille D. Guido, seu hæres eius stet pro cōtractu, sequitur, quòd interpretatio fiet cōtra eum. l. veteribus.

ribus.ff.de pac.l.quicquid astringendæ.ff. de verbo. obli.& quod pulchrè voluit per ista duo iura Guido de Suza. quē refert & sequit discipulus eius Archi. 17.q.4.c.si quis suadente diabolo.& quod voluit Io. de Imola in c.potuit.de loca.& Bar. in l.liberorum. ff.de verbo.sig. Rainerius in l. tres fratres. ff. de pact. & ideo fiet interpretatio contra eum. Item in dicta cōuentione dicitur, promitto ipsa omnia de verbo ad verbum, prout iacent scripta, & sic ipsi ɔtrahentes referunt se ad scripta, prout iacent. Clarum est, quòd non est scriptum de expensis, quòd dominus Marchio teneatur ad expensas: ergo sequit, ꝙ non poterit hæres domini Guidonis repetere expensas a dño Marchione, nec imputare Georgio, & dño Francisco, ꝙ ipsi defenderent suis expensis: ex eo qa intuitu eiusdem domini Marchionis fecerunt, quasi habendo respectum, quòd dominus Marchio tenebatur ad tutelam suis expensis. nam illa verba, prout iacent scripta de verbo ad verbum, &c. nō recipiunt extensionē: vnde Bal. in l.precibus.C.de impube.& alijs substi. dixit, ꝙ in quibusdam locis extāt statuta, ꝙ testamenta seruentur ad literam, prout iacent, ꝙ in substitutione vulgari expressa non continetur tacita pupillaris quia litera dicitur, quæ oculis videtur.l.j. in principio.ff. de his quæ in testa. delen. & in l.2. C. de patri. qui fili. distraxe. dixit idem Bald.ꝙ si cauetur statuto, ꝙ seruetur ad literam, ꝓut iacet, ꝙ nullo modo fiet extensio in tali statuto. Cum ergo de expensis non sit scriptū in hac ɔuētione, sequitur, ꝙ expensæ non sunt fiendæ per dñum Marchionem. Facit, qđ dixit idem Bald. in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. vbi dixit, disposuit statutū, ꝙ verba statutorum debeant intelligi ad literam: qa intelligitur litera, prout a vulgo exponit, allegat Bar. in l.Labeo.ff.de supellect.lega. & semper imperitorum vulgus nescit vti competenti sermone: vt dixit Odoffre. in l.j.ff.de legi.& ideo Bald. in titul. de
4 pace Constantiæ. in versicu. pactiones. dixit, ꝙ † omnis intellectus, qui nō cōsonat auribus vulgi, dr̄ extraneus. Facit, qđ voluit idem Bald. in c.in præsentia, de probat. vbi dicit, stante statuto præfato, ꝙ statuta seruentur ad literam, ꝙ illo casu monasterium non excludet substitutum, & hoc sonant illa verba, licet statutū illo casu non possit disponere cōtra ius canonicū.& sentit ibi aperto ore, ꝙ isto casu nō habet locum interpretatio legis. Et facit, qđ voluit idē Baldus in authentica, si qua mulier. ad finem. C.de sacrosanctis ecclesijs. vbi dicit, ꝙ isto casu pōt glossari, vt sensus grammaticalis exponatur, nec ad aliud debet torqueri, quàm ipsa litera sonat. Facit singularis textus ad hoc propositum in l. cum auus. ff. de conditionibus & demonstrationibus. in ver. minus scriptum, q̄ dictum. coniuncta l. cum acutissimi.C. de fideicommissis. vbi probatur manifestè, ꝙ præsumptio legis & intellectus præsumptiuus, quem dat lex ad testamentum, non dicitur scriptus. Cum ergo in dicta conuentione dicatur, ꝙ omnia ipsa de verbo ad verbū, prout iacēt & scripta sunt, ergo sequitur, ꝙ nullus alius intellectus subaudiri potest, nisi ille, q colligitur ex ipsis verbis, & ex ipsa scriptura. ¶ Et si opponit de eo, qđ voluit gloriosus Apostolus ad Corinthios.3.c. dū dixit, & scripta nō atramēto, sed spiritu Dei viui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, non in carnalibus, fiduciam talem habemus per Christū ad Deum. Quia beatus Paulus loqtur de diuina scriptura, quæ multiplicē habet sensum, videlicet literalem, allegoricum, & cætera. Et iō dicebat ille literarum diuinarū fons vberrimus Hieronymus in prologo Bibliæ, loquēs de ipsa diuina scriptura, extendens cœlum sicut pluuiā. vnde loquimur in conuentione partium, & sic in casu longè alieno. Nec obstat, si allegetur dictū Bal. in l.commissoriæ.C. de pactis inter emptorem & vēditorem. vbi dixit, imposita est necessitas iudici seruandi formam statuti, prout iacet ad literam: vt l.j. §.is qui nauem.ff. de exercito. ꝙ debet intelligi, saluo intellectu: qa litera occidit, spiritus viuificat. qa adhuc Bal. loquitur ī statuto, nos autem loquimur in con uentione partium, quæ legem accipit ab ipsis part ibus, vt l.j.§.si ɔueniat.ff.depositi.l.sicut.C.de actionibus & obligationibus, cum similibus. Item qa loquimur de illis verbis, prout iacēt ad literam, quod verbum potest referri ad literam, quæ conspicit oculo corporis, & ēt oculo cordis: vt est gl.singu. in c.quorundam.de electionibus.libro 6. quam ad hoc allegat Baldus, & Angelus in l.j.ff.de his quæ in testam. delen. & Angelus in l. omnes.C. de præscriptio.30.annorum. & moderni in l.sciēdum. de verborum obligatio. Sed certè ista fuit doctrina Archidiaconi in cap. ne solo.22.quæstio. quinta. & probatur Genesis in principio, dū dicitur, aperientur oculi vestri. & melius probauit dominica veritas, dū dixit Iudeis Abraam vidit diem meum: sed in casu nostro apponitur uerbum & scripta sunt, qđ verbum
5 † non potest verificari in mente: qa cōtrarium probaui subtiliter per textum in dicta l. cū auus. in versiculo, minus scriptum. coniuncta dicta l. cū acutissimi.& maximè cum simus in cōtractu, cuius verba sunt accipienda in suo proprio significato: vt dicta l.qcquid astringendæ. Apparet ergo ex istis, ꝙ posito, non tamen concesso, ꝙ dominus Marchio ex dispositione iuris communis teneretur suis expensis defendere illum dominum, ex dicta conuentione non tenetur, quia illa verba, prout iacent, & scripta sunt, restringunt dispositionē iuris, vnde sufficiebat, ꝙ accommodaret sibi, & daret gentes armorū, & pedites ad defensionem castri, & fortiliciorū. nec
6 est mirum: qa prouisio hominis † facit cessare prouisionem legis, vt l.fi.C. de pactis conuen. Illud etiā partes voluerunt, qđ verbis expresserunt.l. Labeo.§. idem Tubero.ff. de supellecti.legat.& licet lex dicat, esse recurrendum ad intentionem disponētis: quia cedit lingua, & sub iugo mentis verba consistūt tanquam sub suo proprio originali, & digniori: vt l. arboribus.§. parui.ff. de vsufructu. tamen illud est verū, si non recedatur a verbis: nā cor imperator est linguę, & habet eam sub iurisdictione sua sicut mācipiū, ita pulchrè dixit Bal. ī c.mādatū. de rescriptis. ideò standum erit verbis ipsorum contrahentiū, & per consequens non tenebatur dominus Marchio ad huiusmodi defensionem subeundam suis ꝓprijs expensis. Quinimo plus dico, posito, non tamē concesso, ꝙ illa verba, vt scripta sunt, & cætera. non importarēt hoc, nihilominus ex dispositione iuris cōis dico, ꝙ non tenetur expensis suis omissis somnijs, quæ in contrariū sunt opposita, de l.suo victu & vestitu.ff.de operis libertorum. vbi istum passum peroptimè declarat. dicit enim, ꝙ ille, q ꝓmittit opus, vt puta domum facere, debet facere suis expensis, allegat.l. cōtinuus.§. ita qui insulam.ff.de verb.oblig.
7 sed qui promittit † operam, aut hoc facit ex mera liberalitate, aut ex curialitate, & tunc debet recipere expensas.l.in rebus.§. possunt.ff. commodati. Aut non est ex curialitate, sed ex recompensatione, & tunc se debet alere suo sumptu, allegat dictā l.suo victu.& ita interpretatur & intelligit Bald. dictā l. suo victu.& ita potest dari optima rō: nam libertus præstat operas patrono: vt l. qđ attinet.ff. de regulis iuris.l.intercidit.ff. de conditionibus & demōstrationibus, cum similibus. Ideo nimirum si suis expensis teneat seruire, & operas ꝑstare patrono: qa vt debitor hoc facit, & sic est casus specialis ille: ī cōtrarium

rium ergo est ius commune.l.ius singulare.ff. de legib. vnde per casum illum non est fienda extẽsio ad eum, qui non est debitor. Et subdit ibi Baldus, quòd conducti ad aliquod laborerium faciendũ debent illud facere suis expensis, nisi se aliter habeat cõsuetudo illius patriæ, quæ consuetudo semper est attẽdenda, allegat.l.licet.C.loca.bene facit.l.excepto.C. eo. titu. allegat.l. si fundus.ff.de eui. idem dicit esse in vasallis, & alijs debitoribus: quia cũ suo sumptu debẽt seruire dominis feudorum, ita formaliter ibi determinat Bald. quæ verba apponunt gladium ad istam consultationẽ. Cum ergo dominus Marchio non sit vasallus illius domini Guidonis vigore illius conuentionis, nec sit debitor eius, sed ex curialitate, & ciuilitate quadam, & etiam attẽto q̃a est, seu erat consanguineus suus, & sic ex quadam coniunctione, & amicitia se obligauit defendere dictum castrum, & fortilicia, videtur intelligenda dicta ꝯuentio expensis & sumptibus ipsius dñi Guidonis. Et (ꝙ plus est) iam in dictis capitulis dicitur, ꝙ promittit eum defendere, sicut quilibet dominus debet defendere sui optimũ adhęrentem, & recommendatum, sic vt dominus debet eum defendere, & per consequens non vt vasallus, quæ verba propriè illud important, ꝙ non proprijs sumptibus & expẽsis debet illum defendere. verba enim sunt intelligenda secũdũm qualitatem personæ, cui referuntur: vt superius dixi, sed vasalli tenentur suis sumptibus iuuare dominos, & seruire dominis feudorũ: vt dixit Bald. non econtra. Et ista erant, quæ vltra scripta per dominum aduocatum in medium adducebam. Et ẽt deduco: q̃a in dicta cõuentione dicitur, ꝙ dominus Guido est adherẽs, & recommẽdatus domino Marchioni, quo casu si quis dixerit, ꝙ sicut q̃libet dominus defendit terram suam propriam suis proprijs expensis, eodem modo defendit suis proprijs sumptibus terras adhærentes ex eo: q̃a † appellatione

8 terrarũ suarum comprehenduntur terræ adhærentes, & recõmendatæ. & (ꝙ plus est) in ꝓposito, & in materia pęnali hoc decidit tex. aureꝰ in c.j.de postu. ꝑlato. vbi legatus de latere apponi fecit interdictũ ex commissione Papæ in terris Regis Franciæ, ꝙ vr̃ tale interdictum comprehendere terras adherẽtes, & recõmendatas regiæ coronæ Francię, ex quo posset inferri, ꝙ si pax est facta dum principali, & terris suis, ꝙ videtur facta esse cum terris adhęrentibus, ex quo appellatione suarum terrarum veniunt terræ adhęrentes: q̃a ad ista põt dari vera & inconuincibilis responsio hoc modo, videlicet negando assumptũ, ꝙ appellatione suarũ terrarum veniãt terræ ad-

9 hærentes: ex eo quia propriè † genitiuus importat dñium, vt l.2.§.locũ.ff. de religio. & sump.fune. & plenè discutit Bartolus & moderni in rubrica.ff. de operis noui nunciatione. & quis nõ est dñs terrarũ adhęrentiũ: ergo sequitur, ꝙ appellatione suarum terrarũ non veniunt terræ adhęrentes. Nec obstat tex.in dicto.c.j. quia ponit casum specialem fauore interdicti, ne sit elusorium: quia possent interdicti intrare terras adhærentes, & audire diuina, & percipere sacramenta, & sic eluderet interdictũ & fieret fraus, ꝙ esse nõ debet.l. fraus.ff.de legib. & ꝯtemneret neruus ecclesiasticæ disciplinæ. Facit cap. si ciuitas. & capit. si sententia. de senten. excõmunicationis. libro 6. vbi interdicta ciuitate videntur interdicta suburbia, & sic ne contemnatur sententia interdicti, fit extensio extra illum casum, & nunquã inuenitur, ꝙ appellatione suarum terrarũ veniant terræ adherentes, & recommendatæ. nec est verũ dicere, ꝙ facta pace cum principali, & terris suis, videatur facta cũ adhærentibus & recommẽdatis. Quinimo dico, quod si non est facta specialis mentio de adhęrentibus non veniunt: & ideo dicit dominus Abbas consiculus meus in dicto capitulo primo, de postulatione prælatorũ. se notare singulariter ex illo textu, ꝙ vbi cessat larga interpretatio tunc appellatione suarũ terrarum non veniunt terræ adhęrentes, quod inducit ad quæstionem, duo principes fecerũt pacem, & promiserunt sub certa pęna non offendere se, nec terras alterius, an terræ adherentes, seu bona adherentium includantur in capitulis pacis, & dicit ꝙ non: quia in contractibus cessat ista largissima interpretatio: vt in capitulo, cum dilecta. de donationibus, & dicit se allegare textum valde notabilem in capitulo, apostolicæ. de re iudicata. libro 6. in versiculo, volebat, ꝙ isti adherentes non veniunt in capitulis pacis, nisi exprimantur, & allegat elegans dictum Ionocentij ibi, qui per illum textum commendauit fidelitatem ecclesiæ Romanæ. dicit enim, ꝙ nunquam ecclesia Romana voluit habere pacem, nec pacis tractatum, nisi promitteret de adherẽtibus, & impunitate eorũ. Ex quo dicto colligit, quòd infideliter agunt illi, qui faciunt pacem, & ad-

10 hęrentes † qui eis præstiterunt auxilium, non includũtur, nec res adherentes, & cõmendatæ, & per ꝯsequens non tenebatur dñs Marchio defendere istud castrum Bagnoli vt suum castrum: quia suum non erat. & ista dicebam vltra allegata per dominũ aduocatum. Apparet ergo ex prædictis, ꝙ tenebat̃ adiuuare illum dominũ Guidonẽ dominus Marchio vt recommendatum, & adhęrentem, ex quo sequitur doctrina Angel.in prælle.consilio, per dominũ aduocatum, quod incipit, quidam nobilis homo, quod est 34. vt quidã recommendauit custodiam cuiusdam Rochæ cuidam, consuluit ibi Ange. ꝙ nullum ius acquirit illi, cui res, aut castrũ sunt recommendata: q̃a propria vis vocabuli, recommendatũ est, idem ꝙ deponere, vnde illud verbum non excedit vires naturæ depositi.l. commẽdare.ff.de verborũ significatione.l.patronus.§.Sempronio.ff. de leg. 3.ibi, sub cura Iulia, de quo textu facit festũ Baldus in c.cum accessissent.de constitu. allegat etiã Ang. l.Meuia.in princip.ff.de annuis legatis.coniuncta.l. prima, in principio.ff.depositi: quicquid custodiendum datur naturam depositi non excedit. Constat autem in depositarium nullũ ius eius rei transire, nisi simplicem detentationẽ, & custodiendi potentiã.l.licet.§.rei depositæ.quæcunq; ꝑtinentia ad cu-

11 stodiã † dicti castri Bagnoli intelliguntur commissa dicto domino Marchioni non alia. l. prima.§. cum vrbem.ff.de officio præfecti vrbis. Vnde si pro custodia esset necesse exercere merum imperium, põt, si ille cuius castrum est, poterat: vt dicta l. prima.§.cũ vrbẽ. potest etiam stipẽdiarios ad ipsius custodiam conducere, & eis stipendium promittere, & soluere de patrimonio eius, cuius est castrũ, & q̃libet alius, ad quem pertinet rei custodia.l.prætor. §. q̃d ait.ff. de bonis aucto. iudicũ possidẽ. Repetit enim custos omnia impẽdia vtiliter facta ad ipsius rei custodiã, & conseruationem: vt l.at q natura.§.fina.ff. de negotijs gest.l.si verò non remunerandi.ff. mandati.l. fin.ante finẽ.C. de bonis auctoritate iudicum possidendis. Et sic sole clarius est, dominum Marchionem non teneri ad expensas. Vnde cum appareat ex dicta cõuentione, quòd dominus Marchio habuit dictum dominum Guidonẽ recommendatũ cum castris & fortilicijs suis, sequitur, ꝙ nullum ius acquisiuit in dictis castris propter illam recommendationem, respectu cuius iuris teneretur ad aliquas expensas: licet enim haberet custodiam, ergo tenebatur defendere, & custodire: quia eoipso quòd habuit recõmendatum dominum Guidonẽ, castrum & fortilicia, sequitur, ꝙ habuit custodiã, & per consequens

sequens defensionem & protectionem, & sic non tenebatur proprijs expensis & sumptibus defendere, & si sumptus & expensas fecisset, repetere pôt tanquã ad illas nõ teneatur. Et sic illa verba, defendere
12 pro posse, & viribus, intelliguntur † s'm naturã contractus, cui infixa sunt. l. si vni. ff. locati. cum similibus. Et per cõsequens non possunt hæredes domini Guidonis opponere contra istos magnificos viros, ꝙ non teneantur ad expensas factas per ipsos Georgium, & dominum Franciscum in defensionem dicti castri: ex eo quia dominus Marchio tenebatur suis expensis illum defendere, & sic quòd Georgius & dominus Franciscus ad præceptum domini Marchionis iuerint ad defensionem dicti castri. Quinimo plus dico, & videtur pura veritas, ꝙ posito, non tamen concesso, quòd ad petitionem, & instantiam domini Marchionis dominus Georgius accesserit ad defensionem dicti castri, tamen non propter hoc esset liberatus dominus Guido a soluendis dictis expensis: quia licet dominus Marchio teneretur defendere ipsum dominum Guidonem, tamen non tenebatur suis expensis defendere. & iõ dicti Georgius & Franciscus accedebant ad defensionem dicti castri tanquam ad rem ipsius domini Guidonis. Et ista stant simul, ꝙ dñs Marchio miserit illum Georgiũ ad defensionem castri, ex quo tenebatur defen-
13 dere castrum & † ꝙ expensæ deberent fieri de bonis ipsius domini Guidonis, & etiã ꝙ ita sit, ꝙ ex dispositione & voluntate ipsorũ contrahentiũ ita fuerit, ꝙ non tenetur D. Marchio suis expensis defendere castrum, & fortilicia prædicta, quæ cõmisit dominus Guido dicto Georgio, vt assumeret tutelam dicti castri: nam non est verisimile, ꝙ commisisset Georgio tutelam castri, & mandasset suis hominibus, vt si opus esset defensione, & tutela, recurrerẽt ad ipsum Georgium. Vnde facto datur intelligi, qualis fuerit mens ipsius domini Guidonis circa intellectum illorum verborũ. l. reprehendenda. C. de inst. & subst. gl. in l. de quibus. ff. de legibus. cum si. Sciebat enim, aut verisimiliter scire debebat, ꝙ committendo tutelam capescendam illi Georgio, obligabat se dominus Guido illi Georgio ad expensas: vt plenè dixi in meo reddito consilio: vñ non est verisimile, ꝙ si dominus Marchio ex cõiunctione teneretur suis ꝓprijs expensis defendere dictũ castrum, ꝙ dominus Guido commisisset Georgio dictam defensionem, ex quo obligabat se tacitè illi Georgio ad expensas, arg. c. super hoc. de renunti. l. cum de indebito. ff. de proba. cum si. Quinimo plus dico, ꝙ posito ꝙ ita esset, ꝙ dominus Marchio teneretur suis expensis defendere dictũ castrũ, & Georgius & D. Franciscus tenerent seruire dño Marchioni in rebus bellicis, nihilominus eo ipso ꝙ Guido prædictus cõmisit Georgio defensionẽ, videtur se obligasse ad expensas, nec opitulatur sibi illa conuentio, & ad hoc allego elegans & singulare dictũ Guli. de Cu. in l. admonẽdi.
14 ff. de iureiuran. vbi dixit, ꝙ licet sententia lata † ex delatione iuramenti necessarij possit retractari, vt ibi, tamen illud est verum, quando iudex ex suo officio defert: sed vbicunq; pars petit, & instat iudici, ꝙ deferat iuramentum parti, licet illud iuramentum sit necessariũ, tñ sibi præiudicat in hoc pars: qa postea nõ pôt rescindere dictã sententiam latã ex delatione talis iuramenti. & in hoc pars sibi præiudicat. Ita dicamus in hoc casu, & multofortius est idẽ dicendũ ex eo: qa dominus Marchio non tenebatur suis proprijs expensis subire tutelam dicti castri. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, satis videtur inconueniens, ꝙ quis teneatur subire defensionem ipsius castri, & non teneatur ipse ad expensas. sed alius per d. l. suo victu. & vestitu. quia (vt superius dixi) istud non est absurdum, nec incõueniens, vt demonstrari allegãdo Bald. in d. l. liberti. Et etiam do optimum simile, hæres si vult gaudere commodo. l. fi. C. de iure deliberan. tenetur facere inuentarium: & nihilominus expensæ detrahunt ex hæreditate: vt l. fi. §. in cõputatione. C. de iure delib. Simile dicimus in vsufructuario, cui iura iniungitur reficiendæ domus, & sic expensa est magna, incumbit domino proprietatis. l. dãni. §. ei cui. ff. de dãno infecto. facit simile, qđ voluit Ia. Bu. in l. j. C. de neg. ge. quẽ refert, & sequr ibi Bal. qui dixit, ꝙ si mater fecit expẽsas pro remouendo tutore suspecto, repetit expensas illas, & etiã est diligenter animaduertendum per dominos Iudicãtes ex eo: quia expensa ista, quæ debebat fieri circa istã defensionem castri, & fortiliciorum existente guerra erat magna, & maxima, & erat expressione digna: verisimiliter enim illã partes expressissent, si per dominum Marchionem fiẽda erat, arg. eius, qđ dicimus in l. item apud Labeonẽ. ff. de iniurijs. ergo sequitur, ꝙ nullomodo tenebatur dñs Marchio ad expensas prædictas. Et ex hoc non potest opponi. d. l. 2. C. de neg. ge. vbi dicitur, ꝙ expensę factę in petendis tutoribus repetuntur a pupillo, nisi alius † esset 15
gratis expensurus & sic de illa. l. opponitur dominus Marchio tenebatur ad istas expensas: ergo si Georgius & dominus Franciscus defenderunt castrum suis expensis, sibi imputent, ex quo onus spectabat ad dominum Marchionem. Quia re vera non meretur allegari ad hoc: quia dominus Marchio nõ tenebatur suis expensis, vt est dictum. Et etiam colligitur hoc: qa dominus Guido nunquam requisiuit dominum Marchionem de illis expẽsis subeundis, nec etiã est iuri consonum, vt dominus Marchio duplici onere grauetur. s. in defendendo, & exponẽdo: cum expensa erat maxima futura, arg. l. eum qui. ff. de iureiurã. vnde sufficit, ꝙ grauetur in vno. s. in defendẽdo pro posse, & viribus. vnde non dẽt grauari etiam ad expensas: quinimo expressio vnius est exclusio alterius, vt l. maritus. C. de procura. l. cũ prætor. ff. de iud. c. qualis. 25. distinctio. c. nonne. de præsumpti. cum si. & sic sileant fauces omnium asserentium. Et etiam est ponderandũ, ꝙ tex. d. l. 2. C. de nego. gest. in ver. si nõ matertera eiusdem se facere paratam proprijs impẽdijs ostenderit. vnde ille tex. ꝓbat, ꝙ ad hoc, vt quis compellatur ad expensas, quas vtiliter fecit pro pupillo, requiritur probatio, ꝙ erat paratus proprijs sumptibus facere, quæ præparatio probatur ex. l. queãdmodum. ff. de inoffi. testamen. vnde nõ sufficit, ꝙ quis fecisset expensas gratis, sed oportet, ꝙ probet, ꝙ erat paratus facere expensas gratis. Mõ non est probatũ ex parte hæredum domini Guidonis, & quòd dominus Marchio erat paratus facere expensas, nec etiam posset hoc probari: quia non est verum, ꝙ dominus Marchio voluit facere expensas. vnde posito, non tamen concesso, quòd teneretur facere expensas: nihilominus non erat paratus facere, & ad hoc vt habeat locum. dic. l. 2. requiritur præparatio. ergo salua pace aliorum contrarium allegantium dixerim, quòd illa. l. non meretur allegari contra ipsos nobiles Georgiũ, & dominum Franciscum: & etiam. d. l. 2. loquitur in pupillo, & fauore pupilli multa sunt introducta. Quinimo si rectè ꝯsideretur tex. d. l. 2. ꝯiuncta glo. ibi, dũ dicit, vel dic, ꝙ erat volũtarius &c. pro Deo ponderetur illa gl. ad quæstionẽ nostrã accõmodatissima. loquitur enim, qñ voluntariè & sponte sua quis fecit expensas, quas alius erat facturus, quo casu dicit glo. ibi, in verbo ostenderis, ꝙ tunc videtur donasse. l. si pupilli. §. fina. de ne. gest. l. 2. C. de ali. pu. prestan. & sic rectè intelligit glo. ibi illũ tex. quando voluntariè quis gessit negotia suis expensis, quæ alius

alius erat gratis, & suis expensis gesturus animo nõ repetẽdi. Sed in casu nostro certissimum est, ꝙ Georgius & dominus Franciscus nõ voluntariè venerũt ad defensionem huius castri, sed præcedente mandato, & cõmissione ipsius domini Guidonis, & præcedente requisitione hominum castri Bagnoli, vt latissimè monstraui in meo reddito consilio: ergo sequitur, ꝙ posito, non tamen concesso, ꝙ dominus Marchio fuisset facturus illas expensas, & fuisset paratus illas facere; tñ ex quo requisitus ab illo domino Guidone, & ab hominibus illius castri venit ad defensionem, & sic non voluntariè, sequitur ꝙ non habet locum. d. l. 2. Quinimo est ibi casus coniuncta gloss. pro victoria huius consultationis, & per consequẽs seipsos aduocati aduersariæ partis cũ suo proprio ligone percusserunt, allegando d. l. 2. & non põderando glo. & tex. & facti huius contingentiam, & per consequens succedunt omnia illa, quæ dixi in illo meo consilio de eo, qui requisitus accedit ad seruitia alicuius, allegando dictam auctoritatem in d. c. significante. de pignori. & Specu. in ti. de Iudice. & not. in l. & qui data opera. ff. ex qui. cau. maio. vt domini Iudicantes ibi videre poterunt, & istud est maximum fundamentum ad materiam huius consultationis. Et etiam est diligenter consideranda glo. d. l. 2. C. de neg. ge. quæ dicit, donasse videtur, & sic præsupponit scientiã eius, qui impendit expensas in negocijs alienis: vt quia sciebat alium gratis velle facere expensas, & gestionem negociorum alterius, ideo si ego scio, ꝙ Titius vult gerere negotia tua gratis, & cum expensis suis, & ego ingero me, & gero negotia tua, & expendo: tũc ego non possum repetere: ex eo quia videor donasse. vnde præsupponit sciẽtiam, quo casu cum scientia alicuius sit causa intentionis agentis, est ante omnia articulandum de illa scientia, ita eleganter dixit Bartol. in l. omnes. C. de agri. & censi. lib. 11. & in l. 1. C. de desertori. lib. 12. & in l. 1. C. de colo. Illyri. lib. 11. & in l. Methrodorum. ff. de pen. & in l. si enim. ff. de incen. rui. nau. Baldus in cõmento. l. data opera. C. qui accus. non possunt. prope finem, vbi allegat glo. singularem in l. ex maleficio. §. longe minus. ff. de acto. & obli. & idem voluit Ang. in d. l. 1. C. de nili agger. non rump. cõmemorans se in facto obtinuisse. Ego allego glos. in c. concertationi. de appell. lib. 6. in verbo, sciuerint. & ibi domini. & allego tex. in c. quicũq;. in verb. scienter. de hære. lib. 6. & in l. 1. C. de cri. pe. & l. si quis in graui. §. si quis. in ver. sciens. ff. ad sila. & l. j. C. de his qui latro. Cũ ergo in proposito ideo excluditur gerens negocia aliena suis expensis: ex eo quia sciebat aliũ gratis gesturũ: debet ergo articulare pars aduersa, quòd Georgius & do. Franciscus scientes illustrem D. Marchionẽ præstiturum suis expensis defensionẽ circa dictum castrũ Bagnoli præstiterunt defensionem. Cum ergo nõ fuit hoc articulatum, nec probatum: quia non sufficit asserere, sed probare: vt dixit gl. in verbo, dicatur, & probatur, supplet. l. 1. ff. si quadru. paupe. fecis. dica. & in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum, & in c. non est. de consuetudine, lib. 6. & in l. doce. C. de rei vend. sequitur, ꝙ succumbere debet, & reficere expensas. Et si opponatur, ꝙ sciebat, vel præsumptio erat, ꝙ sciebat Georgius dominum Marchionem teneri suis expẽsis. Ad hoc respondeo, ꝙ imo hoc est falsum, & reprehensione dignum dicere. Primo istud erat factũ alienum, quo casu præsumitur ignorantia, gl. in §. notandũ. 1. q. 4. & in hoc magistra. glo. 38. dist. c. ignorantia iuris, habetur in c. ab excommunicato, de rescrip. l. fi. C. pro suo. Et si dicatur, quòd isti magnifici viri erant consanguinei domini Marchionis, ergo præsumptio est, quòd sciebant facta consanguineorum, vt l. octaui.

16 ff. vnde cogna. istud † est verum quoad ea, quę tangunt consanguinitatem, & ętatem consanguineorũ: vt ibi no. & no. in l. de tutela. C. de ĩ inte. resti. mi. & etiã quoad ea, quę nõ sunt secreta, & maximè qa in casu nr̃o huiusmodi fœdera, & cõuẽtiones adhęrẽtię, commendationes, & ligę fiunt cõiter, vt videmus secretè. & etiam quia non erat possibile, ꝙ dicti viri hoc sciuissent. Primò: qa nõ erat expresũ in capitulis, cõuentionis, quòd dominus Marchio teneretur suis expensis defendere castra domini Guidonis, nec hoc est probatum ex testibus, ꝙ teneretur suis expensis, quinimo hoc lateret magnos in iure exercitatos viros, quinimo de iure non tenet̃ de suis expendere: vt superius demonstraui: quę ergo iniquitas mouet aduersarios dicere quòd dominus Franciscus & Georgius sciebant dominũ Marchionem Mantuanum debere facere expensas de suis ꝓprijs sumptibus. & ẽt plus dico, ꝙ posito ꝙ sciuissent dominum Marchionem teneri suis proprijs expensis ad huiusmodi defensionem: tamẽ non propter hoc habet locum. d. l. 2. ex eo; quia loquitur, qñ erat paratus expẽdere. vnde iste stãt simul, ꝙ dominus Marchio teneret̃ de suis expensis facere defensionẽ, & tñ nõ erat paratus illas facere: & sic nõ habebit locum dispositio. d. l. 2. Quãto ergo fortius in casu nostro, cum dominus Marchio non teneretur, vt est dictum nec erat paratus de proprio expẽdere, nec dominus Guido requisiuit dñm Marchionem vt de proprijs expensis assumeret defensionem, nec dicti Georgius & D. Franciscus hoc sciuerunt: ergo videtur, ꝙ aduersa pars pugnat cũ morte, & sic nullo modo obstat. d. l. 2. Quinimo est ibi casus coniuncta. gl. j. ꝯ partẽ aduersam. & ẽt est ibi casus coniuncta. glo. fi. contra eã. inducẽdo, vt nũc eã induxi. Pręterea, ꝙ Georgius ignorauit penitus dñm Marchionẽ teneri ad expensas suis propriis sumptibus, & ꝙ Georgius fuerit animi, & intentionis, ꝙ dñs Guido faceret dictas expensas, hoc ostendit ad oculum litera ipsius Georgij scripta. 14. Iulij, in qua scribit illustri dominę Marchionissæ, ꝙ ipse accessit ad defensionem Bagnoli, vt illam conseruet pro ipso domino Guidone, & ꝙ dominus Guido non debet indignari de expensis fiendis circa gentes defendentes dictam terram, & eo casu quo turbaretur, instabat, ꝙ dicta domina Marchionissa esset mediatrix, ꝙ dominus Guido contentaretur. Ex quibus verbis primò tollitur coniectura, si quis diceret, ꝙ intuitu cõsanguinitatis & affectionis Georgius faciebat expẽsas circa defensionem dictæ terræ per ea, quæ habẽtur in d. l. 2. & in l. Nesennius, ff. de ne. ge. qa ista præsumptio tollitur ex hac declaratione, & ex hac scriptura, seu litera, quæ declarat animum ipsius Georgii, & tollit illam præsumptionem, vt habetur in d. l. Nesennius. & qđ ibi voluit Bart. Itẽ ex dicta litera ẽt declarat̃, ꝙ Georgius intuitu domini Guidonis, & vt terram domini Guidonis defenderet, accessit ad dictam terram. Et licet dicat in dicta litera se facturum, ꝙ gentes inimicorum nõ inuaderẽt terras dñi Ducis, nec dñi Marchionis: tñ dico, ꝙ istud veniebat accessoriè, & incidẽter ex introitu, quẽ ipse faciebat cũ gẽtibus ad defensionẽ terræ Bagnoli: principalis tñ causa, & accessus fuit, vt defenderet terram dicto
17 dño Guidoni, & istud † qđ fuit principale, attẽdẽdũ, & non aliud, qđ fuit accessorium, & incidẽs. l. 1. ad fi. & l. qđ dicimus. ff. de aucto. tuto. Item ex dicta litera declarat̃, ꝙ Georgius ignorabat dominum Marchionem teneri ad defensionem, dictæ terræ suis ꝓprijs expensis. Quinimo dico, ꝙ si aliqua ꝑsumptio fuisset, ꝙ Georgius sciret dñm Marchionẽ teneri suis expẽsis ad dictã defensionẽ, licet ĩ veritate nulla fuerit ꝑsũptio: vt est ostẽsum, tñ est sublata & remo-

ta ex eo: quia dñus Guido cõmisit Georgio, vt assumeret defensionem dictę terrę, & cõmisit hominibus dictę terrę, ꝙ si opus esset auxilio & defensione terrę, ꝙ haberēt recursum ad Georgiũ. Ex quo clarè dat intelligi, ꝙ dñs Marchio non tenebat suis ꝓprijs expensis, & etiã purgata est omnis pręsumptio scientię Georgij per illam cõmissionẽ & requisitionem.
18 Nec est mirũ: qa vna † p̃sumptio fortior tollit vnã aliã minus fortẽ: vt in c. afferte. de præsump. cũ si. Et sic nullo modo cadit de hoc scientia in Georgiũ & dominũ Franciscum. Et etiã posito, ꝙ dñs Marchio teneretur suis proprijs expẽsis, & Georgius sciuisset, nihilominus ex quo dñs Guido cõmiserat Georgio defensionem, & intuitu dñi Guidonis Georgius assumpsit commissionem, sequitur, ꝙ tenet dñs Guido per ea, quę dixi in cõsilio aliàs reddito super ista quęstione. Nec ob. cũ opponitur de venditore, qui tenetur suis expensis defendere emptorẽ in iudicio: qa istud nihil ad istã dubitationẽ: qa ex quo vẽditor participauit preciũ, & intelligitur venderẽ iure libero: vt est tex. elegãs in l. ex prędijs. C. de euic. & Bal. in rub. C. de contrahend. emptio. ideo non est mirum, si teneat ad expensas: sed in casu nr̃o istud nullam habet cõformitatem: quia dominus Marchio nullam venditionem fecit, nullã pecuniam, aut preciũ habuit a domino Guidone, vt teneretur suis ꝓprijs expensis illũ defendere. Et posito, vt superius dixi, ꝙ teneretur: tamẽ ex quo ipse cõmisit Georgio defensionem, teneretur ipse soluere expensas dicto Georgio. Agat ergo dominus Guido, vel hęres eius contra dominum Marchionem, si pretendit ius ad expensas. Preterea facit, ꝙ voluit Inn. in c. in nostra. de procur. & in c. cũ in iure. de officio dele. & in c. ex
19 parte decani. de rescrip. vbi dixit, ꝙ † si aliqs se gerit pro meo procuratore, & nullum habet mãdatũ, & ego taceo, ꝙ tũc pręsumor consentire, & dare sibi mandatum, pro quo dicto facit tex. in c. j. de iureiuran. lib. 6. & qđ habet in c. quanuis. de re iud. & l. sæpe. ff. eo. vbi patiẽtia p̃stita a sciente in iudicio inducit consensum. facit, qđ hẽtur in l. j. §. magistrũ. ff. de exercito. & in l. sed si pupillus. in princ. ff. de insti. & in l. fi. ff. qđ cũ eo. vbi taciturnitas dñi in gerẽte negotia inducit mandatũ: quãto fortius in casu nr̃o cum pręcesserit commissio, & mandatũ facta per illum dñm Guidonem erga Georgium assumeret defensionem illius castri, & taciturnitas, & patientia ipsius domini Guidonis sciẽtis dictũ Georgiũ, & dominũ Frãciscũ cũ gẽtibus intrasse castrũ, & defendisse castrũ suis ꝓprijs expẽsis, inducit ratificationẽ, & consensum: & maximè qa scire debebat, ꝙ gẽtes illę non viuebant vento, vt lupus: vt dixit gl. in l. fin. aliàs penul. C. de alimentis pup. pręstan. milites em̃ pugnãtes, vt dixit Lucanus, sub quolibet hoste triũphant. ergo. Nec ob. cum opponitur, ꝙ Georgius se obtulit dominę Marchionissę venire ad defensionẽ dictę terrę. Quia respondeo, posito ꝙ ita esset, ꝙ se obtulerit, tñ non fecit hoc ad instantiam domini Marchionis, aut dictę dñę Marchionissę. Quinimo hoc fecit ex mandato præambulo & cõmissione p̃ambula facta per dominum Guidonem dicto Georgio. hoc decidit tex. solen. in l. is qui. §. vnde quæri. ff. de manumis. & maximè qa apparet ex illa litera dominę Marchionissæ directa Sãdio de Lischa, ꝙ dña Marchionissa non acceptauit illã oblationẽ: qa dicit, ꝙ sibi vr̃, quella vellania, acceptare talẽ oblationẽ patiendo, ꝙ Georgius se clauderet amplius in castro: & per ꝯñs succedit doctrina Bald. in l. si literas.
20 C. manda. vbi dixit, ꝙ † si mandatur aliquid Titio, & ipse repudiat illud mãdatũ licet postea illud exequat, nihilominus nõ p̃sumit fecisse intuitu mãdãtis: & idem voluit Salyce. in d. l. si literas. per textus ibi dum, dicit, si literas sequutus sis, literas acceptãuit: secus dicit ibi Saly. si eas repudiauit, vel reiecit: quia tunc non dicitur seq mandatũ, vel literas, licet postea exequatur, sed proprio motu dicitur facere: cum ergo in proposito domina Marchionissa non acceptauerit illam oblationem Georgij, sequitur, ꝙ licet Georgius iuerit ad defensum castri: tñ non intuitu oblationis accessit, sed intuitu commissionis præãbulæ sibi factæ a domino Guidone. Et per hoc tollitur litera domini Guidonis, in qua scribit Potestati Bagnoli. 7. Iulij se vidisse vnã literã Orlãdi Suardi, ꝙ Georgius se obtulerat. & etiam est ponderandum; quia in propria causa loquitur, & sic non est credendum. l. j. C. ne quis in sua causa. Et etiã si dominus Guido commiserat antea illi Georgio defensionẽ dicti castri, quo spiritu ductus potest dicere, ꝙ ex postfacto Georgius se obtulerat pretextu cõmissionis præambulæ factæ sibi a dño Guidone. Et etiã non obstat litera eiusdem domini Guidonis facta 8. Iulij directa dicto Potestati. in qua dicit, si illustris domina Marchionissa mitteret Georgium ad defensionem dicti castri acceptans eum; quia in prima dixerat, ꝙ audiuerat, ꝙ Georgius se obtulerat, in secũda ponit conditionaliter, si domina mitteret Georgium, & sic nullam certitudinem sufficientem habuerat, ꝙ Georgius se obtulerat: ideo loquitur in secunda litera cõditionaliter, si domina mitteret. Sed (vt superius dixi) domina recusauerat propter honestam illam oblationem: ergo. Nec etiã est verisimile, ꝙ Georgius sponte sua se obtulisset ad claudẽdũ se in castro Bagnoli, cum iam clausus steterat in terra Nouellariæ, nisi commissio illius domini Guidonis, præcessisset: vt superius dixi. Et sic ex dictis literis
21 apparet manifestè, ꝙ † Georgius non accessit ad defensionem castri intuitu domini Marchionis, aut dominæ Marchionissæ, & licet postea domina Marchionissa dicat in suis literis, ꝙ non sensit nouum, si Georgius intrauerat dictum castrum, certum est, ꝙ ista verba non dixit: ideo quia eum miserit, sed qa timebat, ne fuisset captus ab inimicis, attento ꝙ domina Thadea molestè tulerat, ꝙ gentes transiuissent per suum territorium ad damnificandum illos de Corrigia, cũ haberẽt in treuga, & capitulis treugæ, ꝙ nõ dẽret dare talibus transitũ. Et sic apparet conclusio verissima, ꝙ dominus Marchio non tenebat defendere dominum Guidonem, nisi vt adhærentem, & recommendatum, & non expensis proprijs, & per consequens posito non tñ cõcesso, ꝙ ipse misisset Georgium ad defensionem dicti castri: nihilominus tenetur dictus dominus Guido ad expensas. Et etiam posito, non tamen concesso, ꝙ dominus Marchio teneretur suis proprijs expensis defendere dñm Guidonem, nihilominus quia Georgius hoc ignorabat, & ẽt posito, ꝙ sciuisset, tñ quia ex cõmissione præambula sibi facta per dominum Guidonẽ accessit ad defensionẽ castri, tenetur dominus Guido, aut hæres eius ad huiusmodi expensas reficiendas, & est magna iniquitas ex parte eius, cum negotia sua fuerint vtiliter gesta, vt dicti nobiles Georgi: & frater eius remaneant in dãno, ꝯ. l. si me & Titiũ ff. si certum pet. & contra id, quod no. Host. in c. bonæ. de appel. Quare concludo, partes dominorum Iudicantium fore in condemnando hæredes domini Guidonis ad satisfaciendum expensas prædictas dictis fratribus, & ita concludo.

EPITOME.

¶ Statutum pœnam imponens cõmittenti adulterium, vel stuprum, comprehendit iudæos in loco

statuti

statuti habitantes: ideo pro stuprum cum Christiana per iudæum commisso imponitur pœna pecuniaria, & non capitalis.

SVMMARIVM.

Iudæi nobiscum participant in actibus humanis, non in diuinis. nume. 1.

Popularium appellatione veniunt forenses habitantes in popolo. nu. 3.

Statutum municipij potest specialiter statuere de iudæis, ex quo sunt subditi legibus Romanis. nu. 5.

Hebræorum societas non reprobata. nu. 7.

Iudæus contrahens matrimonium cum Christiana punitur pœna mortis, committens vero stuprum nequaquam, & quare. nume. 11.

CONSILIVM LXIII.

Viso statuto famosæ vrb. Bononię, & visa īquisitione formata ꝯ istos Hebræos confessata per eos, & oībus matura, & solenni inuestigatione pēsatis, mihi vr̄ de iure dicendum, ꝗ isti Hebræi veniāt puniendi pęna pecuniaria, & non vltimo supplicio. Quod sic ostēdo, & ante omnia p̄mitto, ꝗ statutū prædictū dicens. si qs, vel si qua adulteriū commiserit, cōdēnet in ducētis libris Bononi. postea dicit, incestū, vel stuprū ī volētem, puniatur pecuniariter. Et sic statutū istud committenti adulteriū, vel stuprū imponit pęnā pecuniariā. 200. librarum. Mō est videndū, an istud statutū cōprehendat iudeū hic habitantē, & cōmittentē stuprū, aut adulteriū in volentē. Et certe dicendū est ꝗ sic, & in indiuiduo alle. Bal. in l. spadonē. §. iā aūt.
1 ff. de excu. tu. vbi in humanis† actibus iudæi nobiscū participant non in diuinis: adeo ꝗ pōt esse ꝓcuratores, & interuenire in iudicio, & ibi Bal. refert se in cōtingentia facti habuisse: immunitas ex dispositione statuti concessa erat incolis certi loci, ꝗ talis immunitas extendit se ad iudæos, & ita dicit se in facto consuluisse. Ita ergo erit in casu isto dicendū: qa cū statutū Bononiense disponat, ꝗ adulter, vel stuprator puniatur pęna ducentarū librarum, continetur iudæus habitās Bononiæ, cū ergo præsupponit in facto, ꝗ isti iudæi sunt habitatores Bononię, sequit̄, ꝗ ꝯprehendunt̄ statuto Bononiensi, vt voluit Ang. in consilio suo incipiente cui dicta actio sine cessione quæratur. quem refert & sequitur Lud. Rom. in consilio suo incipiente, ista captura facta de Gratiolo &c. & in ordine est 221. & Paul. de Castr. consilio 344. incipiente statutum supra relatum: & quod voluit idem Paul. in suo consilio incipiente. circa primum. & est in ordine. 232. Cum ergo sint habitatores huius ciuitatis. ergo sortiūtur hoc forum, & per consequens comprehunduntur statuto huius municipij, & sic punient̄ pęna huius statuti. Et peroptimè facit, quod voluit Compost. post Inno. in rubrica, de consue. sequuntur vbi moder. & etiam Ioan. de Imo. ꝗ forensis ita ligatur consuetudinibus loci, sicut ciuis, si ibi ꝯhit, vel delinqt. c. j. de rapto. 2. q. 1. c. si peccauerit. 6. q. 3. c. placuit. l. j. C. vbi sena. vel clariss. auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet c. fin. de fo. ꝯpe. Cū ergo isti Hebræi sint habitatores huiꝰ municipij, & deliquerint hic, sequit̄, ꝗ ꝯprehēdunt̄ lege municipij huius, & per ꝯn̄s punient̄ pęna pecuniaria, Et ꝗ hoc sit verissimū, si qs opponeret, dicendo, ꝗ iudæi & Christiani sunt diuersæ sectæ: ergo per illud verbum. si quis, comprehenditur Christianus, & non iudæus, per illud, quod voluit Bal. in l. j. C. qui bon. ced. pos. vbi dixit, ꝗ statutum editum in terris Papæ concordat cum iure canonico, & editum in terris imperij concordat cum iure ciuili, & in l. fina. C. de succe. edic. dixit, ꝗ lex ciuilis loquens de gradu intelligitur, ꝓut capitur a lege ciuili. & in l. si quando. C. de inofficio. testa. dixit, Papa concedit monaco potestatem testandi, intelligitur ſm ius canonicum, & in l. si nondum. C. de fur. dixit, ꝗ statutū populi loquens de sacrilegio intelligitur, prout capitur a lege ciuili. Si vero exprimitur a statuto episcopi, capitur, prout sumitur a lege canonica. facit c. ex literis. de cōsti. & qđ ibi voluit D. Anto. ita posset opponi in proposito, cū sint diuersæ sectæ, & istud statutum est editum a Christianis: ergo debet intelligi de ipsis Christianis, & non de Iudæis: quia ista nullo modo obstant, & ad hoc allego fin. tex. iuncta glo. in c. ius quiritum. 1. di. vbi appellatione populi Romani, seu Romanorum, veniunt Iudęi: hoc decidit glo. 2. ibi, in quantum alle. l. Iudæi. C. de iudic. & sic text. cū gl. probat, ꝗ appellatione Romanorum veniunt Iudæi: ita dicamus, ꝗ appellatione Bononiensium veniant Iudæi habitantes Bononiæ. Cum ergo tale statutum comprehendat Bononienses, sequitur, ꝗ cōprehendet iudæos habitantes hic Bononię, & per consequens istud statutum comprehendit istos He-
2 bræos. Quod etiā subtilius ostendo hoc modo,† clerici & laici sunt diuersæ professionis, tex. est in c. duo sunt genera. 12. q. 1. sed legem habeo manifestam, ꝗ appellatione Bononiensium veniūt clerici habitantes Bononiæ: vt est tex. in c. dilecti. de foro compe. & facit, quod voluit Bar. in l. j. ff. ad mu. & C. de incolis. l. omnis. li. 10. & D. Pet. de Anc. & Dominicus in c. fi. de officio dele. li. 6. Ergo sequitur, ꝗ statutum istud generaliter loquens comprehendit Iudęos hic habitātes. Et etiam hoc ostēdo subtilius per tex. in auth. de quæsto. in prin. in ver. nostra ciuitas populosa, & turbis diuersorum hominum, &c. vbi text. fin. ꝗ appellatione populi, vel popularium comprehenduntur omnes habitātes in ciuitate, quem tex. allegauit pro singulari Bal. in c. j. de noua for. fi. vbi dicit, ꝗ nomine popularium continentur omnes aduenę habitātes in loco, ꝗ dicit esse bene not. ad multa. & illum tex. etiam ad hoc alleg. Bald. in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gestis, dicens, ꝗ aliud est dicere ciuis, & aliud est
3 dicere popularis: quia appellatione† popularium veniunt forēses habitātes in populo, & alle. d. auth. de quæstore. Et plus etiam sentit ibi Bal. ꝗ appellatione populi, seu popularium veniunt Iudæi: secus appellatione ciuiū: vnde inquit, si statutū disponit, ꝗ offendens ciuem puniatur certa pœna, ꝗ non cōprehenhitur iudæus effectus ciuis ex priuilegio, nisi aliter exprimeret statutum: sed bene venit appellatione popularium. Cum ergo statutum populi ligет oēs de populo, vt l. omnes populi. ff. de iust. & iure. l. 1. C. de sum. tri. sequitur, ꝗ comprehendit iudæos, & illum tex. etiam allegauit Bal. in c. Rodulphus. de rescri. dicens, hoc nomen populus, comprehendit aduenas habitantes in loco, alle. auth. de quęsto. Cum ergo statutū loci competat omnibus de populo, sequitur, ꝗ competit iudæis habitantibus in loco: qa iā dicuntur esse de populo. Accedat ad hoc elegans ꝯsiliū D. Pet. de Anch. in suo consi. 260. vbi habuit qōnem de facto, ꝯstitutio disponebat, ꝗ nullus posset eligi ad officiū, nisi eēt fidelis, & deuotus ecclesię Romanę, & incipit illud consiliū D. Pe. de titulus criminum, quæ in inquisitione deducuntur. vbi quidā elegit ad officiū iudæum, fuit dubitatum, vtrum eligens inciderit in pœnam constitutionis, quasi non elegerit hominem fidelem, & deuotū ecclesiæ Roma. & cōsuluit ibi D. Pe. ꝗ non inciderit in pœnam, & mouetur ver. quarto, si dicamus illa verba fidelis, & deuotus sanctę Ro. ecc. intelligēda non esse de iudęis, quia iudęi, & saraceni, & aliæ sectæ reprobatæ pn̄t dici fideles & deuoti sanctę Ro. ecc. si nobiscum pacificè conuersant̄, & viuunt, & hinc est, ꝗ eccle-

sia in suis ritibus & ceremonijs tolerat eos l.die Sabbati.C.de Iudeis.& q̄d no.in c.ꝗ super his.de voto.p Inn.& alios. pōt ergo Iudeus esse deuotus & fidelis Rom.ecc.qa sub eius protectione se subijciens misericorditer ab ea sustinetur, & contumelias ei inferri inhibet & tuetur.c.sicut.de Iudeis.vnde statutum loquens de deuoto & fideli eccle. dicit se intelligere de ecclesia militante,quę suspicit infideles: non aūt de ecclesia triūphante, quę est in cœlis, de qua verisimiliter statutum non sentit ex hoc ergo capite, ꝗ Iudeus possit esse deuotus & fidelis Sanctæ Ro.ecc.non vr̄ Iudeus ab eius officijs ꝓhiberi, licet sit ꝓhibitus Iudæus de iure cōi hēre publica officia. Et iō ꝯcludit D.Pet.in d.suo cōsilio,ꝗ ille eligens Iudæum non poterit puniri pœna illius constitutionis ex eo:quia eligendo Iudęum non videtur venisse cōtra constitutionem. Modo in casu nostro, si illa est constitutio ecclesſ.Ro.& loquitur de fideli, & deuoto eccle. Rom.& nō videtur excludere Iudęum,fortius statutum Bononiense loquens per illa verba, si quis comprehendet iudeum habitantem in loco, licet sit alienę sectæ a Christianis. Et pro illo ꝯsilio domini Petri ego alle. tex.in indiuiduo in l.legati,in ver.gērium deuotarum.C.de vectig. per quem text. dixit ibi Bald.assumptum fore stylum, ꝗ reges scribunt deuotis nostris; quia idem est, ꝗ obediētiarijs nostris,ſm gl. ibi & bene facit text.ibi,in tit.de pace Cōst.in prin.in versſ.deuotionis.& ibi Bal.colligit,ꝗ
4 subditi † dicūtur esse deuoti.Et sic apparet, ꝗ iudæi ex quo sunt subditi, dicūtur deuoti,& fideles, & per consequens continentur in generali statuto Christianorum loquente in materia congruente ipsis iudæis: sunt eñ iudæi habiles ad cōmittēdū delicta, & adulteria,& similia crimina:ergo indubitatū est, ꝗ tale statutum comprehendit iudęum hic habitātem. Accedat etiam tex.multum sin. de conse. di.3. c.rogationes.in ver.serui.& ancillæ ab opere relaxētur,quo magis plebs vniuersa conueniat.& gl. fi.ibi dicit,ita serui sunt de plebe:& sic est ibi casus singularis,ꝗ appellatione plebis veniunt serui,ancillę:& per consequens multo fortius iudæi.ergo sequitur, ꝗ statutum loquens generaliter per verba si quis, cōprehēdit seruos, & iudæos habitātes in loco, & ꝑ ꝯñs tale statutum Bononiense comprehendit ipsos iudæos,& ideo veniunt puniendi pœna statuti.Præterea illud,q̄d statuentes possunt facere in specie,loquendo generaliter,videntur facere in genere, hoc decidit Bar.in l.si qs sub cōditione.ff.de condi.insti. istud retulit Bald.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.& in l.fi.§.in computatione.ad fin.C.de iure deliber.Bal.in l.fi.C.de sacrosanc.eccle.& in c.cum non ab homine.de iudic.Io.mo.in cap.vt animarum.de consti.D.Ant.in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de ꝯsti.& in c. ꝗ clericis.de foro compe.& in c. tua nuper. vbi est tex.& hoc vult ibi Host.& D.Abbas in c.a nobis, de sen.excom. Quinimo plus dicebat Bar.in cōmēto.l.cunctos populos.C.de sum.tri.ꝗ etiam statuta laicorum honesta generaliter loquentia comprehendunt clericos,per c.constitutus.de in integ. rest. c.cū venissent.de eo qui.mit.in pos.c.cū causam.de re iudi.de quo dicto nunc non insisto.Sed clarū est,
5 ꝗ statutum † municipij potest specialiter statuere de iudæis,ex quo sunt subditi legibus Romanis:vt l. iudæi. C.de iudęis.& d.c.ius quiritum.j. dist. sequitur necessariò,ꝗ generaliter statuendo, videtur de ipsis iudęis statuere, & per consequens tale statutū comprehēdit iudęos:qa ex quo verba ipsius statuti adaptant̄ ad hūc casum,& mēs statuētis ad hūc cōcurrit:ergo ad eū † casum, ad quē adaptant̄ verba ipsius,adaptatur dispositio ipsius statuti: vt probatur in l.j.§.loquitur.ff.de magi.cõue.& ī l.4. §.toties.

ff.de damn.infec.& in l.quod constitutum. de testa. mili.& in l.cum autem.ff.de admi. tu.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accu. c.indemnitatibus.§. sed cū eas.de elec.li.6.c.ex parte Astensis.de concel. præbē. l.cum precibus.C. de proba. Et per cōsequens cum verba ipsius statuti hoc patiantur, & etiam potestas ipsorum statuentium,sequitur, ꝗ comprehenditur sub tali statuto iudæus.Accedat ēt q̄d tetigit Bar.cōiūcto dicto Ang.ibi.in l.j.ff.ad l.iul.maie.vbi quærit, data fuit securitas cuidam, & socijs suis secū veniētibus, modò cum illo veniebat quidam iudęus,& fuit captus,& derogatus, an illa securitas ad illum iudæū porrigat̄,& qualiter intelligat̄, & socijs suis, refert se tūc nō dicere ex eo: quia pēdebat de facto: sed pollicet̄ se alibi dicturū,& reuera alibi Bart. hoc nō determinauit:sed Ange.in d.l. j.dicit, quoad iudæum decidit,ꝗ si iudæus verè venit vt socius,securitas extenditur ad eum: nam permissum est nobis ēt cum iudæis societatem,atq; cōmercium hēre,allegat.l.quicunque.C.de iudæis. Et idē Ang. in l.vtimur.ff.de sepul.viola.dixit,si quis habuit saluūconductum pro se,& socijs suis,ꝗ si in sua comitiua du
7 cit Hebræum,prodest:qm̄ Hebræorū † societas non est reprobata.Et ita dicit ī accidētia facit fuisse iudicatū Perusij: sec⁹ si fuisset reprobata,vt hostiū,& hęreticorum:cum quibus nullum est participium. refert tamen Bar.hunc passum tetigisse.in d.l.j.& inde cisum reliquisse.Ecce nūc qualiter Ange.in indiuiduo decidit istam ꝯsultationē: nā si generalia verba pacti,seu ꝯctus celebrati inter Christianos cōprehēdunt ipsos Hebræos,q̄to fortius verba generalia ipsius statuti:potentiorem eñ effectū operātur verba generalia ipsi⁹ statuti,q̄ verba ipsius pacti:vt est tex. melior de iure in d. l. generaliter. C. de fideiusso.& ibi Bal.& gl.in rubrica.C.de decr. decurio.li.10.Bar. in l.omnes populi.ff.de insti.& iure.l.non impossibile.ff.de pact.Bald.in l.de quibus.ff.de legib.facit l.neque pignus.& l.nec ex prætorio.ff.de reg.iuris.& q̄d voluit gl.in c.penul.de consue.li.6. & doctores in c. fi.e.ti.Et per consequens vera & indubitata erit cōclusio,quòd verba ipsius statuti licet sint generalia, comprehendunt istos Hebræos, & per consequens veniūt puniēdi pœna pecuniaria.¶ Et si q̄spiā opponat, ꝗ isti Iudęi stuprarūt hāc Christianam in contemptum gloriossimi Iesu Christi, & fidei Christianæ. Ad hoc respondeo,negando, & inficiādo istud: ex eo quia istud potius videntur fecisse intuitu libidinis, quàm aīo iniuriādæ maiestatis sacratissimæ pijssimi Saluatoris nostri Iesu Christi,ar.l.verum.ff. de fur.per quem tex.dixit Guido de Suza. ꝗ si tu facis pacem cum aliquo,& promittis sub pœna illum non offendere,& postea commisisti adulterium cū vxore eius,an videaris offendisse illum, & sic īcidisse in pœnam,& decidit ꝗ non:quia non animo iniuriandi,sed causa libidinis,& sic non animo vindicandi,seu renouandi inimicitiam iam sopitam, sed si faceret animo vindicandi,ꝗ dicit apparere;qa ipse fuisset passus similem iniuriam,tunc bene videret animo iniuriandi se fecisse. Et hāc doctrinam Guidonis sequitur Bart.in d. l. verum & idem voluit solennis doc.D. Petrus de Anc. in c.petitio. de iureiuran.& Bald.in c.j.de pace tenē.& vio.eius.in vsi.feu. allegat Hosti.in c.fi.de immu.eccle.facit, q̄d voluit Ang.in l.si cum exceptione.§.satis.ff.de doli. excep. & in d.l.verum.ita dicamus in proposito, ꝗ isti Hebręi hoc delictum fecerunt gratia libidinis explendæ,& non iniuriandi Deum.& maximè hoc colligitur ex qualitate ꝑsonæ,cū qua, seu cū q̄bus tale crimē cōmiserunt: qa cū publicis meretricib⁹ & vilissimis mulieribus.Facit elegās tex.in d.l. verū. & illā
8 l.Bar.ibi inducit ad quæstionem, ꝗ ille † qui rapit per

per vim meretricem,non tenetur pœna illius tituli. C.de rap.virgi.& ideo etiā ibi dixit Bart.ꝙ si quis tenuit libram mulierem, quæ esset meretrix,non posset accusari de plagio, vel de priuato carcere:& sic nō incideret in pęnam de priuatis carceribus, & per ꝯns apparet,ꝙ vilitas mulieris excludit,ꝙ quis fecerit animo iniuriādi diuinā maiestatē. Facit simile, qđ voluit Bald.in l.consentaneum.C.quō & qñ iudex, vbi dixit, ꝙ licet mulier non debeat carcerari: tamē fallit,si est meretrix.facit tex.in l.quæ adulterium,& qđ ibi voluit Iac.Butr. & Bal.C.de adulter.& qđ no. gl.in c.tanta. de simo. & qđ habetur in l.sed si vnus. §.filiofamias.ff.de iniur.de patre, qui est vilis vitæ.& Barto.in l.2.ff.de vulg.& pu.& in l.fi.C. de sen.pas.& in auth.excipit.C. de bo.quæ liber.& qđ habetur in l.si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.sol.matri. & in l.si lenones.C.de epi.audi.& in l.senatoris filia.ff. de sena.ergo sequitur, ꝙ non dicitur ex vilitate vitæ illarū mereticū illata iniuria Deo:posito,nō tamen concesso, ꝙ ex concubitu mulieris Christianæ cum Iudęo esset illata iniuria Deo,tamen considerato,ꝙ tales mulieres essent meretrices, nullo modo uideretur inferri iniuria Deo ex tali cōcubitu facto per Iudęos considerata vilitate fœminæ meretricis: vt est
9 text.in d.l.verū. dispositioni † enim iurium derogatum est propter vilitatē publicæ meretricis: vt in dictis iuribus.Quāto fortius in casu nostro,quia concubitus videtur fieri gratia libidinis, etiam si cū honesta fęmina,& non meretrice fuisset celebratus talis concubitus.Et per consequens tale statutum vendicat sibi locum in Iudęo, vt puniatur pœna pecuniaria.Et etiam est accuratè animaduertendum, ꝙ istud statutum Bon. non vendicat sibi locum in eo, qui stuprauit meretricem, nec loquitur de meretrice,sed ex quo in Iudeo est pęnalis talis concubitus, habetur,ac si incidisset in pęnam talis statuti, & per consequens punientur dicti Hebræi pœna pecuniaria. ¶Sed si quispiam dicat,quòd de iure communi habenti concubitum cum Christiana imponitur pęna capitis,seu pęna vltimi supplicij, ergo cū istud statutum loquatur simpliciter,& nullam facit mentionem de Iudæo,videtur, ꝙ quoad iudæum remaneamus in dispositione iuris communis, vt capite puniatˀ.l.commodissime.ff. de lib.& posth.l.si extraneus.ff.de condi.ob cau. cum si.Ad hoc rñdeo,posito,non tamē concesso,ꝙ ita sit, ꝙ de iure cōi veniat imponenda pœna capitis, nihilominus est derogatum huic dispositioni iuris cōis per statutum prædictum:quia licet generaliter loquatur: tamen habet locū iudæo, vt apparet ex deductis per me superius. Item nego,ꝙ ex dispositione iuris communis puniatur iudæus capite:quia illud ius cōe nusquam reperietur. De facto istam quæstionem vidi Ferrariæ in quodā iudæo reperto in venereis cū quadam Christiana,& fuit punitus pœna pecuniaria, & etiam alibi ita fuit obseruatum in simili casu, nec scio reperire casum legis de hoc. nam si ponderemus tex. in c.in nonnullis.de iudæis.in versi.iudæi,seu saraceni Christianorum mulieribus commiscētur. & in ver. ne igitur tam damnatæ commixtionis excessus per velamen erroris, &c.vbi tex.nō apponit penam,sed bene dicit, ꝙ est damnatus concubitus, seu dānata commixtio iudæi cum Christiana:sed qua pęna veniat puniendus, ibi non exprimitur, nec etiam per doctores ibi tangitur,gl.tñ dicit ver.damnatæ, quia
10 † nec matrimonium inter iudæum & Christianam contrahi potest.28.q.1.c.caue. Et sic vbi lex non imponit pęnam mortis, nec nos illam imponere debemus: vt dixit gl.in c.fi.de iure patro.non enim oīs illicitus concubitus est dignus morte: vt insti.pu.iud. §.eadem lege.& not.in l.inter liberas.ff. de adulter. & facit ibi gloss. in ver.viduam, quæ exponit. s. non meretricem. Et in casu nostro ista, vel istæ fuerunt, seu sunt meretrices, ergo apparet, ꝙ non est pœna quoad Christianum,sed quoad iudæū non inuenit, ꝙ sit pęna mortis:licet enim sit coitus ꝓhibitus īter Christianam & Iudęum,non tñ reperitur,ꝙ sit morte dignus.Sed si allegetˀ tex.in l.ne quis.C.de iudęis. vbi dicitur, ne quis iudæus Christianam in cōiugiū accipiat, neque iudeæ Christianus coniugium sortiatur:nam si aliquid huiusmodi commiserit,adulterij vicem commissi huiusmodi crimē obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata.& ibi dicit glo.multum sin.ꝙ non requiritˀ subscriptio ad pęnā talionis.modo diceret quispiā, pęna imposità adulterio est pęna capitis: vt in l.quāuis.C.de adulte.& no.in l.si quis viduam.ff.de qō.& in l.transigere.C.de transac. vnde posito,ꝙ ita sit,ꝙ hodie puniatur pęna capitis iudęus cōmittens adulterium,gladio debet mori:tñ illud est verum, quando committit adulterium. Et etiam est ponderan-
11 dum,ꝙ † qñ cōtrahit matrimonium cū Christiana, tunc dicitur,ꝙ tenet vicem matrimonij:& sic punitˀ vt adulter: sed qñ comittit stuprum, nihil dicit ille tex.vnde remanebimus in dispositione iuris cōmunis,& sic non punietur pęna mortis: vt decidit Sal. in l.eum qui duas.C.de adulte.Et si dicatur, quæ potuit esse ratio, ꝙ imperator in d.l. ne quis. disponit, ꝙ ne quis iudæus contrahit matrimonium cū Christiana sub pęna capitis, & qñ committit stuprum cum Christiana non apponit pęnam capitis. ratio esse potest: quia contrahere matrimoniū est de genere permissorum, & contrahitur sub specie boni, & facilius & frequentius fęminæ Christianæ deciperentur,& inclinarentur ad ꝯhendum matrimoniū cum iudæis:ideo impera. ibi specialiter prohibuit, & imposuit pęnam capitis, ex quo ille concubitus matrimonialis videtur licitus,& permissus: ideo ne tale matrimonium frequentaretur, fuit opus de eo facere specialem mentionem, & etiā apponere contrahentibus grauiorem pęnam: nō autem est sic in stupro:quia rīr est prohibitum, & habet omnē apparentiā mali:ideo non sic frequentaretur, & ideo lex non apposuit pro eo delicto pęnam capitalem, nec de eo fecit specialem mentionem. Facit, quod habetur in c.admonere.33.q.5.vbi grauior pęna imponitur marito occidenti vxorem, quàm filio occidenti matrem.glo.ibi mouet,quare est,ꝙ maior pęna imponitur viro occidenti vxorem,q̃ filio occidēti matrem.rñdet,ꝙ licet maius & grauius sit matricidium,q̃ vxoricidiū: sed quia homines facilius inclinarentur ad occidēdum vxores, q̃ ad occidendū matres. & sic tale delictum magis frequentaretur: ideo ad refrenandum homines a tali delicto, ad qđ committendum facilius inclinarentur,ideo aposuerunt maiorem pęnam.Ita est dicendum in casu d.l. ne quis: quia matrimonium inter Christianam & Iudæū,& eꝯ frequentaretur, ideo grauior pęna imponitur:& lex de tali matrimonio specificè statuit. Item etiā facit:quia grauius est ꝯhere matrimoniū inter iudæū,& Christianā,quam simplex stuprū cōmittere:ex eo quia matrimonium connumeratˀ inter sacra:vt voluit glo.in c.veniens.de transac.Ideo grauius iudæus delinquit offendendo sacramentū ecclesiæ,ideo non est mirum, si lex imposuit pœnā mortis,arg.c.non afferamus.24.q.1.Nō est sic in stupro inter Iudæū & Christianā cōmisso:ergo.Et maximè in casu nostro:quia illæ fœminæ fuerūt meretrices.Facit etiam qđ dixit tex. in l.itē adud Labeonē.§.hoc edictū. in ver.ea enim q̃ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntˀ neglecta, ideo cum lex nullā fecerit specialem mētionem de stupro cō-

misso per iudęum cum Christiana,& facile erat legislatori specialiter legē facere specificam,& expressam.c.maiores.de baptismo.c.ad audiētiā. de deci. l.vnica.§.si autem ad deficientis.C.de cadu.tol.l.j.ff. si mens. fal. mo. dix.ergo legislator non videtur curasse,& per consequens vr̄ reliquisse sub pœna iuris communis puniētis stuprū.l.si cum dotem. in prin. ff.so.ma. Præterea consuetudo est optima legū īterpres.c.cum dilectus.de consue.l.si de interpretatione.& l.minimè.ff.de legi.vbi minimè mutāda sunt, q̄ certam interpretationem habuerūt.& dixit Bal.in l.quicunq;.C.de ser.fugi.ꝙ illud est cōsuetudinariū, nō est arbitrariū.& idē Bal.ī l.j.C.de fruc.& lit.expē. dixit,ꝙ imo illud,qđ est consuetudinariū, habetur ꝓ expresso.l.ꝙ si nolit.§.qa assidua.ff.de ędil. edicto. Cū ergo in casu nostro experiētia nos docet,ꝙ quoties tale delictū fuit commissum per Iudęū cū Christiana,fuit iudęus punitus pœna pecuniaria,nec est auditū,ꝙ fuerit īposita pœna mortis,seqtur ꝙ posito,non tñ concesso,ꝙ qñ esset dubiū, quę pœna veniret imponenda,tunc esset recurrēdum ad consuetudinem,quę est optima legū interpres.quanto fortius in casu nr̄o;cū non sit lege expressum,ꝙ iudęus debeat puniri pœna mortis.Et per consequens contenti esse debemus pœnis, quas leges imponunt. & sic nec de iure communi,nec de iure municipali venit puniendus,seu veniunt puniendi isti Hebręi pœna mortis: & ideo obseruāda erit dispositio statuti Bononiēsis apponētis pœnā pecuniariā. & sic istud statutū quoad iudęum recipit istam interpretationē: qa ex quo istę fœminę erant meretrices,& in dispositione statuti nihil expresse dicitur de meretrice, remanebimus in dispositione iuris cōis, vt non puniat̄ Christianus: vt per glo.in d.l.inter liberas,& superius dictum est.sed quoad iudęum statutum habet, quia talis commixtio carnalis,vt iudæo est prohibita,& est tex.in dicto capitulo in nonnullis. de iude.Et per ꝯsequens punient̄ isti Hebręi pœna pecuniaria s̄m dispositionem statuti. Et ex istis concludo sequēdo illud,qđ pulchre scribitur in l.j.C.de dedi.tit. liber. tol.in ver.nos enim qui veritatem colimus.ꝙ ex dispositione iuris communis isti iudęi nō sunt gladio feriendi,nec puniēdi pœna mortis, & ex dispositione statuti veniunt puniendi pœna pecuniaria inserta in dicto statuto Bononiēsi,& tale statutum licet simpliciter loquatur nihilominus cōprehendit iudeos : vt superius est ostensum , & partes domini iudicantis erunt in declarando istos hebræos esse pecuniariter condemnandos . Et ita concludo .

EPITOME.

¶Statutum alicuius loci comprehendit etiam conuersantes & negotiantes in loco,quod quidem licet sit nullum,tamen si fuerit per superiorem cōfirmatum ualet , nec dicitur statutū inferioris , sed superioris,maximè quādo confirmatur motu proprio,& ex certa scientia.Item princeps ex causa potest uni auferre suæ rei dominium , & alteri applicare.

SVMMARIVM.

Proęmij effectus.nu.1.

Vtilitas publica semper intelligitur reseruata in omni dispositione.nu.3.

Renuntiatio generalis non extendit ad id, quod est impossibile renuntianti.nu.4.

Constitutioni prohibitoriæ non potest renuntiari.nu.8.

Statutum ligans eos,qui sunt de ciuitate cōfœderata, multo fortius ligat conuersantes & habitantes in loco. numero vndecimo.

Sigilli appositio,aut subscriptio in chartis vacuis facta per dominum non operatur cōfirmationem eorum, quæ ibi sunt scripta.nu.13.

Statutum licet sit nullum,si tamen fuerit per principem cū causam specifica confirmatum,valet.nu.14.

Princeps quando nobis possit auferre dominium.num.17.

CONSILIVM LXIIII.

PRo vera huius hæsitationis decisione. Et quia tota difficultas huius hæsitationis stat in hoc,videlicet, vtrū dicta promissio , & fideiussio facta per Petrum de Castro Bolognesio valeat,licet facta in territorio Fauentino:& circa hanc dubitationem non multa verba spargā : qa res iudicio meo & clara, & aperta, ideo quatenus materia patitur dilatabo fimbrias. Et primo præsuppono pro fundamento verissimo huius consultationis, verba constitutionis & reformationis castri Bolognesi quæ hoc modo concepta sunt, videlicet,ꝙ nolebant pro vtilitate dicti cōis , ꝙ nullus Lombardus,aut forensis venderet pannos in dicto castro Bolognesio , nec acciperet ī fideiussorem aliquem de dicto castro Bolognesio , & ista est præfatio & proemium ipsius reformationis, & statuti Bolognesi, videlicet , ꝙ pro vtilitate dicti cōmunis,
1 quo casu proemiū † vt dicit glos. valde solen.reddit lectorem attentum,docilem, & beneuolum , & appellatur proęmium quasi primus sermo , idest præfatio ordinata.l.j.ff.de origi.iur.& ibi Bald.dicit esse bene no. pro proęmio statutorum:qa importat causam finalem ipsorum statutorum , si in casu quolibet comprehenditur:sed institutionis est eadem ratio,scilicet impulsiua. Ego allego optimū text. in c. ex multa.de voto.vbi conclusio dispositionis accipit effectum ab his,quę dicuntur in pręfationibus: vt dixit D.Cardi.in c.pet.de cle. coniug. ꝙ omnis cā expressa in proęmio legis,vel statuti est finalis, allego l.fin. de hære. insti.& Bal.ibi dixit,ꝙ proęmia & pręfationes probant causam finalem.& ad hoc quotidie allegatur per doc.secundum eum,ꝙ ex præfationibus statutum probatur mens & ratio, nec aliqua lex est in iure,quæ ita bene probet hanc doctrinam, quàm text.in d.l.fi.secundum eo. Facit l. j. ff. ad maced.& ibi Bartol.dicit, ꝙ macedonianum principaliter non emanauit in fauorem filiorum, sed ī odiū fœneratorum,ꝙ dicit colligi ex pręfatione posita in principio illius l.ꝙ dicit esse not.quia ex pręfatione legis comprehenditur mens legis condentis , quod dicit esse vtile pro statutis reformandis.idem sequitur ibi Bal.& allego.ad hoc l.regula.§.licet.vers.initiū cōstitutionis demōstrat.de iur.& fac.igno. ff.vbi dixit Bar.ꝙ qñ pręfatio legis est generalis,licet lex sit specialis: tamen intelligitur esse generalis. Et sic pfatio ampliat ipsam legē.idē ibi sequit̄ Bal.dicēs, ꝙ pfatio.l.dat intellectum toti.facit l.cum hi.in prin.ff. de transac.& ibi dicit Bar.ꝙ ex verbis positis in pręfatione legis statutum sequens restringitur. & ibi et dixit Bald.ꝙ licet verbum relictum ponatur ibi in pręfatione legis,tamen intelligitur repetitum in cōstitutione,& conclusione:quia proemium loco causę finalis habetur.idem etiam sequitur ibi Ange.dicēs,ꝙ pfatio legis restringit legē allegat.l. hęc actio. ff.de calumniato.l.cū pater.§.idē respondet,de le.2. Archi.10.q.2.episcopus.el 2.& Spe. in ti.q.fi. sint legi.

gl.§.j.ver. sed quæritur. Accedat etiam tex. in §.quibus.in prima constitu.C. vbi prooemium nõ est ponendum in lege, qñ nullum præstat suffragium: sed si declarat mentem legislatoris, q̃ ex prooemio colligitur, tunc multum operatur.& ibi Bal dixit se non dicere hoc sine cã.facit gl.fin.l.j.ff.de iud.& ibi Ang. p illam gl.colligit, ꝙ proœmium est cã finalis ipsorũ statutorũ, & quod voluit Bar.in d.l.fi.de hære.instit. Facit ẽt tex.in l.item quia.§.item Iuliano.ff.de pact. & ibi colligit Ang.rationem: quia dispositio & præfationes fiunt vno cõtextu, ideo videtur inesse.l.lecta.§.dicebam.si cer.pet. Facit, qđ voluit Ang.in l.si quis cum aliter.de verb.obl. vbi dixit, ꝙ si verba sequẽtis contractus sunt dubia, recipiunt denominationem ex precedenti præfatione, & tractatu, alle. Inno.in c.innotuit. de eo qui furt.ordi.sus.Facit l.Titia.§.idem respondit.de verborum obli.& ideo Bal.
2 in c.secundo requiris, de appel.dixit, ꝙ† causa prooemialis respicit omnia precedentia & sequentia.facit qđ voluit idem Bald.in l.vt liberis.C.de colla.& in l. hæc verba.C.de falsa causa adie.lega.& in l.in testamento.de legi.tuto.& Bar.in l.cum quid.si cert.pet. & do. Anto.in cle.1.de elect.& ibi allegat.d.l.2.§.licet.de iur.& fac.igno.Facit etiam, qđ voluit Bar.in l. pacta nouissima.C.de pact.& Bal.& Ang.& plenissimè, Imo.in l.quoties.§.sed cum.de hære.insti.& Lu. Ro.cons.15.& cons.80.& qđ scribitur apud Liuium de secundo bello punico, in principio. ibi, in parte operis mei, licet mihi præfari. Modo ex istis resultat conclusio verissima, & omni memoratu digna, ꝙ omni mens, & intentio huius reformationis statuti fuit disponere illo modo propter publicam vtilitatem, & comprehẽdit talis præfatio omnem casum sequentem, videlicet promissionem & fideiussionẽ factam per ciuẽ castri Bolognesi, & per consequens talis reformatio emanauit ad bonũ cõe, & vtilitatẽ publicã: & respicit omnia pcedentia & sequẽtia: vt voluit Bald.in d.c.secundo requiris. Quo casu subijcio aliud fundamẽto; quia cum emanauerit propter publicam vtilitatem, sequitur regula iuribus & auctoritatibus omnium scribentium firmata, ꝙ in
3 † omni dispositione intelligit̃ reseruata publica vtilitas, & excepta: vt est text.in l.iubemus.la 1.C.de sacrosan.eccl.l.iubemus.C. de naui.non exclu.li.11.l. si quis in graui.§. hi quoq;.ff. ad Silla.l.nullus.C. de cur.pu.li.12.c.non minus. de immu.eccles.l.venditor.§.si constat.ff. comm.prædio.l.1.C. vt ne.lice.abem.spe.se exim.li.10. l.1.C.de condi.in hor.publi.li. 10.l.nulli.& l.probissimi.C.de rogat.mili.an.lib.12. Ex quo sequitur, ꝙ promissio & fideiussio facta per ipsum Petrum de castro Bolognesio limitabitur, & restringetur, nisi esset ꝯ publicam vtilitatem: quia tunc ex dispositione iuris cõis nõ tenetur, quatenus esset ꝯ publicam vtilitatẽ: sed certè talis promissio est ꝯtra publicam vtilitatem, vt patet ex ipso statuto seu reformatione: ergo est nulla. ¶ Sed si quispiam opponat, ꝙ dictus Petrus renuntiauit omni iuris remedio, & statutis, decretis venientibus ꝯ dictam fideiussionem, & promissionem: ergo sequitur, ꝙ valuit talis promissio non obstãte prædicto statuto castri Bolognesi, & ꝙ potuerit renuntiare, apparet: qa talis vtilitas principaliter respici priuatã vtilitatẽ: & ideo debet attendi illud, ꝙ fit principaliter, & nõ illud, qđ fit in consequentiam.l.1.& l.dicimus.cum si.ff.de auct.tu.vnde succedunt oẽs regulę iuris antiqui, vt quilibet possit renũtiare iuri, & fauori pro se introducto. vt l. pacisci.& l. pactum.ff.de pac.l.si qs in conscribẽdo. C.eo .c.ad apostolicam. & c. porrectum. de regula. & facit l.1.ff. de fer.vbi causa illius statuti fuit publica vtilitas, vt ibi dicitur: tñ qa principaliter respicit priuatam vtilitatem, pt tale statutũ pactis priuatorũ mutari, & ei renũtiari: vt ibi dicit text.& l.si feriatis.eo.ti.& facit glo.vnica & fin.in auth.vt sine ꝓhibi.matres debi.& cred.§ qa vero. & per ꝯñs potuit iste Petrus renuntiare statutis, & ordinationibus castri Bolognesi, & per consequens remanemus in dispositione iuris communis.l. cõmodissimè.ff.de liber.& posthu.l.si extraneus. ff. de cõdi.ob causam. Ad hoc respondeo negãdo assũptũ, videlicet, ꝙ nullo mõ renũtiauerit tali reformationi, & statuto: & dato, non tamen concesso, ꝙ renuntiauerit, nihilominus non potuit renũtiare, & ꝙ nõ
4 renuntiauerit apparet ex eo; quia generalis † renuntiatio non se extendit ad id, qđ est impossibile ipsi renũtiãti.vñ non credit renũtiasse per verba generalia illud, qđ renuntiare non potuisset, no.Bart. in l.si quis sub conditione.ff.de condi.insti.& Bal.in l. fin. §.in computatione.C.de iure deliber.& in l.fi.C. de sacrosan.eccle.vbi in simili dicũt, ꝙ gñalia verba statuti non adaptantur ad ea, q̃ sunt impossibilia ipsi statuenti: vt in c.tua nuper.de decimis. & ibi Hosti. & D.Ant.& idẽ D.Anto.in c.ecclesia Sanctę Mariæ. de consti.Ita dicamus in casu nostro, ꝙ illa verba generalia renuntiationis adaptantur ad id, qđ potuit renuntians renuntiare, & nõ ad id, qđ nõ potuit renũtiare. Sed ego oñdo manifestè, ꝙ non potuit renũtiare tali statuto ille Petrus, ergo sequitur, ꝙ talis renuntiatio non comprehendit statutum præfatum: vnde Bart.in indiuiduo in l.ius publicum.ff.de pac. in fi.verbis, dicit, in sua distinctione. ꝙ quandoque pactum prohibetur per legem, seu per aliquod statutum ex causa publicę vtilitatis, licet respiciat principaliter vtilitatem priuatam, tamen non potest immutari pactis priuatorũ, & de hoc dicit esse casum in l.de die.ff.de pac.dota.in l.2. & in l. queadmodũ. C.de agri.& censi.li.11.& ad ista dicit reduci omnes casus, qui no.in l.pactum.ff.de pac.& docet diligenter esse aduertendum, si in statutis opponatur causa, quę respiciat publicã vtilitatem, vel nõ: quia tũc non posset etiam per iuramentum renũtiari, seu in contrarium pacisci: vt l.iurisgẽtiũ.§.& gñaliter.ff.de pac.& no.in d.l.2.C.de agri.& censi li.11. & refert se dixisse in l.si qs pro eo.ff.de fideius.Et sic Bart.in terminis decidit istam quęstionem, ꝙ si statutũ cõcernit publicam vtilitatem, licet principaliter concernat vtilitatem priuatam, nihilominus non põt tolli pacto priuatorum. Facit pro hoc, ex causa publicę vtilitatis est statutum, ꝙ creditor possit vendere pignus, aliàs sæpe mutua denegarent: & istud respicit principaliter priuatã vtilitatẽ.s. creditorũ vẽdentiũ, & nihilominus non potest pacto priuatorum mutari: vt patet ex notatis per tex.glos.& Bar. in l. si conuenerit.ff.de pig.actio.ergo cõclusio. Bar. est verissima. Facit ẽt causa & rõ condendi statutũ fuit publica vtilitas, hoc apparet ex verbis ipsius statuti, dum dicit, pro vtilitate dicti communis.ergo illa sola debet attendi: quia dictum & statutum intelligitur & regulatur ẜm eius rationem, & causam efficiẽtem, arg.eorũ, quæ no.in l.qđ dictũ.ff.de pac.l.adigere.§. quanuis.ff.de iure patro.cum si. Sed si publica vtilitas attenditur, ergo priuatorum pacto mutari non potest: vt l.ius publicum.ff.de pac.vnde licet tale statutum etiam concernat priuatam vtilitatem, nõ tñ tale statutum fuit factum propter vtilitatẽ priuatã, sed publicam.& sic debet attendi ratio legis ꝯdẽdæ. Facit etiam pro hac verissima conclusione. Certissimi iuris est, ꝙ senatusconsultum macedonianum fuit introductũ ex cã publicæ vtilitatis; vt in l.1.ff.ad macedonianum, principaliter ad vtilitatem patris & filij, vt patet ad sensum, & tñ pacto priuatorũ nõ põt mutari: vt l.tametsi. cum ibi notatis.ff.ad mace. Ergo ita dicamus in casu isto, posito ꝙ istud statutum

tum concerneret priuatam vtilitatē principaliter; tamē ex quo propter vtilitatem boni emanauit, nō poterit tolli priuatorum pacto. Facit; quia potest opponi de omnibus legibus istis, videlicet. l. pactum. & l. pe. C. de pactis. & de alijs legibus similibus, in qbus qs non potest per pactum iuri pro se introducto renuntiare. & tñ omnes illę. ll. factæ sunt propter causam publicę vtilitatis: ergo vbicūq; statutum est introductum fauore publicę vtilitatis, licet principaliter in fauorem priuatū, nō pōt pacto priuatorum immutari. facit, qđ voluit Bald. in l. 1. C. vt in pos. le. vbi quærit, an testator possit disponere cōtra ius municipale, puta statuitur, ꝙ nō valeat testm̄, nisi infra mensem fuerit registratum in archiuo publico: sed testator disposuit, ꝙ imo valeat, ꝙ nihilominus statutum legis preualet statuto hominis. l. leges sacratissimę. C. de leg. l. quidam decedēs. in prin. ff. de admi. tu. & qđ voluit idē Bal. in l. 1. C. de cadu. tollē. Facit etiam, qđ voluit idem Bartol. in d. l. pe. C. de pac. vbi dixit, ꝙ quando continet statutum priuatā vtilitatem renuntiantis, & publicam, nec potest separari priuata vtilitas a publica, non valet renuntiatio nec quoad publicā vtilitatem, nec quoad priuatā, alle. d. l. de die. de pac. do. cōiuncta. l. 1. ff. sol. ma. & l. quos ꝓhibet. ff. de postu. l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procurato. l. 2. §. sed qa. C. de iura. calū. Facit ēt, qđ voluit Ang. in d. l. ius publicum. vbi dicit, ꝙ si est
5 ius † positiuum merè introductū ob vtilitatē publicā, tunc non renuntiatur, vt ibi, & dicitur introductum propter vtilitatem publicam, vbicunque ius disponit super forma actus contrahendi, quātuncūque illius actus respiciat priuatā vtilitatē omnino, itaque nullo mō publicā: vt l. testamēti factio. ff. de testa. l. nemo potest. ff. de lega. 1. l. codicillis. §. fi. ff. de leg. 2. Si verò ius publicum positiuum disponit de eo, qđ pertinet ad vtilitatem priuatorum, tunc si disponit prohibēdo, non renuntiatur, & ita dicit posse intelligi. d. l. ius publicum. & ille. gl. quā dicit nō esse alibi in l. 1. C. ne fideius. do. den. vbi illi nō potest renuntiari per maritum dantē fideiussorem: nec per ipsum fideiussorē. & de materia vide in l. si constante. in §. quoties. ff. solut. ma. & hoc ideo quia lex prohibet solum fideiussorem dari pro dote restituēda. Mō ita est in casu nrō: qa tale statutū loquitur prohibitiuè, videlicet, ꝙ nullus Lombardus audeat, vel ꝓsumat in dicto castro, vel aliū de acc̄pere aliquā ꝑsonā de dicto castro fideiussorē ꝓmissorē. &c. & subdit postea tale statutū, & nihilominꝰ dicta fideiussio, vel promissio facta per aliquem de dicto castro sit nulla, cassa, & vana. Quo casu bene ponderentur
6 ista verba, inferunt † canonem latę sententię, & annullant ipso iure talem fideiussionem. hoc decidit Bal. per text. in l. 1. C. de secun. nup. in ver. infamia. ipso facto. supplet, ꝙ importat illud sic: significat eñ ipso facto, qđ inducit ad statutum disponēs, ꝙ si aliquis fecerit tale quid, fit exbannitus: nam intelligitur ipso iure sine ministerio iudicis, qđ dicit esse bene notādum: & sic ipso iure talis fideiussio & ꝓmissio est nulla. vnde Bal. multum singulariter in ca. 1. qui succe. tene. quærit, an possit renuntiari illi cōstitutioni. decidit ꝙ non. & mouetur: quia vbi contractus tenet, & aliquo beneficio pōt impugnari: tunc valet renuntiatio. l. fin. ff. ad velleia. sed si ꝯ̄tus ipso iure non valet: tunc renuntiatio nihil operatur. l. cōuenire per Ricar. & Cy. ff. de pac. do. cum ergo in casu nostro talis reformatio, seu constitutio annullet ipso iure talem permissionem, sequitur, ꝙ nō potuit renūtiari per illum fideiussorē tali constitutioni, seu reformationi. & allego elegātē gl. ī c. j. de rel. ī
7 vi. q̄ vult, ꝙ † qñ statutū, aut lex annullat actum ipso iure, actus est inualidus, ēt si partes nō opponunt, glo. in c. statutum. eo. tit. in 6. & in c. 1. 2. & fi. de officio dele. in 6. & qđ voluit Bal. in l. 1. C. qui admi. vbi voluit, ꝙ quoties ex dispositione statuti in contractu minoris, aut mulieris debet interuenire consensus propinquorum, ꝙ partes non possunt renūtiare tali statuto. & idem Bal. in l. fin. C. de edic. diui. dixit, ꝙ exceptioni, quę oritur ex statuto, non potest renuntiari. Et ad hoc accedat glos. multum sin. quam omnes sequuntur in l. 1. C. qñ impera. inter pu. & vid. q̄ dixit, ꝙ illi constitutioni non possunt vidue renuntiare: & certum est, ꝙ illa constitutio concernit priuatam in vtilitatem ipsarū viduarum. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ nullo mō potuerit ille fideiussor renūtiare tali constitutioni. Facit etiā gl. stupēda & ad hoc in iure solitari in l. a diuo Pio. ff. de ritu nup. quę dicit, ꝙ vbicunque lex prohibet actum, non potest ille actus, conualidari, etiam si accedat consensus contrahentium, quā gl. alle Bal. ꝓ fin. in l. nō dubium. C. de legi. & in c. lator. de re iudi. & in l. cū mulier. ff. sol. ma. & in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosan. eccle. ergo sequitur, ꝙ non valuit talis renuntiatio, & per consequēs est nullius vigoris talis promissio. ¶ Et si allegetur in contrarium dictū Bal. in l. maximū vitiū. C. de liber. pręteri. vbi dixit. statutū excludit sororem stante fratre a successione paterna, & frater vult eam includere in tali successione, & renūtiare tali statuto: decidit Bal. ꝙ potest tali statuto renuntiare. allegat no. in §. sed his permittit pretor. insti. de hære. quali. & differentia. Ad hoc potest rñderi primò: quia illud dictum est contra communē doctrinam Bar. in d. l. ius publicum. & in d. l. penul. de pac. & contra Bal. faciunt rationes & iura, quę superius allegaui, corroborando dictū Barto. Et facit rōne
8 qa † constitutioni prohibitorię qnis non potest renuntiare: & maximè in casu dicti statuti, qđ tendit in fauorem publicè vtilitatis, & agnationis: vt l. 1. §. seruus. ff. de ven. inspi. cum si. licet etiam concernat fauorem priuatū: & etiam qa talis fauor priuatus non pōt separari à fauore publico: vt voluit Bart. in d. l. penul. C. de pac. ergo dictum Bald. non est verū. & contra illud faciunt, quæ superius allegaui. Item illud dictum Bald. non facit contra hanc consultationem ex eo; quia illud statutū videtur accusare naturam: vt dixit text. in d. l. maximum vitium. Item quia tale statutum est irrationabile: vt pulchrè dixit Barto. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. in tantū ꝙ non est extendendum extra territorium. Item qa res de facili reuertit ad suam naturam: vt l. si vnus. §. pactus ne peteret. versic. ꝙ in specie. ff. de pac. c. ab exordio. 35. dist. Item quia illud statutum non inducit nullitatem actus ipso iure: vt in casu nostro, quo casu consensus partium nihil potest operari: vt voluit Bald. in d. c. 1. qui succe. te. & gl. ī d. l. a diuo Pio. & sic non obstat. gl. ī d. § qa verò. in auth. vt matres debi. & credi. quia illa gloss. dicit, quòd quis non potest renūtiare defensioni, quæ resultat ex productione testium, & sic illa glossa non contradicit huic cōsultationi, nec in ista promissione, seu fideiussione interuenit iuramentum, quo casu haberet locum quòd habetur in l. eleganter. §. sed si pactionis. ff. de dolo. & qđ no. in c. cum contingat. de iureiuran. Facit etiam, qđ dicitur in constitutione, seu reformatione: videlicet, hāc reformationē inuiolabiliter obseruādā. quod verbum apposuit imperator in auth. habita. C. ne filius ꝓ pa. in ver. inuiolabiliter &c. qđ
9 verbum excludit † omnē viā, & modū veniēdi, ꝯ̄ ēt per viam absolutionis, aut dispēsationis aut aliquo alio iuris remedio: vt voluit dñs Abbas consiculus meus in quadā sua disputatione incipiēte, statuto Ferrarieñ cauet &c. Idem dicimus de hac dictione omnimodo, quę excludit etiam dispensationē. vt in cle.

cle. hi qui. de æta. & qua. ¶ Et si quispiam opponat, amice, ista tua dicta procedunt, quando fuisset facta ista ꝓmissio in castro Bolognesio, & sic in loco subdito statuenti: sed iam fuit celebrata alibi, extra municipium & iurisdictionē ipsius statuentis: ergo nihil ad eum iuxta illud Virgilianum: non illi imperium pelagi. siue consideremus illum forensem, qui illam fideiussionem & promissionem accepit: quia iam forensis est, nam virtus & potentia efficiētis est inspiciēda, vt possit agere in passum, & sub sapientē materiam, vnde effectus limitatur secundum potētiam ipsius agentis. l. si arrogator. ff. de adopt. l. iurisperitos. §. cum oriūdos. ff. de excusa. tuto. l. cū vnus. §. ijs qui. ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. non solum. §. qui testamento. ff. de excu. tuto. Sed potestas & auctoritas castri Bolognesij nō se extendit vltra proprios limites. l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ergo nec effectus eius vltra protrahitur, & ista rō non comprehendit tam forensem, quàm ipsum subditū contrahentes extra municipium, & facit etiam, qđ voluit Lapus in sua allegatione. ci. quæ incipit, in ciuitate Florentiæ. vbi dicit, ꝙ cum statutum loquaṫ simpliciter, & generaliter ratione forensiū, non debet referri ad personas nō suppositas, allegat. dicta l. fina. & Barto. in commento. l. cunctos populos. C. de summa tri. & ideo videtur dicendum, quòd non potuit dictum statutum disponere in subiectū non susceptiuum effectus producti a statuto iuxta illud, quod pulchrè scripsit Philosophos in primo de anima: actus actiuorum sunt in patiente disposito, maximè in casu isto, cum statutum prædictum loquatur per verba concepta in personam, quo casu non potest comprehendere forensem alibi contrahentem: vt probatur per Barto. in dicta l. cunctos populos, & voluit D. Lamber. de Rampo. in sua disputatione, & Ioan. Cald. in sua disputatione, quos refert d. Abbas ꝯciculus, in repetitione. in c. ecclesia Sāctæ Mariæ. de consti. & plene per Pet. de Ancha. in commento. c. canonum statuta. de constitu. in 12. q. ver. accedat quæstio disputata. & ver. quæro vlterius circa ista statuta. ergo sequitur, quòd tale statutum nō ligauit forensem non subditum contrahentem extra locum statuentium, nec etiam ligauit subditum contrahentem, & fideiubētem alibi: & sic valuit talis fideiussio & promissio. Quia ad ista respōdeo, & ante omnia considero verba ipsius statuti, dum dicunt, audeat, vel præsumat in dicto castro, vel aliunde, expresse tale statutum loquitur de promissione facta alibi. Postea subdit statutum prædictū, nihilominus omnis fideiussio, promissio. & obiectio tacitè, vel expresè facta per aliquem de dicto castro sit nulla, cassa, & vana &c. Ecce qualiter dictum statutum dirigit verba sua ad subditum statuentis: & disponit nullā esse talē fideiussionē etiā factam alibi, vt apparet ex verbis superioribus argum. eorum, quæ habentur in capitu. inquisitioni. & in cap. secūdo requiris. de appella. l. talis scriptura. ff. de leg. j. l. j. C. de diuer. rescrip. l. consilio §. quæsitum. ff. de cur. fur. cū simil. Quo casu nulla est dubitatio, ꝙ potuit

10 statuens † ligare expresse suum subditum contrahētem alibi extra territorium, & prohibere contrahere alibi quàm in territorio statuentis: vt est text. expressus, & sine aliqua inficiatione in l. final. ff. de decre. ab ordi. facien. in ver. lege municipali cautum erat, si quis extra municipium agat, & a iudicio ꝓhibeaṫ, ex soluat dragmas mille. s. ne agere debeat, vel stare vel aliquid facere, vel aliquam negotiationem exercere extra municipium, an pęnam sustinere debet, qui ignorans aduersus decretum fecit: respondit, huiusmodi pęnas aduersus scientem paratas esse. Ecce casum in indiuiduo, ꝙ potest statutum prohibere, ꝙ non stet, aut faciat, aut negotiationem exerceat. potuit ergo statuens facere, ꝙ fideiussio facta per hominem castri Bolognesij extra territoriū suum non teneat, & sit cassa & vana. Et per consequens non valuit talis fideiussio, seu promissio, maximè quando exprimit statutum, ꝙ illud faceret ꝓpter vtilitatem communis castri, & istud tenet Barto. in commento. d. l. cunctos. alleg. d. l. fi. & l. 2. C. de cōmer. & mer. vnde sufficit ad victoriam huius consultationis, ꝙ fideiussio & promissio facta per hominem castri Bolognesij pro forense, & ad petitionem forensis extra locum statuentis nō valeat, & sit nulla. & per hoc sublatum est contrarium superius formatum, nec est insistendum, vtrum tale statutū potuit ligare forensem alibi contrahentē: vt dixit Bar. in d. l. cunctos. vbi dixit, ꝙ si statutum disponit extra territorium de forensi offendente quem territorij, dicit, ꝙ tale statutum non valet: quia non potest disponere extra territorium suum, & in personas sibi non subiectas: quia fateor hoc dictum fore verum, sed in casu nostro sufficit, ꝙ talis fideiussio non teneat: quia principaliter statutum prędictum dirigit verba sua etiam in suum subditum, cum dixit, ꝙ fideiussio facta ꝑ hominē de castro Bolog. sit nulla. Præterea est etiam accuratè circa hoc considerandum, ꝙ creditor, qui accepit istum Pet. de castro Bolognesio in fideiussorem, & promissorē habitat in castro Bolog. & etiam ibi habet sarcinulas suas, & domum, & mercantias, & ibi mercatur, quo casu dicitur, ex assidua conuersatione esse de castro Bolognesio, hoc decidit tex. valde solennis in l. 2. in versi. vbi larē foueant, aut vbi maiorem partem bonorū possident, aut vbi assiduè conuersantur, respondebunt. C. vbi sena. vel cla. vbi probatur, ꝙ ex conuersatione assidua quis efficitur de aliquo loco, ita ibi tenet Cy. & ita omnes sequuntur, & ita etiam ꝓbat tex. in l. 2. C. de inco. li. 10. & Inno. in c. ex parte. de foro competen. & Do. Anto. in c. ꝙ clericis. eo. tit. Angel. in consilio suo 26. vbi allegat. dicta l. 2. secundū quam dicit se in quæstione facti consuluisse. Multofortius est in casu nostro, ꝙ iste creditor, qui accepit illum de castro Bolognesio in fideiussorem, non solum habet assiduam conuersationem in castro, sed etiam ibi habet domum & habitationem: & ibi negotiatur, quæ omnia inferūt illam esse effectum de illo loco: licet sit forensis. vnde si statutum potest ligare eos † qui sunt de ciuitate cōfœderata: vt est tex. 11
sing. ī l. non dubito. ff. de cap. & voluit Bar. in d. l. cūctos. Eodē modo & multofortius poterit ligare eos, qui quotidie, & assiduè cōuersantur in loco statuētis: & ibi inhabitant, & habent domum in loco statuentis, maximè prohibēdo, ne accipiant subditos statuentis in fideiussores. Facit text. in l. 2. C. quæ res expor. non pos. & l. mercatores. C. de cōmer. & merca. vbi imperator ꝓhibet Persis, qui tunc non erant subiecti imperio, ꝙ non possent commercium facere in locis imperij. Et facit, quod no. in l. fi. C. de fun. rei. priua. li. 11. & in l. fundos. C. de fundis pat. eo. li. & in l. fi. C. de exacto. tribu. li. 10. & glo. in c. dudum. C. de contrahen. emp. Et sic apparet, ꝙ si lex potest prohibere, ne forēsis mercet, aut contrahat in loco legem condentis, eodem modo poterit statutum ꝓhibere, ne forensis accipiat in fideiussorem subditum statuentis in territorio statuentis per iura prædicta. ¶ Et si opponatur, ꝙ ista fideiussio facta fuit in alieno territorio, vbi seruatur ius commune, & non obseruatur statutum castri Bolognesij, vt superius opposui. Ego respondeo dupliciter? Primo, ꝙ licet iste creditor sit forensis, & de tali forensi loquaṫ statutum, etiam quia expresè statutum prædictum loquitur de Lombardis: & iste forensis iā est Lombardus:

bardus: quia de Bergamo: nihilominus statutũ potuit ligare istum talem forensem accipientem in fideiussorem hominem de castro Bolognesio ratione conuersationis, quam habet, & possidet in dicto castro: licet talis fideiussio fuerit præstita extra territorium statuentis. Nec etiam Bar. in d. l. cunctos. loquitur eo casu, quo talis forensis habet habitationem, & domum, & cõuersationem in territorio statuentis. vnde ista talia videntur habilitare statuentem, vt possit statuere in forensem contrahẽtem cũ subdito in territorio alterius, & maximè in casu nostro: quia talis fideiussio fuit præstita Fauẽtiæ, & sic extra territorium statuentis in fraudem ipsius statuti castri Bolognesij: quia cum non posset ille forẽsis eam accipere in territorio statuentis, in fradem ipsius statuti eam accepit in territorio alterius: & sic facta est fraus de loco ad locum, ꝙ fieri non potest, sicut de re ad rem, nec de contractu ad cõtractum, nec de persona ad personam: vt no. glo. in c. pleriq;. & in capitu. putant quidam. 14. quæstione tertia. & Bal. in l. nõ dubium. C. de legi. arguit ibi contra magnates, qui cum non possint emere bona immobilia, supponunt alias personas, vt emanant in fraudẽ statuti. & ibi connumerat multa, quæ etiam connumerauit D. Pe. de Ancha. in commento. dicto capit. canonum. de constitu. & quod voluit Ange. in l. qui sella. ff. de ser. tu. prædi. vbi arguit contra notabilem histrionem vocatum, il Gonella, qui fecit fraudem de loco ad locum, & de territorio in territorium: & ibi apparet per eum, ꝙ potuit propter hoc decapitari: quia fraudauit bannum domini Veronensis. Et etiam isto casu non loquitur Barto. in dicta l. cũctos. vnde cum iste creditor non posset accipere in fideiussorem ciuem de castro Bolognesio in territorio statuentis, videtur in fraudem procurasse dictã fideiussionem fieri in ciuitate, seu territorio Fauentino, & fraus & dolus probatur ex cõiecturis: vt dixit gloss. in l. dolum. C. de dolo. & in capitulo secundo, de renun. in 6. & probatur in l. post cõtractũ. de dona. & in authẽ. sed iam necesse. C. de dona. prop. nup. cum simi. Et quia dolus & fraus non debet alicui doloso patrocinari: vt in capitu. sedes Apostolica: & in cap. ex tenore literarum. de rescrip. cum simi. Ideo vt euitetur fraus fienda a statuto, dicemus statutum istud potuisse sic statuere de forensi accipiẽte in territorio alieno in fideiussorem ciuem castri Bolognesij. Et etiam isto casu non loquitur Bar. in dicta l. cunctos. ergo multo minus concurrentibus supradictis, argumen. eius, quod no. gloss. in l. 2. in fi. ff. de excusa. tuto. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & in c. cũ causam. de proba. & in c. accedẽs. el secũdo, vt lit. non contest. Bartol. in l. 2. §. item Cornelio. ff. de quæstionibus. Bald. in l. fina. C. de proba. Præterea circa hoc non est aliter insistendum ex eo: quia sufficit, ꝙ talis fideiussio reddatur vana, & nulla ex capite: quia fuit præstita per ciuem castri Bolognesij in territorio alieno: potuit † enim statuens ligare personam sibi subditam vbique: vt voluit Bartol. & Bald. in d. l. cunctos. & probatur in dicta l. fina. ff. de decre. ab ord. faci. vbi statutũ municipij prohibuit subditum facere certam negotiationem in territorio alieno, ꝙ talis constitutio ligat subditum in territorio alieno: & certum est, ꝙ eo ipso, ꝙ prohibet subditum contrahere extra territorium, videtur ẽt in contrarium prohibere non subditum contrahere cum subdito statuentis. Simile dicimus, vt dicit Do. Cardi. in capitulo primo, de iudic. vbi dicitur, ꝙ nullus communicet tali, ꝙ videtur inferri, ꝙ etiam ille talis non communicet alijs. Simile dicimus in eo, qui est prohibitus vendere: quia videtur prohibitum alteri, ne emat, l. nemo Martyres. C. de sacrosanc. eccl. l. fi. C. de indi. vidui. tollen. cum simi. vnde isto casu non consideramus, an ille, qui contrahit cum subdito, possit prohiberi a statuto, an sit subditus statuẽtis ad hoc, vt fideiussio, & promissio præstita per eum sit cassa, vana & nulla. Et per consequẽs verissima est doctrina, talem fideiussionem fore nullam, & ex ea non teneri dictum Petrum assertum fideiussorem: nec est curandum, an statutũ potuerit prohibere forensem. Et sic multifariè, multisque modis apparet de nullitate dictæ fideiussionis, & promissionis. ¶ Si modo quispiam opponat, amice, istud statutum, seu ista reformatio non ligauit subditos ex eo: quia nõ emanauit ab eo, qui potuit reformationis edere, aut constitutiones ꝓmulgare. vnde non interuenit auctoritas superioris, puta Papæ, aut domini legati, aut populi, & cõmunis Bononiæ. vnde non habuerunt potestatem condẽdi statutum homines castri Bolognesij: nec tunc interuenit auctoritas superioris: ergo sequitur, ꝙ tale statutum non ligauit subditos, & multo minus forẽses: ergo sequitur, ꝙ remanebimus in dispositione iuris cõis. l. si cum dotem. in prin. cum si. ff. so. matri. facit, qđ no. Inno. in cap. cum accessissent. de consti. Cõpost. & Host. & in c. cũ oẽs. eod. tit. Bar. & alij in l. oẽs populi. ff. de iust. & iur. & si dicatur, ꝙ clerus Bononiẽsis, & cõe, & populus Bononiensis confirmauit talem reformationẽ, & tale statutum, quo casu omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostrã impartimur: vt dixit tex. C. de veter. iu. enu. l. j. §. omnia enim merito nostra facimus. & in capi. j. & 3. de confir. vti. vel inuti. Ad hoc respondeo, primò cõfirmatio nihil operat̃ ex eo: quia nec legatus, nec populus, aut commune Bononiæ vidit huiusmodi statuta castri Bolognesij, nec ea examinauit, quo casu non valuit talis confirmatio, cum emanauerit sup incognito. vnde singulariter dicebat Ang. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum obliga. ꝙ sæpenumero domini apponũt sigillum suum, vel subscribũt se in chartis vacuis, ꝙ † talis subscriptio, 13
aut appositio sigilli facta per dominum non operatur confirmationem eorum, quæ ibi scripta sunt, tanquam facta fuerint ab ignorante. vnde ignorans non videtur confirmare, aut consentire: vt l. fi. C. de condi. indebi. l. manifestissimi. §. sin autẽ nescius. C. de fur. cum simi. ideo talis confirmatio facta per huiusmodi regimina nullum effectum confirmationis operatur, allegat ibi Ange. singulare dictum Innocen. in capitulo secũdo, de fide instrum. & idem voluit Bal. in l. fin. C. qđ cum eo. Sed certè ista nullo modo obstant: quinimo talis confirmatio cõfirmauit, & conualidauit talem reformationem, & talia statuta: & ante omnia deduco eam in medium, & ad constitutum dicitur in ea hoc modo. Insuper cõsiderantes & attendentes fidelitatem, ac opera fructuosa, quæ hactenus statui nostro nec non Sanctæ Ro. eccle. adhibuerunt, & impenderunt, dignum cẽsuimus & debitum, vt nos iure compẽsationem & remunerationem operum huiusmodi dictis communi, & hominibus in his, quæ ad eorũ decus frugi cedere possint, &c. quo casu accuratè consideret dominus iudicans, ꝙ huiusmodi confirmatio & approbatio emanauerit ex causa onerosa, & ex causa remunerationis, & sic nõ est causa liberalitatis, aut donationis, iuxta no. in l. Aquilius Regulus. ff. de dona. & in l. si pater. §. j. e. tit. & in l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. & in l. si donatione. per glo. C. de colla. & in l. etiam. §. ex præterito. ff. de manu. vindi. & debitum impendit commune Bononiæ vnà cum domino legato, & sic ex iusta causa debita & necessaria emanauit dicta confirmatio, ꝙ erit vtile id, qđ etiam inferius exprimam. Subdit postea dicta confirma-

firmatio, motu ꝓprio, & ex certa scientia, nō ad eorū, vel alterius pro eis, aut alio super hoc porrecta petitione, ac obligatione, approbamus, roboramꝰ, ac confirmamus: nec non approbando, roborādo, validando, & cōfirmando duximus omnia, & quæcunque eorum statuta, ordinationes, prouisiones, decreta, ex nunc, prout ex tunc, &c. nec non approbantes & decernentes pęnas incursas, & incurrendas vigore ꝯfirmationis dictorū statutorū, &c. annullantes ēt oīa, & q̄cunq; facta, & fienda ꝯ dicta statuta, ordinationes &c. sunt formalia verba dictæ cōfirmationis. vnde ante oīa dicta confirmatio emanauit ex certa scientia, & proprio motu, sequit̄, ꝙ non ꝑ ignorantiā, aut errorē: & per ꝯ̄ns talis cōfirmatio
14 emanauit ꝑ superiorem cum cā specifica, quo†casu vbicunq; statutū est nullum, & superior confirmat tāquam cā specifica: tale statutum valet & tenet: & dicitur esse statutum superioris, & non statutū inferioris. Ita in terminis decidit Bald. de rerum permu. in l. ex placito. vbi dicit, ꝙ si confirmatio ita producit rem in esse, ꝙ dat originē: tunc cōfirmat, & subdit ibi Bal. Papa confirmauit statuta Spoletana, ꝙ talia statuta dnr̄ Papalia, & non dnr̄ amplius statuta Spoleti, adeo ꝙ transgressor illorū dicitur transgressor statutorū Papalium: & facit, quod voluit idem Bal. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. & in l. ex verbis. ff. de dona. inter vi. & vxo. & in l. adoptio. ff. de adop. & in tractatu scismatis, quem ipse fecit in tit. C. si qs ali. testa. prohi. l. more. & in l. & qa. ff. de iurisdi. omn. iudi. Ang. in l. de pupillo. §. si opus. ff. de operis nou. nun. & in d. l. & qa. Ergo sequit̄, ꝙ talia statuta non dnr̄ amplius statuta castri Bolognesij: sed dnr̄ cōis Bononię cum talis confirmatio non fuerit facta in forma communi: sed forma specifica, videlicet ex certa scientia, & sic causa cognita: quia non potuit haberi certa sciētia, nisi præcesserit causæ cognitio: vt in l. fi. in ver. conditionaliter. C. de legi. & per ꝯ̄ns falsum est dicere, ꝙ confirmantes statuta prædicta non viderint dicta statuta: quia si ex certa scientia confirmarunt statuta prædicta, igitur de eis habuerūt certam notitiam, & cognitionem. vnde posito, ꝙ dicta statuta non viderint, ꝙ tn̄ nego, & dico esse falsum, ꝙ imo viderūt: tn̄ sufficit, ꝙ certā notitiā habuerunt, & non posset doceri, aut probari ꝯ̄riū: qa oritur præsumptio iuris & de iure: vt est tex. in cle. j. de proba. in ver. plenariam fidē, &c. vbi statur literis narrantibus factum ipsius principis, nec potest probari cōtrarium, qn̄ princeps narrat gesta a se. & cer-
15 tissimi†iuris, est ꝙ appellatione principis venit legatus de latere: vt dicit tex. in c. si abbatem. de elect. in 6. & per ꝯ̄ns non ob. cum opponebatur de eo, qđ dixit Bal. in fin. C. plus val. quod agi. vbi dixit, ꝙ subscribens se scripturæ, quā non vidit, nec legit, non videtur eam approbare, & Inn. in d. c. 2. & Ang. in d. §. Chrysogonus. loquuntur enim, qn̄ cōstat, ꝙ subscribēs nullam habuit sciētiam eius, cui se subscripsit. Sed in casu nostro constat, ꝙ certam sciētiā, & notitiā confirmantes habuerūt, cum asserant se ex certa scientia confirmasse: & maximè cum talis confirmatio emanauerit per viam sentētiæ: vt apparet ex eius tenore, quo casu talis certa scientia longè ma-
16 gis præsupponit cognitionem: cū merita † causarū partiū assertione pandunt̄: vt in l. 2. C. si per vim vel alio modo. & c. cum ex literis. de in integ. resti. ergo falsum est dicere, ꝙ confirmantes non habuerunt notitiam dictorum statutorum, aut reformationis prædictæ. Et si opponatur, ꝙ lex dat formam futuris negotijs, & non præteritis: vt in l. leges. C. de legi. l. iubemus. C. de testa. c. 2. de cōsti. c. fi. eo. tit. cū si. Nihilominus vbicunq; lex expresse vult cōprehēdere ꝑterita, tunc pōt adaptare præteritis, vt dixit tex. in d. c. fi. de cōsti. Cum ergo in casu nostro dicatur expresse, ꝙ cōprehēdat præterita, ꝙ apparet ex illis verbis, ex nunc prout ex tūc, de natura & vigore illorū verborū est gl. melior de iure ver. ex nunc, prout ex tunc. in l. j. C. de iure codicil. & ibi Ange. Itē ex alio: quia in d. cōfirmatione dr̄, annullantes oīa & quæcūq; facta, & fiēda ꝯ dicta statuta. Ex quibus verbis expresse apparet, ꝙ talis cōfirmatio comprehendit facta contra dictum statutum, seu reformationem. Et si opponatur, ꝙ non potest reformatio trahi ad præterita: vt voluit Barto. in l. sancimus. C. de sacrosanc. eccle. & ibi Bal. limitat dictum Bart. quoad decisionem, nō autem quoad electionem, allegat Archi. sed non recordatur in quo loco Archi. illud dixerit. certè illud dixit Arch. in c. licet canon. de elec. in 6. & idem voluit Bar. in d. l. omnes populi. vbi arguit ꝯ statuta & reformationes ciuitatum, quas canes curiarū, & deuoratores faciunt. iuxta illud Boetij in primo Palatini canes: quia ad Bar. respondeo, & allego singulare dictum Compo. in c. 2. de consti. quem omnes ibi sequuntur, vbi dixit, ꝙ aut cōstitutio emanauit motu proprio ipsius condentis, & tūc comprehendit talis constitutio pendentia: aut emanauit ad importunitatē petentis: & tūc secus. Cum ergo in casu nr̄o emanauerit talis confirmatio motu proprio ipsius cōfirmantis, sequitur, ꝙ comprehendit ꝑterita etiā pendentia in lite: vt ibi dixit Cōpost. & ita erit dicendum, si factum sit de præterito, & pendeat extraiudicialiter: vt puta, statutum disponit, ꝙ masculus præferatur fœminæ in successione ab intestato, ꝙ si obijciatur ī statuto, ꝙ trahatur ad præterita, ꝙ tunc comprehendet casum, si aliquis fuerit mortuus ante statutum relictis masculo & fęmina nō condito testō, si fęmina nondū habuit tpe testamenti portionē suā: nec super illa transegit. Ita in ꝓposito, cū tale statutū loquatur de eo, qđ factū fuit ꝯ dispositionē statutorū, & adhuc non est facta solutio dictæ fideiussionis, seu promissionis ꝑstitæ ꝑ dictum Petrū de castro Bolognesio: sequit̄, ꝙ talis confirmatio cōprehendit dictā fideiussionē, & promissionem. Et per ꝯ̄ns eā reddit vanam, & nullā, ex quo adhuc non fuerat ille creditor cōsequutus exactionē dictæ pecuniæ, pro qua ille petēs fideiussit. ¶ Et si quispiā opponat, ꝙ non potuit superior confirmās tollere ius quæsitū illi creditori: aut si potuit, non præsumitur fecisse, arg. c. sup eo. de offi. deleg. l. cum auus. C. de eman. lib. c. quis. de rescrip. libr. 6. c. licet in corrigendis. ff. de offi. ord. l. 2. §. meritò. & §. si qs a principe. ff. ne quid in loco publico. cum si. Ad hoc ego rūdeo, ꝙ imo superior potuit, ꝙ sic osten-
17 do. Certum est, ꝙ †dictū statutum, seu reformatio emanauit propter publicā vtilitatē, ꝙ talis fideiussio sit nulla: & ideo Angel. l. item si verberatum. ff. de rei vendi. dicit, ibi fore casum, ꝙ princeps pōt auferre dominium nobis, nulla causa suadente: & qui dicunt cōtrarium mētiuntur: & dicit esse casum in l. 2. & in l. bene a Zenone. C. de quadri. præscript. & dicit, ꝙ cōcessiones Apostolicę factę per Bonifaciū quibusdam Perusinis de bonis quorundā Perusinorū valuerint, & tenuerint, cum factę fuerint ex certa scientia, allega. l. si priuatus. ff. qui & a quibus. & idem etiam voluit idem Ang. in d. l. 2. C. de quadri. præscrip. vbi dixit, ꝙ princeps potest cōcedere meū alteri, & mihi dominium auferre per viam priuilegij, & facit mentionem de illa concessione Bonifacij: & idem dixit idem Ange. in l. 3. §. si is pro quo. ff. qđ quisq; iuris. vbi voluit, ꝙ princeps potest tollere meum, & concedere alteri. & idem voluit in l. venditor. §. si constat. ff. commu. ꝑdi. & Bal. in l. rescripta. C. de precibus impera. offer. dixit, ꝙ princeps potest auferre ius vnius, & dare alteri, & in l. fina. C. sen. rescin.

ſcin.non poſſe, dixit idem Bald.quòd non derogat autoritati iudicum, qñ princeps vtitur plenitudine poteſtatis:& ideo voluit idem Bal.in l.2.C. de ſeruitu.& loquit Bald. quando princeps ex cauſa publicę vtilitatis, vel ſtatutum ex cauſa publicę vtilitatis facit:tunc ſimpliciter poteſt.Ideo Bar. in prima cōſti.ffórum.dicit,ꝙ ſine cauſa non poteſt princeps auferre mihi dominiū rei meę,& idē voluit in l.fin. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam.& idem Ange. in l.Lucius.ff.de euic.dixit,ꝙ princeps nō pōt auferre dominia rerum, quæ ſunt de iure gentium ſine cauſa.& dicit,ꝙ illas conceſſiones, quas fecit Bonifacius,de quibus ſuperius dixit, ex cauſa iuſta fecit: qa illa ciuitas Perusina erat tunc rebellis eccleſiæ. Et ſic vult, ꝙ ex cauſa poſſit facere. Facit tex.in l. venditor.§.ſi conſtat. ff. communia prædiorum. & ibi Barto.voluit,ꝙ ſtatutum gñale ciuitatis poteſt præiudicare alteri propter publicam vtilitatem. Et idē etiam voluit in d.l.item ſi verberatum §. ſi quis rē. ff.de rei vendic.vbi Bar.colligit,ꝙ princeps ex certa cauſa poteſt auferre ius meum, ſeu rē meam, & dare alteri,& idem putat in republica alicuius ciuitatis,& remittit ſe ad dicta ſua in l. Antiochēſiū. ff. de priuil.credi.& idem Barto.in prima conſtit.ffórum, ver.itē quæro.quid de ciuitate. decidit, ꝙ cū cā pōt legem condendo dominium rei meæ mihi auferre, & ita dicit ſe intelligere.d.l.venditor.§.ſi conſtat. ff. cōmu.prædi.Facit ēt,quòd pulchrè voluit D. Card. in c.qa diligētia.de elec.vbi refert ſe in facto ꝯſuluiſſe. Fiſcus vendiderat bona confiſcata emptoribus ſoluentibus ſibi precium, poſtea fiſcus reſtituit delinquentem in pleniſſima forma quo ad fauores,& quoad bona:fuit dubitatum, vtrū videret facta reſtitutio quoad bona alienata,& ſi ſic, an poſſent recuperare precium:conſuluit,ꝙ non poterant recuperare precium:ergo multo fortius in caſu noſtro potuit ſuperior propter vtilitatem publicam auferre iſtam obligationē quęſitā illi creditori ꝯhēti cōtra diſpoſitionem ſtatuti prędicti.Idem voluit Bal. in apoſtillis ſuis ſup capitulo quę in eccleſiarum. de cōſti. vbi voluit,ꝙ ex cauſa pōt princeps auferre ius priuato.& concedere alteri idem ibi voluit D. Card. in repetitione,in 6.q. vbi refert,ꝙ princeps ſine cauſa non poteſt auferre etiam ſi legem generalem circa hoc concedat:nec eſt ſibi parendum.& dicit hoc notaſſe ſingulariter Inno. in c. quia plerique.de immu.eccle.dicit tamen,ꝙ in principe ſufficit quæcū-

18 que cauſa motiua:qa præſumptio † eſt,ꝙ eius mandatum ſit iuſtum.in auth.de ꝯſulibus.ad fi.& in cle. j.de proba.ſed in conſtitutione in feudis a principe requiritur cauſa probabilis.Et ita in caſu noſtro, vt apparet expreſsè:quia ex cauſa publicę vtilitatis:ergo ſequitur,ꝙ potuerūt ſuperiores pręfati confirmātes huiuſmodi ſtatuta fauore publicę vtilitatis tollere ius quæſitum dicto creditori. Et etiam eſt ponderandum in caſu noſtro,ꝙ nō eſt ſublatum ius creditori:quia ſibi remanet ſaluum,quò ad principalē debitorē:ſed ſolū in caſu nr̄o annullat fideiuſſionē, & promiſſionem factam per illum de caſtro Bolo-

19 gneſio,& retractatio †actus,& damnum ſunt diuerſa, vt dixit gloſ.fin.in c.cognſcentes.de conſti.¶ Et ſi opponatur,quòd non potuit auferre ius non ſubdito,per id,quod voluit Bar.in l.oēs populi.de iuſti. & iure. Ad hoc reſpondeo, ꝙ iſto caſu ſtatutū prohibuit fideiuſſionē fieri per ſuum ſubditum. Ideo reſpectu ſui ſubditi potuit talem promiſſionē annullare:vt ſuperius fuit dictū.& ēt reſpectu ipſius creditoris, ex quo habet domicilium & habitationē. in d.caſtro, & aſſiduè ibi ꝯuerſatur:vt eſt ſuperius expreſſum.Et ſic dicatur, ꝙ dñi Anciani nō potuerūt hāc ꝯfirmationē facere.Reſpondeo,ꝙ hoc fecerunt ex cōmiſſione,& auctoritate domini Legati, & dominorum ſexdecim:vt apparet ex ſententia & confirmatione prędicta,quibus eſt credendum: vt dixit gloſ.ſing.in cap.nobiliſſimus.97.di. propter excellētiam eorum,nec eſt pręſumendum, ꝙ falſo dixiſsēt ſe ex cōmiſſione domini legati, & dominorum ſexdecim illud feciſſe:vt voluit gloſſ.illa,& etiam quia notarij cancellarię hoc aſſerunt,ꝙ Dominus Legatus,& domini ſexdecim commiſerunt dominis Ancianis commiſſionem, & ſententiam ferendam, & ēt quia ex quo ſunt domini ſexdecim p̄ſentes, & de facili pōt hēri eorum præſentia, creditur dñis Ancianis de commiſſione eis facta.Ita dicunt moderni in capitu.quòd ſuper his.de fide inſtrumento.diſtinguentes,an credatur dicto Cardinalis, ſi non apparet de commiſſione inſcriptis, ꝙ aut Papa eſt in curia,aut Legatus aſſerit ſibi fuiſſe commiſſa oraculo viuæ vocis, & creditur ſibi: ex eo quia de facili pōt haberi copia ſuperioris committentis. Ita videtur dicendum in propoſito.Item ex alio hoc euidenter oſtenditur, domini Anciani non aſſerūt ſibi fuiſſe commiſſa inſolita, & non ſolita fieri: ſed aſſerunt ſibi fuiſſe commiſſa ea,quæ committuntur ſæpe, & frequenter ſolent fieri, videlicet confirmatione ſtatutorum vniuerſitatum caſtrorum ſubditorum ciuitati Bononiæ. Quo caſu creditur eis de tali commiſſione,per ea, quæ omnes ponunt, & firmant in dicto capitulo,quòd ſuper his.de fide inſtrumento. & in dicto capitulo nobiliſſimus.& in dicto capitulo cum olim.de priuile.& Lapus allegatione 33.& qđ notant ſcribentes in clementina prima, de proba. Et etiam facit, ꝙ huiuſmodi cōfirmatio palam, & huiuſmodi ſententia palam,& publicè in palatio reſidētiæ ipſius domini Legati, & dominorum ſexdecim,& ipſorum dominorum Ancianorum facta fuit, & ſic præſumitur deueniſſe talis confirmatio, & talis aſſertio ad notitiam domini Legati,& dominorum ſexdecim,argumen.capitu.ꝙ dictis.16.quæſtione ſecunda.c.propoſuiſti.82.diſt.c.j.de poſtula. præla.& l.pupillus.§.proſcribere.ff.de exerci.& maximè quia poſita in publico archiuo, argumen.tex. l.2.in princ.in verſic.pro roſtris.ff.de origi.iuris,quo caſu videtur conſtare ſatis manifeſtè de illa cōmiſſione,& quodlibet iſtorum ſufficeret ad probandū dictam commiſſionem.Et ex prædictis apparet concluſio manifeſtiſſima, & vera, quòd huiuſmodi fideiuſſio & promiſſio eſt nulla, caſſa, & vana. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Inſtrumentum præſumitur verum & non ſimulatum.Item quęſita per monacum vagabundum & apoſtatam non quæruntur monaſterio. Item ſtatutum laicorum maximè circa donationem inſinuandam, & circa quærenda comprehendit clericos, & eos ligat, nec dicitur contra libertatem eccleſiaſticam.

SVMMARIVM.

Fundus emptus de pecunia mariti acquiritur marito, licet in inſtrumento fuerit appoſitum nomen vxoris.nu.1.

Inſtrumentum in dubio præſumitur verum, & non ſimulatum. & ex quibus coniecturis præſumatur ſimulatum.nu.2.

Conuentus non vendicans monacum vagabundum ſibi non acquirit quæſita per eum.nu. 4.

Prohibere ab acquirendo niſi certo modo, & priuare ab acquiſitis,vel priuare ab acquirendo ſimpliciter differunt. nu.7.

Statutum prohibens alienari in non ſubditum, niſi interueniat certa

Certa solennitas, comprehendit clericos, nec dicitur contra libertatem ecclesiæ. cum nu. seq. nu. 8.
Sacerdoti donans habenti administrationem ecclesiæ, videtur donare ecclesiæ, nisi fiat donatio a consanguineo. nu. 13.
Iudex laicus non potest iudicare super iure patronatus in specie, licet in genere sic. nu. 16.

CONSILIVM LXV.

AGgredior hanc hæsitationẽ, q̃ iudicio meo magna est. & ex dubijs positis in puncto mihi videtur, ꝙ erat primo inuestigãdum, vtrum dicta domus fuerit empta de pecunia ipsius dñi Christophori, quo casu in vanum posita sunt tot dubia in puncto præfato: quia domus debet esse eius, cuius pecunia fuerit empta, & dictum instrũm fuit simulatum quoad personã dñi Petri ementis. Secũdo erit videndum, si dictus dñs Christophorus erat apostata, & illicitè recesserat de monasterio, seu conuentu aĩo vagandi, & apostatandi, & cõuentus iam sciebat ipsum dñm Christophorum esse fratrem dicti sacri ordinis Carmelitarum: & sciebat ipsum esse apostatam, & vagabundũ: nec reuocauit ad iugũ regulæ ordinis, & ad ipsum conuentum, an ꝑ talẽ negligẽtiam perdat bona acquisita per ipsum dñm Christophorũ, & per ꝯñs nulla competat actio dicto conuentui ad ipsam domũ, posito, ꝙ dictus dñs Christophorus acquisiuerit illam domũ ex propria pecunia, vel ex donatione largitione amicorum, quo dubio viso non est opus recurrere ad dubia formata in puncto, & per ꝯñs alia ad superos ibit via. Tertio erit videndũ de statuto Brixiæ, an obstet huic donationi, & an sit ꝯ libertatẽ ecclĩæ, & de alijs dubijs positis in puncto. Et ista erunt meo iudicio, q̃ enucleabũt p̃ntẽ hæsitationem. ¶Capio primũ dubiũ: & vr̃, ꝙ dictũ instrũm emptionis quo ad personã dñi Petri fuerit simulatum, & re vera dñs Christophorus fuit emptor, & ꝑ timorem fratrum & conuentus dicti ordinis, ne acquireretur dicta domus conuentui, si fuisset concepta emptio in personã ipsius dñi Christophori, ꝙ sic ostendo, & de hoc dico fore tex. in indiuiduo in l. cũ propria. C. si quis alteri vel sibi, in versi. quondam vxoris tuæ nomẽ accommodasse dicas, a non dña vxore tua in filiam suã collatam donationem nullum præiudiciũ domino tuo
1 attulisse. vbi † si fundus fuit emptus de pecunia mariti, & in instr̃o fuit appositũ nomen vxoris, nihilominus fundus acquiritur marito, & vxor tenetur sibi illum restituere. Ideo vxor non potuit fundũ illũ donare filiæ suæ. Ita dicamus in casu nr̃o, cũ in veritate fuerit empta ista domus de pecunia ipsius dñi Christophori, licet in instr̃o fuerit appositũ nomen dñi Petri: nihilominus verus emptor fuit dñs Christophorus, & p ꝯñs sibi competit ius ad dictam domum, & non dicto dño Petro: debet enim attendi illud, quod in veritate agitur, & non illud, qđ simulatè. l. si non verum, imo simulatũ. C. de dona. inter vi. & vxo. Et p ꝯñs donatio facta per dñm Petrũ non fuit donatio, sed fuit potius restitutio, & ad hoc allego elegãs dictũ dñi Bal. ĩ l. si. C. de vsur. vbi dixit, debitor obtulit fęneratori vsuras, fęnerator dicit, ego habeo eas pro receptis, ecce ego dono tibi, postea creditor repetit vsuras, & debitor excipit ꝯ vsurariũ, ꝙ illas sibi donauit: & sic per viam doni, & non per viã restitutionis illas habuit. putat ibi Bald. illas vsuras dici restitutas, licet vsus fuerit creditor verbo donationis. l. si vno ij. rñso. ff. loca. q̃ est ad hoc notabilis. Ita est in proposito dicendum, ꝙ ista non fuerit donatio, quã fecit dominus Petrus domino Christophoro, sed fuit restitutio: & per ꝯñs in vanum disputatur de statuto Brixiæ loquẽte de donatione: quia ista nõ fuit donatio, sed fuit restitutio. Facit ad hoc glo. in l. cum propria. in glo. incip. forte causa honoris. C. si quis alteri, vel sibi. quæ decidit, ꝙ quoties in instr̃o apponitur nomen emptoris causa honoris, ille expressus in instr̃o propriè non dr̃ emptor. Cum ergo nomen dñi Petri fuit appositũ in instr̃o gratia honoris, ne acquiratur cõuentui, iõ in veritate dñs Christophorus fuit emptor. facit text. in l. si filij tui. C. de dona. inter vi. & vxo. in versi. possessionẽ rerũ a venditoribus tibi traditarum dñm esse effectũ: vbi in instrumento est appositũ nomen vxoris, & tamẽ res empta tradita est marito, ꝙ nihilominus est pręsumptio, quòd vir emerit in veritate, & non vxor. Cum ergo in proposito ille Do. Christophorus fuit possessor illius domus, ergo. Facit etiam, qđ voluit Bal. in l. mancipia. C. si quis alteri vel sibi, vbi refert ꝑlatos facere frequenter. s. ꝙ in instr̃o emptionis nõ faciunt apponi nomen eorum, sed faciunt apponi nomen alterius, ne acquiratur ecclesiæ: sed ꝯ eorũ dolositatẽ lex prouidet: qa ecclesiæ acquiritur, per no. in l. vxor marito. ff. de dona. inter vi. & vxo. & per Inno. in c. cum in officijs. de testa. Idem voluit idem Bal. in l. si vt proponis. C. de rei vendi. & in l. cũ ipse. C. de ꝯhen. emp. Facit tex. in ca. quia in tm̃. de simo. & in c. j. de pecul. cler. & ibi D. Abbas. & tex. in c. inquirendũ. eo. tit. & idẽ voluit D. Abb. in c. j. de testa. & qđ ipse voluit in c. cũ sit. de fo. cõpetẽ. Et propter istam causam, ne acquiratur monasterio, seu cõuẽtui, dictus D. Christophorus fecit apponi nomẽ D. Petri in dicto instr̃o emptionis, & per ꝯñs non fuit donatio, sed restitutio, quæ conuentui dicti ordinis acquiritur, ꝙ autem fuerit de pecunia ipsius domini Christophori empta, apparet expresse ex dictis testium productorum in processu, & colligitur ex donatione facta ꝑ ipsum D. Pet. dicto Do. Christophoro: quia non est verisimile, ꝙ donasset ex sua liberalitate talem domũ dicto D. Christophoro. ¶Et licet ista sint colorata: tamẽ nõ attingunt casum istum: ideo illis non obstantibus dico esse in contrarium ipsam veritatem, quam sic ad oculum demonstro.
2 instrm̃ † in dubio præsumitur verum & non simulatum. l. cũ precibus. C. de proba. & ibi per Bal. l. quãuis. C. si quis alteri vel sibi. c. j. de feu. da. in vic. leg. cõmiss. & ibi dixit Bal. ꝙ simulatio in dubio nõ pręsumitur: quia tale pręsumitur esse instrumẽtũ, quale apparet in prima sui figura a primordio enim tituli posterior formatur euentus. l. j. C. de impon. lucra. descrip. lib. 10. & idem Bal. in c. j. de notis feu. dixit, ꝙ instrm̃ non præsumitur simulatum. facit c. illo vos. de pigno. & c. ad nostrã. de emptio. & vend. & idem Bal. in l. ab Anastasio. C. mandati. dixit, ꝙ allegans instrumentum simulatum, debet allegare speciem simulationis: aliàs non auditur, & est ratio: qa simulatio est ꝯ veritatem. l. si non verũ, imo simulatum. C. de dona. inter vi. & vxor. Et ideo idem Bald. multum singulariter dixit in l. j. C. si seruus exte. in ver. illud tñ est menti tenendum, ꝙ qñcunq; nos dicimus, venditionem esse imaginariam, & simulatã, istud dẽt probari actũ ab initio. Et iõ dicit, ꝙ si vnus facit venditionẽ, & vult ꝙ sit simulata, debet agi ab initio inter partes: ex eo enim ꝙ ex post facto actũ probatur, non redderetur simulata vẽditio, ꝙ dicit esse valde notandum, & sic singulariter cõcludit ibi Bal. ꝙ dẽt probari, ꝙ ab initio fuit inter partes actũ, ꝙ venditio esset simulata: & sic non sufficit probare illud, qđ ex postfacto est sequutum, nisi probetur, ꝙ ab initio ita fuit cogitatũ inter partes. vnde posito, non tñ concesso, ꝙ illa donatio induceret illã emptionem fuisse simulata in persona domini Petri; non-

non tñ sufficit, nisi a principio illud fuerit actū inter ipsos contrahentes, & ita sit per testes probatū, Modò in proposito nostro istud instrumētū emptionis nō est probatum esse simulatum nec à principio, nec est postfacto: vnde nullus testis productus per ipsum Syndicum conuentus deponit, ꝙ in veritate ita fuit, ꝙ D. Christophorus emerit dictā domū de pecunia sua: sed dicunt, ꝙ ita audiuerūt dici ab illo Christophoro, quo casu nulla est eis adhibēda fides in hoc cum non deponant de facto suo proprio: qa istud non viderunt: sed deponant illud, qđ audiuerunt ab ipso D. Christoforo, cui non erat credendū in causa propria: sicut enim qs nō pōt esse iudex in causa sua, ita multo minus nec testis l. j. cum si. C. ne quis in sua causa. Nec etiam vxor & filius illius venditoris hoc probant: dicunt enim se audiuisse a suo patre dicēte, ꝙ illam domū emerat dominus Christoforus de pecunia sua: iō non deponunt nisi de auditu, quo casu non probant: nec etiam istud est factum antiquum, quo casu statur testibus deponentibus de auditu: vt l. si arbiter. ff. de probat. c. licet. de testi. cum si. ergo dicti testes non probant simulatā vēditionē, seu emptionē: licet dicāt illū dñum Christoforum sic dixisse in sua causa & facto proprio. Et per consequens est probanda simulatio. l. ait pretor §. docere. ff. vi bo. rap. glo. in l. j. ff. si quid in fraud. patro. fiat. & in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo. & in c. nō est. de cōsue. li. 6. iō cū dictū instrm emptionis factę per dictum Do. Petrum non contineat pacta insolita, & in consueta, cessat p̄sumptio simulationis: vt voluit gloss. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. instit. & in l. cum allegas. C. de vsur. & in c. significauit. de censi. & ēt qa dictus dñs Petrus erat nobilis homo, & de nobili prosapia genitus, non solitus committere fraudes, aut simulationes: vnde ꝓpter suam honestatem, & bonitatem cessat omnis sinistra suspicio. tex. est valde solen. in c. 2. de ope. no. nun. gl. in c. expedit. 12. q. 1. Hosti. in c. finem litibus. de dolo & contu. gl. in l. Titio fundus, ff. de condi. & demon. & qđ pulchrè dixit Ange. in l. si a bonę fidei. per illum tex. ff. de rei ven. se liberasse quendam Potestatem Bononię in Syndicatu, qui erat is causa iusta ex quo credidit, bono viro, ꝙ non faceret, quid sinistrum. & pulchrè dixit Io. And. in addi. Spe. in ti. de loca. in prin. de eo. qui accommodauit rochā cuidā nobili, q postea fecit proditionem de illa rocha, vt accommodans excusetur, si credidit viro nobili, in quo cessat omnis sinistra suspicio. & iō gl. fin. in c. illud 40. di. dixit, ꝙ ꝓ nobilibus viris est p̄sumēdū. Ita est dicendum in proposito: cessat omnis pręsumptio simulationis in dicto D. Pe. vt voluerit concipere instrumentum in persona sua ad fraudandam ecclesiā. Et etiam qa nō est solitus similia facere, quo casu attenditur illud qđ alias quis est consuetus facere; vt dixit Bal. in c. 1. §. 1. de feudo da. in vic. l. commis. de eo qui est solitus tales ɔ̄ctus facere. & glos. in capi. conquestus. de vsur. Cum ergo stet veritas pro instro, vt non præsumatur simulatum, & in fraudē ecclesię gestum: vt superius est demonstratum. & ēt stet bonitas & nobilitas ipsius ementis cessabit illa sinistra pręsumptio resultans ex largitione & donatione facta per ipsum dominum Petrū versus illum dominum Christoforum. Quinimo plus dico, ꝙ posito ꝙ nō esset instrumentum in medio conceptū in persona domini Petri, nihilominus sinistra præsumptio resultās ex illa largitione & donatione succumberet p̄sumptioni resultanti ex bonitate, & nobilitate, & cōsuetudine ipsius dñi Petri: qa est p̄sumptio fortior ante ponēda min⁹ forti p̄sumptioni: vt ꝓbat̄ in c. afferte. de p̄sum. l. j. C. q & aduersus, quos. l. 3. ff. de mino. cum si. ergo. Et etiam facit: qa cōsuetudo est nobiliū, & diuitū esse liberales, largi, & munifici erga amicos, & præcipuè clericos. ideo tale instrumentum non præsumitur simulatū: sed re vera D. Pe. fuit verus. & indubitatus emptor: vt ex instrumento emptionis apparet: & sic stabimus certo, & nō coniecturis. l. si certis annis. C. de pac. cū si. ¶ Nec obstat iura allegata superius in contrarium, quia in eis constabat, ꝙ pecunia fuerat mariti, & nō fuerat vxoris, vt formal̄r hoc probat tex. in d. l. cū propria. in vers. propria tua pecunia. vbi nomē vxoris fuerat appositum causa honoris, vel alia simili ratione in instrumēta emptionis: & sic duo concurrebant ibi, videlicet, ꝙ constabat, ꝙ pecunia erat alterius. & ēt cōstabat, ꝙ causa honoris, vel alia causa fuerat appositum nomen alterius, cuius nō erat pecunia. In casu nostro non constat, ꝙ pecunia erat ipsius dñi Christofori: nec constat, ꝙ in fraudem ecclesiæ, seu conuentus fuerat appositum nomen Do. Petri. Et ꝑ ɔ̄ns cessant illa ɔ̄ria. Eodē modo rñdeo ad ea, quæ dixit Bald. in dicta l. mancipia. & dñs Abb. & alij in locis allegatis superius: quia procedunt, qñ constabat, ꝙ de pecunia, aut redditibus ecclesiæ fuerat celebrata emptio. & ēt constabat, ꝙ rectores ecclesiarū in veritate emerunt. Et etiā facit, quod dixit Bal. in l. non dubium. C. de legi. statuto inquit cauetur, ꝙ Magnas non possit emere immobilia, & Magnas emit, & fecit apponi nomen famuli sui in instro emptionis; ꝙ nihilominus locus est statuto: & sic Bald. loquit̄, qñ cōstabat, ꝙ in veritate Magnas emerat, & considerabat qualitatē personæ positæ in dicto instrumēto emptionis: vt est famulus, quæ oīa cessant in casu nostro, & per ɔ̄ns sequit̄, ꝙ stabimus instro tanq̄ vero & indubitato exclusa omni prorsus simulatione, & fraude: & sic cessat & sopita est prima dubitatio. ¶ Et si opponat̄, ꝙ dicta venditio fuit facta dicto dño Petro 24. Iulij. & ipse D. Pet. illā donauit. 26. Iulii & sic ex celeritate & vicinitate actus pręsumitur fraus & dolus: vt l. post ɔ̄ctum. ff. de dona. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credi. cum sim. Ad hoc respondeo, ꝙ ista vicinitas tp̄is non obstat, nec inducit præsumptionem simulationis, ex quo extrema non sunt habilia, iuxta notata in l. bonorum. ff. rem ra. ha. Ex instro non resultat ista præsumptio simulationis, ex qualitate personæ etiam nō resultat, vt est dictū, præsumptio vero simulationis ꝑꝑ vicinitatē tp̄is tollit̄, attenta qualitate personæ donātis ɔ̄sueuerūt enim nobiles & diuites esse liberales, argu. l. sed si susceperit. ff. de iudi. Et sic sublata est illa præsumptio simulationis propter vicinitatē actus, non enim est mirandum, si vir nobilis donat sacerdoti iuxta illud, quod scripsit vir patiētissimus Iob, pellem, inquit, pro pelle, & oīa quę habet homo donat pro anima sua. ¶ Et si opponatur de. c. illo vos. de pigno. & c. ad nostrā. de empt. & vend. respondeo ꝙ ibi erant multæ pręsumptiones, & coniecturæ. Iō nimirū si ɔ̄ctus ibi cēseat̄ vsurarius, ꝙ non est sic in proposito nostro, & per ɔ̄ns licet contractus conuincatur simulatus ex pręsumptionibus: vt in ca. cū in dioecesi. & in c. 1 ciuitate. de vsur. & in l. 3. C. plus vale. qđ agi. & in c. nauiganti. de vsur. & in d. c. illo vos. & in d. c. ad nostram. Nihilominus in proposito nostro multę p̄sumptiones sunt in ɔ̄riū, ꝙ ɔ̄ctus nō sit simulatus, ideo statur fortioribus & vehementioribus p̄sumptionibus: vt in dicto c. afferte. & d. l. j. qui & aduersus quos, & sic tale instrm p̄sumitur veri, & non simulatum. Et etiam facit: qa in dicto instro dicit̄, ꝙ dictus vēditor vēdidit dicto dño Petro, ad habendū, tenēdū pro se, & heredibus suis. vnde p̄sumēdū est, ꝙ si emisset ꝓ se simulatè: qa re vera emebat pro illo domino Christophoro, nō expressisset & hæredibus suis. Et etiam dicitur in dicto instrumento

mento, ꝙ dictus venditor fuit confeſſus ſe habuiſſe,
& recepiſſe pretiũ dictæ domus vẽditæ a dicto dño
Petro. Apparet ergo, ꝙ emit ꝓ ſe & ſuis hæredibus,
& de pecunia ſua. ergo ſequitur, ꝙ ſibi acquiſiuit. Fa
cit etiã, quod voluit Auerroes & Ariſtoteles, quos
allegat Bal. in commento rubricæ. C. de proba. vide-
licet, ꝙ ſermones noſtri adaptantur rebus ſenſatis,
& intellectu fruentibus. & idem voluit idem Bal. in
l. j. C. de ſer. fug. & pro hoc allegatur tex. formatis in
l. ſi ita quis. in verſi. quod nemo ſanus loqueretur. ff.
de euic. Quis modo ſui ingenij particeps diceret, ꝙ
apoſtata vagabundus tenens concubinam publicè
haberet pecuniam prædictam, de qua fuit empta di
cta domus? Certè non eſt iſtud recitatione, aut cre-
dulitate dignum, & per conſequens ceſſat oĩs præ-
ſumptio, ꝙ de pecunia iſtius apoſtatæ dictus domi-
nus Petrus emerit dictam domum. ¶ Et ſi dicatur,
ꝙ ille venditor ita dixerat vxori ſuę, & filio, ꝙ de pe-
cunia ipſius domini Chriſtophori fuerat empta di-
cta domus. Reſpõdeo, iſtud non eſt veriſimile ex ſu
pradictis, & ẽt illud dixit extra iudicium, & non ad
petitionem alicuius, & etiam abſentibus dictis dño
Petro & dño Chriſtophoro: & per ꝯñs non obſt. di-
cto domino Petro, nec eſt veriſimile, ꝙ ita dixerit ex
eo: quia ꝯriũ ipſe atteſtatus eſt in iſtrumẽto, in quo
atteſtatur, ſe vendidiſſe dicto domino Petro, & ſe re
cepiſſe preciũ a dicto domino Petro, & per ꝯñs eſſet
ſibi contrarius, & ſic non eſſet audiẽdus: vt l. j. C. de
fur. l. fi. C. de codicil. c. ſolicitudinem. de appel. cum
ſimil. Et etiam facit: quia vbicunque vnus dicit vnũ
in vno loco, & poſtea aſſerit contrarium in alio lo-
3 co, ſtandum eſt dicto † quod fortificatur fortioribus
& potentioribus coniecturis: vt eſt text. ſingularis &
melior de corpore iuris in c. literas. de præſump. per
quem tex. reducitur ad concordiam illud, quod vo-
luit Bar. in l. eos. ff. ad l. Cor. de fal. & Bald. in c. j. §. ſi
enim domino in titu. quid ſit inueſtitura. & Salyce.
in authen. qui ſemel. C. de proba. & in l. ſi quis decu
rio. C. de fal. & in l. qui falſa vel varia. ff. de teſti. & D.
Anto. in c. dilectus, de cap. mo. & D. Petrus de Anc.
in c. per tuas. de proba. & in cle. 2. de teſti. & per ſcri-
bentes in d. cle. 2. de teſtib. Cum ergo in caſu noſtro
maior eſt præſumptio pro eo, quod dictus venditor
atteſtatus eſt in inſtrõ, potius ſtabitur illi dicto, & ꝑ
ꝯñs expedita eſt prima dubitatio: & ſic ſtat veritas,
ꝙ inſtrm̃ eſt verum, & non ſimulatum, & dictus dñs
Petrus fuit verus & indubitatus emptor. ¶ Capio
nunc ſecundam dubitationem, vtrum poſito ꝙ ita
4 eſſet, ꝙ dicta † domus deberet acquiri dicto conuen
tui, non tamen conceſſo, an ex eo ꝙ conuentus non
vendicauit dictum dominum Chriſtophorum apo
ſtatam, ꝑdat oĩa per illũ acquiſita. Et ex hoc capite
imponatur ſilentium monaſterio, ſeu cõuentui. Et
circa hoc res eſt clara, & in aperto, & eam decidit in
indiuiduo D. Card. Zabarella in c. quod ad te. de cle
ri. coniu. in verſi. ſi receſſerit monacus de monaſte-
rio illicitè, & ſine licentia ſui prælati, tunc nihil de-
bet ſecum ferre de bonis, quæ contulit monaſterio:
ſed reuocabitur ad monaſterium. cap. fi. de regula.
& qđ interim acquiſiuit, erit monaſterij, allegat, qđ
no. Inno. in c. cum olim. el 2. de priuileg. & quod hr̃
in c. Abbates. 18. q. 2. & ſubdit, ꝙ ſi monaſterium ne
glexerit eum reuocare ad clauſtrum, ꝙ illud, quod
quærit, non quærit monaſterio, allegat de hoc gl. in
c. ſi quis rapuerit. 27. q. j. Idẽ dicit de monaco expul-
ſo de monaſterio, allegat gl. ĩ c. vno. de ĩfan. & lang.
expoſi. in gl. vlti. & iſtud ſeq̃tur Io. de Imo. in d. c. qđ
ad te. & eſt glo. penul. in d. c. vnic. de infan. expo. quæ
dicit. ꝙ Abbas debet recolligere monacum ſuum,
ne dãnabiliter euagetᷓ, & ne pereat, de ſtatu regula.
c. fina. ꝙ ſi non fecerit, & ille in ſeculo remanẽs ali-
qua acquirit, & moriatur, monaſterium, quod ne-
glexerit illum, ab ipſis bonis remanet ſegregatum,
allegat in ar. tex. l. j. §. ſed ſcimus. C. de lat. lib. toll. in
verſi. ab eo, eiuſque ſubſtantia vndique ſegregatus.
vbi eſt caſus, ꝙ qui expellit perſonam, non debet ha
bere eius bona. & ibi dixit Bald. ꝙ ſi monaſteriũ ex-
pellit monacum, tenetur nouo monaſterio eius bo
na dare, allegat. §. ſi monacus. in authenti. de ſanct.
epiſcopis. & idem Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſc. &
cler. dixit, ꝙ ſi monacus eſt expulſus a monaſterio,
amodo non acquirit illi monaſterio, ſed ſi ſibi defe
ratur hæreditas, non poſſet illã adire auctoritate il-
lius Abbatis, allegat, qđ no. Inn. in d. c. cũ olim. & ſic
gl. in d. c. vnico. æquiparat monacũ expulſum a mo-
naſterio, & monacum illicite recedentem a mona-
ſterio, quem dictum monaſterium negligit recolli-
gere. Ita ergo eſt dicẽdum in caſu noſtro, cũ cõuen-
tus dicti ordinis neglexerit vẽdicare, & reuocare di-
ctum dñm Chriſtophorum ad conuentum, ex hoc
non acquiratur dicto conuẽtui illud, quod acquiſi-
uit dictus dñs Chriſtophorus. Et ſi opponatur, ꝙ fra
tres de conuentu non potuerunt præiudicare con-
uentui, per no. in c. delictum perſonæ. de regu. iuris.
lib. 6. & l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. & c. 2. de or-
di. cogn. cũ ſimil. Ad hoc ego rñdeo, ꝙ illud ꝓcedit
in quæſitis ipſi monaſterio, ſed in q̃rendis nõ. Vnde
bene poteſt præiudicare conuentui in quærendis:
vt voluit Federicus de Senis conſilio 9. & Do. Card.
in c. potuit. de loca. & in c. tua. de his quæ fiunt a prę
la. & probatur in l. quid autem. ff. quæ in frau. cred.
l. ſi ſpõſus. §. ſi inuitus. ff. de do. inter vi. & vxo. Et hoc
etiam aperietur in ſequenti dubio, & voluit Bald. in
authentica, ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccle. de
eo qui ingreditur monaſterium. & poteſt Abbas ꝑ-
mittere, ꝙ bona ingreſſi remaneant penes ſuos con
ſanguineos. Ita dicamus in propoſito. Cum ergo ꝑ-
miſerit conuentus illum tanto tp̃e vagari, & ſic apo
ſtatare, & ſic videtur expuliſſe eũ de conuentu & or
dine, dignũ eſt, vt quæſita per ipſum dñm Chriſto-
phorum tempore vagationis non acquirantur con
uentui. Facit etiã ſimile, qđ voluit Bart. in l. ſi ſeruus
teſtamento. ff. de ſtip. ſeruo. vbi dixit, ꝙ ſi aliquis nõ
eſt iuſtè profeſſus, nec eſt vere monacus, & Abbas
ſcit illum non eſſe vere monacũ, & iuſtè profeſſum,
ꝙ tunc ex ſtipulatione illius non acquiritur mona-
ſterio. Eodem modo dicamus in propoſito in apo-
ſtata, & vagabundo, vt ex eius ſtipulatione non ac-
quiritur conuentui, qñ cõuentus ſcit illum vagabũ-
dum & apoſtatam. Cum ergo tempore quo D. Pe-
trus de Salis donauit dictam domum ipſi domino
Chriſtophoro, erat dictus dominus Chriſtophorus
vagabũdus, apoſtata, & malæ vitę, & in notorio pec
cato mortali: ſequitur, ꝙ acquiſita per eum nõ ac-
quiruntᷓ monaſterio. Facit ſimile, qđ voluit Bar. in l.
j. C. de ſacroſanct. eccle. in repetitione. vbi tenuit, ꝙ
eccleſia nõ debet acceptare relicta ab eo, qui eſt in
notorio peccato mortali, & ꝙ voluit Inn. in c. cum
voluntate. de ſen. excõ. Eodẽ modo dicamus, ꝙ con
uentus non debet acceptare ea, quæ ille D. Chriſto-
phorus acquiſiuit exiſtens in notorio peccato mor-
tali: quia erat tunc temporis vagabũdus, apoſtata,
concubinarius. Nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ ad finẽ ſuæ
vitæ conuentus acceptauit, & recolligit illum do-
minum Chriſtophorum: quia ad illud rñdeo, ꝙ iſta
receptio non purgat mala quæſita per iſtum apoſta
tam, nec purgat contumaciam & negligentiam ip-
ſius conuentus. Quinimo videtur, ꝙ talis receptio
videtur habuiſſe exordium ab ambitione, & cupidi
tate rerum temporalium, iuxta text. in c. ex parte. de
cenſi. in verſi. temporalibus inhiare. & ideo tex. val-
de ſingularis in c. conſtituit. 20. q. 8. dicit, conſtituit
ſanè

sanè sacer iste conuentus, vt Episcopi sine Abbates non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes homines totonderunt, & res eorum tali suasione subripuerunt, res eorum hęredibus restituantur. Vbi est casus formalis, ꝙ vbicūq; conuentus tendebat ad bona ingredientis potius, quàm ad animā, & ad salutem animę, talia bona ꝑdit. Ita in casu nostro potius habuit ꝯuentus huius ordinis considerationem, & respectum ad bona ipsius domini Christophori, quam ad salutem animę suę, & ad honorem sui ordinis. ideo non debent talia bona acquirere, & per consequens quoad dictum conuentum hæredes domini Petri habent liberas ædes, & sic non cōpetit actio dicto conuētui ad dicta bona, seu ad dictam domum, & per ꝯñs est absoluēdus hæres dñi Petri a petitione ipsius cōuentus & per ista sit expedita secunda dubitatio. ¶ Venio nūc ad aliā dubitationē surgentē ex statuto, an tale statutū comprehendat donationem factam dicto dño Christophoro, & ꝑ ꝯñs talis donatio sit nulla, ex quo non interuenit solennitas statuti. Et videtur, ꝙ non comprehendat donationem factam clerico hac ratione verba generalia † statuti non adaptantur ad impossibilia, ipsi statuēti. Iste est modus loquendi Bar. in l. si quis sub conditione. ff. de cōdi. insti. quem sic allegat Bald. in l. fi. §. in cōputatione. C. de iure delibe. in finalibus suis verbis. vbi dicit, ꝙ generalia verba statuti non adaptantur ad ea, quæ non sunt de iurisdictione statuentis. Idem dixit idē Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & idem voluit in l. fi. C. de sacrosanct. eccle. & idem Bal. in c. cū non ab homine. de iudic. dixit, statutum laicorum disponit, ꝙ villa puniatur, si non capiat malefactores, ꝙ tale statutum nō comprehendit clericos malefactores. & fuit dictū Io. mo. in c. vt aīarū. de cōsti. lib. 6. refert dūs Anto. in c. Ecclesia S anctæ Marię. de consti. & probat in c. tua nup. de de cimis. & ibi hoc voluit Host. & D. Anto. & facit c. a nobis. de sent. excom. & hoc voluit ibi dominus Abbas, & quod voluit Io. And. in c. fi. de immu. eccl. li. 6. Cū ergo laico sit interdicta potestas statuendi supra clericus: vt in c. ecclesia S. Marię. de cōsti. cū si. sequitur, ꝙ illud, qđ non potest facere statutum in specie, non præsumit voluisse facere in genere, & per consequens tale statutum non cōprehendit donationem factam clericis. Facit, quod voluit Bal. in auth. cassa. C. de sacrosanc. eccle. vbi dixit, disponit statutum, ꝙ testm̄ non insinuatum infra tres menses irritetur an valeat testamentum clerici non insinuatum infra tres menses. & concludit, ꝙ si in testamento clerici est institutus laicus, non valet tale testm̄: quia potest hæres laicus per suum defunctum priuari cōmodo testamenti, sicut priuaretur, si non vindicaret necem defuncti clerici: vt l. 1. cognitione. ff. ad Silla. Si aūt esset hæres clericus, nullo mō statutū includeret eum, qa statutū gñale super iure ꝑsonæ nunquā includit ꝑsonam. sup qua non pōt specialr̄ statuere. Ita ibi concludit Bal. Cū ergo in proposito agatur de donatione facta clerico, & sic de persona sup qua non pōt specialiter statutum disponere, sequit, ꝙ talis donatio non subijcitur solēnitati ipsius statuti. Facit, qđ no. Salycet. in commento auth. cassa. præallega. in versi. quæro de statuto prohibente testari absq; pñtia parochiani, & aliter inualidat testamentum, cōcludit tale statutū non comprehendere clericū, allegat. capitu. Ecclesia Sāctæ Mariæ. vt lit. pen. & idem Saly. ibi dicit, statutum disponit, ꝙ debitū non possit probari per testes vltra certam summam, tale statutum non comprehendit clericum. & idem Salyce. ibidem. quæstio. nona, dicit, statuto cauetur vt testamenta non valeant, nisi sint insinuata, vel in archiuo publico posita: repetitur testamentum in dicto archiuo non positum, in quo ecclesia est instituta, ꝙ nihilominus non obstante tali statuto testamentum illud erit validum. Facit etiam, quod elegā ter voluit D. Cardi. de Tuderto in sua summula de quarta canonica, quem refert, & sequitur D. Petrus de Ancha. in c. requisisti. de testa. videlicet, ꝙ relictū factum clerico pręsumitur factum pro anima: & sic ad pias causas: ergo ista donatio facta huic D. Christophoro dicitur facta pro anima, & sic ad pias causas. Tūc succedit, quod pulchre voluit D. Antonius in c. ꝙ clericis. de fo. cōpetē. & in c. relatum. de testa. vbi refert se consuluisse: disponit statutum, ꝙ testamentum non valeat, nisi sit positum in memorialibus cōis, an tale statutum habeat locum in testamēto ad pias causas. decidit ꝙ non idem voluit Bart. in commento. l. j. C. de sacrosan. ecc. & ideo dixit Bald. in l. generali. C. de sacrosan. eccle. disponit statutū, ꝙ mulier nō possit se obligare sine cōsensu propinquorum, ꝙ nihilominus poterit donare bona sua ecclesia sine illa solennitate, & sic in piam causam. Ergo eodē modo poterit donare clerico. Facit, qđ voluit Cy. in auth. ingressi. C. de sacrosan. ec. vbi dixit, ꝙ in translatione bonorum † adulti, quę fit in monasterium propter professionem, quā facit adultus regulæ monaci, iuxta dispositionem d. authē. ingressi. non requiritur iudicis decretum: licet aliàs in alienatione bonorū minoris requiratur solennitas decreti: vt l. lex. quæ tutor. C. de admi. tuto. Facit qđ dixit Bal. in l. si spōsus. §. ꝯcessa. ff. de don. inter vi. & vxor. vbi dixit, ꝙ si collata est res in alium titulo donationis sub pacto, ꝙ per illum nulla possit fieri alienatio quòd nihilominus ad pias causas alienari poterit: & ad hoc dicendum mouetur per illum text. Cum ergo in proposito nostro talis donatio dicatur facta ad piā causam, sequitur, ꝙ non subiacet dispositioni statuti Brixiensis. Et si quispiam opponat de dicto Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. Respondeo, ꝙ illud dictum non est recitatione dignum, & reprehēditur, nec c. cum venissent, de eo qui mit. in pos. nec c. cū cām, de re iud. nec c. constitutus, de in inte. resti. probant eius opi. vt ple. per Io. de Lig. in d. c. cum venissent, & per alios in d. c. ecclesia S. Mariæ, de consti. Pręterea facit, statutum introduxit hanc solennitatem in donando, ne subditi efficiantur pauperes, & decipiātur in donando: vt in l. data. C. de donat. sed quis donando pijs causis non potest dici deceptus, nec dicitur pauperior fieri: vt in d. §. concessa. ergo sequitur, ꝙ tale statutum non vendicat sibi locum in tali donatione, quia cessat rō introductoria huius solennitatis. Et per ꝯñs non obstāte tali statuto valuit dicta donatio, maximè quia si volumus dicere, ꝙ tale statutum valuerit, esset cōtra libertatem ecclesiæ: & vr̄ per viam indirectam prohibere piam causam ab acquirendo, & sic priuat ecclesiam, & piam causam, eo ꝙ sibi competit de iure cōi: & sic dr̄ esse contra libertatem ecclesiasticam: & per consequens nullū est quoad pias causas. c. fi. de imm. eccl. li. 6. & ista erant, quæ faciebant dubiam hanc consultationem. ¶ Sed ista vere non obstant, & ꝯrium est pura veritas. Et primo considero, ꝙ ista non procedunt a pari prohibere † aliquem ab acquirendo, nisi certo modo, & certa solennitate acquirat, & priuare aliquē ab acquisitis, vel priuare & excludere aliquē ab acquirēdo simpliciter. Iō dicimus, ꝙ prælatus pōt præiudicare ecclesiæ in quærendis, & nō in quęsitis: vt per Bal. & modernos in l. is q. §. neque. ff. de acq. hær. & in l. si pupillorum. C. de repu. hære. & ideo sing. dixit Bal. in c. clerici, de iudi. vbi disputat quęstionem statuti dicentis, quòd † res immobiles non possit alienari in nō subditum, nisi

nisi interueniat certa solennitas, refert do. Signorolum de Mediolano consuluisse consilio 19. ꝙ tale statutum comprehendit personam ecclesiasticam: & est statutū iuridicum, nec reprobandū, nec est cōtra libertatē ecclesiæ; q͞a est introductū fauore publici, & communis boni, & concludit ibi Bal. tale statutum valere. & idem Bal. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de consti. ad fi. idem concludit & dicit, ꝙ ecclesia ꝑ tale statutum non læditur in acquisitis: sed certa formā dat in acquirendis. l. Titio centū. §. j. ff. de condi. & demonstr. & idem Bal. in rubrica de constit. dixit valere statutum laicorum in quærendis ecclesiæ: licet non in quæsitis, q͞a potest res publica imponere legē suis rebus. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. ob. Et sic Bald. dicit duo valde vtilia in casu nostro. Primum est, ꝙ valet statutum populi prohibens rem alienari in nō subditos, & comprehendit personas ecclesiasticas: q͞a pōt statuens opponere legē suis rebus. Scd͞m est, qđ dicit, videlicet, ꝙ in q̄rendis procedit tale statutū, licet non in quæsitis: & idem voluit idem Bal. in consilio incipi. factum, super quo petitur consilium, tale est. Et facit, quod etiā pulchrè dixit Sal. in l. pactum curatoris. C. de pac. ꝙ validū est pactum, per qđ curator præiudicat minori in q̄rendis, & qđ voluit Bal. in l. bonorū. C. qui admitt. & qđ voluit Lapus allegatione 15. & Federicus de Senis consilio 9. & Inn. in c. admonet. de renun. & Bal. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. ec. & Host. in c. quoniam. de decimis. & in c. tua. per dominū Car. de his quæ fi. a præla. & in c. potuit. de locato. & facit. l. quæ aūt. ff. quæ in frau. credi. Ex quibus iuribus
9 & dictis apparet, ꝙ sicut prælatus† vel administrator potest præiudicare ecclesiæ in quærendis. ergo multo fortius ciuitas poterit in quærendis apponere certam solennitatem, vt aliter non acquirantur res sibi subiecta, argu. eius, quod voluit glo. in rub. C. de decre. decur. & tex. in l. gn͞aliter. C. de fideiuss. quia si priuatus potest, ergo multofortius statutum. Et iō Ludo. Roma. in repetitione, auth. similiter. C. ad l. fal. dixit, falsam esse doctrinā Bal. superius allegatam in contrarium in dicto §. concessa. & in alijs locis allegatis superius, & allegat in contrarium. c. j. §. donare. in titu. qualiter olim feudum po. alie. & in l. j. in prin. de prohi. alie. feudi ꝑ Federicū, vbi ꝓhibitio facta vasallo de nō alienādo feudū, includit ꝓhibitionem alienationis ēt in piam causam. & per ista duo iura dicit cōfundi illa dicta superius allegat in contrarium. dicit etiam confundi dictum Bal. in d. l. generali. per d. §. donare. vbi est necessarius consensus domini, si vasallus vult alienare pro anima, & respōdet ad dictum Cy. in d. auth. ingressi. & poterit ad saturitatē videre dominus iudicans in dicta repetitione. vnde posito, non tamen concesso, ꝙ ista donatio fuisset facta in piam causam, seu in ecclesiā: nihilominus debuit interuenire solennitas statuti laicorum, & re vera illum. §. donare, allegauit Bal. in d. c. clerici. de iudi. ad sustentandum consilium domini Signoroli. ergo sequitur, ꝙ non potuit fieri talis donatio dicto domino Christophoro circūscripta solēnitate statuti Brixiensis. vñ excelsus doctor dominus Ricardus de Sal. in repeti. l. j. C. de sacrosan. ec. dum disputat solenniter, an statutum Mediolani disponens, ne q̄s rē suam immobilē alienet in non subditū, sine sit persona ecclesiastica, siue non: nisi fuerit certa forma seruata, concludit, tale statutū valere, nec esse ɔtra libertatem ecclesiæ, & dicit se disputasse istam quæstionē Mediolani vocato collegio Mediolanēsi in sala domini Archiepiscopi domini Io. de Vicecomitibus tempore eius vitæ, prout videri potest in suis quæstionibus. Ita ibi formaliter refert dñus Ricardus, & dicit, ꝙ si statutum ad sic disponendum moueatur certa ratione, non pōt cōqueri ecclesia, licet priuetur cōmodo: & format ibi optima argumenta ꝓ valore talis statuti, quæ dn͞s indicans ibi videre poterit. & sic apparet statutū posse disponere de rebus sibi subiectis, vt non transeat in ecclesiā, vel in ecclesiasticas personas, nisi certa forma & solennitate seruata: nec propter hoc dicitur esse contra libertatem ecclesiæ. Si ergo expresse pōt statutū disponere de ecclesia, & de ecclesiasticis personis quoad res ipsius statuentis deuoluendas in ecclesiasticas personas, ergo eodem modo videtur fecisse in genere. vnde tex. multum singularis in l. fin. C. de pa. inter empt. & vend. decidit, ꝙ pōt priuatus facere, ꝙ in fundo, quem vendit, non fiat capella: ergo multo fortius poterit statutū disponere, ꝙ res acquiratur ecclesiæ sub certa solennitate & forma. Et per consequēs nō valuit ista donatio sine statuti solennitate. Præterea accedat, qđ refert dominus Car. Zabarella in repet. c. perpendimus. in 9. q. de sen. ex.
10 vbi dicit, disponit † statutū, ꝙ aliqua immobilia nō possint vendi non subdito, & annullat contractum, an si laicus vendit ecclesiæ, contractus sit nullus. refert D. Franciscus de Albergotis consuluisse contractum nullū: q͞a tale statutū non est cōtra libertatem ecclesiæ: nam in contrahēdo ecclesia non fungitur iure speciali, sed iure communi cum alijs. ergo ad hoc non versatur libertas ecclesiastica, q͞a illa dicit esse libertas ecclesiastica, quæ non competit oībus, sed ecclesijs tm͞, ar. l. legatū. de le. 3. potuit statutū aduersus laicos vendentes reddere eos inhabiles ad administrationem rerum, maximè quæ sunt in territorio statuentis. insti. de contrahen. emp. §. fi. inst. qui alienar. non lic. per totum. refert etiam ibi do. Cardi. Io. Calder. consuluisse contrariū. ipse soluit remittendo se in quæstione sequenti. quæ est. 10. ibi verò quærit de quæstione, de qua consuluit, statuto Perusij cauebāt ꝙ donatio sit ipso iure nulla, nisi sit denūtiata Potestati infra mensem, an facta ecclesiæ nō denuntiata modo prædicto sit ipso iure nulla. Et sic D. Cardi. in indiuiduo ponit quæstionē nostram fuisse in facti contingentia, & post multa relata, & adducta per eū in ista quæstione deuenit ad hāc distinctionē, videlicet, in ver. vt hēat plena notitia, &c.
11 Distingue sic, aut † statuit aliq̄ñ de ecclesia, aut ecclesiasticis personis, aliquando non, si fit, eo ipso apparet, ꝙ sunt contra ecclesiasticam libertatem ex eo: quia laici statuunt de non pertinentibus ad se, ꝑ dictū c. ecclesia. de ɔst. & iste non est casus noster: q͞a tale statutū non facit mentionē de donatione, q̄ sit ecclesiæ, aut clericis. Si aūt nulla fiat mentio in statuto: vt in quęstione nostra: & túc aliq̄ñ statutū nō simpliciter prohibet contractum: sed certā formā requirit, vt in quæstione præmissa, cum disponat statutū, ꝙ donatio non valeat, nisi interueniat certa solennitas. Aliquando simpliciter prohibeat. Primo casu, aut forma est obseruabilis sine magna difficultate, aut est obseruabilis cū magna difficultate: si sine magna difficultate, aut forma adijcitur contractui, q̄ de sui natura est de foro ecclesiastico: vt sup legatis ad pias causas, aut adijcitur alteri cōtractui. Primo casu non tenet tanquam super nō pertinētibus ad iurisdictionem statuētis, cum talium regulatio ad ecclesiasticum iudicem pertineat: vt in ca. nos quidem. de testa. c. tua. c. si hæredes. & c. Ioānes. eo. ti. in auth. de eccl. ti. §. si quis aūt pro redemptione. Si autem adijcitur contractui, qui de sui natura est de foro iudicis secularis, vt regulariter sunt omnes ɔtractus, & dispositiones laicorum, & tunc per hoc non violat libertas ecclesiastica in aliquo: quāuis. n. sit fauendum ecclesijs, & ecclesiasticis ꝑsonis, per totum tit. de immu. ecclesi. tamen sicut dicitur

de viduis, ꝙ debet eis faueri ita tamen, ꝙ alteri non fiat iniustitia. ca. ex tenore. de fo. cōpe. Sic dicit fauē dum ecclesiæ, vt tamen non turbetur iurisdictio lai corū. c. nouit. de iudi. c. cām. qui fi. sint legi. Et maximè hoc dico causis iustis procedere, ne bona transeant in nō subditos. Ideo dicit, ꝙ si statutū disponit
12 † ꝙ nō valeat alienatio facta in ecclesiam, nisi prius fiat proclamatio in palatio, si quis velit in aliquo contradicere, vel nisi alienans sit annorū. 30. vel nisi intersint proximiores, nō tenebit alienatio facta in ecclesiam: qa in hoc nullo iure speciali munita est ecclesia, nec in aliquo sibi p̄iudicatur per hoc, & hāc considerationem dicit D. Card. nullum scribētium adhuc fecisse. Si verò forma adiecta nō est obseruabilis sine magna difficultate, & tunc idē, sicut quando contractus simpliciter prohibetur: vt latè ibi scribit D. Card. Modo ista deducunt hanc consultationem ad veram decisionem, & circa hoc consideret accuratè D. iudicans: quia ista donatio facta huic dño Christophoro non videtur sibi facta in piā cām ex eo: qa iste erat apostata, & fugitiuus, & (vt audio) tenebat concubinam, & pp vtilitatē vitæ suæ vocabat Borimpe, arg. eius, qđ no. in l. aut facta. §. in danda. ff. ad Trebel. & c. cū secundum Apostolū. de pręben. & c. per inquisitionē. de elec. & sic talis donatio nō videtur facta in piam cām cōsiderata enormi vita, & detestabili illius Borimpe: & qa ēt erat amicus illius domini Petri donantis. Vnde licet sit regula, ꝙ
13 † donans sacerdoti habenti administrationem ecclesiæ, videatur ecclesiæ donare: vt in c. requisisti. de testa. & propter hoc dicatur relictum pro anima: vt voluit D. Petrus ibi referens dominum Car. de Tuderto, vt superius dixi: quia debet intelligi, quando donauit clerico habenti administrationē. Et ita intelligit illud dictū D. Io. de Im. in d. c. reqsisti. Nihilo minus vbicunq; donatur a consanguineo, videt donari respectu consanguinitatis: & sic caro & sanguis illud fecit, & non spiritus: vt est tex. in d. c. requisisti. Modo gloss. ibi dicit, idem erit in amico, si amicus donauit, seu legauit sacerdoti habenti administrationem, si erat amicus testatoris, quasi consanguinitas & amicitia æquiparentur secundùm glos. ibi. Et facit gloss. in l. in testamento. ff. de fideicommiss. liberta. & coniuncta lege, cum alienam. C. de legat. & gloss. in capitulo secundo, de testa. lib. 6. & gloss. in l. 2. in quibus cau. colo. censi. li. 11. & quod voluit Gul. de Cu. in l. sed & hæ. ff. de procu. Modo cōsideret dominus Iudicans, ꝙ ista donatio dictæ domus nō fuit donata ecclesię, cuius ille Borimpe erat capellanus. Sed fuit data dicto domino Christophoro, seu fratri Borimpe intuitu amicitiæ, quę erat inter eum, & ipsum dominum Petrum, & sic cessat præsumptio piæ causæ: vnde non potest habere locum, vt dicamus, ꝙ dicta donatio fuit facta ecclesiæ, aut ꝑ anima ipsius donantis, quo casu ista qō est sine aliqua dubitatione: qa cū ista solēnitas, de qua in isto statuto, sit obseruabilis sine magna difficultate, vt fiat corā Potestate cū duobus notarijs &c. & nō prohibet tale statutū simpliciter donationem: sed vult, ꝙ interueniat certa solennitas, quæ pōt obseruari sine magna difficultate, & sumus super donatione inter viuos, quæ est contractus: vt no. in l. ꝯtractus. C. de fide instrum. & non sumus super legatus ad pias causas, nec etiā super donatione ad pias causas facta: ergo sequitur, ꝙ tale statutū valuit, & tenuit, & potuit ligare donationem clerico intuitu amicitiæ. & ideo non tenuit non seruata solennitate dicti statuti. Et sic formaliter & iustè videtur ista quæstio decisa, & cum per istā donationē simus in iure quærendo, & nō in iure quæsito. quo casu statutū pōt disponere, vt ius acquirat ecclesiæ certo mō, & certa solennitate. Preterea facit, qđ voluit gl. in l. sancimus. C. de dona. & in l. illud. C. de sacrosā. ecc. & in auth. de nō alie. §. si minus. vbi glo. dicunt, ꝙ donatio facta in piam causam requirit insinuationē. Ideo in proposito nostro si ista donatio, quę (vt est ostensum superius) nō est ad piam causam, requirit solennitatē statuti laicalis: sic donatio facta ecclesiæ requirit solennitatē iuris ciuilis, maximè quando talis donatio fit clericis, qui propter eorum auaritiam, quæ in eis viget: vt dixit gloriosus Hieronymus relatus per Gratianum. 93. di. c. diaconū. in versic. nunc autem, ex quo in ecclesijs sicut in Romano imperio creuit auaritia, perijt lex de sacerdote & visio de propheta. & textus in capitu. constituit. 10. quæstio. 3. in versi. in auaritiam, & triste, lucrum inhiantes. & textus in capit. ex parte. de censi. in versicul. temporalibus inhiantes. Et multo fortius in ca su nostro: quia fuit collata talis donatio apostatæ vagabundo, & (vt dici-
14 tur) concubinario. Quinimo † talis solennitas inducta a statuto Brixiæ concernit bonos mores, & inducit cessationem doli, quo casu esset seruanda etiā a clericis. Vnde recusando talem solennitatem videtur illaqueari fraudibus & dolis: vt dixit gloss. solennis in lege prima. C. de fide instrumento. & iur. hastæ fisca. libr. 10. & sic est lex honesta, quam etiam tenetur seruare ecclesia, & ecclesiasticę personę: cū ecclesia sit aut trix & cultrix honestatis, & iustitiæ: vt in capitulo primo. versicul. & si clientulus. de succe. feud. Et ista decidunt formaliter quæstionem istā: licet adhuc non sit allegata doctrina Bartoli in dicta lege, cunctos populos. Facit etiam, quod voluit Salycetus in dicta authentica, cassa. vbi dicit, statutum disponit, quòd in alienatione rei immobilis fienda per minorem 25. annis debeat interuenire consensus agnatorum, aliàs contractus sit nullus, quòd tunc si minor alienat clerico sine illa solennitate, contractus est nullus: quia alienans est suppositus iurisdictioni statuentis: ergo sibi prouideri potuit, & eum suo statuto alligare: Tum etiam quia ex isto statuto nullum ius deperit clerico. Tum etiam quia dignitas recipientis non tollit legem prouidentem. Idem dicit ibi Sal. econtra, si clericus minor donaret laico maiori rōe æqualitatis seruandæ. l. fi. C. de fruc. & lit. expen. Et sic pōderet D. iudicās hanc doctrinam Sal. quia loquitur propriè in terminis quęstionis: quia dicit idem ecōtra, si clericus minor donaret laico maiori, & sic loqtur Sal. eo casu, quo statutū disponit ꝙ si aliqs minor donat, debeat obseruare talē solēnitatem, ꝙ licet donet clerico, nihilominus tenetur obseruare illam solēnitatē: ex eo qa propter imbecillitatē cōsilij statutū introduxit illā solennitatē. Eodem modo dicamus in proposito: qa istud statutum Brixię ita disposuit in donatione, ꝙ fiat coram Potestate, & duobus cōsulibus, & fiat per duos publicos notarios instrumentum publicū in præsentia quinq; testium bonæ opinionis: quia istud fecit ad euitandas fraudes, quæ possent adhi-
15 beri in donationibus. Ergo sequitur † ꝙ tale statutū vendicat sibi locum, quando laicus donat clerico, & indubitanter clarius loquitur Sal. & melius circa istud statutum, q̄ loquatur dominus Cardinalis: licet D. Sal. nullam fecerit mētionem, & apponit gladium ad radicem huius quæstionis hæc doctrina Saly. Facit etiam, quod voluit idem Sal. in d. auth. cassa. vbi dicit statutum laicorū dictat, causam terminandū infra certos dies, ꝙ tale statutū ligat clericum litigantem coram laico: & etiam dicit, statuto Bononiensi cauetur, ꝙ si ab actore, non subdito Potestati Bononiæ petatur satisdatio de expēsis soluēdis, si ipsum cōtingat condemnari, aliàs non, præstita satisdatione processus sit nullus, ꝙ tale statutum

ligabit

ligabit clericos. Et reddit rationem ibi Saly. qa tale statutum nõ præiudicat clerico: sed prouidet laico, vt celerius consequatur condemnationis effectum cõdemnato actore nõ subdito. Ita dicamus in casu nostro, istud statutũ Brixiæ, non præiudicat clerico ex eo: qa non agitur de damno euitando: sed de lucro captãdo: sed ꝓuidet vt de liberalitate donet, & nõ per fraudẽ, & ista sufficiũt ad sustendandũ istud statutũ. Præterea facit, qđ voluit Bart. in d. l. cunctos populos. in versi. aut statuta sunt cõtra ea, quæ competunt ecclesijs, vel clericis non in priuilegium, sed vt cuilibet, tunc ligant clericos: & sunt seruanda in foro episcopali, dum tamen sint honesta, allegat. c. cũ venissent. de eo qui mit. in posses. & c. cũ causam. de re iudi. & c. constitutus. de in integrum restit. ponit exemplum, disponit statutum, ꝙ instrumentum publicum habeat paratam executionem sine libello, ꝙ tale statutum habebit locum contra clericum in foro episcopali. Idem si disponat, ꝙ nõ valeat testamentum propter omissam insinuationẽ, decidit ꝙ testamentũ clerici non insinuatum non valebit: qa tale statutum est honestũ, vt obuietur fraudibus, vnde considero istud dictum Bart. qđ a pluribus reprehenditur: qa illa reprehẽsio nõ præiudicat in casu nostro. nã Bart. loquitur eo casu, quo causa agitur coram iudice laico contra reum laicum, & sic illa reprehẽsio doctorũ non militat in casu nostro. Itẽ Bar. etiã loquitur eo casu, quo actus geritur actiuè, per ipsum clericum: videlicet, quia testatur: sed casus noster loquitur, qñ actus geritur per laicum actiue, licet in clericum passiuè: & sic reprehensio doctorum non militat in casu nr̃o. Item, qa Bar. non loquitur eo casu, quo statutum est honestum, & pręiudicat clerico in quærendis, vt est casus noster, & sic reprehensio doctorum ꝯ Bart. non militat in casu nostro. Facit etiam pro dicto Bar. tex. formalis in ca. j. de iureiur. li. 6. & dixit ibi Dominicus, ꝙ licet statutũ laicorũ non teneat, quando disponit contra libertatem ecclesiæ; tamen tenet & cõprehendit clericos, qñ non est contra libertatẽ ecclesiæ. Et subdit ibi Dominicus, illũ tex. esse optimum ad sustentandum opi. Bar. in d. l. cunctos populos. volẽtis statuta laicorum honesta, quæ nõ sunt contra libertatẽ ecclesiæ, tenere: & sic est ibi casus formalis probans opinionẽ Bar. Scđo probo opi. Bar. fore verissimam, & ad hoc allego tex. formalem in l. nullus. C. de cursu publico. li. 12. vbi si lex laicalis loquitur de re spectante ad suã iurisdictionẽ ligat ecclesiam: ergo multo fortius ligat clericum. Facit text. in l. 2. C. vt nemo priua. ti. prædi. alie. in ver. nemo. & postea dicit, vel clericus: ecce qualiter sub illo verbo generali lex cõprehendit clericum: ergo eodẽ modo statutũ generale comprehendit clericũ quoad res suppositas iurisdictioni statuentis. Facit, qđ voluit D. Car. in c. decernimus. de iud. vbi refert se cõsuluisse, iudex laicus

16 cus † non põt iudicare super iure patronatus, vt ibi in specie: tñ in genere põt statuere & pronuntiare. c. ex literis. de iure pat. ego allego singularẽ glossam in cap. filijs. 16. quæstio. 7. ideo dixit Ioan. An. in c. j. de iure patrona. lib. 6. in nouella, ꝙ si quis dicat, vendo villam, & ius patronatus, qđ in ea est, non valet venditio: secus si dicat, vendo villam: qa tunc venit ius patronatus. Ecce qualiter illud, qđ nõ potest laicus facere in specie, facit in genere quoad illud, qđ non est de iurisdictione eius. Ita dicamus in proposito, ꝙ illud, qđ non põt statuere laicus in specie, poterit statuere in genere, & iõ pulchrè dixit Ang. in tractatu, quẽ fecit de inuentario, ꝙ in citatione generali conficiendi inuentariũ eorũ, quorum interest, comprehenditur clericus, licet in specie nõ posset citari per iudicem laicum. Facit, qđ in simili dicimus

17 de iurõ calumniæ, ꝙ licet † expressè remitti nõ possit: tñ tacitè põt. l. 2. §. sed qa. C. de iura. cal. Et ex istis apparent sublata illa dicta, qbus dicebatur, ꝙ statutũ nõ põt in genere comprehendere illud, qđ in specie non potest statuere. Facit ẽt tex. in auth. de hære. & fal. §. fi. in ver. in omni persona. vbi lex laicalis sub illa generali locatione cõprehẽdit ecclesiã: ergo. Facit ẽt, statutum loquens generaliter cõprehendit districtuales in rebus, quæ sunt de iurisdictione ipsius statuẽtis. tex. est in l. cunctos populos. C. de sum. tri. Sed clerici sunt districtuales laicorũ: vt in c. fi. de off. deleg. li. 6. & facit c. princeps seculi. 23. q. 5. & c. accedens. el 2. vt lit. non conte. Facit tex. in c. j. de consuet.

18 a contrario sensu: vbi consuetudines † graues ecclesijs non ligant ecclesiam & ibi Bal. ponit exemplũ, ꝙ sunt graues, qñ sunt contra priuilegia, & immunitates ecclesiasticas, allegat Bart. in l. j. §. q̃ onerandæ. ff. quarũ rerũ actio nõ de. & qđ not. in auth. cassa. C. de sacros. ec. Ergo sequitur, ꝙ qñ consuetudo nõ est grauis ecclesiæ, comprehendit ecclesiã: & sic est ibi dare casum formalẽ pro opi. Bar. Facit etiam, vbicũ

19 que priuatus † homo in cõtractu disponit, ꝙ res non alienetur in potentiorẽ, illa sua verba generalia cõprehendunt ecclesiam. Ita formaliter dixit Bal. in l. ea lege. C. de cõd. ob cau. & no. per omnes in l. si ita qs. §. ea lege. ff. de verb. ob. Si ergo priuatus hõ põt hoc facere, multo fortiꝰ hoc facere poterit statutũ, argu. gl. in rubrica. C. de decre. decur. li. 10. Facit ca. constitutus. de integ. restitut. quẽ tex. ad hoc allegauit Bar. in d. l. cunctos populos. in ver. iuxta municipij Veronensis consuetudinem approbatam. vbi

20 bona † & approbata ꝯsuetudo ciuitatis generaliter loquens comprehendit clericos, & ibi Papa mãdat illos restitui in integrũ, nec de nouo approbant illã consuetudinẽ, & clarũ est, ꝙ illa consuetudo non disponit specificè de clericis: qa illo casu non teneret, vt est dictũ text. in d. c. ecclesia. de const. Nec est vera responsio ad aliquorũ. & præcipuè Io. de Ligna. qui respondit ad c. cũ venissent. de eo q mit. in pos. & ad d. c. ꝯstitutus. ꝙ fuit ꝯsuetudo mixta clericorũ & laicorũ: & ita ẽt respõdet ad d. c. cum causam. de re iudi. Verè ista rñsio est pessima, nec est auditu digna, & ꝯ veritatem, qđ sic ostẽdo. Si ita est, ꝙ laicus non põt statuere in clericos gñaliter: sed clericus habẽs iurisdictionẽ pt: tũc dico, ꝙ impossibile est, ꝙ actus factus a clerico & laico simul valeat inhabilitate laici. hoc decidit tex. in c. sacrosancta. & in c. massana. de ele. vbi electio dẽt fieri per clericos, & nõ per laicos. pone, ꝙ fiat mixtim a clericis & laicis simul, certè electio est nulla, & iõ elegãter dicebat Io. And. in add. Spec. in titu. de requisitione cõsilij. §. j. in addit. q̃ incipit, vt aliquid præambulũ constitutio municipalis disponat aliquem expediri ꝑ artifices. Mõ ille actus expeditꝰ ꝑ artifices, & nobiles insimul: nobiles

21 erãt inhabiles, an † substẽtabit actus ex habilitate artificũ: ꝯcludit ꝙ sic, allegat sibi, qđ hr̃ i c. massana ecclesia. de elec. & ita est i ꝓposito dicẽdũ, si laici sunt inhabiles ad statuẽdũ supra clericos in gñe, & clerici sunt habiles ad statuendũ supra laicos in gñe, vel eꝯ & c. seqtur, ꝙ qñ mixtim actus sit a clericis & laicis sił, ꝙ actꝰ nullus. & erit idubitãter malè loquuti sũt oẽs, q hac rõne Io. de Lign. sequuti fuerũt, licet Sal. in d. auth. cassa. vbi oẽm fontẽ iuris credidit euacuasse in cõmentando illã auth. sequat illã responsionẽ, dicẽs se reperisse in reportatis Io. de Ligna. & etiam Saly. ibi dat aliam responsionem ad dictum ca. cum venisset. videlicet, ꝙ loquatur quò ad ꝓcessum. text. certè ibi loquitur quò ad decisionem: vt apparet in ver. terminanda. Dat etiam aliã responsionẽ: videlicet, ꝙ ibi Legatus de latere approbauit illã cõsuetudinẽ: Certè errat vehementer dicendo

ſic ex eo: quia ille Legatus non potuiſſet approbare
illam conſuetudinē: ex eo quia talis approbatio ſpe
ctat ad Roma. Pontificem: vt eſt tex. in dicto c. eccle
ſia. de conſtitutionib. & in c. bene quidē. 96. diſtin. fa
cit text. coniuncta gloſſa, in clemen. quia ꝯtingit. de
religioſis domibus. quę vult, ꝙ vbicunq; actus debet
fieri a Papa non ſufficit, ꝙ fiat a legato, etiam de la-
tere, ſed in caſu noſtro iſte actus debebat fieri a Pa-
pa: vt in dicto c. eccleſia. ergo non potuit fieri a Le-
gato. Et per ꝯſequens reſponſio Salyc. videtur erro-
nea, nec videtur poſſe dari bona reſponſio ad dictū
c. cum cauſam. cum dicitur, ꝙ a cōtrario ſenſu reſul
tat. & probatur ibi dictū Bartoli. & a contrario ſen-
ſu ceſſat abſonus intellectus: vt l. cōuenticula. C. de
epi. & cle. l. 2. C. de cond. inter. Quia reſpondeo, ꝙ cō
cedo, ꝙ a contrario ſenſu probat: ſe nego, ꝙ reſultet
abſonus intellectus, imo reſultat ſenſus conformis
iuri: vt eſt tex. in d. c. cū veniſſent. & in d. c. ꝯſtitutus,
vbi honeſta ꝯſuetudo inducta a laicis ligat clericos
in genere. Ergo argu. a contrario ſenſu. in d. c. cum
cauſam. eſt conforme iuri communi. Et ſi oppona-
22 tur contra. c. conſtitutus. dicamus, † ꝙ loquitur in
cōſuetudine priuilegiatiua, & ſic loquitur in bene-
ficio, quo caſu poſſunt clerici vti beneficio ſtatuti
introducti a laico: vt in c. dilecti. de fo. cōpe. & ibi ꝑ
D. Anto. & per alios in d. c. eccleſia. de ꝯſt. Ideo vide
tur ſpeciale eſſe in ſtatuto priuilegiatiuo. Quia ad
hoc reſpondeo, negando eſſe ſpeciale, & de hoc eſt
text. in d. c. cū veniſſent. vbi ꝯſuetudo erat oneroſa:
& tñ ligat clericos: vt ibi eſt caſus formalis, ad quē
febricitat oīs reſponſio: vt ſuperius demōſtraui. Fa-
cit etiam, qđ voluit Bal. in conſilio, qđ ſuperius alle
gaui. vbi dicit, ꝙ poteſt dici clerico, & per cōſequēs
huic Borimpe, & eius ſucceſſori, amice, hæc aqua in
ſuo ſinu oritur, quaſi dicat in ſuis ſubditis, & in ſuis
rebus diſponit. Nec ad alterius iniuriam fieri: ſed
ad proprium commodum ſubditorum. Facit etiā,
quod voluit dom. Abbas conſiculus in repe. c. eccle
ſia. de conſt. ad fi. vbi dicit ſurgere dubium, an con-
tractus ratione ſtatutorum celebratus per laicum
cum clerico iudicabitur ſecundùm legem ciuilem,
an ſm legem canonicā: cū perſonę non ſubijciātur,
niſi formis ſuis. Circa qđ dicit ſe ſic diſtinguere, aut
ſtatutū cernit ſolennitatem actus adhibēdam tem-
pore contractus: & tunc ſiue ſit ſtatutum laici, ſiue
clerici, non valebit ꝯ̃ctus, niſi illa ſolēnitas fuerit ob-
ſeruata: & hoc ideo quia non potuit ſubditus con-
trahere, ēt cum non ſubdito ſpreta lege ſui ſuperio-
ris, imo peccauit de maio. & obe. c. 1. l. nemo pōt. ff.
de le. j. c. requiſiſti. de teſta. ideo nulla ꝯtrahitur obli
gatio, cū lex reſiſtit. l. cū lex. ff. de fideiuſ. & ſic cōtra-
ctus non potuit ex vna parte conſiſtere, cum debeat
eſſe vltro citroq; obligatorius. l. Labeo. ff. de verb.
ſig. c. admonet. & c. qđ in dubijs. de renun. allegat ſi-
mile, videmus in donatione, ꝙ exigitur inſinuatio, ſi
excedat certā quantitatē a lege taxatā, licet fiat do-
natio non ſubdita: qa ſi non eſt facta inſinuatio, nō
valet: vt l. ſancimus. C. de dona. inficit. n. poteſtatem
donandi ex cauſa, & iuxta hoc ſtatutū iudicabit in-
ter clericum & laicum in vtroq; foro: qa ſi contra-
ctus non valuit, non debet ex eo ius reddi. allegat ad
hoc qđ no. Cy. in l. 2. C. q̄ ſit longa cōſue. debet enim
23 iudex attendere ad ſtatuta litigātium, nec † per hoc
ſtatutum laicorum ligat clericos, cum diſponat cir-
ca ſubditos ſuos ad bonum finem. vnde ſi clericus
vult illū ſibi obligari, debet omnia ſeruare, ſine qui-
bus ille ſe obligare non poteſt. pro hoc allegat ſimi-
le, qđ voluit Federicus de Senis. conſilio 77. ſtatuto
cauetur, nobilem non poſſe recipere ceſſionem iu-
rium contra popularē, non valebit ceſſio facta no-
bili ēt facta per eccleſiam: quia ſtatutū diſponit in
caſu licito, & inter ſubditos, & non in fraudem, nec
animo reſtringendi libertatem eccleſiaſticā. Et ex
hoc dicit ſe inferre, ꝙ laicus teſtando debet adhibe-
re omnes ſolennitates legis ſuæ, aliàs teſtamentum
non valebit: licet inſtituerit clericū, niſi hoc fecerit
ꝑ anima ſua, & ita reſidet ibi tātus doctor. Verè in-
dubitanter iſta doctrina eſt aurea, & decidit iſtam
quæſtionem iuſtiſſimè. Animaduertat ergo D. ſudi
cans: quia D. Abb. ponit exemplū in donatione. vn
lex ciuilis ſtatuit certam ſolennitatē circa inſinuan
dam donationem, vel ſtatutū populi ſtatuit certam
ſolennitatem adhiberi in donatione, vel in contra-
ctu, vel in teſtamento, ꝙ ſi ſubditus ſtatuētis donet
clerico, vel contrahat cum clerico, vel inſtituat cle-
ricum, nec eſt ſeruata ſolennitas ſtatuti in tali con-
tractu, ꝙ tunc contractus eſt nullus. Ita eſt deductū
in propoſito noſtro, ꝙ talis donatio facta ſine ſolen-
nitate dicti ſtatuti eſt nulla: debuit ergo interueni-
re dicta ſolennitas, licet donatio facta fuiſſet cleri-
co ſeu monaco: & per conſequēs donatio fuit ipſo
iure nulla, & ſine felle. Iſta eſt veriſſima deciſio. Et li
cet agatur de re ſpectāte ad deuotiſſimos ſeruos cle
mentiſſimæ Dominæ noſtræ, tamen non eſt eis fa-
uendum in præiudicium alterius. ita enim ſumus,
24 dicit tex. viduis † & pauperibus in iuſtitia debitores,
ꝙ alijs iniuſtitiā facere nō debemus. c. ex tenore. de
foro cope. Et ideo fruſtra in allegationibus factis ꝑ
vtraq; parte illi celebres aduocati ſe fatigauerūt in
adducendo doctrinam pro vna parte, & pro alia par
te opinionem contrariam: quia non fuit opus. Et
ideo cum opponebatur, ꝙ generalia verba ſtatutō-
rum non comprehendunt clericos ad impugnan-
dam doctrinam Bar. poteſt reſponderi, ꝙ illud pro-
cedit, quando ex neceſſitate clerici & eccleſiæ liga-
rent talis ſtatutis: ſed ſi loquimur de honeſtate, tūc
bene ligantur clerici ſtatutis generalibus laicorū:
ita formaliter dixit D. Cardin. in d. c. eccleſia Sanctæ
Mariæ. de conſtit. Sed eccleſia eſt mater honeſtatis,
vt ſuperius eſt dictum: ergo poſito, ꝙ non ligarentur
ſtatuto, ligantur honeſtate inducta a ſtatuto, & per
conſequens de honeſtate debuit interuenire ſolen-
nitas ſtatuti Brixiæ in iſta donatione: licet in verita-
te: vt dixi doctrina Bar. non eſt neceſſaria ad deciſio-
nem huius quæſtionis. & iſto modo ſaluatur doctri-
na Bart. quæ in veritate probatur iure: vt in iuribus
allegatis ſuperius. Nec eſt opus diſtinguere de hone
ſtate. Item ſaluatur doctrina Bar. vt procedat in quę-
rendis clerico, aut eccleſię, quo caſu poteſt ſtatutū
diſponere: vt ſuperius eſt oſtenſum. Item ſaluatur
doctrina Barto. quando ſubditus ſtatuto contrahit
contra diſpoſitionem ſtatuti, cum apponat formam
de leui obſeruabilem, & ex cauſa honeſta: vt ſupe-
rius dixi. Item procedat etiam multo fortius, cum
cauſa agitatur coram Iudice ſeculari, qui tenetur
ſeruare iura & ſtatuta municipij. Facit gl. in c. ꝙ cle-
ricis. de foro cōpe. & in l. ex ea. ff. de poſtul. & multo
fortius in caſu nrō: qa apparet ꝯſtitutio ſynodalis,
ſeu epiſcopalis approbās ſtatuta Brixiæ: & licet non
ſufficiat ſola approbatio epiſcopi, ꝑ d. c. eccleſia. &
d. c. bñ quidem. tñ ex quo concurrūt tot ad validita-
tem huius ſtatuti, quoad clericos, tenet talis appro-
25 batio: quia † quæ non proſunt ſingula, multa iuuāt.
l. 2. per glo. in princ. ff. de excu. tu. glo. in c. accedens.
vt lit. non conteſt. & in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. cum
ſimili. Præterea facit, quod voluit D. Abb. in repeti-
tione. d. c. eccleſia. ad fin. vbi dicit, ꝙ vbi duæ iuriſdi-
ctiones cohęrent in loco, iudicatur ſecundùm legē,
& ſtatuta loci contractus. l. ſi fundus. ff. de euic. Inn.
in rubrica, de cōſue. & ſubdit iſtud procedere, ſiue
ſit ſtatutū laici, ſiue clerici: qa non valebit cōtractus
niſi ſolennitas fuerit obſeruata: quia non potuit
ſubditus

subditus contrahere cũ non subdito spreta lege sui superioris: & dicit se ita dictură in sua lectura, quã tunc compilabat in d.c. quod clericis. & subdit etiã ibi D. Abb. quòd in isto casu procedit doctrina Bar. in d.l.cunctos populos. & isto casu dicit non procedere opinionem contrariam,& dicit,quòd doc.qui tenuerunt cõtra Bart. non considerarunt talem casum: quia iudicio suo ita decidissent, nec reprobassent Bart. & ego superius ad hoc allegaui Bal.in suo consilio.& Sal.in d.auth.cassa.& dominum Card.in d.c.perpendimus. & facit d.c.j.§.donare. & quæ superius allegaui post Bal.& Lu.Ro. vt etiam in piam causam possit statutum prohibere: vt in d.§. donare.& multo fortius quia ista non fuit donatio ꝓ anima: vt superius fuit ostensum. Et ex istis apparet responsio ad ꝯria superius formata, nec iste passus est ita examinatus in aliquo loco: licet illũ ego examinauerim copiosius in repetitione, quã edidi in rubrica,de rebus eccl.non alie.sed non ita exquisitè,& ideo concludo talem donationem fuisse nullam: & per consequens nullum ius competere dicto conuentui ad illam domum vendicandam: & sic concludo ipsum statutum fore seruandum in vtroque foro inter laicum & clericum, & multo fortius in foro seculari. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Patre stipulante emphyteusim, vel feudũ pro se & filiis, non est quęsitum ius ipsis filiis, nisi post mortem patris: ideo pater eis potest præiudicare alienando,vel vni ex his prælegando.

SVMMARIVM.

Ius quærendum facilius abdicatur a nobis,quàm ius quæsitum. nu.9.

Filius non venit ad emphyteusim,vel feudum, nisi patre mortuo: vbi pater est stipulatus pro se & suis filijs: & potest pater ipsi præiudicare.nu.10.19.& 26.

Verba,pro se & filijs,apposita in contractu emphyteutico intelliguntur ordine successiuo.nu.14.

Feudum perditur transitum ad religionem.nu.18.

Argumentum de emphyteusi ad feudum validum: nisi iura essent exorbitantia.nu.19.

Repudiatio patris de feudo, an & quando præiudicet filijs. nu.22.

Episcopus non potest alterare naturam feudi.nu.28.

Bart.declaratus in l.mortis causa capitur.nu.30.

Glossæ auctoritas omnes alios antecellit.nu.34.

Feudi naturam indicat tenor inuestituræ.nu.36.

CONSILIVM LXVI.

PRima Consideratione dicẽdum videt, ꝙ Franciscus prædictus inuestitus de dictis decimis tanquam de iure recti & antiqui feudi pro se, & filijs & hæredibus vtriusq;, non potuerit alienare dictum feudum in præiudicium suorum filiorum. Et licet copiosè & subtiliter dictum fuerit per supradictos stupendos patres; tamen quia illud quenquam scire maiores nostri arbitrati sunt, quod ratione optima demonstrassent: ideo aliqua per eos non tacta in medium referam. Et ad hoc demonstrandũ allego elegãs dictũ Bar.in l. mortis causa capit.ff. de dona. causa mor. vbi dixit, pater accepit emphyteusim ꝓ se, & filijs suis, ꝙ mortuo patre filii illam accipiunt a domino, & non a patre,& per ꝯsequẽs illud ius in dicta emphyteusi,vel feudo eis competit,& sic pater
1 nullo modo potest p̃iudicare† filijs in iure acquisito a domino. Facit ad hoc,qđ pulchrè voluit dominus Pet.de Ancharan.in suo consilio 309.vbi consuluit, pater accepit emphyteusim pro se & filijs suis,consuluit,ꝙ filia instituta in re certa, & prohibita a patre plus petere potest venire ad emphyteusim: quia pater expresse non potuit eam priuare iure contractus.allegat Bar.in l. vt iurisiurandi.§. si liberi.ff. de op.lib.& etiam allegat,qđ not.Bal.in l.liberti.C. eo. ti. Facit etiã,qđ voluit Ang.in suo consilio 181.vbi cõsuluit,pater accepit emphyteusim pro se & filijs suis masculis legitimis,& vna fœmina,ꝙ non poterit illud ius quæsitum filiæ ex stipulatione paterna tollere,& si faceret: quia tolleret,nihilominus tenetur reficere illi filiæ id,qđ sibi abstulit de illa emphyteusi in alijs rebus patrimonialibus,ar.l.j.& l.assignari. ff.de assigna.lib.ꝯiuncta l.si cum dotẽ.§.cum pater. ff.sol.mat. vbi si pater diminuit ius filiæ ex sua portione,tenetur eidem filiæ tantundem cõcedere, inquantum eam grauauit.Ita videtur dicendũ in proposito, ꝙ non potuit pater præiudicare filijs in feudo,ex quo in stipulatione p̃rna illud feudum acquirunt a domino, vel saltem pater debuit filijs tãtundem relinquere,qđ ęquiualeret feudo. Facit etiã,qđ voluit Bal.in commento.l.j.ff. de rerũ di.in ea quæstione. vbi quærit, an in feudo pater possit stipulari vni filiorum,ita ꝙ alteri nõ possit acquiri: decidit ꝙ potest,sed Bald.ibi loquit̃ a principio stipulationis, quasi liberum fuit patri posse stipulari pro vno filio: ita ꝙ nõ quæratur alijs filijs: vnde sequit̃ ex hoc, ꝙ ex postfacto nõ potest tollere ius iam quæsitum, & radicatum filijs. vnde aliud est tollere quærendũ, seu impedire quærendum,& aliud est tollere quæsitũ.l.qd autem.ff.quæ in frau. credi. Inn.in c.admonet.de renuntia.Fede. de Senis consilio 9. Bald. in l. si pupillorum. C.de repud.hær. ergo non potuit iste pater tollere filijs ius quæsitũ in dicto feudo. Facit, qđ voluit Bald.in l.imperialem. in tit.de prohi.alie. feu.per Fede.vbi dicit in versic.quæro, vtrum pater possit assignare feudũ vni filiorum, refert quosdam dicere ꝙ sic,si pater sua probitate quæsiuit feudum, secus si antecessores patris acquisiuerunt feudũ, ar. l.diui fratres.ff.de iure patro.& l.liberi patroni.ff. de assig.lib.refert etiam alios dicere,ꝙ benemerito potest assignare,arg.l.Rufinus.C.de testa.mi.ipse verò dicit, ꝙ non potest, nisi de fratrum voluntate, vel
2 ratificatione: qa lex † feudorum dictat,ꝙ ad omnes filios æqualiter pertineat: & ideo nec in testamẽto põt hoc facere,nisi filij approbent testamentum parentis.l.sicut.§. venditionis.ff.qui.mo.pig. vel hypo. solu.nã ꝙ ad omnes filios pertineat,est inductum in fauorem filiorum: ideo si fiat contra non valet: tamen non reuertitur ad dominum: quia non est hoc inductũ in fauorẽ dñi,ar.l.fi.C.cõmunia de leg.& loquitur ibi Bal.siue sit feudũ nouũ acquisitũ a patre, siue sit antiquum acquisitum per suos antecessores. ergo multominus in casu nostro potuit præiudicare oĩbus filijs,si non potest præiudcare vni filio in fauorem aliorum, multo minus potuit præiudicare omnibus filijs in fauorẽ extranei. Facit etiam, qđ decidit idẽ Bal.in c.j.in ti.an agna.vel cog.in ver. quæritur, ꝙ in iure emphyteutico potest pater prouidere vni filiorum,& alteri nõ: secus in feudo, allegat.c.j.de suc.feu.& l.in cõuentionibus.ff.de verbo. sig.facit,qđ voluit An. de Isernia in d.c.j. de suc.feu. vbi dicit,ꝙ non valet aliqua ordinatio facta a defuncto in feudo, quominus filij succedãt in feudo, & si defunctus habens feudum aliud disposuit in testamento,non valet sua ordinatio quoad feudũ.& ponit exemplũ: qa disponit, ꝙ filius habeat duas partes feudi,& alius tertiã: qa debent æqualiter succedere in feudo: qa feudũ p̃tinet ad filios nõ ex dispositione hoĩs,sed legis.c.j.§.sed qa vidimus. ĩ ti.q feu. da.po. & ibi etiam dicit Bald. quòd licet filij sint in-

æqualiter instituti: tamen in feudo succedant æqualiter. Facit, qđ voluit Ia. But. quem refert & sequitur Bal. in l. item videndum. §. nũc videamus. ff. de peti. hære. vbi dicit, ꝙ pater non potest præiudicare vni filiorum relinquendo feudum alijs filijs: ex eo quia ius patris extinguitur eo mortuo. l. vxor patrui. C. de legat. Præterea facit, quod voluit Bal. in l. in insulã. §. fi. ff. sol. ma. vbi dicit, duo fecerunt pacem, quam promiserunt nõ infringere sub pęna applicanda ecclesiæ, ꝙ si postea fregerint pacẽ, & pęnã remiserũt propter hoc nõ præiudicatur iuri quæsito ecclesiæ: ita dicamus in proposito, ꝙ non tollatur ius quæsitum filijs in feudo ex stipulatione paterna. Pręterea facit tex. in l. si quis argentum. §. fi. C. de dona. in ver. cũ enim in arbitrio cuiuscunq; sit hoc facere, quod instituit: oportet eũ, vel minimè ad hoc prosilire, vel cũ ad hoc venire pparauerit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare: tantãque indeuotionẽ quasi quibusdam legitimis velamentis protegere: vbi est casus, ꝙ postquã quis trãstulit ius in alium, non potest illud reuocare. Facit text. in l. vero procuratori. §. fi. in ver. illam cõditionem habuit stipulatio, quã immutare non potuit stipulator. ff. de solu. & l. aliud. & l. si ita stipulatus fuero decẽ in melle. ff. de solu. vbi si quis stipulatus fuerit solui decẽ sibi, aut Titio, non põt postea illã conditionem immutare: & sic non potest immutare ius quæsitum Titio, eodem modo dicemus in ꝓposito. Facit etiam, qđ no. Bal. in l. cũ quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. & Bald. in l. generaliter. C. de non nu. pe. & in l. rationes. C. de probat. & in l. si mãdatum. C. mandati. vbi si quis in infirmitate confitetur se habuisse certã pecuniam ab alio, & postea
3 reconualescit, non poterit† reuocare illã confessionem in præiudicium alterius, quia in contractibus vel quasi nõ est locus penitẽtiæ: vt l. sicut. C. de acti. & oblig. cum simi. Facit etiam, quod not. Salyc. in l. quoties. C. de donat. quæ sub mõ. vbi dixit, ꝙ si ego dono tibi fundum cum hoc, ꝙ hinc ad certum tempus fundũ illũ dones Sempronio, ego postea nõ potero istud reuocare. Facit etiã, qđ voluit Bal. & Ang. in l. apud Iulianũ. §. si quis alicui. de leg. j. vbi dicũt, ꝙ pater non potest præiudicare in feudo, vel emphyteusi, quam accepit pro se & filijs, allegãt Dy. ibi. Ita dicamus in proposito, si pater est stipulatus feudũ pro se, & filijs suis, non poterit tollere ius quæsitum filijs in feudo illo. Facit etiam. c. j. §. hoc quoque. in ver. sine hærede masculo. a contrario sensu, de suc. feu. vbi si alienans feudum reliquit hæredem masculum, præfertur agnato, & fratri alienantis in reuocando alienationem feudi per factam per vasallum post illius mortem: sed eo deficiẽte admittit frater alienantis. Ita dicamus in proposito, ꝙ fiet reuocatio dictæ alienationis per filios alienãtis. Facit ẽt ratio, pater alienans non potuit trasferre in emptorẽ plus iuris, ꝗ̃ ipse habebat. l. nemo. ff. de reg. iur. cum similibus. Sed ipse pater habebat ius temporale duraturum in vita ipsius dumtaxat, & post eius mortẽ incipiebat ius ꝑsona filiorum: ergo sequitur, quòd resoluto iure patris resolutum est ius ipsius emptoris. l. lex vectigali fundo. ff. de pigno. Et sic filij ex eorum persona, & ex iure nouiter eis quæsito per mortem patris possunt auocare ab emptore tanquã filij, non tanquã hæredes, cũ confecerint inuentariũ;
4 & sic† non habẽtur pro hęredibus, vbi agitur de eorum præiudicio. l. fi. §. licentiã. C. de iure delib. coniuncta l. cum a matre. C. de rei vend. non enim videtur potuisse præiudicare filijs non consentientibus. ¶ Et si quispiam opponat dicens, istud esse feudum nouum acquisitum per patrẽ istorũ reuocare volẽtium, in quo factum patris potest filij præiudicare: vt firmant scribentes in c. j. §. hoc quoq;. de succes. feu. etiã si feudum esset antiquum acquisitũ per auũ vel auiam, gl. in d. §. hoc quoq;. in 3. solu. secundi cõtrarij: vt ibi refert Iac. de Bel. sentit, ꝙ patris alienationem nunquam filij reuocant: licet agnati reuocare possint, si feudum erat antiquum. Et etiam si quispiam opponat, ꝙ isti filij sunt hæredes patris: licet cum beneficio inuentarij, & sic si sunt bona sufficientia patris etiã non facta deductione legitimæ, licet non subijciantur oneri legatorũ: subijciuntur tamen oneri creditorum. l. Papinianus. §. quarta. cũ sequentibus. ff. de inoffi. te. tenetur emptori de euictione, & per consequens possunt repelli a reuocando per illam exceptionem, quẽ de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. vendicãtem. ff. de euic. coniunctis his, quæ habẽtur in l. fi. §. licentiam. C. de iure deliber. & d. l. cũ a matre. qa ad ista respondeo. videlicet, ꝙ tunc factũ patris nocet filijs in feudo, qñ filij nõ sunt expresŝe nominati in inuestitura, quo casu nihilominus succedũt in feudo. c. j. §. hoc quoq;. qui feu. da. pos. non tamen succedunt, nisi sint hæredes patris. c. j. in ti. an agna. qđ ita debet intelligi. constat aũt, ꝙ pater põt suo hæredi pręiudicare sicut sibi. vt l. pater filiũ. §. pe. & qđ ibi no. Bar. ff. de leg. 3. sed qñ liberi, vel filij sunt nominati in inuestitura, vt in ista inuestitura dr̃ tũc alienatio patris non nocet filijs, sicut nec alijs agnatis. Ita expresŝe decidit Bal. in d. c. j. §. hoc quoq;. de succes. feu. in 4. conclusione. ibi, dum dicit, qđ liberis: nam tunc possunt habere feudũ hæreditate paterna repudiata, arg. l. quocunq;. §. si quis ita. in fin. ff. de verbo. ob quod tenet Iaco. de Bel. & Bal. & in d. c. j. an agna. ideo factum patris non potuit præiudicare filijs: qa non dicuntur habere a patre: sed a primo inuestiente. l. si arrogator. §. sed an impuberi. ff. de adopt. Hoc videtur tenere Bald. d. §. hoc quoq;. de suc. feu. in ver. pone, ego recipi pro me & filijs, & Cy. in l. 2. C. de liber. & eorũ liber. Et s̃m istã limitationem debet intelligi, qđ no. idem Bal. in d. §. hoc quoque. ver. vlti. distingue in principio distinctionis, dũ dicit, ꝙ in feudo nouo † regulariter factum patris nocet filijs: nã debet intelligi, vt superius est dictum, ne
5 sit sibi contrarius, quando non sunt nominati in inuestitura. & facit, qđ no. Bal. in d. l. 2. post Cy. C. de libe. & eorum libe. & Bart. in l. 3. ff. de interdi. & relega. Et per istud sit sublatum primum, qđ in contrarium fuit adductum. Ad aliud contrarium respõdetur, ꝙ in bonis patris, vt asseritur: nihilominus erat, vel esse reperitur deductis bonis feudalibus, quæ tenebat pater, & deductis dotibus, ad quas pater tenebatur. & sic dicti filij non tenentur de euictione propter confectionem inuentarij. vnde cessat dicta argumẽtatio. Et si dicantur feudalia, non debent deduci, cum possit capi pro debitis quoad cõmoditatẽ, cũ agit actione personali & in causam iudicati: vt no. Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infec. Respondeo, verum est, ꝙ pro debitis ipsius feudatarij, cuius sunt tempore, quo capientur: vt si viueret pater, & conueniretur de euictione, vel si caperentur hodie pro debitis ipsorũ filiorũ. Sed si nũc caperentur pro debito patris, cuius esse desinerũt, & inceperunt esse filiorũ: nõ vt hæredũ patris, sed vt filiorũ. & facto inuentario res filiorũ non hæreditariæ nõ possunt capi pro debitis paternis & hæredi-
6 tarijs: vt in d. l. fi. §. licentiã. Quòd autẽ feudalia † non sit hæreditaria patet, per ea quæ not. Dyn. & Barto. in l. si patroni. ff. ad Trebel. qui dicunt ea non cadere in fideicommisso vniuersali, in quo veniunt hæreditaria: vt l. fideicommissa. §. j. eo. ti. ideo videtur, ꝙ isti filij non repellantur a vendicãdo feudũ prędictũ ab emptore cõtra factum patris ex propria persona:

sona:licet fuerit nouum feudum:qa quando nõ forent nominati in inuestitura quoquo modo pater recepisset rem in feudum:filij adhuc succederent in feudo: vt in d.c.hoc quoq; sciẽdum,q feudum dare possunt. esset tñ tunc differẽtia inter feudũ nouum, quia tunc venditio, vel refutatio patris præiudicat filijs suis,vt ipsam reuocare non possunt, ẽt nõ sint eius hæredes: vel sint cum bñficio inuẽtarij:qa censetur vnũ feudũ in persona patris & filiorum, & filij censent habere a patre & nõ ab instituẽte: iõ factũ patris impugnare nõ possunt. & sic loquitur primũ membrum distinctionis Nico. de Mattar. recitati a Bal.in l.qui se patris.C.vnde liberi.Nec distinguitur an fecerint inuentarium vel ne: qa debet intelligi, quando filij non sunt expresse nominati in inuestitura.Sed si non est nouum feudum, sed antiquum: tunc posito ꝙ in inuestitura non fuerit nominati filij,non dicuntur habere feudum ab ipso patre vendente,vel renuntiante feudũ,sed ab auo vel proauo acquirente: iõ factum patris sui, a quo non habent ius,eis indistincte nõ nocet.l.emãcipatũ.ff.de adop.
7 Sed ita † demum si sunt hæredes patris sine beneficio inuentarij:vel etiam cum beneficio,si tamen hęreditas est soluẽdo: qa deductis debitis tantũ remanet in ea,qđ æquiualet feudo:qa in dictis casibus filij tenẽtur ex persona patris de euictione: & sic possunt repelli a vendicando tam per illã exceptionẽ, quem de euictione tenet actio, q̃ per exceptionem; ex qua ꝑsona quis lucrum sentit. l.ex qua persona. ff.de reg.iur. Sed si confecissent inuentarium, & deductis debitis nil remanet in hæreditate: tunc factũ patris eis non noceret:cum ab eo non habeant,sed ab auo. d.l.si arrogator.§.j.nec possunt repelli a vendicãdo ex aliqua prædictarum exceptionem:nã nec tenentur de euictione propter inuentarium:nec lucrum sentiunt,si nihil superest.Et sic non habentur pro non hęredibus quantum ad eorum pręiudiciũ. l.fi.§.& si præfatã.C. de iure delib.& §. in computatione.verè tamen hæredes sunt, ex quo adiuerũt:& hoc eis prodest, vt possint habere feudũ,qđ habere non possunt, nisi sint hæredes, ex quo non fuerunt nominati in inuestitura: vt in c.j.in agna.Vel fuerũt nominati cũ hoc qualitate.s.filijs & hæredibus,confectio inuentarij conseruat eos a dãno,nec in eo incurrant pp aditionem:sed non excludit eos a lucro, quod aliunde quàm ex hæreditate cõsequi possunt, vt sunt feuda,per no.in d.l.si patroni.per Dy.& Bar. sed de bonis hęreditarijs non debent lucrari in pręiudicium creditorum & legatariorũ:sicut nec in dãno esse: vt in d.l.fi.§. licentiã. Et ꝭm prædicta loqtur secundũ mẽbrum distinctionis Nicolai de Mattar. in d.l.q se patris. recitati ibi a Bal.qui dicit,in feudo veteri fore adhibendam distinctionem, quæ adhibetur in alijs rebus filiorum venditis a patre, vel a matre. Et prædicta procedunt,quãdo in inuestiturã non fuit facta mentio de liberis:tunc nõ est differentia inter nouũ & antiquum feudum : qa tũc idẽ est in nouo,qđ in antiquo : quia tunc sunt duo feuda: vnum in persona patris,aliud in persona filiorũ, & filij nõ censentur habere a patre:sed a domino feudi inuestiente,argu.l.stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verbo.obl. ideo factum patris non pręiudicar filijs, nisi essent hæredes patris sine beneficio inuentarij: vel cũ eo,& hæreditas esset soluendo:qa tunc haberent locum exceptiones superius relatæ. Sed si non
8 essent hæredes, tũc possent indistincte † si fuit receptum pro se & literis:nec fuit dictũ hæredibus : nec tunc habet locum titulus, an agna.vel filij,ꝭm ꝙ ibi sentiunt doc.Sed si fuisset dictũ hæredibus,non possent habere, nisi essent hæres : si tamen confecerint inuentarium.& hæreditas non est soluẽdo, possunt habere feudum:ex eo ꝙ hæredes sunt, & non repelluntur a vendicando propter inuentarium:& qa hęreditas non est soluendo,cessat vtraq; exceptio : qa in casu isto fuit facta mentio de patre & filijs suis hęredibus:& sic liberi possunt venire ex propria persona : tamen ita demum si sint hæredes propter illud verbum,hæredibus,&c.& ipsi sunt,qui adiuerũt hæreditatem:licet cũ inuẽtario.nã illud nõ facit, quo minus hæredes sint, licet fingat eos non esse q̃tum ad eorũ ꝑiudiciũ. constat aũt ipsos nõ teneri de euictione, nec sentire lucrũ ex hrđitate, ex quo non est soluẽdo,si ergo vendicent ab emptoribus dicendo, ꝙ eorũ pr̃ nõ potuit vendere in eorũ præiudiciũ,nõ video, qua exceptione possent repelli, qa aut diceret emptor,istud feudũ erat nouũ acquisitũ per patrẽ vestrũ:& sic factũ eius vobis nocet.Respondebitur,istud esset verum, si inuestitura non esset de liberis expressum: quia tunc esset vnũ & idem feudũ in persona patris & filiorũ, & videntur habere ab ipso patre,sed qa fuit de filijs facta mẽtio,feudũ in ꝑsona patris est diuersum in persona filiorum,vt est dictum,ergo &c.Et si opponantur, ꝙ in inuestitura dicitur pro filijs & hæredibus,& sic non possunt habere,nisi sint hæredes.Respondeo, cõcedendo,sed filij sunt hæredes, qa adiuerũt licet cũ beneficio inuentarij,& hoc eis sufficit,vt possint habere feudũ. Et si dicat, imo non sufficit,qa propter inuentariũ nõ tenentur filij vltra vires hæreditarias, & sic nõ habentur pro hæredibus, arg.l.2.§. sed si siue.ff. ad Tertul. Respondeo,imo sufficit,qa si essent instituti in certa re,vel quantitate,sufficeret, vt not.Bar.in d.§.j.sed si liberi. & in l.Gallus.§.j.de lib. & post. qa nõ habent vt hæredes,sed quia hæredes, nec tenentur ad debita hæreditaria.l.quoties.C.de hære. insti.Et si dicat postquam sunt isti filij hæredes vniuersales,nõ possunt venire ꝯ factũ defuncti,per d.l. vendicantẽ.Ad hoc respondeo,istud esset verum,si non fecissent inuentarium,vel si hęreditas esset soluendo, sed neutrum istorũ est,qa inuentarium fecerunt,& hæreditas non est soluendo, ergo nõ tenentur ex persona patris.Et si dicatur,ꝙ dictum Bal.procedit,quando filij sunt nominati in inuestitura proprijs nominibus, puta qa Titius pater cum Seio & Sempronio filijs fuit inuestitus, tunc factũ patris non posset ꝑiudicare filijs,sed quãdo sunt nominati nominibus appellatiuis,vt fuit in casu nostro,tunc est secus, qa in primo casu filij simul cum patre in vita acquirũt feudum.Secundo casu nõ nisi mortuo patre, qa ad hoc respondeo, imo in primo casu videtur idẽ, qđ in secundo, vt videãtur inuestiti ordine successiuo, per no.per Bald.in d.l. Gallus.§.j. & sic qđ in primo casu dicitur, debet dici in secundo nec fuit ista intẽtio Bal.in d.§. hoc quoq;. ꝙ qñ qs recipit inuestiturã pro se & filijs suis,& vult, ꝙ tũc dicant filij nominati in inuestitura, vt pater eis ꝑiudicare nõ possit. hoc ẽt patet ex no. per Cy. in d.l.3.C.de lib. & eorũ liber.qui ita exemplificant, vt videant nominati in inuestitura,licet non fuerint nominati proprijs nominibus, nec fuerint ꝑsentes. & sic siue sint filij nominati in gñe, siue in specie in inuestitura.idem est dicendũ,vt pater eis nõ possit præiudicare, & ita in facto consuluit D.Pau. de Ca. referens hanc limitationẽ Bal.in feudo nouo,an in inuestitura facta patri fuerit facta mentio de filijs, qa tunc factum patris non nocet filijs in d.feudo,& per ꝯñs videtur, ꝙ isti filij possint vendicare.d.feudũ. & ista erant, quę faciebãt dubiã hanc consultationẽ, iõ istis sufficienter examinatis apparebit veritas indubitata huius hæsitationis.¶ Et licet ista sint colorata & apparentia satis,tamen casum nostrum non attingunt,ideo illis non obstantibus contrarium puto esse de iu-

re verius, videlicet, ꝙ pater potuerit p̄iudicare filijs
in d.feudo. Et ante oīa pręmitto pro fundō eorum,
9 quæ dicturus sum, ꝙ facilius addicatur a nobis † ius
quærendum, quàm ius quæsitum: & in tantum, ꝙ li
cet aliquis non possit præiudicare alteri in iure q̄si-
to, tamen potest sibi præiudicare in iure quęrendo.
Ita dicit text. in l. quæ autē. ff. quæ in frau. credi. vbi
debitor licet non possit præiudicare creditoribus in
rebus suis quæsitis: tn̄ pōt bene præiudicare in quæ-
rendis. & ideo consuluit Federi. de Senis, ꝙ licet p̄la
tus non possit pręiudicare ecclesię in quęsitis: tamē
potest in quærendis. no. D. Card. in c. tua. de his quæ
fiunt a p̄la. & in c. potuit. de loca. & not. Bal. in auth.
si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. & in l. si pupillo-
rū. C. de repu. hæred. & moderni in l. is qui. §. neq;. ff.
de acq. hære. D. Ant. & alij in c. j. de dolo & ꝯtuma.
Lapus allegatione 16. & no. Hosti. in c. quoniam. de
deci. facit gl. in l. iubemus nullam. C. de sacros. eccl.
& Saly. in l. pactum curatoris. C. de pactis Bald. in c.
clerici. de iudi. & in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de con
sti. & in consilio relato per dominum Pet. de Anch.
in suis consilijs, consilio 11. vbi voluit, ꝙ statutum
populi potest præiudicare ecclesiæ in q̄rendis. Bald.
in l. bonorum. C. qui admit. & Lu. Ro. consi. 183. fa-
cit l. si spōsus. §. si maritus. ff. de do. inter vi. & vxo. &
quod voluit D. Pet. de Anch. consi. 225. Ex istis iuri-
bus regula est indubitata; ꝙ ille, qui nō p̄t p̄iudicare
alicui in q̄sitis p̄t p̄iudicare in q̄rendis. Mō ex doctri
na tradita a Bart. & alijs in l. Gallus. §. j. ff. de libe. &
10 post. vbicūq; † pater accepit emphyteusim, vel feudū
pro se, & suis filijs, filius non venit ad emphyteusim,
vel ad feudū nisi mortuo patre: vt ex adductis supe-
rius pro contraria parte apparet: sequitur ergo, ꝙ
filijs illud ius nō est quæsitum, sed est quærendū: q̄a
illud acquirent patre mortuo. ergo sumus in regu-
la, ꝙ q nō potest præiudicare alteri in quæsitis, pōt
præiudicare in quærendis, vt est superius ostensum.
& multofortius in casu nostro: q̄a facto & opera pa
tris illud ius venit in feudo quærendū filio mortuo
patre. vnde D. Pe. de Ancha. consilio 152. incipit ca-
sus talis est. narrat in facto fuisse dubitatum, p̄r acce
pit emphyteusim pro se & filijs suis & nepotibus a
quodam monasterio: Papa postea concessit quod-
dam indultū, ꝙ habentes emphyteusim ab illo mo-
nasterio possent illā appropriare soluta certa q̄ūti
tate, modò pater appropriauit, vult disponere, ꝙ nō
veniat ad filios: fuit dubium an possit, & arguit D.
Pet. ibi, ꝙ non postquam ex dispositione paterna est
quæsitum ius filio: vt l. q̄d dicitur. ff. de verb. ob. non
videtur istud ius quæsitum posse patrem aliter di-
sponere auferēdo filij, & allegat ī ar. d. l. in insulā. §.
fi. ff. solu. ma. l. si post mortē. §. fi. ff. de contra tab. cle.
cōstitutionē. ante fi. de ele. Contrariū credit esse ve-
rius, & præmittit, ꝙ ex stipulatione paterna non est
quæsitū ius filio de præsenti in emphyteusi: sed de-
mum post mortem patris: q̄a sic stipulādo pro se, fi-
lijs, & nepotibus, vnde fuisset stipulatus ordine suc-
cessiuo, iuxta no. p̄ Bart. & alios in l. Gallus. §. q̄dā re-
ctè. ff. de libe. & post. subdit postea do. Pet. vidēdū est
ergo, vtrū pater possit priuare filiū ista acq̄sitione,
quæ pendet, & est in spe, & non in re: & vr̄, ꝙ possit,
per ea quæ no. Bar. in l. q Romæ. §. Flauius. ff. de ver-
bo. oblig. vbi donatur reuocat pactum, ex quo pa-
cto acquirit alteri, postquàm ex solius donatoris p̄-
uisione hęc prouisio causat̄: & dicit se ad hoc alleg.
l. 3. ff. de ser. expor. & maximè dicit hoc p̄cedere, ex
eo, q̄a hęc acquisitio quoad filium videtur esse quę-
dam donatio a patre profecta, & pōt dici istā acqui-
sitionem descendere ex causa profectitia, nō aduen
titia, postquā merita filij, aut filiorū nō præcesserūt,
allegat not. in auth. vnde si parens. C. de inoffic. test.
& in l. si donatione. C. de collat. talis enim donatio
potest expresè & tacitè per patrem reuocari. l. filiæ.
C. fa. ercis. & l. j. C. de inoffi. do. per doc. & dicit ibi D.
11 Pe. ꝙ vendendo † & relinquendo alteri, pōt pater p̄-
iudicare filijs, per rationes & iura præfata, nec re-
quiritur consensus filiorū, & ita formaliter conclu-
dit ibi D. Pe. & est accuratè ponderandum, q̄d tenet
D. Pe. ꝙ licet pater expresè stipuletur pro se & filijs,
nihilominus potest præiudicare filijs vendendo, vel
alteri relinquendo, q̄d est contra limitationē Bald.
recitatam per D. Pau. de Cast. superius. Et etiam cō-
cludit D. Petr. ꝙ istud ius in spe filius acquirit a pa-
tre, & ista decisio D. Petr. in indiuiduo quoad istam
dubitationem non fuit visa per Io. de Imo. discipu-
lum domini Pe. nec per Florianum de sancto Petro
contemporaneum eiusdem domini Pet. nec per Io.
de Anania generum ipsius D. Pe. Facit, quod voluit
Ia. de Ardizono, qui fuit pater feudorum, in sua ele-
ganti summa, in tit. qui. mo. feu. amit. §. verum, licet
non possit: vbi quærit, pater accepit feudum pro se
& suis filijs, postea pater vult prælegare feudum vni
filiorum, an possit præiudicare alijs filijs. & arguit
multum singul. pro & contra, postea decidit, videli-
cet, ꝙ possit, & sic cōcludit, posse partē p̄iudicare fi-
lijs. & idē consuluit Pau. de Ca. consilio incipien. In
causa, quam magnificus dominus Titius. & est in or
dine 162. vbi consuluit, pater accepit feudum pro
se, & filijs suis, ꝙ potuit feudum relinquere vni filio-
rum, & excludere reliquos. ergo illud ius quæsitū fi-
lijs in spe, potest per patrem reuocari. & ex supradi-
ctis apparet, ꝙ filius ius feudi acquirit a patre, & per
consequens non acquirit a domino feudis. Et si di-
catur: vt superius fuit oppositum de dicto Bart. d. l.
12 mortis cā capitur. Respondeo, ꝙ illud † procedit, q̄n
filius acquirit feudū irreuocabiliter: puta mortuo
patre, quo tempore filius acquirit feudū irreuoca-
biliter: tūc enim dr̄ potius a domino acquirere: sed
viuo patre tunc dicitur acquirere a patre in spe, &
per ꝯn̄s reuocabiliter. & ita debet intelligi dictum
Bar. Facit, q̄d voluit Bar. in l. 3. ff. de ser. expor. & in l.
j. C. si manc. ita fue. alie. & in l. qui Romæ. §. Flauius.
ff. de verbo. oblig. in quibus locis voluit, ꝙ si aliquis
dat alicui fundum cum hoc, quòd post certum ter-
minum illum assignet cuidā ecclesiæ: ꝙ nihilomi-
nus donans ex post facto ante aduentū termini po-
terit illud pactum reuocare, & remittere donatario
in præiudiciū ecclesiæ: ecce qualiter illud ius erat q̄-
rendū ecclesiæ post lapsum termini facto seu opera
illius stipulantis. multo fortius idē dicemus in casu
nostro, quo p̄r accepit emphyteusim pro se & filijs
suis, & hāc doctrinā Bar. sequit̄ Sal. in d. l. 3. & Bal. in
d. l. 2. si manci. ita fue. alie. & in d. l. 3. vn̄ Bal. multum
sing. ī l. cū a socero. C. de iure do. distinguit, ꝙ q̄nq;
est in potestate prouidentis ille, cui prouidetur ex il
lo pacto, vel stipulatione: & tunc a tali prouisione
pōt recedere: ponit exemplū, si dominus prouidit
suo seruo, vel p̄r filio in potestate, arg. l. j. C. si ser. ex-
tero. ita ꝙ prouidendo sibi relatiuè resultat proui-
sionis effectus in ipso prouidente. Si autem non re-
sultat ista relatiua prouisio in contrahentis perso-
na: tunc non habet locum pœnitētia. Pondero dili-
genter hanc doctrinā Bal. q̄a multùm eleganter de-
cidit istā dubitationem, & sentit expresè, ꝙ proui-
13 sio † expressa patris in filio in potestate, vt in seruo,
operatur idem, q̄d operatur tacita. vn̄ si pater stipu-
lat̄ pro se & filijs, pōt pęnitere refutando vel alienā-
do illud q̄d accepit: eodem modo q̄n tacitè accepit
pro se nullā mentionē faciendo de filijs: tunc. n. re-
sultat relatiua prouidentia: q̄a accipiendo feudum
pro se intelligit̄ accipere relatiuè pro suis filijs: vt di
ctum fuit in iuribus allegatis supra in cōtraria par-
te, &

te, & Bald. in l. d. l. cum a socero. ponit exemplum, si pater prouideret filio. vnde manifeste sentit Bald. ꝙ sicut potest pęnitere, quando resultat tacita relatio, eodem modo quando resultat expressa. Et habet rationem in se: quia taciti ꝙ expressi fit æquiparatio. l. non rectè. C. de fideius. & sic est contra illud, quod retulit Pau. de Cast. superius, cum dixit, ꝙ quando pater expresse accipit pro se & filijs, potest præiudicare filijs; secus qñ expresse nō facit mentionem de filijs, & hoc non vidit præfatus Paulus, nec hoc considerarunt superiores consulētes. Et etiam est considerandum: quia licet aliter circa dictum Barto. in d. §. Flauius, & in d. l. 3. fuerit loquutus Bal. in d. l. in insulam. ff. solu. matri. tamen in casu nostro non est pugnandum, quis eorum iustius senserit: ex eo quia Bal. habet pro indubitato, ꝙ quoad patrē stipulantem pro se & filijs, licita est præsentia, & sic videtur seipsum limitare. Modo ita est in casu nostro: quia agatur, quando pater accepit feudum pro se & suis filijs, & sic cessant plura argumēta formata superius. Et istā etiam doctrinam Barto. in d. §. Flauius. sequitur Raphael Cumanus in d. §. Flauius. dicens dictum Bart. esse menti tenendum propter auctoritatem Bartol. quia æquitas summa dictat pro Bar. quia illa. l. quoties. C. de dona. quæ sub modo, quæ dedit actionem illi tertio, dedit propter voluntatem donantis, refert tamen ibi Raphael D. Bal. tenere contrarium in d. l. in insulam. §. fi. Item respondet ad dictum Bal. ꝙ procedit dictum eius, quando acquiritur ecclesiæ ex stipulatione notarij: ita ꝙ non quæritur ex facto ipsorum contrahentium: vnde illud, quod habet ex prouisione aliena, potest sibi tolli: secus si ex prouisione propria, & istam dicit esse limitationem ad d. l. quoties. Ego miror longe, ꝙ Raphael non viderit Bal. in d. l. cum a socero. vbi dicit, ꝙ si aliquis recepisset pro hospitali puta notarius, ꝙ tūc hospitale intelligeret ꝯhere per ministrū suū: necessario sequeretur, ꝙ tūc non posset recedi ab illo pacto sine voluntate hospitalis, & sic limitatio Raphaelis fuit Bal. licet ipse eū non viderit. Ecce qualiter potest ꝯhentes isto in casu pœnitere, & per ꝯns potuit pater præiudicare filijs alienando, vel refutando dictum feudum. Facit etiam illud, quod voluit do. meus Io. de Imo. in commento. c. potuit, de locato. ad fi. in pen. quæstione, in vers. pro cuius declaratione est aduertendum, quòd cum res emphyteutica, fuerit acquisita per patrem pro se & filijs suis, qui erant in potestate patris, & nati ex legitimo matrimonio: tunc videtur in effectu esse quædam donatio collata in filios in potestate ꝑ id, quod habetur in l. filię cuius. C. fami. ercisc. & per consequens videtur potuisse reuocari: per id, quod no. in d. l. filiæ. licet vbi non esset reuocata, confirmaretur morte ipsius patris: vt ibi patet, & sic censetur esse simplex donatio facta filijs in potestate, quo casu potuit reuocari: vt ibi. Sed si dicamus, ꝙ est do-

14 natio causa mortis, quod videtur ex eo: quia ista, † ꝙ verba apposita in contractu emphyteutico pro se & filijs intelligūtur ordine successiuo: vt in d. l. Gallus. §. 1. allegat etiam, quod not. Bar. in l. quod dicitur, & in l. si mihi & Titio. ff. de verbor. obligatio. & sic censenda est donatio causa mortis, per id, quod notauit glo. in l. fi. C. de pact. & in l. j. ff. de dona. causa mortis. Tūc clarum est, ꝙ etiam potuit reuocari: vt in l. qui mortis causa. ff. de dona. cau. mor. allegat etiā, quod not. Bar. in d. §. Flauius. vbi potest reuocari pactum, per quod tertio acquiritur. Eodem modo dicit, quādo pater accipit emphyteusim pro se & filijs suis, cū censeatur appositum fauore filiorum: vt eis quæratur ius in dicta re emphyteutica: quia ex præsentia patris potuit reuocari effectus acquisitionis istius iuris. Nec obst. huic rationi secundùm eum, quod habetur in l. fin. ff. de pactis, & in l. seruus. C. eo. Quia nā deri potest, ꝙ interdum ille, ex cuius pacto alteri quęrit, non est sui iuris, sed alteri subiectus: vt seruus, vel

15 filius: vt l. si seruus. nam reus tenetur acquirere † liberationem pro suo fideiussore. l. & hæredi. ff. de pactis, & eodem modo tenetur procurator acquirere domino. l. stipulatio ista. §. si quis insulam, & §. si stipuler. ff. de verbo. obliga. Interdum quis est sui iuris, nec tenebatur alteri acquirere: & tunc videtur, ꝙ ex præsentia impediri non possit effectualis acquisitio, per id, quod not. in d. §. Flauius. & in d. l. 3. ff. de seruis expor. Interdum autem ex facto tertij mihi non quęritur ius immediate, sed venit quærendum demum secuta mea ratificatione: & tunc non potest ex præsentia impediri actualis acquisitio: vt not. Bar. in l. si ego. ff. de neg. gest. Sed huic rationi obst. quod habetur in l. id, quod nostrum. ff. de reg. iu. vbi illud, quod est nostrum, sine facto nostro nobis auferri non potest: quia respondet, ꝙ interdum alicui est quęsitum ius irreuocabiliter: & tunc non potest sine eius consensu auferri, & sic loquitur. d. l. id quod nostrum, ꝙ intellige, nisi iusta causa in auferendo intercederet, per id quod hr̄ in toto titulo. ff. & C. de bon. damna. Interdum vero est alicui acquisitum ius, sed reuocabiliter: & tunc non est absonum tale ius auferri posse sine cōsensu istius, cui est quasi tum. dicit hoc probari in d. l. 3. coniuncto eo, quod habetur in d. §. Flauius. & dicit hoc satis probari ex his, quæ habentur in l. sed & si quis. §. interdum. coniuncta gl. ff. de vsufructu. vbi patet, quòd si seruus fructuarius aliquid emit, & sibi tradatur habita fide de precio, interim dominium efficitur domini proprietatis: vt ibi dicit gloss. & tamen si postea soluat venditori pecuniam fructuarij, qui habet vsum fructū serui censetur non fuisse acquisitum dominium proprietario, sed vsufructuario. Et pro ista differentia, ꝙ sit quædam acquisitio reuocabilis, & quædam irreuocabilis, bene facit, quod habetur in l. si quis ita hęreditatem, cum glo. ff. de condi. institu. coniunctis his quæ habentur in l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. & l. si mortis causa. cum l. sequenti. ff. de do. causa mor. allegat etiam quod not. Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. coniun-

16 cta glo. ff. de oper. lib. inquantum dicit, ꝙ † pater, qui est stipulatus a liberto operas sibi & filijs, potest tale ius assignare vni filiorum: si tñ non assignat, competit omnibus operarum petitio. Et in hanc partem dicit satis videri inclinari Bar. in §. Flauius, & ita ibi dicit Io. de Imo. se in quæstione facti ꝯsuluisse, & ita ibi residet. Ecce qualiter in indiuiduo tenet Io. de Imo. patrem posse reuocare stipulationem cōceptam in fauorem filiorum. Et ego longe miror, ꝙ nec consulendo, nec legendo Io. de Imol. non viderit Salice. in l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo. vbi dicit, ꝙ l. fi. ff. de pac. procedit, quando res & actio erant quæsitæ irreuocabiliter: sed in quæstione Bart. tacta per eum in d. §. Flauius. erat res, & actio quærenda, allegat Pe. vltramontanum. Vel si erat quæsita, debet intelligi, si donator perseueret in eadem voluntate: & sic non est quæsita irreuocabiliter, & pro hoc allego text. d. l. quoties. in ver. iuxta donatoris voluntatē qui in proposito perseuerauerit. Ecce nunc qualiter facit illam differentiam, quam facit Ioann. de Imol. vtrū actio sit quæsita irreuocabiliter, an sit quęrenda. Cū ergo in proposito nostro istud ius feudi erat quęrendum filijs post mortem patris, potuit ab ipso patre reuocari. & per consequens valuit illa reuocatio in præiudicium filiorum. Facit etiam quod voluit Lu. Ro. in suis consilijs, consilio 34. incip. visa facti. in tertia dubitatione illius consilijs. vbi quærit, an repudiatio, seu renūtiatio, patris, si qua facta fuisset de iure ipsius emphyteusis, potuisset filijs præiudicare,

dicare,& in hoc dicit dicendum, vt per Bal.in l.qui se patris.C.vnde liberi.& in authenti.si quas ruinas. C.de sacrosan.eccle.& in c.j.§.& quia vidimus.in ti. qui feu.da.pos.& qđ in simili no.Bar.in d.§.Flauius. & Bal.in l.cum a socero.C.de iur.dot.vnde pondero quia dictum Lu.debet intelligi secundùm iura,quæ ipse allegat: vt dixit Barto.in l.non solum.§.si liberationis. ff. de libera.legat.sed Bald.in d.§.& quia vidimus. decidit, ꝙ vasallus potest prælegare fundũ vni filiorum, & assignare illi totum ius feudi. & idem Bal.in d.auth.si quas ruinas.versic.iuxta hoc quero, vtrum pater,qui recepit emphyteusim pro se,& eius filijs, & nepotibus, possit prælegare vni filiorum,&
17 decidit ꝙ sic,quia filius† capit tanquam ex donatione paterna: vnde poterit reuocare eam ab vno filio, & dare alteri,& est bene ponderandum: quia Bald. ibi loquitur eo casu,quo pater facit expressam mentionem de filijs in inuestitura:& tamẽ potest in prȩiudicium filiorũ aliter disponere,& idem dixit idem Bald.in c.1.an agna.in ver.quæritur nunquid.vbi dici potest pater disponere de emphyteusi,& vni filiorum relinquere,& alijs auferre,& sic Lud.in d.cõsilio sequitur istam partem, ꝙ siue sit feudum,siue sit emphyteusis,potest pater repudiare,aut renuntiare in præiudicium filiorum,& etiam ibi in principio illius consilij loquitur Lud.quando pater accepit emphyteusim pro se, & filijs,& nepotibus,& sic sentit, ꝙ siue expresse sit concepta inuestitura pro filijs, siue tacitè, potest pater præiudicare filijs, quod est ꝯ Pau.de Cast. vt superius dixi. Et etiam subdit ibi Lu. Roma. ꝙ siue dicta emphyteusis spectet ad filios,secundum opin.Bar.in d.l.Gallus.§.j.& in l.si non sortem.§.libertus.ff.de cond.indebi.& in l.vt iurisiurandi.§.liberi.ff.de oper.lib.siue ad filios,vt hæredes,secundum opinionem Bal.in l.etiam.ff.solut.matr.& in l.2.C.de suis & legit.tamen pater potuit illam alteri legare: ex eo quia ius,& rem hæredis testator legare potest.insti.de lega.§.non solum tenetur enim hȩres ad rem prȩstandam,seu ad ius concedendum,& concludit ibi do.Ludo.quòd potuit pater legare dictam emphyteusim in prȩiudicium filiorum,seu nepotum.Modo in proposito nostro iste pater accepit feudum pro se & filijs,& hȩredibus,siue ergo,vt hæredes, siue vt filij vocati fuerint ad istud feudum illi filij certi iuris est,quod pater in eorum prȩiudicium illud potest alienare. Et si quis opponat, quòd licet ita sit in emphyteusi,tamen secus est in feudo,vt idẽ Bal.fatetur in d.cap.1.an agna.vel cogna.in loco superius allega.& ad hoc allegat.cap.1.de success.feu. Ad hoc respondeo,quòd idem Bald.in d.cap.1.§.& quia vidimus.tenet idem in feudo,quod in emphyteusi: ergo, &c. Ideo illud,quod dixit in tit.an agna. debet intelligi ſm ius,quod allegat.& ideo cum allegat.c.1. de success.feu.ꝙ loquitur in feudo antiquo, dicendum est, ꝙ Bal.ibi intellexit in feudo antiquo, sed in d.§.& qa vidimus. loqtur in feudo nouo, & ꝑ consequens Bald.non est sibi contrarius,& peroptimè concludit in fauorem huius consultationis.¶ Et si quispiam opponat, ꝙ de emphyteusi ad fundum non valet arg.ideo dicebat Hostien.in cap.1.de feu. sequitur ibi Ioan.Andr.quòd licet ille text.loquatur in feudo,non tamen habet locum in emphyteusi,& glo.in cap.1.an agna.vel cogna.dicit,quòd illud ca. non habet locum in hærede emphyteutæ: licet habeat locum in herede vasalli,& ibi Bald.dicit,quòd iura loquentia in feudis non habent locũ in emphyteusi, & in d.auth.si quas ruinas.dixit,quòd emphyteusis & feudum non omnino assimilantur, & in d.
18 l.qui se patris.dixit,quòd feudum† perditur per transitum ad religionem,sed non perditur emphyteusis, & quod ipse voluit in c.1.de controuersi.inte.vass.&

ali.& in ca.1.qualiter dominus feudi.proprie.priuetur.Quia ad ista ego respondeo,& ante omnia dico
19 valere † argumentum de vno ad reliquum,& allego Lud.Roma.consilio 201.vbi dicit,valere argumentum inter feudũ,& emphyteusim, si ius feudorum iusta,aut rationabili ratione moueatur,allegat Bar. in l.si mihi & Titio.ff.de verbo.obliga.& Bald.in c.1. de inuestit.de re alie.fac.& in c.si vasallus,in tit.si de feu.fue.controuer.inter do.& agna. Et subdit,quòd prȩlatus non erit iudex in quȩstione emphyteutica: sicut non est in quæstione feudali,& in ca.cæterum, de iudic.& ego allego Spec.in titu.de feudis.§.quando.versi.40.vbi dicit,quòd contractus feudi emphyteuticus,& liuellarius sunt eiusdem naturæ.Ita retulit eum Bald.in titu.de pace Constan.& idem Bal.in cap.quæ in ecclesiarum,de constitu.dixit,quòd emphyteusis,& feudum æquiparantur, & idem voluit idem Bald.in authentic.ei qui iurat.C. de bo.aucto. iudi.poss.& in l.liberti.C.de oper.libe.vbi æquiparat emphyteusim & feudum, & in l.volũtas.C.de fideicomm.& in capitul.1.in tit.quemadmo.feu.ad foe. perti. & in l.1.C.quando non pe.par.in quibus locis Bar.arguit idem in feudis,& emphyteusi,& idem voluit Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres. & in l.si mihi & Titio.ff.de verb.oblig.& in d.§.si liberi.& Ang.in l.hoc iure.§.permittitur.ff.de aqua quoti.& ęstim.& Lud.Roma.consilio 21.vbi eodem modo arguunt. Fateor tamen, ꝙ vbi iura essent exorbitantia, non procederet argumentum,ideo dicit Bald.in d.cap.j. assign.vel cog.quòd iura exorbitantia loquentia de vno non habent locum in reliquo:& ita procedunt dicta sua superius allegata in contrariũ,& ita etiam procedit dictum Hostien.& Io.An.in d.c.1.Cum ergo istud non sit ius exorbitans,quòd possit prælegare emphyteusim pater in præiudiciũ filiorum,idem erit in feudo nouo,postquã in feudo nouo iura feudalia non disponunt contrarium & per consequens sequitur,ꝙ sicut pater potest præiudicare filijs quando accipit emphyteusim pro se,& filijs, eodem modo poterit in feudo nouo: vt est in casu nostro. Facit quod pulchrè voluit Bald.in addi.quas fecit ad Spe. in ti.de loca.in versicu.an filius restitutus in re certa succedat in emphyteusi ecclesiæ pariter cum hærede vniuersali:& videtur ꝙ non:quia feudum & emphyteusis petitur petitione hæreditatis,no.ff.de pet. hær.l.item videndum.in fi. quæ petitio cum certam rem filio assignauit, totum illud videtur alteri contulisse.ff.de legat.1.l.quod in rerum.§.si quis.sed potest pater gratificare vni filio de suo lucro,argumen. ff.de assig.libr.l.1.& ff.de legat.2.l.vnum ex familia. Item pater in dubio videtur prouidere filio: vt hæredi.ff.de pa.l.si tibi.§.si pacto.refert ibi Bal.quosdam doctores distĩguere,aut pater recepit emphyteusim sub nomine appellatiuo filiorum:& tunc virilis fiat distributio: aut sub nomine appellatiuo hæredum: & tunc hæres vniuersalis præferatur,ad hoc remittit Bal.ibi ad ver.163.per Spe. Et sic est accuratè ponderãdum:quia illud dictum Bal.in d.c.1.§.hoc quoq; quod retulit Pau.de Cast. in loco superius allegato, attribuendo illud Bal.non fuit Bal.sed fuit aliorum, & sic loquitur Bal.ibi secundum opi.aliorum, ꝙ pater nõ possit gratificare vni filiorum in præiudicium aliorum,sed quando pater in inuestitura fecit mentionem expressam de filijs vt hæredibus: tunc potest pater gratificare vni filiorum in præiudicium alio-
20 rum. Modò iste est casus noster formalis, ꝙ † pater accepit feudum pro se, & filijs suis hæredibus: ergo potuit præiudicare filijs alienando,& vendendo, & istud non considerauit Paul.de Cast. nec vidit hanc doc. relatam a Bal.in d.addi. ad Spe. Et idem Bal.in d.addi.in vers.163.dixit, ꝙ licet quis renuntiet bonis

patris,

patris, non tamen renunciat emphyteusi stipulatę a patre liberis, allegat auth. vnde si parens. C. de inoffic. testa. nec hęredes exteri vllum habent in emphyteusi commercium allegat not. in l. etiam. ff. sol. ma. & C. de ope. lib. l. liberti. per Cyn. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. per Bar. & quod not. in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebel. per Dy. & ff. de sepul. vio. l. sepulchrum, & etiã allegat, quod no. in l. Tais. §. stichus meus. ff. de fideicomm. lib. & sic residet ibi Bal. Vnde Bal. ibi loquitur eo casu, quo pater stipulatus est emphyteusim pro se, & suis liberis, quo casu licet quis renunciet bonis paternis, non videtur renũtiasse bonis emphyteuticis quæ habet vt filius, & idem voluit etiã Bald. in d. authen. vnde si parens, & Bar. in d. §. si liberi. & Bald. in l. si adulta. C. de hęre. ac. Sed iste non est casus nr̃: qa filij non renuntiarunt hæreditati paternæ: & etiam quia pater non fuit stipulatus feudum pro se & filijs: imo vt hæredibus, & per consequens videtur potuisse eis præiudicare, vt hæredibus: & sic Bald. formaliter decidit istam quęstionem in fauorẽ emptoris. Facit glo. in c. 1. §. hoc quoque, de success. feu. quæ dicit, quòd in feudo nouo regulariter factũ patris nocet filijs: vt in c. si vasallus culpam, in titu. si de feu. defun. fue. controuer. cum ergo istud sit feudum nouum: sequitur, ꝙ factum patris nocuit filijs, siue ergo factum patris consistat in contrahendo, siue in delinquẽdo nocebit filijs: & sic talis alienatio facta per patrem de dicto fundo nocuit filijs. vnde si culpa patris nocet filijs in feudo nouo, ergo multo fortius contractus patris. Et ideo dixit Bal. in l. patronum. ff. de in ius voc. quòd si pater non soluit canonẽ, & propter hoc cadit ab emphyteusi, an hoc præiudicabit filio: decidit, quòd sic: ergo sequitur, quòd multofortius præiudicabit filio repudiatio, seu alienatio paterna. facit, quod voluit idem Bald. in l. 1. ff. de rerum di. in 8. quæstione, vbi quærit, an in feudo pater possit vni filiorũ stipulari, ita ꝙ alteri filio non quęratur: decidit, quòd sic. allegat, quod not. in l. pactum. C. de col. & sic æquiparatur facto. l. continuus. §. fina. ff. de verbo. obligat. Si ergo a principio potest pater acquirere feudũ pro vno ex filijs: ita dicamus,
21 ꝙ ex postfacto poterit † repudiare in præiudicium filiorum, vel alteri ex filijs relinquere: & idem voluit idem Bald. in d. l. 1. in 9. quæstione, vbi dicit, ꝙ pater insolidum potest assignare feudum vni hęredum, allegat not. in l. si familiæ. C. famil. ercisc. Et idem Bal. in l. emancipatum. §. fi. ff. de senato. ad fi. dixit, quòd vbicunque quis per contractum posset præiudicare hæredi, potest præiudicare per delictum, præsertim si talis culpa punitur lege contractus. Cum ergo pater possit præiudicare filijs delinquendo in feudo, vt in d. cap. si vasallus culpam. ergo eodem modo poterit pręiudicare per viam contractus renũtiando, vel alienando. Facit etiam, quod voluit Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi. in ver. item quæritur, si vasallus perdit feudũ repudiatione: an dicta repudiatio præiudicet eius filijs & descendentibus, refert distinctionem Nicolai de Mata. in l. j. C. de reuo. do. dicentem
22 quòd si feudum est † nouum, præiudicat & redit ad dominum secundùm consuetudinem feudi. Sed si est antiquum: tunc si quidem filius adiuit hæreditatem renuntiantis: & tunc factum patris præiudicat filijs. l. qui a patre, de testa. mili. nisi fecisset inuentarium solenniter: quia non debet nocere repudiatio hæreditatis, vt l. final. §. in computatione. C. de iure delib. Si autem repudiat hæreditatem, & vult feudũ retinere, repellitur: quia non licet filio repudiata hęreditate paterna feudum retinere. Facit etiam, quia in dicta inuestitura dicitur, ꝙ accepit feudum pro se filijs suis hæredibus. Ex quibus verbis apparet, ꝙ filij nõ possunt habere feudum, nisi sint hæredes patris, vel ingrediantur gradum paternum, vt in c. j. in prin. de success. feudi. sed illum gradum filij reperiunt fermentatum, & sic ab eo rubiginem contrahũt, & penes patrem nullum est feudum, quod iam illud alienauerit, sequitur, quòd nullo modo possunt acquirere feudum, cum in ius patris succedant vt hęredes & ideo Iac. de Belui. & Bald. in d. c. 1. §. hoc quoque. distinguunt, aut feudum est nouum, aut antiquum: si feudum est nouum, tũc regulariter factum patris nocet filio, allegat glos. ibi, quæ incipit, quid ergo, & d. cap. si vasallus culpam. Facit etiam, quod not. do. Pet. de Ancha. in cle. 2. de iure patro. vbi refert Fede. de Senis in suo consil. 116. quòd quis acquirit ius patronatus, quod transit de persona ad personam multis modis, inter quos est successio hęreditaria, ideo si patronus donat, vel vendit cum vniuersitate ius patronatus, illud ita abdicat a se, quod nec sibi, nec filijs suis remanet, allegat, quod not. in c. significauit, de testibus, & quod not. Archid. in cap. 1. de iure patrona. lib. 6. Facit etiam, quod voluit Andreas de Isernia in c. 1. de alie. feud. pa. vbi quærit, feudum est nouum vasallus domino consentiente alienat illud sine consensu filiorum ipsius vasalli alienãtis: decidit ibi præfatus doctor, quòd poterit alienare, dato, ꝙ intelligatur acquisitum pro se & hæredibus, & si in inuestitura non dicatur: vt in c. duo fratres, de duobus fra. a cau. inuest. Quinimo plus ibi dicit, ꝙ posito, ꝙ in dicta inuestitura expresse diceretur pro se, & hæredibus suis, nihilominus posset vendi absque consen-
23 su descendentium, nam illud † acquiro, possum alienare pro libito. l. qua ratione. §. hoc quoque. ff. de acquiren. rer. domi. Item quia cum prohibitio sit facta solùm in feudo paterno, videtur esse permissa in feudo nouo. l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procur. cap. nonne, de præsumpt. l. quæsitum. §. idem respondit. de fundo instru. cap. qualis. 25. dist. Et sentit ibi Andreas de Isernia, vt inferius clarissimè referã, ꝙ tunc dominus concedens feudum Titio pro se, & filijs suis non videtur habere contemplationem ad filios eius: & ideo potest pater præiudicare filijs alienãdo feudum nouum, & ego de hoc allego optimũ simile, quod decidet istam hæsitationem. videlicet, testator, instituit sibi hæredem vniuersalem filium suum: & eum de restituendo hæreditatem Titio, si sine liberis decederet. Modo iste Titius decessit cum liberis, an testator videatur habuisse contemplationem, & respectum ad ipsos liberos sui hæredis, adeo ꝙ videantur vocati ad hæreditatem ipsius testatoris ex tacito suo iudicio. Et certè dicendum est, ꝙ non, hoc decidit tex. valde solẽnis ad hoc in l. prima. C. de pact. quem text. ad hoc summè ponderandum dicit dominus meus Ioan. de Imo. in l. Lucius la 2. de hæredita. institu. & facit tex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. & l. generaliter. in prin. in versi. cui enim fenerandus est intellectus, & in ver. omni penè fructu peterno fraudari. C. de institut. & substitut. & l. iubemus. ver. item in retinenda. C. ad Trebel. & istud voluit glo. singula. in l. Lucius. & idem firmat ibi Bald. & idem voluit in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & idem voluit Frãciscus Tigrini. in d. l. Lucius, & idem sentit Bar. in l. centurio. ff. de vulgar. & pupil. & idem tenuit domi. Pet. de Anchara. in c. licet, de voto, & in suo eleganti consilio incipiente, ponderãda est principaliter forma substitutionis, & est 126. & allegat ad hoc Cy. in addi. in d. l. Lucius, & dicit esse de hoc glo. singula. & Io. And. in addi. Specul. in tit. de testa. §. 1. & concludit, quòd illi liberi non consequuntur hæreditatem iudicio aui. Idem voluit Io. de Imol. in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. 1. & hoc etiam voluit glo. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. facit l. 1. C. de condi. inser. Idem voluit domi. Raphael. in d. l. filiusfamilias.

liusfamilias.§.cum quis,& idem tenuit Ludo.Rom. in l.si cum dotem.in princi.ff.solut.matrimo. Et per gl.in l.Lucius.allego text.optimum in l.potest quis. ff.de vulgar.& pupil.& ibi Bal.in quarto notabili dicit videri ibi casum pro decisione gl.d.l.Lucius. Mo
24 do consideret do.Iudicās, quòd si†auus instituat filium,& grauet de restituendo si sine liberis decedat, non videtur vocasse liberos illos ad suam hæreditatem eo casu,quo extant herede mortuo.Eodem modo & multo fortius quando dominus concedit feudum Titio pro se & filijs suis, quòd non videtur habere cōtemplationem ad filios vasalli,& sic videtur potius prouidisse vasallo pro filijs vasalli. Et maximè hoc procedit,si vasallus tūc nullo habebat filios vel habebat filios,& dominus ignorabat vasallū habere filios:quia,vt eleganter voluit Barto.in d.l.Lucius.testator potius videtur voluisse prouidere filio, quàm liberis filij:vt possit de hæreditate sua facere, quicquid velit, quia ad illos liberos nondum natos nullam præsumitur testator habuisse affectionem.l. qui filiabus.ff.de leg.1.Ita videtur modo dicendum in proposito multo fortius:quia si auus instituendo filium,& faciendo mentionem de liberis filij non videtur ex suo iudicio vocasse illos lucros ad suam hæreditatem : sed potius voluisse,quòd filius hæres institutus faciat quicquid velit de eius hæreditate.Idē & multo magis est dicendum in domino, vt potius videatur voluisse prouidere vasallo : vt faciat illud, quod velit de feudo,quàm liberis vasalli,& maximè si tempore,quo dominus Paduanus concessit feudū illi Titio,tunc temporis ille Titius nullos habebat filios,vel ignorabat illum habere filios:quia non præsumitur habuisse affectionem ad id,quod adhuc nō erat in rerum natura,vel ignorabat esse in rerum natura,& ista ratio pūgit & decidit istam quæstionem. Quinimo eam deduco ad clariore decisionem,quare est,quòd pater non posset preiudicare filijs in feudo nouo:quia dominus habuisset cōtemplationem ad ipsos filios nō potest assignari fortior,aut melior ratio pro contraria parte.modo est insistendum,aut nos loquimur quoad dominum Paduanum,tūc de dominio Veronę.Aut nos loquimur quoad Ducale dominium Venetorum. Aut nos loquimur quoad episcopum Veronæ. Primo casu quoad dominum Paduanum dico, quòd ille nullam habuit contemplationem ad filios ipsius vasalli : posito,quòd tunc tēporis vasallus habuisset filios,& fuisset hoc cognitum domino Paduano,quod sic demonstro.preluppo nitur facto, quod ad hoc, vt dominus Paduanus posset se defendere a dominio Venetorum faciente guerram contra eum in territorio Veronę,vendidit aliquas ex dictis decimis,de quibus ipse dominus Paduanus fuerat inuestitus ab epo Veronæ,ex quo egebat pecunijs propter guerram,& per consequens dictas decimas,quas habebat in feudum dicto Andreę pro certo pretio cum pacto de restituendo dictas decimas, quandoque ipse dominus Paduanus restitueret dictum precium,dicto Andreæ vendidit, & ideo clarum est,quòd nullam contemplationem,aut affectionem habuit dominus Paduanus ad ipsum Andream,aut ad eius filios,nisi ad ipsum preciū, quod inde percepit,& ad ius redimendi ipsos decimos,qđ sibi reseruauit. Et sic non possunt dicere filij ipsius Andreæ,ꝙ accipiāt feudum ab ipso domino Paduano tanquam habuerint affectionem ad eos. Et isto casu cessat illa oppositio,quā superius formaui de dicto Bar.in d.l.mortis causa capitur,& Bal.in d.l.liberti.inquantum dicebat, ꝙ filij ipsius vasalli dicuntur capere a domino feudi,& nō ab ipso patre eorum: quia illud procederet, quando ipsorum filiorum cōtemplationem habuisset dominus feudi in concedendo feudum pro se & filijs. Sed in casu nostro nullam habuit dominus affectionem ad filios Andreæ: imo ipse Andreas ex capite suo fecit mentionem de filijs : ergo quærendum filijs ex facto ipsius Andreæ potuit tolli contrario facto ipsius Andreæ, per iura allegata superius. Quinimo plus dico, quòd ista nō fuit concessio feudalis : sed fuit venditio, vt inferius ostēdam,& in responsionibus ad contraria,allegando Bald.in d.l.qui se patris,vbi voluit, ꝙ si princeps
25 concedit†feudū alicui data sibi pecunia pro illo feudo,& vtatur istis verbis,indulgemus tibi feudum, ꝙ nihilominus erit venditio, & non erit indulgentia. Et si mihi dicatur:ergo ista fuit venditio. Respōdeo, quòd sit re vera venditio : ergo iudicabitur, ac si res esset non feudalis quoad reuocationem,& per consequens cessat omnis argumentatio facta in contrarium. Quinimo dicit Bald.quem refero infra in responsionibus ad contraria, quòd feudum iure emptionis quæsitum transit in extraneos,& sic alterata est natura feudi propter titulum venditionis, & per consequens cessant omnia contraria formata superius,& sic concludo quoad primum, videlicet,ꝙ dominus Paduanus nullam habuit contemplationem ad filios illius Andreæ ementis pro se & filijs suis hæredibus.Si vero loquimur quoad ipsum Ducale dominium Venetorum, eodem modo est dicendum, quod nullam contemplationem habuit ad filios ipsius Andreæ,nec ēt ad ipsum Andream,quia iam dictum Dñium vendidit dicto Andreæ ius redimendi dictum feudum venditum,ꝙ competebat ipsi Dñio in decimis venditis per dñm Paduanum,& sic fuit illa venditio, non autem concessio feudi. Et per ꝯñs ex capite ipsius Andreæ ementis fuit facta mentio de filijs : ergo ab eodem Andrea potuit tolli, & per consequens alienari.Et sic concludo quo ad secundum, ꝙ non habuit contemplationem ad filios ipsius Andreæ Ducale Dominium Venetorum : nec etiam interuenit contemplatio & affectio ipsius episcopi Veronę ad ipsos filios Andreæ:ex eo quia quādo Dominium Ducale vendidit dicto Andreę ius redimendi.dixit,saluo iure & honore episcopi, & episcopatus Veronæ in pēsione,renouatione,& inuestitura. Ex quibus verbis apparet,ꝙ episcopus Veronæ solum habet in dicto feudo honorem inuestiēdi, & renouandi,& percipiendi pensionem,vnde non potuit diminuere ius, qđ dictus Andreas acquisiuit titulo venditionis a Domino de Cararia inuestito a domino episcopo de dictis decimis,& qđ acquisiuit a Dominio Ducali. vnde dominus Paduanus,& Dominium Ducale potuerunt alium infeudare saluo iure & honore domini: vt in §.si mulier.in tit.de lege Cor.licet ergo dominus episcopus inuestierit postea ipsum Andream pro se,& filijs hæredibus, non tamen habuit affectionem ad filios Andreæ:sed habuit respectum ad primam concessionem,& inuestituras factas, & vēditis per Dominium Paduanum, & Dominium, qui nullam habuerunt affectionem ad filios,nec fuit mens episcopi præiudicare iuri ipsius Andreę acquirentis feudum de nouo.Et subdit etiam Andreas de Isernia ibi, idem esse si inuestitura diceret pro te, hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè descendentibus : secus autem dicit, si expresse appareret,vel probari posset,quòd dicta inuestitura fuisse facta etiam contemplatione filiorum : quia tunc filij predicti admitterentur ad partem feudi cū patre viuo.l.si.C.de impub. & alijs substi.quia tunc pater non posset disponere de ea parte,ar.c.j. de succes.feud.in prin.& l.pe.ff.de alie.iudi. Ita formaliter ibi decidit Andreas de Isernia. Et pro certo nō posset allegari melior,nec solēnior doctrina ad decisionem huius quæstionis.Ecce nunc qualiter Andreas de

de Isernia in indiuiduo decidit, & tenet ꝯrium eius, quod dicebat Paulus de Castro: & etiam Bal.in d.c. j.§.hoc quoq;. vult enim, ꝙ siue expresse dicatur pro se,& filijs,& hæredibus,siue tacitè intelligatur facta inuestitura pro se, filijs,& hęredibus, ꝙ nihilominus
26 pater † in feudo nouo poterit refutare feudū,& alienare feudum,& in alium trāsferre domino consentiente sine voluntate,& consensu filiorum ipsius vasalli alienatis, & sic destruit ex toto illam limitationem datam per Paulum post Bald. Et mirum est, ꝙ tātus doctor circa hunc passum non viderit hanc elegantem decisionem,modo in casu nostro non apparet, quòd contemplatione filiorum fuerit facta dicta inuestitura Titio pro se & filijs suis, &c. Sed potius emanarunt ab ipso vasallo, quàm quòd ex contemplatione filiorum dominus concesserit illo modo feudum:quinimo esset expressio eorum, quæ tacitè insunt: quia cum tacitè videatur datum pro se, & filijs, vt in d.cap.1.de duobus fra.a capita.inuesti. & in cap.1.in quibus cau.feu.amit.ideo talis expressio nil operatur.l.non rectè.C.de fideiuss.Et propter hoc voluit Andreas de Isernia, quòd non præsumatur contemplatione filiorum emanasse dicta inuestitura,nisi expresse dicatur, vel probetur: tunc enim bene procederet, vt diceretur quasi duo feuda, vnū in persona patris,aliud in persona filiorum,arg.l.stipulatio ista.§.si quis ita. ff. de verbor.obligat.& ideo apparet ex hoc,an dn̄s Paulus bene dicebat cum dixerit,quando sunt inuestiti pater & filius, puta quia dictum fuit in inuestitura, pro se & filijs suis:quia dicit,quòd isto casu non veniunt simul cum patre per id, quod not.Barr.in l.Gallus.§.1.quia illud dictum procedit eo casu, quo non apparet expressè,aut per probationem, quòd contemplatione filiorum fuit facta illa concessio: secus si contēplatione filiorum facta fuit: quia tunc etiam viuo patre insimul succedūt cum patre, per istud elegans dictum Andreæ de Isernia.¶ Et si quispiam opponat dicens,amice, latet anguis in herba,ex eo quia in dicta inuestitura dicitur iure recti,antiqui,& honorabilis feudi,quę verba inferunt, quòd de nouo feudo sit effectum antiquum,quo casu succedit regula tradita in dicto c.j.
27 §.hoc quoque, quòd in feudo † antiquo pater non possit alienare in pręiudicium filiorum seu agnatorum, & de hoc ego allego textum,& Bald.in indiuiduo in cap.1.de alie.feu.pa.vbi dixit,not.quòd si rex concedit mihi castrum nomine,& iure antiqui feudi possidendum, quòd licet sit nouum feudum: tamen assumit qualitates antiqui feudi,& paterni feudi,argument.l.quicunque.C.de omni agro deserto. libro 11.& sic poterit alienari in proximos agnatos, quod dictum dicit esse valde notādum, & illud non est tactum, nec visum per superiores dominos consulentes.Ita dicamus in proposito: vt istud feudum licet sit nouum:tamē per illa verba est effectum antiquum, & assumit naturam antiqui feudi. Ad hoc respondeo,& dico,quòd inficiari non potest, quòd istud sit feudum nouum,vt in c.1.de natura suc.feu. & in cap.1.de gradibus,& in c.1.in titulo, qui testes sint neces.& in c.j.de duobus fratribus a cap.inuesti. & sic apparet, quòd de se istud feudum est nouum. Si modo dicimus, ꝙ per illa verba effectum sit antiquum, dico,ꝙ istud non est bene dictum,nec text.d. c.1.de aliena.feu.pa.probat hoc, per illa verba iure recti, & antiqui feudi.Bal.enim ibi illud dicit ab extra,& sic extra casum.d.cap.j.& loquitut in rege,qui in regno suo est monarcha, vt dixit Bald.in cap.cum venissent,de eo qui mit.in pos.& in proœmio ffor ū. Vnde maiorem potestatē habet rex in regno, quàm episcopus,vt in c.2.de donat.Vnde posito,quòd illa verba prolata a rege reddant feudum de nouo antiquum:non tamen illum effectum operantur,quan-
28 do proferuntur ab episcopo, qui † non potest altera re naturā feudi ecclesiastici iuxta ea,quæ voluit Bal. in præludijs feudorum circa diuisionem, quam ibi facit de feudo: ideo dicta verba, iure antiqui feudi, non faciunt illud esse antiquum, aut sortiri eius naturam.Primo, quia mens & intentio episcopi,& ipsius accipientis non fuit ad hoc deputata: ideo non debet illud operari.l.nō omnis.ff.si certum petatur. Secūdò,quia episcopus hoc facere non potuit:quia cum sit nouū,sequitur, quòd remanet nouum, nec Bal.loquitur in casu nostro:quia ipse dicit, quando rex concessit feudū possidendum vt antiquum,quæ verba clare exprimunt, quòd de nouo sortiatur naturam antiqui: sed isto modo non fuerunt prolata verba episcopi in ipsa inuestitura, & ideo Bald.alio casu diuerso a nostro loquitur.Item potest dici,ꝙ illa verba importāt hoc est tale feudum consueuit ab antiquo concedi,& infeudari,iuxta not.in cap.2.de feu.& in cap.vt super, de rebus eccle.non alienandi. Facit etiam:quia in dicta inuestitura dicitur, pro se filijs,& hæredibus: & sic vt hæredes veniunt isti filij ad istud feudum eo casu,quo fuisset alienatū: cum ergo fuit alienatum: ergo vt hæredes testatoris non possunt venire ꝯtra factum defuncti,quoad id,quod est hæreditarium:maximè cum testator promisit de euictione per se, & hæredes suos:& ideo succedit regula.d.l.vendicantem.ff.de euic.& licet confecerint
29 † inuentarium: tn̄ non defendit ipsos inuentarium quoad id,quod est hæreditarium, & iure hæreditario venit.facit, quod habetur in l.fina.§.in computatione.C.de iure deliber.& in l.cum a matre.C.de rei vend. Et ex istis multifariè, multisque modis ostensum est, filios istius vasalli nullo modo posse vendicare dictum feudum.¶ Restat modo respondere ad ea, quæ superius allegata fuerunt in contrarium.Primo dico, quòd non obst.cum allegatur Bar.in l.mortis causa capitur, quia Bart.si bene ponderetur,non loquitur in casu nostro:loquitur enim, quando pa-
30 ter † accepit emphyteusim pro se, & filijs suis,quòd mortuo patre filij dicūtur capi domino,& sic loquitur Bar.eo casu,quo pater est mortuus,& extinctum est ius,quod pater habebat,& loquitur eo casu,quo pater durauit in sua voluntate:sed iste non est casus noster:ex eo quia nos loquimur, quādo pater viuus alienauit, quo tempore nullum ius competebat filijs, ideo mortuo patre nullum ius reperiunt filij in feudo nouo.Et sic Bart.loquitur eo casu, quo pater durauit in prima sua dispositione, & voluntate: sed in casu nostro nō durauit: quinimo reuocauit illud ius,quod erat quęrendum filijs: ergo,&c.Nec obst. cum allegatur consilium domi.Petr.quia domi.Pe. loquitur eo casu,quo prohibuit filiam institutam iure certo plus petere,& emphyteusis remansit in hæreditate: ideo poterit petere emphyteusim: quia illa petit vt filia, & non vt hæres:sed iste non est casus noster, & ita loquitur Bart.in d.§.si liberi.quem do. Petr.allegat in dicto consilio. Et ita etiam loquitur Bal.in d.l.liberti. Nec obst.ratio domini Petri dum dicit, quòd non potuisset pater expresse priuare filiā iure contractus,quia ad hoc respōdeo.Primo domi. Pe.in quodam alio cōsilio, quod superius allegaui, tenuit contrarium, videlicet,quòd pater potuit in vita priuare filiā illo iure:ex eo quia erat quęrendum, & non quæsitum: & quia erat in spe,& non in esse: vt superius demonstraui,& sic est sibi contrarius.Itē si bene ponderetur consilium domini Petri non obstat huic consultationi: ex eo quia ipse loquitur eo casu, quo testator testatur,& in testamēto disponit, ꝙ filia nō possit vlterius petere,quàm id,in quo eam instituit, & sic non loquitur eo casu, quo alienauit emphyteusim,

emphyteusim, vel feudum: vt est casus noster: vnde sentit dominus Pe. quòd non potuisset reuocare expresse tenẽdo emphyteusim, sed in casu nostro eam non tenuit, imo alienauit feudum: ergo, &c. Item dominus Petr. malè loquitur, & contra glo. in d. §. hoc quoque, & contra Andream de Isernia in d. cap. j. de alien. feud. pat. & contra seipsum. Et etiam malè loquitur, dum sentit, quòd pater non potuit vni filiorum prælegare, quod est contra Bar. & communiter omnes. Nec obst. cum allegatur consilium Ange. ad quod respondeo. Primo Angel. ibi consuluit eo casu, quo instituit filiam in re certa, & prohibuit plus petere, quòd nihilominus poterit emphyteusim petere, & iste non est casus noster, nec ob. huic consilio. Item Ang. ibi dixit, ꝙ pater non potuisset priuare filiam iure quęsito ex stipulatione paterna in emphyteusi. Ad hoc respondeo, Ang. loquitur eo casu, quo pater nõ alienauit, imo emphyteusim retinuit, & de ea testatus est filijs masculis: quia dicit Ang. ꝙ tenetur relinquere sibi tantundem in alijs patrimonialibus. Ad hoc dico, quòd non probat iure istud suum dictum, & mouetur ibi Ang. per iura, loquentia de dote, vt ibi dom. Iudicans videre poterit, quod
31 est alienum a casu nostro: ex eo quia in dote † pater est debitor necessarius ex dispositione legis: secus est in iure quærẽdo post mortem patris ex stipulatione paterna: ergo Ang. non bene loquitur, nec iure probat dictum suum. Item quia Angel. non loquitur in feudo: vt est casus noster. Nec obst. quod voluit Bal. in l. prima, de rerum diuisio. quia Bald. ibi, vt superius pater potest stipulari, nec facit ibi Bald. differentiam a principio, an ex postfacto possit ita concipere stipulationem, vt superius demonstraui, potest pater ex postfacto auferre vni filiorum: & dare alteri. Et cum dicitur, quòd est quęsitum filijs ex stipulatione paterna. Respondeo, quòd est acquisitum in spe, pur si pater durauerit in eadem voluntate: quia censetur donatio profectitia: & sic est quærendũ, & non quæsitum. Ideo non est mirum, si de facili tollitur: vt superius dixi. Nec obst. cum allegatur dictum Bal. in d. l. imperialem, primo Bald. ibi refert opinionem quorũdam distinguentiũ inter feudum antiquum, & feudum nouum. Et ista opinio est pro nobis, & est opinio communis: vt superius demonstraui. Cum vero Bal. ibi tenet contrariũ, est animaduertendum. Primo nõ loquitur in casu nostro: quia loquitur de dispositione quam pater facit in testamẽto. Ista fuit dispositio inter viuos: ergo, &c. Secundo Bald. loquitur eo casu, quo pater disponit inter filios: quia vni prælegat feudum, & alteri non. iste non est casus noster: quia isto casu potest, crescere inuidia inter fratres, quòd nõ potest contingere in casu nostro. Item loquitur, quando pater durauit in eadem dispositione: sed in casu nostro ex toto illã reuocauit alienando, vel promittendo per se, & suos hæredes non venire contra dictam alienationem. Item Bald. ibi loquitur, quãdo pater acquisiuit feudum pro se, filijs, & hæredibus: vt fuit casus noster. Et etiam Bal. contrarium voluit in d. cap. j. §. hoc quoque, & in d. l. qui se patris, & in locis superius allegatis. Nec obst. cum allegatur dictum Bald. in d. cap. 1. in titu. an agna. vel cogna. quia Bald. ibi allegat. d. cap. 1. §. hoc quoque, sed ille §. loquitur in feudo antiquo, ergo ita intellexit Bald. inquantum allegauit illum text. & sic sentit aliud esse in feudo nouo: vt ipse ibi. & glo. voluit: debet enim intelligi dictum Bal. secundùm dispositionem tex. quem allegat. Nec obstat, cum allegatur dictum Andreæ de Isernia, in capi. 1. de success. feud. ꝙ non valeat dispositio defuncti in testamento: ex eo quia iste nõ est casus noster. hic enim non disposuit in testamento, sed alienauit, quo casu potuit, vt voluit idem Andreas de Isernia, in d. ca. j. de alie. feud. pa. vt superius demonstraui: ergo, &c. Et etiam facit: quia And. de Isernia, ibi non distinguit inter feudum nouum & antiquũ, vt distinxit glos. in d. §. hoc quoque, & sic non ob. illud Andreæ de Isernia. Nec ob. cum allegatur dictum Iacobi But. in d. §. nunc videamus. Primo: quia loquitur de dispositione fienda per patrem in testamẽto. Et iste non est casus noster. Item quia Iac. Butri. non distinguit feudum nouum & antiquum, & ita debet intelligi dictum Bal. & Angel. ibi. & sic non facit ad propositum illud dictum Iacob. de But. Nec ob. quod dixit Bald. in d. l. in insulam. §. si. vbi tenuit contra Barto. in d. §. Flauius. quia idem Bal. tenuit contrarium in l. 1. C. si mancipia fuerit alie. & in l. 3. ff. de seruis export. & etiã quia idem Bald. illam suam doctrinam restringit non habere locum quoad patrem, & filios. Ita dixit in d. l. cum a socero. C. de iure dotium. vt superius demonstraui, & sic nõ obstat dictum Bal. Item quia dictum Bald. est contra opinionem communem, de quia in d. §. Flauius. Nec ob. cum allegatur tex. in l. si quis argentum. §. si. quia ibi loquitur in donatione, ex qua est quæsitum ius, non ex qua est quærendum ius: vt fuit in casu nostro. Item non loquitur in stipulatione facta inter patrem pro se, & filijs, & inter alium, & sic non facit ad propositum. Et eodem modo respondeo ad d. l. vero procuratori. & ad dictum Bart. & in d. l. cum quis decedens. §. codicillis, & Bal. in d. l. generaliter. & in d. l. rationes. & simili. Nec ob. cum allegatur Saly. in d. l. quoties. quia verum est, ꝙ ipse tenet contrarium eius, quod voluit Barto. in dicto §. Flauius. de subtilitate iuris: ita ipse loquitur, sed idẽ Sal. tenet opinio. Bar. in d. l. 3. de ser. exportandis, & si ita mancipium venierit vt manumittatur, vel contra, & in d. l. 1. C. si manci. ita fue. alie. Item Saly. non loquitur eo casu, quo capit feudum pater pro se, & filijs, & hæredibus, nec etiã loquitur, quando illa stipulatio est concepta inter patrem pro se & filijs: vt dixit Bald. in d. l. cum a sacro. Item quia loquitur Salyce. contra communem opinio. Item quia dicit, quòd de nimia æquitate procedit opi. Bar. ergo &c. Nec obstat, cum allegatur Dyn. Bal. & Angel. in d. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. vbi etiam allegant Ray. de Forliuio in d. l. Gallus. §. 1. imo ipsi loquuntur arguendo, & non decidendo: vt in c. forus. §. argumẽtum. de verborum significatione, & quod voluit Io. And. in c. j. de pact. Item ipsi non distinguunt inter feudum nouũ, & antiquum vnde dictum eorum est necessariò intelligẽdum in feudo antiquo, & non in feudo nouo. Nec ob. cum allegatur. d. c. 1. §. hoc quoque. a cõtrario sensu, de succes. feudi. quia loquitur in feudo & antiquo, & ita ibi gloss. intelligit illum tex. & doctores ibi scribentes. Nec obst. cũ dicitur, quòd pater alienãs non potuit transferre in emptorem plus iuris, quàm ipse haberet: sed ius tẽporale habebat duraturum in vita: quia illud procedit perseuerante in illa dispositione, & voluntate: sed eo non durante non potuit transferre in emptorem ius perpetuum: quia sicut potuit perpetuo refutare illud feudum, vt voluit gloss. prædicta, ex quo erat feudum nouũ: eodem modo potuit transferre in emptorem. Nec est verum, cum dicitur, quòd ex iure nouiter acquisito filijs ex morte patris
32 possint vendicare feudum: quia patre † alienante nullum ius acquiritur filijs, quinimo extincto iure feudi in persona patris, extinctum est ius, quod in spe habebant filij. Nec obstat cum opponitur, quòd tunc factum patris nocet filijs in feudo nouo, quando filij non sunt expressè nominati in inuestitura, tunc alienatio patris non nocet filijs, vt voluit Bal. in d. §. hoc quoque. tunc enim non dicũtur habere

bere a patre, sed a domino: vt voluit Bald. & ita debet intelligi dictum Bald. in d. §. hoc quoque. volentis in feudo nouo factum patris nocere filijs: quia intelligitur, quando non sunt nominati in dicta inuestitura. istud fuit totale fundamentum Pauli de Castro consulētis contra istum emptorem circa istam limitationem. Ante omnia pondero dictum Bald. in d. §. hoc quoque, in quarta conclusione, vbi formaliter loquitur hoc modo, si vasallus † feudum illicitè alienauit, præiudicat sibi, & liberis, quando in liberis requiritur hæreditarius titulus: secus si veniant merè iure sanguinis: & tūc requiritur, quòd sint nominati in inuestitura saltem aliqui ex ipsis: licet postea subijciatur clausula generalis ad omnes liberos se extendens, quasi tot videantur feuda, quot sunt successores. Certè ista doctrina Bald. non meretur allegari contra istam consultationem. Primo Bald. loquitur, quando vasallus alienat feudum illicitè: iste non est casus noster: quia imo licitè alienauit feudū interueniente consensu domini episcopi, & sic non facit ad propositum. Item quia dicit, quòd præiudicat sibi, & liberis, quando requiritur titulus hæreditarius: quia pro filijs vt hæredibus fuit stipulatus, & sic non veniunt mero iure sanguinis: sed hæreditario, & sic illa decisio Bald. est in fauorem emptoris. Dum verò Bald. postea dicit, ꝙ quando veniunt iure sanguinis, requiritur, quod sint nominati saltem aliq̄ ex ipsis, subiecta postea clausula generali ad omnes libros. Certè ista verba Bald. sentiunt, ꝙ debet fieri nominatio aliquorum filiorum in d. inuestitura: puta, ꝙ accipit feudum pro se, Titio & Caio, & omnibus alijs suis filijs. vnde requirit Bal. ꝙ illa nominatio fiat per indiuidua, & non per nomina appellatiua: quia dum dicit, quòd saltem nominentur aliqui ex filijs subiecta clausula generali ad omnes liberos, intelligitur, quòd nominentur proprijs nominibus: vt l. nominatim. ff. de liber. & posthum. cum similibus. Et per consequens malè dominus Paulus considerauit dictum Bald. quinimo plus dico, quòd Bald. sentit illud, quod sentit Andreas de Isernia, in dicto capitulo primo, de alien. feud. patr. vbi dixit, quòd si vasallus accipit feudum pro se, & hæredibus suis ex legitimo corpore descendentibus, tūc eis inuitis poterit alienare feudum. Ecce qualiter illa verba, ex tuo corpore, &c. adaptantur ad filios, & nihilominus potest pater alienare. Et intantum Bal. dicit, nisi saltē essent nominati aliqui ex filijs, videtur sentire id, quod voluit Andreas de Isernia in d. cap. 1. videlicet, ꝙ quando contemplatione filiorum dominus ꝯcessit tunc non potest alienare in prejudicium filiorum. Et ideo si pater acceperit feudum pro se, & Titio filio suo, videtur dominus habere contemplationem ad illum filium, qui habebit partem in dicto feudo suo patre viuēte, & hoc formaliter sentit Bal. dum dixit, ꝙ tot sunt feuda, quot sunt filij, & per consequens dictum Bald. non obst. huic consultationi, & ita tollitur dictum Cyn. in d. l. 1. Et sic cum dominus Paulus replicat, ꝙ intentio Bald. fuit, quando filij sunt nominati nomine appellatiuo, certè non bene loquitur: vt superius retuli formalia verba Bald. quia ipse loquitur, quando proprijs nominibus aliqui ex eis sunt nominati: saltē subiecta post ea clausula generali. Et sic sublatum est potissimum fundamentum domi. Pauli, & eoque magis: quia ista fuit opi. glo. quæ in dubio est preferenda omnibus: vt voluit Iacob. Butrig. in l. 1. C. qui pro sua iurisdictione.

34 Bald. in l. hęreditas. C. de deposi. vbi dixit, ꝙ † auctoritas glo. omnes alios antecellit, & in l. precibus. C. de impube. dixit, ꝙ in consulendo non potest adhærere meliori, quàm opi. glo. & idem Bal. in cap. 1. de natura suc. feu. dicit, ꝙ in dubijs opinionibus cōsulendo multum sequitur glo. ordinariam: quia non potest adhærere meliori, & idem Bal. in suo peculio loquendo aduocato, dicit, audi idolum tuum, hoc est glo. allegat Cy. in l. non moritur. C. de contrahen. stipu. & facit, quod idem Bald. voluit in auth. cessante. C. de legir. hær. & ideo dixit Sal. in l. traditionibus. C. de pac. ꝙ ita est inhærendum opi. glo. sicut Bono. inhærent carocio, allegat gloss. singularem in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. facit quod voluit Ange. in l. 2. ff. de accu. vbi dixit, non esse recedendum ab opinione glo. in consulendo, & quod voluit Bald. in c. 1. de constit. Cum ergo glo. teneat istam partem, & communiter doctores, vt superius retuli, non est tutum iudicāti in syndicatu recedere ab ista opinione. Nec ob. cum dicitur, ꝙ sunt duo feuda, vnum in persona patris, & aliud in persona filiorum: quia posito, non tamē concesso, ꝙ illo casu essent plura feuda; tamen falsum dicit, ꝙ essēt: imo essent tot feuda, quot sunt successores, ita dixit Bald. in d. §. hoc quoque, & iam superius retuli: sed Bal. loquitur eo casu, quo essent saltem nominati aliqui ex filijs. Sed scirem libenter ab eo, quonammodo possent nominari aliqui ex filijs, si non nominarentur indiuidualiter, & singulariter, & sic nominibus proprijs. Nec obstat, cum dicit domi. Pau. se non videre, qua exceptione possint repelli isti filij a vendicādo feudum: quia aut dicet emptor, istud feudum erat nouum acquisitum per patrem nostrum, & sic factum eius nocet. Et tunc respōdebitur, istud est verum, si in inuestitura non esset expressum de liberis: quia tunc esset vnū, & idem feudum in persona patris & filiorum, & videntur habere ab ipso patre: sed quando est facta mentio de filijs, est secus. Ad hoc ego etiam dico, istud procedere, quando esset facta mentio de liberis proprijs nominibus filiorum expressis: vt formaliter voluit Bal. in dicto §. hoc quoque, vel quando apparet expressè, ꝙ contemplatione filiorum dominus concessisset feudum, vel hoc probaretur expressè, ꝙ fauore & ꝯtemplatione filiorum dominus concessit feudum. Sed quando est facta mentio filiorum in genere, & sub nomine appellatiuo: tunc non procedit eius dictum: quia si quando nihil est expressum in inuestitura de filijs in nomine appellatiuo: tamen intelligitur de filijs: vt in iuribus superius allegatis demōstraui, & isto casu in feudo nouo potest pater præiudicare filijs, quādo sunt expressi in nomine appellatiuo:

35 quia † expressio eorum, quæ tacitè insunt, non debet aliquid operari: vt l. nō rectè. C. de fideiusso. & etiam facit, ꝙ expressio nominis proprij plus operatur, q̄ expressio nominis appellatiui: vt in c. requisisti. cum ibi nota. de testa. Modo si dictum domini Pauli esset verum sequeretur, ꝙ idem esset nominibus proprijs & nominare eos nominibus appellatiuis, quod esset contra no. in d. cap. requisisti: ergo non est verum dictum eius. Preterea etiam est diligenter considerandum, quia dictum feudum fuit emptum per dictum patrem a domino Veronę, & etiā fuit emptum ius redimendi a Ducali dominio Venetorum, quo casu feudum emptum in multis non sortitur veram naturam feudi. Ideo dicebat Bal. in d. l. qui se patris, in verbo, hoc scias, si princeps recepit precium de feudo, significat venditionem: etiam si vteretur hoc verbo, indulgemus, vel simili, ita ꝙ esset contractus irreuocabilis, & sic propter emptionem videtur alterata natura feudi, adeo, ꝙ dixit Bal. quem referunt moderni in l. etiam. ff. soluto matrimonio, ꝙ si feudum est emptionis iure quæsitum: tunc transit in extraneum. Cum ergo in casu nostro istud feudum fuerit emptionis iure quæsitum, sequitur, ꝙ sicut in alijs rebus emptis a patre, quas tenuit pro se, & filijs suis, potest illas vendere & alienare inuitis filijs. Eodem

modo

modo dicamus in feudo iure emptionis quæsito, ꝙ possit pater in vita sua alienare illud filijs inuitis. Et istud non est consideratum per superiores consulentes, quòd istud feudum fuerit quęsitum iure emptionis, & per consequens cessant multa contraria superius formata, cum dictus emptor habuerit consensum, & voluntatem domini episcopi in dicta venditione. Nec obstat, cum dicitur, quòd isti filij hæredes instituti, fecerunt inuentarium, & hæreditas patris non est soluendo: ergo vt hęredes patris possunt succedere in feudo, & vendicare feudum alienatum ex eo, quia confectio inuentarij non prodest hæredi quo ad ea, quæ sunt hæreditaria: sed prodest quo ad ea, quę competunt filio, vt filio, vt quando filius vellet vēdicare rem suam propriam venditam a patre, & fuisset hæres institutus a patre, & fecisset inuentarium: tunc propter confectionem inuentarij reseruatæ sunt filio actiones: vt no. in d. l. cum a matre, & in dicta l. fina. §. in computatione. C. de iure deliber. sed in casu nostro non possunt venire filij, vt filij, sed vt hæredes, vt expresse dicitur in stipulatione: qa ꝓ filijs hæredibus pater fuit inuestitus: vnde non possunt venire contra factum defuncti in eo, quod habere deberent vt hæredes: vt voluit Barto. in d. l. vt iurisiurandi. §. liberi. vt not. in l. ex qua persona. ff. de regu. iu. & l. si creditoribus. C. de seruo pign. da. manu. & ideo factum patris nocet filijs in his, quæ eis competunt iure hæreditario. Nec est verum, ꝙ veniant
36 vt filij: quia † qualis sit natura feudi, indicat tenor inuestituræ: vt est text. in cap. 1. in versi. propter tenorem inuestiturę, vbi est tex. egregius secundum Bal. quòd tenor inuestiturę derogat omni naturę feudorum, & facit l. 1. C. de iure emphyt. Cum ergo in casu nostro concurrant duo, quòd sit hęreditarium, & etiam, quòd vt hæredes veniant. Primum est: quia dictum feudum fuit iure emptionis quæsitum, quo casu transit ad extraneos hęredes: vt voluit Bald. vbi supra. Secundum est, quòd in dicta inuestitura dicitur pro se, filijs & hæredibus: ergo veniunt vt hæredes duplici respectu: quia fuit emptum, & quia fuit expressum de hæredibus in instrumēto inuestituræ, & sic non veniunt vt filij. Et cum opponit, ꝙ filij fuerunt nominati. Respondeo, vt superius plenissimè fuit responsum, & etiam quia in superioribus dictis multa allegaui, in quibus adduxi, quod Bald. voluit expresse, ꝙ quando accepit pater feudum, aut emphyteusim pro se, filijs & hæredibus, potest præiudicare filijs, maxime vt ipse Bald. voluit in d. l. cum socero. & Lu. Ro. in præalleg. consilio. Nec obst. cum dicitur, ꝙ filij possunt venire ex persona propria, si sunt hęredes: quia salua pace, conuocati fuerunt ad dictum feudum vt hęredes, & per consequens si reperiatur dictū feudum in hæreditate paterna, & sic si ipse pater durauerit in sua prima dispositione, licet ergo hęreditas non sit soluendo, & hęredes confecerunt inuentarium, nihilominus hoc non debet nocere emptori, cum pater potuerit alienare feudū in præiudicium ipsorum filiorum. Et ex istis elicitur conclusio verissima, & iuri & æquitati consona, ꝙ ipsi filij non possunt vendicare dictum feudum, & quo ad eos dictus emptor liberas ædes habet, & ita concludo sine felle rancoris & inuidiæ, vt verbis Archid. vtar in capitu. perlectis. 25. distinctio. & sic in fauorem emptoris quiesco.

EPITOME.

¶ Vendere maiori, vel emere minoris iusto precio, dum tamen infra dimidiam iusti precii, licet etiam in foro animæ. Item de intellectu capit. in ciuitate, & capitu. nauiganti, de vsur.

SVMMARIVM.

Contrahentibus licet dolo non interueniente se circumscribere. numero 2.

Commercia introducta propter vtilitatem contrahentium, numero 4.

Venditoris scientia excludit omnem iniustitiam. nu. 5.

Dolus in emptione & venditione prohibitus. nu. 7.

Vsura tantum committitur in rebus, quæ consistunt in pondere, numero, & mensura. nu. 13.

Cap. in ciuitate, & capitul. nauiganti, de vsur. intellectus. numero 14. & 15.

Creditor in foro conscientiæ, an teneatur restituere, quicquid lucri recepit ex contractu vsurario. nu. 16.

CONSILIVM LXVII.

ET quidem Viso puncto, & facti contingentia, & omnibus solenni animaduersione pensatis, venio ad dubia mihi transmissa. Et quia consultationem hanc petens vult eam breuiter discuti: ideo dicam breuius, quàm res tanta dici possit. Et primo capio vltimam hæsitationem, in qua quæritur, vtrum in foro conscientiæ vendens rem scienti precio maiori quàm valeat, possit illud plus sibi retinere, maxime si illud plus non est vltra dimidiam iusti pretij. Et gl. multū peregrina, in c. hoc ius. 10. q. 2. dicit, ꝙ prælatus ecclesiæ sciens iustum pretium rei non debet illam vendere maiori pretio propter honestatem, & conscientiam clericis debitam Laurentius ibi tenet cōtrarium D. meus Io. de Imo. in c. 1. de empt. & ven. dicit, ꝙ emptori scienti & sponte ementi potest res vendi pro aliquo pluri, quàm sit iustum pretium. & ita dicit procedere opinionē Lauren. imputet enim sibi emptor, ex quo sciuit: sed emptore ignorante procedat opin. glo. in d. c. hoc ius. Et sic sequitur ista
1 conclusio ex dicto suo, ꝙ in foro conscientiæ † potest venditor vendens maiori pretio, quam valeat emptori sciēti verum valorem rei retinere sibi illud plus salua conscientia: secus si fuisset ignorans. dominus Ant. c. in ciuitate, de vsuris, dicit, ꝙ sicut non est licitum ecclesiæ, & personis ecclesiasticis se circumuenire in pretio, venendo vltra iustum pretiū vt voluit glo. in d. c. hoc ius. eodem modo non est licitum laicis in foro animæ, & istud voluit Ioann. de Fantucijs in d. c. hoc ius. licet D. Anto. non allegauerit. & idem volunt moderni consiculi mei in d. ca. in ciuita. & facit pro hoc eorum dicto glo. multum singularis in l. semper in conuentionibus. ff. de reg. iur. quę dicit, ꝙ non congruit honesto viro circumuenire alium infra dimidiam iusti pretij. & istud etiam voluit gloriosus Thomas in secunda secundæ, quæstione 77. articulo primo. Et mirandum est vehemēter, ꝙ nemo prædictorum doctorum facerit mentionem illius glo. Vide Bal. in c. si proponente, de rescriptis. dicit, ꝙ interdum licitum est decipere, vt in commercijs, ex quo rex permittit, ꝙ quis faciat facta sua, quam melius potest, aduersa pars debuit hoc cogitare, & si non cogitauit, sibi imputet: alioquin omnia mercimonia mundi ruerent, & omnes mercatores irent ad inferos: & tamen gloss. dicit, ꝙ cuique decipere conuenit, & ibi Bal. alleg. gl. illud dicētē, sed tex. est in l. in causæ. §. idē Pomponius. ff. de minor. l. item si precio. §. fina. ff. locati. Subdit postea Bald. in d. capit. si proponente, quòd bono viro non cōgruit decipere aliquem in precio, & propter hoc dicit se putare, quòd detur remedium fori conscientialis, de quo dicit esse gloss. singula. in dicta l. semper in conuentionibus. Et si bene ponderetur dictum Bald. ipse loquitur eo casu, quo quis decipit alium, sed quando est sciens, non loquitur Bal. glo. vero in d. l. item si precio. §. fi. inquantum ibi tex. dicit, quòd

contrahentes

2 contrahentes † solent se circumscribere, supplet ad illũ tex. dolo nõ interueniẽte ab aliquo. Postea quęrit, an eo ipso videatur adesse dolus, si emptor sciens emat pro minori precio. decidit, quòd non nisi aliquid dicat, ꝙ inducat venditorem ad vẽdendum tali & tanto precio: vt quia dicebat & affirmabat rem non esse maioris precij. Et sic gl. ibi vult, quòd quando interuenit dolus, non tenet talis venditio pro illo precio: loquitur tamẽ in foro fori, & non in foro poli. Bal. vero in authen. ad hęc. C. de vsuris. versicu. in super quæritur, qđ de mercatoribus vendentibus pannos vltra debitum, q nõ possunt conueniri in foro seculari: qa nõ est deceptio vltra dimidiã iusti p̃cij. arguit hoc non esse omnino licitum, nec cõgruit bono viro, & alle. ad hoc gl. in d. l. semper. Postea soluit allegando Inno. in c. quia pleriq;. de immu. ecclesię, ꝙ talia quæsita non sunt necessariò restituenda, sed p̃nt relinq hæredibus: quia cũ acquisitio hẽat in se consensum, non est peccatum de iure naturali, & idem dicit in aduocatis & medicis extorquentibus nimis magna salaria. & idẽ Bal. in rubrica. C. de vsur.
3 in 7. q. dicit in diuisione: quia † damnosa diuisio, nõ est donatio: sed sibi ipsi facit iniustum: ideo de iniustitia non potest conqueri, sed solum de semetipso, vt in authen. de trien. & semis. in principio: nam licitum est contrahentibus vtilitatem propriam procurare: quia omnis commercij natura talis est. nõ enĩ
4 † introducta sunt cõmercia nisi ꝑpter vtilitatem ꝯhentium, alle. d. l. in causæ. §. idẽ Põponius. ff. de minor. nisi excederet dimidiam iusti precij: qa tũc excederet terminos æquitatis, qui dati sunt naturæ contractus a lege, & ita ibi residet Bald. Sed idem Bal. in ca. cum causam. el 2. de testibus. in fin. suis verbis. versicu. sed nunquid in foro conscientiæ licet ꝯhentibus se fallere. concludit ꝙ non: quia cõscientia idẽ est ꝙ bonus vir: sed hoc non conueniret bono viro, de quo dicit esse gl. fin. in d. l. semp in cõuẽtionibus. Subdit ibi Bald. postea, quo ergo ibit anima mercatoris. & sic Bald. videtur esse sibi contrarius: defendi tñ potest a contrarietate: vt videlicet tunc teneatur in foro conscientiæ restituere, quando dolo induxit ad emẽdũ ꝓ tali precio: secus qñ nõ dolo. Sed certè ista nõ vr̃ esse bona cõcordia: qa tũc in foro fori potest reclamare, vt dixit gl. in l. itẽ si precio. §. & ꝓpter hoc posset irreprehensibiliter saluaria cõtrarietate: vt tunc possit in foro cõscientiæ conueniri, qñ vẽditor ignorauit iustũ preciũ: secus qñ sciuit, ar. c. scienti. de regul. iu. lib. 6. cum si. Salyce. vero in d. authen. ad hæc. alle. Ioan. Calde. in commento. c. nauiganti. de vsuris. ꝙ non est licitum emptori saltem venditore ignorante vẽdere minus iusto precio. quia sibi iustitiam non facit, & sic est illicitũ. Idẽ dicit eꝫ, nõ debet venditor plus iusto precio vendere: ideo tenetur emptore ignorante, alleg. ad hoc Sal. tex. in cap. j. de emp. & ven. Dicit tamen saluo saniori consilio, ꝙ si venditor se puta probat plus valore, & emptor emit minus iusto p̃cio, tenet̃ emptor in foro cõsciẽtiæ: qa deceptio interuenit saltem re ipsa. Et licet verba dolosa non interuenerint, tñ non affuit iustitia. Aut venditor sciebat rem plus valere, & vendebat ex necessitate, & tunc idem dicit: qa peccat emptor emere minus iusto p̃cio: qa nec hẽt charitatẽ, nec misericordiã ꝓximi, & addit afflictionẽ afflicto, ꝙ fieri nõ debet. l. diuus. cum si. ff. de offi. præsi. Aut non vendebat ex necessitate, sed emptor nõ vult plus dare, nec interuenit aliqua fraus, tunc nõ peccat, & imputet sibi vẽditor, quare nõ aliũ emptorẽ quæsiuit, & prima charitas incipit a se ipso. l. plens. C. de ser. scietia
5 † enĩ venditoris excludit omnem iniustitiã: & idem dicit ex parte venditoris carius vendentis, & per Ioanem gloriosa est ista distinctio, nec visa, nec audita nec per modernos scripta. Sed do. Petrus de Ancha. in c. peccatum, de reg. iur. li. 6. ver. sed in emphyteusi & alijs contractibus, vel quasi, dicit. aliquis emit carius fundũ propter necessitatem: quia forte vicinus erat rixosus, & tunc excessus precij fundatur super causa irrationabili: ideo subuenitur sibi in foro conscientiæ, & ciuili. Si vero non necessitate, sed libera voluntate vendidit plus iusto precio, tunc standum est legi, & canoni iustitiæ tolerãti hunc excessum vsque ad dimidiã iusti precij, vt in l. 2. C. rescin. vẽ. & in c. cũ dilecti, de emp. & ven. & sentire contrarium esset retrahere homines a communi cõmercio, si conuenta inter se omissa legali iustitia essent ad forum scrupulosum conscientiæ redigenda: contra illud, noli esse nimis iustus, & qui nimis emungit, sanguinem elicit. 4. di. denique. cũ si. Et ita residet D. Pe. ibi. Sed D. Anto. & moderni in c. quia pleriq;, de immu. eccle. dicunt, ꝙ si vẽditor est persona sagax, emptor poterit salua ꝯsciẽtia retinere rem, licet minus iusto precio emerit, quia tunc videt̃ habere illud plus pro derelicto. ideo non tenetur emptor facere sibi conscientiam. & idem dicunt in emptore emente plus iusto precio: quia salua conscientia potest venditor illud plus sibi retinere. Si vero emptor esset persona ignara: tunc emptor tenetur sibi facere conscientiã idem dicit in prælato vendente: & hoc procedit etiã in magna quantitate, alle. d. regulam, scienti. li. 6. ꝙ tempe[illegible]at, quãdo emptor non fuit dolo inductus ad emendum plus iusto precio a venditore, quo casu tenetur emptor docere, venditorem fuisse dolo versatum, tunc enim tenebitur venditor restituere illud plus. l. Iulianus. §. si venditor. ff. de actio. empt. & hoc voluit glo. in d. l. item si precio. § fin. Si vero vterque ignorabat iustum precium, sed re ipsa ĩteruenit deceptio in precio, an superueniente scientia restituere teneatur id, in quo alius fuit deceptus. concludit, ꝙ si vendidisset a principio pro vero precio, & iusto illas res, tũc tenetur restituere illud plus. Si vero non vendidisset a principio pro illo vero & iusto precio; quia potius voluisset illas apud se retinere: tunc põt illud precium retinere salua cõscentia: licet sit plus iusto precio, & ita bellissime quieuit in hoc passu D. Ant. & moderni in d. c. quia plerique. Sed reuerẽdus pater consiculus meus do. Abbas in d. c. in ciuitate. in glo. j. colligit ex ea, ꝙ de iure canonico permittitur deceptio vsq; ad dimidiam iusti precii, qñ res & preciũ sunt in præsentia: secus quando differtur solutio p̃cij: quia tunc id, quod est vltra verũ preciũ, videtur constitutum propter ipsam dilationem precii, & nõ ꝙ res valet tãtũ, allegat postea gl. ĩ d. c. hoc ius. vbi dicitur, ꝙ ecclesia non debet̃ aliquem deci-
6 pere in cõtractu: vnde si offeratur sibi aliquid † plus debito, non debet illud cadere. refert do. Anto. ibi dicere idẽ in personis ecclesiasticis, & etiã laicis quo ad forũ animæ: sed Io. Cal. s̃m eũ in d. c. nauiganti. dicit, ꝙ iura permittentia deceptionem vsque ad dimidiam iusti precii debẽt intelligi, quando deceptio venit re ipsa: secus autẽ vbi dolus dedit causam contractui, vel incipit in ꝯctu: quia tunc debet illud plus restituere: non enim est verisimile, ꝙ ius canonicum conditum instinctu spiritussancti, vt in c. si quis Diaconus. 1. di. approbaret hãc deceptionem dolosam, ex quo infert D. Abb. in d. c. in ciuitate, ꝙ vbi ex coniecturis apparere potest de dolo ex proposito: potest compelli ẽt in foro contentioso ad restituendum id, quod habuit vltra verum precium, & idem putat in laicis saltem in foro ecclesiastico. ista sunt formalia verba D. Abb. in d. c. in ciuitate. Ego vidi istã qõnem de facto iam sunt anni 12. & fuit requisitus ad consulendum excellentissimus doctor Ioan. de Anan. Archidiaconus modernus, qui consuluit sequendo do.

Anto. ꝙ in foro conſcientię debebat reſtitui illud
plus,& melius,qđ allegauit, fuit gloſ. in dicta l.ſemꝑ
in conuentionibus. & fecit articulari, ꝙ ille, q vendi
derat plus iuſto precio, erat bonus vir & non con-
gruebat bono viro plus iuſto precio vẽdere. Ego fui
requiſitus ad conſulendum tunc, & conſului cõtra
eum,& adduxi in medium ea,quæ ſuperius allegata
ſunt,quæ ipſe tũc nec poſuit, nec dixit in dicto ſuo
cõſilio, vt quilibet videre poteſt in reportatis ſuis fa-
ctis in d.capit.in ciuitate.& licet ipſe dicat ibi,quòd
ſententia fuit lata in fauorem ſui conſilij, ſalua ſua
pace non fuit verum, imo fuit lata in prima inſtan-
caſu noſtro, vt ſtatutum excludens filiam ſtante fra-
tre maſculo intelligatũ de fratre maſculo legitimo,&
de fratre maſculo lTimato. Et ſic poſito ꝙ etiam ſta
tutum prædictum dixiſſe, ꝙ ſoror excluderetur ſtan
te fratre legitimo,& naturali, nihilominus exclude
retur ſtante fratre legitimato : qa ſi tacite intelligit
de fratre legitimo & naturali, tamen venit legitima
tus: ergo eodem modo qñ expreſſe loquitur de fra-
tre legitimo & naturali: quia expreſſio eorum, quæ
tacitè inſunt, nihil operatũ.l.non rectè. C.de fideiuſſ.
Ergo multofortius in caſu noſtro, cum non loquatũ
expreſſe de fratre legitimo & naturali : & ideo non
eſt opus inſiſtere ad illud : quia iſtud ſtatutum dicit
liberis legitimis & naturalibus. Primo: qa nõ refert
ad cl'as pcedentes. Secundo: qa poſito ꝙ referret ſe,
tñ non obſtat, ex quo iſte frater eſt legitimatus: qn-
nimo plus dico, ꝙ dñs Paulus de Caſtr. in conſilijs
ſuis conſi.233.incipit, in Chriſti nomine amen, vidẽ
dum eſt primo.in fin. illius conſilii, in indiuiduo di
cit, ꝙ ſtatutum loquens, ꝙ ſtante filio maſculo filia
fœmina

fœmina nõ succedat, ꝙ tale statutũ habet locum in filio legitimato, & alleg. Bald. in d. l. eam quam. & in d. l. cum acutissimi. & sic sopita est talis dubitatio rationibus inconuincibilibus superius a me adductis & auctoritatibus clarissimorum doctorum. Et etiã
14 allego rationem hanc. Appellatione filij a lege† plata cum de eius beneficio agatur, continetur filius adoptiuus. l. senatoris filius. ff. de senator. l. adoptiuum. ff. de in ius vocan. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nupt. Sed iste Stephanus legitimatus plenariè est legitimus quàm adoptiuus: cum in eo cõcurrat duplex vinculum, scilicet vinculum naturale, & vinculum legale: vt in auth. quibus mo. natura. effi. legi. §. si vero solum. ergo multofortius debet admitti, argumen. §. fina. in authen. de consan. & vter. fra. Item in Macedoniano senatusconsulto appellatione filij continetur etiam arrogatus. l. i. §. certè. ff. ad macedo. Item posito, ꝙ diceremus istum Stephanũ esse factum legitimum, tamen fictio & veritas ad paria iudicantur: vt d. l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posth. nam nihil refert, an aliquid fiat ciuiliter, an naturaliter. l. prima. C. de insti. & substitu. facit etiam tex. in authen. de trien. & semiss. §. sed nec: vsque ibi, est expressum, quòd augmẽtatio legitimæ extenditur ad legitimatos: ergo eodem modo dicemus in casu nostro: quia si dispositio legis ciuilis loquens de filio habet locum in filio ciuili, puta adoptiuo & arrogato, & etiam in filio legitimato. Ita &
15 eodem modo dicemus, ꝙ statutum† aut lex ciuilis loquẽs de fratre habuit locum in fratre legitimato, & per consequens istud statutum excludit sororem non solum per existentiam fratris legitimi, sed etiã legitimati. Et ex istis concludo, istum Stephanũ gaudere beneficio statuti Mutinensis, & per consequẽs excludere dictam sororem a successione ipsius fratris defuncti ab intestato. Et sic concludo.

EPITOME.

¶Promittens soluere gabellam pro aliquo non tenetur de gabella fraudata. Item onus eam soluẽdi regulariter spectat ad possessorem rei, pro qua soluitur gabella.

SVMMARIVM.

Procurator non facit dominum incidere in pœnam. nu. 1.
Dies an & quando interpellet, vel non. nu. 4.
Dominus & conductor regulariter debent soluere datium. 9. numero 12.
Singularitas quædam obstatiua, quædam adminiculatiua. numero 13.

CONSILIVM LXIX.

ACcedo Nũc ad casum mihi trãsmissum. Et quidẽ viso, & solenni animaduersione perpẽso processu, & his, q̃ i eo apposita sunt, duo videntur necessario examinãda. Primum est, dato quòd dictus Bandinus promiserit dicto Antonio emptor soluere gabellam pro dictis bobus, vtrum teneatur soluere cõtrahendum factum per do. Antonium emptorem extrahentem boues sine licentia, & sine solutione gabellæ. Secundo erit videndum, vtrum sit sufficienter probatum ex parte dicti Antonij emptoris, ꝙ dictus Bandinus promiserit soluere gabellam. Et istis accuratè examinatis apparebit veritas huius dubitationis. Venio ad primum, & præmitto pro fundamento potissimo & formali huius cõsultationis, ꝙ siue loquamur in procuratore, siue in mandatario, siue institore & simili, nunquam in dubio videtur habere mandatum, aut cõmissionem: vt faciat dominum incidere in pœnam, ita probatur in l. tertia. §. si procurator. ff. quod quisque iuris. & ibi dixit gl.
1 ꝙ† procurator non facit incidere dominum in pęnam: & ideo quando procurator opponit exceptionem pęnalem, & non habet mandatum speciale ad hoc pars aduersa debet dicere, ꝙ procurator nõ potest istam exceptionem opponere, nisi faciat, ꝙ dominus ratificet. Et idem dicendum est in Sindico vniuersitatis. facit, quod no. in l. aliud. §. refertur. in glo. ibi posita, & in l. non potest dolo. ff. de reg. iur. & in Spec. de procu. §. j. ver. sed nunquid media. & colligit Bald. in d. §. si procurator. ꝙ habentes liberum arbitrium faciendi statuta non possunt facere aliqđ statutum contra libertatem ecclesię: quia cum hoc statuere sit pęnale statuentibus, vt in authẽ. cassa. &
2 irrita. C. de sacrosan. eccle. id, quod est† pęnale, non committitur in libero arbitrio. Facit, quod habetur in l. si pater. ff. quæ in fraud. credi. & in l. eum qui res agit hæredum. C. de procurator. & in l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & in c. primo. vt lite non contesta. cum simil. & quod not. in l. j. §. si procurator. ff. si qs ius di. non obtempe. Modo in proposito nostro ille Bandinus, posito ꝙ promiserit soluere gabellã: non tamen propter hoc videtur mandasse, aut cõmisisse dicto Anto. emptori, vt faceret contrahendum & fraudaret gabellam, quo casu dictus Bandinus incideret in pęnam. vnde non videtur mandasse. d. Anto. ꝙ fraudaret gabellam: quia dolus† non vr̃ in cõ
3 missione, & mandato venire. Et si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ liberum fuisset dicto emptori facere ipsum Bandinum incidere in pœnam, ꝙ non est dicẽdum, per supradicta, & esset iniquissimum aliter dicere: qa posito ꝙ promiserit dicto emptori soluere gabellã, non propter hoc promisit emptori, ꝙ sine licentia & cõtra formam statuti loquentis de gabella soluenda extraheret boues de dicto comitatu. Et sic ex isto capite iste Bandinus venit absoluẽdus. Secundo considero, ꝙ in ista promissione de soluẽda gabella facta per ipsum Bandinum non fuit ap-
4 posita dies, quando deberet ipsum soluere quo† casu dies interpellaret, vt l. magnam. C. de contrahen. stipu. l. & si post tres. ff. si quis cau. l. si insulam. de verborum obliga. c. potuit. de loca. cum simi. vnde debuit dictus Anto. emptor interpellare ipsum Bandinum ad soluendum dictam gabellam: sed non interpellauit eundem Bandinum: ergo dictus Bandinus non debuit se vltro, & voluntarie offerre. vnde Bald. multum eleganter in d. l. magnam. C. de contrahen. stipu. quærit. promisi tibi sub pęna centum, ꝙ faciam consentire cuidam ꝯctui filium meum, cum erit ætatis legitimè, an sine illa interpellatione immediate incidam in pęnam, qui consentire non facio filium meum illi contractui, cum est ætatis legitimæ. & idem Bal. in d. l. & si post tres. ponit casum in muliere promittẽte dotem, cum nupserit, vel in extraneo promittente dotem, ꝙ licet veniat dies nuptiarum: nihilominus non incidit in pœnam: quia non contrahitur mora. l. si ante nuptias. ff. solu. matrimo. & dicit Bal. ibi, ꝙ dies incerta habet vim conditionis, & sic non interpellat, & loquitur Bald. ibi, quãdo in promissione exprimitur dies incerta. Modo in nostro proposito non erat expressa dies incerta, videlicet non fuit dictum expressum in promissione, ꝙ quando vellet dictus Ant. extrahere dictos boues, solueret gabellam dictus Bãdinus: & posito ꝙ ita fuisse expressum, nihilominus debuisset dictus Anto. interpellare dictum Bandinum ad solutionẽ dictæ

dictæ gabellæ. Quanto ergo minus in casu nostro dictus Bandinus non incidit commissum ex eo: quia non interpellauit ipsum Bandinum, vt solueret gabellam præfatus Antonius emptor. Et ex isto capite videtur, ꝙ veniat absoluendus ex hac ratione scilicet, quia debuit dictus Antonius interpellare Bandinum prædictum: sequitur elegās & singularis doctrina Bal. in c. j. in titulo, qualit. dominus feudi. ꝓ-

5 prier. priue. ad finem. vbi dicit, ista est † natura pœnarum, siue legalium, siue conuentionalium, ꝙ nisi petens pœnam probet ex parte sua debitum implementum contractus, a pœnę petitione repellit: quia liquida debet esse causa, vt pœna petatur, allegat. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & quod not. in l. si non fuerit. ff. de iureiuran. porro in pœnis liqda debet esse probatio: vt ff. de condi. & demon. l. in testamento. la prima. & si non constat de principali, nec de pœnali: & alterato principali non cōmittitur pœna, tex. est ibi singularis secundum eum. Ita ibi dicit formaliter Bal. Facit, quod not. idem Bal. in auth. dos data. C. de dona. ante nupt. Modo ista decidunt istam consultationem in indiuiduo: nam ad hoc vt iste Bandinus incideret in pœnam non soluentis gabellam, erat opus, ꝙ dictus emptor eū interpellaret, & ꝓbaret liqdò ex parte sua interpellasse dictum Bandinum, cum hoc non fecerit: ergo sequitur, ꝙ non potest petere pœnam, in quam incidisset, si non soluisset gabellam prędictam, & istud in terminis decidit hanc quęstionem. Tertio facit, ille Cursius datarius conquestus est cōtra Antoniū, ꝙ extra territorium Fregnani cōduxit vnum bouē siue licentia ipsius Cursij, & sine solutione gabellę, qui Antonius confitetur se extraxisse boues sine licentia, & solutione gabellę: sed se excusat, ꝙ dictus Bandinus gabellam non soluit. Ex quibus verbis liquido demonstratur, ꝙ debuit dictus Ant. petere licentiam, & soluere: sed fateri videtur, ꝙ licentiam non petierit: ergo sequitur, ꝙ ipse fuit ī dolo. dolus

6 ergo debet † nocere dolo: vnde non debet dolus sibi patrocinari, vt in capitulo ex tenore literarum. & c. sedes apostolica. de rescript. nec debet puniri dictus Bādinus ex dolo & culpa alterius: cum delicta suos sequantur auctores. l. sancimus. C. de pęnis. c. cognoscentes. de constit. cum si. vnde cum sint duo diuersa, soluere gabellam, & petere licentiam, vt apponūtur in dicto processu, & in dicta querela, ex appositione illius dictionis copulatiuæ, & iuxta not. per gl. in rubrica. ff. de iuris & fac. igno. & dictus Bandinus se obligauit ad vnum, scilicet ad solutionem gabellæ, ergo se non obligauit ad petendum licētiam pro extrahendo dictas boues: quia possibile est, ꝙ licet dictus Bandinus voluisset extrahere dictos boues a dicto comitatu, & voluisset soluere gabellam, nihilominus dictus datiarius non voluisset dare licentiam extrahendi dictos boues: vnde incumbit onus dicto Ant. emptori petere licentiam extrahendi, & onus interpellandi ipsum Bandinum ad solutionē dictæ gabellæ, etiam incumbit dicto Anto. emptori. Sed nullum istorum facit: quia nec petijt licentiā dicto datiario, nec interpellauit ipsum Bādinum ad solutionem dictæ gabellæ. Quarto facit: quia dictus Bandinus se obligauit ad solutionem gabellæ. obligatio prædicta est strictè interpretanda. l. quicquid astringendę. ff. de verborū obligationi. ergo se non obligauit agere, & curare, ꝙ dictus Antonius posset extrahere dictos boues: si ergo eos extraxit cōtra formam & consuetudinem datij, & gabellæ, nihil est, ꝙ dicto Bandino possit imputari. scire enim debuit, ꝙ boues, & similia non extrahuntur sine licentia, & solutione gabellæ. & ducens & extrahens sine licentia, & solutio incidit in pœnam, iuxta no. per Bar. in l. cunctos populos. C. de summa trinitate. iuxta id, quod dicimus de eo, qui debuit ire de nocte cum lumine, & de eo qui debuit portare arma: quia sit cōmuniter practicatur. Vnde posito ꝙ dictus Bandinus fuisset requisitus ad soluendum gabellā, & non voluisset soluere, nihilominus potuisset agere contra eum ad interesse: non autem potuisset sine licētia, & solutione gabellæ extrahere dictos boues: nō ergo debuit fraudare gabellam excusando se, ꝙ dictus Bandinus promiserat illam soluere, dolus ergo ab eo commissus debet sibi nocere, & non dicto Bandino. non enim se obligauit pro dolo futuro cōmittēdo per ipsum An. emptorem: nec est verisimi-

7 le, nec valuisset † talis promissio, per quam quis inuitaretur ad delinquendum. l. siue hæreditaria. ff. de negotijs gestis. l. conuenire. ff. de pactis dota. cum similibus. Et per consequens sibi imputet dictus Anto. si contrabandum commiserit. ¶ Et si quispiam opponat, amice, idem est dicere, promitto tibi soluere gabellam, ꝙ est petere licentiam. ergo eo ipso ꝙ se obligauit ad solutionē gabellæ, videtur se obligasse ad petendam licentiam pro extrahendis dictis bobus. Ad hoc respondeo, negando istud assumptum: ex eo quia in processu ponunē vt diuersa soluere, & petere licentiam. ergo non sunt idem. Item ille Ant. debuit interpellare dictum Bandinum ad solutionem dictæ gabellæ. Præterea ponderet D. iudicans circa hoc: iste emptor sciebat, aut scire debebat: quia paria sunt: vt l. quod te. ff. si certum peta. ꝙ extrahens boues sine licentia, & solutione gabellæ, filios perdit, & sciebat, aut scire debebat, ꝙ onus licentiæ petendæ incumbit regulariter extrahenti. licet ergo Bandinus se obligasset soluere gabellam, quo spiritu ductus Anto. illos boues extraxit sine licentia datiarij, non constito sibi, an Bandinus prædictus soluerit gabellam an non: certe fecit aut fatuè, aut dolosè: si fatuè, sibi imputet si dolosè eodē

8 modo: quia non debuisset esse in sua † potestate facere, ꝙ dictus Bandinus incideret in pœnam dolo, & culpa ipsius Antonij. d. l. sancimus. C. de pęnis. Et eo ipso, ꝙ dixit illos boues siue licētia, dicitur clam & occulte illos duxisse, & per consequens dolosè: vt voluit glo. multum singularis in l. 2. C. de his qui ex pu. ratio. libr. 11. Et bene facit etiam, quod habetur in glo. in l. j. C. de prædi. curia. lib. 10. & sic dicitur dictus Anto. emptor fuisse versatus dolo: eo ipso ꝙ nō petijt licentiam a datiario: & eo ipso ꝙ non requisiuit dictum Bandinum, vt solueret gabellam. & ideò de suo dolo non punitur tertius, & per consequens nec dictus Bandinus. Et ex istis concludo circa primum dubium, ꝙ posito, ꝙ Bandinus promiserit soluere gabellā ꝓ dictis bobus, nō propter hoc tenet soluere contrabandum commissum per dictū Antonium, nec tenetur ad pœnam in quam incidit dictus Antonius: quia gabellam promisit soluere, & non contrabādum, nec pœnam fraudati vectigalis: & ideo partes domini iudicantis erunt in absoluendo dictum Bandinum a petitis per dictum Antonium: & ita concludo. ¶ Venio ad secundam dubitationem, videlicet, vtrum dictus Antonius probauerit sufficienter, ipsum Bandinum promisisse soluere gabellam pro dictis bobus: certè est dicēdum ꝙ non. Et præsumppono, ꝙ est contra communem obseruantiam. & consuetudinem, ꝙ alius soluat da-

9 tium, quàm ille † qui est dominus, & cōductor rei: res enim ipsa est, quę ad vectigal soluendum obligata est: vt l. imperatores, in versicu. ipsa prædia nō ꝑsonas cōueniri, & ideo possessores &c. ff. de publica. Vnde videtur extraneum tam a iuris dispositione, quàm etiam a communi obseruantia, ꝙ iste Bandinus, qui desijt esse dominus possessor dictorum animalium,

malium, soluat gabellam. vnde succedit singularis doctrina, quæ colligitur ex tex. in c. j. §. fi. in titu. quid sit inue. in vsib. feu. vbi dicit Bal. per illum tex. ꝙ pa-
10 cta † extranea nõ præsumuntur, nec super eis est deferendum iuramentum in defectum probationis, quod alibi non reperitur secundum eum, & ideo contra præsumptionem consuetudinis non recipitur iuramentum ad supplemẽtum semiplenæ probationis. & ideo multum eleganter dixit Inno. in capitulo primo, de frigi. & male. ꝙ si vxor probat virũ esse frigidæ naturæ, & vir probat se esse potentis, ꝙ statur probationi ipsius mariti, quia est probatio verisimilior, & magis conformis dispositioni iuris. Et idem Innocen. in c. auditis. de præscriptio. & in c. cũ ecclesia Vulterana. de elect. dixit, ꝙ statur testibus
11 † deponentibus pro eo, quod est conforme iuri speciali. Et est ratione: quia talis probatio dr̃ verisimilior, ex quo est conformis iuri cõi: & testes, qui deponunt verisimiliora, sunt præferendi: vt dixit text. formalis in c. licet cãm. de probatio. Ex quibus apparet, ꝙ Antonius instet contra iuris cõis dispositionem, & sua probatio nititur iuri speciali, & promissioni contra ius commune, erit restringenda sua ꝓbatio, & nõ ampliãda: nec verisimilis. ergo liquido probando, & per testes idoneos. Et pp hoc vr̃, ꝙ ille Franciscus non sit testis idoneus: ex eo quia extra iudicium interrogatus ad instantiã Parisij dixit se nũquam audijsse, ꝙ dictus Bandinus aliquam promissionem fecerit dicto Ant. pro gabella dictorum bouum: si ergo postea in iudicio deposuit cõtrarium, non est adhibenda sibi fides: ex eo quia est varius & contrarius: vt l. qui falso variè. ff. de testi. vnde præsumitur esse falsarius: vt fuit solennis doctrina Bartol. in l. eos. ff. de fal. vbi dicit non stari secundo dicto iudicio: & etiam esse puniendum vt falsarium, & licet doctores multi damnent illud dictum Barto. tamen Ang. in consi. incip. in hac quæstione posito pro cõstanti. vbi arguit contra illam doctrinam Bar. tamẽ dicit, ꝙ propter primum dictum extra iudicium detrahitur fidei ipsius testis in eo, quod dixit in iudicio. Et sic isto casu posito, ꝙ dictus testis non puniretur de falso: tamen detrahitur fidei suæ in eo, quod est postea testificatus in iudicio. Quinimo dico, & istud nunc apponit veritatem quoad dictum Barto. aliorum doctorum tenentium contrarium, vt attẽdamus, aut pro primo dicto extra iudicium sunt validiores & fortiores præsumptiones, q̃ sint pro secũdo dicto in iudicio: & tũc statur primo dicto, quod extra iudiciũ protulit. aut pro secundo dicto in iudicio sunt validiores, & vehementiores p̃sumptiones, q̃ pro primo dicto: & tunc statur secũdo dicto in iudicio, & non primo dicto extra iudicium. Primo casu procedat dictum Barto. in l. eos. Secundo casu ꝓcedat dictum doctorum tenẽtium ꝯ Bar. Et isto modo reducuntur ad cõcordiam. pro hac distinctione mirabili est casus aureus & singularis, in c. literas. de præsumpt. & ita in terminis tenet reuerendus dñs Abb. in d. c. literas, & facit, quod ipse voluit in c. per tuas. de probatio. & etiam quod ipse voluit in c. inquisitionis. §. 1. de accus. & ibi dixit singulariter in d. §. j. ꝙ si testis dicit vnũ extra iudiciũ, nõ põt dicere ꝯriũ postea in iudicio, nisi p̃sumat in fraudem dixisse primum dictum: puta si testis vilis dixit in præsentia testis potentis aliquid, ꝙ veniebat in fauorẽ illius partis, si postea in iudicio dicit ꝯrium, ꝙ statur secũdo dicto: quia fortior præsumptio est ꝓ secundo dicto. Et sic stat conclusio, ꝙ tunc statur primo dicto, qñ sunt fortiores præsumptiones pro primo dicto. Modo in casu nostro sunt fortiores præsumprones pro primo dicto. Primo: quia est conforme iuri, quo di-
12 sponitur, ꝙ dñs † & possessor rei soluat vectigal: vt in d. l. imperatores. & etiam est ita consuetum, vt experientia docet, ꝙ emptor soluit datium, si vult extrahere res emptas extra territorium: ergo præsumit̃ verius primum dictũ: vt voluit Innoc. in d. cap. auditis. & in locis allegatis superius. Item ꝙ sit maior p̃sumptio pro primo dicto, hoc demonstro ad oculũ: q̃a iam vnus testis noĩe Gulielmus dicit, ꝙ fuit pñs tempore, quo factum fuit mercatum de dicto patri bouum, sed non audiisse, ꝙ dictus Bandinus promiserit soluere gabellam, adeo ꝙ erat tantum prope, ꝙ non potuisset talem promissionem facere, quin dictus testis audijsset. Cũ ergo talis negatiua sit coarctata ad certum & determinatum locũ, adeo ꝙ est probabilis: vt hr̃ in l. fi. C. de iureiuran. & in l. ex testamento, C. de testa. ma. & in c. cũ contingat. de rescriptis. & in l. Pãtonius. §. rei perduellionis. ff. de acquirenda hæreditate, sequitur, ꝙ talis negatiua potuit, & potest probari. Et ex hoc tollitur illud, quod poterat opponi, videlicet, ꝙ iste Gulielmus est singularis in suo dicto, ergo nõ adhibetur sibi fides: vt in c. bonæ. de elect. l. testiũ. C. de testibus. 3. q. 9. c. nihilominus. cum sim. tñ respondeo, ꝙ non est singularis: q̃a iam concordat cum dicto Francisco: videlicet, ꝙ dictus Bandinus non promiserit soluere gabellam. & istud est verisi ius. Et ẽt ex alio euidentissimo signo demonstratur: q̃a alius testis productus in fauorem dicti Bandini dicit in suo testificatu, ꝙ dictus Anto. dixit: toca presto che sera passado lo periculo de la gabella, che come noi hauemo passado quello riolo, &c. quæ verba aperto ore probant, ꝙ dictus Bandinus nullam promissionem fecit de soluendo gabellam. Nec ob. si dicatur, ꝙ iste testis est singularis:
13 quia ad hoc rñdeo, ꝙ est quædam singularitas † obstatiua, & ista infringit testimoniũ, quædã est adminiculatiua, ꝙ ista coadiuuat testimonium. Modo in proposito nr̃o ista est singularitas adminiculatiua. Ita formaliter dixit Bal. in titu. de cõtrouer. inuesti. in vsi. feu. In casu aũt nostro apparet, ꝙ vnus testis. s. Franciscus deposuit. s. extra iudiciũ, ꝙ nullam promissionem fecit dictus Bandinus de soluenda gabella. Alius testis dicit, ꝙ non audiuit dictam promissionem, nec dictus Bãdinus potuisset illam ꝓmissionẽ facere, quin dictus testis audiisset. Alius testis dicit, ꝙ dictus Ant. solicitabat, ꝙ pungerentur boues, vt cito transirent, vt euitaret solutionẽ gabellæ. Modo omnia ista tendunt ad vnum finem, videlicet ꝙ onus soluendi gabellam spectabat, & pertinebat ad ipsum emptorem: ergo nulla est dubitatio, ꝙ est ꝓbatum, ꝙ dictus Bandinus nullam promissionẽ fecit de soluendo gabellam tẽpore, quo dicta emptio fiebat: & iudicio cuiuscunque ingentis spiritus ista sufficiunt ad victoriam dicti Bandini. Nec etiã obstat dictum Siluestri testis: q̃a iam bãnitus, & sic infamis, & de veritate dicenda suspectus, iuxra not. in c. testimonium. de testibus. & in l. cunctos populos. C. de summa trinitate, & in l. Cassius. ff. de senatoribus. Nec apparet, an fuerit baunitus ex inquisitione an alio modo. iuxta ea, quę per glossam scripta sunt in l. tertia, §. præterea. ff. de suspectis tutoribus. & in l. prima. C. de modo multarum. & in l. fi. C. de susp. tuto, sed quia pars productus ipsum testem asseruit illum esse bannitum, fiet interpretatio cõtra ipsum producẽtem, iuxta no. in l. veteribus. ff. de pactis. & in c. contra eum. de regu. iur. libr. 6. & in l. quicquid astringẽdæ. ff. de ver. ob. & in c. in pñtia. de ꝓba. cũ si. Præterea ẽt est oppositum probatum, ꝙ ꝯ personã Io. Martelli testis de minis & verbis iniuriosis habitis inter ipsum Ioan. contra ipsum Parisium: vt deponit Geminian⁹ de Saxo, & Pecinus filius dicti Geminiani idem deponit, quo casu vt suspectus, & inimicus debet repelli a testimonio: vt authen. si dicatur.

tur.C.de test.auth.eo.tit.§.si vero.c. repellantur. cũ sim.de accus.ergo. Et per consequens nullo modo probauit per testes idoneos dictus Anto. ꝙ dictus Bandinus promiserit soluere gabellam præfatam: ergo stamus in regula.l. qui accusare.C.de eden.& c.vt nostrum.vt eccle. bene. Et sic ex isto capite, venit absoluendus dictus Bandinus.Et ita concludo.

EPITOME.

¶Iacobus Ziliolus coram Potestate Ferrariensi confessus fuit se in Marchionem dominum suum conspirasse, patriam prodidisse, & Bartholomæũ quẽdam,a quo fuerat hæres institutus,ueneno necasse,quam quidem confessionem nusquam reuocauit,nec procuratorem ad se defendẽdum constituere voluit, sed recognoscens se deliquisse misericordiam sibi fieri petiit. Quibus actis Potestas in eum sententiam mortis,qua cum maiestatis reum declarauit, tulit: eiusque omnia bona vbicunque sita publicauit.Consuluit Barbatias dictam sententiam valere,recteque latam, & eius bona vbicunq; sita esse publicanda, ipsumque incidisse in crimen læsæ maiestatis. Et cum habeat bona tã Ferrariæ, quam Bononiæ, fiscus Ferrariensis capiet bona in suo territorio sita, Bononiẽsis vero bona in Bononiensi territorio sita, non obstante donatione eorũ per prædictum Marchionem facta. Quantum vero ad dictum Bartholomæum indignus videtur dictus Iacobus eius hæreditate, ex quo fatetur illum se veneno occidisse.

SVMMARIVM.

Verba iuridicè procedas, importãt solennitatem iuris.numero 1.
Confessio facta in carcere quando valeat, vel non.nu.4.15.16.& 17.
Sententia antiqua præsumitur iustè & solenniter lata.nu.13.
Sententia in absentes quando valeat.nu.14.
Coniurare contra principem est horrendum delictum. num.18.
Confessus perseuerans non præsumitur metu confessus.num.20.
Hæres tenetur purgare innocentiam defuncti.nu.23.
Confessio nuda & sine causa duplicata & repetita obligat. numero 25.
Venenans dicitur proditoriè occidere.nu.27.
Crimen læsæ maiestatis in quos committatur. & nu.29.30.31. 32.& 33.
Lex mandans aliquem spoliari,videtur priuare.nu. 39.
Crimen, læsæ maiestatis in duobus casibus in filios transit.numero 40.
Hæreseos & maiestatis accusatio quatenus duret.nu.46.48.
Scire,aut scire debere,sunt paria. nu. 50.

CONSILIVM LXX.

VISO Pũcto & dubijs in eo formatis, & omnibus solẽni animaduersione pensatis,mihi videtur ante omnia insistẽdum circa valorem ipsius sententiæ:quia data nullitate sententiæ ,frustra sunt dubia , super quibus emanauit consultatio. Et quidem dicitur in litera domini Marchioni directa Potestati Ferrariæ.volemo che in la inquisitione formata contra Iacomo di Zilioli procediate iuridicamente in fine ala sententia inclusiue. Ex quibus verbis demonstrãt aperte,ꝙ dñs Marchio mãdauit Potestati,ꝙ iuridicè ꝑ-
1 cederet,quæ† verba important solennitatẽ iudicij, & iustitiam causę, licet nõ dixerit rite,& rectè,iuxta ea quę no.in l.lecta.ff.si cert.peta.& in l.1.§.aiũt ędiles.in vers.rectè pronũtient.ff.de ędili.edic.facit tex. in l.hęc autem.§.rectè.ex quibus cau.in pos.ea.& in l.Titię.§.fi.ff.de auro & argen. leg. maximè in re ita periculosa:quia agebat de vita hoĩs, & de publicatione bonorum,illa verba,iuridicè ꝑcedas, important iustitiam ex parte inquirentis, & etiam solẽnitatem iuris circa ipsam inquisitionem, & de hoc allego glo.singu.& vnicã in auth.de hęre.& falci.§.exhæredatos.in versi.iustè, q̃ gl.dicit iustè.ſ.iustitiã legis & hominis demõstrat,& sic importat solẽnitatẽ iuris, & causam iustam. Non debuit ergo Potestas recedere ab illa forma.c.cum dilecta.de rescrip. ca. prudentiam.de officio de lega. forma enim dat esse rei,& eã in esse conseruat, vt dixit gl. in c. ĩ ciuitate. de vsur.quæ voluit,ꝙ omne esse est a forma.l.is qui. §.quædam.ff.ad l.falci. Videamus ergo an fuit seruata forma ista tradita sibi in dicta litera: certe videtur dicendum ꝙ non.non enim fuit seruata forma citationis ex eo:quia tempore prolationis ipsius sentẽtiæ nõ fuit præsens dictus Iacobus Ziliolus.& sic cõ-
2 muniter consueuit fieri, vt quando † fertur sententia corporalis,& capitalis contra aliquem , licet nõ aliter.appareat de citatione : tamen ipse est ibi præsens, & sententiam audit. Modo tempore, quo illa sentẽtia capitalis fuit prolata,nõ erat pręsens dictus Iacobus condemnatus,quo casu præsentia æquiualet citationi:vt voluit Guli.de Cu. & Bartol.in l.j.ff. de in ius vocan. Iac.Butri.in authẽtica si omnes.C. vt se ab hęre.absti.Io. An.in c.fi.de elect.li.6.tex.in l. in causę.§.causa cognita,in versic.præsente, vel citato.ff.de minori.dom. Anton.in capi.1.de iudic.Bart. in l.prolatam.C. de sentent. & in le. si furioso. ff. de re iudi.& in rubrica.C.de ius vocan. Archidiacono in capitu.vocatio.5.quæstio.2.Bald. in l.accusatoribus.C.de accusa.& in l.ne quicquam.§.vbi decretũ. ff.de officio proconsul.& in l.nã ita diuus. ff.de adoptio.& in d. authentica, si omnes.& in cap.plerunque.de rescriptis.& in l.fin.C.de senten.ex breuic.recitan. Modo iste Iacobus non fuit præsens. ergo debuit citari.l.de vno quoque.ff.de re iudica. clementina,pastoralis.eo.titu.cum similibus. Et si mihi opponatur, quòd Potestas habuit arbitrium a domino Marchione, & vigore arbitrij processit. Ego fateor de plano,ꝙ habuerit arbitriũ,& ſm illud ꝑcesserit:tamen dico, quòd illud arbitrium non potuit
3 hoc operari, quòd Potestas posset† ferre sententiã contra partem inauditam : vt dixit text. in capitu.ii. de causa posses.& proprie.in versicu.contra inauditam partem aliquid ferre non possumus, nec debemus,& in d.clement. pastoralis.& facit.l.fina.in ver. cognitionaliter.C.de legi. Si ergo princeps & Papa non possunt ferre sententiam contra partem inauditam quanto minus poterunt inferiores ab eis. vnde cum in dicta sententia non dicatur præsente dicto Iacobo, vel citato,sequitur necessariò, quòd talis sententia fuit ipso iure nulla,eoque magis: quia dominus Marchio recessit ab illo arbitrio: ex eo quia mãdauit Potestati: vt procederet iuridicè, & sic frustra allegatur arbitrium:ideo tpe quo lata fuit sententia capitalis, Iacobus prædictus erat detentus in castro pro carcere,& dicta sententia fuit lata in palatio Potestatis:ergo non præsumitur fuisse præsentia personæ.dicta clemen. pastoralis. Ecce qualiter contra ordinem substantialem iuris lata fuit talis sententia. Præterea dicit in dicto ꝑcessu,ꝯstitutus dictus Iacobus inquisitus ĩ castro prædicto subtus voltas dicti castri, & in eius angulo specialiter deputato ad hũc actum pro loco iuridico,& tribunali idoneo

neq; sponte dixit, & confessus fuit omnia & singula suprascripta superius inquisita vera esse, & fuisset p ipsum Iacobum cōmissa. vnde ponderet dominus iudicans, ꝙ ista confessio fuit facta in carcere, & in
4 loco tremendo; quo† casu cōfessio facta in carcere non tenet.ita dicit glo.in l.qui in carcerem.in versi. nota,ꝙ confessio facta in carcere non tenet.ff.quod metus cā.& ideo dicebat Bal.in rubrica ad fin.C.de rescin.vendi.ꝙ requiritur,ꝙ ille, qui ꝯhit,non sit in carcere; quia vbi non est libertas corporis, ibi non præsumitur esse libertas mentis. c.j. quod metus cā. & d.l.qui in carcerem.& facit, quod voluit idē Bal. in l.ab eo.C.quomodo & quando iudex.& Inno.in c.cum locum.de sponsa.& quod no.Bal.Bart.& Io. de Imol. in d. l. qui a latronibus.ff.de testamen.nec apparet,ꝙ talis cōfessio emanauerit in figura iudicij,& Bal.in l.j.C.de cōfessis.ver.quæro,nunquid valeat confessio facta coram iudice non in loco solito iudiciorum, distinguit. Aut loquimur quoad fundandum iudicium,& nō valeat.l.2. C.de custo.reo. Aut loquimur quoad extraordinariam & summariam multam, & tunc valet.l.ictus fustiū. ff.de his q̄ no.infamia.& idem Bal.in l.j.versi.quæro,nunquid ꝯfessio facta in carcere,intelligit,ꝙ ad hoc,vt valeat confessio, requiritur, ꝙ fiat in figura iudicij.Modo sumus in casu arduo, & periculoso: quia agitur de vita hominis,& publicatione bonorum.ergo sequitur, ꝙ talis confessio debuit fieri coram Potestate, iuxta not.in l.iubemus. C. de libe.cau.& in l.instar. C.de iure fi.libr.10. & in figura iudicij sedendo pro tribunali.facit.l.prima.C.de sen.ex breui.recitan.& l.a procedēte.C.de dilatio.& facit, quod voluit dñs Anto.in capitu.olim ex literis,de rescriptis.versic.& no.ꝙ confessio.vbi dicit, ꝙ cōfessio facta coram iudice non semper dicitur facta in iudicio: ex eo quia potest fieri iudice ad hoc sedente. Facit gl. & qđ ibi voluit Bart.in l.voluit.§.j.ff.de interro. actio. vbi voluit,iudicē debere sedere, quando tractatur de magno negocio, aut p̄iudicio. & ideo pulchre voluit Ang.in d.l.ictus fustiū . ꝙ confessio facta in camera non valet, & propter hoc inoleuit practica assessorum, ꝙ faciunt reum cōfiteri ad tribunal. Præterea est cōsiderandum, ꝙ paria sunt extorquere confessionem per tormenta, vel adducere, reū ad locum tormentorum.l.nouissime. §. si quis cōpulsus.ff.qđ
5 fal.tu.aucto.& ibi dicit Bald.paria†esse aliquid fieri coactè, vel timore coactionis, quod alibi dicit non ita bene inueniri. Modo in proposito nostro iste Iacobus erat conductus in castro subtus voltas: & sic in loco terribili, & forte coram suis capitalibus inimicis,& metū coactionis inducebat.& facit, qđ singulariter dixit Bal.in d.l.j. C.de confess.ver.sequitur tertium membrum. vbi dicit, ꝙ si præcedant minæ terribiles, quis dr̄ pati iustum metū,allegat Io. An. in c.cum in contemplatione.de reg. iur.in nouella,
6 & dr̄ † tormentum magna afflictio: vt dixit Bal.in l. 2.C.quorū.appel.non recipi.& etiā dixit idem Bald.
7 post alios in d.l.nouissime.ꝙ in † officiali semp præsumitur terror:& ideo dicebat idē Bal. in l.si quis in hoc genus.C.de episco.& cleri.ꝙ probato metu,vel tortura,impossibile est, ꝙ quis sponte fuerit cōfessus,allegat Inn.in c.super hoc. de renuntiatio. & iō Cyn.& Iac. But.in l.2.C.qđ metus cā.reprehendunt assessores, qui faciunt scribi, ꝙ sponte fuerit confessus. & ideo consuluit Bald. quem refert & sequit̄ D.Pe.de Anch.in consilio 21.quod incip. visa inquisitione formata.ꝙ cōiter tales cōfessiones cōsueuerunt Potestates per tormenta extorquere: forte per locum a cōiter accidentibus debet præsumi formido tormentorum. Item ratio naturalis hoc dictat, ꝙ nemo vitā suā odio habuit. nō ergo est verisil'e,ꝙ existens in fortia iudicis confiteatur sponte: & maximè gl. oēs dicunt, ꝙ soli & nudæ confessioni non creditur:ut nor. in l.2. de custo.reo.& facit.l.j.§.diuus. ff.de quæstio.vbi confessiones reorū non sunt habēdæ pro exploratis facinoribus. facit l. q̄ sn̄iam.C.de pœnis. vbi sola confessio non vr̄ sufficere ad condēnationē,nisi adsint alia indicia & præsumptiones.&
8 hoc est,quod dicit lex,ꝙ in criminibus † ꝓbationes debent esse luce meridiana clariores. l. sciant. C. de probatio.cum simi. Et ideo dicit D.Pet.in præalleg. consilio,quod præsentia nocendi & torquēdi in habitu operatur idem,qđ potētia in actu: vt c. non solum.de appella.lib.6.l.Labeo.ff.de statulibe. Et hēt hoc in se æquitatem: nā si nimia reuerentia ꝯhentē reddit meticulosum: vt l.j.§.quæ onerandæ. ff. quarum re.ac.non da.22.q.4.c.vnusquisque. multo fortius nimia tormentorum formido, quam formidi-
9 nem † iustam reddit communis opinio vulgi, quæ habet,ꝙ officiales captos & īquisitos de criminibus prætermissa iuris grauitate torquere consueuerūt. Ad hoc facit,quod no.Bal.in l.j.§. si quis ipsi prætori.ff.de ope.no.nunciatio.ita nuda confessio nō sufficeret in ciuilibus ad obligationem.l.cum de indebito.ff.de probat.c.si cautio.de fide instrumentorū. multo minus in criminalibus, vbi agitur de salute
10 hoīs: nec est verisimile, ꝙ quis †confiteatur sponte illud,qđ vitam adimat,vel statum, aut famam minuat: abhorret enim hoc natura: omne enim animal mortem,perniciemq; euitat: vt scribit Boetius in quinto de consolatione philosophica,& apud Ciceronē in primo officiorū dr̄.Principio generi aīantium est a natura tributum, vt se vitāq; tueant̄. Ergo confessionem sponte non factam non debet iudex admittere,nisi alia adminicula suffragentur: vt no.in c.quia verisimile.de præsump.Et sicut ꝯfessio
11 †ꝯ naturam non habet vim: vt not.in c.fi. de cōfess. & in c. nos in quenquā.2.q.j. Ita nec cōfessio cōtra præsumptionem eius,quod est ꝑm naturam.s.se ipsum conseruare mortem, perniciemque euitare.& in facto ita refert se obtinuisse d.Pet.in præallegato consilio.Modo in proposito ita dicendum est; quia cum in loco meticuloso, vbi consueuerunt boni homines condemnari ad mortem,& sic in loco tormētorum,& coram Potestate, qui præsumitur inferre metū, vt dictū est,non est præsumendum,ꝙ sponte fuerit confessus Iacobus prædictus: cum non appareant indicia illius confessionis: vt no.in l. maritus, ff.de quæstio.nec in sententia, nec in processu noīatæ sunt personæ,cum quibus fuit habitus ille tractatus: talis ergo confessio præsumitur nō vera.sermones enim nr̄i adaptātur rebus sensatis, & intellectu fruentibus: vt dixit Auerroes,& refert Bald. in rubr. C.de proba.in l.j.C.de seruis fugi.& est tex.in l.si ita quis.ver.qđ nemo sanus loqueretur.ff.de euic.& iō dicit tex. ꝙ confessiones naturalibus conuenire debent,in l.confessionibus,§.si eum qui.& tex.in l.si is cuius.in fi.verbis.vers.ita ratæ sunt,si qđ in cōfessionem veniet,ius,& natura recipere potest. ff. de īterrog.actio.vnde si nō sunt expressę personæ inimicorū dñi Marchionis,cum quibus iste Iacobus habuit tractatum,& proditionem, ista confessio dr̄ obscura,& incerta vaga, nō verisimilis extorta per tormēta,aut per minas.Vnde multum eleganter dixit Federi.de Senis,quem refert & sequitur Bal.in cōmento.l.j.C. de cōfessis. in finalibus suis verbis. Aliquis, inquit,confitetur in iudicio se esse vsurarium, nihil specificando vlterius, an valeat testm̄ non præstita cautione dixit ꝙ sic:quia talis confessio nō obligat, nec probat propter omnimodam incertitudinem, allegat.l.certum.in prin.ff.de cōfessis.& l.turpia. ff. de lega. primo. maximè cum simus in causa criminali

nali ita ardua, & pnitiosa, vt est ista. Quinimo plus vr attentandum, ꝙ iste sententie ex alio reddit nulla, incerta, & obscura: videlicet ĩ ea dicitur, ꝙ dictus Iacobus habens intelligentiam, tractatum, & cõspirationem cum aliquibus secretis inimicis domini Marchionis, quorum nomina ad præsens pro meliori tacentur, quæ omnia. s. nomina personarũ, species proditionis, & tractatuum dictus Iacobus plenius, & specialius publicauit, dixit, reuelauit, & confessus fuit sua spontanea confessione pluries repetita coram honestis personis fide dignis, & scriptura suæ propriæ manus. Modo ista non apparẽt in actis & sententia est referenda ad acta. & iam in d. sententia dicitur: quia nobis constat, ergo videtur, ꝙ talis sententia fuerit lata ex falsa causa, iuxta no. per Inn. in c. cum Bertoldus. de re iudi. & not. in l. qui testamento. ff. de excusa. tut. & in l. si is ad quem. ff. de acqui. hære. & in c. in pręsentia. de renuntia. & in c. ab excommunicato. de rescriptis. & maxime quia ista sententia fuit lata contra absentem non citatum, non præsumitur aliqua solẽnitas: vt not. per omnes in c. qm̃ contra. de probatio. & in c. cum in iure peritus. de elect. & per Bal. in auth. si quis in aliquo documento. C. de edendo. Nec apparet, quòd interfuerit notarius in prædictis confessionibus, & actis, imo notarius attestatur se fuisse præsentem publicationi: ergo sequitur a contrario sensu, ꝙ non interfuit confectioni illorum actorum, ar. l. maritus. C. de ꝓcura. cũ si. Præterea quoad venenationem & homicidium Bartholomæi de Lamella notarius attestatur, ꝙ inquisitio & cõfessio fuit facta super dicto delicto de mense Februarij die 26. & ex in actis apparet, ꝙ snĩa condemnatoria fuit lata de eodem mense die 25. & per consequens per prius fuit lata sentẽtia condemnatoria contra Iacobum, quàm emanauit dicta confessio ipsius Iacobi. & ideo Bal. in d. l. si quis in hoc genus. dicit, ꝙ ad pœnam capitalem infligendam sufficit sola confessio sponte facta. l. qui sententiam. C. de pęnis. quod dicit esse verum, si cõfessio est verisimilis. l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. Item hoc dicit esse verum, si confessio fiat ante sententiam, secus si fiat lata sententia, allegat glo. ordinariam in l. non tantum. ff. de appella. & sic cũ nulla alia probatio extet dicti delicti, quàm confessio ipsius Iacobi, sequitur, ꝙ non valuit sententia, per d. c. nos in quenquam, nisi in conuictũ, aut sponte confessum snĩam ferre non possumus. 2. q. j. vnde dixit Bart. in l. hæc autẽ. in ver. constare liquere, per illum tex. ff. ex quibus cau. in poss. ea. ꝙ posito, ꝙ iudex fe-
12 rat iustam snĩam,† nihilominus si sibi non constitit ex actis, sententia est nulla. idem voluit in l. quæsitũ. ff. de re iudi. & in l. si finita. §. Iulianus. de dam. infec. & in l. is apud quem. C. de edẽ. & in l. multum. ff. de conditio. & demõstra. Et ideo debitus ordo iudiciorum fuit peruersus: vt l. prolatam. C. de sen. & interlo. om. iudi. & per consequens talis sententia quoad dictum homicidiũ fuit ipso iure nulla: & maximè, quia audio, ꝙ Ferrariæ extat statutum, ꝙ contra tale crimen præscribitur biennio: cum ergo fuerit lapsum biennium, iudex non potuit inquirere, & per consequens non valuit sententia quoad dictum homicidium, & sic apparet ex istis, ꝙ ista snĩa fuit ipso iure nulla quoad dictum crimen. &c. Et per consequens non est necessaria dubitatio, an istud fuerit crimen læsæ maiestatis, & an veniant publicanda bona sita extra territoriũ pronuntiantis. Et ista erãt, quæ iudicio meo reddebant istam consultationem dubiam: sed istis examinatis apparebit veritas indubitata huius cõsultationis. ¶ Sed licet ista sint colorata, tñ casum nostrum non attingunt: ideo illis nõ obstãtibus ꝯrium puto esse verius: videlicet, ꝙ ista

13 snĩa valuerit, quod sic demonstro. Ista sententia† est antiqua: quia ferè viginti duo anni sunt elapsi, quibus lata fuit: ergo præsumit pro ea. hoc decidit Cy. & Bal. in l. emancipatione. C. de fide instrumen. vbi dicunt, ꝙ si sententia est antiqua, præsumitur, pro ea: quia iuuatur tp̃e, & dixit Host. in c. in præsentia. de renuntiatio. ꝙ si lata est sententia, & nihil opponitur, pręsumitur pro ea: si vero aliquid opponitur, & tunc si opponitur infra biennium, non præsumitur pro illa: secus si post. & est ratio secũdum eum: qa biennium est limitatum, infra qđ possit dici contra snĩam. c. ex ratione, de appel. & ita videtur intelligendum illud. quod voluit idem Hostien. in c. cũ inter, de re iud. vbi distinguitur, an sententia sit lata de recenti: & tunc non præsumatur pro illa: quia videtur intellexisse, ꝙ non sit lata de recenti, quãdo iam biennium est lapsum. bene facit dictum Cy. in d. l. emancipatione. & quod voluit Bart. in authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. & in l. j. C. de relati. & dicit do. Ant. in d. c. in præsentia. ꝙ tp̃s recens est biennium: vt voluit Hostien. vel sit tp̃s 20. annorum, vel sit vltra tp̃s. 20. annorum, sententia dr̃ antiqua, & per consequens ista sententia dicitur antiqua: quia 22. anni sunt lapsi, quibus lata fuit, & pro hoc allego meliorem text. iuris in c. bonę. el primo de elect. vbi præsumitur pro sententia antiqua. Quinimo plus dico. ꝙ licet snĩa sit lata de recenti: tamen si ab ea non fuit appellatũ, præsumitur pro ꝓcessu. & ad hoc allego tex. in d. c. cũ inter. de re iudi. in ver. rite, vbi tex. dicit, ꝙ ex quo snĩa transiuit in rẽ iudicatam, omnia pręsumuntur rectègesta non obstante assertione ꝯria partis aduersæ. vnde text. ille fundat se super trãsitu in rem iudicatam. Cum ergo ista sententia transiuerit in rem iudicatam, & vltra hoc sit antiqua, & text. in d. c. cũ inter. vtatur illo verbo rite, denotat solennitatem iudicij: vt l. lecta. & ibi Barto. ff. si cer. pe. tex. in l. 2. ff. de inoffi. testamen. & in l. j. §. aiunt ædiles. ff. de ędili. edi. l. instè. ff. de acqui. pos. l. sed si lege. §. scire. ff. de petitio. hæredi. l. nõ putauit. §. non quis. ff. de ꝯtab. tex. in cle. 2. in ver. ritè. de testi. & ibi Do. Cardi. & per do. Anto. in præalleg. decretaliũ. Bal. in l. 3. §. intra gradus. ff. de liber. & po. Ang. in d. §. aiunt ędiles. Et est accuratè põderandus tex. in d. c. cum inter. quia non distinguit, an sit lata in absentem, aut præsentem. & ideo pulchrè dicit reuerendus pater D. Abb. in c. qm̃ cõtra. de probatio. ver. item pondera. ꝙ si sententia est lata in absentem, & est antiqua, præsumitur lata solenniter, & ad hoc allegat. d. c. cũ inter qđ loquitur indistinctè. Si vero est lata de recenti: tunc est ęquissimum distinguere, aut fuit lata in absentem, aut in præsentẽ. vt ibi per eũ. & ita debet intelligi & reduci ad concordiam. qđ voluit Compostel. in d. c. bonæ. de elec. & Spec. in titu. de sen. prola. §. iuxta. ver. sed pone publicatur. & qđ voluit Inn. in addi. in d. c. quoniã contra. & Hosti. in d. c. cum inter. & Io. Cal. in d. c. quoniam contra. & domini de Rota decisione 297. & Spec. in tit. de probatio. §. 1. vers. sequitur. Cum ergo in proposito nostro ista sententia sit antiqua: quia iam elapsi sunt 22. anni, quibus lata fuit, sequitur, ꝙ præsumptio est, ꝙ lata fuerit parte citata. Et sit ex isto capite sententia redditur valida: quinimo plus dico, ꝙ imo ista sententia fuit lata cõtra ipsum Iacobum præsentẽ, quo casu paria sunt. quẽ fuisse præsentem, vel citatum, vt in iuribus allegatis supra pro contraria parte. Sed ipse Iacobus erat pręsens, quando sententia fuit lata: ergo sequitur, ꝙ perinde est, acsi fuisset citatus, ꝙ sic ostendo. in dicta sententia dicitur, & cum tales, & similes condemnationes corporales dari, & proferri sint consuetæ in publica, & gñali cõgregatione hoĩum, ciuiũ, & personarum

sonarum dictæ ciuitatis sono cornu, & cāpanæ, voceq; bannitoris congregatarū, vt moris est, sequentes, & sequi volentes, &c. Ex quibus verbis apparet, ꝙ d. sententia fuit lata in pulico arengo cum sono campanæ, & cornu, & congregatione populi ipso Iac. condemnato existente in carcere, qui carcer parum per iactum lapidis distat a loco, vbi in congregatione populi fuit lata dicta snīa, qui Iacobus condemnatus audiebat, & audire poterat sonū cornu, & campanæ, & vocem preconis, & præsumendū est, ꝙ audiuerit, ex quo erat vicinus. c. quāto. & c. quosdam. de præsump. Et qa iā præcesserat eius cōfessio, vt in processu & snīa dr̄, præsumendum est, ꝙ pro præsente haberetur dictus Iacobus cōdemnatus, & sic non est verum dicere, dictam snīam latam fuisse contra absentem. Item etiā posito, non tamen concesso, ꝙ fuisset absens, nihilominus præsumptio iuris est, ꝙ fuerit citatus, ex quo sententia est antiqua: vt est ōnsum superius. Præterea facit, quod hr̄ in tex. d. c. bonæ. el primo. vbi est tex. formalis, ꝙ in notorio non requiritur citatio, nec examinatio. & licet gl. in c. ad nostram. de iureiuran. & in c. porro. de diuor. dicant, ꝙ requiritur citatio, tamen in d. c. bonę. allegabatur defectus citationis. & ad hāc exceptionem confutandam replicabatur, ꝙ processus erat notorius, & sic non indigebat examinatione, & per ꝯns nec citatione: alias replicatio non conclusisset. & ideo videtur probari in c. venerabilē. de elec. sed concordando glo. prædictas cum text. d. c. bonæ. est distinguendum sic, ꝙ aut adeo factū est ita necessarium, ꝙ nulla potest parti absenti competere defensio, & tunc non requiritur citatio, & ita intelligatur tex. d. c. bonæ. & c. venerabilem. & pro hoc est tex. in l. 2. §. quod sit de frumētaria. ff. de admini. rerum ad ciuita. perti. & ibi per Bar. & hoc casu procedat doctrina Inno. in c. q̄to. de trāslatio. episco. vbi sequit̄. Sed vbi factum non est ita notorium, requiritur citatio, aliàs processus inde habitus est nullus. Et hoc casu intelligo procedere dictum Innoc. in c. tua. de coha. cle. & mulie. & ita procedant glo. & iura, quæ volunt, citationē debere internenire. & ita dixit D. Abb. in c. cum olim. de re iud. & in d. c. bonæ. & in d.
14 c. ad nostram. Facit d. c. cum olim. vbi valet † sententia lata contra absentem in causa notoria, vbi non potest aliqua defensio competere, & ibi dicit Host. ꝙ vbicunque res, vel terræ ecclesiæ detinentur per aliquem tyrannū iniustè, & notoriè, p̄ōt ferri sententia contra eum non citatum, & refert Vrbanum ꝓnuntiasse cōtra Spoletanos tenentes quandam terram spectantem ad ecclesiam. Et licet D. Ant. ibi dicat esse spāle in Papa, vt processus factus per eum in notorijs valeat sine citatione: quia ipse non subijcit̄ formæ iuris: vt no. in c. nulli. de sentē. excom. tñ ista sua responsio communiter reprehenditur ibi ex eo: quia citatio est de iure naturali. cū sit defensio. cle. pastoralis. de re iudi. & Papa subijcitur iuri naturali. & ideo idem do. Anto. ibi dicit, ꝙ licet citatio debeat interuenire in notorijs, tñ omissio citatio non vitiat processum constito de notorio, si nihil in ꝯriū allegatur: quia circuitus sunt euitandi: vt no. in c. ex parte. de testi. Et ideo Bal. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. in principio, dicit, vnicuique esse dandum terminum ad se defendendum, nisi sit deprehensus in flagranti crimine: vt l. 3. §. si ad diem. ff. de re mili. nam ꝯ notorium, quæ defensio cadere potest: ideo tunc non est danda dilatio: ad quid enim daretur super impossibile, ar. l. Arethusa. ff. de statu homi. & ita potest intelligi. l. in crimine. de adulte. ſm eum. ita ibi concludit Bal. Quinimo plus dico, ꝙ si delinquens dicat se non habere defensionem, ꝙ tunc punietur sine aliquo ordine, ista est gl. singularis ī l. j. ff. de furibus balnea. quā summè no. Bal. in l. seruū quoq;. §. publicè. ff. de procura. Modo in proposito nostro dr̄ in dicta inquisitione, cōstitutus dictus Iacobus inquisitus coram potestate in castro prædicto subtus voltas dicti castri, & ī eius angulo specialiter ad hūc actum deputato pro loco iuridico, & tribunali idoneo: vt patet ex actis mei notarij, sponte dixit, & cōfessus fuit prædicta omnia, & singula suprascripta superius inquisita vera esse, & fuisse per ipsum Iacobum facta & commissa, &c. qui dominus Potestas audita dicta confessione dicti Iacobi, &c. monuit dictū Iacobū, ꝙ proponendo allegare deberet, & producere vellet contra inquisita, & confessa per eum sua spontanea confessione, qui Iacobus dixit se nolle mittere procuratorem, nec facere defensiones aliquas in prędictis, & ꝙ scit; ꝙ deliquit misericordiam postulans in commissis. Ista sunt formalia verba dictæ inquisitionis, & cōfessionis ipsius Iacobi. Ego in ista consultatione non intēdo grauare honorē dicti Iacobi, an in veritate præfata delicta cōmiserit: qa illud scit ille, qui nihil ignorat: sed vt morem Scęuolæ iurisconsulti grauissimi sequar dicere soliti, ſm ea q̄ proponerentur. ideo ego consulo in hoc passu ſm allegata, deducta, & ꝓbata in ipso ꝓcessu. Et iō mihi vr̄, ꝙ posito, non tamen concesso, ꝙ dicta sententia fuerit lata ipsō Iac. absente, & non citato, tñ valuit & tenuit ex pluribus. Primo confessio ipsius Iacobi facta extitit in iudicio, seu in loco deputato
33 Papæ, læso collateralis. 6. q. j. c. si qs cū. & † committi vr̄ hoc crimē etiā ex lęsione principis inferioris a supremo. 2. q. j. in primis. ad fi. ver. si vero. & quilibet ad accusationē admittitur: vt ibi, cum sit crimen publicum: vt l. 2. C. de his qui ad ecclesias confugi. alleg. Arch. ita ibi tenentem. Et sic Io. Andr. post Arch. ibi tenet formaliter, ꝙ committitur crimen læsæ maiestatis contra inferiorē a principe, & quilibet potest de hoc accusare, & per consequens in ęquiparat Archi. principem, & inferiorem a principe. bene faciūt ea, quæ superius allegaui post Bal. in d. l. 2. C. de consti. pec. & in d. l. j. C. qui admi. Et sic maximi iuris vertices, qui habuerunt intellectum transcendentem, vt verbis Bal. vtar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. tenuerunt istam partem: ergo est tenenda iudicando, & consulendo. l. 1. ff. de senat. l. athletæ. ff. de his, qui no. infa. c. de quibus. 20. dist. c. in canonicis. 19. di. §. quidam, de pœ. dist. 1. ergo verum est dicere, ꝙ incidit in crimen læsę maiestatis. & idem voluit Io. de Imo. sequendo Paulū in d. cle. pastoralis. §. cęterum. vbi firmat, ꝙ committitur crimen læsæ maiestatis, cum offenditur inferior a principe. Idem etiā tenuit Pe. de Anch. in d. c. fęlicis. in quarto notabili, dicens committi crimen lęsę maiestatis contra inferiorem a principe, alleg. d. c. in primis, & est accuratè ponderandus text. d. cap. si quis laicus, in quantum dicit, in Christum Domini manum mittens, quòd rex, aut dominus temporalis dicitur Christus Domini. simile dicitur secūdo Regum de seruo, qui occidit Saul regem læthaliter vulneratum, quem postea Dauid occidit, ex eo: quòd misisset manus in Christum Domini. Et ex istis cōcludo dictum Iacobum incidisse in crimē læsæ maiestatis. ¶ Restat respondere ad argumenta adducta superius in contrarium: videlicet cum primo dicitur, ꝙ mens ferentis sententiam publicationis bonorū nō fuit publicare bona alibi sita, ex quo illa applicauit cameræ domini Marchionis, quia ad hoc dico, ꝙ ex dubio sequenti apparebit veritas. Sed ad argumentum respondeo, quòd non est curandum de mente iudicantis quoad bona sita in alieno territorio, quæ veniunt applicanda fisco illius territorij, vbi sunt sita: vt inferius ostendam, sed quia de iure communi in crimine lęsę maiestatis veniunt confiscanda bona: vt d. l. quisquis, eo ipso, ꝙ iudex declarauit illum Iacobum esse, & fuisse reum criminis læsæ maiestatis, eo ipso succedit dispositio iuris, quòd in tali delicto veniunt confiscanda bona vbique sita. Et ideo non est examinandum, quid senserit iudex, postquam eum condemnauit vt proditorem domini, & patriæ: vt superius fuit ostensum. ¶ Nec obstat, cum allegatur. d. l. quisquis: quia d. l. si bene ponderetur, inquantum dicit, vel cuiuslibet, qui nobis militat. nā reges, duces, barones, & similes, satis dicuntur militare circa principem, ex quo tenentur defendere honorem, & iura principis, iuxta not. in cap. petitio, de iureiuran. & ideo ex verbis. d. l. quisquis. comprehenditur dominus temporalis. Item respondeo, & aliter, videlicet, quòd licet. d. l. ita loquatur, tamen habet locum in inferiore a principe: vt voluit Archi. Ioan. An. Paulus, do. Card. Bald. Ioan. de Imol. & alij, quos superius retuli. Item hoc probatur in text. formali. d. cap. si quis laicus, in ver. regem, aut dominum. Hoc tenuit domi. Abb. in d. c. at si clerici. Et etiam facit ratio, quam superius formaui, videlicet, quia maiestas dicitur maior pote-
34 stas, quod † verbum congruit etiam inferiori a principe, & per consequens. d. l. quisquis, vendicat sibi locum in casu nostro. Nec obst. cum allegatur glo. in d. l. 1. ff. ad l. Iuliam maiesta. quia respondeo primo, ꝙ in casu nostro concurrit crimē læsæ maiestatis domini Marchionis, & patriæ: quia, vt superius dixi, in sententia appellatur ille Iacobus patrię proditor, ex quo ergo cōcurrit duplex proditio, & coniuratio, & non solum proditio patriæ, sequitur, ꝙ non obstat illa glo. quæ loquitur in crimine lęsę maiestatis dumtaxat: posito tamen, ꝙ illa glo. diceret verum. Secundo dico, ꝙ illa gloss. non obstat in casu nostro ex eo: quia hic interuenit proditio, & coniuratio temporalis domini, quo casu sufficit, vt est superius ostēsum. Tertio respondeo, ꝙ illa glo. intelligitur propriè sumendo crimen læsæ maiestatis: sed largè sumendo, quis incidit in crimen lęsę maiestatis offendendo patriam suam, ita dixit Ang. vt superius allegaui. Quarto respondeo, quòd illa glo. non dicit verum hodie, per text. d. l. si quis laicus, vbi si offenditur dominus terrę, committitur crimen lęsę maiestatis. Ergo multo fortius cum offenditur patria propria, cum maiorem charitatem habere teneatur ad patriam, quàm ad ipsos liberos: vt superius demonstraui. Quinto respondeo, negando illam glo. esse verā quoad alias ciuitates: quia imo committitur crimen læsæ maiestatis, ex quo patria est maior potestas: vt superius demonstraui. Item Bart. in d. l. 2. C. de parrici. tenuit contrarium, & Ang. in dicta sua disputatione, exorta guerra. Item illa glo. intelligitur hoc modo, videlicet quilibet offendens vrbem Romanā dicitur committere crimen lęsę maiestatis per excellentiam, sed non quilibet offendēs aliam ciuitatem dicitur committere crimen læsæ maiestatis: tamen subditus patriæ bene dicitur committere crimen læsæ maiestatis contra eam, sed in alia ciuitate non, nisi subditus illius ciuitatis, argumen. l. minimè, & iurium, quę superius allegaui. Et ista est veritas, & per consequens ista gloss. nullo modo obstat huic consultationi, & isto modo intelligit gloss. in dicta l. final. C. de aboli. Nec obstat differentia, quam facit Salyc. in dicta l. fi. quia iure non probatur, & est contra omnem doctrinam doctorum: quia idem esset, si patria tolleretur suo domino temporali, quia (vt dictum est) crimen læsæ maiestatis committitur contra inferiorē a principe: ergo si fit offensio patriæ a subdito, vt tollatur suo domino temporali, certum est, quòd dicitur crimen læsę maiestatis: vt est dictum. ergo distinctio Salyc. non militat. Item quia in casu nostro auferebat patriam suo domino dictus Iacobus, cū faciebat tractatum contra personam domini: vt ex sententia apparet: ergo, &c. Nec obstat, cum allegatur dictum Bartol. in dicto verb. rebellando, &c. primo quia ipsemet tenet contrarium in d. l. 2. ff. de parrici. vt superius dixi. Secundo contra eum text. apertus in d. c. si quis laicus. Item quia Bar. loquitur contra communem doctrinam doctorum: nam contrarium tenet Archidiaco. Ioann. An. Paulus, Petrus de Ancharano, dominus Cardinal. Baldus, Angelus, Ioannes de Imo.

Imo.Dominicus de Sancto Geminiano,& etiam Sa
lycetus,& Abbas siculus.Et sic tota iuris prudentia,
& etiã ipsemet.Bar.in d.l.2.de parricidijs.Quinimo
dico,ꝙ idem Bar.loquitur in fauorem huius consul
tationis,dum ipse dicit,ꝙ committitur crimen læsę
maiestatis contra Vicarios imperatoris,& dominus
Marchio est huiusmodi:est enim Vicarius sacrosan
ctæ Romanæ ecclesiæ in temporalibus.Ideo princi-
paliter & directo stat ibi pro Papa, & pro Romana
ecclesia.Et etiam posito, quòd ibi stet pro se,& pro
vtilio dominio suo,quod ibi vendicat ex concessio-
ne,& largitione Papæ:tamen ibi stat vt Vicarius, &
nomine ecclesiæ Romanæ, & licet exerceat iurisdi-
ctionem principaliter,& directo,tamen respectu do
mini vtilis committitur crimen læsæ maiestatis con
tra eum per supradicta, nec Bartol. ibi loquitur eo
casu,quo stat vt Vicarius nomine Papæ,aut impera
toris:ergo,&c.Nec obstat,cum allegatur dictum Ol
dra.in prealleg.consilio,quia ipse loquitur eo casu,
quo capimus strictè cum læsæ maiestatis.Item quia
omnes scribentes,vt dixi superius, tenent, ꝙ etiam
committitur crimen læsæ maiestatis contra inferio
rem a principe.Nec ob.cum dicitur, ꝙ dictus Iaco.
nolebat se subtrahere ab obedientia Rom.ecc. quia
imo volebat se subtrahere, ex quo machinatus est
coniurationem contra Vicarium eccl.Ideo fit inter-
pretatio contra eum: vt superius dixi. Non ob.cum
allegatur consiliũ domini Petri de rebellione vnius
castri. Primo, quia dominus Petrus ibi loquitur se-
cundùm doctrinam Bar.in d.verb.rebellando,quæ
doctrina est communiter damnata,vt superius dixi.
Secundo:quia idem do.Pet.contrarium dixit in d.c.
quamuis,& in d.c.fęlicis.Item domi.Pet.non loqui-
tur in casu, quo committitur crimen contra eum,
qui est Vicarius pro eccles.Roma. Item quia contra
do.Pet.facit tex.d.c.si quis laicus.Item quia do.Pet.
nihil de nouo allegat. Item quia dictũ eius nullam
habet rationẽ veritatis. Et sic apparet,ꝙ ex tali con-
iuratione dicitur reus læsæ maiestatis dictus Iaco.Et
ista videtur pura veritas, vt ex actis & sententia colli
gitur:quia etiam sequitur Bald.in c.j.de pace tenen.
& Ang.in l.j.ad fi.ff.ad l.iul.maiestatis.dixit, ꝙ de so-
lo consilio,& tractatu de occidendo Potestatem Bo
noniæ,incidit crimen læsæ maiestatis, vt imponatur
35 mors: oppugnare †n. patriam, aut Magistratũ eius
non distat a crimine læsæ maiestatis.Ita ibi dicit for
maliter: quando magis in casu nostro coniurare cõ
tra dominum ciuitatis,nõ differt a crimine læsę ma-
iestatis. ¶ Restat nunc respondere, si ex tali delicto
veniant publicanda bona, vbicunque sita sunt quæ
fuerunt ipsius Iac.hoc decidit text.in d.l.quisquis,in
principio,in versiculo,bonis eius omnibus fisco ad-
dictis. vbi omnia bona confiscantur, & hoc voluit
Potestas Ferrariæ in sua sententia, cum dixit,ad pu-
blicationem omnium bonorum: tamen omnia bo-
na publicauit,& licet dixerit applicãdorum cameræ
domini Marchionis, non sunt restringenda illa ver
ba omnium bonorum,quia cum de iure communi
sunt omnia bona publicata, non debeant illa verba
generalia habentia sanum, & determinatum intel-
lectum a iure restringi solum ad bona sita in territo
rium Ferrariæ:quia sic illa verba essent cõtra dispo-
sitionem iuris cõmunis.Et licet dixerit,applicando-
rum fisco Marchionis; tamen debent referri singu-
la singulis: vt not. in capitul.1.de constitutio. quasi
voluerit sentire iudex,ꝙ bona,quę sunt in territorio
Ferrariæ, applicantur fisco Ferrariæ, & bona, quæ
sunt in alibi,applicẽtur fisco loci, vbi sita sunt. Et sic
isto modo,& sanè,& rectè intelligẽdo nulla resultat
iuris absurditas.Cum ergo in casu nostro commise-
rit crimen lęsæ maiestatis dictus Ia.incidit in pęnam
publicationis omnium bonorum.Et ideo Bal.in c.j.
de pace tenen.dicit illud esse certum,ꝙ bona confi-
scantur in crimine lęsę maiestatis commisso contra
principem,vel cõtra rempublicam, quæ vero sit re-
spublica,non enim habetur pro republica,quando
maior pars iniustè expelli minorem,& tirannicè do
minatur,arg.l.si quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de
capt.& etiam dixit idem Bald.in l.2.C.qui testa.fac.
36 poss.ꝙ interficiens † seipsum metu criminis, & erat
lęsę maiestatis,ꝙ isto casu talis non habet hęredem.
institu.de hære.quæ ab intesta §.per contrarium.&
sic sentit,ꝙ isto casu non habet locum authen.bona
damnatorũ.C.de bonis damna. & hoc decidit text.
in d.auth.bona.& in corpore vnde sumitur,quòd in
crimine lęsę maiestatis non habet locum,dispositio
illius.& ideo Bald.in commento.l.data opera.C.qui
accus.non pos.dicit,ꝙ qui nulla bona reliquit:quia
iam sunt confiscata,non habet hæredem.facit l.j.C.
de hæred.insti.& l.3.ff.de interdict.& relega. Et ideo
dixit Salycetus in d.authenti.bona damnatorum.in
37 principio,quòd in crimine † læsæ maiestatis nihil fi-
lijs debetur,allegat d.l.quisquis,& facit,quod voluit
Bald.in l.cunctos populos. in finalibus verbis.C.de-
38 sum.trini.vbi dicit, quod vbi pena † per modum cõ
fiscationis respicit statum personæ, & mutatur sta-
tus personæ, adeo ꝙ non potest habere proprietatẽ
bonorum; tunc omnia confiscantur vbiq; posita:
ponitur exemplum, cũ quis decapitatur,non tamẽ
confiscantur omnia fisco iudicis pronuntiantis, sed
fisco, qui ratione bonorum illa occupat. Modo in
proposito iste Iacobus fuit condemnatus ad pęnam
amputationis capitis,sequitur,ꝙ oĩa bona cõfiscan
tur.Et est accuratè ponderandus tex.d.l.quisquis,in
verbo,additis,quę pro certo declarat sententiam pu
blicationis bonorum esse factam & latam a iure,sed
illa verba addictis, important executionem sñiæ la-
tæ a iure, & allego simile de eo, qđ dicimus de hoc
verbo remouentes,qa denotat sñiam esse a iure pro
mulgatam, & infert solam facti executionem fien-
dã.text.est in c.ex tuæ,de clericis non residenti.& in
c.querelã.in ver.remouentes, de iureiur.& in c.ex li-
teris,de exces.prelato.& in auth.de defenso.ciuita.§.
interim in ver.remouendo. & in l.j.§.remouet.ff.de
postulan.& in l.puberibus.§.1.ff.de suspect.tut.alle-
go ẽt simile, quod dicimus de hoc ver.spoliari:quia
39 †qñ lex mãdat aliquem spoliari, vr̃ pronuntiasse sen
tentiam priuationis, & denotat executionem illius
sñiæ fieri debere per illud verbum, spoliari.Ita dicit
D.Anto.in c.fi.de postula.se in facto respondisse per
illum tex.& ẽt allego tex.in l.fi.C. ad l.iul.maiesta.in
ver.post mortem bona fisco vendicari iussit,qui tex.
declarat fiscum esse effectum dñm bonorum eius,q
incidit in crimen læsæ maiestatis. Facit etiam illud,
quod eleganter voluit do.Pe.de Anch.in ꝯsi.255.in-
cipi.ex prædicta facti narratione,vbi consuluit,ꝙ le-
gatus potuit de facto, & sine ordinato processu ap-
prehendere, & confiscare bona & castra cuiusdam
comitis,qui commiserat crimen lęsę maiestatis ꝯ ip-
sum legatum, ꝙ est singulariter notandum pro ista
ꝯsulationes.vnde potuit Potestas Ferrariensis proce
dere sine ordinato processu in tali crimine. Facit l.
quæstionibus.ff.ad l.iul. maiesta.& per consequens
quoad pręcedentem dubitationem cum opponeba
tur de inordinato processu,est optimum illud consi
lium domini Petri.Facit tex.in d.c.fœlicis.in verbo,
dominio applicetur,de pęnis.li.6.vbi formaliter ille
tex.designat executionem fiẽdam.& ibi dixit Archi-
diaconus, quem refert & sequitur Io. And.ꝙ quoad
executionem confiscationis est necessaria sententia
saltem generalis,quę declaret illum fuisse talem.al-
legat.c.cum secũdùm leges,de hæreticis, li.6.& sub-

dit,ꝙ in crimine læsæ maiestatis quoad pœnam corporalem,& confiscationem bonorum.allegat.Insti. de hereditati ab intesta.§.per contrarium,& insti.de publ.iud.§.publica.& auth.bona damnatorum,præalleg.Et subdit dici posse in crimine læsę maiestatis, & similibus bona,& ipsorū dominium desinere esse criminosi,& incipere esse fisci ipso facto,& sine sententia,& sine traditione, sicut bona ingredientibus monasterium,auth.ingressi.C.de sac.sa.eccl.& 19.q. vlt.c.si qua mulier.& alle.Inn.& Host.in c.in præsentia,de probat.Sicut adoptans acquirit possessionem adoptati.l.si adoptauero.ff.de precario.simile no.in l.fi.C.de sacr.san.eccle.c.ex literis,de consuetudine. erit tamē postea necessaria sententia saltem in genere, quæ declaret illum criminosum, antequam fiat aliqua executio in bonis: vt in d.c.secundùm.Et si dicas,quid nocet ei priuari dominio rerum,ex quo ante sententiam non auferuntur.Respondet, ꝙ nocet propter fructus medij temporis, qui restitui debent fisco: vt not.in authen.de incest.nupt.§.1.Ita dicit ibi Ioan.An.formaliter post Archi.Sed cum in casu nostro interuenit confessio probatio,& sententia condemnatoria,& publicationis omnium bonorum ipsius Iacobi,sequitur,ꝙ ex tali delicto publicata sunt quæcunque,& vbicunq; sita fuerint,& ista doctrina Ioan.And.& Arch.peroptime aperit intellectum.d. l.quisquis.in versi.bonis addictis. Facit,quod voluit Ang.in d.l.quisquis.vbi dicit, ꝙ hodie pœna confiscationis bonorum nō est sublata,imo est confirmata per auth.bona damnatorum. Nec ob.si opponatur de eo, quod voluit Bart.in l.ex iudiciorum.ff.de
40 accusa.vbi dixit,ꝙ † in duobus casibus dumtaxat crimen læsæ maiestatis transit in filios: videlicet,quando committitur contra imperatorem & contra rempublicam: quia ad hoc respondeo primo Bar.voluit sentire illud,quod ipse voluit in dicta extrauaganti, qui sint rebelles.in versi.rebellando:& certum est,ꝙ illa opinio cōmuniter reprehēditur, vt superius demōstraui in alia hæsitatione:quinimo habet locum etiam in inferiore a principe. Secundo respondeo, ꝙ dictum Bar.est intelligendum secūdùm, ꝙ voluit glo.in l.fin.C.ad l.iul.maiesta.quæ glo.est intelligenda secundùm dispositionem illius tex.qui tex.dicit, si quid ꝯ imperatorem commissum dicatur, etiam post mortem rei id crimen instaurari solere,& sic loquitur ille tex.in crimine lęsę maiestatis,vt post mortem delinquentis possit ventilari ꝯtra hæredes eius: sed iste non est casus noster,ex eo quia iam fuit facta inquisitio,& probatio cōtra ipsum Iacobum viuentem,& lata sentētia condemnatoria contra eum,& declaratum fuit illum esse proditorem Marchionis, & patrię suę,& iam præcessit confessio ipsius Iacobi, nec fuit appellatum ab ea,nec fuit reuocata confessio eius,nec fuit purgata innocētia sua iuxta ea,quæ ego dixi in prima dubio huius hęsitationis,& voluit Bald.in l.1.C.ne ex delict.defuncto.ergo talis sententia transiuit in hæredes ipsius Iacobi, si hæredes habere potuit,iam fuit lata sententia publicationis bo-
41 norum,& bona ipsa fuerunt publicata: ergo† dictus Iacobus non potuit testari.l.eius,§.si cui.ff.de testament.nec potuit alium hæredem habere ab intestato,nisi fiscum. Et sic in casu nostro cum plura accumalatè veniant ad hoc.Primo condemnatio capitalis ipsius Iacobi.Secūdo executio mortis.Tertio confiscatio bonorum. Quarto crimen læsæ maiestatis. Quinto nulla purgatio innocentiæ facta fuit per filios ipsius Iacobi sequitur,ꝙ dicta bona sunt fisci, & ad ipsum deuoluta fuerunt. Et si dicatur,ꝙ d.l.quisquis.inquātum dicit, bona esse fisci propter crimen læsę maiestatis,quòd intelligatur quoad crimē commissum contra principem, vel assistentes lateri suo,

Ad hoc apparet responsio verissima,ꝙ etiam vendicat sibi locum in inferiore: vt dixit Ange.in l.prima. ff.ad l.iul.maiestatis,& Barto.in d.l.2.ff.de parrici.& Reuerendus pater & dominus meus, & consiculus dominus Abbas in dicto cap.at si clerici, & plenissimè hoc demonstrauit in præcedenti dubitatione.Et ex istis cōcludo,omnia bona ipsius Iacobi fuisse publicata, & confiscata ex iuris dispositione: & maxime quia in casu nostro non solum concurrit homicidium cum veneno perpetratum, & sic concurrit homicidium proditorium,& etiam concurrit: quia affixit patriam propriam penuria frumēti,& sic non solum interuenit coniuratio contra dominū suum, sed homicidium cum proditione,& afflictione propriæ patriæ, quo ad frumentum coniungendo omnia ista insimul magis aggrauant delinquentem,per not.in l.3.C.de episc.audien.& in cap.testimonium, de testibus.& quod voluit Bald.in l.apud antiquos. C.de fur.post Odof.vbi dixit,quòd si dapifer furatur hodie vnum, cras aliud, potest accusari furti. Quinimo plus considero,& in hoc accurate animaduertat dominus iudicans,posito, non tamen concesso, quòd proprie non esse crimen læsę maiestatis,offendere dominum terrę: tamē non est iure expressa pœna: ergo erit arbitraria, quo casu dico,ꝙ potest imponi pœna mortis & confiscationis bonorum,vt est glo.singularis,institut.de iniur.§.in summa.& Bald. in l.j.C.ne sine iussu princi.vbi dat elegantem distinctionem,& inter alia sua verba dicit,quandoque lex non statuit de confiscatione bonorum, sed iudex ex arbitrio, quod habet in extraordinarijs criminibus: vt l.1.§.expilatores.ff.de effra.& expila. vel etiam in ordinarijs per accidens,vt l.hodie.ff.de pœ.vt omnia bona confiscare possit ex arbitrio,quasi ex suo arbitrio hoc possit: vt l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.& tunc concludit, quòd non potest hoc,nisi sit de summis magistratibus,& ita loquitur tex.d.l.1.ita dicit Azo,Odofre.& Cy.secundum Bal. ibi, quòd dicit esse notandum pro arbitrio dato Potestatibus: nam si quidem arbitrium conceditur Potestati,qui est summus magistratus,tunc potest omnia bona confiscare: si autem arbitrium conceditur alicui minori iudici tunc secus: ergo in casu nostro cum iste Potestas fuerit de summis magistratibus,& habuerit arbitriū,& bailiam in ista causa, sequitur, ꝙ potuit ꝯfiscare omnia bona,& imponere pœnam mortis, & istud est stupendum & mirandum in hoc quia deducit rem ad clarissimam decisionem,& est sine scrupulo,& nodo aliquo, ita per ꝯsequens concludo, ꝙ potuit confiscare bona omnia ipsius Iacobi Potestas Ferrariensis,& ista est pura & indubitata veritas, & cessat argumentatio de glo.in d.l.fi.C.ad l.iul.maiestat.cum similibus,& ita in hac dubitatione concludo. ¶ Venio nūc ad aliam dubitationem, in qua quęritur,ista sententia fuit publicationis omnium bonorum ipsius Iacobi,modo iste Iacobus habebat bona sita in territorio Bononiensi, vbi dominus Marchio nullam habet iurisdictionem,an talia bona sita Bononiæ veniant publicanda. Et in hoc non est fienda ampla disputatio: quia res est sine nodo, & est clarissima: nam, vt superius fuit ostensum, istud fuit crimen læsæ maiestatis,quo casu venit imponenda pœna mortis, & pœna confiscationis omnium bonorum: vt in d.l.quisquis.in versi.bonis omnibus.Modò Ioan.Andr.in additio.Specul.in titulo de accu.§.sequitur.in magna additio.versicu.Felicis Nicolai de Matarellis, quæstio quæ incipit,quidam inculpatus.inter alia tractat, an bonis damnati pro homicidio expresse publicatis sint publicata, quæ habebat extra districtum publicantis,concludit distinguendo. Aut iudex, qui publicauit, habet iurisdictionem

ctionem a iure communi, & secundùm ipsum ius commune, & eius ordinem pœnam imposuit. Aut vtrunque, vel alterum a lege municipali processit. Primo casu publicatio & omnis nota, quæ pœnam sequitur secundùm iuris communis ordinem extendetur, incorporatio autem fiet per officiales illius territorij, in quo sunt bona, per l. a diuo Pio. §. j. ff. de re iudi. l. cum vnus. §. penul. & ibi not. ff. de bonis auct. iudic. possi. l. tutores. §. hæres. ff. de admi. tu. l. si quando. & l. fi. C. de bon. vacan. libr. 10. facta similitudine, ꝙ plures tutores vnum pupillum repræsentant. l. si plures. §. j. ff. de pactis. & si sunt diuersarum prouinciarum vnus facit administranda designari illi tutori, qui res illius prouinciæ administrat: vt in d. §. hæres. sic plures officiales in diuersis prouincijs deputati repræsentant vnum fiscum, cui delata secũdùm diuersas administrationes vel prouincias cuique competunt administranda: vt l. si quis post hac. C. de bon. proscript. Constat autem, quòd ciuitates Italiæ sibi vendicant iura fiscalia, & iurisdictionem hodie diuersam in illis per ciuitates, sicut olim per prouincias: & ad hanc partem solutionis pertinet illud, quod scripsi in c. secundum. ll. de hære. libr. 6. in fi. magnæ glo. Ista sunt formalia verba Ioan. Andr. in præfata addit. & est bene tenendum menti hoc dictum Ioan. And. eo quia est vltimum. & idem Io. And. in sua glo. in d. c. cum secundum. dicit se intelligere illum tex. ꝙ bona hæretici sunt confiscata ipso iure a tempore commissi delicti, alle. l. 4. C. eo. & subdit, idem dico in crimine læsæ maiestatis: secus dicit esse in alijs criminibus. l. post contractum. ff. de dona. Et dicit se putare hanc confiscationem habere locum, etiam si filios haberet: & sic tenet ibi glo. ꝙ licet filios habeat damnatus de crimine læsæ maiestatis: tamen bona sunt ipso iure confiscata a tempore commissi delicti, quod est bene notandum in proposito: quia licet iste Iacobus habuisset filios: tamen bona eius sunt confiscata ipso iure: vt voluit gloss. in d. capi. cum secundum. ll. Facit, quod voluit Bart. in l. j. ad fin. C. de sum. tri. vbi dixit, quòd vbi iurisdictiones sunt distinctę, & bursę fiscales distinctę, & publicatio fit de iure communi, tunc extenditur

42 ad omnia alia bona etiam alibi sita, & † quælibet ciuitas dicitur procurator fisci: sed si esset procura. fisci, & ad vtilitatem fiscalem ad eius officium spectaret eius acceptatio, & incorporatio dictorum bonorum in fiscum, allegat. c. postulasti. de foro compe. Nec curat, an iudex habeat iurisdictionem a iure communi, an a lege municipali: sed hoc solum, an pronuntiet super eo, quod de iure communi est dispositum, an de nouo disponat. Cum ergo in casu nostro stet veritas, ꝙ de iure communi apponitur ista pœna confiscationis bonorum, vt est dictum, comprehendit omnia applicãda fisco loci, vbi sunt posita. & sic Bart. & Guliel. aliter loquuntur, quàm loquatur Nicolaus de Mar. & Ioan. And. in præfata addit. & etiam in d. c. cum secundum. ll. qui voluit, ꝙ ad fiscum condemnantis applicentur. Sed Guliel. & Bar. vbi supra tenent, quòd applicentur fisco loci, vbi sunt sita. Idem etiam tenuit Bal. in d. l. cũctos populos. ad fi. vbi dicit, ꝙ omnia bona confiscantur, non tamen omnia applicantur fisco iudicis pronuntiantis, sed fisco loci, vbi sunt sita. Facit, quod voluit Bal. in l. ex facto. la grande. ff. de hæred. insti. versi. sumitur argumentum ad quæstionem, aliquis habet bona in diuersis territorijs, & commisit delictum, propter quod omnia bona fuerunt confiscata. & sic duo fisci sunt, & vnusquisque occupat bona sui territorij, & sic Bal. in terminis tenet, ꝙ quilibet fiscus occupat bona sui territorij. Et per hoc apparet clara solutio ad id, quod dixit Bald. in l. iurisperitos. §.

43 j. ff. de excu. tut. vbi dixit, ꝙ † si habens bona in diuersis territorijs condemnetur ab vno iudice in ære & persona, quòd non extendetur ad bona alibi sita: qa Bal. loquitur eo casu, quo propter tale delictum nõ erant confiscata omnia bona: ideo non extenditur ad bona alibi sita. Sed in casu nostro de iure communi sunt confiscata omnia bona: vt est dictum. ergo quilibet fiscus in suo territorio occupauit bona ibi sita. idem etiam voluit dominus Anto. in c. postulasti. de foro compe. vbi refert doctrinam Guliel. de Cu. in d. l. 2. & suppletionem Bar. quam fecit in d. l. j. C. de sum. trini. & idem etiam voluit do. meus Io. de Imo. in d. l. ex facto. & alle. Bar. in d. l. cunctos populos. & allegat rationem: quia fiscus habetur loco hęredis. & etiam dicit, ꝙ vterque fiscus tenetur creditoribus condemnati, & etiam habet vterque fiscus actiones, quæ competebant condemnato, licet quilibet fiscus occupet bona dumtaxat sui loci, & secundum Petr. Bald. & Angel. ibi conuenietur quilibet fiscus habita consideratione ad suum territorium, & eodem modo aget sicut contingit in duobus tutoribus, quorũ administratio est diuersa: quia vnus non impediet se de his, quæ concernunt aliud territorium. l. inter tutores. ff. de admi. tuto. l. quæro. ff. de solu. Et sic præfati fisci censentur hæredes diuersarum hæreditatum. l. si certarum. §. j. ff. de testa. milit. Quinimo plus dixit, ꝙ tales fisci non videntur esse cohæredes: quia vno repudiante bona sui territorij illa non accrescunt alteri fisco. Et per consequens cum adinuicem non habeant ius accrescendi, non possunt dici cohæredes: sed potius hæredes diuersarum hæreditatum, & secundum hoc quilibet fiscus tenebitur respondere creditoribus sui territorij, quod est menti tenendum secundum eum. Ita formaliter dicit Io. de Imo. in d. l. ex facto. Et etiã istam partem sequendo dictum Guli. de Cu. tenuit subtilissimus doctor Io. de Lignano, in d. c. cum secundum. ll. & idem tenuit dominus Pet. de Ancha. ibi, referens distinctionem datam a Bartol. in dicta l. cunctos populos. allegat. l. si quis presbyter. C. de epis. & cleri. vbi partem habet ecclesia, partem patronus, allegat. l. fin. C. de exacto. tribu. libr. 10. & dictam l. iurisperitos. §. j. & idem do. Petr. in commento. c. j. de constitu. in 12. q. principali. refert & sequitur distinctionem Bar. dicit tamen se dubitare, quãdo est de iure communi delictum & cõfiscatio, sed ordo procedendi & condemnandi est de iure statutario: puta quòd cõtumax habeatur pro confesso, an hæc sententia trahatur ad bona alibi sita, licet delictum intentatum de iure communi mereatur publicationem omnium bonorum, & ponit exemplum in crimine læsæ maiestatis, ideo intelligitur secundum eum dictum Bart. cum tam delictum, q̃ ordo procedendi sit de iure communi. Sed idem si est de iure speciali modus procedendi, & constat de delicto aliter, quam per fictam confessionem, quæ descendit ex contumacia. Modò in proposito no-

44 stro decidit dominus Petr. quòd † in crimine læsæ maiestatis publicantur omnia bona de iure communi, & applicantur fisco loci, vbi sunt sita. Item dicit hoc procedere, quando modus procedendi & condemnandi etiam est de iure speciali, si liquidò constet de delicto, publicantur bona alibi sit, & applicantur fisco loci, vbi sunt bona. Modò in casu nostro istud est delictum de iure communi, & cõfiscatio omnium bonorum de iure communi, & constat de delicto liquidè per confessionem ipsius Iacobi, & non fictè per contumaciam, sequitur, ꝙ sunt confiscata omnia bona & applicata, vbi sunt sita. Et per consequens bona sita Bononiæ sunt applicata fisco Bononien. Et ex hoc apparet responsio ad id, quod

quod dixit Bal.in l.2.C. ad l.iul.de vi, vbi refert opinionem quorundam dicentium,quòd si simpliciter sunt publicata bona alicuius, hēt bona alibi, quàm in loco iudicij, ꝙ isto casu non extenditur ad bona sita extra:quia Bal.loquitur eo casu,quo de iure cōmuni tale delictum non merebatur cōfiscationem omnium bonorum:secus vbi de iure communi sequeretur confiscatio omnium bonorum:quia tunc esset secus:vt est in crimine læsæ maiestatis.& sic do. Pet.in indiuiduo determinat istam quæstionem.Facit etiam, quod voluit Albericus de Rosate in suo solenni tractatu statutorum,in 3.parte in 2.quęstione, vbi refert fuisse de facto quæstionem Placentiæ tempore Iacobi Balduini, ꝙ talis sententia extenditur ad bona alibi sita.Et facit etiam,quod voluit do. Pet.de Anchara.in d.c.primo.in loco allegato superius,vbi facit mentionem de disputatione Ricar. & refert tenuisse dictum Io.Cald. qui tenuit contra illam disputationem. ita dicit tenuisse in repeti.capi. postulasti.de foro compe.in 8.quæstione, quòd vbi imponitur pęna confiscationis omnium bonorum ipso iure,sequutus est opinionem Io.Cal. Sed in pęna, quæ infligitur per sententiam, tenuit cum Ricar.Malum.& posuit ibi do.Pet.rationes suas,& addit,quod ipse dixit in repeti. ca. ea quæ fiunt a iure. de regul.iur.lib.6.in 21.quæstione.Et sic do.Pe.reducit ad concordiam opinionem Ricar. cum opinione aliorum doctorum, vt distinguatur,an apponatur ipso iure, an per sententiam. Cum ergo in casu nostro pœna confiscationis omnium bonorum apponatur ipso iure a lege,vt superius dictum est:ergo quilibet fiscus occupauit bona sita in suo territorio, cum de tali delicto constiterit per confessionem ipsius Iacobi,seqtur ex prædictis, ꝙ omnia bona sunt publicata,& debentur fisco loci, vbi sunt sita, & sic bona existentia Bononiæ cum sint bursæ fiscales diuisæ, iurisdictiones distinctæ, ꝙ debentur cameræ Bononiensi,& sic illa vendicat sibi fiscus Bononiensis.Et ita concludo.¶ Capio nunc aliam dubitationem,cum quæritur de indignitate ipsius Iacobi. Et certè dicendum est,ꝙ ex quo dictus Iacobus fatetur se venenasse dictum

45 † Bartholomęum testatorē, est indignus hæreditate ipsius:&ideo fiscus propter eius indignitatem sibi potest auferre illam hæreditatem.l.hæreditas.C.de his qui.vt indig.l.si ab hostibus.§.j.ff.solu.matri.l.2.ff.de his qui. vt indig.l. cum ratio.§.fin.§.de bo.damn. & ibi dixit Bar. ꝙ quis nō potest succedere ei, quem interfecit, sed bona veniunt ad fiscum,per illum tex.ibi.& quod voluit idē Barto.in l.2.§.fratris.ff. si quis ali.testa.prohi. vbi dicit,ꝙ si quis occidit eius consanguineum,& est proximior consanguineus,tunc bona confiscantur, idē voluit Bald.in l.eam quam.C.de fideicomm.in ver. hæc faciunt ad quæstionem.vbi quærit, frater occidit fratrem, an hæreditas fratris occisi debeat confiscari: & dicit,ꝙ frater occidēs potest adire,& ipsum ius adeundi transit ad fiscum, allegat.l. his consequenter.§.j.ff.fami.er. Et idem dicit, si filius occidit patrem: quia non succedit nepos,sed filius,allegat Cyn.in l. hæreditas.C.de his qui.vt indi. Nec obstat auth. bona damnatorum.C. de bon.dam. quia illo casu fiscus non venit ratione capitalis condemnationis, sed ratione indignitatis. Facit text. in d.l. his consequenter.§.j.vbi si quis occidit testatorem, sibi non denegantur actiones hæreditariæ, donec fiscus ei auferat ratione indignitatis.Facit etiam l.Lucius. ff.de iure fi.facit,quod voluit Albe.de Rosa.in 3.par te statutorum, quæstione 54. vbi frater occidit fratrem, an successio fratris occisi spectet ad filios fratris occidentis,& refert fuisse decisum bona debere publicari,allegat.d.l.cum ratio.§.fin.& d.l.si ab hostibus.§.fi.Facit gl.in authen.si captiui.C.de epis. & cleri. vbi si filius neglexerit redimere patrem, non solum potest exhæredari,sed lege denegatur ei successio,& ibi dicit gl.ꝙ applicatur ecclesiæ. Et per cōsequens hæreditas applicatur fisco.Facit, quod voluit Ang. in l.fi.ff.si qs ali.te.prohi. vbi dicit,ꝙ si frater occidit fratrē, eius hrēditas applicat̄ fisco. Facit, qđ voluit Sal.in d.l.hæreditas.vbi dicit,ꝙ si hr̄s occidit testatorem reputatur indignus, licet antequam fiscus auferat, ipse sit hæres,& hæreditarias actiones exerceat,& dicit, ꝙ si legitimis hæres occidit defunctum,ꝙ si secus aufert ei hæreditatem.& facit,quod voluit Bal.in c.j.§.similiter.in titu.qui.mo.feu.amit. vbi decidit,ꝙ hęreditas venit ad fiscum,& idem Bal. in l.j.C.de hæredi.instit.in 10.q.dicit, ꝙ quilibet populus habens iurisdictionem & imperium poterit auferre hæreditatem hæredi, qui occidit testatorē: adeo ꝙ fiscus præfertur substituto:vt l.si sequens.& ibi glo.& Barto.ff.ad silla.Et facit,quod voluit idem Bald. in d.auth. si captiui. Modo reducendo ista ad propositū huius consultationis dico, ꝙ in casu nostro ista sunt necessaria : ex eo quia posito ꝙ iste Iacobus non fecisset venenari illum defunctum, nihilominus propter crimen læsæ maiestatis omnia sua bona sunt fisco applicata:ideo filij, aut eius hęredes nihil consequi possunt : cum etiam non dicatur habere hęredem,aut successorem:vt l.quisquis. C. ad l.iul.maie. ideo non videtur esse insistendum super ista indignitate quoad hæreditatem Bartholomæi:quanto ergo fortius in casu nostro iste Iacobus erit priuatus ipso facto bonis prouentis ad eū ex successione illius Bartholomæi, cum illum venenauerit,& sic probatione deciderit, adeo ꝙ si eēt frater ipsius Bartholomæi hæreditas deberet peruenire ad fiscum, & non ad filios ipsius Iacobi: ergo sequitur in casu nostro sine aliqua dubitatione, ꝙ bona sita Bononiæ, quæ fuerunt ipsius Bartholomæi peruenta ad ipsum Iacobum ex institutione prædicta sunt acquisita fisco Bononien. & per consequens filii ipsius Iacobi nihil ex eis consequi possunt:quia non ex persona ipsius Iacobi,nec ex persona eorum.ergo sequitur,ꝙ ad fiscum Bononiensem spectant & pertinent.Et ita concludo.¶ Capio vltimam dubitationem, quæ est talis:fiscus Ferrariensis omnia bona illius Iacobi sibi incorporauit, tam existentia Ferrariæ,quàm alibi, & illa alienauit titulo donationis, & donatarius illa alienauit cuidam Bononiensi, qui longo tempore illa pacificè possedit.An fiscus Bononiensis possit illa talia bona vendicare a dicto possessore, qui illa cum titulo tenet, & possidet.Et quidem facit non mediocre dubium id,quod voluit Ricard.Malumb.in quadam sua di-

46 sputatione dicens, ꝙ leges † & canones volentes posse cognosci de crimine hęresis post mortem, debent intelligi infra quinquennium, ꝙ Bar.dicit esse menti tenendum propter inquisitores,qui inquirūt post mortem, & publicant bona,& sic sentit Bar.in l.2.C. de aposta. vbi refert illam disputationem Ricar.ꝙ bona post quinquennium non possunt publicari.facit simile, quod habet in l.commissa.ff. de publica.& ibi per Bar. & quod voluit Bald. in l.2.C. de vectiga. Cum ergo in proposito nostro fiscus Bononiensis non vendicauit,& incorporauit sibi talia bona sita in suo territorio. sequitur, ꝙ est præscriptū, adeo quòd non posset cognoscere de crimine. Et si dicatur, Bart.& Ricar. loquuntur in crimine hæresis,sed non habet locum in crimine lęsę maiestatis. Ad hoc est dicendum, ꝙ quoad publicationem bonorum ista delicta sunt æquiparata: vt per glo.in d. c.cum secundum.ll.de hęr.li.6.& per Ang.in l.a doptiuum.ff. de in ius vocan. & ideo fiscus Bononiensis potest

fis potest agere contra istum possidentem cum titulo: quia per dictum tempus videtur præscripsisse, maximè, cum illa bona habeat ex causa onerosa. Secundo, si volumus habere considerationem ad filios illius Iacobi, an possint auocare dicta bona a dicto emptore, & circa hoc non est curandum ex eo: quia quoad eos liberas ædes habet iste emptor ex his, quæ superius dicta sunt, cum talia bona sint fisco quæsita ex delicto ipsius Iacobi: primo propter crimen læsæ maiestatis: secundo propter venenum datum illi defuncto, vt est dictum. Si verò volumus habere considerationem ad ipsum fiscum Bononiensem, videtur dicendum, ꝙ non possint ab eo vẽdicari talia bona, ꝙ apparet liquidò primo glos. solenni in l. manicheos. C. de hære. quam glo. Bart. immemor non allegauit in d. l. 2. C. de aposta. quæ dicit, ꝙ quatenus bona veniunt publicanda fisco, sufficit præscriptio quinquennij. Et allego optimum simile in l. 2. C. de vectigal. & commis. vbi tex. notabilis dicit, ꝙ in bonis delatis fisco propter vectigal non solutum pręscriptio spatio quinque annorum. Et idem no. Bar. in l. commissa. superius allegata. Et sic probant ista iura, ꝙ vbicunque bona sunt delata fisco, & adhuc non sunt incorporata camerę fiscali, præscribuntur spatio 5. annorum, quod Bar. ibi inducit ad statutum disponens ipso facto bonorum publicationem, vt post quinque annos a tempore publicationis non possit agi, & idem voluit Bald. in d. l. 2. quinimo allego text. in l. j. & 2. C. de quadri. præscrip. vbi sufficit præscriptio quatuor annorum. Et etiam si allegetur. l. in omnibus. ff. de diuer. & tẽpo. præscrip. sufficit præscriptio. 20. annorum, & in l. quanuis. ff. de vsur. requiritur minor præscriptio. & sic si fiat discursus iuriũ in hoc passu, cum sint lapsi. 22. anni, quibus lata fuit sententia, sequitur, ꝙ est præscriptum, adeo ꝙ camera Bononiensis nullo modo potest vendicare bona incorporata per fiscũ Ferrariensem, & alienata in donatarium, & ab eo vendita huic possidenti. Et si opponatur, amice, fiscus Bononiensis ignorauit hanc publicationem, ergo sibi non currit pręscriptio, vel saltem debet restitui. l. j. §. si quis propter. cum simil. ff. de itine. actuque priuat. Ad hoc respondeo, negando assumptũ, ꝙ imo sciuit, vel scire debuit sententiam publicationis, ex eo quia fuit notoria, & lata in loco vicino, quo casu præsumitur scientia: vt in c. quanto. & ca. quosdam. de præsump. l. si vicinis. C. de nup. cum si. ergo. Et per consequens videtur, ꝙ iste emptor sit tutus & securus quoad talia bona empta sita Bononiæ, nec fiscus Bononiensis poterit illa bona vendicare. Et ista erant, quæ faciebant dubiam hanc consultationem. ¶ Sed istis non obstantibus, quæ verè non obstant, in contrarium mihi videtur pura veritas. Et de hoc allego tex. singularem decidentem in indiuiduo hanc hæsitationem, videlicet in c. 2. de

47 præscript. li. 6. vbi † dicitur, ꝙ bona hæreticorũ præscribuntur per catholicos, qui bona illa possederũt bona fide per quadraginta annos etiam contra ecclesiam Rom. Et reuerendus pater do. Abbas. in ca. cum nobis. de præscrip. in versic. extra glo. oppo. dicit, ꝙ per illum text. confunditur opin. Bar. in l. 2. C. de aposta. quia dictum eius est apertè contra illum tex. Nisi dicamus saluando dictum Bar. ꝙ quatenus veniunt bona publicanda fisco iudicis secularis ꝓcedat illa præscriptio quinquennij. quinimo glo. in d. l. manicheos. non senserat apertè de illa præscriptione quinquennij: loquitur enim per verbum forte. Et procedit illa gloss. quando sunt applicanda fisco laici. Aut bona veniunt applicanda fisco ecclesiastico. & tunc procedat text. d. c. 2. Et ex hoc infert dominus Abbas in d. capi. cum nobis. quod licet iura faciant differẽtiam inter bona delata fisco, & incorporata cameræ fiscali, & inter bona delata adhuc non incorporata, vt primo casu requiratur pręscriptio. 40. annorum: vt l. competit. C. de præscrip. 30. an. & ita procedat glo. in §. res fisci. instit. de vsucap. Secus si non sunt incorporata, & ista differentia non habet locum respectu ecclesiæ, sed semper vniformis est præscriptio: requiritur tempus 40. annorum, vt probatur. in d. c. 2. & certum est, ꝙ fiscus Bononiensis est fiscus ecclesiæ Romanæ. Et per consequens non est præscriptum fisco ecclesiæ, nisi spatio 40. annorum: vt dixit text. d. c. 2. in versic. si vero post mortem hæreticorum, qui catholici putabantur, bona eorũ a catholicis filijs, vel nepotibus, aut extraneis quibuscunque. 40. annorum spatio bona fide possessa fuerint, sancimus super huiusmodi bonis non esse molestandos. quanquam illi, quorum bona fuerant, non detegantur hæreticos extitisse. Et sic dominus Abbas limitat illam doctrinam nõ habere locum in fisco ecclesiæ. & ideo gl. in d. l. Manicheos, licet dicat, ꝙ post mortem potest quis accusari vsque ad quinquennium in crimine hæresis, & in crimine læsæ maiestatis, tamen loquitur dubitando. Item glo. in d. l. j. C. de apo. dixit, ꝙ imo potest accusari perpetuò, & sic tenet cõtrarium eius, quod tenuit in d. l. Manicheos. Item dicit etiam illa glos. vel post mortem testatoris potest accusari vsque ad quinquennium: sed viuo testatore potest accusari perpetuò: & sic non extinguitur quinquennio. quinimo Raphael Fulgosius in d. l. j. refert ibi Albe. de Rosate determinare, ꝙ non finitur quinquennio: & quicquid sit de iure ciuili, tamen de iure canoni-

48 co est expeditum, quòd post † mortem finitur dumtaxat spatio 40. annorum, allegat. d. c. 2. ad fi. de pręscrip. lib. 6. Et sic quoad fiscum ecclesiæ non pręscribitur. Et est diligenter considerandum: quia dominus Abbas. in d. c. cum nobis. non distinguit, vtrum text. d. c. 2. procedat in rebus, quas hæreticus habuit ab ecclesia: vt voluit gloss. in d. capit. 2. an in alijs rebus, & ita etiam loquitur Raphael Fulg. non distinguens de quibus rebus. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ imo ille tex. procedit in rebus, in quibus ecclesia habet directum dominium: sed nos loquimur in alijs rebus non habitis ab ecclesia per ipsum Iacobum: imo illas habuit iure successionis propter mortem illius de Lamella: etiam ad hoc respondeo, & pone ꝙ sit ita, ꝙ ille text. habeat locum in fisco ecclesiæ quoad bona acquisita ab ecclesia: nihilominus in casu nostro nullo modo potuit incipere pręscriptio contra cameram Bononiensem, nec a fisco Ferrariæ, nec a donatario habẽte causam a domino Marchione, nec etiam ab isto possessore, qui habuit titulum a dicto donatario, ꝙ sic ostendo: mala fides impedit præscriptionem. c. fi. de præscrip. c. malæ fidei possessor. de reg. iur. libr. 6. cum si. Modò mala fides versatur in casu nostro tam aduersus fiscum Ferrariensem, & etiam dictum donatarium habentem causam ab eo, quàm etiam aduersus illum emptorem: ergo sequitur, ꝙ nullus eorum potuit præscri-

49 bere, quod sic ostendo, ex dispositione † iuris communis bona rei læsæ maiestatis sunt ipso iure confiscata: vt l. quisquis. C. ad l. iul. maie. & sæpenumero superius demonstraui, & facit l. j. C. de apo. in versi. fisci dominio vendicari, & ibi glo. dicit idem in crimine læsæ maiestatis. Et sic cum tex. ibi dicat vendicari dominio fisci, disponit, fiscum esse dominum; quæ iuris dispositio, cum sit vulgaris, debet sciri ab omnibus. l. leges. C. de legib. & esset lata culpa hoc ignorare. item ꝙ bona, quæ sunt in territorio alterius applicantur a iure fisco illius territorij in crimine læsæ maiestatis, superius fuit ostensum. Ergo eo

ipso,

ipso, ꝙ camera Ferrariensis sibi vendicauit bona sita in territorio Bononiensi, fuit in mala fide: quia contra iuris dispositionem illa sibi vendicauit: ergo fuit in mala fide. c. qui contra, de reg. iur. libr. 6. facit c. j. de præscrip. lib. 6. quinimo dico, ꝙ quoad fiscum Ferrariensem non est dare titulum: quia licet in sententia condemnationis dicatur, ad confiscationem omnium bonorum applicandorum cameræ Marchionis: tamen intelligitur de bonis positis in suo territorio, & nō de positis in territorio alieno: vt in primo dubio demonstraui. & ideo non est dare titulum: & per consequens doctrina Archi. in dicto capitu. j. qui dicit, ꝙ præsumitur bona fides, si ostendatur titulus, item quia dominus sciuit istam possessionem fore positam in ciuitate Bononiæ, & sic fuit in mala fide: ergo non potuit præscribere, nec potuit causari præscriptio quoad illum donatarium. licet enim habuerit titulum, tamē fuit in mala fide: quia
50 ex iniusto titulo, cum † sciuerit, aut scire debuerit, quæ sunt paria: vt l. quod te. ff. si cer. pet. ꝙ Marchio donauit rem spectantem ad fiscum Bononiæ, & per consequens fuit in mala fide, & sic non præscripsit: vt in d. c. malæ fidei possessor. nec interuenit præscriptio quoad istum emptorem: ex eo quia iste emptor est Bononiensis, & sciuit, aut scire debuit istam possessionem spectare ad fiscum Bononiensem per supradicta. ergo contra iuris dispositionem est mercatus: ergo non potuit præscribere. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. c. qui contra iura. de re. iu. li. 6. ergo tanquam malæ fidei emptor, aut possessor non potuit præscribere, & per consequens sequitur, ꝙ siue dicta bona sita Bononiæ fuissent incorporata fisco, siue nōn dictus emptor, nec donatarius, nec dominus Marchio potuerunt præscribere dicta bona, etiam si per mille milia annorum possederint dicta bona: cum eos concomitetur mala fides: vt in d. c. fi. de præscript. Modò si opponatur de distinctione Bart. in l. in omnibus. de diuer. & temp. præscript. vbi dicit, ꝙ si bona sunt delata fisco propter aliam causam, quàm propter vectigal nō solutum, & tunc aut sunt denuntiata fisco, & tunc sufficit spatium quatuor annorum, & iste non est casus noster: quia non apparet, ꝙ fuerint denuntiata fisco: vt l. inter quatuor. eo. tit. l. j. §. diuus. ff. de iure fisci. Aut non sunt denuntiata fisco, & tunc aut possidet cum titulo. 10. vel 20. annorum, & sufficit: vt l. quanuis. C. de vsucap. aut sine titulo, & tunc sufficit spatium 30. annorum. Et cum hac distinctione transeunt communiter omnes in c. cum non liceat. & in d. c. cum nobis. de preścriptio. & Ange. in dic. l. inter quatuor. ego respondeo, & dico, ꝙ prædicta limitantur, & restringuntur, vt intelligantur cum titulo scilicet, & bona fide. & ita formaliter dixit Sal. Bononiensis in l. j. C. de quadrien. præscript. Et subdit ibi Saly. in 5. dubio, in vers. quintum dubium est, quia præscriptio quadriennij est præscriptio. 20. annorum, tuetur malæ fidei possessorem bonorum vacantium, an in hac parte sit correcta de iure canonico. videtur ꝙ sic, per. c. fi. de prescrip. quod vniuer-
51 saliter loquitur, vt † nulla absque bona fide valeat præscriptio tam ciuilis quàm canonica. In contrarium allegat: quia istud. c. fi. loquitur in quæsitis nō in quærendis. Postea decidit contrarium, videlicet ꝙ talis præscriptio sit correcta, nisi fiat cum bona fide, ꝙ dicit esse vtile scire: quia talis exceptio potest opponi in foro ciuili, & postea in 6. dubio Salyc. ibi idem firmat, vt mala fides impediat in vocantibus præscriptionem. Modò ista doctrina deducit istam dubitationem ad veram decisionem, ꝙ nullo modo sit præscriptum istis bonis cum mala fide. Quinimo plus dico, ꝙ cum non fuerit facta denuntiatio istorum bonorum fisco Bononiæ, ꝙ si fiat detractio temporum, vt in statutis Bononiēsibus est cautum, non reperientur 10. anni integri ad huius præscriptionem, vt si fiat detractio guerrarum, & pestilentiarum, & similium, vt no. plenè per Bartol. in l. naturaliter. ff. de vsucap. per scribentes in ca. transmissam. de præscriptio. & sic non remanebit integra p̄scriptio 10. annorum. Quinimo plus dico, ꝙ Bononiensi fisco ista præscriptio non præiudicauit ex eo, quia fuit ignorans, ideo non præiudicauit sibi præscriptio. capi. quia diuersitatem. de conces. præben. c. nos quidem. de testa. l. j. §. si quis propter. ff. de iti.
52 actuque priua. cum si. quia cum sit factum † alienum in alieno territorio gestum, præsumitur ignorantia: vt l. fi. ff. pro suo. & c. ab excommunicato. de præscri. Nec ob. ꝙ fama erat notoria, ꝙ ille Iacobus fuerat captus, & mortuus, & bona confiscata: quia ad hoc respondeo, ꝙ non tenebatur credere huic famæ, quæ sæpe fallit: vt in l. fi. cum si. ff. de hære. instit. Et si dicatur, quomodo ergo ista publica fama preiudicat donatario, & emptori, & non fisco Bononiensi: Respondeo, ꝙ donatarius erat illius loci, vbi agitatum fuit iudicium, ideo non erat necessaria fama ad inducendum eum in malam fidem. Quoad emptorem dico, ꝙ præsumptio est, ꝙ emptor bene de hoc fuerit instructus per tex. l. qui cum alio. ff. de re. iur. & in eo concurrebat fama publica, & etiam plena informatio, quam præsumitur habuisse in emendo dicta bona donata per Marchionem Ferrariæ. Et sic in eo inest omnis mala fides, & per consequens nullo modo præiudicauit talis præscriptio cameræ Bononiensi. l. Atilicinus. ff. de serui. vrb. prędi. Nec ob. allegata in contrarium: quia ad ea apparet solutio ex supradictis. Et ex istis cōcludo, fiscum Bononiensem posse vendicare bona sita Bononiæ possessa per istum emptorem,

EPITOME.

¶ Negotiorum gestor, seu procurator potest repetere expensas, quas fecit pro eo, cuius negotium gessit.

SVMMARIVM.

Tacens in actu concupiscibili præsumitur consentire. nu. 1.
Obligationes, & contractus deus non subiecit Imperatori. nu. 5.
Pacta & obligationes suos auctores sequuntur. nu. 8.
Depositarius non debet esse in damno. nu. 9.
Testibus quæ probentur. nu. 12.

CONSILIVM LXXI.

ET quidem Viso puncto, & solenni animaduersione pensato, videtur de iure dicendum, ꝙ inclita maiestas regia teneatur & obligata sit dicto domino Thomæ ad omnes pecuniarum quantitates, quas dictus domi. Thomas soluit, seu soluere promisit castellanus & aliis officialibus deputatis ad custodiam ciuitatis, & fortiliciorum nolentibus exire dicta fortilicia, nisi prius solueretur eis de suis stipendijs. Et ad hoc demonstrandum præmitto id, quod in contingentia huius negotij actum extitit: nam stupendus princeps & ab omni natione celebratus Philippus Maria dux Mediola. Italiæ decus, & ornamentum ingentissimum, & consignauit, & deposuit, atq; transtulit omnem gubernationem & plenum dominium dictæ ciuitatis Astensis, castrorum & fortiliciorum dicto domino Thomæ, tanquam

quàm seruo fideli, & consiliario sapientissimi domini regis, cum conditione, ꝙ habita certa declaratione liberè consignaret dictam ciuitatem domino regi, seu regio locumtenenti, & ita ipse dominus Thomas promisit regiæ maiestati facturum, & sic apertum & clarum est, ꝙ dominus Thomas fuit depositarius, & quidam (vt ita dixerim) mediator, & sequester ad transferendū dominiū dictæ ciuitatis in ipsum do. regem, & ita transtulit, & cōsignauit dominiū dictæ ciuitatis in locumtenentē ipsius regis, recipientem nomine, & vice ipsius regis, & dñs rex consensit consignationi, & translationi dñij fiendæ in ipsum do. Thomā, vt esset depositarius, & mediator, & sequester, vt adueniente declaratione transferret dominium dictæ ciuitatis in ipsum regem, aut eius locumtenentem. Et sic, vt confidatus tam a rege, quàm a duce fuit electus: quo casu ista dubitatio est verissimè decisa: nam Ang. in l. interesse. ff. de acquir. posses. dicit, ꝙ sequester, seu depositarius, qui est electus a partibus, potest petere mercedem, & salariū suæ custodiæ, allegat text. & gl. in l. si oleū. ff. de dol. idem sequitur in d. l. interesse, do. me. Io. de Imo. & etiam Ludo. Roma. idem voluit Bal. in d. l. si oleum. qui colligit ex glo. ibi, ꝙ sequester potest recipere mercedem custodiæ suæ: & hoc quando eligitur a partibus, secus dicit, qñ eligitur per iudicem publica auctoritate: qa tunc non debet pati damnū ex illa custodia, alleg. text. l. fi. C. de bo. auctor. iudic. pos. ante finē illius l. & ita residet ibi Bal. Et idem dixit Ang. in d. l. interesse. dicens, ꝙ quaado sequestrū, vel depositio fit per iudicem, in nullo commodo, vel damno debet depositarius versari, alle. in argu. d. l. fi. circa fi. de bo. auctor. iudi. possi. Et subdit etiā Ang. ibi, ꝙ si iudex videre depositariū, aut sequestrū versari in damno, ꝙ poterit ex iusta causa constituere sibi salarium, arg. l. j. C. de præbend. salar. libr. 10. & l. mulier in opus salinarium. ff. de cap. & ita ibi residet Ang. quem ibi sequitur Io. de Imol. & Lu. Ro. Et bene facit, qđ voluit idem Bal. in d. l. fi. vbi colligit, ꝙ depositarius nō dēt remanere in dāno. Quòd autem dominus rex cōsenserit, apparet ex eo: qa dr̄ in puncto, ꝙ ad hoc vt ipse rex certificaretur de bona, & vera intentione domini ducis, quā habebat de tradēda sibi dicta ciuitate, habita dicta declaratione placuit præfato dño duci consignare dñium plenū, &c. dicto domino Thomæ, cum hac conditione, ꝙ habita dicta declaratione a rege, liberè consignaret dictam ciuitatē in manibus regis, seu dñi Tailini, & sic promisit dictus do. Thomas habita dicta declaratione se factură, etiam si dominus dux nollet. Et sic apparet, ꝙ dñs rex habuit notitiam qualiter dominus dux transtulerat dominiū in manibus dicti domini Thomæ, ꝙ apparet ex eo: qa dicitur vt rex ipse certificaretur de bona & vera intētione dñi ducis. Ex quibus verbis apparet præsumptio, ꝙ dominus rex sciuerit talē commisionē, eo magis cum dominus rex iam tunc misisset dominum Tailinū pro recipiēda dicta ciuitate. Et sic præsumptio est, ꝙ sciuerit, ex quo habebat locumtenētem regium in dicta ciuitate, & iam dominus dux trāstulerat dominium in ipsum do. Thomā, vt rex certificaretur, & dominus Thomas erat, & consiliarius, & fidelis, & amatus seruitor regis, & iā dominus rex versus ipsum Thomasium exercuerat suā regiā & solitā liberalitatē, donādo castra, seu comitatū dicto dño Thomę, & res ista erat notoria, ex quo notoriè dominus Thomas habebat gubernationem dictæ ciuitatis, verisimile est, ꝙ istis concurrentibus dominus rex sciuerit, & notitiam habuerit, ꝙ in dictum do. Thomam translatū fuerat plenum dominiū dictæ ciuitatis, arg. eorum, quæ not. in l. si tutor. C. de pericul. tu. c. proposuisti. 82. di. ca. j. de postula. prela. cum si. Cū ergo rex sciuerit, aut sciuisse illum presumitur illum dominum Thomā fuisse datū pro ꝯfidato seruitore suæ regiæ maiestatis, habet perinde, acsi ipse rex elegisset dictum dñm Thomam, aut saltem videtur consensisse per id, quod pulchrè voluit Inn. in c. ex parte decani. de rescrip. & in c. in nostra. de procur. & in c. cum in iure peritus. de offi. delega. quem sequitur Arch. in c. qui ad agendum. de procur. li. 6. & Cy. in l. si pecuniam. C. de neg. ge. & Bal. in l. 2. ad fi. ff. so. ma. & in l. 2. C. si ex fal. instru. & facit tex. in l. j. §. magistratū. ff. de exercito. & in l. sed & pupillus. ff. de inst. & in l. fi. ff. qđ cū eo. & optimè hoc probat tex. in c. j. de iureiuran. li. 6. in quibus locis dicit Inn. ꝙ si ego scio aliquē se gerere pro meo procuratore, & non ꝯtradico, videor dare sibi mādatum. Et multofortius in casu nostro: quia vtile erat regiæ maiestati, ꝙ dominiū dictæ ciuitatis esset translatū dicto domino Thomæ cū conditione superius dicta, quo casu multofortius presumitur consentire dominus rex: cum agatur de commodo regis tacentis, vt eleganter voluit idem Inn. in c. cum in genesi. de elec.
1 vbi dixit, ꝙ† in actu concupiscibili, & honorabili tacens præsumitur consentire, & voluit Bar. in l. sępe. ff. de re iud. & facit tex. & gl. in l. qui patitur, & tex. in l. si remunerandi. §. si passus. ff. mand. Et ideo gl. solenn. in l. j. ff. de neg. ge. dixit, ꝙ ille, qui gerit negotia vtiliter alterius ex tacito mandato legis, puta quando quis scit aliquem gerere eius negotia, & patitur, videtur consentire, & per consequens obligatur, & hoc Bart. dicit procedere, quando illud tale agebat ad commodum tacētis. Modo in proposito nostro sit tenere volumus, quod iam de iure possumus, & debemus, ꝙ dictus dominus Thomas videatur datus vt confidatus a partibus pro depositario, sequitur, ꝙ nō solū debet euitare damnū, sed imo debet inuitari ad præmiū & mercedē: vt voluit gl. Bald. & Ang. & sequaces in locis allegatis superius. Et per ꝯsequens non solum cōsequitur expensas, quas fecit soluendo, aut obligādo se officialibus prædictis, ad hoc vt posset recuperare ciuitatem de manibus dictorum officialium, & iam debet in omnem sanū & exercitatū intellectum cadere, ꝙ dictus do. Thomas certificauerit regiā coronā de translatione dominij facta in eum, ex quo erat fidelis & amatus seruitor regius. Si verò volumus dicere, ꝙ dominus Thomas fuit depositarius dūtaxat, deputatus a domino duce, & dominus rex nunquam de hoc habuit notitiā, qđ non est dicendū: qa ex quo erat factū regis, & cognitū locumtenenti regio, & ꝯsiliario regio & seruitori, pręsumptio est, ꝙ notitiā habuerit, arg. cle. causam. de elec. & c. constitutus. de testi. & qđ no. p Bar. in l. de pupillo. §. si qs ipsi prætori. ff. de ope. no. nun. nihilominus nō debet depositarius remanere saltē in dāno: vt voluit tex. in d. l. fi. de bo. auctor. iud. pos. Et eo maximè: qa res acta & gesta extitit ad cōmodum, & vtilitatem regiæ coronæ, iuxta illud, qđ preclarè scripsit Lucanus in prope principium. Multū, inquit, Roma tamen debes ciuilibus armis, ꝙ tibi res acta est: idest ad vtilitatē tuā. Idcirco posito, non tamen cōcesso, ꝙ ille magnificus vir locumtenens regius non fecisset promissionem nomine regio de satisfaciendo dictas expensas dicto domino Thomæ; tamen dominus rex teneretur, ex quo negociū fuit vtiliter gestum pro ipso rege. vnde glo. multùm solennis in l. ex parte. ff. famil. er. iu versicu. obtinuit. vult, ꝙ si negotiorum gestor vtiliter incepit negotia alterius gerere, & postea fuit sequutus tristis, & malus exitus, & finis, ꝙ expensæ repetuntur. & sunt restitnendę per eum, cuius negociū gestū est. & peroptimè facit text. in l. tutor qui. §. si post. ff. de admi. tuto.

tuto. vbi si tutor incepit rem pupilli gerere vtiliter, licet postea sequat̃ effectus malus, nihilominus est excusatus, & tex. in l. qd ergo. §. sufficit. ff. de con. tutel. ac. in ver. sufficit bene & diligenter negotia gessisse, & si euētū aduersum habuerit, ꝙ gestū est, & hoc sequitur ibi Nico. de Neapo. Facit tex. in l. sed an vltro. §. fi. in ver. vt euentum non spectemus debet vtiliter esse cæptum, & quod scripsit pulchrè Boetius. Hic nostris malis cumulus accessit, ꝙ æstimatio plurimorū, non rerum merita, sed fortunę spectat euentū, eaq; † tm̄ iudicat esse prouisa, q̄ felicitas cōmendauit. Et facit gl. solēnis, quā ibi magnifacit do. Ant. in c. cum apostolica. de his quæ fi. a præla. & facit gl. valde elegans. 83. di. in principio, quæ dicit, ꝙ si medicus curauit infirmum, & infirmus est mortuus, medicus repetit expēsas, licet exitus fuerit malus, alle. d. l. sed an vltro. & etiam ibi dicit gl. ꝙ si medicus se sponte offert, vel infirmus nolit, ꝙ cum curet, medicus nihilominus si curauit, & tristis exitus fuit sequutus, ꝙ debentur sibi expensæ. Modò in proposito nostro si dictus do. Thomas vtiliter gessit negociū, & prosperè finiuit illud ad commodum regiū, quare est, ꝙ non teneatur dominus rex ad illas expēsas: certè non est dare rationem in cōtrarium, posito ꝙ ille locūtenens promisisset soluere expēsas nomine ipsius regis, erit ne ista retributio regia, vt est tritū antiquitate prouerbiū. mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis cōsueuerūt hospitibus exhibere: vt dixit tex. i c. & si iudæos, de iudæis, & 13. q. j. §. j. ad fi. & iuxta illud Cęsaris relatū apud Luca. Hoc cruor arthois meruit diffusus i aruis: vulneraque, & mortes, hiemesq; sub alpib⁹ actę. ita accōmodatè est dicēdū de isto splēdido milite, vt vtiliter regiū negociū geret, & ad manus suas imperiū ciuitatis transferret, fuit captus, saccomanatus, & in pdā & redēptionē expositus, cū maximo dāno & psonæ & bonorū: ideo humanū ingeniū opinari non pōt, ꝙ regia corona, quæ est speculum liberalitatis, iustitiæ, & memor seruitiorum, recuset reficere expensas vtiliter factas per ipsum D. Thomā, neq; vellet assumere nomen ingrati principis. Facit, qđ voluit elegans tex. in l. sed si pupilli. §. si Titij. ff. de nego. ge. vbi est casus apertus, ꝙ contra eū, ad quem spectat verè negotium & res, datur actio ad repetendas expensas factas, ne res pereat nō inspecta falsa opinione gerētis. ad dominum enim pertinet re ipsa negocium, & nisi sic esset gestū, res erat peritura. meritò dicit̃ impensa necessaria: vt l. impensæ. ff. de verbor. signifi. Ita ibi dicit Barto. referens ita Martinum de Silimanis, & Iaco. But. tenuisse. & procedit hoc, siue dominus habet ratum, siue non. potest enim conueniri actione negotiorū gestorum: quia pro rato habēdū est. l. Pōponius. ff. de nego. gest. & indubitanter tex. cū doc. Mar. de Silli. & Ia. Bu. & Bar. apponit gladium ad hanc dubitationē: qa cū ista expensa facta per dominum Thomā circa illos officiales fuerit necessaria: qa aliter res perijsset, qa nisi dominus Thomas soluisset, aut promisisset soluere dictis officialibus. ciuitas prædicta nullo modo potuisset assignari, & eius dominium tradi domino regi, seu regio locumtenenti: ergo siue sacra maiestas regis habeat ratum, siue non tamen pro rato habendū est ex iuris dispositione: ergo poterit repetere a rege dictas expensas. Quanto ergo fortius in casu nostro possunt repeti a rege: cum locūtenens regius acceperit dominiū ciuitatis pro rege, & ꝓmiserit nomine regis dictas expensas soluere, & aliàs non habuisset dominiū dictæ ciuitatis pro rege. Facit etiam, qđ pulchrè voluit Bald. in d. §. si Titij. vbi dixit, ꝙ si aliquis redemit vxorem, vel filium alterius, & pater, vel maritus erat redēpturus, ꝙ ille redimens habet actionē negotiorū gestorū, secus si non esset redempturus. l. si stichus, ff. de pecu. leg. & ibi Ia. de Aret. & qđ not. Guli. de Cu. in l. frater a fratre. ff. de cond. indebi. Et facit optimus tex. in l. mulier in opus salinarum. ff. pe capti. & postli. & idem voluit Bart. in d. l. si pupilli. §. itē quæritur. ad fi. in ver. sexto modo, scilicet naturali ratione: vt puta si ego expendi ratione tui, recolligendo, seu redimendo ab hostibus tuū consanguineum, quem redimere debebas naturali ratione: vt l. si ideo. cum l. se. ff. sol. ma. Et loquunt hi doctores eo casu, quo sine mandato illud fecit, & tamen possunt repeti expensæ. Vnde posito in casu nostro, ꝙ dominus Thomas nullam mandatū habuisset a rege soluendi dicta stipēdia & salaria dictis officialibus, nec etiam ꝙ ille magnificus vir locumtenens regius: tamen quia naturali ratione dn̄s rex promisisset tm̄, ad hoc vt posset habere, & consequi dn̄iū dictæ ciuitatis, ergo habetur perinde, ac si mādasset dicto suo locumtenenti vt dictas expensas solueret, aut soluere promitteret nomine ipsius regis, & sic naturali & viua ratione potest dominus Thomas repetere dictas expensas a rege. Quanto ergo fortius cum dominus rex miserit suum locūtenentem ad ipsam ciuitatem dando sibi mandatum accipiendi dominium ipsius ciuitatis pro rege: & qa nullo modo poterat habere trāslationem dominij dictæ ciuitatis, nisi prius solueret, vel soluere ꝓmitteret dictas expensas: ideo videtur sibi mandasse, ꝙ etiā dictas expensas soluere promitteret: cum aliter non potuisset peruenire ad consequendū dominiū dictæ ciuitatis pro rege. l. ad rem mobilē. l. ad legatū. ff. de procur. l. cui iurisdictio. ff. de iurisdi. om. iud. Et ideo pulchrè dixit Bald. in l. j. C. si rector prouinciæ. ꝙ si prioribus est data potestas prouidendi sup reddenda iustitia in ciuitate, ꝙ † poterunt eligere Potestatem, qui illam reddat, & quod voluit Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. faci. & in j. const. C. & Bal. in l. 2. ff. de iurisdi. om. iu. & qđ habetur in c. 2. de precarijs, & ibi per modernos. Ergo cū dominus rex mandauerit suo locumtenenti, vt acciperet translationē dominij, videtur mandasse non solùm illud, sed id, per qđ deueniretur ad illud, & ex mandato regis videtur fecisse talem promissionē, & obligationē de soluendo dictas expēsas, & per cōsequēs veniunt dictæ expensæ reficiendæ, siue vt mandatarius fecerit, siue vt negotiorum gestor, siue vt procurator. l. si qs negotia aliena. l. quæ vtiliter. in prin. ff. de neg. ge. l. si filius. §. quod dr̄. ff. ad macedo. l. qui proprio. §. procura. vt in certis. ff. de procu. l. diligenter. & l. ideoq;. §. idem Labeo. ff. manda. Et ideo siue sponte, & voluntariè, siue ex aliqua promissione, aut obligatione dictas expensas fecerat dictus D. Thomas ad commodū & vtilitatem regis, poterit tales expensas repetere. l. 3. §. hac ēt actione. ver. nō solùm q sponte & nulla necessitate cogente } immiscuit se negotijs alienis, & c. & in l. itē si cū putauisset te mihi mandatū negocium gessi: etiam hic nascit negociorū gestorū actio, cessante mādati actione. ff. de neg. ge. Et ideo si quis putasset sibi mandata negotia alterius, & gessit negocia alterius, obligat sibi dominum actione negociorū gestorū: posito ꝙ ille non mandasset sua negocia geri: nihilominus obligatur. Ita dicamus in casu nostro: qa cum vtiliter gestum fuerit negocium domini regis in soluendo dictas expēsas, seu in promittēdo dictas expēsas soluere: ergo. quinimo plus decidit text. in d. l. itē si cū putaui. §. fi. in ver. si cum putaui Titij negocia esse, cū essent Sēpronij, ea gessi, solus Sempronius mihi actione negociorum gestorū tenetur. Modo si obligatur mihi verus dominus, cuius negocia gessi, licet putauerim gerere negocia alterius: quanto fortius

tius in casu nostro repeteret dictas expensas præfatus dominus Thomas, cum illas fecit credens gerere negocia regis, cuius erat seruitor, & cōsiliarius. Et bene facit tex. in l. si quis cum æstimaret. in ver. aliena negocia eo animo gerit, vt aliquē sibi obliget. ff. de neg. gest. vbi si qs gerat negociū alterius, & sciat se gerere negociū alienum, sed erat circa personā: qa credit negocium esse Titij, sed est Sempronij, & in persona errauit, ꝙ nihilominus Sēpronius, cuius re vere negotium gestum est, tali gerenti obligatur commu. diuidun. & idē probat tex. in l. si quis putās. & l. in hoc iudicium. eo. titu. & ibi etiam tex. dicit, ꝙ faciens expensas in re aliena potest vti retentione rei: vt l. si in area. ff. de cōdictio. inde. ergo dictus do. Thomas potest repetere tales expensas a rege. ¶ Et si quispiam dixerit, amice. concedo tibi de plano, ꝙ domino Thomæ sunt reficiendæ expensæ præfatæ: sed non sunt sibi reficiendę a domino rege, sed sunt reficiēdæ ab illo locumtenente. Ad hoc rñdeo, & dico hoc esse falsissimū, ꝑ ea, q̄ superius dicta sunt: nā

4 ille† tenetur ad expēsas negociorum gestorū, ad cuius commodum & vtilitatem negocia gesta sunt: vt est dictum. Et si aliter diceremus, sequeretur inconueniens, ꝙ dominus rex locupletaretur cum aliena iactura, ꝙ non est dicendum. l. nā hoc natura. ff. de condi. inde. c. locupletari. de reg. iu. li. 6. cum si. Ideo multum pulchrè dicebat Host. in c. bonæ. de appel. quem ibi sequitur Io. An. do. Ant. & moderni, ꝙ officio iudicis potest agi cōtra quemlibet possessorē rei meæ ex naturali æquitate. 2. q. j. in primis. & ideo si res mea peruenit ad te, possum agere vt iudicis officio mihi illā restituas. l. si me & Titiū. ff. si cer. pet. vnde in proposito esset maxima iniquitas dicere, ꝙ ille locumtenens regius teneretur ad dictas expēsas. Primò: quia nomine regis, & non proprio nomine illam promissionem fecit. Secundò: qa illam fecit ꝓpter causam & cōmodum, & vtilitatem regis. Tertiò: qa videtur de huiusmodi promissione facienda habuisse mandatū a rege: qa cū aliter non potuisset exequi mandatum sibi commissum a rege, vt cōsequeretur dominium dictæ ciuitatis pro rege, nisi talē promissionem fecisset, ergo sequitur, ꝙ negociū regis fuit ad commodum suum gestum, ꝙ onus soluendi dictas expensas spectat ad eū, & non ad dictū locumtenentē, cum ex mandato regio illam promissionem videatur fecisse. Præterea facit, qđ voluit gl. & Bar. in l. siue hæreditaria. ff. de neg. ge. in 5. solutione per l. 3. §. generaliter. ff. de in rem verso. vbi ponitur regula, ꝙ vbicunq; hēt locum actio negociorum gestorum, habet locū actio de in rē verso. Modò siue habeamus respectum ad ipsum D. Thomā, clarum est, ꝙ vtiliter gessit commodum ipsius regis, soluendo, aut soluere promittēdo ipsis officialibus, vt ab eis recuperaret dominiū ciuitatis, & illud trāsferret in ipsum regē: ergo sequitur, ꝙ a sua maiestate illas expensas recuperabit, siue habeamus respectum ad locumtenentē regiū, eodē modo est dicendū: qa siue vt mādatarius regius, siue vt negociorū gestor, pōt recuperare domino rege dictas expēsas: sed qa illas promisit soluere dicto domino Thomæ nomine regis, & vt locumtenens regius potuit obligare ex vi mandati ipsum regem ad dictam promissionē adimplendam: & sic cum expensæ ipsæ factæ fuerint, & solutæ fuerint ad commodū regiū, ꝙ tenebitur dñs rex illas reficere dicto D. Thomæ. Facit ēt, quod voluit Bal. in l. j. C. de delic. defunctorum, vbi dicit, ꝙ si fur rem furtiuam consumpsit, & rem propriam conseruat aliàs consempturus, iuxta no. in l. sed si lege. §. qui autem. ff. de peti. hære. qa per hoc pinguior hæreditas peruenit ad hæredem ipsius furis: quē vt est tex. notabilis in l. si ipsa. ff. qd me. cau. allegat ad hoc Ni. de Mata. Ita dicamus in casu nr̄o, cū ad do. regem peruenerit dominiū dictæ ciuitatis, aliàs non venturum, nisi fuisset facta solutio dictis officialibus, aut facta ꝓmissio de soluendo per dictū dñm Thomam, qui dominus Thomas non fecisset talem solutionem, aut promissionem, nisi locumtenens regius illam obligationē assumpsisset nomine ipsius regis: sequitur, ꝙ perinde est, ac si dicta solutio facta per dominum Thomam peruenisset ad ipsum regē, & sic dominus rex tenetur soluere dictam obligationem, quam ille locumtenens fecit nomine regio, & per ꝯńs habetur, ac si dictam obligationē fecisset domin⁹ rex, & sic est obligatus dominus

5 rex: licet enim Deus subiecerit īperatori† leges, non tamen sibi subiecit obligationes & contractus: obligatur enim ex suo cōtractu sicut homo priuatus. c. j. de natura feu. & qđ ibi voluit Bal. & tex. in c. j. de proba. Bal. in l. princeps legibus solutus. ff. de legi. Et si aliter diceremus, sequeretur absurdum, ꝙ corona Franciæ nō posset contrahere: qa ꝯtractus est vltro citroque obligatorius. l. Labeo. ff. de verbo. sig. aliàs sequeret̄, ꝙ esset deterioris cōditionis, quā priuatus homo, ꝙ non est dicendum, cum sit omniū præsul. Et si aliter diceremus, sequeret̄, ꝙ dictus D. Thomas fuisset delusus: qa cū negociū sit gestū ad cōmodum regium, & non ad cōmodū ipsius locūtenentis, si a rege nō posset ꝯsequi tales expensas, sequeretur, ꝙ deploraret suos labores, & suam diligētiam circa commodum regis, iuxta doctrinam text. in l. fi. C. de alluuio. & palud. in ver. ne doleant diligentes operam suam, nec diligētiā suam sibi dānosam intelligant. ita eleganter dicit ibi tex. & ideo certum est, ꝙ nō posset illas expensas recuperare a dicto locumtenente, cū nomine regio, & ad cōmodū regis illas fecerit, sequeret̄ quoddā iniquissimū, & ab omni humanitate, & iure alienū, ꝙ deploraret suā operā, & suā diligentiā videret sibi fore damnosam præfatus dñs Thomas, ꝙ non est dicendū. Et ꝑ consequens dominus rex tenetur & obligatus est adimplere dictā promissionē factā per ipsum locūtenētē dicto do. Thomæ. Præteræa facit, nā si de quo minus videt̄ inesse, & tñ inest, ergo multo fortius, & id de quo magis. ī auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. & c. cū in cunctis. & ibi in gl. sunt concordantiæ. de elect. Sed minus videtur inesse, ꝙ expensæ repetantur eo casu, quo dominus, cuius negociū geritur, prohibet gestorem gerere negociū eius, & tñ expensæ repetuntur: ergo multo fortius cum negociū geri mādatur, vel geritur domino sciente, & patiente fiet repetitio expensarū. hoc assumptū ꝓbatur ex doctrina Bal. in l. fi. C. de neg. gest. pone, inquit, quidā amicus meus erat in periculo perdendi personā, nisi pro eo soluerē certā summā: solui eo vetante, quæritur, an possim repetere. & ꝯcludit ibi Bal. ꝙ sic. & mouet: qa interest reipublicæ hoīes cōseruare. Facit ad hoc gl. quā superius allegaui. 83. di.

6 Nō sicut interest† reipublicę homines ꝯseruare, eodē modo interest reipublicæ cōseruare diuitias: vt ī auth. vt iudices sine quo. suffr. l. j. §. si seruus. ff. de vē. inspi. & tex. in l. qsquis. C. ad l. iul. maiesta. dixit, egestatæ sordescant. ergo eodem modo est dicendum, ꝙ repetētur expensę a domino rege, ꝙ ex isto negocio gesto per ipsum dominū Thomam fuerit augmētata corona regia habendo dominium in partibus Italiæ: ergo &c. ¶ Et si quispiā dixerit, agat dñs Thomas ꝯ regium locumtenentē, & locumtenens ages contra regem ad solutionem dictarū expensarū. Ego respondeo ad hoc multifariè. Primò ꝙ erit

7 † circuitus inutilis, & ideo euitandus, vt in cle. auditor. de rescri. cum si. Secūdo: qa dominus Thomas non contraxit cum illo locūtenente, vt cū homine

priuato,

priuato, ſed tanquam regio locumtenente,& ſic cū
ipſo rege vr̄ contraxiſſe.& per conſequens dominus
rex eſt primo & ante omnia cōueniendus;ergo &c.
Facit etiam,qđ eleganter voluit Gul.de Cu.in l.j.C.
de nego.ge.vbi dixit,quidā habuit a me mandatum
vt emeret mihi codicem pro decem,ipſe emit ꝓ 20.
vtiliter tñ,& tradidit mihi codicem,deinde vult age
re contra me actione mādati ad 10. & actione nego
ciorū geſtorū ad alia 10. refert Martinum dixiſſe, ꝙ
agere poſſit vtili actione negociorum geſtorum de
æquitate : cum non debeat locupletari cum aliena
iactura , allegat dictam l.ſi me & Titiū.ſi cer.pet. Et
ſubdit etiam,ꝙ poſito,ꝙ contra prohibitionem mā
dantis ille vtiliter geſſerit:tñ æquum eſt ſm eum , ꝙ
quatenus dominus efficitur locupletior,reſtituat ge
ſtori. Modò in propoſito non fuit facta prohibitio
ex parte regis : vt dictus Thomas non ſolueret dicta
ſtipendia ipſis officialibus, nec etiam fuit facta pro-
hibitio ex parte regis dicto ſuo locumtenenti , vt nō
faceret talem promiſſionem;& obligationem:ergo
ſequitur , ꝙ dominus rex non debet locupletari cū
aliena iactura. ¶ Et ſi dicatur , ꝙ dominus rex illam
ciuitatem tranſtulit ad manus incliti principis do-
mini ducis Aurelienſis.Ad hoc reſpondeo,iſtud ne-
gocium geſtum per dñm Thomam,& per dominū
locumtenentē fuit ad commudum regis geſtum:&
ideo dñs rex tenetur ad huiuſmodi expēſas, qa cum
domino duce nihil geſtum fuit per ipſum dominū
Thomā, & ſic contractus , ſeu quaſi fuit celebratus
8 cū ipſo domino rege, & pacta †& obligationes ſuos
ſequent̄ auctores.d.l.Labeo.ff.de verb.ſig. ergo &c.
Facit ēt,qđ voluit Bal.in l. quod in vxorē.C.de neg.
ge.vbi dixit,pater expēdit in medicinis pro filia ma-
ritata,an poterit illas repetere a marito filiæ,& deci
dit ꝙ ſic ex eo, qa talis expenſa pertinebat ad mari-
tū ſm Cy,ibi.Ita dicamus in caſu noſtro,qa cum ta-
lis expenſa , & onus ſoluendi officialibus deputatis
ad cuſtodiā ciuitatis ꝑtinebat ad regē , ad cuius ma-
nus talis ciuitas ꝑueniebat, & nō ad ipſum D. Tho-
mam,ſequitur,ꝙ ſi illas fecit,onus ſoluendi incum-
bit ſacrę regię maieſtati.& ideo ſuccedit regula,quā
nobis tradidit gl.in l.ſi patrono.C. de ne.ge. quæ di-
cit,ꝙ ſi vitricus præſtat alimenta priuigno,præſumi
tur,præſtare animo repetēdi , ex eo qa omnis,qui ꝓ
alio expēdit,videtur expendere animo repetendi , ſi
ergo ius præſumit,ꝙ animo repetendi fecerit , mul-
tofortius in caſu noſtro eſt clariſſimum , ꝙ dñs rex
teneatur ad ſolutionem dictarū expenſarū,qa cū di
ctus D. Thomas ad cōmodū & vtilitatē regis expen
debat tales pecunias & expreſsè ſibi prouidit per ꝓ-
miſſionē & obligationē factā per illū locūtenentē
regiū nomine & vice dñi regis, ſequitur neceſſariò,
ꝙ onus ſoluendi ſpectat ad regiā coronā . Pręterea
accedat ad ꝑdicta,qa dñs rex ſciuit,& notitiā habuit
ꝙ D. Thomas dominiū dictæ ciuitatis tranſtulit in
ſuū locumtenentē , cum promiſſionibus & obliga-
tionibus factis per ipſum locumtenentē, & accepta
uit ſua maieſtas talē tranſlationē dominij, nec con-
tradixit, nec fuit proteſtata , ſe nolle teneri ad dictā
obligationem,& promiſſionem , quo caſu videtur
acceptaſſe vtrunq;.ſ.& tranſlationē,& obligationē,
arg.eius, qđ voluit Inn. in d.c. ex parte decani. & in
d.c.in nr̄a.& in d.c.cum in iure.& d.c.j. de iureiu.li.
6.vt ſuperius dixi,ergo &c. Nec potuit dominus rex
acceptare tranſlationē dominij ciuitatis , & refuta-
re obligationē & promiſſionē facta per illum locū-
tenentem,ex quo erant connexa & coniuncta,vt in
ſimili dicimus de eo, qui confitetur plura in eodē
contextu verborum, vt non poſſit pro parte refuta-
ri,vt no.Bar.in l. Aurelius.§. idē quæſijt.ff. de lib.le-
ga.& Cy.Bald.& Saly.in l.j.C.de confeſ.& Bald. in l.
nec codicillos. C. de codicil. & in l. 2.C. de donatio.
ante nup.& in l.ea q.C.de ꝯd.indeb.& in addi.Spec.
in ti.de confeſſis.& per do.Cardin.in c.bonæ.el 2.de
poſtu.præla.& per omnes alios.in c.cū veniſſent.de
inſti.& per Archi.& Io.And.in c.j. de confeſſ.lib.6.
& per conſequens dominus rex tenetur ad expenſas
prædictas reficiendas D.Thomæ. Et ex iſtis apparet
concluſio veriſſima,ꝙ ſi nos dicimus, dictū do.Tho
mam eſſe depoſitarium conſtitutū ex conſenſu do-
mini regis ſaltē tacito,vt ſuperius dixi,& ex conſen-
ſu expreſſo dñi ducis Mediolani , non ſolùm debet
recuperare expenſas , ſed etiam debet habere mer-
cedem,& ſalarium a domino rege : cū res fuerit gē-
ſta ad commodum regis. & ēt eodē modo videtur
dicendū,ſi fuerit depoſitarius conſtitutus a ſolo do
mino duce : qa licet non poſſit petere ſalarium , &
mercedem a domino rege , nihilominus poteſt pe-
tere expēſas factas in reparādo fortilitia: vt illa poſ-
ſet tradere dictus Thomas ſacræ regiæ maieſtati:nō
9 †enim debet eſſe in dāno depoſitarius,vt dixit tex.in
d.l.fi.C.de bo.auctorit.iud.poſ. Et etiam ex alio ca-
pite debet recuperare expenſas: quia geſſit negotia
regis vtiliter, & ad cōmodum domini regis tales pe
cunias ſoluit. & etiam multofortius ex eo: qa locū-
tenens regius qui trāſlationem dñij accepit noīe re-
gis ꝓmiſit ſoluere d. pecunias , vt regius locūtenens
noīe & vice ipſius regis : & ſic multifariè,multiſque
modis demonſtratū eſt,inclitū principē D. regē te-
neri D.Thomæ ad dictas expēſas ſm formā promiſ-
ſionis, & obligationis factæ per ipſum regium locū-
tenentem. ¶ Nec ob. ſi quiſpiam dixerit,ꝙ D. Tho-
mas nō tranſtulit dominium ciuitatis in ipſum re-
gem in paſchate ita,vt iā ſe obligauerat . Cum ergo
non adimpleuit ex parte ſua illud , qđ adimplere te
10 netur,ſequitur,ꝙ † eidē non ſunt pacta ſeruanda &
promiſſiones:vt l.cum proponas.C.de pac. & c.fru-
ſtra.de reg.iu.lib.6.cū ſi. Quia ad hoc reſpondeo ex
eo:qa iſtud nō eſt imputādū ipſi D.Thomæ: ſed eſt
imputādū D.Duci , q voluit prius fieri declarationē
a rege: iō D. Thomas non fuit in culpa : ergo nullā
ex hoc pęnam meretur.l.ſancimus.C.de pęnis.c.co
gnoſcentes.de conſti.j.q.4.item peccato. cum ſi. Itē
facit:qa poſito,ꝙ D.Thomas fuiſſet obligatus,& eſ
ſet ſibi imputandū quare nō tranſtulerit dominiū
d. ciuitates in ipſum regem in paſchate , ꝙ tamen
non eſt verum,illud impedimentum accidit ex par
te domini ducis:ex eo qa tempore tranſlationis do
minij fuit facta dicta obligatio,& dominus accepta
uit vtrunq;, ꝙ apparet ex eo : qa non ꝯdixit , nec in
cōtrariū fuit proteſtatus: ergo eſt regi imputandū ,
quare tunc temporis non cōtradixit illi obligatio-
ni:vt in c.ſciēti.de reg.iur.li.6.l.cū donationis.C.de
tranſac.cū ſi.Itē facit ēt ad hoc:qa licet D. Thomas
promiſerit d.regi transferre dominium dictę ciuita
tis in paſchate ſuo locūtenenti nomine regis : tñ il-
lam promiſſionem ſic fecerat vt procurator domi-
ni ducis, vnde intelligitur talis promiſſio, rebus ſic
ſtantibus,& ſic ſe habentibus,arg.l.cum quis. & l.ſi
cum Cornelius.ff. de ſolu.c.cū P. Gaufredus. de re-
nunt.l.qđ Seruius.ff. de condi.ob cau. cū ſi. ergo cū
dux aliter poſtea diſpoſuit, non eſt imputandū dño
Thomæ: qa potuit dux reuocare mandatum, & ꝓ-
curatorium.c.fi.de procura.li.6.cū ſi. ¶ Nec ob. ſi di
catur,ꝙ originale capitulorum celebratorum inter
ipſum dominū Thomā,& dictū locūtenentē nō cō-
11 ſtat:ergo†paria ſunt non eſſe,vel eſſe, & nō appare-
re.Quia ad hoc rn̄deo. Primò iſtud nullo modo ob
ſtat:qa ſi nos ꝯſideramus, ꝙ iſte dominus Thomas
fuit depoſitarius,clarū eſt,ꝙ nō debet eſſe in dāno:
ex eo qa hoc ſibi reſeruat legis diſpoſitio: vt eſt tex.
in l.fi.& glo.& in d.l.ſi oleum.& iā ſuperius latè fuit
demonſtratum.

demonstratum. Secundo potest aliter responderi, videlicet si nos consideramus, ꝙ dictus D. Thomas gessit negotium regis vtiliter pro rege, posita ꝙ nulla fuisset celebrata promissio per ipsum locūtenentem regium nomine ipsius regis; tamē rex erat obligatus dicto domino Thomę actione vtili negociorum gestorum ad expensas factas vtiliter pro transferēdo dominio ipsius ciuitatis in ipsum regē. Ideo posito ꝙ nulla promissio fuisset celebrata, nihilominus D. rex erat obligatus dicto D. Tomę per iura allegata. item potest etiam responderi, videlicet ꝙ licet originale fuerit deperditum, debet attēdi, an fuerit deperditum culpa illius locumtenentis: quia dicitur in puncto, ꝙ dicta capitula erant in domo domini Maximi fratris ipsius domini Thomæ, qui habebat dicta capitula in domo sua, & eius bona fuerant data in prædā, & sacco exposita ex dolo & culpa ipsius locumtenentis: quia tunc staretur iuramēto ipsius D. Thomæ, per id quod no. Bal. in l. prima. C. de fide instrumentorum. & per tex. in l. si de possessione. C. de proba. & per id quod no. Ioan. Andr. in c. accepimus. de fide instrumen. & facit, quod habetur in c. olim. de rescrip. & in c. cum olim. de officio deleg. & in c. si quis. de clericis. duodecima quęstione secunda. Si vero dicat, ꝙ non dolo aut culpa ipsius locumtenentis dicta originalia capitula fue-
12 runt deperdita, & tunc dico † ꝙ poterunt probari ꝑ testes: non enim requiritur, scriptura de substantia obligationis: vt l. contrahitur. ff. de pignor. & no. gl. singu. in c. j. de censi. lib. 6. non enim est angustanda facultas probandi: vt l. quoniam. C. de hære. Et ideo pulchre dixit Bal. in l. si solennibus. C. de fide instrumento. ꝙ quis potest probare fuisse factum doctorem per testes: & ideo dixit Io. de Imo. in c. fraternitati. de cleri. non resid. ꝙ clericus potest probare per testes episcopum loci dedisse sibi licentiam non rescindendi, seu se absentandi a beneficio. Et ideo pulchre dixit D. Anto. in rubrica, de consti. ꝙ per testes potest probari constitutio. & etiam dixit Bald. l. falsus. C. de furtis. ꝙ mandatum procuratoris poterit probari per testes: & etiam voluerūt domini de Rota decisione 423. ꝙ sententia etiam potest probari per testes, si est deperdita. Et etiam dixit D. Anto. in c. cum dilecti. de dolo & contu. ꝙ citatio potest probari per testes, & communio citationis. allegat Innocentium in ca. quoniam contra. de probat. Facit glo. in c. si duobus. de rescri. li. 6. quæ voluit ꝙ gratia Papæ potest probari per testes. & Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex, dixit ꝙ citatio potest probari per testes: ideo non est mirandum, si capitula huius assignationis dictæ ciuitatis, & obligationis, & promissionis factę per illum locumtenētem possunt probari per testes, si fuerunt deperdita, & per consequens non ob. cum opponebatur, ꝙ
13 capitula fuerunt deperdita. ¶ Et si mihi quispiam dixerit, amice, rex Francorum † non subijcitur legibus imperialibus, nec recognoscit superiorem, iuxta ea quę scribuntur in c. per venerabilem. qui filij sint legi. ergo non obligatur, ex quo talis obilgatio est ex iuris ciuilis dispositione sumpta. Ad hoc respondeo. Primo hoc non est meū decidere, an subsit imperio aut legibus imperij, ego teneo illud, qđ tenet sacrosancta Ro. eccle. Sed respōdeo, ꝙ nihilominus subijcitur rationi: est enim animal rationale policum, licet non subijciatur legi positiuæ: tamen subijcitur dictamini rationis: vt eleganter dixit Baldus in l. 2. C. de seruitu. Item subijcitur obligationi & legi contractus: vt in c. j. de natura feud. & in ca. j. de proba. Item quia oligatio est sumpta ex dispositione iurigentium: qa orta est ꝯsensu regis tacito ꝑ ea, quæ latè superius demonstraui. Et ita concludo,

EPITOME.

¶ Contractus ex quibus præsumitur vsurarius, fictus & simulatus, & de intellectu cap. ad nostram. de emptione. & capi. illo vos. de pignori. Item fructus rei pignoratę percepti per creditorē extenuāt sortem, & in eam computantur.

SVMMARIVM.

Testis dicens, audiui publicè dici, an probet publicam famam nu. 1. 3.
Dicta in præcedentibus censentur repetita in sequentibus. nu. 7.
Instrumentum probatur simulatum ex coniecturis. nu. 8.
Vendens rem plusquam valeat propter dilatam solutionem iudicatur vsurarius. nu. 9.
Traditio verbalis præsumitur simulata. nu. 21.
Simulatio præsumitur propter temporis vicinitatem. nu. 22.
In testibus quid attendere debeat. nu. 27.
Procurator quando idoneus testis. nu. 29.
Singularitas quædam contradictoria, alia adminiculatiua. numero 30.
Testes singulares si concordant in substantia, probant. num. 31.
Fructus rei pignoratæ percepti per creditorem extenuant sortem. nu. 32.
Libellus generalis quando procedat. nu. 33.

CONSILIVM LXXII.

Visa Facti serie, & dubijs summo cū studio redditis ꝑ excellentissimum in vtraque censura doctorem do. Marcum, iudicē meritissimū, stupendis allegationibus elegāter, subtiliter, & magno cū ingenio redditis ꝑ plerosque in omni censura a viros, aduocatos mihi patres summo honore obseruādos, qui hanc consultationem enucleatam singularem modum pro eorum more reddiderunt: vt nihil aliud, nec cū vbertate, nec cū ingenio adduci vltra possit. Sed qa maiores nostri illud quęquam scire arbitrati sunt, quod ratione optima demōstrassent: vt illuminatissimus doctor Augustinus diuino expressit ore. c. ego solis. 9. dist. Idcirco pro meo exili ingenio adducam aliqua, ita vt Deus bonorum omnium liberalissimus largitor mihi pro immensa sua pietate dederit. Et qa tota difficultas huius hæsitationis pendet, vtrūm instrā celebrata inter istos præstantes viros Venturinum Innocentium coactum. & magnificū Marcū de antiqua, & magnifica domo đ Siccis, seu quēdam Ioan. suum procuratorem, sint simulata, & fictitia & in fraudem vsurarū inita. Et mihi videt̄ de iure apertè dicendum ꝙ sic. Et pro fundamento potissimo huius cōsultationis præmitto, probatū esse pro parte magnifici Firmi Sici, illum Innocētiū fuisse solitū fœnerari, & fuisse vsurariū, vt fama publica erat in loco, ꝙ probatū est ad sufficientiam: vt ex testificatis clarissimè apparet. ¶ Sed opponitur ꝑ do. iudicantem, testes non probare hanc publicam famā: motū ex doctrina Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæsti. vbi voluit, ꝙ si testis † dicat, audiui pu-
1 blicè dici, ꝙ non probat publicam famam: quia potuisset audire ab vno dumtaxat publicè, ita dicente. & quia in dubio fienda est interpretatio ꝯ probantem. c. in præsentia. de probat. & est gl. quam Io. de Imo. in l. quoties. ff. de hære. insti. reputat singularē, facit c. ꝯ eum, de reg. iur. lib. 6. l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid astringēdæ. ff. de verb. obli. Et ideo debet reddere causam, audiui publicè dici per ciuitatem, vel a maiori parte ciuium. & idem voluit idem Bar.

in l.Labeo.ff.de sup.lega. quem sequitur Ange.in l. ea quidem.C.de accusa.& idem sequitur Bald. in l. de quibus.ff.de legi.& in l.j.ff.si cer.pet. & idẽ voluit Io.de Imo.in c.cum oporteat.de accusa.& vidi alias quasdam allegationes,quas fecit Bal.sequendo Barto.Sed doctrina Bart.non est vere, & illam cõfundit quidam solennis doctor,qui consuluit contra Bart. vt refert Salyc.in d.l. ea quidem.vbi format septem argumenta confundentia illam doctrinam Bart. & ego vidi quasdam allegationes factas per do. Argentinum filium Raynucij de Forliuio,qui fecit illas in quæstione facti,in quibus damnabat opinionẽ Bar. & credo ꝙ de eo voluit sentire Saly.in d.l.ea quidẽ. vbi dicit,ꝙ quidam solennis doctor ita consuluit.& idem voluit Bal.in l.testiũ.C.de testi.vbi refert Dyn. ita tenuisse, & idem Bal.in c.præterea.de testi. idem dicit damnãdo expresse Bart.in d.§.tormenta.& idẽ voluit in c.per tuas.de appella.& in c.cum inter.de cõsue. vbi ad hoc allegat Dy. & ad hoc adduco Bal. in c.literas.de præsump.vbi per illũ tex.in ver.publica voce sequitur hanc partem,& ꝯ Bar.adduco.c.ꝗ nos.de appel.vbi per illum tex.ita tenui.& idem voluit idem Bald. in conclusionibus iuris canonici.Et plus ausus sum dicere, ꝙ licet Bart.ita dixerit in d.l. Labeo.& in d.§.tormenta.tamen idem Bart. in l.2. ff.ad macedo.tenuit illud idem, quod tenuit Dy.&
2 est bene notandum:ꝗ est vltimum dictum,qđ † vr̃ ponderatum cum maiori deliberatione : vt probat̃ in l.qui filiũ.§.Sabinus.ff.ad trebel. vbi vltima opi. videtur approbata. Simile dicimus de Innocentio, vt censeatur approbare illam opinionem, quam ipse refert vltimo loco.Ideo dixit Cy. in l.cunctos populos.C.de sum.trini. ꝙ vltima opinio iurisconsulti, & doctorum censetur approbata, quam allegat Bal.in c.j.in ti.an apud iudi.vel dñm: in vsib.feud.& iõ dixit Io.And.in c.j.de priui.lib.6.ꝙ vltima opinio relata ab Innocentio censetur approbari ab eo, & adduco,qđ voluit idem Abb.in auth.ex testamẽto. C.de colla.& vidi ego istam quæstionem refricari in dubium in curia episcopali,vtrum Bar.dixerit verũ in d.§. tormenta. & assumpsit hanc partem dãnata opinione Bar.& fuit iudicatum pro Dyno, & idẽ voluit Ludo.Rom. in l.de pupillo.§.si quis riuos. ff.de ope.noui nun.allegat Bal.in cõclusionibus iuris, & dicit opinionẽ Bal. sibi appropriauit Salyc. in d.l.ea quidem.sed reuera Sal.est solitus allegare Bald.nec tacet nomen Bal.in suis lecturis,nec Sal.vidit Bal.in conclusionibus iuris.Item Saly.ibi refert quendam solennem doctorem consuluisse contra Barto.& sic allegat doctorem,& sic Ludoui. Roma. calumniose mordet Sal.Angel.tamen in l.2.ff.ad macedo. sequitur Bar.in d.l.de minore.sed ibi dicit, ꝙ verbum
3 †publicè probat publicã famã. Et adduco,quod in simili voluit Innocen.in c.primo.de fide instru. vbi dicit sufficere, si probetur, ꝙ quis publice habetur notorio.Et sic sentit,ꝙ verbũ publicè,ĩportat maiorem partem populi:quinimo plus pondero,ꝙ Bart. in d.§.tormenta. æquiparat adinuicem illa duo publice,& a maiori parte,& licet Ang.in d.l.3.ff.ad macedo.dicat, ꝙ cõiter doctores sequuntur opinionẽ Bar.Ad hoc respondeo, istud non esse verum : quia cõiter doctor.sequuntur opi.Dyn.vt fuit Bal.in plerisque locis, quos commemoraui superius. & illam sequitur do.Argentinus in quæstione facti,& sm̃ eã consuluit quidam solennis doctor, quem sequitur Sal.in d.l.ea quidem.Et illa sequitur Lud.Ro.& sm̃ illã vidi consultum sępenumero. Et ita fuit iudicatũ me existente aduocato,& probatur rõnibus subtilissimis,quas refert Sal.quæ videri possunt, & probari iuribus allegatis superius a me. Et istud sensit Bar.in eo.l.3.ff.ad macedo.& sensit Inno.in d.c.j. de fide instru. ergo stabitur huic opinioni, & sm̃ eam erit iudicandum,& consulendum : cum sint plures doctores & præstantiores pondere,numero, vel mẽsura sequentes hanc opi. ergo &c. Et adduco Bal.in l.hæredes palam.in prin.ff.de testa.vbi dicit,ꝙ istud verbũ publicè, potest referri ad dictum gentiũ, alio modo ad locũ publicũ , refert aduocatos dicere, ꝙ
4 vbi ratio†testis est æquiuoca,non probat;tñ glos.& Bal.tenent contrarium in l.3.§.idem diuus.ff.de testi.& refert ita consuluisse Dy. q ad hoc allegauit.d. l.3.ff.ad macedo.facit l.j.C.de testa. & ita transit cũ Dy.ibi Bal.& illam gl.d.§.idem diuus.allegauit Ange.in d.l.3.ff.ad macedo. & nego illud assumptũ, ꝙ illud verbum publicè, sit æquiuocũ : quia illud verbũ exponitur publicè, idest publicè, & idest populariter.& sic importat populum, ad hoc facit glo.in rubrica.ff.de publicis iudi.& insti. eod.in princ. & l. seruum quoque.§.publicè.ff. de procura.& l.j.§.ius publicũ.ff.de iustit.& iure. & quod hr̃ institu.de excus.tuto.§.ꝯñs.Et sic principaliter importat dictum gentium,& secundario locum publicum,& per ꝯñs illud,quod dicunt aduocati, ꝙ est ratio æquiuoca, dico ꝙ non est æquiuocum æquè principaliter : & verbum capitur in principaliori significato:vt l.j.§. qui in perpetuum.ff.si ager vectigalis.ergo.Et sic nõ obstat ratio aduocatorum.& ista iudicio meo excedunt vires modernorum ingeniorum & antiquorum in vtraque censura.Et sic non obstat contrariũ formatum a iudice. Et cum opponitur, ꝙ probata est ꝯria fama ꝯ illum Innocẽtium, ꝙ solitus erat fenerari & facere similes contractus:tñ probata est fama contraria, ꝙ imo erat bonus homo,& bonæ vitæ,& conuersationis non faciens cõtractus simulatos,allegat Spec.in tit.de inquisi.§.nunc tractemus, ad hoc allegare poterat,qđ voluit Bal.in l.qui accusare.C.de edendo.& in l.diuus Traianus.ff.de testa. mili.& in l.si tutor.C.de pericu.tu.vbi dicit, statuto cauetur, ꝙ contra magnates sufficiat sola fama:decidit,ꝙ si probata est mala fama,cautela est, vt probet bonam famam:quia tunc prima fama est elisa, & debilitata per secũdam famã contrariam, ita decit ibi Bal.istud poterat adducere dominus iudicãs in contrarium.Sed ad hoc respondetur, ꝙ illud dictum Bal.procedit,quãdo fama est priuilegiata : ꝗ statutum dicit, ꝙ sola fama sufficiat : quia videtur priuilegiata ex eo:quia fama confirmat,& nõ sufficienter probat,ita dixit gloss. quam multi reputant singularem in l. proprietatis dominium. C.de probatio.& probatur in l.3. §. idem diuus.ff.de testi. facit,quod voluit Bal.in d.l.proprietatis. & Sal. in d.§. idem diuus.Et sic loquitur de fama priuilegiata: &
5 facile†debilitatur priuilegiũ:vt l.eius militis. §.militia missus.ff.de testa.milit. ideo prima fama obumbratur per secundam ꝯriam. Item dico, ꝙ stabitur illi famæ,quæ habet vehementiora adminicula : vt l.diuus.ff.de in integ.resti. Modo ista fama probata ꝯ illum Innocentium nõ est fama priuilegiata, nec habet aliquod priuilegium a statuto : ergo non tollitur,sed inducit probationem , ꝙ Ille erat bonæ famæ,& cõditionis. Item apparet,ꝙ est fundata vehementioribus adminiculis;ꝗ apparet, ꝙ primũ instrm̃ celebratũ inter illos do. Marcum & Innocentium erat de octingentis ducatis, & in veritate non erat nisi de quadrigentis.& sic fuit simulatum,& fictitium factum de duplo veræ sortis,& per ꝯñs non habet fundm̃ veritatis : sicut ergo primum instrm̃ est simulatũ, eodem modo & scdm̃:quia a primordio tituli posterior formatur euetus.l.j.C.de impo. lucra.descrip.lib. 10.& facit tex.l.regula.§.licet.vers. initium constitutionis demonstrat. & sic attẽdetur simulatio celebrata in illo primo instrumento, vt singula

singula instrumenta sequentia videantur simulata, & fictitia, & ad hoc adduco, quod voluit Ang. in l. si quis cum aliter. ff. de ver. obli. dicit allegando Inn. ꝙ
6 vbi sequens † contractus habet plures intellectus, ꝙ tunc recipit declarationē a præambulo tractatu prę cedente etiam ex interuallo, istud voluit Innoc. in c. innotuit, de eo qui fur. ordi. susce. idem voluit Ang. in l. pacta nouissima. C. de pact. Sequitur Lud. Rom. in d. l. si quis cum aliter, allegat glo. l. 1. ff. de iudic. & l. eleganter. ff. de cond. indebi. allegat. l. Titia. §. idem respondet. ff. de verbo. obliga. & l. item quia. §. idem Iuliano. ff. de pact. Et quod voluit Bal. in l. multum, C. si quis alteri vel sibi, & in l. 1. C. de seruis fugit. & in l. 3. C. plus vale. quod agi. Et adduco, quod voluit Petrus vltramontanus in l. per retentionem. C. de con
7 sue. vbi dicta † in vno contractu, non videntur repetita in his, quæ seorsum aguntur, & subdit, ꝙ apposita in vno ꝯctum non videntur repetita in nouo contractu secuto ex interuallo, vt ibi: sed Petrus dicit, ꝙ dicta in præcedentibus, videntur repetita in sequentibus, quando præcedentia sunt præparatoria sequentium. Modo ista doctrina decidit casum nostrum: quia simulatio facta in primo instrumento simulato, videtur causa simulationis in secundo instrumēto secuto ex interuallo repetita, & dedisse causam secūdæ simulationi, & per ꝯñs sicut primum instrumentum fuit simulatum, eodem modo pręsumitur simulatum secūdum: quia vt scribitur apud Esopū: præteriti ratio scire futura facit: semel malus semp præsumitur malus in eodem genere mali: vt in c. semel malus. de reg. iur. libr. 6. sicut ergo fuit simulatū primum instrumentum, ita & eodem modo præsumitur simulatum secundum instrumentum. ¶ Præmitto etiam pro fundamento huius consultationis,
8 ꝙ instrumentum † probatur simulatum ex coniecturis: licet enim instrumentum præsumatur verum: vt dixit Bald. in c. j. de notis feud. & in l. quamuis. C. si quis alteri, vel sibi. vbi dicit, ꝙ instrumentū non præsumitur simulatum, & dixit idem Bal. in c. j. de feud. dat. in vicem leg. cōmisso. ꝙ simulatio in dubio non præsumitur, quia talis præsumitur esse contractus, qualis apparet in prima sui figura, & voluit idē Bal. in l. cum precibus. C. de probat. & idem Bald. in l. ab Anastasio. C. man. dicit, ꝙ adeo præsumitur pro instrumento, ꝙ allegans illud esse simulatum, tenetur dicere, & probare speciem simulationis, & quod voluit Bal. in l. 1. C. si seruus exte. vbi dixit, ꝙ in tantum præsumitur pro instrumento, ꝙ allegans simulationem debet probare ab initio fuisse actum, ꝙ esset simulatū instrm: tamen probatur instrumentum vsurarium & simulatū ex coniecturis, & ex mente contrahentium: vt probatur in c. in ciuitate, & in c. nauiganti, de vsu. vbi dicitur sm communē intellectum,
9 illum venditorem iudicandum vsurarium, qui † vendidit rem, plusquam valeat, ex eo quia solutionē precij differat, & sic ibi non est ꝯctus vsurarius ex forma sui, cum non sit ibi mutuū, sed fingitnr mutuum pp mentes contrahentium: & sic committitur vsura, siue sit mutuum verum, siue fictum, & sic probatur contractus fœneratitius nō ex forma sui: sed ex mente contrahētium. ita bellissimè consuluit dominus, & consiculus meus Abbas in consil. 5. incipi. omissis argumentis, & quod voluit Bar. in consilio incip. Pe. Nico. & in l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mo. pig. vel hypothec. sol. & in l. post contractum. ff. de dona. Vnde dixit Host. & Io. And. in c. ad nostram, de empt. & ven. experientia docuit, ꝙ vsurarij omissis contractibus mutui cęperūt facere contractum emptionum, conditionalium. s. cum pacto de retrouendēdo rem venditam: postea, ne ex forma contractus ex vi illius pacti iudicaretur contractus vsurarius, cœperunt bina instrumenta facere, primum purę emptionis, secūdum promissionis de reuēdendo. Sed hodie apparet debitorem indigentem pecunia cōfidere vsurario sicut sacristę faciendo sibi purum instrumētū venditionis, nec volunt in eodem instrumento, vel alio facere pactum de reuēdendo, ne per illud indicium cōuincatur mutuum, ita concludit ibi Io. An. Et plus dixit dominus Laurentius de Rodulphis in tractatu suo de vsuris. in secunda parte. q. 6. ꝙ in istis talibus sunt considerandę circunstantiæ, quæ occurrere possunt: nam si prædicta, de quibus habetur in d. cap. ad nostram. & in c. illo vos. de pigno. interueniant, tunc sufficit contractum censeri in fraudem vsurarum, & cum hoc trāseunt doctores ibi. subdit ibi dominus Laurentius, & si prædicta nō interueniāt: sed alia equiualētia indicia, magis apertè fraudem detegentia, idem dixit esse dicendum, maximè propter ea, quæ dixit Io. And. in d. c. ad nostram volētes itaque prelibatis modis in iure scriptis eorum fraudes detegētibus prouidere tam exquisitas fraudes inuenere, ꝙ nisi ex alijs præsumptionibus conuincantur, ex illis forsan non de facili, allegat dicta per se in præfato tractatu 18. quæstione primæ partis. & sic dicit in quæstione facti se aliàs obtinuisse. Quę autem indicia sufficiant ad præsumēdū cōtractum vsurarium, & simulatum, dicit illa, quæ bonus vir, vt est iudex, arbitrabitur: vt l. vir bonus. iudic. sol. & putat sufficere, si vsurarij fuerint contrahentes, de facili (inquit) pręsumetur in eos: quia pessimum hominum genus: vt dixit Hosti. in dicto cap. illo vos. & Ioan. Andr. in dicto c. ad nostram. si autem non fuerint consueti vsuras exercere, alias oportebit habere probationes, allegat, qđ no. Io. And. in addi. Spec. in tit. de vsuris. & qđ not. Ioā. Cald. in 18. quęstione, quæ incipit, vsurarius &c. Et sic videtur Do. Laurentius istam quæstionem decidere. Cum ergo probatum sit istud instrumentum esse vsurarium, & simulatum, & fictitium, & illum Innocentiū solitum fœnerari, & similes contractus simulatos facere: sequitur, ꝙ arbitrio iudicis relinquetur, quę indicia sufficiant, si non adsint indicia, quæ apponuntur a iure. Et adduco, qđ voluit Bal. in ca. primo. de feu. dato in
ſed Inno.tenuit contrariam,quam ſequitur Bartol.
in d.l.j.& & ſequitur Ange.tamen ex quo de cōſue-
tudine mundus obſeruat opinionem Inno. vt dicit
Inno.& Ioan.de Imo.in ſupradictis locis, non videt̃
eſſe opus inſiſtere,quia quod eſt cōſuetudinarium,
non eſt arbitrarium: vt pulchrè dixit Bal.in l.quicū.
que.C.de ſer.fugi.& ideo minimè mutanda ſunt. q̃
certam interpretationem habuerunt.l. minimè.ff.
de legi. ego tamen examinaui iſtum paſſum in le-
ctura mea in commento. dicto capitulo ſignifican-
tibus . & formaui ſex elegantes rationes pro vna ex
dictis opinionibus.Sed quia communiter ſeruatur
dictum Innocent. ad quid eſt neceſſe ingredi iſtum
conflictum diſputandi : & ſi rectè ponderetur dictū
Bal.in quantum in d.l.cum propria.allegat dictum
Inno.in dicto capitulo tanta.videtur ſequi illud.Itē
facit : quia fructus veniunt acceſſoriè ad rem , ideo
poſſunt peti generaliter.& facit ad hoc,quod voluit
Ange.in d.l.ex diuerſo.vbi idem tenet, quod tenuit
Inno.Item facit: quia cum dictæ terræ fuerint poſ-
ſeſſæ per illum Innocētium , & percepti fructus per
eum tanto tempore,ſatis videtur eſſe certus de quã-
titate,ideo certus eſſe debet,an velit cedere vel con-
35 tendere:& quia qui † certus eſt certificari nō debet.
c.eum qui certus.de reg.iur.libr.6.l.1.ad finem.ff.de
actio.empt.l.1.ff.de do.præleg.ergo. item licet Io.de
Imo.in d.ca.ſignificantibus.dicat, ꝙ forte verior eſt
opinio, quam poſuit Bar.in d.l.ex diuerſo.§.j. tamē
communiter ſeruatur illud, qđ ipſe voluit in d.l.j.ff.
de eden. ſtabimus ergo communi obſeruantiæ.Et
ſi dicatur, ꝙ nō eſt verum, ꝙ non ſeruatur dicta opi-
nio. Ad hoc reſponde, ꝙ ſtatur dicto doctoris dicen-
tis ita ſeruat̃,ita dixit Bar.in d.l. de quibus.ff. de legi.
Cū ergo Ang.& Io.de Imo dicūt, ꝙ ita ſeruat̃: ſtabĩt
dictis eorū. Et ſi dicat̃, ꝙ Saly.in d.l.cū propria.tenet
cōtrarium, vt debeat ſpecificari æſtimatio fructuū,
qui percepti ſunt ante lit.conteſt.qñ petuntur actio
ne propria: vt not. in l.item veniunt. §.fructus.ff.de
peti.hære.Ego reſpondeo, quòd ipſe loquitur eo ca
ſu,quo petuntur ſpecificari fructus. & ſic loquitur,
quando fuit petitum ex parte aduerſa , ꝙ ſpecifica-
rentur fructus,ſeu æſtimatio fructuū , quòd nō fuit
peritum in caſu noſtro. Item Saly. non fuit memor
eius,quod voluit Bar.in d.l.j.ff. de eden. nec fuit me
mor eius,quod voluit Ange. in locis allegatis ſupe-
rius,quòd communiter obſeruetur, ꝙ petantur fun
dus cum fructibus. Cum ergo ita ſit communis ob-
ſeruantia,ſequitur, ꝙ rectè primus iudicans iudica
uit , ergo eodem modo iudex appellationis iudica-
bit:iuxta illud poeticum , tu quoq; fac ſimile. Et ſic
concludo in fauorem domini Firmi, de Siccis,vt ꝓ-
nuntiet inſtrumentum eſſe pignoratitium, & debe-
re illum Ioannem Franciſcum computare ſibi fru-
ctus in ſortem pro quantitate debiti, & reſiduū fru-
ctuum habito reſpectu ad æſtimationē, & reſtitue-
re etiam ipſum fundum:& ſic confirmare primam
ſententiam. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Florentinus licet habitet alibi,gaudet benefi-
cio ſtatuti Florentini diſponentis, fratrem ſeu fra-
tris excluderet filias perſonæ defunctæ.

SVMMARIVM.

Diſpoſitio ſtatuti adaptatur ad eum caſum, ad quem adaptantur verba:& contra.nu.1.

Domus & familia honoratur in agnatis diuitibus.nu.3.

Naturalia pacto tolli non poſſunt. nu.6.

Iniuriarum vindicta ſpectat ad maſculos,non ad fœminas. numero 11.

CONSILIVM LXXIII.

CApio primum huius cōſultatio-
nis articulum : ſtatuto Flo-
rētino cauetur, ꝙ frater ſeu filius fra-
tris excludãt filias perſonę defunctæ.
Modo iſte frater originarius Floren-
tinus habēs ibi partem bonorum pa-
trimonialium, ibidem retinuit vnum ex ſuis filijs,&

ibi

ibi fuit dictus filius & est vxoratus, & ibi habet familiam. Sed ipse frater Florentinus longissimo tpe stetit, & habitauit Venetijs, & ibi habuit maiorem partem fortunarum suarum: quæritur, an sit locus dispositioni statuti Florentini: mihi vr̄ de iure dicendum, ꝙ possit excludere dictas filias vigore dicti statuti, non obstante, ꝙ Venetijs habitet, & maiorem partem suorum bonorū ibi habeat: hoc modo ad
1 illū casum adaptatur dispositio † statuti, ad quē casum adaptant̄ verba statuti, ita probatur in l.j. §.loquitur. ff. de magi. conue. & in l.4. §.toties. ff. de dā. infect. vbi dixit Bart. cauetur statuto, ꝙ de ꝯtu soluat̄ gabella sex denariorū pro libra, si sit ꝯtus sup re inęstimabili, ꝙ non habet locum dispositio statuti loquentis de re æstimabili. Idē dixit Bar. in l. ita aūt. ff. de admi. tu. & pulchrè dixit Ang. in d. §. toties. statuto cauetur, ꝙ stetur dicto medici, si est remansura cicatrix, & est notoriū ex pcussione remansurā cicatricē, ꝙ nō hēbit locū statutū: qa statutū loqt̄ de dubia cicatrice, nō đ notoria. & ibi dixit Io. de Imo. statuto cauet̄, ꝙ reus teneat̄ rn̄dere positionibus, & in fine causæ examinabit̄ si sunt īpertinētes, ꝙ si est notoriū, illas esse īpertinentes, nō tenebit̄ reus rn̄dere: qa verba statuti sunt ꝯcepta, qn̄ ē dubiū, si sunt īpertinētes, & ibi dixit Raph. Cu. statuto cauet̄, ꝙ ī ꝯtu minoris dēat interuenire cōsensus agnatorū, si minor non hēat agnatos, ꝙ non hēbit locū dispositio statuti. facit c. ex parte Astensis. de cōces. pb. & c. indēnitatibus. §. sed cū eas. de elec. lib. 6. & quod ibi voluit Dn̄icus. facit c. ad audientiā. de deci. & ideo bellissimè dixit Pet. de Anch. in c. fi. de male. statuto cauetur, ꝙ hn̄s pacē ab offenso cācellet̄ de banno: modo qdā blasphemauit Deū, & pęnituit, petebat cancellari de banno, decidit, ꝙ non pōt cancellari: qa verba statuti non adaptant̄ ad istū casum. facit. c. fi. de biga. & c. fi. de sta. mo. facit tex. l. si seruū. versi. nō dixit ptor. ff. de acq. hære. & tex. l. hos accusare. §. oībus. ff. de accu. & l. qđ cōstitutū. ff. de test. mili. facit. c. licet. de decim. & qđ ibi voluit do. Ant. & adduco, qđ cōsuluit Io. de Imo. in suis consilijs, ꝯsi. 37. incip in casu pmisso. vbi consuluit, ꝙ statutū disponens, ꝙ locator ante tres mēses possit denūtiar e cōductori, vt non perseuerer in conductione: tale statutū non hēt locū in locatione ad refirmandū: quia verba statuti non adaptant̄ ad illū casum. Et adduco, qđ consuluit Io. de Imo. consi. 43. vbi idē cōsuluit in sīli: & adduco, qđ consuluit solennis doctor dn̄s Frācīscus Tigrini de Pisis in cōsilio incipiente, Bernardus. posito inter consilia Bar. consi. 27. & qđ cōsuluit Lud. Ro. consi. 194. & quod voluit Bal. in l. in copulandis. C. de nup. & qđ voluit Bart. in d. l. qđ constitutū. dixi ego multum luculenter in extrauagāti Federici tertij Regis Siciliæ, quæ incipit, volētes, quam fm paruitatem mihi indignè datam a Deo cœli viuo repetij. Modo ex istis elicitur vera conclusio, quòd ad eum casum, ad quem adaptantur verba statuti, adaptātur dispositio ipsius statuti, & ad eum casum, ad quem non adaptantur verba statuti, non adaptatur dispositio statuti. Modo in casu nostro statutū istud Florentinum disponit, ꝙ frater excludat filias personæ defunctæ, sequitur, ꝙ cum ista verba comprehēdant, siue frater habitet Florentiæ, siue alibi habitet: quia quocunque vadat, illud naturale insequitur eum: sicut in simili dicimus de obligatione, quę insequitur obligatum quocumque vadat: vt dixit gloss. elegans in l. frater a fratre. ff. de condi. indebi.
2 Sicut in simili dicimus de eo † qui passus est sententiam capitalem, vt eum insequatur, quocūque vadat: vt refert & voluit Bartol. in l. cunctos populos. C. de summa trinita. & in l. qui vltimo. ff. de pęn. Sicut lepra sequitur leprosum, quocunq; vadat. c. cito turpem. j. q. j. & ꝙ dicimus de charactere, qui insequitur eum, cui imprimitur: vt l. quis ergo casus. ff. de pecul. l. 4. ff. de serui. l. 3. ff. pro soc. Bar. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. illud ergo naturale, fraternitas, insequitur fratrē quocunque vadat, & per consequēs in dispositione statuti vt cōprehendatur frater iste, siue habitet Florentiæ, siue alibi. Secundo facit ratio mouens statuentes, quæ fuit, vt agnati habeant quādam recompensationem propter iniurias, quæ sæpe inferuntur agnationi, quo casu assumere vindictam spectat ad ipsos agnatos masculini sexus: vt plenissimè superioribus diebus cōsului in ista cā, & voluit Bald. in consi. suo incip. Martinus Ioannis de Florentia. posito inter consilia Angel. 67. Ista ratio vendicat sibi locū in fratre habitāte alibi. Si ergo rō statuti habet locū in tali fratre, sequitur, ꝙ eodē modo habet locum ipsum statutum: quia ratio statuti, & ipsum statutū sunt vnū, & idē: ita voluit Dy. in c. fi. de reg. iur. lib. 6. & Cy. in l. nō dubium. C. de legib. & pbat. in l. cum mulier. ff. solu. mat. & in c. 2. requiris. & in c. cū speciali. §. porro. de appell. & qđ voluit glo. in l. scire leges. ff. de legi. quam Ange. ibi reputat singularem. item etiam: quia ratio dicti statuti est:
3 quia in † agnatis diuitibus honoratur domus, & familia: vt l. j. §. si seruus. ff. de ven. inspi. ista rō vēdicat sibi locum in fratre, siue habitet Florentiæ, siue alibi. cōseruatur enim decus & honor in familia propter diuitias. ita dixit illuminatus doctor Augustinus in libro de ciuitate Dei. probatur in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. Tertio, si quispiam dixerit, ꝙ rō statuti fuit pro publico bono: quia expedit reipublicæ habere locupletes subiectos: vt probat̄ in auth. vt iudi. sine qnoquo suffr. §. cogitatio. sed iste nō habitat Florentiæ: ergo sequitur, ꝙ cessat ratio statuti. Ad hoc respōdeo, ꝙ vbi plures causæ concurrūt ad fabricādum aliquod indiuiduū, & vna causa adest, & altera nō, remanet dispositio statuti firma, ita pbatur in l. liberorū. §. notantur. ff. de his qui not. infa. & insti. de nup. §. affinitatis. & l. si non lex Elia sentia. ff. de hære. instir. & per ꝯn̄s vendicat sibi locū dispositio statuti Florētini. Præterea iste frater retinet filium suum Florentiæ vxoratum, & ibi habet familiam, quo casu satis dicitur Florentiæ stare ille fra-
4 ter: quia † pater & filius censentur vna & eadē psona. l. fina. C. de impub. & alijs substi. & ibi dixit Bal. ꝙ adeo censentur eadem persona, ꝙ æstimū patris, cēset æstimū filij, alleg. gl. l. 1. C. qui æta. se excus. lib. 10. & l. sancimus. C. de agri. & censi. lib. 11. & idē voluit idem Bal. in l. sciendum. ff. qui satis. cogā. & in l. si nō plures. C. de sacro san. eccle. & in l. j. in prin. ff. ad Silla. & in l. diximus. §. si pater. cum l. sequenti. ff. de excu. tuto. & in addit. Spe. in titu. de censibus, ad finē. Bart. in d. l. sancimus. glo. in c. super eo. de testi. & qđ voluit Albe. de Rosa. in tract. statutorum, quem refert Ludo. Roma. in d. l. j. facit illud, quod scribitur apud Virgilium in secundo Eneidos, dum dicit: sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. & qđ bellissimè scripsit supremus historicus & orator Liuius de secundo bello Punico, in prin. vbi refert, ꝙ mortuo armorū duce īuictissimo Amilcare, & genitus eius Annibal venisset ad patrios exercitus: cūcti milites, & exercitus duces si visi sunt videre Amilcarem patrē: adeo ꝙ Annibalem iuuenem Amilcarē appellare vno ore ausi sunt, qui eadē lineamenta vultus tenebat: vt bellissime scribit historicus ille, facit gl. in c. fina. 24. q. 1. quæ dicit, ꝙ filius Regis appellatur Rex in vita patris. mouetur ad sic dicendum per l. in suis. ff. de liber. & posthu. facit glo. in l. hæreditas. C. de po. quæ dicit, ꝙ in tātum censentur vna persona patre & filius, & ꝙ mortuo patre nō est dare hæreditatem iacentē superstite filio, & ad hoc facit. l. patris &

tris & filij.ff.de vulga.& pupilla.& ideo dixit gloss.in dicto c.j.de feud.cogni. ꝙ si pater morit relicto suo filio masculo, non dr̄ ille filius acquirere feudum, sed dicitur acquisitum feudum capere.Bal.ibi dicit not.sapidum modum loquēdi.Et facit,quod voluit Bald.& Angel.in dicta l.in suis. quos refert & sequitur Ioan.de Imo. & quod voluit ibi Bar. & quod voluit idem Bart.in l.j.C.de impo.lucra. descript.li.10. Et sic satis videtur retinere domicilium habitationis Florentiæ pater per habitationem filij. Et adduco illud, quod in sacro scribitur euāgelio ego & pater vnum sumus.Ita dicamus in casu nostro, ꝙ pater videatur stare & habitare Florentiæ.& ideo spe
5 ciale est † ꝙ forensis gaudeat commodo statuti, ex quo est alienigena: vt consuluit Angel.in suo consilio incip. cui dicta actio sine cessione quæratur.qui ad hoc alleg.c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit.& illud consilium refert & sequitur Lud.Rom. in suis consilijs,consilio 221.vbi cōsuluit,in ciuitate Florētiæ cauetur statuto, ꝙ ad petitionē creditoris possit capi debitor per familiam Potestatis,quo casu cum quidam forensis esset creditor vnius Florentini, & voluisset capi facere suum debitorem vigore illius statuti,ꝙ nō potuit;ex quo erat forensis:ergo sequitur,ꝙ si fuisset Florentinus,licet alibi habitaret, potuisset gaudere bn̄ficio illius statuti. Et adduco, qđ voluit Paul.de Castr.in suis consilijs, consi. 342. vbi consuluit statutum disponebat, ꝙ cōitas teneatur reficere passo damnum : modo quidam forēsis fuit passus damnum in hospitio:fuit dubitatum, vtrum communitas teneretur reficere illi forensi damna: & consuluit ꝙ non teneatur, ex quo ille erat forensis,arg.eius,quod habetur in l.fi. §.cum in secunda. C.de fur.ergo secus si est ciuis,licet alibi habitet:nā
6 †vbicunque ciuis habitet, dicitur esse gloria suæ patriæ,& clarescit patria splendore sui ciuis,licet alibi habitet:vt l.sed & reprobari.§.fin.ff.de excusa.tuto. ergo gaudebit iste frater beneficio statuti. Et adduco elegantem tex.in c.constitutus.de in integ.restit. vbi iudicio meo vr̄ casus pro hac quęstione sic inducendo:statuto seu consuetudine Veronensi cauebatur,ꝙ proximior consanguineus posset reuocare vēditionem factam in extraneum a suo cōiuncto : deciditur ibi,ꝙ clericus proximior gaudet beneficio illius statuti:ecce modo qualiter clericus Veronensis est de populo Veronensi: vt probatur in c.dilecti.de foro ꝯpe.& voluit ibi Pet.de Anch.& in c.j.de pb.& ibi Ioan.de Imol.do.Abb.& alij, & per do.Anto.& alios.in c.ꝙ clericis.de foro compet.Et tamen clericus non est subditus laico, vt c.ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitu.c.bene quidem.96.distin.ergo idem dicemus in eo, qui est de municipio, licet alibi habitet. Facit, qđ consuluit Ioan.de Ligna. & Franciscus de Albergotis, quos omnes doctores referunt & sequūtur in d.c. ꝙ clericis. vbi dicunt accidisse in personam Lapi abbatis:statuto cauebatur, vt agnatus excludat fœminas: mō Lapus Abbas erat agnatus,fuit dubium:vtrum excluderet fęminas:fuit cōsultum ꝙ sic,vt gaudeat beneficio illius statuti, idē consuluit Bald. in quodam suo consilio incipiente, Martinus Ioannis de Florentia &c.posito inter consilia Ange.& in ordine est 67. vbi consuluit, clericū agnatum excludere fœminas; & tamen clerici non supportāt onera municipij. Ita & eodem modo iste frater licet alibi habitet,gaudebit beneficio statuti, & indubitanter ista apponunt gladium ad radicem huius dubitationis. Præterea facit ratio motiua illius statuti:fuit enim fauor agnationis : vt d.l.j.§.si seruus.ff.de ven.inspicien.Sed iste fauor agnationis ita debetur agnato absenti, sicut agnato præsenti: quia ita honorat agnationem suam in municipio alieno agnatus,sicut in municipio suo ꝓprio:quinimo magis spargitur honorificentia agnationis, si agnatus habitet in alio municipio.item illud statutum confert hæreditatem fratri testatoris exclusis fęminis propter vendicans iniurias illatas agnationi:vt dixit Bal.in præfato consilio : sed istud vēdicat sibi locum eodē modo in fratre habitante alibi: ergo. Præterea facit : ista nomina pater,mater,filius, frater, & similia sunt nomina appellatiua naturæ: 1 vt lege secunda. §.hi qui.l.tutelas.ff. de capit.dimi. iura enim naturalia sunt immutabilia.insti.de iure naturali.§.sed naturalia.l.eos.ff.de capi.dimi.& iō sequitur dixit Bartol.in d.l.tutelas,quòd vbi statutū loquitur per nomina naturalia : tunc non pereunt capitis diminutione, & etiam cadunt in bastardos, facit,quod voluit idem Barto.in l.pronūtiatio.ff.de verborum significa.Ita modo in casu nostro, istud statutum Florentinum defert istam successionem fratri sub nomine appellatiuo naturæ,qđ nomē nō extinguitur,licet habitet ī alio municipio: quia frater est quocūque vadat. l.ius agnationis.ff. de pac. insequitur enim fratrem illa fraternitas quocunq; vadat:quia natura ab eo subiecto est indelebilis,nō enim euellitur.facit simile,quod voluit glo.in l.frater a fratre.ff.de condictio.indebi. quæ dicit, ꝙ obligatio sequitur obligantem, sicut lepra sequitur leprosum.facit gloss.in l.ex ea.ff.de postu.quæ dicit,ꝙ excommunicatio insequitur excommunicatum, quocunque vadat.facit simile,quod voluit Bar.in l. cunctos populos.C.de summa trini.vbi dixit,ꝙ sententia capitalis insequitur condemnatum ad amputationem capitis,cum duceretur ad patibulum, fuit abstractus de manibus officialiū,decidit, quòd quocunque iuerit, est infamis, & incapax testandi. idem voluit in leg. qui vltimo. ff.de pen. facit quod habetur in l.quis ergo casus.ff.de pecu.& in l.4.ff.de serui.& quod habetur in capit.si qui a simonacis.1. questio.1. Et sic imprimitur character, qui deleri non potest : modo si ista quę insunt nobis per accidens,quocunque eamus, nos sequuntur,quāto fortius illud,quod inest nobis a natura, est a nobis inseparabile,& quocunque eamus inest nobis : & licet iste frater habitet Venetiis,tamen frater est:ergo vēdicat sibi locum dispositio statuti : quia ad eum casum adaptatur dispositio statuti,ad quem adaptantur verba statuti:vt superius dixi,& indubitāter ista apponunt securim ad arborem huius hesitationis: eoq; magis, cum statutum simpliciter loquatur de fratre nō distinguendo, ergo nos nō distinguemus: vt l.j.§. generaliter. ff.de lega.præstand. illud, quod non dicit statutum, nō dicemus nos.vt l.si seruum. versi.non dixit prętor.ff.de acqui.hære. ergo multo fortius in casu nostro gaudebit beneficio statuti:qa habitat per filium in ciuitate Florētiæ, perinde est, ac si in propria persona habitaret ipsemet pater: vt est dictum.Præterea dicat mihi aduersarius, ex quo capite velit excludere istum fratrem , vtrum ex eo: quia est forensis,& istud est falsum:quia ciuis Florētinus est origine,quam mutare nō potest.C.de munici.lib.10.l.origine.l.assumptio. ff.ad munici. facit gl.l.ciues.C.de incol.lib. 10.ea enim
7 † quæ naturalia sunt, pacto, vel renūtiatione tolli non possunt.l.ius agnationis.ff.de pac. & l.iura sanguinis.ff.de reg.iu. & ideo dicunt scrib. in d.l.ciues . vt voluit & refert ibi Io. de Pla.ꝙ si locus originis vocat suum ciuem, & locus, vbi hēt bona,insimul illū vocāt, ꝙ tenetur obedire loco originis,q. est sua patria, & est ꝓceptū iuris gentiū, vt priæ pareamus.l.veluti.ff. de iusti.& iur.per quem tex.dixit ibi Bar.in tract.de Guelphis,
8 & Gebellinis, ꝙ† talis pręsumitur esse quis, qualis est sua patria. & Cicero in quarto rhetoricorū.nullum

lum periculum pro patria graue putandum est. & in de somnio Scipionis, & in primo officiorũ: vnicuiq; nostrum chari parẽtes, chari sunt liberi, sed omnes hominum charitates vna patria complexa est, pro qua nõ dubitet quis bonam mortem appetere. l. minimè. ff. de relig. & sump. fu. Et sic non potest excludi ex eo: quia habet domicilium, ex quo remanet ciuis Florẽtinus: ergo sequitur, ꝙ gaudebit beneficio ipsius statuti Florentini. Et facit; quia cum essem legens Ferrarię, accidit quæstio cuiusdam magistri Peregrini medici, qui habitabat Rodigij; tamẽ erat oriundus Ferrariæ, & habebat bona Ferrariæ: fuit dubitatum, vtrum deberet seruari statutum Ferrariæ: consuluit do. Io. de Anan. & omnes doctores Bononiæ, & ego cõsului, ꝙ ex quo erat Ferrariensis debebat seruari statutum Ferrariæ: ex eo quia non dicebatur extinctum domicilium originis, qđ nõ poterat mutari: quia inest † nobis a natura: quia est locus generationis, & adducebam ea, quæ scribũt Cy. Bart. Bald. & alij in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & ego idẽ consului. & ita fuit obtentum. & iudicatũ Ferrariæ, & sic in casu nostro nõ perdit iura originis iste frater posito ꝙ habitet Venetijs: & sic videntur in indiuiduo decidere hanc dubitationẽ, & per consequens gaudebit beneficio huius iste frater. Præterea facit, si dicatur, istud statutũ emanauit propter publicum fauorem: vt respublica Florentina haberet locupletes subiectos: vt l. auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. & cum iste frater elegerit sibi domiciliũ Venetijs, & ibi resideat personaliter, habeat maiorem partẽ fortunarũ suarum, ergo debemus sequi mentem, & impropriare verba. vt deseruiamus menti, iuxta no. in l. cum mulier. ff. sol. mat. l. non dubiũ. C. de legib. l. scire. ff. de legi. c. secũdo requis. de appel. c. præterea. de verb. sign. Quia ad hoc rñdeo, ꝙ licet istud statutũ emanauerit ꝑpter publicũ bonũ: vt voluit Iaco. de Are. in sua disputatione, quam refert, & sequitur Io. An. in addi. Spec. in ti. de succes. ab intest. in rubr. Cy. in l. 1. C. de adul. tñ principaliter emanauit propter fauorẽ agnationis, vt diuitiæ remaneãt in familia, & in agnatione: vt in d. l. 1. §. si seruus. ff. de ven. inspi. & ne agnati paupertate sordescant: vt l. quisquis. C. ad le. Iul. maie. & in consequentiam in fauorem publicum. Sed ita est in casu nostro: qa iste frater est agnatus: ergo mẽs statuti fuit, vt ad eum peruenirent bona fratris, nec ꝑpter hoc iste frater est extra suam agnationem, licet alibi habitet, nec perdidit originem, vt est dictum: ergo. Item statutũ istud defert istã hæreditatẽ sub noĩe naturali appellatiuo fratris, quocunq; iuerit & habitauerit, fraternitas eũ insequitur. ergo illud voluit

10 statutum † qđ verbis expressit. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supel. leg. ideo dixit Cassiodorus, quem refert Bald. in c. j. de testi. alias in rubrica. nullũ magis mentis nostræ testimoniũ, quàm qualitas inspecta verbo. c. legimus. 93. dist. Cum ergo sub nãli appellatione, quæ est immutabilis, vt est dictũ cõtulit istud beneficium excludendo fœminas, ergo mens statuẽtium fuit, vt quocunq; iuerit, gaudeat beneficio statuti: quia illud censetur voluisse, ꝙ verba prolata sapiunt. l. librorũ. §. qđ tamẽ Cassius. ff. de leg. 3. æst enĩ cor linguę imperator. vt dixit Bald. in c. mandatũ. de rescri. voces sunt signa earũ, quæ sunt in anima passionum notæ, optimo dicẽte philosopho in primo perihermenias, cordis preco est lingua. ita dixit Bal. in tractatu scismatis: ergo volũtas statuti fuit Florẽtinos suos alibi habitãtes gaudere beneficio talis statuti. Vnde posito, non tñ concesso, ꝙ ciuitas perderet suum ciuẽ propter domiciliũ habitationis alibi contractũ, ꝙ tamen non est verũ, vt demõstraui superius, tñ gauderet cõmodo statuti, ex quo sub noĩe nãli appellatiuo illud sibi cõfert. Et si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ ciuitatis Florẽtina daret occasionem, vt Florentini non irent per mũdum exercẽdo mercantias, & negotiando, ꝙ esse non debet: qa cõtrarium videmus in facto seruari: quia Florẽtini ꝑagrant per orbem, & ꝯhunt domicilium in diuersis partibus mundi, & faciunt splendescere suã ciuitatẽ originariã: qa vbicũq; fuit, gloria, & splẽdor sunt suę ciuitatis: vt d. l. sed & reprobari. §. fi. ergo attẽdẽda est ista cõsuetudo Florẽtinorũ recedẽtiũ a patria ar. l. vel vniuersorũ. ff. de pign. act. l. qui semisses. ff. de vsur. Prętarea adduco ad ꝑdicta. l. fi. ff. de decr. ab or. faci. per quem tex. deciditur ista dubitatio: ibi enim probatur, ꝙ statutum ciuitatis ligat suum ciuem extra territorium habitantem, & negotiantem. & ratio est: quia vbicunque sit, est subiectus statuto suæ ciuitatis originariæ: vt d. l. origine. & d. l. assumptio. quo fit, vt sicut ligat ad onera, ita inuitat ad cõmoda, arg. c. qui sentit onus. de reg. iur. lib. 6. ergo & indubitãter ista dubitatio deciditur per illum text. ad hoc celebrẽ. ergo nõ ꝑdit absens iura sui municipij originarij. Prętarea adduco ad prædicta, qđ consuluit Paul. de Castr. in suis consilijs, consi. 232. incip. in Christi nomine circa primum &c. vbi accidit in cõtingentia facti: statutum ciuitatis Rachanti dispone bat, ꝙ mater excluderetur a successione sui filij intestati decedentis stantibus consanguineis patris, modo accidit in factor ꝙ mater erat non sub dicta statuenti, erat enim forensis, erat dubiũ, vtrũ istud statutum excluderet matrem non subditã illi statuto, & decidit, ꝙ tale statutum non potuit eam excludere etiam a bonis, quæ sunt Rachanti: quia non potuit tale statutũ ligare, maximè cũ loquat̃ in ꝑsonã: vt l. extra territorum. ff. de iurisdictione om. iudi. & l. cunctos populos a cõtrario sensu. C. de sum. tri. per id, qđ no. Bar. ibi in 7. q. in fi. dum dicit, ꝙ quãdo statutum loquitur in personam, non porrigitur ad forẽses. & etiam idem Bar. dicit in eadem. l. in 3. q. per hoc etiam alleg. quod not. idem Bartol. in l. fin. C. de pac. in quæstione dicẽte de statuto disponẽte, ꝙ ingressus monasterium non succedat patri, ꝙ non valet: quia confert suum effectum in tempus, quo desijt esse subdita. pro hoc etiam facit ratio secũdum eum, ꝙ eo casu, quo esset de Rachanto, non excluderetur per illud statutum a bonis non subditis statuenti. vt voluit Bartol. & Bald. in d. l. cunctos populos. in fine. 6. quæstionis. eadem ratione, arguendo de rebus non subditis statuentibus ad personam nõ subditam. l. qui plures. ff. de vulga. & pupill. & quod not. in l. miles ita. §. & quod diximus. ff. de testa. mili. Et sic concludit ibi do. Paulus, ꝙ ille non inuitatur ad incommodum, & ad commodum statuti, q̃ non est subditus statuenti: ergo sequitur, ꝙ secus erit, si esset subditus posito ꝙ alibi haberet domicilium. & per consequens cum iste frater sit subditus statuto Florentino, sequitur, ꝙ gaudebit beneficio statuti Florentini. Præterea facit, ꝙ tale statutum inuitans fratres ad excludendas fœminas emanauit ratione cuiusdam compensationis propter multa onera incumbentia agnatis, cuta iniurias illatas agnationi,

11 quarum † vindicta spectat ad masculos agnatos, & non ad fœminas: vt voluit gloss. in c. j. §. hoc autem notãdum. in verb. legibus. qui feu. da. poss. quæ dixit ꝙ ad fẽminam nõ spectat facere pacẽ de occisione, dñi: quia ad eam non spectat leuare faidam. Cum ergo habeant agnati istud onus, statuentes, qui ita statuerunt, deferendo hęreditatem agnatis fecerũt ratione cuiusdam compensationis, vt ad eos locentur commoda peruenientia ex agnatione ad quos spectant onera. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. Sed ista met ratio vendicat sibi locum in fratre habitante

bitante alibi: ergo & ꝙ illud statutum habuit illam considerationem ad onus recompensandum cum commodo, voluit Bal. in dicto suo consilio incipiē. Martinus Ioannis de Florentia. nam ita fit iniuria agnato absenti, sicut agnato præsenti. facit, quod habetur in l. lex Cornelia. ff. de iniur. vbi iniuria facta vni de cognatione, videtur facta toti cognationi. l. j.
12 ff. de libe. cau. Præterea facit, per transitum ad† monasterium nō perduntur iura sanguinis. l. iura. ff. de regu. iur. & refert Ludo. Roma. ita fuisse iudicatum apud dominos de Rota in suis singularibus singul. 39. ꝙ quidam nobilis de Francia monacus in impetratione beneficij asseruit se nobilem, opponebat, gratiam illam fuisse subreptitiā per id, quod voluit glo. in c. scripsit nobis regina Rhecca. 27. quæstione prima alias secunda gloss. in c. præsens clericus. 20. q. 3. glo. in c. ea quæ de stat. regul. gloss. in c. j. de purga. cano. tamen dicit contrariū fuisse decisum: quia iura sanguinis non abolentur, vt d. l. ius agnationis. cum similibus. & ita commemorat fuisse decisum in contingentia facti. Ita dicamus in proposito nostro, vt non sit extinctum ius agnationis, & fraternitatis: ideo stabit ista ratio firma. iste frater absens est frater. & Florentinus: ergo in eo vendicat sibi locum statutum Florentinum. Et sic ex istis demōstratum est multifariè, multisque modis fratrem istum gaudere beneficio statuti Florentini, licet habitet Venetijs, eoque magis, cum Florentiæ habitet filius eius, & ibidem bona habeat. Et ita concludo. ¶ Capio aliam dubitationem, vtrum debuerit prius constare, hæreditatem fuisse aditam per hæredem scriptum, & acceptare pure relicta facta in testamento. Et videtur de iure dicendum, quod prius constare debeat, hæreditatem fuisse aditā. Ad hoc adduco, quod voluit Baldus in lege fina. in principio. C. de iure deliberandi. vbi dicit, quod heres conueniri nō potest, nisi probetur, hæreditatē agnouisse. allegat, quod voluit glossa in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. ma. & l. proinde. ff. si cer. pe. & l. j. C. si vt se ab here. absti. ita colligit Bal. ibi ex §. fin. autem dubius, alleg. etiam ad hoc. §. si vero postquam. in ea. l. fi. & sic Bal. decidit hanc dubitationē in indiuiduo, ꝙ constare debuit per prius ipsum hæredem institutum adiuisse hæreditatem. Et ad hoc adduco, quod voluit idem Bal. in ea. l. fi. §. & si præfatam. versi. vnū scias, ꝙ tanꝙ hæres pro debito defuncti capi nō potest, nisi liqueat ipsum esse hæredem, & alleg. no. in d. §. transgrediamur. & adduco tex. in d. l. fi. §. si vero postꝙ adierint, vel se immiscuerint, inuentarium facere distulerint, tunc ex eo ipso hæredes esse intelligātur, & debitis hæreditarijs teneantur. vbi probat formaliter, ꝙ conueniuntur hæredes, postꝙ hæreditatem adiuerunt, & elapsum est tps conficiendi inuentarium: ergo opus est probare, ꝙ iste frater hæreditatem sui fratris adiuerit, & lapsum sit tempus conficiendi inuentarium: ergo ante conueniri non
13 poterit: quia† illud verbum tunc denotat extremitatem tpis. c. fi. de fo. cōpe. c. finē litibus. de dolo & cōtu. cle. j. de excep. c. personas. de app. c. pastoralis. de excep. c. cū dilectus. de accu. Bal. in authē. ꝯ rogatus. C. ad Treb. & in l. si ex cautione. C. de nō nu. pec. & in l. quibus diebus. §. cum quidam. ff. de condi. & demon. & in c. j. de mili. vasal. qui arma. belli. Ang. in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posthu. & in l. j. C. de codicil. tex. in c. quoniam frequenter. §. porro. vt lit. nō contest. c. ad aures. & c. super eo. el 2. de appel. Lud. Ro. ꝯsi. 54. & consilio 131. ergo sequitur, ꝙ debuit cōstare prius istum fratrem adijsse hæreditatem, & tps ad conficiendum inuentarium esse elapsum, alias conueniri non poterit, arg. eius, qđ hr̄ in l. hoc aūt. in vers. cōstare liquere ꝑtori. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & arg. l. generaliter. in ver. postꝙ hæc intimata fuerint prætori. C. de reb. credi. & iureiur. Præterea adduco ad hoc l. scimus. §. illud. C. de inoffi. testa. in ver sic. adita hæreditate sm̄ Vlpiani opinionem currat: vbi quinquennium, qđ datur ad querelam mouendam: currit ab hæreditate adita, & facit ratio: quia præter relicta per defunctum in testamento est dispositio ipsius testamēti: ideo nisi firmetur per hæredem, ꝙ est per aditionem hæreditatis, non potest nasci actio ad petendum aliquid ex dicto testamento: quia seruus nō est effectus sed causa. actus enim actiuorum sunt in patiēte bene disposito: & bellissimè dixit philosophorū facile princeps Aristoteles in secundo libro de anima. & habetur in c. venerabilem. de elect. Et per consequens stat conclusio vera, ꝙ nō potuerunt istæ filiæ agere ex dispositione dicti testamenti, nisi prius liqueret hæredē adijsse hæreditatem, & per consequens eo casu, quo legitima deberetur istis filiabus, debuit prius constare hæreditatem aditam fuisse per hæredem agendo contra ipsum hæredem: licet ergo acceptauerint relicta in testamento, debuerunt expectare tempus aditæ hæreditatis per hæredem, & tempus conficiendi inuentarium, alias eis non competit actio cōtra hæredē. Præterea & fortius nō cōpetebat eis actio: quia relicta testamento non agnouerunt purè, nisi & inquātum eis expediret, quo casu, quia iste est actus volū-
14 tarius, & in voluntate consistit, ergo† debet de volūtate ipsa constare: sed cum apponitur conditio: voluntas nō est firma: ergo sequit̄ ꝙ talis agnatio fuit nullius vigoris. hoc decidit tex. formalis in l. cum qͥ duobus. §. fi. ff. de acquir. hære. vbi probatur, ꝙ aditio hæreditatis non recipit conditionē. ita dicamus, ꝙ agnitio institutionis ꝑ dotibus facta a dictis filiabus non teneat, cum facta fuerit conditionaliter: vt ibi probatur. facit. c. actus legitimi. de reg. iur. libr. 6. vbi actus legitimi non recipiunt cōditionem: ergo non debuit fieri cōditionaliter. facit, quod in simili dixit Bart. licet dubitatiuè loquatur, in l. & si conditionalis. ff. de aucto. tut. vbi quærit si auctoritas possit interponi conditionaliter hoc modo, si & inquātum possum de iure, & alleg. d. l. cum qui duobus. §. fi. vbi conditio de præsenti vitiat actum, qui non recipit cōditionem, & quod voluit idem Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fac. & qđ voluit Bal. in repetitione. l. edita actio. C. de eden. & l. 1. C. qui admi. ad bon. poss. plenius ibi attingit Ludo. Ro. ad fi. vbi tenet, ꝙ talis agnitio est nulla, cum non recipiat cōditionem de præsenti, alle. d. l. cum qui. §. fi. & sic nō vr̄ insistendum circa hunc passum, cum habeamus casum euidentem in d. l. cum qui. §. fi. Cum ergo in casu nostro illæ feminæ fuissent institutę ab illo defuncto in dotibus suis, & ipsæ non agnouerunt, purè, sed conditionaliter, sequitur, ꝙ talis agnitio est ipso iure nulla, & per ꝯns eis nulla competit actio respectu dictæ agnitionis, & sic non pōt agere ꝯ hęredem: quia hæres non potest conueniri ab eo, qui non agnouit voluntatem: quia per coditionem suspensa est voluntas ipsarum filiarum instituta rum, quæ institutæ fuerant in dote: & ideo est in esse producta: quia omnes actus humani oriuntur a duplici principio, videlicet voluntatiuo & potestatiuo. vnde dicebat philosophus, vt refert Petr. de Ancha. post alios in c. cū super abbatia. de offi. delega. duo sunt, ex quibus omnium humanorum actuū ꝯstat effectus voluntas scilicet & potestas, quorum si alterum desit, nihil ista ꝙ explicari queat quādo enim voluntas & potestas, quorum aduersantur adinuicem, nihil agitur: vt d. c. cum super, & l. multum. C. si quis alteri uel sibi. & adduco text. ualde elegātem in l. omne verbum. in ver. voluntas legitima. C. cōmu.

mu.de leg.vbi Bald. colligit, ꝙ ad esse actus humani requiritur volũtas & potestas. Pro quo allego tex. in c. super inordinata.de preben.in versi.qui velit,& possit,&c.& in c.ad;hoc.de appel.in versi.potest & vult. licet Bal.in l. testamentũ.C.de iur.& fac.ign. referat Aristotelẽ dicere,ꝙ reqrũtur tria volũtas, potestas, & scientia:& credo,ꝙ per hoc nõ contradicat dicto

15 Boetij:quia † voluntas præsupponit scientiam:quia illud,qđ scimus,appetimus: vt scribitur apud Magistrum sententiarum,in prin.vbi refert Augustinum dicere, fruimur cognitis, in qbus volũtas delectata conquiescit.& sic stat vera cõclusio, ꝙ cũ defecerit volũtas istarum filiarum,sequitur,ꝙ licet potuerint agnoscere;tamen non agnouerunt:ideo paria sunt nõ facere actũ,vel minus solenniter facere.l.4.§.cõdẽnatum.ff.de re iudi.l.quoties. ff. qui satisda.cogã. 10.dist.c.vides fili charissime. Cũ ergo ineptè agnouerint,talis agnitio habetur pro nõ facta. Et ita cõcludo,ꝙ agnitio illa non tenuit, nec ab herede potuerunt petere aliquid non constito prius,ꝙ hereditatem adiuerit,& sic absolutum est secundũ dubiũ.

¶Capio tertium,in quo queritur, vtrũ cõpetat legitima per illa verba testatoris dicẽtis,ꝙ in dotibus eis datis ipsas instituit hæredes pro omni & toto eo,qđ petere possent pro legitima alia quacũque de causa. Et quidem videtur mihi de iure dicendum ꝙ nõ. & præmitto pro euidẽtia huius dubitationis,ꝙ stãte statuto ita vt stat, ꝙ præfatis filiabus, quibus relicta est dos ex forma statuti, nulla alia legitima debeat: quia satis putauit statuens sufficere filiabus, si congruenter dotatę sint, vel si pater eis relinquat dotes, & ad hoc adduco,qđ consuluit Pe.de Anch.ɔsi.408. vbi consuluit,ꝙ non põt petere supplemẽtũ legitimę,& idẽ consuluit Bal.dicens,ꝙ si statutũ excludit a successione, licet nõ dicat specialiter de legitima; tñ excludit a legitima,cuius radix est successio,si excludit a successione, ergo excludit a legitima : & est scriptũ illud ɔsiliũ manu sua ꝓpria, & sigillatũ suo sigillo ꝓprio,& subscriptũ ꝑ D. Franciscũ de Albergotis,& do.Petrũ de Vbaldis,ita refert Do.Ioan. Petrutius in l.si quando. §. generaliter.C. de inoffi.testa.& ita consuluit Lud.Ro.in suis consilijs,cõsi.31. & respondet ad d. §. generaliter. inquantum disponit, ꝙ specialiter debet excludi filius a supplemẽto legitimè.idem voluit Angel.in l.posthumus. §.si qs ex his.& in l.Papinianus.§.si qs mortis.ff. de inoffic. testa.& in l.Gallus.§.& quid si tantùm. ff.de liber.& posth. & sequitur ibi Ioann.de Imol.& quod voluit consi.103.& iam cõsului circa istum passum in hac quæstione supioribus diebus, vt videre possunt dñi aduocati:quia istum passum plenè examinaui, vtrũ tale statutum possit tollere legitimam. Et sic stat vera conclusio,ꝙ istę fœminæ non possunt petere legitimę supplementũ,& sufficere debet eis, ꝙ sint cõgruè dotatę.Si ergo non possunt contra dispositionẽ statuti petere legitimã,nec supplemẽtũ legitimę, sequitur,ꝙ testator,licet dixerit pro omni eo, & toto,ꝙ possent petere ꝓ legitima, videtur voluisse sequi cautelã,quam posuit glo.singu.in l.3.§.sed vtrũ. ff.de minori.quę voluit, ꝙ licet fuerit dotata, & ex dispositione statuti non possit venire cõtra testamẽtum paternum;tamen cautela est, vt instituatur in quinq; imperialibus,& dicatur pro omni eo,qđ petere posset. & ita dixit Ange.in d.l. Papinianus. §.si quis mortis.ff. de inoffi.testa. & in d.l.posthumus.§. si quis ex his.& in d.l.Gallus.§. & quid si tantum.& sic testator fuit vsus illa practica,& illa cautela,& ad hũc finẽ testator apposuit illa verba pro omni & toto eo,qđ ꝓ legitima: & sic inducta ad vnum finem, non debent operari contrariũ:vt l.legata inutiliter. ff.de legatis primo. vñ cũ posuerit testator illa verba ad cautelã,& ad hoc,vt aliud nõ possint dictę suę filiæ petere ex hereditate ipsius testatoris.sequitur, ꝙ non videtur eis reliquisse legitimam:quia iam legitimã vñr habuisse, cũ congruenter erant dotatæ:

16 testator enim † videtur voluisse per illa verba illud, qđ volunt statuta sui municipij:ita dixit Dy.& Bart. in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebel. vbi dicunt, ꝙ si ex forma statuti.agnati excludunt fœminas, qđ testator in suo testamento idem videtur voluisse, ꝙ agnati excludant fœminas:quia testator videtur voluisse illud, qđ disponit statutũ suę ciuitatis, & adduco,qđ voluit Petr.de Anchara.in l.tres fratres. ff. de pactis.in suis reportatis,vbi refert se in continentia facti consuluisse, qđ si statutum excludat fœminas a successione patris stantibus masculis, quòd si pater instituat filios,quòd non veniunt filię, quarũ in successione diuersa est cõditio & natura propter statutum,vt sic verba testatoris intelligantur secundùm mentem statuti.Secus si extraneus instituat filios Petri.lege,qui filiabus.ff.de legatis primo. & lege filij appellatione.& l. iusta interpretatione.ff.de verborum significatione.ita pulchrè decidit dominus Petr.ibi.Modo in casu nostro extat statutũ Florentię,quòd fœminę non succedant,sed cõgruè dotentur, & excludit eas propter existẽtiam fratris defunctę personæ,si testator instituat fratrem suũ hæredem vniuersalem,& suis filiabus relinquat dotes, & alia bona pro omni eo, quod possent petere pro legitima, videtur testator voluisse illud,quod disponit statutum Florentiæ,& sic suæ patriæ:posito,non tamen concesso,quòd aliud vellent verba ipsius testatoris: quia restringuntur verba prolata a defuncto,vt videatur velle illud, qđ disponit statutum sui municipij.vnde voluit do.Petr. ꝙ licet appellatione filij veniant masculus & fœmina:vt l.j.ff.de ver.si.& d.l.filij appellatione.tamen restringũtur illa verba, vt cõprehendat filios duntaxat, ex quo ita disponit statutũ sui municipij.Cum ergo statutum Florentię disponat,ꝙ sit contenta dote congrua,vel illa dote, quam pr̃ sibi reliquerit,si dicat,ꝙ reliquit pro eo,qđ posset habere pro sua legitima,vr̃ velle, ꝙ aliud non habeat pro sua legitima : quia illud idẽ disponit lex sui municipij.& adduco,qđ sapienter voluit Bal. in l.precibus.C.de impub.& alijs substi.in ver.& certè si testator fuisset interrogatus, non est verisimile, ꝙ voluisset ampliare se,arg.l. serui electione.§.cũ fundũ.& l.si domus.§.fi. ff.de lega.j.& l.qui tabernas.ff. de ɔ̃hen.emp.& rationabile est,ꝙ verba restringant ad cogitatũ,arg.l.si quis ita.§.penul.ff.de testa.tut.& in tali cogitatu habet locum statutum,argu.l.codicillis.§.fi.ff.de leg.2.& ꝙ testator fingitur idem cogitare,qđ lex disponit.ad hoc allega.l.si duo.ff.de acq. hære.ita dixit ibi Bald.cuius decisio apponit gladiũ ad hanc dubitationem, & licet testator ita dixerit ꝓ eo,quod posset petere pro legitima, nõ est verisimile,qđ voluerit ampliare se ad illud, ad quod non tenebatur.Et per consequens ex hac doctrina videtur apposita securis ad arborem, vtrum videatur pater voluisse,ꝙ dictę filię haberẽt integram legitimam. Et adduco singula.tex.in d.l.si duo.nisi probetur,ꝙ ille,qui facit aliquem actum intelligitur se astringere legi loquenti de illo actu.& dicit glo,ibi,ꝙ illa est fictio non presumptio,quæ non recipit probationẽ in contrarium,quod est valde no.ita colligit ibi Bal. quia cum testator iste videatur in isto suo testamento disponere illud,qđ disponit statutum suæ patriæ; quia disponit, ꝙ filiæ excludantur a fratre testa. & sint contentæ dote congrua,& sic non possint petere legitimam,videtur testator se astringere ad istud statutũ Florentinũ, & ꝑ cõsequẽs nõ poterit petere legitimam ista filia,seu filiæ:quia illa verba prolata a testa-

a testa-

a testatore regulãtur secundum dispositionem statuti Florentini. Et iudicio meo non potest allegari melius ad hanc dubitationem,& sileant fauces istarum filiarum. Facit etiam ad prædicta, quod voluit Bar. in l.vt iurisiurãdi.§.si liberi.ff.de ope.liber. & qđ cõsuluit do.Pe.de Ancha.in consi.413.& in suis reportatis in l. sed si hac.§.liberos.ff.de in ius voc. & Io.de Imol. in c.potuit. ad fi.de loca.& in consi.suo.25.& quod voluit Pau.de Cast. consi.77.vbi cõsuluerunt, quod si secundum consuetudinem mulier non succedat,quod vñr res,quas accipiunt in emphyteusim accepisse ſm illã consuetudinem. vnde si consuetudo est in ciuitate, ꝙ filiæ non succedant in emphyteusi,ꝙ eodẽ modo non videantur vocatę ex contractu ad illã emphyteusim:quia illã vidētur accepisse, vt disponit cõsuetudo illius ciuitatis. Ita dicamus in proposito nostro, vt videatur iste testator per illa verba voluisse illud, quod disponit cõsuetudo suæ ciuitatis, seu statutum, & per consequens non videtur habilitasse illã filiã,seu filias ad legitimam integram. Præterea testator apponendo illa verba, videtur voluisse adhibere illam cautelam, quam apponit.l.si quando.§.generaliter.C.de inoffici. testa. vbi habetur, ꝙ ad hoc vt filius excludatur a petendo supplementũ legitimæ, opus est, vt specialiter exprimatur in pacto,ꝙ est contentus pro supplemento legitimę. vbi quærit Bal.pater reliquid filiæ in testamento decem,& iussit eam esse cõtentam, ita ꝙ in bonis suis nõ possit plus petere, vel habere occasione legitimę vel alia quacũq; rõne. Modo ista filia istud legatũ acceptauit, & recepit a fratre, & fecit de eo finem, & refutationem : modo vult agere ad supplementum legitimæ, quærit, an possit:& arguit ꝙ non,& postea

17 decidit cõtrariũ:quia ius † sibi reseruat supplementũ, nisi illud specialiter renuntiet, & sic iste testator non videtur habilitasse istas suas filias ad petendum integram legitimã, sed videtur habuisse respectũ ad dispositionẽ.d.§.generaliter, vt videatur exclusa ab omni supplemento dotis petẽdæ,& per consequens ad abundantiorem cautelam videtur ita dixisse : ergo non debent talia verba operari contrarium effectum. l.legata.ff.de adimen.lega.& ideo posset adduci illud. Ouidianum: votoque tuo tua forma repugnat. Et plus dico, ꝙ verba deseruiunt menti: vt cap. præterea.& c.intelligentia,de verb.sig.& impropriamus verba, vt seruemus mentem,ad hoc facit l.non dubium.C.de legib.& quod voluit ibi Bald.& quod voluit idem Bal.in consi.incip.Martinus Ioannis de Florentia.posito inter consilia Angel.67.& habetur in l.& Proculus.ff.de vsufru.& in l.pater Seuerinam. §.conditionum verba.ff.de condi.& demonst. Cum ergo mens testantis fuerit, vt illæ suæ filiæ non habebant nisi dotes,& illa alia, quę eis reliquit, ergo mentem suam seruabimus.l.cum mulier.ff.solut. matri. l.scire oportet.§.si maximè.ff.de excusa.tuto.cap.secundo requiris,de appe.cap. Marchion & Basilides. 1.q.j.vbi non in folijs, sed in sensu consistit euangelium. quinimo plus dico, ꝙ si illa ratio, quæ potuit testatorem mouere ad sic disponendum,non exprimatur, debet haberi pro expressa. ita probatur in l. quoties.C. de fideicom.ita decidit Bal.ibi per illum tex.ad hoc adduco tex.l.quamuis.C.de fideicomm. vbi colligit Bald.ꝙ licet illa verba deficerent,tamen sensus testatoris non deficiebat,& ideo ratio illa debet haberi pro expressa tam in testamentis,quàm in statutis legum.ita ibi decidit gl.elegans, & est interpretatio intellectiua,& non extẽsiua ex eo, quia tex. ibi dicit,intelligi potest,& est text. valde sing.ad hoc, voluit Cy. in l.non dubium.C. de legi.quem ad hoc alleg.D.Abb.in c.fi.de re iudi.Bar.in l.maximum vitium.C.de libe.pręte.glo.tale pactum.§.fi.ff.de pact. gl.in l.codicillis.§.instituto.ff.de leg.2.tex.in ca. suggestum,de appella.& ibi voluit do.Abb.ad hoc allegans Cy.in d.l.non dubium.tex.in d.c.2. requiris. & ibi do.Abb.Dy.in d.c.fi.de re iud.Modo in casu nostro testator instituit fratrem heredem vniuersalẽ, & sic voluit totam suam hæreditatem deuolui sibi. & plura alia bona filiabus, reliqt, & eas in dotibus instituit,& iussit esse contentas pro omni eo,& toto qđ ꝓ legitima petere possent. Pro certo nõ ob aliud apposuit illa verba, nisi vt possent integrã legitimã petere: quia voluit hæreditatem totam peruenire ad frattem suum carnalem.clarum est, ꝙ nulla alia ratio reddi potest:ergo debet haberi pro expressa,& per consequẽs illa verba non importãt augmẽtũ, & indubitanter ista cõsideratio ad hanc decisionẽ nõ

18 est insuauis,& per cõsequens debemus seruare † voluntatem testantis:quia vbi voluntas est manifesta, nusquã interpretatio verborum tãtum valet, vt melior sensu existat.l.si filium.C.de lib.præte.& per cõsequens hæc voluntas seruanda est, quam Deus & sancti patres seruari voluerunt vt c. vltima volũtas. 13.q.2. Et ita concludo, ꝙ istis filiabus nulla debeat legitima, nec insisto vtrum potuerit statutum priuare filias legitima eis debita:quia in alio cõsilio eiusdem causæ consului, vt videri potest. Et ita cõcludo. sileant ergo dictæ filiæ & sint contentæ dispositione paterna.

EPITOME.

¶ De intellectu authen. præterea.C. vnde vir & vxor. Item producens falsum testẽ mulctatur amissione causæ.

SVMMARIVM.

Auth.præterea.C.vnde vir & vxor intellectus. & numeris.numero 3.& seq.

Res vna & eadem aliter censetur vno tempore,& aliter censetur alio tempore.nu.5.

Inueniatur,verbum importat quandam rimationem & inuestigationem.nu.7.

Glossæ auctoritas magna,& est idolum aduocatorum.nu.8.

Nihil & paruum æquiparantur.nu. 9.

Dos quando dicatur magnam vel parua statur arbitrio iudicis. numero 10.

Probatio plena resultat ex pluribus præsumptionibus.num.14.

Credo verbum,ita præiudicat, ac si diceretur,confiteor. nu.15.

Dolus an & quando præsumatur.nu. 16.

Notorium licet non sit probandum, est tamen allegandum. numero 17.

CONSILIVM LXXIIII.

ET quidem viso puncto, & facti contingẽtia, & solenni animaduersione pensatis mihi videtur de iure aperto dicendum, ꝙ dicta mulier possit petere, & ꝯseq. quartã in bonis mariti iam defuncti. Et pro fundamẽto potissimo huius consultationis

1 præmitto, ꝙ † paria sunt nõ hẽre dotẽ,vel paruulã dotem,adduco ad hoc simile, quòd voluit Innoc. in capitu.si proponente.de rescript.ubi dixit, ꝙ si qs habet modicum beneficium, & impetrat aliud beneficium tacito illo modico beneficio, ꝙ non dicitur supreptitia impetratio:quia paria sunt nullũ habere bñficiũ,uel modicũ. Et dixit gl. elegans, in c.cũ teneamur.de pb.ꝙ erat dictũ ęquũ,& est põdetãdũ: quia loquitur in materia ambitionis euitandæ : ergo

go multofortius vbi materia sapit æquitatem: vt in casu nostro, multofortius ergo paruula dos habetur pro non dote. Et adduco, quod voluit glo. in l. sciendum. ff. qui satisda. cog. quæ dicit, ꝙ habens immobilia, euitat onus satisdandi, quod nō euitat si possidet cespitem terræ, & idem voluit gloss. in authen. de hære. & fal. §. si verò absunt. per quā glo. dixit ibi Ange. Statuto cauetur, ꝙ habens apothecam, non possit capi vt suspectus, ꝙ ille qui possidet vilissimā apothecam, capi poterit. Ita dicamus in proposito, ꝙ si dos est vilis, habeatur ꝓ nō dote quò ad casum auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Et adduco, quod voluit Ange. in l. senatus. §. Marcellus. ff. de leg. j. per illū tex. Statuto cauetur, ꝙ forensis nō possit acquirere domū in ciuitate, nihilominus poterit acqrere domūculā. Et adduco, qđ voluit Bal. ī l. si ꝑdium, C. de ædil. act. statuto inqt cauet̄, ꝙ si qs fecerit vulnus alicui, puniat̄ certa pœna: qa statutū intelligitur
cõsilio 321.ꝙ captura, q̃ fit de facto, potuit reuocari de facto, facit capitulum, quintavallis. in versiculo, reuocetur &c. de iureiurando. Cum ergo fuerit de facto, & non de iure captus, veniebat relaxandus etiã de facto: si vero aufugit, non fecit rem illicitam, nec fregit carceres. Et per consequens ille græcus cũ debebat eum relaxare de facto, non debet teneri ad interesse, licet aufugerit de arce. Quia re vera ista non obstant. Primo negatur præfatum assumptum, ꝙ de facto fuerit captus. Primo ipse fuit captus ex iusta cã quia præcedebat debitum, ad quod tenebatur illi Herculi: vt est probatũ in processu: ergo captura illa non fuit sine causa iusta. Item erat suspectus de fuga: quia erat non soluendo: & iam apparet propter fugam secutam ꝙ erat suspectus, & fugitiuus. iuxta illud: exitus acta probat &c. & quod sacro scribitur euangelio, a fructibus eorum cognoscetis eos, facto ostenditur voluntas. l. reprehendenda. C. de institut. & substi. gl. in l. de quibus. ff. de legi. Item ꝙ legitimè fuerit captus, primo colligitur ex iuris præsumptione: quia lex præsumit, ꝙ quicquid iudex arbitretur, iusto iudicio arbitretur: vt est text. singularis in l. 2. C. de offi. ciui. iudi. quem text. ita audiui sæpe numero allegari a domino meo Ioan. de Imo. Item præsumit lex, quòd quicquid iudex facit, iustè faciat. l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. c. pisanis, de restitut. spol. cap. in præsentia, de renunc. cap. cum inter nos, de re iudi. cap. bonæ memoriæ, de elect. est enim iudex minister legis, ideo non est admiratione dignum, si lex confidat de suo ministro, vt probatur in cap. sententia pastoris. 9. q. 3. ergo sequitur, quòd præsumitur talis captura iusta, & canonica, & non de facto. Item vt nulla possit haberi dubitatio probatur, quia dominus Lombardus potestas Imolæ cum dubitaret, si illa captura fuisset facta de facto, pronuntiauit fuisse legitimam, & canonicam, nec ab ea fuit appellatũ, quo casu procedit doctrina relata per Lapum Abb. in capitu. 1. de rescript. libr. 6. vbi dixit, quòd si rescriptum esset impetratum ab excõmunicato, & iudex delegatus ex illo rescripto pronuntiaret se esse competentem, & non esset appellatum a tali pronuntiatione, sententia tenebit, & transibit in rẽ iudicatam, & sic poterit pcedi in principali: secus si non esset facta pronuntiatio, & pro illo dicto Lapi facit glo. 1. & cap. dispendia, de rescript. lib. 6. & quod voluit domi. Anto. in cap. super literis, de rescript. facit, quod volunt scribentes in cap. præterea, de dila. Cum ergo in casu nostro dictus domi. Lombardus pronuntiauerit illum Mengulum fuisse legitimè, & canonicè captum, & ab illa pronuntiatione non fuerit appellatum, sequitur, quòd talis permutatio trãsiuit in rem iudicatam: & per consequens cessat obiectio, quòd non fuerit legitimè captus. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ non probatur ex processu, ꝙ ille do. Lombardus

16 ita pronuntiauerit. Ad hoc respondeo, ꝙ † satis videt probatũ, quia ipsemet d. Lombardus productus in testem, ita aperto ore deponit, & multi alij testes, ita deponunt illum dom. Lombardum ita pronunciasse, quo casu potest probari sentẽtia per testes. ad hæc adduco. cap. sicut, de re iudic. vbi sententia probatur per duos testes, & idem volunt domi. de Rota decisione 323. vbi decidunt, quòd sentẽtia potest probari per testes. facit simile, quòd citatio commissionis facta a iudice potest probari per testes. ita decidit domi. Anto. in cap. cum dilecti, de dolo & contum. per illum text. & etiam ad hoc allegat Innocent. in cap. quoniam contra, de prob. & adduco simile, quod dixit Bald. in l. scire oportet. §. oportet. per illum tex. ff. de excusa. tuto. quòd propositio exceptionem facta in iudicio potest probari per testes: licet aliter dixerit Bernardus in c. prudentiam. §. sexta, de offi. deleg.

Et adduco simile, quod voluit glo. in c. si duobus, in ver. non apparet, de rescript. lib. 6. quæ dicit, ꝙ gratia Papæ potest probari per testes, & quod voluit Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler. & in l. siue apud acta. C. de transact. & in c. j. §. item sacramenta, de pac. iu. fir. in vsib. feud. no. in procemio sexti, & per Bal. in l. j. C. de man. prin. Facit simile, quod voluit Inno. in c. Albericus, de testi. vbi voluit, ꝙ publicatio testium possit probari per testes, quem sequitur ibi Io. de Imo. facit simile, quod habetur in l. j. C. de arb. vbi voluit Cy. & Bal. per illum tex. ꝙ pactum appositum in compromisso potest probari per testes. Facit simile, quod dixit Bal. in l. cõsentaneam. C. quomodo & quãdo iudex. vbi voluit, ꝙ citatio possit probari per testes. facit simile, quod voluit idem Bal. in l. solennibus. C. de fide instru. vbi dicit, ꝙ doctoratus probatur per testes, qui interfuerunt in conuentu publico, & per hoc decidit, ꝙ probetur examen priuatum, quia per assumptionem maiorum ordinum probatur assumptio minorum ordinum, & adduco simile, quod voluit Ioann. de Imo in cap. fraternitati, de cler. non residen. vbi dicit, ꝙ per testes probatur publicum instrumentum licentiæ datæ clerico beneficiato ad se absentandum. Et adduco simile, quod voluit Bald. in capit. solitæ, de restitut. spoliato. vbi dicit, ꝙ per testes probatur renuntiatio beneficij, & eius collatio, Facit simile, quod dixit Bald. in l. falsus. C. de fur. vbi voluit, ꝙ mãdatum procuratoris potest probari per testes, & in l. gesta. C. de re iudic. & in l. j. C. de procu. Facit simile, quod voluit Io. de Imo. in c. cum in iure peritus, de offi. deleg. ꝙ delegatio potest probari per testes: ergo sequitur, quòd eodem modo potuit probari per testes, ꝙ dominus Lombardus pronuntiauerit illam captura, quæ facta extitit de illo Megulo, fuerit canonicè & legitimè facta: maximè per ipsummet, qui illã pronuntiationem fecit, argumẽto eius quod voluit glo. quæ reputatur singul. in l. si prætor, §. Marcellus. ff. de iudi. quæ dicit, ꝙ statur assertioni iudicis, ex quo capite dederit sententiam, maximè in casu nostro, cum istud sit probatum per alios testes, eo magis cum non fuerit a tali pronuntiatione appellatum: ergo stabitur istis testibus deponentibus factam fuisse pronuntiationem super legitimatione capturæ de illo Mengulo. Facit etiam, quod voluit glo. in l. quoniam. C. de hære. quæ dicit, ꝙ per testes probantur acta iudicij. idem voluit gl. in l. quoties. §. vltimo. ff. de prob. & in d. l. si prætor. §. Marcellus. & in l. curet. ff. de testi. & in c. tertio loco, de probat. & adduco. cap. cum dilecti, de accus. vbi acta iudicij probantur per testes. & adduco. c. Albericus, de testi. vbi sententia probatur per testes, sed sententia est de actis: ergo acta probantur per testes. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod habetur in ca. quoniam contra, de prob. vbi dicit, ꝙ acta debent probari per legitima documenta. Respondeo, ille tex. non loquitur in sententia: vt est casus noster. item ille tex. nõ

17 contradicit: ex eo † quia appellatione documentorum veniũt testes: vt probatur in c. peruenit, de test. cog. & in l. j. ff. de fide instr. & in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verbor. sign. ergo. & istud voluit ibi Innoc. & adduco, quod voluit Innoc. in d. c. quoniã contra. in vltima glosella, & Io. An. ibi super verbo, cõstiterit. solum enim voluit obuiare, ne habeamus stare solo verbo iudicis. & ideo vt facilior sit probatio actorum, mandat redigi in scriptis: non autem requirit scripturam de necessitate: vt patet ex gl. eleganti posita in ca. j. de censib. lib. 6. quæ istum casum non ponit inter alios casus, in quibus reperitur scriptura, & etiam text. cum gloss. in d. l. quoties. §. fin. ff. de probat. decidit, quod acta possunt probari per testes, si non fuerũt scripta: licet Bar. dubitet ibi. & pa-

ter

tet ex dicto.c.sicut,de re iudic. & voluit Spec.in titu. de sent. & re iud.§.iuxta.ver.sed pone,ꝙ publicatus. Et adduco, quod voluit solennis doctor Pau.de Castro,in suis consilijs, cons.2.incip.pro euidētia eius. vbi consuluit, ꝙ sententia potest probari per testes. & ad hoc allegat.d.cap.sicut,de re iudi.consuluit,ꝙ acta possunt probari p testes,allegat glo.d.l.quoties. §.si.cum tex. & etiam allegat Inn.& Ioan.An.in d.c. quoniam contra. Et sic apparet conclusio vera & indubitata, ꝙ huiusmodi pronūtiatio facta per illum do.Lombardum est probata sufficienter: quia non est probata ex suo solo dicto, sed ēt ex dicto testium productorum ex parte huius Herculi creditores: ergo non fuit captus ille Mengulus debitor de facto, sed legitimè,& canonicè: ergo nō veniebat relaxandus.Et per consequens non obstant iura allegata superius in contrarium.Modò in proposito nostro ille græcus officialis, seu Vicarius, assumendo custodiā illius Menguli debitoris iam capti ad instātiam Herculis prædicti creditoris.& dicendo,lassa el pensiero a me,&c.videtur asserere se peritū & curiosum circa custodiendum illum in carceres,ne aufugiat, argumento eius, quod voluit gloss.in l.secunda. ff. quod quisque iuris. & facit, quod voluit Salycet.in d.l.ad commentariensem.vbi ad hoc allegat glo.d.l.secundæ.ergo sequitur, ꝙ tenetur dicto Herculi creditori ad id,ad quod tenebatur dictus Mengulus dicto Herculi. Et si opponatur, ꝙ ille Mengulus erat minor, apparet responsio euidens non esse probatam illam minorem ætatem:ideo nō sufficit asserere,sed opus est probare: vt voluit glo.in ca.super eo,de appel.& in c.non est,de consuet.lib.6.& in cle.j.de in integ.restitut.& in l.1.ff.si quadr.pauper.fecisse dicatur,quæ supplet,& probetur,per glos.l.magis puto.§.illud.ff. de rebus eo.glos.in l.secunda.ff.de fer.& in l.ait prætor. in princi.ff.vi bonorum raptorum. & in l.j.ff.de incend.rui.naufra.Ergo non est standum allegationi,quòd ille erat minor, sed necesse est probare minorem ætatem, & sic multifariè, multisque modis demonstraui illum græcum teneri dicto Herculi ad id,quod tenebatur ille Mengulus debitor.Et ita concludo partes domini iudicantis esse in pronunciando,& declarando primum iudicem malè,iniquè,& iniustè iudicasse,& istum Herculem bene, legitimè, & canonicè appellasse,vel quia factæ sunt nouæ probationes in isto secundo processu,iuxta illud, quod dici solet,non probatum probabo, non allegatum allegabo, vt l.per hanc.C.de tempo.ordin.Quo casu posset dici,ꝙ illa prima sententia infirmatur,& redditur iniqua,& iniusta ex probationibus nouiter factis in causa appellationis,argumento eius,quod habetur in l.Titianus.ff.quod cum eo.ideo poterit dominus iudicans condemnare illum grecum ad debitum,& ad interesse, ad quod tenebatur ille Mengulus debitor prefato Herculi,& pronuntiare primam sententiam iniustam, & bene & canonicè fuisse appellatum. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Mutans ad literas,& suasionem alterius signa in pannis,non præsumitur dolosè facere, nec venit pœna falsi puniendus.

SVMMARIVM.

Peccatum non præsumendum.nu.2.& 8.
Bonus vir quis.nu.7.

CONSILIVM LXXVII.

EQuidem Viso pūcto,& magno studio discusso: licet, nec instructio, nec aliqua allegatio, sed nudus punctus est mihi transmissus. Et cum animo meo conceperim hanc causam esse decidendam, apud iustissimum tribunal magnifici,potentis, ac iustissimi domini Potestatis Rauennæ:quia inclitum ac illustrissimum illud dominium dominorum Venetorum est iustum,clemens,pium,facile,& benignum, vt rectè dici possit.Sunt dñi Maris,prælati gloria mūdi. Viua sacra Dei defendunt sanguine multo,audacius ergo & prestantiori animo hāc consultationem assumpsi:quia tale iudicium dabit iustissimus dominus Potestas, quale generosum,ac patritium Venetum decet.est enim antiquę,& nobilissime prosapię de Dandolis do. Anto.quem,si non fallor,vidi Vicedominum Ferrarię.Et pro potissimo huius consultationis fundamento ego præmitto:quia in dubio debemus capere viā,vt excludamus dolum,& includamus simplicitatem:ita dixit gl.fin.in c.super literis, de rescri.quæ voluit, ꝙ licet aliquis impetrauerit rescriptum suggerendo falsum præsumitur per simplicitatem ita dixisse,de qua gl.facit festum D.Car.ibi: quia qlibet presumitur bonus, vt l.merito.ff.pro socio.& ꝙ

1 †nemo presumitur immemor suæ salutis,vt j.q.7.c.sancimus.c.1.de scrutinio.Et ideo dixit gl.fin. in c.clerici.81.di.quam apud legistas reuelauit Bald. in commento.l.data opera.C.qui accusa.non poss.ꝙ si duo clerici dicunt me deliquisse hic, hac hora, & duo laici dicunt contrarium, & regula sit, vt stetur testibus dignioribus:vt c.in nostra, de testi.l.ob carmen.ff.eo.& clerici sint digniores laicis: vt in c.cum ex iniuncto.de hære.c.denique.4.di.sunt enim dij: vt c.sacerdotibus.11.q.1.sunt enim regulę genus.c.duo

2 sunt genera.12.q.2.tamen † vt excusemus eos a delicto,stamus potius dicto laicorū, quàm clericorum, ꝙ est mirabile. Et adduco,quod voluit Bart.in l.non solùm.§.sed vt probari.ff.de oper.no.nunc.vbi dixit, ꝙ si magnus est prohibitus intrare palatium dominorum de tempore maij,fuit accusatus Magnas, & fuit probatum,ꝙ intrauit palatium,sed nō fuit probatum,ꝙ intrauit tempore maij,ꝙ presumitur,ꝙ intrauit tempore licito,& non tempore prohibito, & pœnali: quia capimus viā,vt excludamus delictum. Et adduco,quod voluit Inno.in c.dudum,de ele.vbi dicit,accusatus est quidam episcopus de simonia,& probatum,ꝙ alienat ecclesiastica sub annuo censu, ꝙ intelligitur,idest tēporalia ad hoc, vt excludamus delictum simonię,& ibi etiam dicit,accusatus est episcopus quidam, ꝙ sit iracūdus,& probatum capitur in bonam partem,vt intelligatur,ꝙ sit iracūdus contra facinorosos:iuxta illud celebris psalmistæ,irascimini,& nolite peccare.Facit,quod voluit Cyn.& alij in l.matrem.C.de proba.& do. Abb.in ca.auditis,de procura.& ideo multum egregiè dixit Bald.in l.2.C. de fals.ꝙ vbi tolerabilis est error, potius debet præsumi error,quàm malitia,& sic capimus,vt quis excusetur a delicto aliqua suadente causa:vt l.igitur.§.potest.ff.de liber.causa.l.plagij.C.ad l.iul.de plagiar.l.j. ad finem.ff.de abige.gl.in c.cum venerabilis,de consuet.non præsumitur quis malus.c.estote misericordes,de reg.iur.c.1.de scruti.l.omnimodo.C.de inofficio.testament.l.cum pater.§.rogo.ff.de leg.primo. Apparet ergo liquida conclusio,ꝙ vbi possumus capere viam,vt quis excusetur a delicto,nos illam capimus:vt apparet in dictis iuribus,& istud sit primum fundamentum ad excusandum istum Bonum a falso. ¶ Secundo præmitto,quòd iste accusatus de falso, est bonus, simplex,& honestus vir,quo casu credendum

dēdum in bono viro, ita dixit tex. elegans in l. si a bonæ fidei. ff. de rei ven. facit, quod not. ibi Ang. & facit glo. elegans in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. per quam glo. dixit Bald. in c. ad audientiam, de præ-
3 scrip. quòd † præsumitur adesse bona fides, & idem Bal. in c. sanctorum, eo. titu. dixit, ꝙ quis efficitur bonę fidei credendo alicui bono viro. idem voluit in c. cum contingat, de resc. Facit, quod voluit Ang. in l. j. ff. de eo per quem factum erit. vbi loquitur de excusando aliquē, si credidit bono viro: ergo multo plus si idem credens sit bonus vir. Et facit, quod egregie voluit Host. in c. finem litibus, de dol. & contu. vbi dixit, ꝙ in tantum defertur honesto, & graui viro, ꝙ si succumbat in causa, eo quia non habuit iustam causam litigandi, non punitur in expensis, quia pręsumitur, ꝙ aliquo iusto colore, vel aliqua colorata causa motus sit, quod voluit glo. in c. expedit. 12. q. 1. & voluit domi. Anto. in c. postremo, de appe. & eleganter addidit do. Anto. ꝙ si est grauis, & honestus vir, & superior committit sibi causam versatam inter duos, quorum est coniunctus ipsi iudici delegato, præsumendum est, ꝙ recte iudicabit, nec inclinabitur magis ad dexteram, quàm ad sinistram propter illā coniunctionem sanguinis. vnde cessauit illa sinistra suspicio, caro & sanguis reuelauit. Facit, quod not. in cap. Lugdunensis. 9. q. 3. & in c. in nostra, de procura. & in c. omnes. 7. quæstione prima. & in c. 1. de cler. per saltum promo. & in c. 2. de ope. no. nun. Et adduco glo. singularem in l. ex consensu. §. fina. de appel. quæ voluit, ꝙ quis excusatur a contumacia, si credidit alicui, ideò ad iudicium citatus non accessit. ponit ibi Ang. exemplum: citatus dicit non comparui, quia talis procurator dixit mihi, nō est necesse ire hodie ad iudicem, licet potuerim consulere peritiorem: vt l. bonorum. ff. de bono. poss. titulo generali. Bal. in l. iuris ignorantia. C. qui admittit. vel si amicus ipsius citati ita sibi dixit, vel si ipse nuncius citans dixit ipsi citato, per schedulam, iudex dixit mihi, quòd propter istam primam citationem non curares, vnde non debuit esse ita credulus; tamē excusatur a contumacia, & sic dicit ibi Ang. excusatur a dolo: quia omnis colorata causa est exclusiua doli, & sic voluit glos. Ang. Dyn. & omnes in dicta l. ex consensu. §. fina. ꝙ excusetur quis a dolo pp causam coloratam. Facit, quod voluit glos. in l. prima. §. fina. ff. si quis ius dicen. non
4 obtemp. vbi est glo. similis, quæ voluit, quòd † causa licet iniusta excusat a dolo. Bald. ibi allegat dictam l. igitur. § potest. & dicta l. plagij. & allegat gl. dicta l. ex consensu. §. fina. & allegat glo. in l. non tantum. §. sed & Attiliciano. ff. de fideicommiss. lib. & ideo colligit ibi Bal. quòd licet quis fuerit personaliter citatus, tamen potest excusari a vera contumacia: tamen habebit beneficium appellādi. Modo dicitur in facto, ꝙ socius istius inquisiti commorabatur Rauennę, & scripsit suadendo isti inquisito, vt apponeret aliqua sigilla, quæ apponuntur in pannis Veronensibus, & illa apponeret pannis Mantuanis, iste bonus vir cre-
5 didit socio suo: quia societas † est quædam fraternitas, vt l. verum. ff. pro socio, & sic credidit suo amico, credens se impune hoc posse facere, ex quo ab amico & socio istud suadebatur sibi, putauit enim, quòd amicus non vult amico nisi bona: vt pulchre dixit Bal. in l. eos. C. de testibus. magnum referens Philosophum: quia amicus diligit amicum vti se ipsum: vt sapienter voluit summus orator in secunda epistola quid dulcius, inquit, quàm habere amicum, cum quo omnia audeas loqui, sicut tecum ideo dixit glo. sing. in l. coloni. C. in quibus, caus. colo. censi. lib. 11.
6 ꝙ † appellatione suorum compræhenduntur amici, & colligit Bald. in l. si iure. C. de testa. manu. ꝙ ardor liciti amoris operatur eūdem effectum, quem operatur clausula codicillaris, ad hoc allegat aliam glo. in l. in testamento. ff. de fideicom. libe. & sic sunt glo. solitariæ in iure. bene facit gl. in c. requisisti, de testa. Cum ergo ille socius esset bonus vir, & eidem inquisito amicus, putauit, ꝙ ille socius vt bonus vir non consuluisset aliquid pęnale: quia, vt multum sapien-
7 ter dixit Bal. in l. iustitia. ff. de iusti. & iure. bonus † vir dicitur ille, qui non facit aliquid pœnale, allegat. l. si pendentes. ff. de vsufru. dicit etiam, ꝙ bonus vir dicitur ille, qui consilio pollet allegat. l. cæteræ. §. 1. ff. fami. erc. dicit etiam, ꝙ dicitur bonus vir, qui illud vult fieri in alio, quod vult fieri in se, alleg. l. j. ff. solu. concordat in hoc vltimo illud, quod habetur in ca. humanum genus. prima dist. vbi dr̄, quęcunque vultis, vt faciāt vobis homines, & vos eadem facite ipsis, & plus dixit Bal. in commento. c. Quintauallis, de iure iuran. ꝙ sicut Deo altissimo non placet illicitum, ita non placet bono viro illicitum, ad hoc allegat. d. l. cæteræ. §. 1. Et sic apparet ex istis, ꝙ nullo modo debuit iste inquisitus credere, ꝙ ille bonus vir socius, & amicus suus consuluisset aliquid illicitū, & aliquid pœnale: & aliqd, quod ipsemet socius, & amicus nō fecisset. in causa sua: ergo excusabitur a dolo: quia
8 dolus requirit malum animum. est enim † abscondita mentis machinatio, vt lege fina. C. de litigio. Modo istis præsuppositis pro fundamento potissimo huius consultationis, demonstro euidenter istum inqsitum, vel causatum de falso non incidisse in falsum hoc modo: falsum, seu falsitas nihil aliud est, nisi mutatio veritatis ex certa scientia, siue dolosè facta: vt decidit tex. in authentico, de instrument. cau. & fide in princip. & facit, quod habetur. 22. quæstio. 2. capitu. hoc falsum. & capitul. is autem, qui mentitur, & quod habetur in l. nec exemplū. C. de fal. & quod habetur in l. quid sit falsum. ff. de fal. & quod no. glo. in cap. ad falsariorem, de crimi. falsi falsatores enim student mutare ea, quæ vera sunt, vt falsa videantur dolosè & ex certa scientia. Sed iste inquisitus non apposuit illa sigilla Veronensium artificū, pannis Mantuanis dolosè, & ex certa scientia: sed illud fecit ad literas, & suasionem sui socij, & per consequens non fecit dolose, & ex certa scientia: ergo excusatur a pœna falsi. Et ad hoc adduco elegans consilium Ioannis de Imo. 104. quod incipit, visis, & ponderatis, quę narrantur in puncto, & quæ superius consulta sunt per suprascriptos dominos consulētes. satis videtur idem in effectu concludēdum: quòd contra dictum P. non possit procedi per dominum Potestatem, eo maxime: quia (vt tetigit primus consulens) dominus Potestas vult procedere contra dictum P. ex eo: quia dicitur fieri falsa acta ex eo, quòd obripuerit iudici, vel ex eo, quia alias dolum commisit in iudicio. primo casu dicit, quòd non potest: quia falsum punibile per statutum non committitur sine dolo: vt legitur in l. nec exemplum. C. de fals. & not. per Bart. in l. quid sit falsum. ff. de fals. & plus ibi dicit, quòd talis falsitas dolosa cadat ī aliquod capitulū legis Corneliæ de fals. Cum igitur non appareat, quòd dictus notarius, qui scripsit acta, & dictam relationem fecit, fuerit in dolo, quinimo p̄sumitur bona fide scripsisse pp assertionem eidem notario, factā per quendā V. cui vr̄ credidisse, & allegat simile, quod habetur in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vendic. & in l. si mulier. § j. ff. re. amo. & in c. hoc videtur. 22. q. 5. & sic videtur, ꝙ dictus notarius non inciderit in falsum scribendo dictam falsam relationem: ergo nec dictus. P. qui fecit, ꝙ ille notarius scriberet per id, quod no. in simili in l. si is. qui. §. ꝙ si Titium. ff. de furt. & in d. l. si mulier. §. 1. Et expresse hoc tenuit Bart. in l. si quis obrepserit. ff. de fals. Et sic concludit Ioan. de Imo. in dicto suo consilio, non posse inquiri de falso contra illum

illum notarium: cum non fuerit in dolo scribendo falsam relationem ad assertionē alterius: & sic plures consuluerunt, ita vt consuluit Ioa. de Imo. Et sic casu ille fuit; quia ad assertionem alterius notarius scripsit falsum relationem, nec debuit credere illi sic asserenti: tamen excusatur a dolo: quia non fecit dolosè, & appensatè, sed ad instigationem alterius: credidit enim bono viro, quòd propter hoc excusatur a falso, quòd non committitur nisi dolosè, & ex certa scientia. Modo istud consilium decidit formaliter hanc consultationem, quia cum iste inquisitus ad suasionem & requisitionem socij fecerit apponere sigilla Veronensia pānis illis Mantuanis, sequitur ꝙ excusatur a falso: & illi doctores, qui ita consuluerunt, & Ioan. de Imo. in dicto suo consilio decidunt in indiuiduo istam hęsitationem, vt absoluatur a falso, qui cum non a se, sed ad instigationē illius socij, qui est bonus vir, & idē amicus: & ipse etiam inquisitus est bonus vir ergo sequitur, ꝙ excusatur a falso quia non dolose fecit. Facit simile, quòd voluit Bal. in quodam suo consilio, quem refert & sequitur Pe. de An. in repetitione. c. canonum statuta. de consti. vbi cōsuluit. Statuto municipij cauebatur, ꝙ intrās tenutam alterius puniretur certa pœna &c. modo quidam conduxit operarios, qui intrauerunt tenutam alterius ad operandum, ꝙ non inciderunt in pœnam dicti statuti: motus fuit Bald. ad sic consulēdum per glo. d. l. in rem. §. tignum. & idem voluit Salicet. in l. non ideo minus. C. de accus. Bal. in l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. Ioan. de Imol. in l. de pupillo. §. si forte. ff. de oper. no. nun. & Ludo. Ro. in d. l. de pupillo. §. nuntiationem. Cum ergo in casu nostro est minus quam in notario, quo casu consuluit Io. de Imo. & prefati consulentes: quia minus excusatur notarius propter suam peritiam, de quo habetur per gl. sing. in l. j. C. de vsur. & ibi per Cy. & Bal. & per Bar. & alios plenissime in commento. l. sciendum. ff. de verb. obli. & tamen excusatur: ergo multofortius excusabitur iste inquisitus, qui est bonæ fidei mercator. Facit in argumentū, quod voluit gl. singu. l. 2. ff. de ori. iur. & quod voluit glo. in simili. l. quoties. C. fa mi. ercis. & glos. in l. stipulatio ista. §. hi quoque. ff. de ver. obl. quod voluit gl. in l. quid si nepotes. ff. de test. tut. & quod in simili hr̄ in l. si dictum. ff. de euic. versi. non sicut vulgus opinatur. Et sic notarius excusatur a falso, faciendo aliquid ad assertionē alterius, nec loquūtur dicti consulentes eo casu, quo credidit nūcio iurato notarius iuxta ea, quæ habentur in c. cū parati. de app. sed loquūtur, quando ad assertionem alterius ita scripsit falsum. Ergo multofortius excusabitur iste inquisitus vir bonus, & fidelis credendo illi suo socio viro bono, & amico. Et adduci posset in argumentum. l. iubemus. C. de testa. vbi notarius incidit in falsum facilius, quam alij. Digne ergo posset adduci illud, quod scribitur in passione dominica apud Lucam, Si in viridi ligno hoc faciunt, quid fiet in arido: maxime enim non sit de genere prohibitorum apportare pannos æque bonos de ciuitate in ciuitatem: ergo non videtur fecisse dolosè, & ex certa scientia ad falsum fabricandū, sed potius ex suasione illius socij, & ex quandam simpliciter, quo casu succedunt tradita per gl. allegatam superius in. c. super literis, de rescript. quæ dixit, ꝙ suggerens falsum principi videtur potius ex simplicitate fecisse, quam ex dolo. & non loquitur gloss. illa, quando ad assertionem alterius suggessit falsum, sed ex se ipso. Ergo multofortius præsumitur, quod ex simplicitate iste inquisitus fecerit apponendo illa sigilla Veronensiū artificum, & eo magis cum ille socius sic suadens huic inquisito traheret moram, & habitationē in ciuitate Rauennæ, quo casu erat instructus, & præsumebat īstructus ɖ his, q̄ fiebāt ī municipio, & si erāt pœnalia, vel ne: vt voluit gl. in c. vt animarū periculis. de constit. li. 6. & quod voluit gl. in c. cognoscentes. eod. titulo in antiquis. Multofortius credere debuit iste inquisitus, quod nō faciebat actū pœnalē: quia eodem modo incurrisset pœnas imponendas, seu impositas per ꝓclama illustrissimi dominij Venetorum: ergo debemus capere viā, vt excusemus istum virū a delicto falsi, & a pœna per id, quod voluit Innoc. Bar. gl. & alij doctores allegati superius a me in fundamento huius consultationis, considerato maximè, quia sunt elapsi tot anni, q̄bus hæc facta sunt, quo casu fiscus nō se apposuit: vt no. in l. commissa. ff. de publica. per id, qɖ voluit idē Bar. ibi, & Bar. in l. 2. C. eo. & qɖ voluit Bal. ī l. si q̄s. C. de apostа. in quibus locis loquuntur de rebus, quæ inciderunt in commissum, vt eis præscribatur spatio quinque annorū. Et etiam ad prædicta dēret attēdi, vtrū ex dispositione statuti Rauennæ accusatio, vel querela de falso debeat proponi infra certum tempus, quo casu illo tempore elapso præscribitur, vt nō possit iudex suo officio inquirere. ita pulchrè dixit Bar. in l. querelā. C. de falsis. de quo per Bal. in l. falsi. eo. ti. & per Bartol. in suo consilio 20. incipiente, dominico. Præterea ad prædicta facit, ꝙ sapiēter voluit Bar. in d. l. nec exemplum. vbi falsum non committitur sine dolo. Bal. ibi dicit mementote per illam. l. super qua facitis accusationem de falso, vt dicatur scienter, falsè & dolosè: quia eo ipso quòd tu accusas eū de falso, videris dicere dolosè: quoniam aliter non est falsum punibile. vnde natura verbi prolati, quia cum de falso petit puniri, hoc includit, ꝙ dolosè fecerit. Facit simile, qɖ voluit idē Bar. in l. omnis. C. de agri. & censi. li. 11. & in l. j. C. de deserto. li. 12. & in l. j. C. de colo. illiri. li. xj. vbi dixit, ꝙ quoties inquirit ꝯtra aliquem, ꝙ dederit opem bannito, debet articulari, & probari scienter, & appēsatè sciens illum bānitum, dedit ei opē, idē voluit in l. j. ff. de recepta. & in l. Metrodorum. ff. de pœnis. & Ange. in l. j. C. de nili. ag. non rump. ubi dicit fuisse pronuntiatum. Perusij. Bal. in d. l. data opera. C. qui accus. non poss. gl. in c. concertationi. de app. li. 6. vbi per Dominicum. & probatur in c. quicūque. de hæreti. li. 6. in versi. scienter. & per Bald. in l. bonorum. C. qui admi. voluit gl. sing. in l. ex maleficio. §. lōge minus. ff. de act. & obl. Modo in casu nostro erit opus, ut in dicta inquisitione formata cōtra istum grauem virum, & bonū, apponatur, ꝙ dolosè & scienter volens falsum committere &c. & sic talia verba, aut non sunt posita in inquisitione, & tūc est inepta, inquisitio, & venit absoluendus inquisitus: vt obtinuit Ang. Perusij: vt ipse refert in d. l. j. C. de nil. ag. non rump. Aut illa verba sunt apposita, & tunc sunt aliena a veritate: q̄a nō dolosè, nec scienter ita fecit, sed ad instigationē illius socij, quo casu venit absoluēdus a pœna falsi: vt decidūt iura, & doctores allegati superius. Et maximè cum iste mercator esset de aliena prouincia, & in alia prouincia habitaret, ignarus cōstitutionū, & proclamationū dominorum Venetorū; vt not. in c. 2. de constitu. lib. 6. in glo. & in d. ca. cognoscentes. Et pulchrè facit tex. in l. generali. in versi. scientiam non ignorantiam cupimus allegari. C. de tabul. lib. 10. ergo non debet ligari constitutionibus dominorum Venetorū: q̄nimo veniret puniēdus de falso ille socius, qui cum habitaret in terra Venetorū, & sciret, plenā notitiam haberet de legibus, & moribus dominorū Venetorum, nō debuit ita scribere, & ita suadere, vt viam fecit: iō ipse est puniēdus. Et multofortius apparet de iniq̄tate sua, si ipse fuit in hoc casu denuntiator: quia denūtiauit istū mercatorē fecisse hāc mutationē veritatis, ꝙ esset iniq̄ssi-

mum, vt quis reportaret prǽmium de fraude, & delicto suo, ꝙ esse non debet: vt c. sedes Apostolica. & c. ex tenore. de rescriptis. & qđ ibi no. sequitur illud poeticum: Dat veniam coruis, vexat censura columbas. ꝙ nullo modo puto faciendum apud tribunal huius magnifici prætoris domini Antonij Dãdulo, cum quo si memoria non fallit, habui singularem conuersationem Ferrariæ, cum esset ibi Vicedominus pro ducali dñio sunt anni 23. si bene recordor. habet enim innatam & iustitiam & æquitatem: vt euidenter Ferrariæ demonstrauit. Præterea facit ad prædicta, quod habet in l. damus. C. de fal. vbi Bart. colligit ex gl. ibi coniuncto tex. ꝙ ad hoc, vt quis incidat in pęnam falsi, requiritur, ꝙ illud tale falsum noceat alicui. Sed in casu nostro istud falsum nemini nocuit: ex eo, quia illi panni erant æquè boni, vt alij panni ĩ pondere, & qualitate. & ita valebant illud pretiũ sicut alij panni, nec nocuit istud falsum alicui Veronensi: quia neminem Veronensem decepit, nec alicui nocuit, nec nocuit cõi Rauennæ: ego nescio videre quare debeat puniri de falso concurrentibus supradictis. Facit l. si quis legatũ. ff. fals.

¶ Et si quispiam opponat de eo, quod voluit Barto. ibi: qui dicit, ꝙ quantum in eo fuit cõmisit falsum: quia apposuit perfectionem suæ scripturæ: qa licet non sit vtile alicui, nec noceat alicui, tñ consideramus, ꝙ quantum in eo fuit, commisit falsum. Ita vr̃ dicendum in casu nostro. Quia respondeo, dictum Barto. non obstare: ex eo quia ibi Barto. fundat se in eo, qui scienter commisit falsum: vt clare apparet ex verbis suis. Sed in casu nostro demõstraui superius, ꝙ iste mercator nec dolosè, nec scienter commisit falsum: ergo illud dictum non obstat. & etiam Bart. ibi loquitur in notario. & etiam confunditur illud dictum per tex. & gl. in l. damus. Et sic apparet liquidò ex supradictis, istũ debere absolui ab ista inquisitione. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Præstationes plures ubi sunt faciendæ, si tempus apponatur cã multiplicandæ obligationis. solutio est facienda in principio termini: si uero gratia differendæ solutionis tempus apponatur, tunc præstatio fiet in fine: prædicta tamen intellige, nisi aliter uoluerit promittens, cuius uoluntas est sequenda.

SVMMARIVM.

Dicta in præcedentibus videntur repetita in sequentibus. numero 2.3.
Bar. distinctio. in pluribus præstationibus faciendis. nu. 4.
Voluntas euidens, quæ. nu. 5.
Verba, in tres menses, important principium termini. nu. 6.

CONSILIVM LXXVIII.

EX celebri ac Præstanti excellentiæ tuæ cancellario o Ruberte princeps Illustrissime ac Christianissime exercituum fœlicissimorũ ducalium, capitaneæ inuictissime, inclitæ, & antiquę, ac superbæ ꝓsapiæ sancti Seuerini, quæ inter maximos, ac illustrissimos Italiæ duces floret, & mirum in modum splendescit, nõ minus virtute, quam fortuna, non minus insignis, facti hæsitationem & eius magnitudinẽ summa cũ deuotione, & animi voluptate percepi, eamque enucleari, & declarari celsitudo tua postulat a me gloriæ tuæ obsecutissimo: sed tenuis humuncio sum parum doctus, mancus, & indignus in omni Minerua interpres, nec de re tã sublimi, tã ardua, tamq; difficile verba facere, aut cõsilium præbere opis est meæ: & cum egregio vate dixerim. Non ea vis animo: nec tanta mihi audacia indocto. Quis tã facundus, & tanta romani aut Pontificij iuris copia resolutus exstat, aut quæ vis ingenij, aut consulendi maiestas, aut dicendi suauitas, & elegantia scribendi sufficeret: est profecto excelso, & præclaro docente digna & disserendi facile principe: vt de Paulo, Scęuola, Vlpiano maximis in iure viris dixerim, pensandæ sunt, princeps fortissime, vires, examinanda ingenia, & sua sufficientia onera imponenda: vt vna cum illo Philosophorum principe Aristotele dixerim, actus actiuorum sunt in patiẽte bene disposito, & magnus dixit poeta. Nec ista decent humeros gestamina nostros. Supremo apud latinos dicente Poeta. Apparent rari nantes in gurgitẽ vasto: nã & propheta sanctissimus Hieremias tremendi Dei seruulus, quam acceptissimus vocatus, tremuit expauit, ah, ah, inquit, domine nescio loqui: quia puer ego sum. Quanto fortius ego indignus, & peccator iniquissimus pauidus, & trepidus perhorresco, & mente & viribus contremisco, si coram tuo tremendo aspectu non modo mihi tenui, ac parum exercitato, sed ciuius præstantissimo consulendi, & disputandi optimo principi tremori permaximo esset hanc disputandi & consulendi prouinciam capescere, consultius, non mentior, mihi esset recto omnium iudicio verba non facere, & vt agnus coram tondente se obmutescere. Sed quis tã audax, aut indomitus esse posset, qui tuæ potentiæ recusaret imperium, aut tuæ humanitati lõge diuinæ morem non gereret, qui pro fortitudine tua, ꝓbitate, ingenio, iustitia, facilitate, prudẽtia, mãsuetudine, liberalitate, & in cunctis rebus gerendis excellentia summos bellorũ duces, quos ætas nostra habet vincis, longe superas, & excellis. Nam & Esaias propheta sapientissimus viuo cœli principi Deo vocanti fertur libenti animo respondisse, domine mitte me: vt ecclesiastica testatur historia, & diuiuadicunt carmina. Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus: celebris namque dixit psalmista, loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non cõfundebar: quia mandatis tuis credidi, & magnanimi Apostoli monemur sermone, cęteris gentibus, græcis, latinis, barbaris sapientissimus atque insipientibus esse debitores: doctissimus profecto apud græcos, & ab omni natione celebratos Plato, magno cum ingenio scribere instituit. Non nobis solis nos natos esse, sed patriæ, parẽtibus, & amicis. Ad sacro iubemur euangelio ita proximos nostros, vt nos ipsos ex corde diligere. Horum excellentissimorum virorum, qui in omni Minerua mirum in modum claruerunt, sequutus exemplum, & benigno tuo iussus imperio, & obseruantia mandatorũ hunc latissimum cõsulendi campum viribus meis longe imparem celebri animo, & magno cum studio aggredior, & consultationem hanc, prout sempiternus Deus bonorum omnium largitor contulerit absoluam. Fateor equidem, o Ruberte comes illustrissime, quòd nulla vnquam me maior consulendi cupiditas tenuerit, quàm hæc, q̃ a me magno animo assumpta est, eoque magis, cum ista consultatio cognoscenda pro singulari sua sapientia sit apud splendidum ætatis nostræ speculum, illustrissimum Principem semideum Marchionem Mantuanum Ludouicum ducalem capitaneum, & vna cum Iudith sanctissima dixerim, da verbum

bum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora.c.8.& Esdræ.7.præclare scribitur tribue sermonem compositum in ore meo. dicam: quod sentio & tam breuius, quam res tanta dici possit, cum tua venia princeps inuictissime incipiã.¶ Hæsitatio hæc proponitur sub talibus terminis. Princeps quidam inclitus, illustrissimus, ac dimitijs, & potentia abundantissimus conduxit quẽdam strenuũ, & dignissimũ ducẽ exercitus cũ certo stipendio pro tribus annis, & pro quarto anno ad beneplacitum principis conducentis, incipiendo a primo die martij, & promisit dare eidem duci exercitus medietatem dicti stipendij per totum vigesimũ secundũ diẽ aprilis proximè venturũ, ad hoc vt possit se cõducere, & ire ad ea loca, ad quæ ordinabit dictus conductor: item promisit reliquam medietatem eidem soluere in tribus terminis pro toto anno ferme pro rata, videlicet pro isto primo anno: sed pro alijs annis in quatuor terminis. videlicet, de tribus mensibus, in tres mẽses singulo anno pro rata, incipiẽdo primũ terminum in principio anni. Quæritur, vtrum sicut solutio primi termini ĩcipit ĩ principio anni, secũda solutio incipiat etiam eodẽ modo in principio secundi termini, & sic de singulis terminis, an debeat currere in fine termini. Et quidẽ mihi vr̃, ꝙ debeat currere in principio cuiuslibet termini: ꝙ sic ostẽdo, & adduco tex.l.j.C.de imponen.lucra.descrip.li.10. vbi dr̃
1 † a primordio tituli posterior formatur euẽtus. & elegans tex.in l.regula.§.licet.versi.initium constitutionis demonstrat. ff.de iur.& fac. igno. & quod voluit ibi Bar. & quod habetur in l.j.ff.ad macedo.& quod voluit ibi Bart.& quod habetur in cap.ex multa, de voto.& quod ibi voluit dominus Abbas. Sed solutio primi termini incipit in principio termini, ergo eodẽ modo incipit solutio reliquorũ terminorũ: vt incipiat in principio termini: quia initiũ primi termini demonstrat ordinẽ sequentiũ terminorum: ergo ex hoc capite debent regulari termini sequentes, & per ꝯsequens in principio cuiuslibet termini erit fiẽda solutio. Secundo adduco elegantẽ tex.l.per retentionem.C.de vsur.vbi dicitur, ꝙ dicta in vno contractu, non videntur repetita in alio contractu, sed bene videntur repetita cum his, quæ dicuntur in eodem ꝯtu. Et adducitur, quod habetur in l.Titia.§.idem
2 respondit.ff.de verb.oblig.vbi probatur † ꝙ dicta in præcedentibus videntur repetita, in sequentibus in eodem cõtextu: secus si non in eodem contextu, sed ex nouo contractu ex interuallo secuto, quod Bald. in d.l.per retẽtionẽ, dicit esse not.& plus dixit Petrus ibi, refert Cy.& Bal.ꝙ dicta in præcedentibus videntur repetita in sequentibus, quãdo pręcedentia sunt præpararoria sequentium. Secus si sint distincta, & separata prorsus, quod Bald.dicit esse notandum, & vr̃ sentire ibi Petrus, ꝙ procedit doctrina in his, quæ sequuntur ex interuallo, ꝙ est mirabile pro ampliatione.d.l.Titia.§.idem respondit.& d.l.per retentionem & l.item quia.§.idem Iuliano.ff.de pac. Modo ista decidunt casum nr̃m, ex eo qa illa verba in principio anni & primo termino, præcedũt alios tres terminos sequentes in eodem contextu: ergo vñr repe-
3 tita in alijs terminis sequentibus: quia † ea q̃ inconti nenti fiunt, vñr inesse.l.lecta est in auditorio. vers.dicebã.ff.si cer.pet.l.iurisgentiũ.§.quinimo.ff.de pac.l.si ventri.§.fin.ff.ad carbo.& adduco ẽt, quod voluit Ang.in l.si quis cum aliter.ff.de ver.obli.vbi dixit, ꝙ verba sequentis ꝯtus etiam ex interuallo secuti declarant illud, quod præcesserat, & fuit dictum Inn.in c.innotuit, de eo q fur.ord.susce.& idem voluit Ang. in l.pacta nouissima.C.de pactis. Facit glo.in l.j.ff.de iud.quam magnificauit ibi Ang.& in l.eleganter.ff. de condi.indeb.argum.l.hęredes palam.§.sed si notam.ff.de testamentis.& qđ voluit Lud. Ro.in d.l.si quis cum aliter vbi dicit, ꝙ pręfationes dant intellectum sequentibus. allegat, qđ habetur in d.§. idẽ rñdit benefacit.l.j. ff. de ori.iur. & qđ ibi voluit Bal. & Pet.de Anch. & qđ voluit Bal.in l.vt liberis. C.de coll. & in l.hęc verba.C.de fal.caus.adiect.lega.& in d.l.regula.§.licet.& in capi.secundo requiris. de appel.& in l.1. ff.solu.matr. & in ꝓemio feudorũ & in l.intestato.ff.leg.tuto.& in l.fi.C.de codicil.& in l.cũ hi.ff.de trãsac.& in §.qbus in prima ꝯsti.C.Ang.in l. j.ff.de iudi.Bar.in l.demõstratio.ff.de ꝯdi. & demõ. Lud.Ro.consil.15.consi.37.& consil.89.& Bart.in l. cum quid.ff.si cert.pet.& Io.de Imol.in l. quoties.§. si cum.ff.de hære.insti. & in suis consil.consilio 126. & Bar.in l.cum hi.præal.consuluerunt magni in iure viri, videlicet Ioan.Plagarensius, & Franciscus de Albergotis, quos refert & sequitur dominus Car.in c.pe.de cler.cõiuga. Et ex istis elicitur cõclusio vera, ꝙ illa verba, incominciando el primo termine al principio dell'anno, vidẽtur repetita in sequẽtibus terminis. Et adduco, quod habetur in l. si quis ex argentarijs. §.initium. ff. de edendo. vbi probatur ſm vnũ intellectũ, & etiã ibi dicit Bart. ꝙ dies & consul appositi in vno instrumento, videntur repetiti in sequentibns non habentibus diẽ & consulẽ & sic dies appositus vni rationi, vr̃ appositus alijs rõnibus sequẽtibus. Multofortius in casu nostro dicemus idẽ: qa oĩa pacta sequẽtia sunt colligata cũ prima cl'a: ergo recipiunt declarationẽ a prima. Et adduco simile, qđ dici solet, ꝙ clausula in principio apposita declarat omnia sequentia, si illa ęqualiter põt determinare salua ratione recti sermonis. ita ꝓbatur in l.j.C.de diuer.rescript. & in l.j.C.de libe.ꝑteri. l.si idẽ cum eodem.§.fin.ff.de iuris.om.iud. & ibi est gl. elegãs in hac materia. facit. l.consilio. §.q̃sitũ.ff.de cur.fur.l.talis.scriptura.ff.de lega.1.& voluit Bart.in consilio quinto.& d.l.talis scriptura. no.in d. c.secũdo requiris.& in c.inquisitioni.de app.& Bald. in l. j.C.de leg.hær.& in l.1.de diuer.rescrip.& in l.j.C.de lib.ꝑter.& ĩ l.3.ff.de lib.& posth.& in c.ex tenore.de rescrip.& in l.omnes populi. ff. de iusti. & iure.& in d.l.si idẽ cum eodem. §.fi.scribente omnes in d. c.secundo requiris.& in d.ca.inqsitioni.& in c.causam. q̃, de rescri.do. Abb.in ca.ecclesia.de elec.Nicol. de Neapo.in d.l.cõsilio.§.quęsitũ.Lud.Rom. consilio suo 110.Pau.de Cactro cõsilio 355.gl.in c.2. de elec. li.6.& in cle.ne Romani.de ele.glo.in ca.j.de postu. prela.li.6.glo.elegans insti.de rerum diui.§. item lapilli.quam allegat Bald.in d. l. si idem.§.fi.& qđ voluit Bald. consil.83.incip.facti. contingentia proponitur.vbi dicit, quòd clausula ĩ principio apposita, non reperitur in sequenti, quando est ratio diuersa, & qđ voluit dominus Abb.ꝯsilio 51.Modo in casu nostro apponitur illa clausula, videlicet incominciando il primo termine in principio anni, & licet ponatur in fine, tamen intelligitur apposita in principio, & siue ponatur in fine, siue in principio tñ intelligitur determinare ęqualiter oĩa præcedentia: si apponatur in fine, vel si apponatur in principio, intelligit̃ determinare oĩa sequẽtia ęqualiter, & pariformiter, vel repetita in sequentibus, vel in præcedentibus. quæ verba ita generaliter concepta intelligũtur quoad solutionẽ primi termini: qa nõ erat dubium, ꝙ in principio anni incipiebat primus termin⁹: iõ nõ erat de necessitate exprimere illud: sed ideo fuit facta expressio: qa mẽs cõducentis & conducti fuit, vt inciperet solutio, & ex illa clausula regulantur omnes termini sequẽtes.& ad hoc tendũt oĩa allegata superius. Et si aliter diceremus seq̃ret̃, ꝙ superfluo apposita fuissent illa verba a principio anni, ꝙ esse nõ dẽt.l.si quando.ff.de leg.j.& ista deci-

dunt hanc dubitationem. Secundo perstringendo hanc quæstionem est considerada doctrina Barto. in l.qui hoc anno.ff.de verb.obl.vbi dicit, ꝙ † si sunt faciẽdę plures præstationes,& tũc aut tempus adijcitur causa multiplicandæ obligationis, qđ est quãdo apponitur infra tempora obligationis.& tũc debetur tn principio cuiuslibet anni tam in contractibus,quàm in vltimis voluntatibus. l. nec semel.in principio.ff.qñ dies lega.ce.C.eo.l.j.& l.eũ q ita.§.q ita.ff.de verbo.obli. fallit primo,qñ præstatio fit ob aliquam necessitatem:quia tunc inspicitur tempus illius necessitatis.d.l.nec semel. §. si in habitatione. Fallit etiam,quando debent præstari fructus certę rei.Si vero tempus apponitur gratia differẽdæ solutionis.ꝙ est,qñ apponit in excutione, tunc semper debetur in fine.l.lecta.ff.si cert.pet.l.si cui.ff.de le.1. ita dixit Gul.de Cuneo.in d.l.lecta.ita residet Barto. in d.l.qui hoc anno.Ista doctrina Bar.facit dubiam istam consultationem:quia si dicimus, ꝙ illi termini apponuntur gratia multiplicandæ obligationis; quia ponũtur infra tempora obligationes : quia cõductor obligatur in quolibet termino,& sic ista pręstatio in quatuor terminis fienda emanauit causa multiplicandæ obligationis:ergo debetur in principio termini.Sed si nos ꝯsideremus, ꝙ istę plures pstationes,seu solutiones vidẽtur appositæ gratia differendæ solutionis,ꝙ apparet:quia apponuntur in executione,& tunc semp soluit fine termini.l.lecta. ff.si cer. pet.l.si cui.ff.de le.1.Gul.de Cuneo in d.l.lecta.ita formaliter decidit Bart.in d.l.qui hoc anno. Et adduci potest,qđ voluit idem Barto.in d.l.si cui. vbi dicit,quòd si verba executiua referuntur ad debitorem,tũc potest soluere in fine termini, allegat d.l.qui hoc anno.Cum ergo in casu isto verba relationis sint relata ad ipsum debitorẽ;quia dicit in dicta cõuentione,ꝙ lo dicto signore de dare apparet, ꝙ verba sunt relata ad ipsum debitorẽ,& per consequẽs stat ĩ electione debitoris,si velit soluere ĩ principio termini,an in fine.Item illa sunt verba executiua:ergo sequitur, ꝙ in fine termini est fienda solutio,& adduci posset gloss.in d.l. si cui. quæ voluit, ꝙ vbi legatur annuum sine dinumeratione annorũ ꝙ in principio soluendum est.secus si legaretur annuum cum numeratione annorũ, mẽsiũ, vel dierũ: quia tunc esset soluendũ illud legatũ in fine anni.& illam glo.sequitur ibi Iac.de Are.Et facit, qđ voluit Bald.in l.j.C.quando dies lega.ce. vbi dicit, ꝙ illa gl. intelligitur.quando vnum legatum est distributum per tẽpora fauore debitoris,allegat.d.l. lecta. Secus dicit,si anni sunt dinumerati causa multiplicandæ obligationis,alleg.l. defuncta.ff. de vsufru. Cum ergo in casu nostro illa dinumeratio terminorum ad soluendum fiat fauore ipsius debitoris, sequitur,ꝙ stat in electione ipsius debitoris,quãdo debeat fieri talis solutio in fine cuiuslibet termini. Ad hoc facit. l.si cum præfinitione.& l.nec semel §.j.versi.nisi forte.ff.qñ dies leg.ced.& ita dicit Io.de Imo.in d.l.qui hoc anno.Sed in ꝓposito nostro ista verba sunt apposita in executione ad diuidẽdum præstationẽ:ergo seqtur, quòd solutio debet fieri in fine termini, & non in principio:quia ad nullũ alium finem fuerunt apposita illa verba,videlicet de dare in quatro termini,nisi ad diuidendã istã prę̈stationem, seu solutionẽ,& sic debẽt fieri in fine terminorũ:nã tex.d. l.nec semel.dicit,ĩ annuas pẽsiones id diuidẽtis:qm nõ legatario consulẽ,sed hæredi ꝓspectum voluit, vt vrgeretur ad solutionẽ, vbi vr̃ casus pro ista dubitatione.Facit etiam,speciale est fauore libertatis ex quadã ęqtate;vt licet solutio sit diuisa in plures terminos;tñ debẽt in principio termini, & nõ in fine, istę est casus ĩ l.si ita fuerit.ff.de manu.testa.& ĩ l.statuliberos,§.stichus annua.ff.de statulib. ergo in cõtrarium erit ius commune.l.ius singulare.l. qđ non ratione.ff.de legibus.Stat ergo regula, ꝙ vbi solutio est diuisa ĩ plures terminos,& verba sunt directa ad oneratum, & sic ad debitorem, ꝙ solutio est fienda in fine termini. Sed in casu nostro verba executiua sunt directa ad debitorem : ergo in fine anni tenet soluere,& per cõsequẽs in fine termini.& ista sunt, q faciebant iudicio meo dubiam hanc ꝯsultationẽ. Sed responderi potest,vt dicamus, ꝙ omnia ista limitantur,& restringuntnr,nisi aliter voluit promittens:quia sequenda tunc est voluntas:vt l.ille aut il le.§.cum in verbis.& l.non aliter.ff.de le.3.quia vbi manifestissimus est sensus,nusquã interpretatio verborũ tãtum valet, vt melior sensu existat: vt l.si quis filiũ.C.de lib.& posthu.ad hoc adduco iudicio meo tex.valde celebrẽ ad hoc in d.l.nec semel. in principio,in ver.in hoc initiũ cuiusq; anni spectandũ : nisi euidens sit volũtas testatoris: in annuas pẽsiones id diuidentis, vbi habetur, ꝙ licet simus in casu,quo debeat inspici principium ex dispositione iuris; tamen si euidens volũtas relinquẽtis,vel debẽtis sit,ꝙ in fine termini dẽat,tunc recedemus a dispositione iuris,& stabimus voluntati disponẽtis:quia volũtas testãtis seruatur pro lege : vt in §.disponat.in auth. de nup.& eodem modo voluntas contrahentis seruatur ꝓ lege: vt l.j.§.si conuenerit.ff.de posi.l. sicut. C.de act.& oblig.contractus enim ex conuentione legẽ accipiũt:vt in dictis iuribus.& facit elegans tex. l.ad probationem.C.de proba. in versic. quẽ tenor designat.& in l.sancimus.in versi.placiti tenor.C.de fideiuss. & probatur in l. si quis stipulatus. Stichum aut Pamphilium.in versi.inspiciendus est sermo. & ĩ l.fideiussores magistratuũ.§.ꝓ Aurelio,in ver.lecta subscriptione.ff.de fideiuss.c. tenor. de re iudi.c.vlti. de ꝯfir.vti.vel inuti.ca.porro. de priuil.¶Et si qspiã q̃rat,qñ dicitur euidens volũtas. Rñdeo tunc,cum ex coniecturis colligitur. hoc decidit text. in l. licet imperator.ff.de le.j.in ver.euidẽs volũtas dr̃ esse, qñ apparet tenor ꝯctus, aut ĩstr̃i,fuit priuilegij. hoc decidit tex.in capitu.constitutis.de appel.in versic. euidenter.§.verum.17.dis.in versi.euidenter. & in cap. quanto.in ver.euidenter.de trãsla.epis.c. cum inter. in versicu.euidenter.de verb.sig.capitu.j.in versicu. euidenter.de despon.impub.li.6.c.licet cãm. in ver. euidenter.& qđ voluit dñs & cõsiculus meus Abb. Panor.in c.qualiter.el 2.de actu. ver.euidẽter &c. c. cũ Ber.de re iu.in versi.euidẽter.&c.& qđ ibi voluit dñs Ant.c.cũ tu.de vsur.in ver.euidenter.c.cũ olim. de cẽsi.& ibi D. Ant.c.auditis.de in integ.resti. & ibi D.An.l.nõ codicillũ.C.de codi.l.creditorẽ.ff.de leg. 2.c.cũ olim.de caus.pos.& proprie.c.2.de cogna. spiri.li.6.c.cũ inter.de re iudi.l.si locuples.ff. de manu. testa.l.si vero.§.ꝓ rei qualitate.ff. q satisda.cogã.c.2. de verb.sig.li.6.c.euidẽtia.de accus.facit, qđ voluit Bar.in l.si ꝯstãte.ff.sol.ma.& qđ voluit D.Ant.in reperi.c.vestra.de coha.cle.& mulier. Io.de Imo.ĩ l.qsitũ.ff.de iudi. Ang.in l.2.C.qñ & qbus.quar.pars debe.li.10.& in l.cũ virũ.C.de fideicõ.& in auth.de hęre.& falci.§.si vero expressim.& qđ hr̃ ĩ c. si diligẽti. ĩ ver.manifestũ.de fo. ꝯpe.& ĩ c. & si Chrs.in ver.patẽter.de iureiu.& ĩ c.ꝓcipimus.12.q.1.in ver.patẽter & in c. ꝯsuluit.de.vsu.& in c.accedẽs.el primo,ĩ ver. manifestũ.vt lit.nõ ꝯte.& in l.j.§. j.ff.de vẽt.inspici. Ex istis iuribus datur precipuum lumen. ad d.l. nec semel.in versi.nisi euidens sit voluntas : vt illa dicat
5 † esse euidens voluntas,quę percipitur ex coniecturis, vel comprehenditur ex tenore ꝯctus, vel priuilegij,aut rescripti,aut legis,aut statuti.Modo ita est in proposito nostro:quia ex coniecturis, & ex tenore ipsius conuentionis apparet, ꝙ solutio incipit

ab

ab initio termini cuiuslibet, posito quod aliter lex di sponat, vt in iuribus allegatis superius, tamen illud limitatur, nisi euidens voluntas disponentis aliud in ducat. Modò dicitur in cōuentione: gli altri anni in quattro termini, de tre mesi, in tre mesi singulo anno, pro rata incominciando il primo termino in principio anni. voluit ergo iste conductor diuidere istam solutionē ī quatuor terminos, & voluit, quod solutio fieret de primo termino in principio anni, & sic in principio primi termini. ergo eodē modo erit solutio fienda in principio cuiuslibet termini: quia non est dare rationem diuersitatis, quare in primo termino fieret solutio in principio, & in alijs terminis fieret in fine, a principio tituli posterior formatur euentus, vt dixi superius: initium enim sequē constitutionis demonstrat, quomodo regulentur setia: vt dicta l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demonstrat. ergo liquida est ratio, quod sicut debeat soluere in principio primi termini, ita & eodē modo debeat soluere in principio secundi termini, & sic de sequentibus terminis: & sic sumus in illa regula, ꝙ licet verba solutionis fiendæ sint diuisa in plures terminos, & verba executiua sint directa ad grauatum, nihilominus statur voluntati debitoris, quæ apparet euidens, quod in principio termini debeat fieri solutio. ergo stabimus voluntati: quilibet. n. est moderator & arbiter in re sua. l. in re mandata. C. man. & quilibet potest suo fauori renuntiare: vt l. si quis in conscribēdo. C. de pact. c. porrectū, & c. ad apostolicam. de regula. potuit ergo se obligare ad soluendū in principio cuiuslibet termini præfatus conductor. Præterea facit ad prædicta: quia in dicta conuentione expresse dicitur, ꝙ dictus conductor soluet de tribus mensibus in tres menses, incipiendo ad primū terminū in principio anni, quę verba formaliter determinant, vt solutio terminorum
6 fiat in principio: quia illa verba † in tres menses, important principium termini per id, quod voluit Bar. in d. l. si cui. in prin. de le. j. vbi dicit, ꝙ quoties adijcitur termino casus accusatiuus, per præpositionē, ad vel in, fit solutio ī princ. termini. Eo quia verificationē accusatiui, quē præcedit ꝑpositio deseruiēs accusatiuo, sufficit de termino aliqd trāsiuisse, nec reqrit eius totalis exitus. ad hoc alleg. l. si vitem. §. qui ad ianuā. ff. quod vi aut clam. l. quidā Iberus. ff. de seru. vrba. prędio. nisi adijciatur accusatiuus cum illa dictione per, ex eo quia dictio per, significat perfectionem actus: vt. l. si vrbana prædia. §. pernoctare. ff. de verb. signi. l. 2. in ver. peregisse. ff. de adul. Cum ergo in casu nostro adijciatur accusatiuus casus cum præpositione in, sequitur, ꝙ inspicimus principium trium mensium: & licet illa doctrina Bar. patiatur aliquā contradictionem, vti per Bal. in d. l. si cui. & per Lud. Ro. in d. l. qui hoc anno. per id, quod habetur in d. l. nec semel. §. nouissime. ff. quando dies legat. ce. & per id, quod habetur in l. qui duos. ff. de manu. testa. vbi dicit iurisconsultus, idem esse legare libertatem ad annum, & post annū, & in dicto §. nouissimè. dicitur idem relinquere in annus singulos, an in annis singulis: & per id quod habetur in d. l. si ita fuerit. ff. de manu. testa. vbi paria sunt legare ad annum, vel post annum. nihilominus in casu nostro non est necesse intrare illū conflictū disputandi, quis iustius dixerit, an Bar. an Bal. qa verba apposita in ista cōuentione decidunt hanc dubitationem, ex quo conductus & conductor conuenerunt: vt in secundo anno solutio incipiat in principio anni. Et per ꝯns in principio primi termini. Et subdit de tre mesi in tre mesi &c. quo casu necessario inferūt illa verba, ꝙ in principio sequentis termini debet fieri solutio. Et si aliter diceremus, ꝙ in secundo termino solueretur in in fine secundi termini, sequentur, ꝙ solutio non fieret in sex menses: qa cū ī primo termino fiat in principio, deinde ad finē alterius termini, erūt elapsi sex mēses, vt apparet ad oculum, istud repugnat verbis cōuentionis & mēti cōtrahentiū: ergo pacta nō reciperent legem ex cōuentione. vt. d. l. j. §. si conuenerit. ff. deposi. l. sicut, C. de acti. & obli. c. j. de pactis. item vbi pactum est euidens, & clarum non est recedendum ab eo, & verbis suis. l. ille aut ille. §. cū in verbis
7 ff. de le. 3. l. nō aliter. eo. ti. & regula est, ꝙ † ad eū casum adaptatur dispositio pacti, ad quem adaptātur verba pacti. vt. l. j. §. loquitur. de magist. conu. l. quod constitutū. ff. de testa. mili. l. hos accusare, §. omnibus ff. de accusa. l. 4. §. toties. ff. de dāno infecto, c. ad audiētiam. de decimis. c. indemnitatibus. §. sed cū eas, de elec. li. 6. ergo cum istam solutionem teneatur cōductor facere de tribus mensibus in tres menses, incipiendo a principio primi termini, sequitur, ꝙ in secūdo termino debet fieri solutio in principio: vt ser-
8 uemus verba conuentionis: quia illud † voluerunt cōtrahentes, quod verbis expresserūt. l. Labeo. §. idē Tubero. ff. de supell. lega. voces enim sunt signa earum, quæ sunt in anima passionū notæ: vt pulchrè voluit Philosophorum princeps in lib. perihermenias. ideo dixit Bal. in c. mandatum. dis. 15. ꝙ linguæ imperator est cor. & in tractatu scismatis, quem posuit in rubr. C. si quis ali. testa. prohibu. vbi dixit, ꝙ cordis preco est lingua. & idem Bal. in c. j. de testi. dixit, nullum magis mentis nostræ testimoniū, quam qualitas inspecta verborum, ad hoc allegat Cassiodorū. Cū ergo contrahentes voluerint expresse, ꝙ solutio fiat de tribus mensibus in tres menses, non debuit fieri in sex menses: quia offenderemus verba, ꝙ non est fiendum. l. nominis & rei. §. verbū ex legibus, ff. de ver. sig. Et ēt offenderemus mentē, ꝙ nō est fiendum: vt d. l. cum mulier. ff. solut. matr. ꝙ nemo sanus diceret: quia, vt dixit Bal. in rub. C. de proba. illi sunt verissimi sermones, qui concordant rebus sensatis: vt voluit Auerroes & Aristoteles. & idē dixit Bal. ī l. testiū. C. đ testi. & ī l. j. C. de fer. fug. facit l. si ita qs. ff. de euic. ī vers. ꝙ nemo san⁹ diceret. & qđ voluit idē Bal. in l. fi. C. de edi. diui Adri. & ī tracta. scismatis. & in c. afferte, de præsump. non enim verisimile est, ꝙ solutio fieret in sex mensibus considerata penuria gentium armorum, maxime tempore, quo non sit guerra: quia daretur materia, vt fugiant, vel faciant furta: quia vento non possunt viuere, vt viuunt lupi, vt dixit glo. sing. in l. fi. C. de ali. pupil. præstan. Pręterea facit: quia dr̄ in facto, ꝙ conductor incipit soluere in principio anni pro tribus mensibus: ergo sequitur, ꝙ videtur idem facere in sequentibus terminis, vt soluat in principio terminorum sequentium, argumento eius, quod habetur in auth. sed cum testator, C. ad leg. fal. & quod no. in l. non dubium. C. de legibus. ¶ Et si quispiā dixerit, quomodo intelligitur in principio anni, est aduertendū; quia contrahentes diuiserunt annum secundum in quatuor terminos, & annus diuiditur in 12. menses: quo casu principiū anni dicitur primus mensis, & per cōsequēs videtur intelligēdū, ꝙ ista solutio fiat in principio anni: idest in primo mense: vnde dixit Bal. in l. 2. ff. de fur. cauetur statuto, quòd Potestas in principio sui officij facit certum quid & suum officium est duraturum anno, quòd intelligitur, idest in primo mense: si autem anno duraret: idem dicit, principium diceretur primus mensis. ad hoc facit, quod voluit Bal. ī l. prima, ff. de ori. iur. & in capitu. fina. de dolo, & contu. & per dom. Abb. in cap. 2. de fer. & per domi. Pet. de Anch. in ca. super quæstionum, de officio deleg. & sic videtur ex istis, quòd deberet fieri ista solutio in primo mense omnium quatuor terminorum pręfatorum,

nisi contineret terminum de tribus mēsibus in tres menses: quia tunc esset seruanda conuentio, per ea quę superius dicta sunt. ¶ Et si quispiā dixerit, ꝙ cōsuetudo obseruata inter armigeros, & eorum duces est, vt solutio stipendiorū fiat in fine termini, vt cōsueuit: vt audio fieri hic Bononię, ꝙ finitis 28. diebus stipendiarij consequebantur sua stipendia: ergo seruanda est talis consuetudo, argumento l. de quibus. ff. de legibus & c. cum dilectus. de consue. io dixit Bald. in l. quęcunque. C. de seruis fugi. ꝙ illud, qđ est consuetudinarium, nō est arbitrarium: ergo seruanda est talis consuetudo, argumento l. vel vniuersorum. ff. de pignor. acti. & in l. qui semisses. ff. de vsur. & sic est seruādū in casu nr̄o. Quia ad hoc respondeo, ꝙ istud procedit in dubio, qn̄ ꝯhentes nihil in conuentione expressissent: qa tunc viderētur seruare illud, qđ in talibus seruari consueuit: vt l. excepto. C. de loca. & qđ habetur in l. si prius. §. rectè placuit. ff. de aq. plu. ar. l. generaliter. C. de fideiuss. & qđ pulchrè voluit Bart. in l. dominis prędiorū. C. de agri. & censi. li. 11. & qđ plene voluit Bald. in l. liberti. C. de ope. liber. & in d. l. excepto. & Bart. in l. fin. ff. de his q̄ in frau. credi. Sed si partes faciāt expressam conuentionē, tūc seruat̄ conuētio: vt d. l. 1. §. si conuenerit. ff. deposi. & d. l. ad ꝓbationē. versi. quē tenor designat. & d. l. sancimus, in versi. placiti. tenor. cum alijs iuribus, quæ ad hoc allegaui superius. ergo seruanda erit conuentio, quæ dicitur esse lex ipsorum contrahentium. Cum ergo præfatus illustrissimus comes dominus Rubertus sibi prouiderit de solutione fienda in principio termini, sequitur, ꝙ in principio erit fienda & non in fine, & maximè considerata dignitate conducentis, & ipsius ꝯducti dēret attendi eorum dignitas, argumēto l. sed si susceperit. ff. de iud. & c. & si quęstiones. de simo. & l. vxori. ff. de leg. 3. & qđ voluit Inn. in c. pastoralis. de dona. Modo in casu nr̄o ꝯducens est illustrissimus, opulentissimus, & liberalissimus, & coniūctus sanguine huic illustri comiti Ruberto, inter † quos p̄sumit̄ libera-
9 litas: vt l. si seruus communis. ff. de dona. inter virum & vxor. ergo potius de mente ꝯhentium fuit, ꝙ in principio termini cuiuslibet fieret ista solutio, & cōmemoro vnum, qđ accidit annis superioribus erga obseruandæ memoriæ Nicolaum Papā: qa cum illustris dominus Sigismūdus de Arimino teneret ratione cēsus ī quatuor milibus ducatis cameræ Apostolicæ: transmisit per suum cancellarium quandā gemmam valoris trium milium ducatorum asserēdo valere quatuor mille: Papa mandauit thesaurario, q erat episcopus Perusinus, ꝙ gēma recepta absolueret dominum Sigismundū, qui fecit illam appreciari, & fuit æstimata trium milium, nec voluit illum absoluere. Cum esset delata q̄rela ꝯ thesaurarium, excusauit se coram Papa, ꝙ non erat tanti valoris: tandem Papa vocari fecit illum cancellarium, cui vocato dixit, ego sum contentus, ꝙ mercantia facta cum Papa non sit similis ei, quæ fit cum mercatore: ego sum cōtentus rem valere tria milia pro quatuor milibus. Ita dico in ꝓposito, debet ista cōuentio intelligi magis largè, quàm sit fieret cum aliquo capitaneo, qui intendit ex militari lucro viuere. Et sic concludo in fauorem incliti comitis, Ruberti, cui ex corde prauitatem meam commendo, & ita concludo.

EPITOME.

¶ Rusticus probare poterit, quòd propter sui facilitatem aliquid fecit, uel non fecit, lapso termino & præfixo ad probandum.

SVMMARIVM.

Notorium quando allegandum & proponendum. num. 1.

Iudex ex officio quæ possit facere. nu. 2.

CONSILIVM LXXIX.

7 Circa dubium, de quo quęritur, an post terminum octo dierū datum ad opponendum, & probandū, & probatum habēdū, possit rusticus probare, ꝙ ꝓpter sui facilitatem soluit illam primam quātitatem, in qua erat condemnatus. Mihi videtur de iure dicēdum, ꝙ non sit opus probare, & sic non est necesse intrare illum conflictum disputandi, vtrum post terminum illum admittatur ista probatio, quòd ad oculum sic probo. quòd iste sit rusticus, non est necesse
1 probare: quia euidens & notorium est, qđ † patet expresse non est probare necesse: vt c. euidētia. de accusatio. c. manifesta. & c. de manifesta. c. quę Lotharius. 2. q. 1. l. ea qdē. C. de accus. ꝙ sit deceptus, seu sit læsus, apparet: quia soluit indebitum: quia ex laudo nullo. Quòd autem sui facilitate aduertendum est: quia Bart. & Bal. in l. fi. C. de integrum restitu. dicūt, ꝙ in libello debet apponi, ꝙ quis est minor, & læsus sui facilitate, & sic vult, ꝙ ista accumelentur in libello: non tamen dicit, ꝙ debeat probari, ꝙ sui facilitate fuit læsus. & est ratio, quia illud, qđ resultat ex iuris dispositione, non est probandū: vt voluit gl. quæ reputatur singularis in cle. appellanti. de appel. tex. in l. si adulterium cū incestu. §. idē Pollioni. in versi. error allegetur & c. ff. de adulter. Et plus dico, ꝙ quādo notorium resultat facto iuris, tunc nō est allegādum: quia iudici est notorium, ita probat in c. Raynutius. de testa. vbi iudex fuit motus ad iudicādum ex notorio iuris municipalis non allegato a parte. istud tenet ibi Innocen. hoc commemorat do. Abb. in c. afferte. de presum. Et ex hoc resultat responsio & intellectus ad dictum §. idem pollioni. & ad gl. dictæ cle. appellanti inquātū dicūt, notoriū dēre proponi, & allegari: vt intelligantur in notorio resultāte facto partis. Cum ergo in casu nostro resultet ex notorio iuris, ꝙ minor, vel rusticus eo ipso ꝙ sint læsi, ꝙ sui facilitate sint læsi: ergo non debet allegari, nec probari: vn̄ iudex debet iudicare ex tali notorio etiam si pars illud nō allegauerit, & adduco l. minoribus. C. de in integ. restitu. vbi sufficit probare, quē esse minorem, & læsum: quia eo ipso ꝙ est minor & læsus, præsumit ius, ꝙ sui facilitate sit læsus. & sic ille tex. destruit dictum Bar. inquātū dicit in libello esse articulādū, ꝙ sui facilitate &c. & illū tex. allegat dominus meus Io. de Imo. in cap. 1. de in integ. resti. vbi dominus Ant. sequitur illud dictum Bar. Ioā. de Imo. ibi dicit, non esse verum dictum, per dictā l. minoribus. dicens communiter teneri contrarium. & idem voluit in c. cōstitutus. de in integ. restitu. dicēs opinionem communem esse contra Bartol. per dictam l. minoribus. & sic Bartol. ibi dicit esse ponendum in libello, non tamē dicit esse probandū, ꝙ sua facilitate: sufficit, ꝙ ita dicatur in libello. Mihi vr̄, ꝙ non rectè loquatur: quia illud, qđ est notorium facto iuris, non est allegandum iudici: quia iudici est notorium. ad hoc adduco c. auditis. & c. cum olim. de præscript. vbi fuit allegata præscriptio, & nulla fuit facta mentio de bona fide. & ratio est: quia ex iuris pręsumptione pręsumitur bona fides: vt voluit gl. in c. sanctorum. cap. si diligenti. & capitu. fina. de præscriptio. ita dicamus in casu nostro: cum doctores, quos in cōsilio meo allegaui, dicant, quòd præsumitur,

sumitur, ꝙ minor & rusticus sua facilitate soluerit, vel vendiderint cum eorum læsione: sequitur ergo ꝙ sufficit apparere de rusticitate: quia rusticus est, & ꝙ soluerit ex laudo nullo: ergo illa agnitio, quam fecit, præsumitur facta ex facilitate, quæ nec est allegãda in libello, vt dixit Io. de Imo. nec probanda. videtur ergo quędam ingenij infirmitas dicere ex parte aduersa, ꝙ non potest probare istam exceptionẽ post terminũ, nec opus est probare solutionẽ: quia aduersarius cõfitetur, nec nullitatẽ, quæ apparet ex tenore laudi; nec opus est allegare, nec probare facilitatem, sileant ergo fauces sic allegantis. Et plus dico, & ad hoc aduertat dominus iudicans, ꝙ posito,
2 non tamẽ cõcesso, ꝙ † iste reus nõ posset ꝓbare, nec excipere, tamen iudex æquitate suadẽte potest supplere pro reo, vbi reus non posset obstante statuto, vel alio: ne actor locupletetur cũ aliena iactura, ita singulariter dixit dominus An. in c. cum dilectus, in quæstione facti obtinuisse de cõsuetudine. & allegat Innoc. in c. cũ olim, de cẽsi. & idem voluit in c. bonę, de postu. prælato. & eũ refert, & sequitur Ludo. Ro. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & hoc ne quis locupletetur cũ aliena iactura. & facit gl. quæ reputatur sing. in c. nulli, de accus. quæ dicit, ꝙ licet episcopus accusatus non possit repellere suũ accusatorem criminosum famulum suum: quia videtur approbasse mores eius: tamen iudex potest repellere tanquam criminosum, & probare crimẽ. Et sic eo casu, quo reus repellitur: tamen iudex non repellitur ex officio suo opponere exceptionem, & illã probare. Ita est dicendum in casu nostro, poterit iudex ex suo officio opponere & probare. Ad hoc adduco, quod voluit D. Card. in c. ad petitionem, de accus. vbi dicit, ꝙ iudex ex suo officio potest post conclusum in cã recipere testes. licet pars non possit, ne quis locupletetur cũ aliena iactura. allegat. c. cũ Ioãnes eremita, de fide instr. ita dicamus in casu nostro, vt possit iudex recipere testes ad probandum istum esse rusticum, & læsum sui facilitate: licet, vt dixi, sufficiat, ꝙ fuerit læsus: quia præsumitur sui facilitate. Facit etiam, quod consuluit in factu dominus Ant. vt ipse refert in c. j. de iudic. vbi refert se consuluisse, ꝙ iudex, licet sit conclusum in causa, potest ex suo officio interrogare partẽ, & admittere partem ad fundandam suam intentionẽ, mouetur ex æquitate. d. c. cum Ioannes eremita. idem voluit in d. c. cum Ioannes. Ita est dicendũ in casu nostro, vt possit iudex suo officio admittere partem ad probandum suam intẽtionem: posito, non tamen concesso, ꝙ iste reus non posset probare istam suam ex ceptionem. Et adduco elegantem tex. in d. c. peruenit, de empt. & venditio. vbi iudex fuit motus ad iudicandũ propter ea, quæ allegata non fuerũt à parte æquitate suadente: eodẽ modo iudex debet moueri ad iudicandum propter ea, quæ pars non potuit allegare aliquo iusto impedimento impedita. facit, quod voluit ibi Abb. antiquus, & do. Ant. & Ioan. de Imo. Ita dicamus in casu nostro, poterit dominus iudicans ex suo officio æquitate suadente opponere hanc exceptionẽ, ꝙ iste pauper rusticus soluit ex sui facilitate deceptus ex laudo nullo, iniusto, & iniquo: ergo &c. Pręterea facit ad prædicta, quod singulariter voluit Hosti. in c. bonæ. de appel. vbi dicit, ꝙ ex naturali æquitate potest implorari iudicis officium contra eum, qui tenet rem meam iniustè: licet deficiat mihi actio, argumento. c. in primis. 2. q. j. vt illã rem mihi restituat, argumento. l. si me & Titium. ff. si cer. pet. Facit, quod voluit idem Hosti. in c. cum dilecti, de arbi. & quod voluit do. Abb. in d. c. bonæ. ita dicamus in casu nostro vt possit iste pauper implorare iudicis officiũ ęquitate suadente vt recuperet rẽ suã. Præterea facit, vbicũq; actio agentis est calumniosa, iudex ex suo officio debet eam repellere: licet non opponatur, text. est aureus. l. sicut. C. de paga. tex. est ſm lectu. Azo. in l. vbi pactum. C. de transac. quem Bartol. ibi allegat. pro sig. gl. in l. j. ff. de officio assesso. & in l. j. C. vt q̃ de sunt aduo. & glos. in l. qui cum maior. §. si libertum. ff. de bo. lib. in gl. in verbo. calumniosa &c. per text. in l. fi. in fine. C. vt nemo priua. & l. sicut. præalle. vñ multum singulariter dixit Innoc. in ca. fin. de officio vica. ꝙ libellus calumniosus ęquiparat̃ libello inepto, & incõgruo. Spe. in ti. de primo & secundo decre. §. sequitur videre. versiculo, ꝙ si cõstat iudici. Et adduco qđ voluit Lud. Ro. ɔsilio. 65. incipiẽte, viso Themate prænarrato. Modo ita est in casu nostro, ꝙ ille agẽs calumniosè agit: quia ex laudo nullo: vt demonstraui in consilio meo super hac causa red-
3 dito: ergo sequitur, ꝙ iudex † non debet admittere talem libellum calũniosum. iura eñ toto posse obuiant calumniosis: vt cle. vt calumnijs. de re iudica. c. calũnia. de pęnis. Pręterea facit ad hoc: qa nemo debet lucrari cum aliena iactura: quia est contra bonos mores naturales: vt l. nam hoc natura. ff. de cõdi. indebi. quo casu boni mores nãles sunt immutabiles: quia nec pacto, nec facto iudicis possunt iura naturalia immutari. ergo cũ iste locupletetur cum aliena iactura, sequitur, ꝙ nullo modo iudex debet istud pati: ideo ex suo officio poterit admittere illã probationem, ꝙ sit rusticus, & lęsus, quo casu pręsumit̃ sui facilitate: vt superius est dictum, ergo &c. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Materia testium singularium & cõtrariorum.

SVMMARIVM.

Testes si in cortice verborum variant, non probant, & sunt cõtradictorij. nu. 1.

Bal. in rubr. de controuersi. inuesti. declaratus. nu. 4.

Inimicus capitalis quis. nu. 7.

Causa finalis est fons causarũ, & q̃ dicatur causa finalis. nu. 11.

CONSILIVM LXXX.

Tota difficultas. Præsentis hęsitationis dependet ex testibus, vtrum sit sufficienter probatum pro parte huius Lãceloti sexcentos ducatos peruenisse ad illum Danielem dumtaxat. Et habita matura inuestigatione mihi videtur de iure dicendum, ꝙ non sit probatum sufficienter pro parte Lanceloti, ꝙ sic demonstro ad oculum. Et capio primum testem Helyam, qui dicit, ꝙ vidit, ꝙ super dicto banco erat satis notabilis quantitas ducatorum auri & interrogauit ipsos Danielem, & Lancelotum hoc modo, questi pareno molti danari, vnde hauete hauuti tãti danari. Daniel respõdit, sono seicẽto ducati, che noi hauemo hauuti dallo cãceliero, &c. trecento per cadauno de noi. Ex quibus verbis apparet, ꝙ quilibet eorum habuit trecẽtos ducatos, & per cõsequẽs fundata est intẽtio Danielis, ꝙ ab illo cancellario habuit dũtaxat. 300. ducatos. Subdit postea iste testis, dictũ Lãcelotũ dixisse versus eum, gouernami gli mei trecẽto ducati insieme con li toi e teneli per modo che non te siano robati che io li possa hauere fra octo o deci dì per poterli portare a Parma, qui Daniel respondit, mi nõ ho paura che mi siano robbati, q̃ accepit oẽs dictos ducatos existentes super dicto banco, & illum clausit cum claui, & recesserunt. Deinde redierunt, & dictus Daniel aperuit dictum bancum, & accepit di-

ctos ducatos, & secum apportauit, dicēs se ire domū ad gubernandum dictos ducatos, & hoc dicit esse, qđ scit de hoc facto, & vocat in contestē Franciscū fratrem, & dicit ꝙ Daniel scribebat literas domino Tristano &c. Sed Franciscus, quem vocat in contestem, dicit se vidisse Danielem, & Lancelotū esse in apotheca, & iuisse ad bancum magnū, & ipsum Danielē incepisse scribere, & loquebat simul cū dicto Lanceloto, & Helyas iuit ad eos, & interrogauit, qđ facerent, & audiuit ipse testis Danielem, dicere, noi scriuemo vna litera a meser Tristano Sforza, come noi hauemo tolto dal suo cancelero treceto ducati de oro, qui erant super dicto banco in vna valeta, dicēdo ipse Daniel, mi e Lanceloto li hauemo presi de compagnia cioè tresento per vno. & ꝙ post longum interuallum dictus Daniel rediit ad dictā apothecam, & aperuit ipsum bancum cum claue, & accepit ipsam pecuniā, & dixit, ꝙ volebat reportare domū, & eā reponere. Sed ille Helyas dicit, ꝙ dicti Daniel & Lancelotus redierunt post modicum temporis spaciū, & sic variat iste Franciscus ab illo Helya in verbis prolatis a dicto Daniele, & a dicto Helya, & a dicto Lāceloto, q Lancelotus dixit, che io li possa portare a Parma. ita testificatur Helyas, & Frāciscus dicit, che io possa andare a Parma. Itē ille Frāciscus dicit post longum interuallum, & alter dicit post modicum, & sic variant in tempore. Variant ēt in substātia: quia vnus dicit, ꝙ ambo redierunt, Frāciscus dicit, ꝙ Daniel rediit ad apothecam. Modo aperto ingenio comprehenditur, ꝙ varient isti duo testes in cortice verborum, item in substantia, item dicunt rem non verisimilem: tunc arguo hoc mo-
1 do, licet dicatur † ꝙ singularitas est duplex, quędam obstatiua & contradictoria: & ista tanquam repugnans non probat. l. ob carmen. §. primo. ff. de testi. l. testium. C. eo. c. nihilominus. 3. q. 9. cum si. & est quędam singularitas adminiculatiua, quæ tēdit ad vnū rei finem. & ista probat text. est melior de iure in l. qui sententiam. C. de pen. in versiculo, ad eundem rei finem conferentes, de quo tex. fecit festum Bald. in rubri. de controuers. inuestitu. in vsi. feud. vbi tradidit illum modum loquendi de duplici singularitate, & de illa. l. fecit festū idem Bal. in l. 1. C. de testa. & in d. l. testium. C. de testib. & in d. l. de quibus. ff. de legi. & in cōmēto. l. data opera. C. qui accus. nō pos. & melius loquitur in c. cū causam. de proba. vbi refert Oldra. Laudensem solitū esse allegare. d. l. qui sententiam. ad hunc finem. Et sic vī ibi casus ꝑ eo, qđ voluit gl. in c. dudum. de conuer. coniuga. & in c. cum ecclesia sutrina. de caus. pos. & proprie. quę dicunt, ꝙ vbi testes singulares cōcordāt in substantia, tūc probāt, & qđ voluit Inn. in c. qualiter. el primo. de accus. & Bald. in l. j. C. qui numer. tutel. & iō dixit idem Bal. in l. j. C. de testa. ꝙ si duo testes probant de confessione, & vnus de numeratione, non sunt singulares: & etiam dicit idem Bal. in d. l. de qbus. ꝙ vbi potest capi sensus: vt testes nō sint singulares, debet capitalis sensus. Et facit gloss. in d. l. ob carmen. §. j. q̄ dicit, quando testes singulares cōcordant in substātia probant, & quod voluit Bal. in l. 2. C. de secun. tabul. & Io. de Imol. in l. inter pares. ff. de re iudi. & in l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. oblig. & in l. j. §. j. ff. quēadmo. testa. aper. D. Ant. in c. licet ex quadam. de testi. & Paulus de Eleázar. in sua quæstione incipiēte, ꝯ publicū instrm. Bal. in l. 2. C. de dona. ante nup. in l. pecunię. C. de sol. & l. j. C. de ꝯfes. & in l. j. C. si vnus ex pluribus, & in c. primo. de notis feu. & in ꝑallega. d. l. qui sententiam. gloss. d. capitu. dudum. cap. cum ecclesia. l. ob carmē. §. 1. & qđ voluit Archi. in d. c. nihilominus. & in c. 1. de arbi. li. 6. nisi testes concordarēt in vnum rei finem, & discordarēt in cortice verborum, quādo producerentur ad probādum rem,
2 vt narratam & gestam ab alio: qa tūc † si in cortice verborum variāt, sunt singulares, & ꝯdictorij, & nō probant: quia vnus detrahit de fide alterius, hęc est celebris doctrina Bal. in c. bonæ memorię Maguntino. de elec. fm quem consului anno superiori Ferrarię in causa illorū de Mariscotis, & ita fuit indicatū: dicit Bal. ibi, vnus testis deponit, ꝙ Titius mutuauit mihi vigintiquatuor denarios, & alter testis deponit, ꝙ mutuauit duos solidos, retulit multum singulariter, ꝙ si fuerunt examinati super serie verborū, ꝙ variant in cortice verborū, ꝙ nō probāt, & ꝙ sunt singulares. Modo in proposito nostro iste est actus, in quo de cortice verborum testes debent concordare: cum sit causa ardua trecentorum ducatorū, & sunt discordes: ergo non probant verum actum receptionis pecuniarum. Et ad hoc adduco, quod singulariter voluit do. Ant. in c. nihil. de verb. signi. vbi refert fuisse quęstionem in facto. producti fuerunt duo testes ad probandum institutionem hęredis, & vnus testes dixit, scio, quia dixit, testator Seiū hęredē instituo &c. alius dixit, Seius hæres sit, & sententiatum fuit in facto, quod erant testes contrarij aut singulares, & nō probabāt: quia recitabant verba, vt ab alio prolata. ideo debebant concordare in cortice verborum, & ita fuit iudicatum, & cum hac doctrina transiuit, & sequitur illam D. Abbas. in d. capitu. nihil. & indubitanter istud dictum apponit gladium ad hanc dubitationem: quia isti testes recitant verba vt ab alio prolata, & discordant in cortice verborum. Et per consequens nō probant. ergo, & fm hāc doctrinam infinitis vicibus ꝯsului, & vidi consultum, & fuit obtentum. Et adduco simile, qđ voluit Bald. in l. cum antiquitas. C. de testam. ꝙ nisi testes probent totum tenorem testamenti perfecti, nihil probant: & si aliquis probent plus dictum, & aliqui minus dictū, ꝙ illi, qui minus ponūt, totū nesciunt. qđ dictum dicit esse mirabile. ita singulariter dicit ibi Bal. & licet loquamur in testamento, tñ idē videtur in alio casu arduo. argumento. l. si tamen. §. in ędilitijs actionibus. ī ver. cęteris rebus similibus. ff. de ędi. edic. & in l. his solis. C. de reuo. donat. & in l. ob ęs. C. de prędi. mi. ca. translato. de constitu. c. inter corporalia. de translat. episco. cum causa trecentorum ducatorum sit ardua causa, considerata conditione personarum, argumento eius, quod not. in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de officio pręsidis. & l. sed & si susceperit. ff. de iudi. c. si quæstiones. de simo. ergo, & sic ponderet dominus iudicans, quia posito, qđ isti duo testes concordent in vnum rei finem: tamē si discordent in cortice verborum, dicūtur contrarij & singulares: quia si dicunt de 24. denarijs, & de duobus solidis satis concordant in vnum rei finem, & tamen dicuntur contrarij, & singulares. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ sint cōtrarijs, & singulares, & per consequens non probant, & miror vehemēter, ꝙ dominus Ant. & D. Abb. consiculus meus in d. c. nihil. non viderint Bal. in d. c. bonæ. vbi pulchre hāc eorum doctrinam tradidit originaliter. Cum ergo isti testes deponāt de eodem actu, & eodem loco, & eodem tempore, & discordant in cortice verborū, sequitur, ꝙ sint singulares & ꝯrij: vt dixit D. Ant. D. Abb. & Bal. ¶ Capio modo secundū, ꝙ sint contrarij & varij in suis dictis, & singulares. Primò vnus dicit, ꝙ post modicum temporis spacium reuersi sint Lancelotus & Daniel. Secundus dicit, ꝙ post longū interuallum reuersus est Daniel, de Lāceloto nihil dicit ꝙ fuit reuersus. Dicit etiam primus, ꝙ vult portare dictos ducatos Parmam. Secundus dicit, ꝙ vult ire Parmam, & sic sunt varij contrarij, & singulares respectu vnius actus eodem tēpore, & eodē lo-

co

co gesti, quo casu sumus pprie in actu, de quo fuit in persona Susannæ: quia testes de actu gesto eodẽ tempore, & loco variarunt, & contradixerunt sibi, & fuerunt singulares, ergo nõ probant: vt habetur in dicta l. ob carmen. §. primo. & in d. l. testium, & in dicto capitulo, nihilominus, & in dicto capitulo licet ex quadam. de testi. & in dicto ca. bonæ memoriæ Maguntino. Et plus dixit Innocen. in dicto capilo licet ex quadam. quòd si volo probare me vsum fuisse iurisdictione, & vnus deponit de vno actu, & alius deponit de alio, quòd tutius est tenendum, ꝙ ambo dicti testes sint singulares, & non probãt me vsum fuisse iurisdictione. allegat ad hoc capitulum cum dilecti. de electio. & dicit se ad hoc notasse in capitulo qualiter. el secundo. de accusa. licet quidam, & male allegent Innocent. voluisse contrarium. Et per istud dictum Inno. declaratur illud quod voluit Innoc. in dicto capitulo qualiter. vbi non dicit simpliciter, prout quidam allegant, quòd probetur iurisdictio per actus difformes, imo ponit istud dictũ, & postea immediate ponit aliam opinionem contrariã, dicendo ꝙ alii contrarium dicunt, asserentes, ꝙ vbicunque aliquis tenetur aliqui probare, nisi testes de loco & tempore, personis, & omnibus aliis concordent, non habentur pro pluribus testibus, allegat dictũ capitulum, nihilominus, & omnes sunt in suis testimonijs singulares, allega. ad hoc dictum c. cum dilecti. nec aliter Innocent. in dicto capitulo qualiter impugnat illam vltimam opinionem. & ibi Ioan. And. transit simpliciter recitando. Sed per illud, quod voluit Innocen. in dicto ca. licet ex quadam. videtur satis approbare hanc vltimam opinionem vt tutiorem, quam posuit in dicto capitu. qualiter. Specu. in duobus locis narrat gl. Inno. contrarias in dicto capitulo qualiter. & nullam approbat, vt patet in titulo de teste. §. iam de interrogatorijs. versicu. item tempore &c. & in titulo de inquisitiõ. §. nunc tractemus. versiculo, ꝙ si negauerit. quinimo recitat ibi opinionem Vincen. in c. illud. de præsumptio. vbi dixit, ꝙ vnus testis deponit de fama in vna parte ciuitatis, & alius de alia parte ciuitatis, ꝙ non est probata fama sufficienter: quia testes sunt singulares, hanc opinionem videtur tenere aperte gloss. ordina. in dicto capitulo licet ex quadam, quæ dicit, ꝙ in probãda ꝯsanguinitate si aliqui deponũt de vno latere, & alij de alio latere, sentit, ꝙ non sufficiat, si quisque testis esset singularis in dicto suo. Et sic ponderet dominus iudicans multum accuratè,
3 ꝙ in actu † successiuo testes singulares non probãt: ex eo quia iura non distinguunt inter actũ successiuum, & actum momentaneũ, dicũtur testes singulares non probare: vt dicto capitulo tam literis. de testi. dicto capitulo cum dilecti. & dicto capitulo bonæ. & capitulo licet ex quadam. nec reperitur tex. q̃ probet contrariam opinionem: sed fuit nuda interpretatio quorundam magistrorum, qui sæpenumero destruunt textus per suas opiniones capitaneas, & contra eos facit dictum cap. illud. & dictum c. cũ dilecti. nam ibi canonici volebant probare, ꝙ non consenserunt in illum electum a cõpromissarijs, & quisque deponebat, ꝙ non cõsenserat, nec per hoc inferebatur multiplicitas actus: & tamen Papa ibi dicit, ꝙ non probant: quia sunt singulares, cum quilibet deponat de suo consensu, ꝙ aperte est contra mentem glo. d. l. ob carmen. §. primo. Ad idem facit dicto capitulo bonæ. vbi canonici volebant probare, ꝙ nõ fuerant citati. Nec valet, si quispiam dicat, se non fuisse citatum, & tamen veniunt ad probandum dictam vniuersalem positionem, ꝙ capitulum non fuerat citatum, nec capitulum constituitur, nisi ex singulis. vnde impossibile est, capitulum fuisse citatum singulis omnibus ignorantibus, argumento. c. si capitulo. de concess. præben. libro sexto. Et facit ratio habens neruũ in omni re, super qua testes deponunt, semper sunt singulares respectu sensus, per quem actum percepit: nã si tu & ego vidimus Titium percutere Sempronium, tu percepisti p sensum tuũ, & ego per meũ, nec tuus sensus est meus, nec econtra. voluit Barto. in l. prima. §. si quis neget. ff. quemad. testa. ape. ideo hoc respectu nõ exigitur, ꝙ sint contestes. Sed respũ obiecti, super quo deponunt, oportet, ꝙ sint ꝯcordes: vt eodem tẽpore illud obiectum se præsentauerit sensibus eorum. vnde approquinquatio sensati ad sensum eodem tempore facta facit eos esse contestes. istud patet cuique subtiliter hanc rem consideranti. Quare ergo exigitur, ꝙ in hoc sint contestes, & sic eodem tempore simul pceperint: certe non alia ratione: quia vni testi non creditur in præiudicium alterius, nisi simul in omnibus concordent, habet locum regula iuris diuini & humani. in ore duorum, vel trium stet omne verbum capitulo licet vniuersis. de testibus. capitulo, in omni negotio. eodem titulo. secunda quæstione quarta, in principio, capitu. cum esses. de testamentis. hæc ratio locum habet, etiam si actus sit successiuus, nisi actus esset indiuiduus: vt est actus dicendi missam: quia tunc per actus singulares pbatur, vti per scribẽtes in dicto capitulo nihilominus. & licet multi allegent Inno. in contrarium in dicto capitulo qualiter, el secundo. tamen re vera Innocent. tenet cõtrariam opinionem: vt superius dixi. Et istud in latioribus terminis tenet dominus Abb. in suis consilijs, consilio quadragesimotertio, incipiẽte, ex multis agitatis. vbi multum præclarè & luculenter istum passum examinauit, & consuluit, actum successiuum non posse probari per testes singulares. vt ibi per eum. ergo sequitur, quòd multo minus probabitur actus momentaneus, & instantaneus. Cum ergo testes in eorum testificatu sint varij, contradictorij, & singulares vt demonstraui superius, sequit̃, ꝙ non probant, & vnus detrahit de fide alterius in tantum, ꝙ non videtur iste Lancelotus habere aliquem testem, adeo ꝙ non potest deferri iuramentũ ad supplementum semiplenæ probationis, ita egregie dixit Bal. in rubr. de controuer. inuesti. quia nullum testem dicitur habere. Et adduco elegantẽ glo. in c. tam literis. de testi. quæ dicit, ꝙ in casu illo non defertur iurm̃: & tñ testes erant singulares. Et ex istis tollit̃ illud, qđ opponi posset, qđ voluit Bald. in rub. de controuer. inuesti. vbi dicit, si autem testes non essent adeo singulares, ꝙ non propterea discordarent in vnum rei finem, sed venirent in vnum finẽ per diuersa media, seu per diuersas coniecturas sibi adinuicem patrocinantes: puta vnus testificatur de veritate, alius de confessione, tunc quia vnus adminiculatur alteri, bene defertur iuramentum, alleg. c. cum dilectus. de successio. ab intesta. & subdit ibi Bald. ergo duplex est singularitas, quædã obstatiua, & ista infringit testimonium, quædam adminiculatiua vnius testis de veritate, & duo de fama ista coadiuuant testimonium. l. quomodo. §. fin. ff. de ędil. edic. ita dicit Bal. in d. rub. Cum ergo in casu nostro ꝯcurrant plures testes de cõfessione, & plures testes de veritate, sequitur, ꝙ fortius probatur, dictos sexcentos ducatos peruenisse ad dictum Danielem, cũ sint duo testes conformes de veritate. & istud est fortius, quod posset allegare pars aduersa in sui fauorem. Ad hoc respondeo † ꝙ Bal. ibi loquitur eo casu, 4
quo quis habet vnum testem deponentem de veritate, quo casu facit semiplenam probationẽ: vt habetur in capitulo fina. de iureiuran. & in l. admonẽdi. ff. eo. & in l. bonæ fidei. C. eo. & nõ deliberat eius

dictum

dictum per alium testem contrarium, ita loquitur ibi Bald. Sed quoties sunt duo testes deponentes de veritate,& vnus contradicit alteri: & sic sunt varij, contrarij,& singulares: tūc vnus detrahit de fide alterius, & pōt dici, ꝙ producens non habeat aliquē testem,& sic non potest dici, ꝙ habeat vnum testem dicentem de veritate,& sic non sumus in casu, quo loquitur Bal.& sic sumus extra casum cōsideratum a Bald. Et etiam ad illud dictum Bal. adduco, quod voluit idem Bal. in auth. rogati. C. de testi. vbi dicit, duo testes deponunt de numerationis actu, & tres deponunt de cōfessione, an sit probatum per quinque testes. Et videtur ꝙ sic: quia consonant in eundem finem:& sic nō in facto solum: sed etiam in iure: ergo sunt contestes, allegat. d.l. qui sententiam: C. de pœn. in versicu. in vnum rei finem cōferentes. contrarium decidit ibi Bald. quia istæ aduersæ species sunt nullę, vna non vnitur alteri, no. per Dyn. in l. secuuda. §. primo. ff. de excusa. tuto. & dicit de hoc fore casum in c. cum dilectus. de success. ab insta. vbi ille Abbas probauerat per vnum testem de oblationibus, per plures autem testes probauerat de cōcessione, dicit ibi tex. ꝙ vnus est singularis. vnde Abbas per illum testem non probat. ideo dicit, ꝙ si per vnū testem probaret de oblatione, & per alium testem probaret de confessione, ꝙ tunc non probant oblationem: quia non deponunt de eodem, sed de diuerso: non tamen negat, quin facere maiorem fidem, quàm vnus solus testis: quia confessio est inuentio veritatis:& hoc est, quod dicit Papa ibi, vehemēter adminiculantes. Et sic stat Bal. in hac conclusione, ꝙ vnus testis de confessione, & vnus de veritate nō probant. subdit etiam ibi Bald. quòd si sunt plures testes de confessione, & vnus de veritate probant. Modo in casu nostro quoad istos duos testes fratres apparet ad oculum, ꝙ nō sunt testes veritatis: quia sunt discordes in cortice verborum, in substantia etiam sibi contradicunt,& adduco, quod voluit do. Card. in capitulo. cum causam. de probatio. vbi dicit, ꝙ si per vnum testem probaui de mutuo, & per aliū de confessione, ꝙ fuisti confessus me mutuasse, tales probationes, etiam si essent mille, remanent separatę,& nō valent plusquam vna: quia sunt diuersa facta. sic dicit esse intelligendam gloss. in l. secunda. §. primo. ff. de excusa. tuto.& quod not. Bar. in l. j. §. item Cornelio. ff. de quæstio. & quod voluit dom. Cardi. in capitulo veniens. el primo, de testibus. in tertia quæstione. vbi post Ioan. Cald. dicit, ꝙ duo testes non contestes, siue sint eiusdem generis, seu diuersi, non faciunt plenam probatiouem, allegat, quod habetur in l. prima. §. fina. ff. de vaca. mune. Et sic vult, ꝙ duo testes singularis licet deponāt de eodem genere: quia ambo deponunt de veritate, siue deponant de diuerso genere: quia vnus deponit de veritate,& alter deponit de fama, nō coniunguntur adinuicem, vt probēt. ergo isti duo fratres cum sint singulares,& varij,& contradictorij nō coniungunt adinuicem, vt probent. ergo perinde habetur, ac si non fuissent recepti. Et adduco, quod voluit Bal. in l. vnica. C. de confess. vbi allegat. dicto capitulo cum dilectus. vbi dicitur, ꝙ illa assertio archipresbyteri dicentis se non posse testari, quia se & sua obtulerat monasterio, non probat oblationem personæ, nec bonorum factam:& dicit Inno. ꝙ hoc est ideo: quia illa sunt verba de præterito emissa non animo offerendi se nec enim gerebatur inter partes, licet Abbas esset præsens, tamen ista confessio facit iudiciū coniunctum cum vno teste vehementer adminiculatur, ꝙ ideo dicit Papa ibi: qa vnus testis deponens de veritate facit iudicium vnius generis. Et ista confessio probata per duos testes facit iudiciū alterius generis,& sic non est sufficiens,& vera probatio: tamen est quasi probatio, cui stādum: & dicit ibi Bal. se considerare, ꝙ Papa non facit in dicto capitulo cum dilectus. fundamētum in illo vnico teste: tum quia singularis testis est: tum quia incompetenter deponebat: videlicet, se vidisse oblationem, quæ auditu percipitur: sed fundamentum Papæ est in illis duobus testibus probantibus assertionem factam coram abbate, quæ fuit facta in extremis. & ideo ꝑ canonis interpretationem habet vim supremi iudicij, arg. l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. nisi probetur. ꝙ ille non erat sane mentis. modo ita residet Bal. in d. l. prima. ex cuius doctrina deciditur mirū in modum nostra consultatio. voluit enim, quòd vnus testis deponens de veritate, & duo de confessione facta coram parte probent: & sic requirit partis præsentiam ad hoc, vt vnus testis deponens de veritate vnius generis, & duo testes deponentes de confessione, & sic de altero genere requirant partis præsentiam, aliter non probant, vt coniungantur ea, q̄ sunt diuersi generis. Modo in casu nostro ita est: qa non probatur veritas per vnum testem: quia cum illi duo fratres sint singulares, vt plenè est dictum; non probant veritatem, scilicet receptionem totius pecuniæ factam fuisse per illum Danielem. licet ergo alij testes probent de confessione illius Danielis tamen non probant partis præsentiam. ideò non est probatum sufficienter illum Danielem recepisse totam illam pecuniam. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. Et videtur ex hoc decisa ista dubitatio,& adduco, quod voluit domi. Ant. in d. c. cum di-
5 lectus, vbi colligit † ꝙ ad implendam probationem duæ semiplenæ probationes diuersi generis, quarū vna probationem concludit mediate, alia immediate cōiunguntur, non vt probent: sed vt vehemētem præsumptionem inducant. & per hoc tollitur dictum Bar. in l. admonendi. ff. de iureiurando. versiculo, his præmissis. vbi allegauit illum text. in dicto ca. cum dilectus. ꝙ duæ semlplenæ probationes faciunt plenam probationem. Pro certo ille tex. dicit contra: quia dicit, quò adminiculantur. dixit etiam ibi Bar. ꝙ confessio in casu dicti. c. cum dilectus. fuit facta parte absente, ꝙ est contra illum text. cum dicit ibidē. d. c. cum dilectus. probare, ꝙ confessio facta absente parte inducit semiplenam probationē, ꝙ est falsum,& contrarium tenet Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iureiurā. Sal. in l. admonendi. prealleg.& in d. l. in bonæ fidei. Apparet ergo ex istis, ꝙ isti fratres non probant pecuniam totam peruenisse ad illum Danielem: nec etiam probatur per alios testes deponentes de confessione facta absente parte: ergo quia talis confessio non est sufficienter probata, nec possunt adinuicem coniungi; quia sint diuersi generis: vt est dictum:& quia illud genus peruentæ pecuniæ ad Danielem non est probatum etiam semiplenè. Et ex istis sunt absoluta illa duo. videlicet, ꝙ sunt singulares. itē ꝙ sunt varij, & contradictorij.

¶ Est modo videndum tertium, videlicet, ꝙ deponunt rem non verisimilem, clarum est, ꝙ statur testibus deponentibus verisimilia. l. ob carmen. §. j. ff. de testi. ca. licet causam. de probatio.& in passione dominica. & conuenientia non erāt eorum testimonia.& probatur in c. præterea.& c. in nostra. de testi.& plus dixit Bal. in rub. C. de probatio. in prin. ꝙ illi sunt verissimi sermones; qui concordant rebus sensatis, testibus Aristotele,& Auerroe, & probatur hoc ī l. si ita quis ver. qđ nemo sanus diceret. ff. de euic.& idē voluit idē Bal. ī c. afferte. de ꝑsump. & in l fi. de edic. di. Adria.& in tractatu scilmatis, & in l. j. C. de seruis fug. vbi refert apud Franciam fuisse cassatam quandam inquisitionem: quia non cōtinebat

6 timebat rem verisimilem: quia †illud, quod non est verisimile, est quædam falsitatis imago l. milites. §. oportet. C. de quæst. Et facit quod dixit idem Bal. in l. testium. C. de testi. vbi dixit, ꝙ nõ est verisimile dictum testis, ꝙ frater adulterauit sororem: non sunt enim hæc testimonia credibilia: vt l. si qs. C. de adulter. & ideo sunt suspecta talia testimonia: quia rationabilis motus iudicis, & rei qualitas non consonant cum testificatis nõ est verisimilibus: quia si dicatur, patrem dolo necasse filium, non est omnino credendum. l. j. C. de sicarijs. Et sic stat conclusio, ꝙ non creditur testi asserenti rem non verisimilem: facit. quia verisimile de præsumptio. & quod no. in l. non est verisimile. ff. qđ me. cã. ideo sapienter dixit Inn. in c. j. de frigi. & malefi. ꝙ si testes ex parte viri dicunt, virum esse potentis naturæ, & tot testes ex parte mulieris dicunt esse impotentis naturæ statur testibus viri asserentibus rem verisimiliorem. Modo in proposito nostro ille Lancelotus recepit trecentos ducatos: vt ex testificatu testium euidẽter apparet: est ne præsumptio aliqua, ꝙ dictus Lãcelotus dixisse dicto Danieli, teneas meos trecẽtos ducatos, & caueas ne tibi furto subtrahantur: pro certo non est verisimile, ꝙ ille Lancelotus non retinuisset potius illos ducatos penes se, maxime cum ad octo, vel decem dies volebat illos aportare ad ciuitatẽ Parmæ. nãm motus iudicis nõ pt verisimiliter adaptari ad hoc, vt credat tantam summã ducatorũ dedisse fratri, & nõ potius retinuisse apud se: & maxime p dies ita paucissimos, & maxime hodiernis tẽporibus q. bus, vt magnanimus dicebat Apostolꝰ, cautius ambulate: quoniã dies mali sunt: vix homo potest confidere de se ipso quo ad pecunias custodiendas: vt docet experientia, & vt dicit in illo ouidiano. fratrũ quoque gratia rara est: & quod voluit supremus gẽtium prædicator Paulus in suis epistolis, periculũ, inquit, in falsis fratribus &c. itẽ verisimile est, ꝙ voluisset aliquod chirographum manu illius Danielis, ꝙ præfatos ducatos custodiendos accipiebat restituendos ad octo vel 10. dies, argumento l. cum de indebito. ff. de probatio. & c. super hoc. de renunciatio. propter casus futuros verisimiliter cõtingentes: nescimus enim, qua hora venerit dominus: vt sacro scribitur euangelio: ideo nullum compositum ingenium arbitraretur, ꝙ posito, ꝙ illos ducatos deposuisset custodiendos apud illum Danielem, omisisset fieri sibi chirophaphum de tali receptione: cũ dictus Lancelotus sit vir prudens, & aureus: ergo, & per consequens discretus iudex non adhibebit fidẽ istis testibus tanquam deponentibus non verisimilia. Et adduco, quod sapienter dixit Bar. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. vbi dicit, ꝙ licet testis assignet bonam causam dicti: & tamen iudici videtur, ꝙ nõ dicat veritatem, nihilominus potest non adhibere sibi fidem: vt ibi. consultius tamen faciet, si in actis appareat, ꝙ ex causa facit, ne postea teneatur tẽpore syndicatus. idem voluit Inno. in c. quoniam contra. de probatio, vbi dicit, ꝙ iudex non adhibuit fidẽ testibus: & tamen tulit sententiam. & idem voluit Inn. in c. cãm quæ. de re iudi. idẽ voluit ibi dñs Abb. & idem voluit Bal. in l. magistratus. C. quando ꝓuo. non est necess. & ideo poterit dominus iudicans nõ adhibere eis fidem: quia asserunt rem non verisimilem. Modo cõiungantur ista adinuicem, ꝙ sunt singulares, varij, & contradictorij: & rem non verisimilem attestantur, inducitur sufficientissima probatio, vt nulla adhibeatur eis fides, argumento eius, quod voluit glo. in d. l. 2. § j. ff. de excusa. tuto. & l. instrumenta. C. de probatio. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. & in c. cum dilectus. de successio. ab intesta. & in c. cũ Bertoldus. de re iud. & ĩ c. illud. de pſumptio. & in c. accedens. el 2. vt lit. non cõtest. & in c. cũ causam, de probatio. & in c. j. de appel. & qđ voluit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Bal. in l. 3. C. ad legem iul. maie. & in l. j. C. qui nume. tutel. & in l. 2. §. j. & in d. c. cum causam. & in rubrica, de controuer. inuesti. in vsib. feud. ergo sequitur, ꝙ sufficientissima est probatio, ꝙ dicti duo fratres non probant: ergo illa confessio Danielis quam afferunt alij testes non est sufficiẽs: qa est semiplena probatio: vt euidenter superins demonstraui. ¶ Præterea ẽt ad prædicta accedat odiositas & inimicitia, quæ erat tpe depositionis inter ipsos testes & ipsum Danielem: vnde interrogatus super capitulo primus testis deponit, ipsos Helyam, Franciscum & Danielem venisse ad rixã, & ad manus, & Helyam percussisse dictum Danielẽ in oculo: & dictũ Danielem percussisse dictum Franciscum in capite cum sanguinis effusione, & ipsum Helyam dixisse versus ipsum Danielem ꝙ non transibit annus, quòd ipsum occidet, & etiã dicit, ꝙ inter eos sunt discordiæ, & lites cũ ipso Daniele, & ꝙ ille Helyas & Franciscus stant insimul. Ex istis elicit inimicitia vnde gloss. in l. licet. ff. de arbit. dixit, ꝙ est
7 inimicitia capitalis, qñ†quis minatur alicui mortẽ. facit gl. in auth. de testi. §. si vero. facit, qđ voluit Bar. in l. 3. §. fi. ff. de adimen. lega. vbi dixit, ꝙ causatur inimicitia, qñ est atrox iniuria, ad hoc allegat, insti. de iniur. §. atrox. & l. atrocem. C. eo. ti. & quod habetur in l. apud Labeonem. ff. de iniur. cũ ergo in casũ nostro fuerit facta iniuria atrox per illam rixam, causata est grauis iniuria, & facit c. meminimus. de accu. & etiam dixit glo. elegans, quam sequitur Ioan. And. & alij in c. cum oporteat. de accu. ꝙ statur iudicantis arbitrio. in casu nostro bene arbitrabitur esse inimicitiam, Itẽ oritur inimicitia ex facto litigioso: vnde dicuntur inimici, qui adinuicem aduersantur in lite vt est tex. in c. j. de iudi. in ver. aduersarius, vbi oritur inimicitia ex lite. item probatur in c. proposuisti. de foro compe. in c. fi. de iur. calum. lib. 6. & in c. hi qui. vt lit. pendẽ. eo. li. & ibi do. Dominicus. c. fi. de eo qui mit. in poss. & ibi do. Abb. c. item cum quis. & c. in literis. & ibi do. Abb. de testi. ſpo. c. accedens. el 2. vt lit. non contesta. l. cum postea. l. cũ proponas. C. de pac. l. j. C. de edẽ. c. aduersario. de excep. c. vt debitis. de appel. & ideo dixit Bald. in c. quoniã. de testi. ꝙ aduersarius dicitur, qui põt appellare. facit gl. sing. in c. cũ super. de officio deleg. quam allegauit pro singulari do. Abb. ꝙ aduersantẽ mihi in lite possum recusare vt inimicum datum mihi in iudicem in alia causa: quia ex dictis iuribus ĩfertur, ꝙ ad contrahendam inimicitiam non attenditur, an iusta causa, an iniusta præcesserit, sed an habuit mouere animũ ad iram, & ad odiũ. c. meminimus. de accu. & c. repellantur. eo. ti. & facit. c. non est crudelis. 23. q. 5. vbi iudex quãdoq; incurrit odiũ administrando iustitiam. c. qualiter. el 2. de accu. Et ideo in casu nostro concurrit multiplex inimicitia. Primo ea, quæ resultat ex percussione & sanguinis effusione & cũ minis mortis: & ea quæ resultat ex litibus & cõtrouersijs. & licet Ioan. And. in addi. Specu. in ti. de testi. §. est sciendum. ver. opponitur sexto. concludit, ꝙ non ꝓpter hoc repellatur a testificãdo: qa aliquã litẽ habeat cũ eo, cum quo litigat: loquit tamen de præterito: sed non aperit, si habeat litem de præsenti, allegat insti. de excus. tuto. §. item pp & auth. de testi. §. si vero, odiosus. do. Ant. ĩ c. j. de iudi. putat esse in arbitrio iudicis, quanta fides sit adhibenda: non tñ putat ipsum propter hæc repelli a testificando: istud vltimum non placet domino Abbati in d. c. j. de iudi. quid enim si contendũt de omnibus bonis, vel maiori parte bonorũ: vt c. frequẽs. de testi. ſpo. lib. 6. nam quandoq; ẽt ex vna re oritur inimi-

Inimicitia capitalis: vt c. accedens. vt lit. non contesta. hoc casu deberet ex toto repelli. c. inquisitionis. de accu. Et ego considero in casu nostro; qa non solum concurrit inimicitia causata ex controuersia, & diuisione: sed et inimicitia causata ex pcussione, quo casu cõcurrēte duplici vinculo inimicitiæ, causatur maior causa repellendi a testimonio. Et licet Ioan. An. loquatur de lite de præterito, & nõ de lite de præsenti, vnde videtur sentire, ꝙ aliud sit, qñ hēt litem de psenti, vt repellatur a testimonio. Et plus dico: quia si incipit inimicitia propter litem præteritam; tamen inimicitia semel incępta pręsumitur in futurum durare. ita singulariter dixit Inn. c. cum oporteat. de accu. quē refert, & sequit̄ Inn. in auth. si dicatur. C. de testi. Et per consequēs poterit repelli a testimonio propter litem præteritam: quia præsumitur durare inimicitia: ergo fortius si adhuc lis durat. Et multo fortius, si adhuc cõcurrat aliud vinculum inimicitię: qa duo vincula sunt fortiora vno: vt in auth. itaq;. C. communia de succes. & cap. 1. de treug. & pace. Et per ꝯñs stat vera conclusio, ꝙ cum sit per alios testes probata rixa vsque ad sanguinem ꝙ probata sit inimicitia grauis repellens a testimonio ferendo, & sit probata lis & controuersia, vt ex dictis testium productorū per ipsum Danielē liquido apparet. ergo vt inimici repellētur a testimonio: qa inimici facile mētiuntur: vt no. gl. ĩ d. auth. de testi. §. si vero Bal. ĩ d. auth. si dicat̄. Et an sit leuis, an grauis inimicitia, committitur iudicantis arbitrio: vt voluit Inn. in d. c. cum oporteat. & quod voluit Bal. ĩ dicta auth. si dicatur. Sed in casu nostro nõ committetur iudicis arbitrio, an sit grauis inimicitia: quia apparet ad oculum esse grauem inimicitiam: vt ex prædictis apparet, & plus etiam dixit Innocē. in d. c. cum oporteat. quem sequitur Bald. in d. auth. si dicatur, ꝙ etiam suspecti de inimicitia graui repelluntur a testimonio. Et si dicatur, æqualis † amor exclu-

8 dit suspicionem: vt probatur in l. non solum. §. de vno. ff. de ritu nup. Respondeo, ꝙ in casu nostro non est paritas affectionis: quia ille Helyas & Franciscus amicantur illi Lanceloto, & inimicantur illi Danieli, & sic resultat amicitia quoad Lancelotū, & odiositas quo ad illum Danielem, & non habet locū dispositio. d. l. non solum. §. de vno. & ideo Bal. in d. l. si quis testibus. quærit, vtrum ille, qui copulat inimicitiam cū inimico meo dicatur inimicus meus, ita ꝙ repellatur a testimonio. gl. tangit in l. liberi. C. de inofficioso testamen. & in l. j. §. cum patronus. ff. de officio præfec. vrbis. Bal. ibi dicit, ꝙ vbi resultat amicitia vnius, & odiositas alterius; tunc repellitur a testimonio. facit, qđ voluit idem Bal. in commento. l. data opera. C. qui accu. non pos. & quod ipse voluit in l. j. C. si quacunque prædi. pote. Cum ergo in proposito nostro resultet amicitia illorū Helyæ & Francisci, & odiositas illius Danielis, repelluntur a testimonio ferendo pro illo Lãceloto ꝯ illum Danielē: maxime si tpe testificationis habitabant in eadē domo Helyas, Lancelotus, & Franciscus: quia maior

9 † amor & strictior amicitia causat̄ ex quo habitatione. & ideo Bald. multum egregiè in l. parentes. C. de test. dicit, ꝙ si fratres simul habitant, repellũtur a testimonio ferendo ꝯ aliū, allegat, quod not. in l. cum allegas. C. de castren. pec. & ideo dixit idē Bal. in l. j. C. de episc. & cler. ꝙ familiaritas auget affectum cõsanguinitatis: quia licet frater non repellatur a testimonio ferendo ratione fraternitatis: tamen bene repellitur rõne famliaritatis, allegat. d. l. cum allegas. & ad hoc adduco, quod voluit dñs meus Io. đ Imo. in suis consilijs. consi. 133. incipien. in cã matri moniali. vbi dicit, ꝙ frater quando moratur in eadē domo cum fratre, non potest testificari pro fratre; quia est suspectus: quia ratione cohabitationis dr̄ domesticus, & ad hoc allegat. l. etiã. C. de testi. & qđ voluit Specu. in titu. de testi. §. j. ver. sed nunquid. frater, maxime dicit hoc procedere, si habent bona pro indiuiso, & in casu nostro apparet ex coniecturis, ꝙ hñt bona pro indiuiso, & simulāt diuisionem: ergo sequitur, ꝙ non possunt testificari pro ipso Lanceloto, maxime ꝯ Danielem eorū inimicum. Et per ꝯñs euidenter est demonstratum testimonium Helyæ, & Francisci non valuisse contra illum Daniele. ergo stabimus regulæ. Actore, non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. & c. vt nostrum. vt eccl. benefi. debet ergo absolui iste Daniel ab impetitione illius Lanceloti. ¶ Stat modo dubitatio, vtrū sit probata reconcialiatio facta inter ipsos Helyam, Franciscum, Lancelotum, & Danielem: licet enim fuisset ꝯcta grauis inimicitia inter eos ex illa percussione, & ex illis controuersijs, & diuisionibus, nihilominus facta fuit reconciliatio, & est pro-

10 bata reconciliatio: ergo sequitur, † ꝙ extincta fuit omnis præterita inimicitia. facit ad hoc, qđ voluit Barto. in l. 3. §. fin. ff. de adimē. leg. ꝙ inimicitia tollitur expressè, & tacitè per recõciliationem. vnde si pater exhæredauit filiū ex iusta causa, & postea est facta reconciliatio, videt̄ reuocata illa exhæredatio. licet enim, qui fuit semel inimicus, præsumatur cõtinuare inimicitiam; tamen illud procedit, nisi probetur reconciliatio. vnde licet pręcesserint inimicitię, si postea simul cõuersari cęperunt, pręsumit̄ reconciliatio: ludendo, ridendo, comedendo cum eo ex post facto, ita pulchrè dixit Bal. in d. auth. si dicat. allegat ad hoc, qđ voluit glos. insti. de iniur. §. fin. ad hoc etiam allegat. l. 3. in princi. C. fami. erc. & id eo tex. elegans in l. athletę. §. dat remissionē. ff. de excu. tuto. probat, ꝙ per testamentum probatur recõciliatio: & ibi dixit Bal. Titius vulnerauit Męuium, ex quo vulnere est mortuus filio Titij hærede instituto, quæritur, si filius Titij patrem suum non accusauit de morte testatoris, an debeat admittere hęreditatē tanꝙ indignus dr̄ ꝙ nõ: qa filiū occidētis instituendo videtur inimicitiam remittere, & per consequens recõciliatione tollitur inimicitia: dicit tamē Bal. in d. §. dat remissionem. colligendo ex illo. tex. vltimum notabile, ꝙ inimici quandoque fingũt amicabiles actus, & ꝓpterea iudicis est ęstimare actuū qualitatem, & finalem intentionem, & ista argumēta colliguntur ex illa litera. ista sunt formalia verba Bal. Ex quibus indubitāter decidit̄ ista dubitatio in fauorem illius Danielis, & contra illum Lãcelotū. & datur mirabilis intellectus ad illud, dicitur, ꝙ tēpore nuptiarum dicti Helyas, Franciscus, & Lãcelotus iuerunt ad nuptias, & ad festa nuptialia: quia ꝓ certo ad alium finem, quàm ad remittendam inimicitiam emanauit ille accessus eorum ad festa nuptialia: vt inferius dicetur, & facit, quod voluit Saly. post alios in d. l. in ipsius. C. famil. ercisc. per glo. ibi. quòd si inimici faciunt sibi grata seruitia adinuicē, & velut amici adinuicm cõuersantur, vel vt ad amicos sibi inuicē scribunt, vel nuncios adinuicem sibi mittunt, quòd præsumitur inter eos facta concordia: vt ibi allegat, quod no. insti. de iniuri. §. fin. & sic ponderanda sunt accuratè illa verba: quandoque velut amici conuersantur: quia infero, quòd si conuersantur in aliquo actu vt cõsanguinei, nõ videtur conuersari vt amici: cum pręcessit inimicitia, & iniuria, & non sequitur reconciliatio illius iniurię: sed duntaxat sequit̄ aliqua cõuersatio vt ꝯsanguineis facta in honorē domus, & ad alium finem facta: vt in casu nostro, in quo fuit facta illa ꝯuersatio in dictis nuptijs causa honoris eorū: & vt a cõsanguineis, & sic est attendenda cã finalis: vt l. is qui animo. ff. de acqui.

acqui.pos.l.si pater.C.de hære. instit.& quod voluit
11 Bal.in l.eam quā.C.de fideicom.in princ.dicit,φ†cā finalis est fons causarum, & præsumitur finalis illa, quæ s'm iuris rationem debet esse finalis: vt ibi. Ita est dicendum in casu nostro: vt causa finalis nō fuerit remissio inimicitiæ,cum illi fratres venerunt ad festa nuptialia illius Danielis, & sic actus actiuorū sunt in patiente bene disposito: vt scribit Philosorū princeps Aristoteles in 2.lib. de anima. habet in ca. venerabilem.de elect.& adduco, quod voluit Bald. in l.j.ff.de pac.vbi est gl.valde elegans, φ dicitur pax a percussione palmarum.Bal.ibi colligit ex illa gl.φ signū pacis & cōcordiæ est qn̄ partes capiunt se per manum.vnde factum post ea in contrarium præsumitur factum proditoriè. Cum ergo in casu nostro non fuerit probatum, φ se receperint per manum in signum concordiæ,& reconciliationis, sequitur, φ eundo ad nuptias illius Danielis non est signum reconciliationis.Et adduco, quod voluit dominus & ɔsiculus meus Abb. in d.c. cū oporteat. vbi dicit aduertendum: quia vt repellatur quis vt inimicus, non prodest facta reconcialiatio:sed opus est, φ sit
12 remissa iniuria & facta amicitia .ideo de amico† reconciliato nō confidendum, allegat ad hoc.3.q.5. c.2.vbi tex.dicit,φ de inimico reconciliato de recēti non est confidendum, & allegat illum text. d.c.2. Inn.ī d.c.cū oporteat.& sic voluit d. Abb.φ nō sufficit reconciliatio, sed opus est remissione iniuriæ, & rācoris, & est limitatio mirabilis ad d.l.in ipsius. C.fami.ercis.& ad illud,quod dixit Bal. in d.auth.si dicatur.dum dixit,comedendo & bibendo,& ad id, qđ voluit gl.instit.de iniur.§.fina.vt intelligant, qn̄ est remissa iniuria.Item intelliguntur eo casu,quando ad hunc finem remittendi inimicitiam quis comedit, aut bibit cum inimico:secus si ad aliū finē: tunc non operatur amicitiam,nec remissionē iniuriæ: & ad hoc adduco, quod luculenter dixit Bal.in c.j.in prin.in ti.qbus mo. feu. amit.in finalibus verbis,vbi dicit, φ licet dominus feudi det osculum pacis vasallo inimico in ecclesia, φ per hoc non videt̄ remittere inimicitiam,allegat, quod habetur in ca. olim.de iniurijs.Facit,quod voluit ibi dn̄s Card.do. Abb.& alij,& quod hr̄ in c.dilecto. de præben.& in c.ex ore.de his quæ fi.a ma. par.capit.Et sic licet iste Lancelotus producat testes, φ in ecclesia receperit communionem sanctissimę Eucharistiæ:tamen nō ꝑpter hoc est remissa iniuria, & facta amicitia. Nec ob.cum probatur ex parte illius Lanceloti accessus ad nuptias,& comestio facta in domo Danielis propter nuptias:quia quoad illud attenditur cā finalis illius accessus & illius ɔuiuij: vt sap.ēter voluit Bal. in d.l.athletas.§.dat remissionē. ff.de excu.tu. fiunt enim ad honorandā domū, & agnationē eorum, & ad tollendū blasmum, & ad locutionē hominū,nō aūt ad remittēdum iniuriam: nā si per osculū datū in ecclesia nō remittitur iniuria, nec ēt ꝑ accessum ad nuptias illius Danielis. Et per hoc tollitur illud, quod voluit Bal.in d.authen. si dicatur. quando dixit,φ per osculum pacis vr̄ remissa iniuria, & facta reconciliatio, qn̄ ad hunc finem remittendi iniuriā fuit datum osculum, aliàs secus. ita limitetur eius dictū per id, φ volunt docētes in d.c. olim.de iniur. & per id,quod voluit idē Bal.in præalle.c.j.in princ, in tit.quibus mo feu.amit.in vsi.feudo.Facit, qđ voluit Barto.in l.non solum.§.iniuriarum,ff.de iniur. vbi refert Gul.de Cu.dicere,prodest in foro iudiciali:quia videtur remissus rancor: sed non actio iniuriarū,de quo plene per Bal. in l. diuus.ff. ad Silla.& ī c.j.§.iniuria.de pace iura.fir.Barth.Brixiēsis in qōnibus dominicalibus.q. 12.dn̄s Car.in c.veniens. de iureiuran.plenè refert opiniones Lud. Rom. in d.l. diuus. ad silla. Cum ergo in casu nostro non appareat, quod fuerit facta reconciliatio ad hunc finem remittendi rancorē, nec iniuriam, nec ad hoc vt fieret pax,non est opus insistere,quòd fuerit facta recōciliatio: quia actus actiuorum sunt in patiēte bene disposito.In casu isto non erant dispositi ad se pacificādum,licet comederint in nuptijs: & licet comederint insimul, quando iuerunt ad diuisionem bonorū faciendam: qa non ad finē pacis faciendæ accesserunt:sed ad diuisionem faciendam: ideo inducta ad vnum finem non debent operari contrariū. l.legata inutiliter.ff.de lega.j. cum similibus. Et sic illa peregrina doctrina Bald.in d.§.dat remissionem. per illum text.apponit gladium ad hanc dubitationem reconciliationis,φ dēt attendi cā finalis, quare fiat.Preterea facit etiam; quia probatur per illos rusticos productos pro patre Danielis,φ ex post ille Helyas venit ad rixam cū illo Daniele,ex quo apparet,φ illa asserta recōciliatio præsumpta ex accessu ad nuptias,& ex comestione facta ī nuptijs, nō fuit
13 reconciliatio:quia † exitus acta probat: iuxta illud, quod sacro scribitur euangelio. a fructibus eorum cognoscetis eos.Præterea ēt consideret dominus iudicans fraudem istorum Helyæ,Francisci & Lanceloti,q semper steterunt in vna,& eadē domo: & incontinenti,φ cācellarius domini Tristani venit Mutinam ad repetendū dictos sexcētos ducatos,dictus Lancelotus recessit de domo, in qua cōiter habitabant,& iuit habitandum ad aliam domum,vt possent illi testificari ad commodum ipsius, & euitarēt illud,qđ consuluit Ioan.de Imo.& quod voluit Bal. in locis allegatis superius, & sic in fraudem recessit de illa domo communi.Facit, qđ voluit Bartol.in l. fina.ff.de donatio.inter virum & vxor.& in l.prima. §.si seruus.ff.de q̄stio.& quod voluit dominus Petr. de Anch. in c.in literis.de testib.& Bal. in l.etiam.& in l.seruos.C.eo.& ī c.2.eod.titu.& sic multiplici de causa non est adhibēda fides istis testibus.Præterea est etiam ponderandum: quia hi fratres testificando contra fratrem non seruarunt practicā, quā ponit Bar.in auth.presbyteros.C.de episc. & cler.referens Bartholutium de Capua, qui fuit effectus magnus comes, φ vbi personæ priuilegiatæ quæ non admittuntur ad testificandum nisi volentes: vt habetur in l.lege iulia.ff.de testi. vbi dat practicam, vt dicatur, quando recipiūtur in testes,debet redigi in sciptis,φ volentes testificantur, & non inuiti deponunt,alias videretur,φ imperio magistratus ita deponerent,& sic non voluntariè,allegat idē Bartholutius.l.non videtur.§.qui iussu.& l.non potest.ff.de regu.iur.ita dixit Cyn.quē sequitur Saly. in d.auth. presbyteros.ergo sequitur,φ talis receptio testium, qui non sunt testes,cum non fuerit seruata dicta solennitas,non valet,φ est perpetuo notādum. Et per consequens multifariè, multisq; modis demonstraui istum Lancelotum non probasse suam intentionem. Et etiā facit:quia in præfato instrumento constituerūt se in solidum recepisse dictos ducatos: sed postea illos diuiserunt: qa quilibet eorum recepit trecentos ducatos,& sic vnus non confidit in altero quoad suos trecentos ducatos,quo casu talis voluntas semel posita præsumitur durare. vt l. sancimus. C.de testa.capit.maiores. de baptis. Ergo non videt̄ verisimile,φ incontinenti mutuauerit ille Lancelotus voluntatem, argu.l.non ad ea. ff. de conditio.& demonstra. & quod scribitur in illo Terētiano, huitā cito. Et maxime in re tanti ponderis, & maximè non exigendo scriptam manu ipsius Danielis, φ illos trecentos ducatos spectantes ad illum Lancelotum recipiebat,quod non est verisimile, vt superius demonstraui. Et ex istis elicitur cōclusio vera, & indubitata,

dubitata, quòd ille Daniel non cogetur soluere, nisi trecentos ducatos, qui ad eum peruenerunt ex illis sexcentis ad alios trecentos tenetur ille Lancelotus. & ita concludo.

EPITOME.

¶ Statutum disponens, filiam debere esse contentam eo, quod pater ei dederit, uel promiserit, intelligitur etiam per destinationem.

SVMMARIVM.

Verba dederit, vel dare promiserit, intelliguntur etiam per destinationem. & nume. 2. seq.
Honores officiorum gerendorum spectant ad masculos, ditiores & honorabiliores. nu. 8.
L. maximum vitium. C. de libe. præter. intellectus. nu. 9.

CONSILIVM LXXXI.

VIso Puncto, & optimo ac stupēdo, consilio reddito per celebrem, insignem, ac maximum iurisconsultum mihi fratrem summo honore obseruādum, qui hanc cōsultationē magno cū ingenio, subtiliter, & cū vbertate enucleauit, vt nil præstātius, nil vtilius, nil splendidius in iure adduci posset. esset ergo cōsultius silere, & vt agnus coram tondente se obmutescere: a supremo prophetiæ principe Isaia bellissimè scriptum est c. 53. sed vti apud patientissimum hominē Iob, conceptum sermonis quis tenere posset. c. 4. Et ideo dicam, vt liberalissimus largitor Deus pro suo in genus humanum amore mihi cani suo peccatori iniquissimo dederit. Et capio verba statuti: & videtur, ꝙ nos sumus extra casum statuti, & per consequens non stabimus ei, quod pater destinauit dare in dotem pro filia, illud quod non dixit statutū, nos non dicemus. l. si seruum. vers. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. sed statutum istud vtitur istis verbis, videlicet, filia sit contenta de eo, quod pater sibi dederit, vel dare ꝓmiserit, aut reliquerit: sed iste pater non dedit in dotem aliquid, nec dare promisit, aut reliquit: ergo remanebimus in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de cōdi. ob cau. l. cōmodissimè. ff. de libe. & posthu. l. si cum dotem. ff. solu. mat. quo cauetur, ꝙ dos est constituenda ſm facultates, & ſm dignitatē viri & mulieris. ff. de iure dot. l. quæro. Eo magis cum istud statutum sit æquum tamen æquitate abusiua & impropria æqui
1 tas enim propriè † dicitur illa, quæ semper vna & eadem permanet. ita pulchrè dixit Bald. in l. si defunctus. C. de legi. hære. & Barto. in l. liberorum. ff. de verbo. sig. ꝙ huiusmodi statuti non potest reddi ratio, & Bal. in l. quicunque. C. de seruis fugi. dixit, ꝙ tale statutum est irrationabile: & vr̄ tale statutum esse accusatorium naturæ, quare produxit fœminas, & non masculum. & ideo Bal. in l. lege. 12. tabularum. C. de legi. hære. dicit, ꝙ statutum derogans fœminis in succedendo, est iniuriosum. & Barto. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. dicit, ꝙ tale statutū non extēditur ad bona extra territorium: ex eo quia est irrationabile: debet ergo restringi ad casum dumtaxat, in quo loquitur. Cum ergo dicat, dederit, aut dare promiserit, vel reliquerit, & nullum istorum interuenit, non sumus in dispositione statuti: & eo magis, quia istud statutum his in sua dispositione repetit illa verba, dederit, vel dare promiserit, vel reliquerit. ergo sequitur: ꝙ dos erit constituenda ſm facultates, & ſm dignitatem viri & mulieris. ¶ Sed istis non obstantibus, quæ verè non obstant: mihi vr̄ de iure ꝯriū fore verius, & de hoc dico fore casum in indiuiduo coniuncta sua glo. in l. fi. C. de do. promis. ver. dederit, vel promiserit. & gl. in d. ver. dederit exponit illum tex. per destinationem: ecce nunc, ꝙ ab initio seculi glo. ibi cum illo tex. interpretatur statu
2 tum splendidæ vrbis Ferrariæ: vt illa verba † dederit, vel dare promiserit &c. intelligantur per destinationem. & habet rōnē illa gl. quia destinatio hr̄ perinde, ac si res esset ad actū redacta: vt probat tex. cle. ne Roma. de ele. & l. ex facto. §. rerū. ff. de hære. insti. & quod voluit ibi Bal. Ang. & Ioan. de Imo. & ideo tex. aureis literis scribendus dixit, quem si quis ignoraret, diceret expresse contrarium, in l. vestimentū. ff. de aur. & arg. lega. ꝙ si quis legāt vestimentum de serico, venit sericum, quod est in tela, ex quo paterfamilias destinauerat illud ad vestimētum, & sic gl. apponit securim ad arborē huius dubitationis. mirum est, ꝙ de ea non fuerit recordatus dominus cōsulens, & vlterius adduco glosſ. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. in ver. fecerit &c. quæ exponit, idest facere voluit. Ita dicamus in proposito nostro: vt exponat dederit, idest dare voluit: promiserit, idest promittere voluit, & indubitanter illa glo. decidit hanc dubitationem. & adduco glo. in l. mandatis. ff. de testi. in ver. præstiterint, idest præstare inceperint. & adduco glo. in l. si rem æstimatam. ff. de iur. dotium. quæ exponit illum tex. in versi. dederit, idest dare conuenerit. Ita dicamus in casu nostro: & adduco gl. in l. si stipulatus sunt Damam. ff. de verbo. obliga. quæ exponit verbum dares ibi positum. idest, dare velles, & adduco elegantem glo. in c. nam concupiscentiā. de consti. in versi. oriuntur. & glo. celebris ibi exponit, idest oriri possunt, & adduco glo. in l. cum eum, C. de adoptio. in ver. arrogaueris. quæ exponit, idest, arrogare volueris. Et adduco glo. valde sing. in l. fin. de rerum diui. in versi. voluit tentare, quæ exponit, idest, voluntariè fecerit, quam ibi Barto. inducit ad quæstionem, vt ibi per eum. Et adduco doctores in c. j. de dona. vbi exponunt tex. ibi in ver. tribuit, idest tribuere promisit: &c. Et facit, quod habetur ī c. de cętero. de re iudi. in versi. interuenerit. & in c. 2. de fide instru. vbi datur similis expositio, & in l. si mihi bibliothecam. ff. de contrahen. emp. & quod habet in §. hinc etiam. & in c. nerui. 13. distinct. & in c. & si Christus. de iniuriā. in quibus locis datur similis expositio. ¶ Et si dicatur, ꝙ istę sunt expositiones glosarū, & non sunt tex. ita exponentes illa verba, ergo erubescimus cum sine rōne loquimur l. illam. C. de colla. auth. de trien. & semis. §. cōsideremus. Ad hoc respondeo, ꝙ stamus interpretationi magistrorum, per cōsequens glossarū, iste est tex. in l. si idem cum codē, in prin. ff. de iurisd. om. iu. per quē tex. dixit ibi Ang. ꝙ vbi non habemus casum legis, sufficit allegare authoritatem maiorum: & adduco singularem tex. in c. j. de deci. vbi stamus interpretationi magistrorum. Et sapienter dixit Host. in c. inquirendum. de pecul. cler. ꝙ ex interpretatione magistrorum est introductum, vt res acquisita ex pecunia ecclesiæ, acquiratur ecclesiæ: & sic vult ibi. Hostiē. ꝙ stamus interpretationi glossarum. Et non est admiratione dignum ex eo: quia Bar. dixit in suo consi. incip. Andriolus. sequere inquit gl. ordinariam, quæ præcęteris melius intellexit. & dixit Bal. in l. cū hæreditas. C. depo. ꝙ auctoritas glo. omnes alios antecellit. & idē Bal. in l. fi. §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. dixit. adhæreas. Odofredo veritatis, idest glo. & imperpetuū non errabis, & idem Bal. in c. j. de natura successio. feud. dixit, quòd in consulendo multū sequitur gl. ordinariam: qa non potest adhærere meliori. idem dixit

dixit in l.1.ff.de vulga.& pupilla. & in l. precibus.C. de impube.& alijs substi.& in l.2.C.de sen. quę sine cer.quāti.& in l.fi.C.de pęna iudi.& in c.j.§.iudices. de pace iur.fir.& in c.contingit.de dolo & contu.& qđ voluit Iac.But.in l.j.C. qui pro sua iurisdic. & iō dixit Saly.in d.l.2.C.de sen.quę sine cer.quanti.ꝙ ille,qui nescit equitare,teneat se super arzono,ita iudicans debet iudicare ſm opinionē gl.& idē Saly.in l.traditionibus.C.de pac.dixit,ꝙ ita debemus inhęrere opinionibus glos. vt Bononienses inhęrent carotio:vt est gloss.singu. ſm eum in l. oīs diffinitio.ff. de regul.iur.Et facit,qđ dixit Bal.in suo peculio, vbi refert pro excellentia gl.Cy.dicere in l.non moriturum.C.de cōtrahen.& commit. stip.gl.est idolū doctorum,& aduocatorū.Aduocate, inquit, audi idolum tuum,idest glo.& qđ voluit Cy.in l.j. C. de acti. & obli.Facit, qđ voluit Angel.in l.2.ff.de accu.& Io. de Imo.in c.cum cōtingat.de iureiur.plene dixit in c.ne innitaris prudentię tuę.de constitu.Facit,qđ dixit Bald.in d.ca.cum contingat.vbi dicit,somniauit Bar.ꝙ dicit accidere doctoribus volentibus infringere opiniones gl.Et facit,qđ voluit Bal.in auth.cessante.C.de legib.hęred. Modo in proposito nr̄o tot gloss.in vtraque iuris machina pontificij & ciuilis dant illas expositiones,ꝙ illa verba dederit,vel dare promiserit, intelligant per destinationē: & iudicio meo excedūt vires humani ingenij,vt quis posset adducere tot gl.vt merito posset dici paucis datū esse, quos supremus amauit Deus: iuxta illud. Deus nobis hęc otia fecit.ergo sequitur, quòd iste pater satisfecit statuto Ferrarię disponenti si pater dederit, vel dare promiserit:vt procedat in patre destinante dare: quia statutum istud confidit se de patre erga filiā eo casu,quo habet filiū masculum:quia pr̄ p̄su
3 mitur † pius erga filiam: vt probatur in l.contra voluntatem.in versiculo, ne videaris iura pietatis violare.C.de testa.manu.& in l.5.C.de patri.pote.l.3.C. de inoffi.testamen.l.scripto.ff. vnde lib. l.nihil. §.facilior.de bo.liber.l.nam & si parentibus.ff.de inoffi. testa.l.isti quidē.ff.qđ me.cā.& in c.afferte.de p̄sumptio. Et ideo refert bellissimè Cy.in l.ꝓpter insidias. C.qui accu.non pos.ꝙ quidam elegantes Romani planxerunt filios suos pluribus diebus, & refert Dauid regem planxisse Absalonem filium tribus diebus,& qđ habetur in l.nec in ea.§.fi.ff.de adul.& qđ habetur in l.patrem.ff.quæ in frau.credi. Facit gloss. l.nam hoc colore.ff.de inoffi.testa. Nec obstat. d.l.si seruum.versic.non dixit prætor &c. qa elegās dat̄ responsum a Bal.in commento.l.omnes populi. ff.de iusti.& iure.in finalibus verbis,vbi dicit, illud, ꝙ nō dicit statutum,non dicemus nos: vt d.l. si seruū. ver. non dixit prætor. ipse respondet, nisi ratione mate-
4 riæ,in qua loquitur suppleamus:quia † materia subiecta præstat omnibus materiam interpretādi: vt in clemē.exiui.da paradiso.de verb.sig.& impossibile est,quòd statutum exprimat verba glossata, iō recipit gl. rationabilem.Cū ergo in casu nostro ita sit ꝙ gl.nostrę glossant,& exponunt illa verba,dederit, vel dare ꝓmiserit &c. stabimus talibus glossis: quia satis videtur statutum istud dixisse: vt dicamus plus dictum,quàm scriptum.& sic illa expositio inducit, vt dicamus statutum ita statuisse, & ita expressisse: quia actus actiuorum sunt in patiente bn̄ disposito: vt voluit Phylosophorū longè princeps Aristoteles in secūdo de anima.c. venerabilē.de elec.Et iudicio meo ista est qua itur ad superos via,magno dicente poeta.& sic ista vr̄ via aperiēs veram decisionem huius ꝯsultationis.Et adduco, qđ voluit Bal.ī d.l.si defunctus. C. de suis,& legit. vbi dicit, ꝙ statuta,qbus adaptari possunt argumenta legum , debēt intelligi ſm argumenta legū.c.j.de gra.succes.in feu. & ī c.j. de feu.cogni.c.cum dilectus.de cōsue.& multo fortius recipiūt interpretationem per viuam rationē: vt l.si serui vestri.C.de noxali.sed per viuā rationem paria sunt,siue pater det filiæ dotem: vel destinet filiæ se daturū dotē per illud, qđ habetur in d.l.ex facto.& in d.l.cle.ne Romani.& d.l.vestimentū.& per consequens non obstat.d.l.si seruum. ver. non dixit prætor.&c.Et eodem mō nō obstat illud,qđ dicebatur,ꝙ ad eum casum,ad quem nō adaptātur verba legis, non adaptatur eius dispositio: vt l.j.§. loqt̄.ff. de magi.cōnue.l.hos accusare.§.oībus.ff.de accu.l. qđ constitutum.ff.de testa.milita.l.iam autem.ff.de admi.tuto.& ibi Bar.l.4.§.toties.vbi.Bar.ff. de dāno infec.c.ad audientiam.de decimis.c. indēnitatibus. §.sed cum eas.de elec.li.6. & quod voluit ibi Dominicus: quia in casu nostro satis adaptātur verba per expositionem, quam faciunt glossatores allegati superius.argumēto eius,qđ hr̄ in c. primo. de summa trini.libr.6.& l.hæredes palam. §. sed si notam. ff.de testamen.Et ista apponunt gladium ad radicem huius dubitationis.¶ Et si quispiam adducat in cōtrarium id,qđ voluit Bal.in l.si plures.C.de cōditio. inser.versi.iuxta prædicta talis formatur quæstio:statuto cauetur,ꝙ filia dotata a patre non succedat: modo contingit,quòd filius decessit posthumo relicto. in vtero:& sic eam dotare non potuit, vel relicta filia infantula,vel relicta filia furiosa,an fratres dotādo excludant eam a successione.videtur ꝙ sic:quia nihil potest imputari pati, vel qa cōditio transit ad hæredem,quia statutum illud hēt talē intellectū, ꝙ dotetur.Item non stetit per patrem.l.tutor.ff.de cōdi.institu.in contrarium arguit,mouetur : quia iste est casus omissus, ergo relinqt̄ dispositiōi iuris.l.cōmodissimè.ff.de lib.& posthum.Et hanc partem dicit ibi Bald.esse de iure veriorem: & videtur ista doctrina Bal.deijcere in profundum consilium domini cōsulentis,qui allegat Bal.in d.l.Titio centum.§. Titio genero.ff.de conditio.& demonstratio.& in l. non est.ff.de ritu nup.& Bal.in l.fi.C.de spō.Cum ergo istud statutū dicat de eo,qđ pater dederit,vel dare ꝓmiserit,aut reliquerit, non sufficit sola destinatio,& indubitanter istud est fortius,qđ posset adducere pars aduersa in sui fauorē ego vidi de facto dubitari, cum legerem Ferrariæ corā dn̄o Deotisalue de Fulgineo vicario episcopi tūc Ferrariēsis in quadā causa sibi cōmissa,& fuit allegata doctrina Bald. in d.l.si plures.tamen decidit contrarium,& contra Bal.ego adduxi multa: primo Bart. in l.cum in plures.ff.de admini.tuto.& ī l.qui pupillam.ff.de adul. & idem sequitur ibi Angel. & adducebam dominū Pet.de Anch.consilio 156.vbi consuluit ſm opinionem Bart.& allegat Bald.ita tenere in l.si pater.& in l.fi.C.de sponsa.& in l.non fine.C.de bo.quę libe.& in l.sancimus.C.de nup.Et sic ponderandum est, ꝙ Bald.non loquitur bene : primo quia loquitur sine aliqua ratione apparente,seu vrgente:quia dicit dūtaxat , quòd relinquitur dispositioni iuris communis,nec appensatè loquitur,& in plerisque locis loquitur contra illam decisionem suam , quo casu videtur cum maiori deliberatione ita dixisse: vt probatur in l.diui fratres.ff.de iure patro.quia illud,qđ sepius repetitur,videtur maturius dictum: vt ibi habetur.item quia plures doctores tenent hanc partem,& si communis opinio ita tenet: vt est dictum: quia Bartol. Bald .Petr.de Anchar.& Angel.& quia communis opinio est tenenda: vt l.j.ff.de offic.quæsto.in versicu.crebrior apud veteres opinio l.j. ff.de senato.l.athletæ.§.j.ff.de his qui not.infa.c.in canonicis.19.distinctio.voluit Bart.in fi.C.de pœna iudi. Bald.in l.obseruare.§.proficisci.ff.de officio procōsul.Angel.in l.cum prolatis.ff.de re iudic.Host.in c.

capellanus.de fer.Ioan. Andr.in c.j.de consti.Inn.in c.ne innitaris. eodem titul.præsumitur enim verius iudicium plurimorum. c. prudẽtiam.de officio de leg. ergo secundum hanc communem opinionem erit iudicandum. Item quia statuta non debent intelligi iudaice: vt dixit glo.quæ reputatur singu.in l.damni.ff.de damno infect. tunc enim intelligunt iudaicè statuta, cum iudicamus secundum corticem verborum: vt intelligunt iudei legẽ suam. ideo Christus Saluator noster pijssimus præstitit eis quinque panes hordeaceos, qui corticem quinque librorum pentatenchi intelliguntur: ideo magnanimus exclamat Apostolus, ex purgare vetus fermentum. & alibi dicitur, litera accidit, spiritus viuificat, & sapientiæ fons dicebat, homo cum in honore esset, nõ intellexit, comparatus est iumentis, & similis factus est illis. ideo istud statutum non debet exponi quoad corticem, & rationem statuentis: vt l.cũ mulier.ff.soluto matrimo.quia non in folijs, sed in sensu consistit euangelium. c. Marchion, & Basilides. prima quæstione prima, c. præterea. & c.intelligentia.de verborum significatio. Et per consequens nõ debet intelligi, vt dixit Bal.in d.l.si plures.quia tunc intelligeretur secundum corticem, Et si dicatur, ꝙ in isto statuto non exprimitur ratio mouens statuẽtes ad sic statuendum. Ad hoc ego respondeo duobus modis. Primo: quia ratio expresse colligitur ex verbis ipsius stati, in versi. non possit fratres suos inquietare, & in vers. donec erunt aliqui de descendẽtibus, vel ascendentibus masculis. & sic in fauorem masculorum emanauit dictum statutum: vt quandiu extant masculi, debet stare contenta filia, quo casu sequitur regula firma: vt in firma petra, quòd illud infertur filiæ, vel filiabus in fauorem fratrum licet aliter non exprimatur in ipso statuto, applicatur ipsis fratribus.ita pulchrè dixit Iacob. de Are.in sua luculenta quæstione, quam refert & sequitur Ioan.And.in addi.Specu.in tit. de success. ab intest. in rub.voluit etiam Bal.in l.2.ff.ad tertul.& Bal.in l. maximum vitium.C.de libe.præte.& in l.j.C.de sec. nup.& in l.quod non ratione.ff.de legi. & in l.si vero.§.de viro.ff.solu.matrimo. & in quodam suo cõsilio incip.Martinus Ioannis de Florentia.posito inter consilia Ang.& in ordine est 67. idem voluit etiã Petr.de Anch.in cõsilio 71.do.Abb. consilio 76.Ludo.Rom.in consi.16.& in consilio 31. in quibus locis vno ore consulunt & dicunt, statuto cauetur, ꝙ stantibus agnatis fœminæ non succedant, ꝙ licet aliter non vocet statutum agnatos ad succedendũ, videt agnatos vocasse ad successionem: quia illud, quod aufert fœminis, videtur applicare agnatis: & pro hoc est tex.melior de corpore iuris, de quo Bar. & alij non habuerũt memoriam in d.l.si defunctus. C.de suis & legi.ita formaliter dixit ibi Bal. Et adduco tex.in c.nos quidem. & in capitu. si hæredes. de testa. vbi est casus, quòd id, quod aufertur hæredi

5 † negligenti, applicatur piæ causæ: quia in fauorem piæ causæ aufertur illi hæredi negligenti. Modo ista consideratio auditu & recitatione digna, quæ elicitur ex verbis ipsius statuti, decidit formaliter hanc dubitationem: vt videntur expressa ratio, ꝙ in fauorẽ fratris masculi emanauit dispositio statuti ita iudaicè, vt intelligebat Bal. in d.l.si plures. ergo in fauorem fratris emanauit. & ideo disposuit, ꝙ mortuo eorum patre non possit filia inquietare fratrẽ: quia videtur meus & voluntas defuncti, vt tota hæreditas applicetur filio: quia priuatio præsupponit habitum.l.manumissiones. ff.de iusti.& iure. ca. ad

6 dissoluendũ † de despõsatio. impube. quia qui vult consequens, videtur velle antecedens. l.iam dubitari.ff.de hære.insti. l.illud. ff.de acqui. hæredi. Cũ ergo istud statutum voluit, ꝙ filia non possit inquietare fratrem in hæreditate patris, certum est, ꝙ vr voluisse, ꝙ frater habeat hereditatem paternam. Et sic apparet ex verbis statuti, ꝙ in fauorem filij emananauit tale statutũ sic disponens, & sic cessat illa obiectio, cum opponebat, ꝙ nõ erat expressa illa ratio. Item posito, non tamen concesso, ꝙ ista ratio non esset expressa in dicto statuto, tamen dico, ꝙ habet perinde, ac si fuisset expressa. & istud decidit glos. in l.codicillis.§.instituto filio. ff. de leg. 2. & probatur in l.quoties.C.de fideicom.& ibi pulchrè dixit Bal. ꝙ qualitas rei, q̃a testator voluit bona sua remanere in agnatione, præsumitur tacitum fideicommissum, q̃d dicit esse notandũ: quia cũ vna sola rõ possit mouere testatorem, hr̃ ꝓ expressa, allegat. l. quãuis.C.de fideicom.sed idem Bald.in d.l.quanuis dicit, ꝙ illa ratio, quæ † reddi potest in lege, debet haberi pro expressa tam ĩ statutis legum, quàm in testamentis, ita ibi dicit gl.nec est ista interpretatio extẽsiua, sed intellectiua: quia tex.ibi dicit, eleganter intelligi potest: ideo intellectus & ratio idem sunt, ita ibi dicit Bald.& illam doctrinam refert & sequitur domi. Abb.in c.fi.de re iudi. vbi allegat.Cy. in l.non dubium.C.de legi.Dyn.in c.fi.de reg.iur.li.6.Bartol. in l.maximũ vitium.C.de lib.præte.glo.in l. tale pactũ.§.fi.ff.de pac.probatur istud bellissimè.in c. suggestum.de appel.istud sequitur ibi dominus Abb. q̃ allegat Cy.in l.non dubiũ.C.de legi.& tex.in c.secũdo requiris.de appel.& in l.scire oportet. §. sufficit. ff.de excusa.tuto. Et sic stat cõclusio firma, ꝙ illa ratio habetur ꝓ expressa, quæ verisimiliter potuit mouere iuris latorem: ergo sequitur, ꝙ multo fortius in casu nostro videtur monisse statuentes ratio, vt hæreditas applicetur filio masculo ipsius patris: ergo in fauorem masculi filij emanauit dicta dispositio statuto: ergo sequitur ꝙ habetur pro expressa. Et per consequẽs multofortius procedit istud cũ istud statutũ expresse deferat. istam hæreditatẽ filio masculo dicti patris. Et per consequens ista filia nihil petere potest, nisi illud, quod pater ei dedit, & destinauit: quia ex dispositione statuti istud expresse colligitur: voluit enim statuens illud residuum patrimonij remanere penes fratrem: tum quia in familijs propter diuitias conseruatur decus, & honor, istud probatur in l.quisquis. C. ad legem iuliam maiesta. vbi dixit tex.in paupertate sordescãt, & sic paupertas facit familias sordescere, & istud voluit tollere statutum: vt l.j.§.si seruus.ff.de lib. agno. expedit enim reipublicæ locupletes habere subiectos. vt in authẽ. vt iudi.sine quoquo suffr.§. cogitatio.& quanto quis præstat ditioribus, tanto fortius respõdet vnde resplendet respublica, quãdo præstat subditis ditioribus: vt in auth.de defen.ciui.§.j.in principio.& in auth. vt omnes obedi.iudi. prouinciæ, in prin. Item quia spectat ad agnatos virilis sexus vindicare iniurias illatas agnationi actiuè & passiuè: vt in c.j.§.notandum.in titu.qui feu.da.poss. nõ enim debet fœmina leuare faidam: vt ibi not.ideo si onera prouenientia ex agnatione debent spectare ad agnatos.l.ab oĩbus.ff.de lega.j.& sic ratione cuiusdã compensationis moderni iuris latores statuerunt agnatos masculos excludere feminas in successione defunctorum. Item ita statuerunt ratione reipublicæ: q̃a onera publicorum officiorum gerendorum spectant ad virilem sexum, & non ad feminas hono

8 res enim † officiorum gerendorũ spectant ad masculos ditiores, & honorabiliores. facit l. honores.ff.de decu.l.ad subeũda.C.eo.lib.10.no.in l.feminæ.ff.de reg.iur. Iste rõnes sunt, quæ mouerunt iuris latores modernos ad statuendũ, ꝙ filiæ sint dote contẽtę, & residuũ applicet̃ masculis, sunt et̃ allegatę a Bald. in suo

suo præfato consilio incip. Martinus Ioannis de Florentia. vbi melius loquitur Bal. quam loquatur Iac. de Are. in sua quæstione. & Io. And. in rub. de successio. ab intesta. Et ex hoc tollitur illud, quod superius dixit, ꝙ tale statutum censetur iniquum & irrationabile: quia salua pace, imo est æquum, & sanctum, & conforme legi diuinæ, quia ex lege data maximo Dei seruo Moysi ita cauetur, vt filius excludat sororem ab hæreditate paterna: vt habetur Numeri 24. c. de qua lege fecit festum Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & Ang. in sua disputatione incip. nobilis quidam genere. & in consilio suo incip. pūctus talis est, statuto ciuitatis Cortonij, &c. Et facit, quod voluit Sal. in d. l. cūctos populos. & in d. l. maximum vitium, ergo sequitur, ꝙ cum dictū statutum sit conforme iuri diuino dr̄ esse ius naturale, quia naturale ius dr̄, quod hr̄ in lege, & in prophetis: vt in c. humanum genus. 1. dist. & per ꝯn̄s istud statutum dicitur æquum, iustū, & rationabile: ex eo etiam quia emanauit ad fauorem filiorum masculorum, & non ad odium fœminarum, tamen principaliter emanauit ad fauorem masculorum: & ideo attenditur principalis intentio statuentium: vt voluit glo. sing. in l. venia. C. de in ius vocan. licet sit similis in l. sed si hac. §. fin. ff. de in ius vocan. & in cap. si propter tua debita, de rescript. lib. 6. & in cap. sciant cuncti, de elec. lib. 6. & ideo omnes antiqui & moderni dicunt tale statutum est ęquum & fauorabile: vt fuit Bald. qui ita dixit in d. l. venia. & in d. l. cunctos populos. & in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimonio. & in l. certum. C. vnde cognat. & in l. intestato. ff. de legib. tuto. & in d. consilio suo incipi. Martinus Ioann. de Florentia. & in l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. 2. Cy. in l. 1. C. de adul. & in l. 1. C. quæ sit longa consuetu. Petr. de Anchara. in commento. c. 1. de constitu. ad finem, vbi allegat ad hoc quoddam consilio Bald. Pau. de Castro consilio 23. Io. de Imo. in d. l. Titia. §. Lucius. Et ideo tanquā fauorabile axtenditur: vt dixit Bald. in d. l. venia. vbi dixit, ꝙ statutum excludens filiam extenditur ad nepotem, tanquam statutum fauorabile, & idem dixit in d. l. si vero. §. de viro. Et ex istis apparet, ꝙ malè loquitur Bar. in d. l. cunctos populos, & vidi Ferrariæ in causa Vgonis de Comestalis, & domini Deodati doctoris Ferrariēsis super hęreditate cuiusdam medici de Rodico sunt anni 26. Et eodem modo nō bene dixit Bald. in d. l. quicunque, quia pleni sunt libri, plenæ sunt sapientum voces, dictum statutum esse æquum, & rationabile, & conforme iuri diuino, &
9 ad † illam. l. maximum vitium. respondeo, ꝙ procedit eo casu, quo statuentes mouebantur principaliter odio fœminarum ad eas excludendas: & ita procedit, quod voluit Bal. in d. l. cunctos populos, & Bal. in d. l. quicunque. Sed in casu nostro statutum istud mouetur ad sic statuendū ad fauorem masculorum ergo non obstant illa dicta. & salua pace Bald. in d. l. si defunctus. inquantum dixit, ꝙ est æquum tale statutum æquitate abusiua: quia imo est æquum æquitate propriè sumpta, cum sit conforme iuri diuino vtile reipublicæ, & tēdat ad fauorem agnationis, est recompensatorium, vt est dictum. & licet dicta l. lege. 12. tabularum. C. de legi. hęr. & dicta l. maximum vitium. C. de libe. præteri. dicant, ꝙ sic statuentes accusant naturā. Respondeo, procedunt, quando principaliter ad odium fęminarum sic statuunt, generaliter statuendo, vt omnino excludentur mulieres, & ideo tex. ibi dicit, quòd accusant naturam. Sed in casu nostro, istud statutum emanauit principaliter in fauorem masculorum non habendo odium ad mulieres, & sic non obstant. Item istud statutum, si subtiliter ponderentur, non loquitur de exclusiue perpetua in versic. donec erunt aliqui de descendentibus masculis, & sic natura est exclusio temporalis, & non perpetua, de quo per Bartol. in l. si filius. ff. de suis & legi. & sic non obstat obiectio præfata. Item respondeo etiam ad Bal. in d. l. si plures, quòd non loquitur in casu nostro. loquitur enim in filia dotata: sed in casu nostro non est sic: quia loquitur de eo, quod pater dederit, vel dare promiserit, quo casu vendicat sibi locum, quando fit destinatio per patrem, vt superius probaui. Et etiam dico, ꝙ non obstat: quia Bald. loquitur de filia dotata, & pater illam non dotauit: sed non sumus in illo casu, quia in casu nostro pater destinauit sibi illā dotem, & sic sumus extra casum Bal. ideo ex separatis non infertur. l. eum actum. ff. de neg. gest. l. si maritus. C. de dona. inter virum & vxor. Quinimo plus pondero, quòd Bald. in d. consilio incip. Martinus Ioannis de Florentia, &c. in principio
10 illius consilij dicit, licere † nobis offendere verba legis, vt seruemus mentem statuentis. ad hoc allegat. l. non dubium. C. de legi. & l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tutor. l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de conditio. & demonstrat. l. & Proculus. ff. de vsufr. quia mens legis, & ratio legis idem sunt: vt l. cum mulier. ff. solu. matrimo. l. cum tale. §. falsam. ff. de conditio. & demonstra. Dyn. in c. fi. de regu. iur. lib. 6. & ideo dicit, ꝙ vbicunq; constet de ratione legis, ꝙ constare dicitur per eandē legem, vel aliam, solemus, & debemus verba legis restringere ad id dūtaxat, ad quod ratio se extendit. & hoc dicit esse infallibile: vt in dictis iuribus, & allegat Cy. & tex. d. l. nō dubium. in versiculo, amplexus. ita singulariter dicit ibi Bal. Modo ista elegans doctrina apponit gladium ad radicem huius cōsultationis: quia cum de ratione huius statuti constet per ipsummet statutū, inducendo eius verba, vt superius induxi, & etiam apparet ex statuto sequenti. Et ratio statuti est; vt hęreditas veniat pinguior ad fratrem masculum: ergo debemus, restringere verba statuti. inquantum dicunt de eo, quod dederit, vel dare promiserit, ad illud, quod destinauit. posito, non tamen concesso, ꝙ illa verba non saperent illum intellectum: vt voluit gl. stupenda in d. l. si. C. de do. promis. & aliæ gl. allegatæ superius. nihilominus ex hac doctrina Bal. in præfato suo consilio decisa est hæc consultatio in fauorem patris. Cum ergo mēs huius statuti, & verba inferant, ꝙ ad fauorem fratris masculi emanauit dispositio huius statuti, & sic disponēdo applicabimus illa verba dederit, vel dare promiserit, ad id, quod ratio statuti, & mens ipsius statuti dictat, & disponit vt comprehendat casum, quo pater destinauit se dare pro dote, & maximè in casu nr̄o: quia in d. l. quæro & similibus iuribus, dos est cōstituenda ſm facultates, & secundum dignitatem viri. vnde pone, quòd contraxit ista mulier matrimonium cum aliquo inferioris conditionis quam sit illa mulier, forte cum
11 aliquo † notario cuius vile est officium: vt lege, si quis. C. de decuri. libr. 10. vbi Bartolus colligit, quòd non male faciunt Perusini, qui nolunt, quod aliquis notarius habeat officium prioratus, vel cameræ. probatur etiam in l. vniuersos. C. eodem, vbi Bar. colligit ꝙ tabellionatus est, vile officium, quod dicit facere cōtra aduocatos, & speciale est, in notario principis, vt sit dignitas: vt est tex. sing. in l. j. C. de mand. principium. ergo in ꝯrium erit ius commune in alijs; vt l. ius singulare. l. quod vero. ff. de legib. est enim notarius seruus publicus, vt l. non aliter. §. seruo publico. ff. de adopt. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ Innocentius in cap. cum pridem, de pactis, quem refert Baldus in dicta lege, non aliter, quod idem dicitur de Papa, ꝙ est seruus seruorum Dei ergo non est mirum, si dicatur notarius publicus, seruus. Respondeo per hoc non euitatur, quod non sit vile officium, & sit publi-

eius seruus. Nec obstat, cum dicitur de Papa: quia licet dicatur, seruus seruorum Dei, non propter hoc est seruus; quia seruire Deo, & famulari Deo, est quidam principatus, vt sacra dicunt carmina, quam honorati sunt amici tui Deus, quã corfortatus est principatus eorum. Nam seruire Deo est regnare. Et sic non obstat illa obiectio. & adduco, quod voluit Ange. in suis consilijs, consilio 32. incipiente, supradicta prima reformatio, &c. vbi cõsuluit, quòd statutum loquens de artifice comprehendit notarium, qui artifex dicitur, vt ibi per eum, quo casu videretur aperto iure dicendum, quòd si est imparitas inter mulierem & virum: quia mulier est generosa natalibus, & vir esset notarius, quod est vilissimum officium, & dicitur esse artifex, videretur recompensanda generositas, & illa vilitas, vt nulla dos sit constituenda, argument. eius, quod dicitur per glossam & Bartolum in lege, si voluntate. C. de do. promi. & per Angelum in l. si diuortio. ff. de verbo. oblig. & sic ob istam causam videtur fuisse contractum istud matrimonium absq; eo, ꝙ pater dederit dotem, vel dare promiserit, quia cum nulla dote ꝓhebatur matrimoniũ: ex eo, quia mulier prodebat suam nobilitatem cõtrahendo matrimonium cũ impari, & multo fortius cum notario, & propter hoc est præsumendum, ꝙ nulla fuit facta mentio dotis, nec datio dotis, nec fuit fretus sano consilio istud pater offerẽdo quingentas libras post contractum matrimonium: quia nihil tenebatur offerre, & forte id accidit errore aduocatorum volentium adhærere cortici statuti Ferrariensis. ¶ Nec obstat dictum statutum cum dicit, quòd debeat esse contenta de eo, quod pater dederit, quia intelligitur cum ista limitatione, nisi esset imparitas inter mulierem & virum: quia cum tunc mulier perdat nobilitatem: vt l. prima. C. de digni. libro duodecimo. corruscat enim radijs viri vxor: vt ibi habetur. videtur vir eam recepisse sine dote: quia qui grauatur in vno, releuatur in alio, argumento legis, eum qui. ff. de iureiurando. sufficit enim, quòd iste magnificus & fortissimus miles de Boardis, qui est antiquę magnificæ, & hærilis prosapiæ, grauetur in hoc, ꝙ sua filia perdat nobilitatem, ideo non debet grauari in alio, vt exburset dotem: quia afflictio: vt lege, diuus. ff. de officio præsid. cum concor. appositis ibi in glo. Et licet obtulerit quingentas libras. Dico, quòd est sibi succurrendum: quia generosus est miles: arma † enim & non leges præsumuntur scire milites: vt in l. fina. C. de iure delibe. ergo iudex debet succurrere suę ignorantiæ & facilitati, & iudicio meo istud accidit non sano consilio aduocatorum. Et etiam quia communiter nos videmus, ꝙ viri contrahentes matrimonium ante omnia scire volunt quãtitatem dotis propter expensas, quas facturi sunt in vestibus, iocalibus, & similibus, & quia etiam nolũt carnem sine sapore, quod non fecit iste vir ex eo; quia satis putauit, consequi contrahendo matrimonium sine dote cum tam generosa domina: maximè quia pater mulieris est strenuus miles, famosus, & magnificus. Et ex istis concludo in fauorem huius patris.

12

EPITOME.

¶Priuilegium concessum Cardinalibus circa beneficia suorũ familiarium vacantia per obitum non extenditur ad vacantiam per priuationem & depositionem.

SVMMARIVM.

Familiarem se dicens famulatum probare debet. nu. 1. 4.

Rescripta, & priuilegia capiunt interpretationem ex mente rescribentium, nu. 5.

Mors ciuilis, & naturalis quando procedat à pari. numero sexto.

Statutum exorbitãs a iure communi non extenditur de casu vero ad casum fictum. nu. 10.

CONSILIVM LXXXII.

Circa dubium De quo quæritur, an eo casu, quo reuerendissimi domini Cardinales sunt priuilegiati, vt beneficia vacãtia per obitum suorum familiarium non possint impetrari, nisi de consensu ipsorum dominorum Cardinalium, extendatur illud priuilegium ad casum, quo vacat per priuationem exigentibus demeritis ipsius familiaris. Et videtur dicẽdum, quòd sic, & ad hoc adduco elegantem glo. in clem. ne Romani. §. sanè. in versi. moriente, de ele. vbi tex. loquitur de papatu vacante per mortem Papæ circa electionem fiendam, & gl. ibi dicit idem in Papa cedente papatui: quia quoad papatum habetur pro mortuo allegat. cap. ecce. 7. q. 1. idem dixit glo. in cap. 1. de renuntiatio. libr. 6. & mouetur: quia eadem ratio est, siue papatus vacat per mortem, siue per renuntiationem. Ergo idẽ dicimus eo casu, quo beneficium vacat per priuationem: quia quoad beneficium, quo priuatur, habetur pro mortuo. vbi ergo est, eiusdem effectus mors ciuilis cum morte naturali, dispositio loquens de vacatione per obitum, vendicat sibi locũ per vacationem per priuationem & sic per mortem ciuilem. Et ad hoc adduco. l. Deo nobis. C. de episco. & cler. Et procedit istud etiam in actu regulariter prohibito, vt in donatione inter virum & vxorẽ: vt sicut firmatur donatio inter virum & vxorem morte naturali, ita firmatur morte ciuili, text. est in l. res vxoris. C. de dona. inter virum & vxorẽ. ita dicamus in proposito nostro in materia exorbitanti: vt si conceditur dominis Car. vt non possint impetrari beneficia vacantia propter obitũ suorum familiarium, ita & eodem modo non possint impetrari, quando vacant per priuationẽ, quia est eadem ratio. Et licet non sit expressum de vacatione per priuationem, tamen satis est expressum in vers. obitus:
1 quia dicitur obire † quoad beneficium ille, qui priuatur beneficio. vnde videtur ita expressisse propter quandam frequentiam: quia frequentius vacant beneficia per obitum, quàm per priuationem, ideo potius expressit de obitu, tamẽ idem est in priuatione. Facit in arg. glo. in c. j. de rescript. & in c. 2. de confes. lib. 6. & in cap. Diaconi. 22. q. 1. & in c. vno, de rerum permuta. lib. 6. glo. in l. pactum. §. fina. ff. de pac. & in authent. cassa. C. de sacro sanct. eccles. & in l. prima. C. de his qui ad eccl. confug. & in l. prima. C. de rap. virg. Ergo si de casu priuationis cogitasset Papa concedens tale priuilegium concessisset, per dictas elegantes gloss. ergo idem est ac si de priuatione expressisset. Præterea ad hoc facit. l. si quis sic stipuletur. ff.
2 solut. matrim. vbi verbum mortis † simpliciter prolatum intelligitur de ciuili, & naturali morte, ita ibi colligit Bald. allegat, quod habetur in l. si constante. in gloss. ff. de solu. matrimo. dicit etiam Bald. in d. l. si quis sic. in prin. illum tex. esse in ar. quòd impetrans beneficium tanquam vacans, intelligitur siue vacet per mortem naturalem, siue per renuntiationem, & per consequens siue per depositionem. Et adduco, quod voluit Bald. in authenti. si qua mulier. C. de sacro sanct. eccle. vbi colligit per illum text. ꝙ filius, vt petat legitimam in bonis patris expectat mortem naturalem: tamen sufficit de æquitate canonica mors ciuilis, vt est ingressus religionis, dicit esse casum singularem in capitu. cum simus, de regulari. Ita dicamus

mus in casu nostro: vt non solum expectetur consensus Cardinalis quoad mortem, sed quoad priuationem, tum etiam quia licet illud sit priuilegium Cardinalium, vt expectetur eorum consensus in casu obitus, tamen illud emanauit ex ambitione dominorum Cardinalium, quia in eis cessat ambitio, quia tale beneficium spectat ad commodum eorum. Est. n. ambitio aspiratio ad dignitatē procedens ad actum, ita pulchrè dixit Io. An. in c. quia intantum, de præbend. ergo cessabit isto casu dispositio. c. susceptum, de rescriptis. lib. 6. Sunt enim Cardinales pars corporis Papæ, & faciunt vnum corpus cum ipso Papa: vt voluit Host. in c. ex gestis, de cler. non resid. & in cap. antiqua, de priuileg. & in cap. per venerabilem. §. rationibus, qui filij sint legit. & in cap. fundamenta. §. decet, de electio. libro sexto. Ergo in eis cessat omnis sinistra suspicio ambitionis: priuilegium ergo disponens de vacatione per obitum habet locum in vacatione per depositionem, vel priuatiouem. Et ista sunt quæ faciebant dubitationem in ista consulatione. ¶ Sed istis non obstantibus contrarium puto esse verius de iure, vt istud priuilegium concessum in beneficio vacante, per obitum non habeat locum in vacante per priuationem, seu in impetrante beneficiū vacans per depositionem, seu priuationem. Et præmitto prius, quòd in puncto dicitur, quod iste assertus excommunicatus est familiaris domini Car-
3 dinalis Sanctæ Crucis, quòd ista familiaritas, seu† famulatus est probandus: quia non sufficit asserere se esse familiarem, sed opus est probare, ita dixit gloss. in l. secunda. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, quæ supplet, & probetur. ita dixit glossa in l. secunda. ff. de fer. & in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum, & in l. prætor ait. ff. vi bono. rapto. & in capitul. super eo, de appellat. & in clement. j. de in integ. restitu. & in capitu. non est, de consuetu. libro sexto. gloss. in c. veniens, de testibus. & in capit. ad falsariorum, de crim. falsi. & in l. 1. ff. de incen. rui. naufr. nec sunt aliæ glos. in vtraque iuris machina. Probatur in cap. ex parte Astensis, de concess. præben. & in c. a nobis, de decimis, & in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & in l. ait prætor. §. docere. ff. vi bono. rapt. & in l. doce. C. de rei vendic. Et est ratio: quia talis famulatus accedit nobis ab extrinseco: ideo non præsumitur in esse nobis, nisi probetur, ita voluit glo. elegans & singularis in c. si forte, de elec. lib. 6. & quod voluit glos. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdar. cogan. quæ dicit, ꝙ † quilibet præsumitur bonus boni-
4 tate intrinseca: sed nō bonitate extrinseca. & ita nūc limitetur illud, quod sapienter scriptū est lib. Genesis, & vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona: quia intelligitur bonitate intrinseca. Et per consequens iste opponens exceptionem, quæ inest sibi ab extrinseco, tenetur illam probare, alias sibi non prodest sic opponere. Quo casu non constito, ꝙ sit familiaris reuerēdissimi dñi Cardinalis, nō est opus insistere, vtrum priuilegium loquens de vacatione per obitū, habeat locum in vacatione per priuationem. Quinimo plus dico, & credo dicere puram veritatem, ꝙ non sufficit ostēdere literas familiaritatis domini Cardinalis, sed oportet docere, quòd se exerceat in seruitio, & famulatu domini Cardinalis: qa cū dominus Cardinalis seruiat sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ die & nocte, assistendo lateri domini Papæ, iuxta illud, quod dixit tex. valde singularis in l. j. C. de præposi. labor. libro 12. in versicul. quos lateris nostri comitatus illustret. quem text. adduxit Bald. in l. prima. ff. de officio proconsu. alias in rubrica. ita & eodem modo dicuntur seruire ecclesiæ Romanæ familiares dominorum Cardinalium, exrcentes se in famulatu eorum. si autem non se exercent in famulatu non gaudent beneficio familiatium, quia qui non laborat, uon manducet: & qui altari seruit, de altari viuere debet, vt magnanimus dixit Apostolus, & habetur in ca. cum secundùm Apostolum, de præben. j. quæst. 2. c. sacerdos. c. pastor. Et adduco elegantem text. in c. cum ex ea, de electio. lib. 6. in versic. literarum studio insistentes, &c. vbi illi gaudent beneficio absentium, qui se diligenter exercent in studendo, alias secus. Et adduco tex. l. semper. §. negotiatores, in versi. quandiu in huiusmodi actu sunt. ff. de iure immunitatis, vbi negotiatores gaudent iure immunitatis, quādiu se exercent in illo exercitio, alias secus. Et adduco elegantem tex. in ea. l. semper. §. quibusdam. ver. nec omnibus, qui promiscue in his collegijs assumpti sunt, immunitas datur, sed artificibus dumtaxat, & sic non sufficit, esse descriptum in aliquo collegio, vt habeat priuilegia illius collegij, nisi exerceat se circa illam artem. Et adduco, quod habetur in l. ne quidam. C. de testament. mili. in versiculo. his solis, qui in expeditione occupati sunt & adduco. l. si duas. §. maximè. in versic. circa operationem se negligenter non habent. ff. de excus. tut. facit, quod voluit Bal. Rapha. & alij. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanctis eccl. contra scholares, qui stant in studio, & non student, & quod voluit Bartol. in l. qui sub prætextu. in versicul. ideoque si quis eorum sub nudæ appellationis. velamine. præalle. vbi si quis habet nudum nomen collegiati, nec exercet artem illius collegij, non gaudet priuilegio illius collegij. Ita dicamus in proposito nostro, quod non sufficit habere nudum nomen familiaritatis Papæ, vt gaudeat priuilegio, si nō famulatur: hoc videtur esse de mente Papæ concedētis priuilegium familiaribus dominorum Cardinalium, si non famulantur, & seruiunt
5 dominis Cardinalibus. rescripta† enim & priuilegia recipiunt vim ex mente rescribentium: vt dixit Innocent. in cap. cum ecclesiæ, de exceptio. refert Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. publi. & facit text. in capitul. adeo, & in capitul. cum dilecta, de rescript. Ideo in casu nostro dominus commissarius aperiat aures, ut primo iste talis, contra quem procedit, probet ante oīa exceptionem famulatus, quam opponit, & sic constat, quòd non famulatur domino Cardinali, non gaudebit priuilegio famulatus, & ista sint pro potissimo huius consultationis fundamento. ¶ Capio modo dubitationem magistram huius consultationis, & adduco gloss. singularem in capit. placuit. 16. quæstione prima, quæ dat regulam
6 quòd in illis casibus procedunt† a pari mors naturalis & ciuilis, qui sunt a iure expressi, aliàs non procedunt a pari, & sic mors ciuilis non habet vim mortis naturalis, nisi in iure cautum inuenitur, & magni facit illam gloss. domin. & consiculus meus Abb. in dicta clemen. ne Romani. §. sanè, & allegat illam gl. dominus meus Ioannes de Imola. in l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verborum obligatio. & idem etiam voluit glo. in capitu. susceptum, de rescript. libro sexto. Cum ergo in casu nostro non inuenitur expressum in iure, quòd priuilegium loquens de morte naturali habeat locum in morte ciuili, ergo sequitur, ꝙ stabimus in regula, qua cauetur, quòd mors naturalis non comprehendat mortem ciuilem. Et ad hoc adduco dictum. §. insulam. vbi qñ fit mentio mortis naturalis, verificatur in morte ciuili. l. si ita quis. §. is cui. ff. de lega. 2. l. fideicommissum. ff. de condit. & demonstratio. & probatur in cap. susceptum, de rescri. libro sexto. vbi quando fit mentio de obitu alterius, intelligitur de naturali, & nō ciuili. Et sic verba, quæ possunt verificari secundùm naturalem intellectum vel ciuilem, vel fictè, potius debent intelligi secundum naturalem, & voluit Ioann. Andr. in cap. cum

Vintoniensis, de elect. super glo. hæc fuit. Cum ergo priuilegium istud loquatur de vacatione per obitum, ergo intelligitur de obitu naturali, & non de obitu ciuili. Præterea facit, quod vbi sumus in materia stricta, tunc non venit in dispositione, nisi illud, quod exprimitur, & non expressum censetur omissum, & ideo
7 Bal. in l. si mater. C. de instit. & substit. dixit, quòd † casus omissus habetur pro omisso in ambitiosis, nec attenditur ibi similitudo, vt dicto ca. susceptum. refert Io. And. dicere ibi, quòd casus omissus in canone habetur pro omisso. c. dilectus, de tempo. ord. Idem si a lege, aut consuetudine, vel a statuto etiam iurato. l. an in totum. C. de ędifi. priuat. c. in nostra, de iureiur. idem si omittatur a paciscente. l. fin. C. de pact. conuent. idem si ab appellante, idem si ab impetrante. cap. cum in illis, de preben. Idem si a dante iudicem. l. si de proprietate. C. si a non compe. iudic. Idem si a dante procuratorem. l. si maritus. C. de procur. idem dicit, vbicunque ponderatur modus potius quam finis, allegat. d. l. ex ea parte. §. insulam. l. status. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fisc. facit, quod voluit Io. An. in in addit. Spe. in ti. de test. §. 1. in additio. quæ incipit, quarta quæstione. Cũ ergo in isto priuilegio sit omissus casus vacationis per priuationem, ergo habebitur pro omisso, & illud, quod non dixit Papa, non dicemus nos. l. si seruum. versiculo, non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate. Potuisset enim Papa exprimere de vacatione per priuationem, & verisimiliter expressisset si de a sensisset: vt probatur. l. 1. §. fin. autem. C. de cadu. tol. & in l. 1. ff. si mensf. fal. mo. dixerit. c. ad audientiam, de deci. cap. maiores, de baptis. Præterea dico fore casum, quem nouissimus ego, & non alius consideraui, sunt iam anni. 18. cum repetijssem cle. ne Romani, de ele. in §. vt videri potest, & dixi esse casum in §. irritum. in versicu. per mortem, vel alias deficere quouis modo. vbi est casus, quod tunc appellatione mortis cõprehenditur vacatio per priuationem, aut cessionem, quando lex vltra progreditur: & dicit, si per mortem vacatur, vel alio quouis modo, quo casu veniunt maiora expressis: vt voluit glos. quæ est singularis in cle. 1. de re iudic. Cum ergo in casu nostro exprimatur vacatio per obitum, & non apponantur verba pinguiora, & ampliora, sequitur, quòd non venit vacatio alio modo facta. & sic est ibi casus apponens gladium ad hãc dubitationem, & ex hoc saluatur glo. quam superius allegaui in d. clemẽt. ne Romani. §. sanè. inquantum dicebat idem in Papa cedente. Illud enim ideo est, quia superius in d. §. irritum. erant apposita verba pręgnantia in versic. vel alias deficeret quouis modo. Et per hoc tolluntur multa, quæ superius allegaui in cõtrarium, vt ideo veniant maiora expressis: quia apponuntur verba pinguiora illud importãtia: sed vbi apponuntur verba simplicia: quia dicit vacantia per mortem tũc intelligitur dumtaxat de morte naturali, & non ciuili. Et pro certo istud apponit gladium ad radicem huius dubitationis. Et adduco, quod voluit dominus Anto. in cap. licet, de offic. delega. quòd si verbum mors exprimatur in materia stricta, & exorbitanti, tunc intelligitur de morte naturali, & non ciuili, per l. tertia. §. hæc verba. ff. de nego. gest. Et sic rectè ponderetur. dicta l. si quis sic stipuletur. ff. sol. ma-
8 trim. probant hãc doctrinam, † quòd in materia stricta appellatione mortis nõ venit mors ciuilis: quia ibi fuit dictum, si nupta esse desierit. Et sic ponuntur verba prægnantia, quo casu comprehenditur mors ciuilis, ergo sequitur, quòd si proferatur mors simpliciter, venit mors naturalis dumtaxat, & pro certo si subtiliter ponderetur text. d. clement. ne Romani. in §. irritum. videtur emanasse de spiritu, & sanguine, dicta l. si quis sic stipuletur, & sic videtur ista consultatio diuersa. Et licet allegassem illam pro contraria parte, tamen sic inducta, vt induxi, probat pro nobis. debuit ergo in isto priuilegio, indulto dominis Cardinalibus pro suis familiaribus dici, vel alias quouis modo vacaret. Et adduco, quod refert Dominicus post antiquos scribentis in d. cap. susceptum, vbi dicit, statuto cauetur firmato cum iuramẽto, quòd mortuo plebano eligatur aliquis, qui sit in sacerdotio constitutus. modo contingit, quod plebanatus vacat per renuntiationem, non per mortem, eligentes eligunt non presbyterum, an sint periuri vigore iuramenti? Fuit decisum, quod non. pro cuius decisione facit. d. cap. susceptum. & fuit decisum, quod si statutum est in ecclesia, quod mortuo canonico fructus decedentis veniant ad capitulum, quòd si vnus est translatus ad aliud beneficium, ex qua trãslatione vacat canonicatus, quod capitulum non habebit fructus, ita tenet Archid. in §. ecce. 7. q. 1. Ista mirum in modum decidunt hanc dubitationem: vt cum istud priuilegium exorbitet a communibus regulis iuris communis, & loquatur de beneficio vacante per obitum, non habebit locum, quando vacat per priuationem, & vltra prædicta posset allegari iudicio meo ratio mirabilis, quare videtur non fuisse de consideratione Papæ concedentis tale priuilegium, quando beneficiatus priuat beneficio exigentibus suis demeritis, quare non requiratur consensus domini Cardinalis cuius est familiaris: quia est imputandum dño Cardinali, quare tenet in suo famulatu indignum, & criminosum familiarem: & oritur sinistra suspicio contra eum, quia consueuerunt Cardinales, & episcopi, & Abbates & similes personæ tenere in suo famulatu viros honestos, intãtum, quod possunt testificari pro ipsis suis dominis, nec possunt repelli tanquàm suspecti. Ita pulchrè dixit Bald. in l. etiam. C. de testi. Secus dicit si familiares sint viles, & pauperes, vt sunt berroarij, & dicit, quod epi & similes consueuerunt tenere secum bonos viros, & honestæ famæ. Allegat Inn. in c. in literis, & in c. insinuante, de offi. deleg. Et sic non est verisimile, quod Papa voluerit priuilegiare Cardinalem tenentem famulum criminosum. Vnde dixit text. valde elegans in c. nulli, de accu. quod si cubicularius epi criminosus accuset episcopum, & clarum est, quod criminosus repellitur ab accusando: vt in c. j. e. tit. & c. quęrenti. c. sunt qui. alieni. 2. q. 7. Tamen eps non poterit eum vt criminosum repellere: quia mores, quos videtur approbasse, non potest repro-
9 bare. Et sic præsumitur † criminosus eps ex familia sua criminosa, & adduco tex. in d. c. nulli. Et adduco illud, quod ore Spiritussancti dixit Plato, quem refert Cicero primo epist. familiar. animaduertenda, inquit, sunt in ciuitatibus, quæ apud Platonem scripta sunt diuinitus, quales princeps essent, tales solere esse ciues. Nec mirũ, si dixerim Spiritumsanctum fuisse locutum per os Platonis: quia idem Plato dicere solebat, nullum magnum ingenium sine afflatu diuino, & refert Bald. in rubrica de controuer. inuestitu. in vsi. feu. Raymundum de Penna dixisse, Spiritussanctus posuit in ore prætoris, gestũ metu ratum non habebo. Nam gratia domini pluit super iustos & iniustos. Et sic apparet ex istis, quod differentia est, vtrum beneficium, vacet per morte familiaris dominorum Cardinaliũ, & vtrum vacet per priuationem quia primo casu non imputatur Cardinaliũ, qñ vacat beneficiũ per mortẽ: quia mors inest nobis a nã, vt scribitur apud Ciceronem in suis philippicis in ea oratione, quæ incipit, frequentia vestra. quanquam, inquit, mortem omnibus nã proposuit. Et probatur in proœmio cle. & in c. bonæ, de postula. prælato. in ver. viam vniuersę carnis ingresso, & in c. Raynaldus Peponis, de testa. & in ca. bonæ, de app. Isto casu non

potest

potest imputari dominum Cardinali. Sed secundo casu quando vacat per priuationem, tunc bene imputatur domino Cardinali tenenti familiarem criminosum priuatione dignū: vt d.c.nulli. Et ista est rō formalis viua habens neruum, quare Papa expressit potius, ꝙ requiratur consensus cardinalis, quando vacat per obitum. Et sic apparet modo responsio ad illud, quod superius induxeram pro aduersa parte, dicendo, ꝙ fuit facta frequētia. Quare potius express sit de vacatione ob obitum, & non iuris ministeriū. ergo erit idem ius, per id, quod voluerunt tot celebres gl. quas superius allegaui: quia, salua pace, imo fuit iuris ministerium: quia primo casu non imputatur ad vitium domino Cardinali: sed secundo casu sic. Sed iudicio meo ista ratio habet succum, quam diligenter ponderent dñi curiales, & per consequēs falsum & longe erroneum videtur esse illud assumptum, in quo dicebatur, ꝙ si Papa cōcedens priuilegium cōsiderasset, & cogitasset, quando beneficium vacaret per priuationē, illud idem concessisset, argumento eius, quod voluit gl. in d.l. tale pactum. Quia respondeo, ꝙ imo Papa istud cogitauit, & noluit, ꝙ cardinales haberent istam prærogatiuam, nisi quādo beneficia vacarēt propter obitum familiaris beneficiati: quasi secus voluit, qñ vacarent propter priuationem & demerite beneficiati: & ista videtur pura veritas. Preterea accedat ad prædicta, quod voluit Io. de Imo. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe.
10 & posthu. vbi dicit, ꝙ † vbi statutum exorbitata iure cōmuni, tunc statutū non extenditur de casu vero ad casum fictum, argu. l. præcipimus. C. de appel. & ita intelligitur. D. Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Aut loquuntur in dispositione hominis, vt in rescriptis: & tunc rescriptum conceptum in casu vero non trahitur ad casum fictū: vt est casus in d.c. susceptum. Aut loquimur ī alia dispositione hominis, & tunc si ex casu ficto resultat præcisè idem effectus, quia idem est iuris id, de quo loquimur, & tunc trahitur ad casum fictum, vt est casus in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. & in §. sequēti. & in l. Deo nobis. C. de epi. & cler. alias secus, & sic loquitur. l. fin. C. de his qui ven. æta. impe. refert etiam Bal. dicere in d. §. & quid si tantū, ꝙ dispositio trahitur ad casum similem, qñ sumus ī materia lata. secus si in materia stricta. ad hoc allegat. d. ca. susceptum, & istud dicit esse clarum, quando rescripta conceduntur ad impetrationem: quia tunc sunt ambitiosa: ideo sunt restringenda: vt c. quamuis, de præben. lib. 6. dicit tamen, ꝙ idem videtur dicendum, si rescripta motu principis proprio conceduntur: quia d.c. susceptū, indistinctè loquitur, & sic indistinctè debet intelligi. ideo est ibi valde specialissimum, ꝙ licet resultet idem effectus ex casu ficto, q resultat ex casu vero quoad id, de quo quæritur, tamen non fit extensio. ita ibi residet Ioā. de Imol. Modo in casu nostro idem est, quia sumus in priuilegio, quod strictè est interpretandum. 3. dist. c. priuilegia. ergo cum sit in priuilegio expressum de vacatione per obitum, non extendetur ad vacationem ꝑ priuationē. Et ex hoc tollitur illud, quod poterat opponi dicēdo, quòd huiusmodi priuilegium emanauit motu proprio Romani Pontificis: quia illud concessit dominis Cardinalibus, non ad eorum instantiam. ergo non reputatur ambitiosum: & sic cessat ratio. d. ca. susceptum, quia potest responderi: vt dixit Io. de Imol. ꝙ procedit dispositio. d. ca. susceptum. etiā si motu proprio Papæ emanauerit. Item plus dico, ꝙ non resultat idem effectus: vt dixit Io. de Im. siue vacet per mortem, siue per priuationē: quia cum concedatur familiaribus Cardinalium in fauorem ipsorum Cardinalium: vt est dictum, non resultat idem effectus: quia cū priuatur familiaris ꝑpter sua demerita, imputatur domino, cui famulatur: vt est dictum: ergo, &c. Item posito, non tamen concesso, ꝙ resultet idem effectus, tamen quia sumus in materia stricta & exorbitanti, non extenditur tale priuilegium extra casum in eo expressum: vt in d.c. susceptum, & per consequens illud rescriptū non faciens mentionem, de vacatione fienda per priuationem censetur esse subreptitium. Et vlterius ad prædicta posset adduci illud, quod fuit dubitatū in sacro concilio Constantiensi, quo in concilio fuit electus instinctu Spiritussancti Martinus quintus de illustri domo de Colunna, vbi sacrum illud concilium deposuit Ioannem Papam 23. & Petrum de illustri domo de luna, fuit dubitatum, vtrum electio Romani Pontificis spectaret dumtaxat ad sacrum collegium dominorum Cardinalium, an ad sacrum cōcilium opponebatur, quòd iura noua loquuntur. quando Romanus Pontifex moritur, tunc electio spectaret ad collegium Cardinalium. Sed quando erat congregatum concilium generale, & illud concilium tulerat sententiam depositionis Romani Pontificis, tūc electio spectabat ad concilium: quia aliud erat vacatio per mortem, aliud erat vacatio per priuationem, quā ipsemmet concilium vigens fecerat. refert hanc dubitationem D. Abb. in c. licet de vitanda, de elect. ego tetigi luculenter in commento. d. cle. ne Romani. §. sanè. Et ex istis resultat cōclusio vera, ꝙ dictum priuilegium concessum in casu vacationis, propter obitum, non extenditur ad vacationem propter priuationem. & per cōsequens talis commissio non est subreptitia facta domino episcopo Mutinēsi: quem Deus altissimus cōseruet in secula sempiterna. ¶ Restat modo respondere, ad motiua formata superius pro parte aduersa: tamen ex his, quæ superius dicta sunt, clara apparet responsio. Primo cum dicitur, ꝙ tex. in d. clem. ne Romani. loquitur de morte in §. sane. & tamen glo. idem dicit in Papa cedente. Ad hoc respondeo, primo illa glo. non loquitur in Papa deposito, & priuato, vt est casus. videtur ergo, & iam superius demonstraui, quòd est differentia in casu nostro: vtrum vacet per priuationem, an per renuntiationem. quia primo casu prēsupponit crimen, & malam vitam. Secundo casu secus. Item illa gl. cum suo text. loquitur in casu fauorabili: quia agitur de eligendo Papam, ne ecclesia vacet: vt in cap. ne pro defectu, de elect. & cap. vbi periculum, de elect. libro 6. Sed nos loquimur in materia stricta, & exorbitanti a communibus regulis iuris: ergo ex separatis & diuersis non infertur. l. si maritus. C. de donatio. inter virum & vxo. l. eum actum. C. de neg. gest. ergo. Item illa gloss. est restringenda, quando tex. vltra procedit apponendo illa pinguiora & ampliora, vt probatur in d. clemen. ne Romani. §. irritum. Nec obstat cum dicitur, idem esse, siue vacet per mortem, siue per renuntiationem, siue per priuationem, quia istud vltimum arguit delictum: ideo quò ad dominum Cardinalem tolerantem famulum criminosum non est idem ius: vt superius demonstraui. Nec obstat lex. in d. l. Deo nobis. & d. l. res vxoris: quia loquuntur in casu expresso a iure, & ideo dixit glos. in d. cap. placuit, ꝙ vbi in iure est expressum, idem operatur mors ciuilis, quod operatur mors naturalis, & ideo non obstāt dicta iura. ¶ Nec obstat, cum opponitur, quòd fuit quædam frequentia, vt exprimeretur vacatio propter mortem: quia, vt superius demonstraui, imo fuit iuris ministerium in casu nostro. ¶ Nec obstat. dicta lege, si quis sic stipuletur, quia illud ideo ibi est, quia apposita sunt prægnantia, & generalia verba apta nata comprehendere fictum, & casum verum: & ideo actus actiuorū sunt ī patiēte bene disposito: vt dixit philosophorum longè princeps Aristoteles in se-

in secundo de anima. Nec ob. cum allegatur. c. cum scimus, de regula, quia loquitur in casu expresso, vt mors ciuilis opereretur effectũ naturalis: vt voluit gl. in d. c. placuit. Nec obstat cum, dicitur, ꝙ non denotatur ambitio dominorũ Cardinalium: & quia in eis non præsumitur ambitio: quia sancti sunt, cũ sint pars corporis Papæ, qui sanctus est. Et valet argumẽtum de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vend. cum simi. Ego plane fateor, eos sanctos præsumi: facit rubri. in authen. de san. episco. merita enim Petri, aut sanctum vident, aut sacrum facit. 40. dist. c. 1. nec est opus, nec licet, nec est possibile apponere es supra cœlum. facit enim vnũ tribunal Papa cum pijssimo Saluatore nostro Iesu Christo. cap. quanto, de translat. episco. vbi per Hosti. & alios. & posset adduci illud, quod celebris scripsit Psalmista. Omnia subiecisti sub pedibus eius: Papa est omnia, & super omnia: vt dixit Bald. in l. Barbarius. ff. de offic. præto. & licet certum sit, non præsumi ambitionem in dominis Cardinalibus, tamẽ nos sumus in materia stricta, & exorbitanti: ergo strictè erit procedendum in casu, vbi loquitur, nec dicemus illud, quod non dixit priuilegium: potest ergo dici illud, quod vates dixit egregiè. Titire coge pecus, strictè ergo erit tale priuilegium intelligendum. Nec obstat illud, quod dixit Bald. in d. l. si quis sic stipuletur, quòd impetrans beneficium tanquam vacãs, intelligitur siue vacet per mortem naturalem, siue per renuntiationem, &c. quia Bald. non loquitur, quando vacat per priuationem, & sic non meretur allegari contra hanc consultationem. Item non obstat: quia Bal. loquitur, quando generaliter dixit vacare, quòd apparet ex text. d. l. si quis sic. Sed in casu nostro non est sic: quia restrictum est, priuilegium præfatum ad vacationem per obitum: ergo non obstat dictum Bald. huic nostræ consultationi. illud ergo Papa voluit, quod verbis expressit, voces enim sunt signa earum, quę sunt in anima passionum notæ: vt magnus voluit philosophus primo perihermenias. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. lega. & refert Bald. in d. capit. de testibus, alias in reper. magnum dicere Cassiodorum, nullam maius mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum. Est enim cor linguæ imperator: vt dixit Bald. in capit. mandatum, de rescript. & cordis preco in lingua secundùm eundem Bald. in tractatu scismatis, & iudicio meo quo ad hæsitationem decidendam ista excedunt communes vires humanas. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Processus agitatus per assertum delegatum est nullus, nisi constet de delegatione. Item in receptione testiũ requiritur partis citatio. Item ex quot capitibus sententia dicatur nulla. Item quòd æstimum probet dominium in præiudicium describentis.

SVMMARIVM.

Inesse non præsumitur, quod aduenit nobis ab extrinseco. numero 1.

Testium receptio parte non citata est nulla. nume. 8. fallit. numero 5. & 6.

Testis deponere debet de causa scientiæ non interrogatus in his, quæ apprehenduntur per fabricatiouem intellectus. numero 11.

Capitul. reintegranda. tertia quæstione prima, quibus competat. numero 12.

CONSILIVM LXXXIII.

Viso puncto, & magno cum ingenio discusso, & examinato. Capio primũ huius consultationis articulum. videlicet; ꝙ processus agitatus per illum massarium delegatum assertum sit nullus, quod sic demonstro ad ocu-
1 lum. illud † quod aduenit nobis ab extrinseco, non præsumitur inesse nobis, nisi allegetur & probetur, hoc decidit glo. quę reputatur singularis in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdar. cog. bene facit glo. in c. si forte, de elec. lib. 6. & quod not. per doc. in cap. fina. de præsum. sed delegatio causæ aduenit nobis ab extrinseco: vt apparet ad oculũ: quia nos non nascimur delegati: quinimo nascimur ignari, iuxta illud, anima nostra est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, & iuxta illud, quod Romanus voluit orator. cum te siue Deus, siue omnium natura mater produxerit nudum: & ideo opus est allegare & probare quem esse iudicem delegatum. istud decidit text. in indiuiduo in cap. cum in iure peritus, de
2 offi. deleg. vbi † non creditur, quem esse delegatum, nisi delegationem probet, in versic. certus ex literis, vbi non sufficit constare præsumptiuè de delegatione, sed debet fieri plena fides, & ibi dixit Host. ꝙ licet quilibet presumatur bonus: tamen non presumitur iudex, quia iudicatus nõ inest alicui ex baptismo, sed virtutes tantum, ex quo dicto infert domi. Cardinal. quòd virtutes insunt nobis. & idem voluit idem Hostien. in c. 1. de scruti. vbi dixit, quòd homo fuit creatus plenus virtutibus: ideo naturaliter præsumitur homo virtuosus: sed domi. Cardina. non placuit in d. cap. 1. quia imo virtutes conferuntur nobis in baptismo, & non prius: vt in clement. 1. de baptis. Item dictum Hostien. sapit opinionem Platonis dicentis, quòd nostrũ addiscere est remunisci: super hoc non est insistendum: quia ego dixi in d. cap. cum in iure. sufficit, quòd quis delegatus sit, quòd debet constare, quòd sit certè delegatus: & non sufficit probatio præsumptiua, & vtitur ibi text. isto vocabulo certus:
3 quod verbum raro † apponunt iura, de quo allego. cap. 1. de cleri. per sal. promo. in versic. pro certo &c. & in cap. 1. de excess. prælato. & in c. bonæ, de postul. præla. & in cap. personas, de testi. & in ca. tertio loco, de præsump. & in c. 2. de confir. vti. c. cum secundùm apostolum, de præbend. Et adduco hanc rationem:
4 † esse delegatum est officium: vt in rub. de offi. deleg. sed officium non præsumitur inesse nobis, nisi probetur. l. prohibitum. C. de iure fisc. lib. 10. vbi non creditur alicui vt officiali, nisi probet per literas principis: ergo. & ibi dixit Bart. ꝙ omnes officiales debent portare insignia officialium, ex quibus cognoscantur. Facit, quod habetur in cap. imputato. 25. q. 2. vbi dicitur, ꝙ illud, quod non inest alicui de iure communi, non præsumitur, nisi probetur. capitu. porro, de priuileg. Sed esse delegatum non inest nobis a iure communi: ergo non præsumitur. Adduco. l. 1. C. de superindict. lib. 10. vbi est tex. mirabilis secundùm Bar. ibi. & adduco l. 1. C. de man. prin. in versi. nemini quicquam, nisi probaretur, vbi non creditur officiali, nisi habeat literas: & adduco. l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. 12. in versi. per manus nostras, & tex. in auth. de man. prin. §. si quis autem. facit autem: quia est speciale in card. propter excellentiam Cardinalatus: vt habetur per glo. & alios in c. nobilissimus. 97. di. ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. ff. de legi. cum si. Cum ergo delegatus quis asseritur, debet constare, ꝙ si certus delegatus, & nõ per præsumptiones: & in casu isto non constet, quòd ille massarius fuerit iudex delegatus: ergo non tenuit iudiciũ agitatum corã eo, tanq̃ corã non iudice, quo casu

casu semper potest opponi incompetentia, vt probatur in l.2.§.1.ff.qui satis.cog.& ibi Bar.quē tex.reputat sing.D.Car.in cle.1.de seque.poss.& fruct.text.est in l.j.ff.de his qui not. infa.& ibi Ang.gl.cū tex.l.non erit.§.dato.ff.de iureiur.& ibi Ang.text.in l.procurator; & in l.deportatorum.C.de pœn.& l.2.§.1.ff.eo. Communiter tamen allegatur glo.in d.clem.j.de seque.poss.& fruct.ergo sequitur, ꝙ nullus fuit processus coram illo massario gestus. ¶Capio secundum articulum huius dubitationis: non constat, ꝙ in receptione testium pro parte illi Hugonis magni fuit ci-
5 tatus Gaspar, quo † casu talis receptio est nullius vigoris.ad hoc allego.c.in nomine Domini, de testi.in ver.illo admonito a iudice, vt venire & audire testes & in ver.ecce ergo admonendus est semper aduersarius, vt ad audiendos testes veniat, & plus dicit ibi gl. quia hoc omissum, est necesse, vt quia contra legem actum, non habeat firmitatem, & in ver.nullius momenti, qui text.decidit duo: primū est, ꝙ pars, contra quam testes producuntur, debet venire ad vidēdum recipi testes, secūdum est, ꝙ receptio est nullius momenti, & nullam habet firmitatem, quia est ꝯ legem talis receptio. Pro primo dicto facit l.si quando.C.de testi.& c.constitutus, de fideiuss.& c.quoniā frequenter, in princ.vt lit.non contest.& ideo speciale est, qn̄
6 testes recipiuntur † ad perpetuam rei memoriam, qn̄ quis fuit passus aliquem casum, aut infortunium in partibus longinquis, quia tunc non requiritur partis citatio: hoc dixit Bar.in l.2.C.de naufr.lib.11.per illū text.& ideo singu.dixit Host.in d.c.qm̄.in prin.vt lit. non contesta. ꝙ speciale est, qn̄ recipiuntur testes lit. non contestat. ꝯ eum, cuius timeo tyrannidem: quia tūc possunt recipi illo tyranno non citato. Et sic stat vera conclusio, ꝙ citandus est ille, contra quem recipiuntur testes. Cum ergo in casu nostro non fuerit citatus iste Gaspar, sequitur, ꝙ contra vtriusq; censuræ dispositionem fuit facta illa receptio testium cōtra dictum Gasparem. Secundo est, quod ex illo tex. apertè colligitur, ꝙ inquantum dicit ibi tex.nullius momenti, illud verbum † nullius.est vniuersale ne-
7 gatiuum, quo casu dicit.D.Abb.ibi, ꝙ excludit etiā indiciū, qđ non solū non facit ꝓbationē, sed ēt non facit indicium pp verbū, nullius, ergo allego pro hoc vniuersali negatiuo gl.in cle.j.de præben.Io.An.in c. 1.de post.præla.li.6.in nouella.tetigit Io.de Imo.in l. penul.ff.de præto.stipul. Facit gl.in cle.hi qui, de ętate & quali. Et facit tex.elegans in l.fi.C.de testa.mili. in versic.nullo modo concedimus, vbi apponuntur illa verba vniuersalia negatiua, ꝑ quē tex.dixit Ang. sing. in l.si quęramus.ff.de testa. ꝙ per illa verba vniuersalia apposita in d.l.fina.probatur, quòd non valet statutum, vt testamentum factum a pupillo doli capace teneat, ꝙ ex quo apponit illud verbum negatiuum vniuersaliter. Ita est in proposito nostro: ideo dixit domi.Abb.ibidem, quòd illud verbum nullius momenti probat, quòd non faciat iudicium. Et mirādum pro certo est, ꝙ non allegauerit similem tex. in authē.sacramenta puberum.C.si aduer.vend.vbi tex.dicit, nullius momenti, & dixit do.Abb.in quadā sua quæstio.incip.Stante statuto, ꝙ iurans contra dispositionem.d.authen. non est absoluendus a tali iuramento: quia ille text.vtitur illis verbis nullius momenti, &c. Et adduco alium text.in l.1.§.si vero eum abesse.in versicul.nullius momenti sententiam esse, & ex tex.d.c.in nomine domini datur pręcipuum lumen ad illud, quod voluit Bart.in l.res hæreditarias, de crimi.expil.hęre.& quod voluit in l.maritus.ff.de quæstio. Et etiam pondero illum tex.dicti.c.in nomine.inquantum dicit, ꝙ dicitur esse factum contra legem, ergo sequitur, ꝙ est nullius efficacię, & habetur
8 talis receptio testium pro infecta: quia † factum contra legem habetur pro infecto: vt l.non dubium.C. de legibus, & cap. vides fili charissime, ꝙ quæ fiunt contra legem, habentur pro infectis.decima distinctio.cap.contra ius, de regulis iuris.lib.6.nec est opus insistere, an habeant perpetuam causam probationis: vt not.per docentes in d.capit. vides fili charissime.vt ibi in glo.& in d.l.non dubium.quia tex.d.ca. ī nomine domini.aperto ore dicit, ꝙ est nullius momenti talis receptio testium facta non citata parte: ergo tales testes non probant, nec faciunt indicium aliquod: ergo concurrunt duo defectus euidentes, ꝙ non tenet talis sententia: quia primo non apparet de delegatione facta illi massario. Secūdo testes non fuerunt legitimè, nec solenniter recepti, & examinati. Et ita concludo circa istam receptionem testium. Præterea accedat, quia nulla apparet porrecta petitio per illum agentem: ergo sequitur, ꝙ cum sententia sit prædicatū, & petitio seu libellus sit subiectum, vt voluit glo.in c.dudum, de decimis. Et sententia debet esse conformis libello.c.licet Heli.de simo.l.fundus.ff.comm.diui.l.fi.C.de fideicom.lib.c.cum dilectus, de ord.cog.c.j.de excep.c.super his, de accusa.l. Pomponius in negotijs. ad fi.ff.de neg.gest.c.Raynutius, de testa.ergo non potuit ferri sententia, ex quo deficiebat fundamentum eius, iuxta illud, quod habetur in ca.cū Paulus.& c. principatus.j.q.j. Et ideo dicit philosophorum princeps Aristoteles ī secūdo de anima.actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Cum ergo non habuerit ista sententia fundamentum petitionis, super quo fundari posset, sequitur, ꝙ non tenuit.ergo ex isto capite sententia illa est nulla. Præterea etiam dicitur, ꝙ non apparent publicati testes producti per illum Hugonem, quo casu dicit Bar.in l.gesta.C.de re iud. ꝙ quædam sunt acta, quæ fiunt oculte & in secreto, vt examinatio testium: & ista non faciunt fidem, nisi facta publicatione per pronuntiationē iudicis, & ita probatur in d.l. gesta ſm secūdam lec.facit, quod no.in auth.qui semel.C.de prob.& qđ no.Inn.in c.Albericus, de test. & in c.ꝯstitutus, & ī c.dilectus.e.tit.& ita obseruat cōsuetudo ſm Bart.ibi, quo casu statur tali assertioni, ꝙ ita obseruet consuetudo per id, qđ voluit idē Bar. in l.de quibus.ff.de legi.in sua repeti.ubi dicit, ꝙ statur assertioni, doctoris dicentis. Ita obseruat ꝯsuetudo, donec probetur ꝯrium, & ita saluantur me multæ elegantes gl.quæ dicunt, sed ꝯsuetudo non seruat hoc, vt dixit gl.in l.si locus.ff.quemadmo.ser.amit.& in l.rem non nouam.C.de iud.& in c.cum multę.15. di.& in c.fi.de ꝑscr.& in c.j.de treu.& pac.ideo stabitur assertioni Bart.dicētis. Ita obseruat consuetudo:
9 quia cuilibet † perito in arte sua credendum est: vt dixit philosophorum princeps Arist.in primo Topicorum.l.j.ff.de ven.inspi.c.fraternitatis, de frigi.& malefi.c.proposuisti, de prob.& maximè qa Bar.fuit doctor supremus, ita dixit Bald.in l.scripturæ.C.de fide instru.ergo si ita seruat consuetudo, sequitur, ꝙ non probāt dicta illorum testium: est.n.consuetudo optima legum interpres.c.cum dilectus, de cōsue.c.cum consuetudinis, de consue.vbi non est leuis auctoritas consuetudinis.ideo dixit Bal.in l.quicunq;.C.de ser. fugi. ꝙ illud, quod est consuetudinarium, non est arbitrarium.ergo minimè mutanda sunt, q̄ certā interpretationem habuerunt.l.minimè.ff.de legi.dicit tū Bar.in d.l.gesta.se putare, ꝙ si dicta testium non sint publicata corā iudice, qui eos examinauit, poterunt publicari ab eius successore: non autem ab alio: vt hic probatur ſm vnam lec.& in c.dilectus, de testi.licet idem Bar.in l.2.ff.de iudic.solui.dixerit, ꝙ poterit peti ista publicatio fieri coram alio iudice: tamen in d.l.gesta.tenuit contrarium: & videtur vltima opin. quam tenuit in d.l.gesta.ergo hanc opin.ipse tenuit,

arg.l.qui filium.§.Sabini.ff.ad Trebellia.& maximè
procedit aduersario contradicente. Præterea ad
prædicta adduco elegans consilium Lud.Ro.quod
incipit,clarum est solutione debiti facta:quod est in
ordine 189.vbi ponit quæstionem nostram in indi-
10 uiduo,& ita consuluit ibi,& dicit† ꝙ actore non pro
bante reus absoluitur.l.qui accusare.C.de eden.cap.
cum dilectus,de succes.ab intest.c.vt nostrum,vt ec-
cle.benefi.subdit ibi Lud.quòd receptio testium fa-
cta aduersario non citato,est nulla:allegat.l.si quan
do.C.de testi.& cap.in nomine domini.eo.titu.Item
dicit, quòd debet fieri publicatio testium legitimè:
alias non valet talis publicatio,ad hoc allegat.d.l.ge
sta.Ecce nunc qualiter in terminis consuluit Ludo.
Roman.pro hac consultatione: ergo nec sententia
tenuit, nec receptio testium,cū non fuit facta publi-
catio testium:quia de ea non apparet:ergo.& ex isto
capite iste Hugo magnus non debuit obtinere.Prete
rea dicitur in pũcto,ꝙ non apparet,ꝙ fuit lata sen-
tentia per massarium Romādiolæ domini Ducis su-
per rebus ipsius Gasparis, contra ipsum Gasparem:
ergo sequitur,ꝙ illud,quod non dicit sententia,non
dicemus nos,vt l.si seruum.versi.non dixit prætor.ff.
de acquir.hæred.ergo remanebimus in dispositione
iuris communis.l.si extraneus.ff.de condit.ob cau.l.
commodissimè.ff.de lib.& posth.l.si cum dotem.in
prin.ff.solu.mat.Et sic succedit istud,qđ dixit veritas
dominica suo euāgelio. Mulier,inqt,vbi sunt,qui te
accusant. Quæ respondit nemo: qui respondit,nec
ego te condemno. Cum ergo non appareat petitio
illius Hugonis contra istum Gasparem,nec apparet
sententia lata contra ipsum Gasparem super rebus
ipsius Gasparis,nihil potest peti exequi cōtra ipsum
Gasparem, & ita concludo in fauorem dicti Gaspa-
ris,&c. ¶Capio modo dicta testiū ꝓductorū pro par
te dicti Hugonis magni. Et quidē primus testis voca
tus Sanctes,qui super primo capitulo dicit,ꝙ de via
Beuagis, non est verum, quod dicitur in capitulo:
quia illa via dicitur via muni. Sed super secundo
capitulo dicit, se nescire de certa quantitate torna-
turarum terrarum Nagali, & per consequens nihil
probat, quia in secundo capitulo dicitur, quòd di-
ctum Nagale est, sexcentarum tornaturarum, quo
casu non probatur intētio illius Hugonis,quia si ne-
scit quantitatem Nagatalis,sequitur,quòd non pro-
bat terras dicti Gasparis esse in dicto Nagali.Dicit ēt
se nescire de quantitate tornaturarum iurium San-
cti Blasij, quæ erant contigua dicto Nagali median-
te fossato munij. Item deponit de fama publica, &
nō allegat causam,quo casu non probat famam pu-
11 blicam:quia†in his,quæ apprehenduntur per fabri-
cationem intellectus,debet testis deponere de causa
scientiæ non interrogatus. fuit elegans doctrina In-
nocent.in cap.causam, de testi.vbi loquitur de teste
deponente de dominio, vel de fama,quòd tenetur
assignare causam non interrogatus:quia apprehen-
ditur per fabricationem intellectus. Idē voluit Barr.
in l.solam.C.de testib.& in tractatu de teste.& quod
voluit Bal.in c.præterea,de testi.& Bal.in l.presbyte-
ri.C.de epis.& cler.& in d.l.solam.Nec etiam in pro-
bando famam seruat practicam doctorum dicen-
tium,audiuit a tali, & a tali,& a multis, de quorum
nominibus non recordatur: vt voluit Bar.in l.de mi-
nore.§.tormenta.ff.quæsti.Innoc.in c.qualiter, el 2.
de accusa.Item dicit, ꝙ dictum fossatum antiquitus
ibat, & fluebat,& labebatur a latere pratorum San-
cti Blasij,Sancti Petri de Pepolis.Secundus testis,qui
vocatur Petrus nihil dicit. Tertius testis interroga-
tus,si locus, per quem se transtulit massario domini
ducis,sit pertinentijs & iuribus Nagalis, deponit, ꝙ
non:quia dicitur via artelli,& locus Sancti Blasij: vt
intelligere,& percipere potest ipse testis.Sed quo ad
alios testes nihil dico,quia possunt clare videri ex te-
nore ipsorum. ¶ Capio modo instrumentum liuel-
li Hugonis magni,quod dicitur factum.1449.die 16.
Septembris, & petit se reintegrari nomine illius Io-
annis,a quo habuit causam,quo casu non probatur
quòd ille Ioannes possederit dictas res,ad quas petit
se reintegrari dictus Hugo: ergo non competit sibi
remedium.d.capitu.reintegranda, quia illud capit.
12 competit † eiectis & spoliatis:vt probatur ibi in vers
siculo,eiectis & spoliatis.priuatio enim prosupponit
habitum.c.ad dissoluendum,de despon.impu.l.ma-
numissiones.ff.de iusti.& iure.l.decem.ff.de verbor.
obligat.& ad hoc adduco decisionem Dominorum
de Rota in antiquis 311.quam refert & sequitur Do
minicus de Sācto Geminiano in d.ca.reintegranda,
vbi decidunt, quòd illud remedium non competit
illi,qui nunquam possedit,& mouetur: quia inten-
tās illud remedium,requiritur,quòd possederit rem
naturaliter, vel ciuiliter,aliàs tale remediū non com
peteret:istud voluit Ioan.Cal de.in c.cum ad sedem,
de restitu.spolia.& sequitur ibi domi.Abb.vbi refert
se in quæstione facti consuluisse,quòd agens benefi-
cio d.cap.reintegranda, obtinet restitutionem,pro-
bando pristinam possessionem.voluit Inn.in c.sæpe,
de restitut.spoliato.voluit Goffre.& Archid.quos ibi
refert domi.Abb.& communiter ita practicatur, &
iudicatur,vt not.per scribentes in l.naturaliter.§.ni-
hil cōe.ff.de acq.pos.& in l.si coloni.C.de agr.[& cen
si.li.11.Cum ergo ille Ioannes auctor illius Hugonis,
nec ipse Hugo possederint dictas terras, sequitur, ꝙ
non potuit intentare remedium.d.ca.reintegranda.
Et per consequens non potuit massarius,aut alius iu
dex inuestire,aut mittere in possessionem dictarum
rerum præfatum Hugonem, & maxime non citato
possessore: vt probatur in c.licet episcopus,de præb.
lib.6.l.si deserta.C.si ob pu.pensi.& ibi dixit Bal.ꝙ si-
cut iudex fuit facilis in mittēdo aliquem in possessio-
nem iniustè nō facta partis citatione, eodem modo
debet esse in reuocando,allegat tex.in l.j.§.1.ff.si mu
lier ven.no.in pos.mit.Idem voluit in l.si ob marito-
rū.C.ne vxo.pro marito.& in l.si pacto quo pœnam.
C.de pa.& probatur in c.graue,de off.ord.in ver.per
te ipsum relaxes,& quod voluit ibi Bald.& quod re-
fert ibi Bald.in d.l.si deserta.Inno.dicere,ꝙ possessio
13 † etiam iniusta nemini est auferenda sine causæ co-
gnitione.c.inter quatuor,de maio.& obe.l.fina.C.si
per vim vel alio modo.l.fi.C.de bo.vacan.lib.10.l.1.
C.de priuile.fisc.l.si ob maritorum. C.ne vxo.pro ma
ri.l.facultas.C.de iure fisc.libr.10.l.a diuo Pio.§.si su-
per rebus.ff.de re iudic.l.cum miles.ff.ex quib.causis
maio.& subdit postea,illud verum est, quod iudex,
qui fuit facilis in mittendo,debet esse facilis in reuo
cādo,quod inordinate fecit,allegat.l.j.§.hoc edicto.
ff.si mulier ven.no.dicit tamen,ꝙ debet fieri parte ci
tata, vt ibi.& idem voluit Bald.in rubri.C.de success.
edict.& in c.1.§.sed res,in tit.per quos fiat inuestit.&
in c.2.& in ca.super literis,& in c.ab excōicato,de re-
scri.& in c.conquerente,de restitu.spolia.& ideo col
ligit idem Bald.in capit.per tuas, de testi.quod illud
14 † quod iudex malitiosè, vel iniustè fecit,ipsemet re-
uocat,& emendat. Et facit,quod dixit idem Bald.in
capit.accedens,el 1.vt lit.non contesta.quòd deposi-
tus de facto restituitur de facto,ad hoc allegat glo.in
capitu.si primates.secunda quæstione prima.voluit
idem Bald.in l.final.C.de ferijs, & in l.pacta nouissi-
ma.C.de pactis, & Bald.in cap.tertio,de eo qui mit.
in posses.glo.in c.dilecto,de testib.tex.in capi.consul-
tationibus de offic. delegat. & ibi dixit Ioann.Andr.
quòd si iudex videt se errasse,reuocat secundum de-
cretum. facit capitulo cum clerici, de pact.& capit.
quia

quia laici, de iure patrona. & ad hoc adduco. capit.
quinta uallis. de iureiuran. vbi qui malè mandauit,
reuocat iniustum mandatum: & adduco elegãtem
gloss. in l. verum. §. quòd si minor, ff. de minorib. vbi
Bar. colligit, quòd sicut de facto aliquid fuit factum
ita de facto reuocatur, voluit Bartol. in l. prima. §.
nuntiatio. ff. de operis noui nunciatione. ad hoc al-
legat gloss. singul. in l. cum minor. ff. de euictio. fa-
cit, quod voluit gloss. in l. prima. §. primo. ff. de fer. &
facit, quod voluit Bald. in c. ꝙ ad consultationem.
de re iud. & ideo consuluit Lud. Ro. consi. suo. 316.
ꝙ captura nulla potest reuocari de facto. & facit,
quod voluit idem Ludouic. Roma. consi. 67. incipi.
viso quęstionis themate. & cons. suo 68. & facit etiã,
quod voluit Bald. in l. si maritus. C. de dona. inter vi.
& vxo. vbi dicit, ꝙ licet clericus sit ipso facto priua-
tus beneficio: tamen non est sibi auferenda posses-
sio eo non citato, & causa nõ cognita, allegat, quod
voluit Innocen. in c. cum nostris. de conces. præben.
Et adduco, quod voluit idem Bal. in l. cum fratrem.
C. de his qui. vt indigni. vbi dixit, ꝙ notorium nun-
quàm habet vires ad aliquem deponendum, vel pri
uandum, nisi sequatur sententia priuationis, vel de-
positionis: & licet prælatus sit notoriè criminosus,
non tamen per hoc est depositus ipso iure, etiam
si sit homicida. ad hoc allegat Inno. in d. c. cum no-
stris. ideo dicit, ꝙ si quis est notoriè prodigus, nisi sit
ab administratione bonorum suorum depositus
per sententiam, potest contrahere. facit, quod vo-
luit Dominicus in c. licet episcopus. de præben. lib.
6. vbi arguit contra executores apostolicos, qui au-
ferunt possessionem possessore non citato. facit,
quod voluit Io. Andr. in addi. Specu. in ti. de peti. &
pos. §. fi. & quod voluit do. Abb. in commento. c. fi.
de præsum. & adduco elegantem text. in c. j. de cau.
pos. & proprie. in ver. nos contra partem inauditam
aliquid diffinire non possumus, nec debemus. vbi
probatur, ꝙ princeps, qui est supremus iurislator
non potest diffinire aliquid parte inaudita, nec cita-
ta, probatur in l. fina. ver. cognitionaliter. C. de legi.
Quanto ergo fortius non poterit inferior a princi-
pe decidere aliqd nõ citato possessore. Et pro certo
de facto, & nõ citato illo Hugone debuit restituir il-
le Gaspar, ex quo ille Hugo fuit ĩuestitus ab illo mas
sario nõ vocato dicto Gaspare possessore. Facit, qđ
voluit Bal. & Raph. in d. l. fin. C. de legi. & quod vo-
lunt scribentes in l. meminerint. C. vnde vi. Et iudi-
cio meo ista ad istud propositum excedunt vires hu
mani ingenij. Deo in altissimis sit gloria, qui illumi-
nat omnem hominem venientem in hunc mun-
dum. ergo non tenuit ista inuestitura, & de facto ve-
nit reuocanda per supradicta. Præterea facit: quia
etiam ex alio capite videtur esse nulla: quia domi-
nus dux mãdat illi massario, vt iustitiam faciat, quo
casu videtur, ꝙ si iniustam sententiam ferat contra
ius partis aduersę, sententia sit ipso iure nulla. ita sin-
gulariter decidit Host. in c. fin. de præben. quem ibi
sequitur D. Cardi. & omnes scribentes. Et ideo pul-
chrè dixit Bart. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi.
ꝙ si partes compromittunt in arbitrum, vt ferat sen
tentiam secundùm ius, & ipse ferat laudum iniu-
stum contra ius litigatoris, erit ipse iure nullum: qa
tulit laudum contra formam mandati, voluit Bal.
in c. consanguinei. de re iudic. & in l. j. C. de arbi. &
voluit D. Abb. in c. cum dilecta. de rescrip. & in con-
sil. suo. 42. Et facit, quod voluit Innoc. in c. pruden-
tiam. de offi. dele. & ego. dixi ad plenũ in d. c. cum di
lecta. licet Bar. de hoc dubitauerit in l. si societatem.
§ arbitrorum. ff. pro socio. Cum ergo in proposito
nostro iste commissarius venerit contra formam
commissionis datam sibi a domino duce, sequitur,
ꝙ processus inde gestus, & sententia sunt ipso iu-
15 re nullius vigoris: quia † inspicienda & sequenda est
forma mandati. cap. Pisanis. de rest. spo. c. cum dile-
ctus. de rescript. c. prudentiam. de offic. deleg. l. cum
hi. §. si prætor. ff. de transac. forma. n. est, quæ dat esse
rei, & ꝯseruat rē in esse. l. is qui. 400. §. quidam. ff. ad. l.
Fal. facit, qđ pulchrè dixit Bal. ĩ auth. iubemus. C. de
iud. ad fi. vbi voluit, ꝙ ēt iudex teneatur seruare for-
mã: ergo talis processus cum sñia est nullus: posset-
que adduci illud, quod scribitur in illo Ouid. Nec
quicquàm nisi pondus iners. Pręterea etiam infrin-
gitur ex alio capite huiusmodi asserta sententia: qa
vbi sententia peccat in iure naturali est nulla: quia
ius naturale tolli & mutari non potest, insti. de iure
nat. §. sed naturalia. l. j. ff. de vsuf. ea. re. quæ vsu con-
16 su. Sed † citatio est de iure naturali: vt cle. pastora-
lis. de re iud. nam & Deus ipse supremus & altissi-
mus legis inuentor, & cõditor, subegit se legi: quia
cum condemnauit Adam. Primo eum monuit, &
citauit ad ostendendum, ꝙ non debemus ferre sen-
tentiam contra non citatum. l. de vno quoque. ff. de
17 rē iudi. quia † iudicium nostrum debet esse confor-
me iudicio ipsius Dei: vt in c. Deus omnipotens. 2.
q. j. c. vt nostrum. vt eccle. benefi. c. qualiter. el 2. de
accu. omnis enim Christi actio, fuit nostra ĩstructio:
optimo dicente Hieronymo in prologo Bibliæ.
c. significasti. de elec. Cum ergo ista sententia fuerit
lata parte non citata, est nulla, quia peccauit in iu-
re naturali, quo iure ligatur ipse Princeps: & etiam
ligatur ratione: vt eleganter dixit Bald. in commen
to. l. 2. C. de seruit. & aqua. vbi voluit, ꝙ licet prin-
18 ceps † sit solutus legibus: vt l. Princeps, legibus solu
tus. ff. de legi. non tamen est solutus a dictamine ra-
tionis: quia est animal rationale politicum, ergo for
tius inferior ligabitur natura & ratione: quinimo
nos iubemus sequi naturam. ita pulchrè dicebat Ci
cero de amicitia: in hoc sumus sapientes, ꝙ naturã
tãquàm Deum sequimur, eique paremus & c. l. adop-
tio non iure facta. C. de adopt. ergo sequitur, ꝙ ta-
lis sententia lata per illum massarium multiplici
de causa redditur nulla. Et ad prædicta etiam facit:
quia ex alio capite redditur nulla: nam aduersarius
in precibus porrectis domino duci supplicat se mit-
ti in poessionem syluarum, & ille massarius excessit
modum & formam commissionis: quia inuestiuit
illum Hugonem supplicantem non de syluis, vt
supplicat, sed de terris aratis, & cultis, quo casu cla-
rum est, ꝙ rescriptum habetur pro libello: vt singu.
voluit Innocen. in cap. super literis. de rescrip. vbi di
xit, ꝙ attenditur conclusio in rescripto, sicut attendi
tur in libello: & de dicto Inno. facit festum Bald. in
commento. l. præscriptione. C. si contra ius. Ex quo
sequitur, ꝙ cum sententia debeat esse conformis li-
bello: vt in c. licet Heli. de simo. cum simi. allegatis
superius, ꝙ huiusmodi sententia est ipso iure nulla:
quia nõ est cõformis libello, & ex hoc capite censēt
nulla, & eodē modo censēt nulla, quia est cõtra for-
mam cõmissionis ducalis. l. diligēter. ff. man. ergo ex
isto capite etiam redditur nulla. & etiam plus consi-
dero, ꝙ ista sententia continet euidentem iniquita-
tē: quia cum iste supplicans petat se inuestiri de
syluis: & ita ēt committat dominus dux, & ille cõ-
missarius inuestiat illũ de terris aratis, & cultis in-
dustria, labore, opera, studio, impensis, sudore, & dili
gentia huius Gasparis, quòd est iniquissimum, &
quædam impietas, quæ quàm sit supremo & altissi
mo Deo exosa, magnanimus sit testis Apostolus pri
mo ad Romanos. reuelatur, inquit, ira Dei de cœlo
super omnem impietatem. Et facit, quod celebris
dixit Psalmista. Non sic impij, non sit adduco mira-
bilem text. l. fina. C. de allu. & palu. cuius verba sunt
hæc.

hæc.ne doleant diligentes operã suam dedisse agriculturæ, nec diligentiam suam damnosam esse intelligant. Cum ergo de mente domini Ducis non fuerit, vt iste Hugo surripiat diligentiam in colendis & extirpandis syluis, & reducendis ad culturam illius Gasparis, nec etiam ille Hugo hoc petijt, & tamen ille massarius iniquitate euidenter apparente ita inuestiuit: nam & Deus odit iniquitatem: vt plenè scribitur apud Iudith, sanctissimam fœminam odit, inquit, Deus eorum iniquitatem. Et alibi dicitur, vindicans iniquitatem parentum vsque in tertiam generationem. & ideo dixi tex. sing. & peregrinus secundùm omnes docentes. in c. inter cæteras. de re iudic. ꝙ licet sententia lata contra ius litigatoris sit aliqua: vt in cap. j. de re iudica. tamen quando continet euidentem iniquitatem est nulla ipso iure, vt ibi est casus. Et facit, quod voluit Ange. in l. si pars. per illum text. in ver. apertè iniqua. ff. de inoffi. testa. vbi dixit esse casum. facit, quod voluit domin. Anto. in c. suam. de pœni. vbi dicit, ꝙ sententia apertè iniqua non transit in rem iudicatam: ergo sequitur, quòd nõ meretur executionem. facit, quod voluit dom. Abb. in suis consilijs consilio 150. vbi consuluit, ꝙ licet statutum disponat, ꝙ non possit opponi de nullitate sententiæ, non habet locum, quando nullitas est euidens, voluit Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Bald. in l. j. C. ne lice. in vna ea. causa tertio prouo. & ideo multum egregiè dixit dominus Cardi. in c. cum Bertoldus. de re iudic. ꝙ vbi iniustitia est euidens, tunc sentẽtia est ipso iure nulla. Et facit, quod voluit Bal. in l. j. C. quando prouo. non est neces. & ideo glo. valde sing. in c. ex conque-
19 stione. de resti. spo. vbi † quoties iniustitia est notoria, non habet locum clausula appellatione remota. & facit, quod præclarè voluit Hostien. in ca. j. de arbi. vbi dicit, ꝙ quoties laudum est euidenter iniquum, tunc nõ habet locum dispositio. l. diem pro. ferre. §. stari. ff. de arbit. Ita dicamus in proposito nostro: quia cum illa sententia sit euidenter iniqua, licet sit contra ius litigatoris, est ipso iure nulla: & habet rationem in se: ex eo quia lex confidit se de ministro suo, qui est iudex: vt in authen. iusiuran. quod præsta. ab his. & in §. oportet. in authen. de iudic. & no. in c. j. de consti. ideo præsumit, ꝙ illud, quod iudicat sit iustum & licitum: vt l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. l. 2. C. de offic. iudic. vbi lex præsumit, ꝙ illud, quod iudex arbitratur sit iustum. facit cap. sententia pastoris, 11. q. 3. facit. c. in p̃sentia. de renunc. & c. cum inter vos. de re. iu. c. Pisanis. de restitu. spolia. nihilominus vbi ex iniustitia euidens & manifesta, tunc cessat illa præsumptio, & stamus veritati: quia
20 in incertis non incertis † locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. bli. l. si certis annis. C. de pactis, & ideo cessat illa bona præsumptio, ꝙ lex præsumit de ipso iudice. & ideo talis sententia est nulla ipso iure. Simile in sententia excommunicationis, quæ est ipso iure nulla, vt non habeat locum in ea. ca. sententia pastoris. 11. q. 3. de quo plenè per do. Abb. in c. mandatum. de rescri. ꝙ autem ista sententia sit euidenter iniqua, apparet ex tenore actorum ex supplicatione, ex commissione, & ex tenore sententiæ, quo casu acta faciunt rem notoriam: vt singu. voluit Innocen. in cap. ex insinuatinoe. de appel. & in cap. significauerunt. de testi. in glo. & in c. cum olim. de verbo. significa. ergo. Quòd autem sit iniqua, apparet: quia iste Hugo surripit labores, & sudores alterius, contra verba ipsius Dei altissimi dicentis primo libro Genesis prope principium. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, & iste fruitur pane in sudore & labore huius Gasparis, & probatur in dicta l. fin. C. de alluuio. & in cap. ad aures. de rebus ecclesi. non alienan. Et ideo exclamat Ang. in d. l. final. contra insatiabiles prælatos. & idem etiam exclamat Bartolus in l. secunda. C. de locatione fundo. fiscal. libro vndecimo. qui post ædificia facta in ruinis volunt dicere se deceptos. facit. l. final. C. de omni agro deser. lib. 11. vbi Bart. arguit contra insatiabiles prælatos. Item videtur dicendum, ꝙ fuit maxima iniquitas inuestire illum Hugonem de terris aratis, & ad culturam repactis cum maximo præiudicio illius Gasparis. Præterea etiam accedat, quod colligitur ex dictis testium productorum per illum Hugonem: quia si bene ponderentur dicta eorum, sunt varij, contradictores, & adinuicem contrarij: ergo non probant. l. qui falsa, vel varia. ff. de testib. l. testium. C. de testi. l. ob carmen. §. j. ff. eo. c. licet. eo.
21 titu. c. bonæ memoriæ. de electio. & ideo his † testibus standum non est, quibus lux veritatis non assistit: ita singul. dixit text. in l. fina. C. de fideicommis. & dixit text. in cap. præterea, de testi. & in capitu. in nostra. eod. titu. ꝙ standum est testibus deponentibus verisimiliora. capi. licet causam. de proba. l. ob carmen. §. j. eo. tit. Sequitur ergo, ꝙ talibus testibus nulla fides est a iudice adhibenda. Quinimo plus dixit Barto. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. ꝙ licet testis assignet bonam causam dicti sui, & tamen iudici videtur, ꝙ non dicat veritatem, nihilominus potest non adhibere sibi fidem. & ita dicit se intelligere & practicare. l. 3. §. j. ff. de testib. inquantum dicit, tu magis scire potes. consuluit, tamen, ꝙ iudex faciat inseri causam apud acta propter periculum syndicatus. Facit, quod voluit Innoc. in c. quoniam contra. de proba. vbi iudex non adhibuit fidem, testibus, & tamen tulit sententiam. facit, quod voluit idem Innoc. in c. causam. de re iudi. & quod voluit ibi dom. Abb. idem voluit Host. in ca. contingat. de offic. delega. & ad hoc accedat, quod voluit Bald. in l. cum magistratus. C. quando prouoc. nõ est neces. vbi dicit, illud est notatu dignum, ꝙ quando testes sunt pares, potest iudex per animi sui motum adhibere fidem testibus alterius, & testibus alterius non adhibere fidem, dummodo in actis faciat inseri causam suę adhesionis. dicit, ꝙ ita intelligitur, quod habetur in l. duo iudices. ff. de re iudica. idem voluit idem Bal. in cap. cum sint partium iura obscura. de regu. iur. lib. 6. allegat. d. l. duo iudices. & l. si duo patroni. ff. de iureiuran. Facit, quod voluit dom. Abb. in c. afferte mihi gladium. de pręsump. Poterit ergo iudex apud acta facere inseri causam, quare talibus testibus non adhibet fidem. Et adduco ad prædicta, quod voluit Bald. in l. testium. C. de testib. vbi dicit, quatuor fore animaduertenda. Primo naturam negotij, & qualitatem. Secundo testium fidem & auctoritatem. Tertio argumenta affirmatiua rei, de qua quæritur fides. Quarto ea sequenda sunt, quæ veritati sunt proximiora: vt ibi latè scribit Bald. qui etiam ibi dicit, ꝙ in testibus debet reperiri cõformitas, & dẽt, inq̃t ibi Bal. consonare cũ testibus natura negotij, & iudicis motus. Ex istis ergo liquidò apparet, istis testibus nullã fidẽ esse adhibendã. ¶ Postremo dr̃ in pũcto, ꝙ ĩ æstimo Gasparis prædicti, quod habet in dicta schola, & fundo sancti Blasij tornaturas terræ. 40. aratorias, iuxta Ioannem Paulini, viã duræ, viam munij, & viam sandelli &c. quo casu licet Bal. in l. solennibus. C. de rei vendi. dicat, ꝙ per librum æstimi, siue catastri non probatur dominiũ ex parte facientis describi æstimum illud, siue catastrum, sed bene probatur dominium in præiudiciũ ipsius, non in præiudicium alterius. ad hoc allegat d. l. solennibus. allegat etiam. l. censualis, C. de donatio. ibi etiam idem Bald. in d. l. censualis. colligit, ꝙ si rem tuam te volente describo in æstimo meo, ꝙ tibi

tibi præiudicat descriptio in æstimo meo: secus si ignorante te ita descripsi. Nihilominus in casu nostro videtur esse secus. & ad hoc adduco simile, quod voluit Ludoui. Roma. consilio 125. incipiente, posito quod dominium. vbi consuluit, quod non probetur dominium in præiudicium alterius: tamen dicit, quod in-
22 uitis dentibus oportet confiteri, quod faciat † indicium ad probandum dominium solutio census, allegat Specu. in titu. de emphyteu. §. nunc aliqua. versicu. 52. & 53. 4. & 7. & facit, quod voluit Ioann. de Imol. post alios in l. cum tale. §. falsum. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Modo in casu nostro æquiualet solutioni census possessio istius Gasparis, & reductio ad culturam dictarum tornaturarum sexaginta, vt eundem effectum operentur, quem operatur dicta solutio, de qua loquitur Ludo. Roman. & ita tollantur contraria allegata superius, maximè si esset æstimum longi temporis & antiqui, argumen. eius, quod voluit Iacob. Butriga. in l. optimam. C. de contrahenda stipulatio. & Bal. in l. cum aliquis. C. de iure deliberan. & quod voluit domi. Anto. in ca. cum dilectus. ab intestato. vbi dicunt, quòd si verba enũtiatiua exprimuntur in aliquo antiquo instrumento, probant. Ita dicamus in casu nostro, si dictum æstimum est de longinquo. facit, quod habetur in dicto cap. ad audientiam. de præscript. & in cap. cum causam. de probationibus. & quod not. Bald. in lege exemplo. C. de probationibus. & per consequens satis adminiculatur istud æstimum coniuncta possessione, & reductione ad culturam dictarum terrarũ: vt voluit Ludo. Roma. in dicto suo consilio. & bene facit, quod voluit Bart. in l. rura. C. de omni agro deser. lib. 11. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Vasallus & emphyteuta conuenti super vtili dominio non possunt nominare in iudicio dominos directos, vt ex eorum persona declinent iudicium.

SVMMARIVM.

Emphyteuta quando possit nominare dominum directum, vt euitet iudicium. nu. 1. & 5.

CONSILIVM LXXXIIII.

Viso puncto, & solenni animaduersione pensato in causa magnifici militis, & insignis & generosi doctoris domini Scipionis mihi compatris obseruandissimi, mihi videtur, quod
1 reus conuentus † non possit nominare illas ecclesias dominas directas, ad hoc vt euitet iudicium domini Potestatis, & causam deducat ad forum ecclesiasticum, & ad hæc adduco Bart. qui in terminis decidit hanc dubitationem, in l. 2. C. vbi in rem act. in 2. q. in versic. mihi videtur, quod habeamus sic dicere. loquens tamen ibi Bart. de feudatario, & emphyteuta, & superficiario, & similibus personis in iudicio conuentis, denuntiantibus dominos. Aut iste, qui habet ius in re conuenitur solùm ratione possessionis suæ: vt qa vnus emphyteuta cõuenitur ab alio dicente se esse potiorem emphyteutam: tũc vera sit ista opinio, quod non possit dominum in iudicio nominare: quia domino non præiudicatur. Sed si conuenitur emphyteuta ratione dominij directi, quod est apud alium, potest, & debet nominare dominum in iudicio, & liberabitur a iudicio ratione illius dominij; quatenus illud iudicium non repugnat iuri ipsius emphyteutæ: potest enim dicere emphyteuta, non curo quis sit directo dominus, nec volo hoc defendere: sed dico me esse emphyteutã. Sed quatenus ius, vel petitio ipsius agentis repugnaret iuri ipsius emphyteutæ, haberet necesse se defendere, nec posset dominum nominare in iudicio: sed bene posset eum nominare, vt posset ab eo de suis defensionibus informari, allegat, quod habetur in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Ista sunt formalia verba Barto. in d. l. 2. Idem voluit ibi Cy. licet Barto. loquatur per clariora verba. & idem voluit Ioan. And. in c. quoniam frequenter. §. fin. vt lit. non contesta. & hãc opinionem dicit esse magis communem do. Abb. in d. §. fin. & hanc opi. sequitur Sal. in d. l. 2. idem sequitur Pe. de Anch. in d. c. quoniam frequenter. §. fin. in 6. q. & idem sequitur ibi Ioan. de Imo. in c. inter quatuor. de maio. & obe. facit gloss. in d. l. 2. & in d. c. quoniam frequenter. §. final. aliter tamen loquitur Gulie. de Cun. & etiam aliter loquitur Bald. in d. l. 2. Tamen ista est communis opi. glo. Io. Andr. Cy. Bart. Salyce. Pet. de Anchar. & Io. de Imo. ergo secundùm illam erit iudicandum & consulendum. l. j. versi. crebrior apud veteres opi. ff. de offi. quæsto. l. j. ff. de sena. c. ne innitaris prudentiæ tuæ. de constitu. ergo ista opin. erat sequenda iudicando & consulendo. Modo in casu nostro dominus Scipio agit contra reum super vtili dominio dumtaxat, asserens se esse emphyteutam potiorem illo reo, nec aliquid dicit, ne allegat contra directum dominium competens ecclesijs: ergo sequitur, quod non possunt isti conuenti, vel iste conuentus nominare dominum in iudicio ad declinandum iudicium, & ista videtur pura veritas. Et multo fortius: quia istud vtile dominium dicitur esse prophanum, & laicale, ex quo competit laico, licet inhæreat rei ecclesiasticæ quò ad dominium directum. & ad hoc adduco elegans consilium domini Pe. de Anch. secundum quod infinitis vicibus cõsului. dixit enim præfatus D. Pe. in consil. 114. incip. visis & diligenter reassumptis actis &c. in versicu. patet etiam. quia vtile dominium habuit, qui recepit rem ecclesiæ in emphyteusim, quod vtile dominiũ non potest dici ecclesiasticum. licet rei ecclesiasticæ cohæreat, ita formaliter dicit Petr. de Anchar. quod dominium vtile quæsitum ex re ecclesiastica per laicum, dicitur prophanum & laicale dominium, & non ecclesiasticum: & habet rationem in se: quia
2 laicus † est incapax dominij ecclesiastici: vt c. quanto. de iudic. cap. ecclesia. de constitu. cap. bene quidem. 96. distin. cap. cum laicis. de rebus eccles. non alie. c. massana ecclesia. c. sacrosancta. de elec. Si ergo tale dominium acquiratur laico, censetur laicale & prophanum. & probatur istud. in c. j. de iure patron. libr. 6. vbi dicitur, quod si laicus donat ecclesiæ ius patronatus, tale ius censetur ecclesiasticum: quia attenditur persona, cui adhæret: quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: vt voluit philosoforum longè princeps Aristoteles in secundo de anima. attenditur qualitas personæ, cui adhæret: si est laicalis, præsumitur dominium laicale iuxta illud quod habetur in l. seruus. §. si hæredi. ff. de statulibe. in versic. personæ, cui demonstratur, adhæret. facit l. qui religiosis. ff. de rei ven. quod vbi religiosis adhęrẽt, ipsa quoque religiosa sunt: ergo a contrario, quæ laicis adhęrent, laicalia sunt. & sic sequitur, quod vtile dominium acquisitum laico censetur esse prophanũ & laicale. Et adduco rationem iudicio meo habentem neruum, quod vnum & idem accidens, seu vnũ & idem obiectum variatur secundùm cõditionem personæ, cui adhæret, & adduco ad hoc, quod pulchrè voluit Baldus in lege secunda. C. de serui. & aqua.

qua. vbi dicit, quòd potestas legitimandi aliter inhæret principi, & aliter inhæret comiti palatino: quia principi inhæret cum plenitudine potestatis: sed comiti palatino non inhæret tali plenitudine: & sic iure libero † vnde poterit princeps alteri præiudicare legitimando, quod non poterit facere, comes palatinus. Ita dicamus in proposito, quòd vtile dominium acquisitum laico ex emphyteusi censeatur prophanum: sed acquisitum ecclesiæ censeatur ecclesiasticum. Facit simile, quod voluit Bar. in l. si publicanus. §. fin. ff. de publ. vbi dicit, ꝙ ius colligendi passagium adhærens principi inhæret secundum conditionem ipsius principis, & inhærens inferiori, inhæret secundùm conditionem ipsius inferioris. ideo in præscribendo contra principem requiritur tempus, de cuius initio nō extat memoria: sed quò ad inferiorem sufficit vnum tempus, ita singul. dixit ibi Bart. de quo dicto fecit festum D. Abb. in c. super quibusdam. §. præterea. de verbo. sig. & Bald. in c. j. in tit. quæ sunt regal. & in c. conquerente. de offi. ordi. vbi facit festum de isto dicto Barto. Ecce nunc qualiter vnum & idem accidens applicatum diuersis † subiectis variatur secundùm naturam illorum subiectorum. l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu, & habi. Facit, quod voluit Inno. in c. pastoralis. de dona. ita dicamus in casu nostro, ꝙ vnum & idem dominiū acquisitum ex emphyteusi ecclesiastica censeatur prophanum, aut ecclesiasticum secundum naturam rei, cui applicatur. Præterea ad hoc facit, quod volunt Bart. Cyn. & alij scribentes superius relati in dic. l. 2. C. vbi in rem act. vbi dicunt, ꝙ † emphyteuta conuentus super suo vtili dominio non potest nominare dominū ad hoc, vt declinet iudicium ex parte, seu ex persona domini. Ergo sequitur, ꝙ aperto ore sentiunt, ꝙ illud dominium censetur esse eiusdem rationis, cuius rationis est ipsum subiectum, cui adhæret: cum non possit declinare iudicium ex persona habentis directum dominium: & licet nullus docentium hoc ponderauerit, tamen istud indubitanter tacitè senserunt: & miror vehementer D. Pet. de Ancha. qui ita insipidè, & ita nudè illud asseruerit in dicto suo consilio non adducendo aliqua motiua: quia, vt præclarè voluit illuminatus doctor Augustinus relatus a Gratiano in c. ego solis. 9. dist. non est attendenda auctoritas loquentis: sed ratio, qua ad loquendum moueatur. ideo dixit text. in l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. leg. & si magna sit Tuberonis auctoritas, non tamen a Seruio discedo. Sed rationes adductæ superius a me apponunt gladium huic dubitationi. Et vlterius adduco, ꝙ istud vtile dominium nunquàm fuit acquisitum ecclesiæ, sed semper fuit apud laicos: quia ille antiquus, qui reliquit dictis ecclesijs dominium directum, antea iam concessit illā domū do. Nanni & Bonifacio de Gozadinis in emphyteusim perpetuam: & sic a laico deuenit ad præfatum dominum Scipionem ab hæredibus illorū: ergo sequitur, ꝙ dominus Potestas poterit iudicare super huiusmodi causa: nec poterit declinari iudicium ex persona regentium ecclesiam sancti Iacobi, & in ecclesiam sancti Michaelis. Præterea vlterius ad prædicta adduco, quod voluit Bald. post Gul. de Cune. in l. solennibus. C. de rei ven. vbi in 2. q. quærit, nos habemus, ꝙ si ille, qui tenet rem in emphyteusim, cessat in solutione pensionis per biennium in ecclesia, vel per triennium in priuato, ꝙ perdit ius suum. l. 2. C. de iure emphy. authen qui rem. C. de sacrosan. eccle. modo ponit, ꝙ ego tenebam fundum a quadam ecclesia in emphyteusim sub certo censu, possessio istius rei peruenit ad tertium, qui possedit & soluit canonem per 10. annos: ego vero canonem non soluit tempore, quo ego non possedi: modo ago rei vendicatione contra hunc possessorem, ipse non potest opponere de præscriptione: quia ipse non habet titulum: vt l. nullo. C. de rei ven. sed opponitur mihi, ꝙ cecidi a iure meo: qui non solui canonem, quæritur quid iuris: respondet planum est, ꝙ si non habet refirmā ab ecclesia, non potest mihi opponere de canone non soluto: vt no. in l. 2. ff. si ager vectigal. Sed ponamus, ꝙ habeat refirmam ab ecclesia, nunquid hoc prætextu possit me excludere. dicit Gul. de Cune. ꝙ non: quia ille census æquiparatur tributo: vnde a quocunque soluatur, res non incidit in commissum, allegat pro casu. l. forma. §. sed cum ego. ff. de censit. & istud nos habemus in alia materia: nam nos habemus, ꝙ vasallus mortuo patre debet infra annum adire dominum feudi, & petere inuestituram, alia perdit feudum. c. vlti. in titu. quę sit prima causa benefic. amit. pone, ꝙ patre meo mortuo tu incipis feudum possidere, nolebas mihi restituere: steti per biennium, & non petij inuestituram a domino, nec præstiti iuramentum fidelitatis, queritur, vtrum amiserim feudum. determinat Gul. de Cu. ꝙ non ad hoc mouetur per d. l. forma. §. cum ego. Itē quia ad hoc, vt vasallus † amittat feudum, requiritur, ꝙ sit in dolo: vt in c. fin. de prohib. alie. feud. per Lothar. Sed ego dicor non fuisse in dolo non possidendo: quia ex quo non habeo commoditatem feudi, non teneor subire onera feudi. & hanc doctrinā Guliel. de Cun. sequitur Bald. in dicta l. solennibus. & sequitur ibi Saly. & sic Gul. Bald. & Saly. arguunt ibi de emphyteusi ad feudum. simile facit Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obliga. & in l. cum hi. §. si vni ex pluribus. ff. de transac. Modo ista doctrina data per Gul. decidit hanc dubitationem: quia cū auctores domini Scipionis habuerint priorem inuestituram, & per consequens potiorem, quàm isti conuenti: posito ꝙ dicti conuenti fuerint inuestiti, & soluerint canonem, tamen propter hoc non præiudicauerunt dicto domino Scipioni, nec suis auctoribus, si non soluerint canonem, quia non fuerunt in dolo: cum non habuerint possessionem dictæ domus: ideo eis non est imputandum, si non soluerint dictum canonem. licet ergo illi conuenti habuerint concessionem in emphyteusim ab ecclesia, & soluerint canonem, non propter hoc præiudicauerūt domino Scipioni, nec suis auctoribus, a quibus dominus Scipio consecutus extitit legitimam cessionem: eoque magis cum dicta domus fuerit suorum antiquorum: vt est tex. elegans in l. si in emptione. ff. de minorib. in versic. veluti suorum antiquorum. facit, quod voluit idem Bald. & quod habetur in l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. Et sic apparet ex istis, ꝙ magnificus compater meus fouet iustitiam non solum quò ad iudicium, vt agitetur coram domino vicario domini Potestatis: sed etiam quò ad merita causę, vt competat sibi rei vendicatio contra illos conuentos possessores, arg. eius, quod habetur in l. officium. ff. de rei vendic. & capi. examinata. de iudici. Et ita concludo in fauorem eius.

EPITOME.

¶ Dos materna non computatur filio in legitimam sibi debitam in bonis aui.

Profectitia quæ dicantur. nu. 1.
Legitima ex quibus deducenda. nume. 5.

CON-

CONSILIVM LXXXV.

VIso puncto, & facti contingentia, quæ est hæc, videlicet, pater dotauit duas suas filias, vna decessit relicto filio, ipsius sui patris nepote, ipso auo viuente: postea dictus pater fecit testamentũ, in quo vniuersalẽ sibi ascripsit hæredem alteram superstitem filiam, nulla facta mentione nepotis ex filia defuncta: dubitatur, vtrum dos materna computatur filio in legitimam in bonis aui. Et quidem Bart. in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam. in versicul. quæro, filia decessit antequam pater relicto filio, an illa dos data filiæ computetur in quartam nepoti, sicut computaretur matri suæ. refert se consuluisse quòd sic. & hodie etiam consuleret: & idem dixit consilio 145. incipiente, pater dedit dotem &c. & idem voluit consilio 89. incipiente. Naldus dedit dotem. in quibus consilijs easdem rationes apposuit: & nõ alias, quas apposuit in dicta l. in quartam. fuit pro certo ab ipso principe Deo donata gratia interpretandi has leges nostras vniformiter: quia illud, quod semel inuestigauit, perseuerauit in illo, etiam dato lõgiori studio: nec auxit, nec detraxit prioribus suis dictis. miror vehementer: quia propter diuersa phãtasmata quotidie in nobis generantur diuersæ intellectiones: vt scribit philosophus in tertio de anima. l. diui fratres. ff. de iure patronatus. ideo plerique iuris interpretes scripserunt diebus suis nouissimis, quòd prioribus potest dici, quòd diuisiones gratiarum sunt secundùm eundem spiritum: & iõ non refero rationes Bartol. quas posuit in dicta l. in quartam. sed idem Bartol. si rectè ponderetur in lege cum oportet. C. de bonis quæ liberis, tenuit con-
1 trarium: dicit enim ibi gloss. quòd † profectitia dicuntur quæ ex substantia patris veniunt, & capitur ibi illud verbum ex largè: vt veniant ea, quæ occasione patris proueniunt. Barto. ibi dicit, quòd aliter accipitur dictio ex, in l. scimus. §. repetitionem. C. de inofficio. testamen. & sic dicit, quòd accipitur strictè pro eo, quod immediate prouenit a patre: quia illa dictio ex stricto modo sumpta importat causam immediatam. ita probatur in l. non dubium. C. de legib. & l. j. C. si seruus exte. l. eo tempore. ff. de pecu. Bartol. in l. prima. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. naufra. & in l. prima. §. nunc videamus. ff. de coniung. cum emancip. lib. & in dicta. l. non dubium. & in l. ait prætor. §. quod si de fructibus. ff. de bon. auctorita. iudic. possid. & in lege cum filius. §. hæres meus. ff. de legatis secundo. Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. & in lege si de interpretatione. ff. de legibus, & in lege de pecoribus. ff. ad legem Aquiliam, & in l. tertia. C. de action. empt. Ioan. Andr. in cap. qualiter. de elect. do. Anto. in ca. j. de cleri. pug. in duello. Ecce modo, qualiter met Barto. si rectè ponderetur, sentit, ꝙ dos matris non computatur suo filio pro legitima debita nepoti in bonis aui, ex eo quia. d. l. scimus. §. repletionem. dicit, ꝙ legitima debetur ex substantia defuncti, & il-
2 la dictio ex, ibi ponitur propriè, & tunc † dicitur poni propriè, quãdo importat causam immediatam: vt probant dicta iura. & dicta dos propriè venit filio a matre sua defuncta, & largè & impropriè dicitur venire ab auo, ergo sequitur, ꝙ Bar. ita tenuit, ꝙ
3 dos † non computatur in legitimam in bonis aui, & est bene ponderandum istud, quia nullus antiquorum, nec modernorum habuit animaduersionem de hoc. ecce nunc, ꝙ Bart. tenet hanc partem. Secundo dico istud probari in dict. §. repletionem. dum dicit, ex ipsa substantia. & sic vtitur illo pronomine demonstratiuo ipsa, quo casu propriè importat ipsum indiuiduum, vt habetur in l. sæpe audiui Cesarem, in ver. ipse. ff. de offic. pręsi. & c. coram. in versi. sæpe. ff. de offi. delega. & ideo Bart. in quodam suo consil. incipien. factum sic se habet. quod est in ordine. 82. considerat ista verba, ipsis filijs apposita in quodam testamento, & sic illud verbum ipsa, importat immediate, & indiuidualiter patrimonium patris, sed dos est patrimonium filię, vt l. Pomponius Philadelphus. ff. fa. ercisc. ergo sequitur, ꝙ sic subtiliter inducendo illum tex. probatur ibi formaliter, ꝙ iste nepos debet consequi legitimam in bonis aui. licet habuerit dotem maternam, nec aliquis modernus, nec antiquus doctor ad hoc animaduertit. Itẽ secundùm hanc partem consuluit Paul. de Castr. in consil. 149. incipi. circa primum quæsitum. vbi consuluit contra Bart. & dicit, ꝙ hodie communiter instrumenta dotis concipiuntur hoc modo: pater dat dotem pro filia, & stipulatur reddi ipsi filiæ: si igitur instrumentum dotis stat hoc modo, ꝙ pater stipulatus est reddi ipsi filiæ: tunc clarum est secundum Bar. ꝙ dos non computatur nepotibus in legitimã quò ad successionem aui: quia non haberent ipsam ab eo auo, sed a matre, non de patrimonio aui, sed matris, cui fuit acquisitum iure donationis, iuxta ea quæ no. Bart. in l. post dotem. ff. sol. mat. in 4. q. ideo non deberet computari. d. l. scimus. §. repletionem. & in hoc dicit concordare insimul tam Barto. quàm Bald. & sic erit isto casu videndum instrumẽtum dotale, in quo pater dedit dotem huic filiæ, qualiter fuerint concepta verba restitutionis dotis, quod instrumentum mihi non fuit transmissum, & sic res erit sine dubitatione aliqua: quia sic doctores sunt concordes. & plus dico, ꝙ si non poduceretur instrumentum dotale, ꝙ non præsumeretur celebratum ita vt celebrari consueuit, per id, quod habetur in l. si prius. §. rectè placuit. ff. de aqua pluui. arc. & quod voluit ibi Bar. & per l. excepto. C. loc. & quod voluit ibi Bal. & ꝑ id, qđ voluit Bar. ĩ l. dñis. C. de agri. & cẽsi. lib. 11. & ideo pulchrè dixit Andr. de Iser. in c. j. ĩ qui. cau. feu. amit. ꝙ si quis accepit feudũ ꝓ se, intelligit̃ accepisse pro filio masculo. & mouetur: quia sic consueuit concedi: & ideo egregiè dixit Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugi. ꝙ illud, quod est consuetudinarium, non est arbitrarium: ideo videtur data dos, vt reddatur filiæ: quia ita fieri consueuit: vt dicit D. Paulus & clarum est, ꝙ statur dicto doctoris solennis: cum dicit, ita seruatur hodie, nisi probetur contrarium: vt dixit Bart. in commento. l. de quibus. ff. de legib. ideo statur gloss. in l. rem non nouam. C. de iudic. cum dixit, lege cauetur: sed consuetudine non habetur, glo. in l. si locus. ff. quemadmo. ser. amit. & glos. in c. j. de treug. & pac. & in cap. cum multæ. 15. q. vlti. Sed si inuenitur instrumentum dotis celebratum, in quo pater non fuit stipulatus dotem filiæ restitui: sed simpliciter filiæ, aut sibi, quo casu videtur stipulatus restitui ordine successiuo: vt voluit Bart. in l. vxorem. §. testamento. ff. de leg. 3. & d. l. post dotem, secundum vnam lec. tũc non potest dici filiæ donatam dotem fuisse: tunc stat dubitatio, in qua Bart. dicit computandum esse in legitimam debitam nepoti in bonis aui: quia habent eam ab ipso secundum ius commune, vel secũdùm consuetudinem, secũdum quam debetur dos nepoti: quia ex patrimonio aui mediante consuetudine, quæ æquipollet dispositioni ipsius aui, arg. d. l. scimus. §. repletionem. sed Pau. de Castr. in dicto consilio dicit: cum reuerentia tanti viri, pro certo suum fundamentum est minus perfectum: fateor, inquit ibi. D. Paul. ꝙ ex patrimonio immediate habent: vt ipse dicit: sed hoc non sufficit, immo requiritur

ritur aliud, ꝙ habuerint perfectè in eius morte, alias secus. vnde illud, quod perfectè filius consequitur a patre morte patris. ita ꝙ nõ sit necessaria alia mors, nisi mors patris, non computatur in legitimam, nisi sit expressè dictum. hoc dicit procedere in donatione, quæ sit filio emancipato, vel filio in potestate propter benemerita, quibus casibus statim valet donatio: nec imputatur in legitimam, nisi sit dictum. l. si quando. C. de inoffi. testa. & hoc tenet idem Bar. in d. l. in quartam. & est ratio: quia tunc statim exit & euellitur a patris patrimonio, ita ꝙ tempore mortis in eo non reperitur. constat autem, ꝙ legitima est tertia pars eius, quod reperitur tempore mortis. l. cum quæritur. C. de inoffic. testa. & no. in l. j. C. de inoff. dona. ergo illud, quod non reperitur in patrimonio tempore mortis, sed euulsum est per donationem validam, non computatur in legitimam, secus dicit esse in dote, & donatione propter nuptias:
4 nam † donationes illæ etiam si dicantur esse patrimonium filiorum, non tamen penitus exiuerunt de patrimonio patris propter cõmunionem, quam pater habet in eis, & spem, quam habet recuperandi a filia mortua: meritò mortuo patre viuente ipsa filia debet ipsa filia computare in legitimam: qa reperit eam adhuc in patrimonio patris, & idem in nepote ex filia de iure communi, si non esset consuetudo, quæ disponit apud nepotes remanere, & iste est casus. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testa. quæ inquantum loquitur de nepotibus, intelligitur considerata dispositione iuris communis. secundũ quam dos mortua filia statim debuit restitui patri, & sic eo postea moriente reperitur in eius patrimonio, & ita procedunt omnes rationes Bar. quas ipse fecit in d. l. in quartam. & in dictis suis consilijs. Sed præsupposita consuetudine, quæ statim mortua filia tribuit dotem prædictam nepotibus, dictum Bar. & decisio sua non procedit: quia statim mortua filia tribuit dotem aui, & effecti erant dicti nepotes domini dictæ dotis, non ex successione matris: quia dicta dos nunquàm perfectè fuit matris, ex quo nõ erat ei donata, ideo in ea non habuit hæredem: sed ex consuetudine prædicta. & ideo non debet nepotibus in legitimam imputari quò ad successionem aui, & sic concludit dominus Paulus in dicto suo consilio, dotem maternam non computari filio in legitimam debitam in bonis aui. Et sic sublatæ sunt penitus rationes Bar. allegatæ in dictis locis. ergo sequitur, ꝙ ista dos non debet computari huic nepoti in legitimam eidem nepoti debitam in bonis aui. ergo poterit consequi dotem a secundo marito suę matris, & petere legitimam sibi assignari in bonis aui. Et adhuc adduco, quod voluit idem Pau. de Ca. consi. 123. incipien. dubia, de quibus quæritur, in secundo dubio illius consilij. vbi idem dixit, quod in consilio allegato superius: & sic cum magna deliberatione videtur ista consuluisse, arg. l. diui fratres. ff. de iure patro. & indubitanter ista apponunt gladiũ ad hanc dubitationem, vt iste nepos consequatur legitimam, nec dotem maternam sibi imputet in legitimam debitam in bonis aui. Et ad prædicta adduco, quod voluit Pe. de Ancha. consil. 47. incipien. visis diligenter verbis testamenti. vbi refert opinion. Bar. quæ originaliter fuit Iacob. But. & præmittit, ꝙ filij, vel nepotes etiam cum veniunt ex testamento, debẽt habere legitimam puram, & sine aliquo onere, ex quo sequitur, ꝙ multofortius in casu nostro, cum iste auus satis ipse se habuit erga suum nepotem ex filia, non faciendo aliquam mentionem de eo in dicto suo testamento. Præmittit etiam dom.
5 Pe. ꝙ † imputatio in legitimam debet fieri de rebus, quas quis consequitur ex substantia eius, de cuius bonis venit legitima detrahenda. d. l. quoniam. de inoffi. testa. l. illam. C. de colla. Sed nepos non percipit istam dotem ex bonis aui, sed tanquàm hæres matris, ergo non debet nepoti imputare in legitimã debitam in bonis aui. Nec obstat, si dicatur, ꝙ ista dos fuit profecta de bonis aui, qui dedit eam filiæ: ergo debet sibi imputare, si viueret, in cuius locum subrogaretur nepos: quia respondet esse aliud in filia, aliud in nepote: quia filia peteret legitimam in bonis patris iure, & immediate posset dici dicta dos a patre profecta: & per consequens in legitimum imputanda esset d. l. quoniam nouella. sed nepotes veniunt vt hæredes matris, ergo venientes ad legitimam in bonis aui non debent sibi imputare, quod capiunt ex persona tertij non de bonis aui, quia nulla lege cauetur. Nec obstat, ꝙ dos traxerit originem ab auo, vt sic principium habeamus inspicere quò ad illam imputationem: quia ex quo dicta dos exiuit patrimonium aui, non debet attendi, ꝙ semel fuerit in eius bonis sed persona, in cuius bonis hodie reperitur debet attendi: vt c. j. de iure patro. libr. 6. l. Paulus. ff. de acqui. hære. versic. quia mutatione personæ castrensia esse quasi desierunt. & respondet ad Bar. in d. l. in quartam, quia potest habere, locum eo casu, quo dos a patre profecta ad eum reuertitur moriente filia: sed in casu nostro ista dos non fuit vnquam reuersa ad patrem, ergo sequitur, ꝙ non obstat doctrina Barto. Et ita dominus Petrus consuluit, ꝙ nepos non imputet sibi in legitimam dotem maternam. & adduco, quod voluit idem dominus Pe. consi. 305. incipien. dominus Barto. plenè tangit illam quæstionem. & consuluit contra Bartol. & respondet ita vt responsum est; & dicit, ꝙ de consuetudine nepotes succedunt in dotem maternam, vt iam apparet de consuetudine approbante opin. Marti. vt habetur in l. dos a patre profecta. C. solu. matr. refert etiam ibi distinctionem Bald. in l. illam. C. de collat. Et facit, quod voluit Bald. ibi. dicit enim post aliquas vrgentes rationes, quas facit, hanc esse veritatem, vt nepos non imputet sibi dotem in legitimam. & ita Bald. ibi firmat pedes vt in firma petra: dicit tamen, posse ex æquitate dici, ꝙ si nepos succedat cum patruo, & similibus personis: quia tunc fingitur locis matris, debeat sibi imputari, argumen. l. si viua matre. C. de bo. ma. sed si succedat cum alijs nepotibus: tunc quia non repręsentat matrem, non imputat sibi. & per hanc distinctionem dicit saluari varias opin. doctorum, & ita refert se consuluisse: sed idem Bald. in d. l. quoniam nouella. in j. q. format hanc quæstionem, & refert se consuluisse, pater dederat dotem pro filia, & stipulatus erat eam sibi reddi si matrimonium dissolueretur sine liberis, predecessit filiam cum liberis, fuit quæstio, an isti liberi imputent sibi dotem in legitimam, dixit quòd non: quia hoc casu ex tacito pacto remanet penes liberos tanquàm hæredes matris: ita quòd istam dotem non habent ab auo, nec aui beneficio: sed ex successione materna, refert ita disputasse Iacob. de Belu. & ita voluisse Barto. in l. si cum dotem. in princ. ff. sol. matr. & respondet ad rationes Bartol. factas in contrarium: vt ibi per eundem Bald. & sic Bal. ibi non dat illam distin. quam dedit in d. l. illam. Sed in dic. l. scimus. refert Iaco. Butriga. ibi in addi. & Barto. in dict. l. in quartam, & non eligit opinio. quam velit teneri: sed dicit, tene quam opin. vis. sed Salyce. in d. l. quoniam nouella tangit, & non eligit opinionem: sed ĩ d. l. scimus. §. repletionem. dat illam distinc. quam dedit Bal. & cum ea transiuit ibi. Sed Ioannes de Imo. in commento. l. in quartam. tangens hanc dubitationem retulit illam distin. Bal. & cum ea transiuit Ioannes

de

de Imola ibi.& etiam transiuit Rapha.in d.l.illam. & ibi Ludo.Roma. ad plenum refert doctores scribentes : sed in multis deficit, vt apparere potest ex superius relatis a me. Stat modo difficultas in hac distinctione Bald. & quidem animaduertat dominus iudicans, primo : quia Bald.primo ibi tenet, ꝙ ex iuris dispositione materna dos non computatur filio in legitimam debitam in bonis aui : & ita tenuit vbique.postea dicit,posset de ęquitate dici,aut nepos succedit cum patruo &c.ipse de hac æquitate non allegat.l.hoc dicentem.ipse mouetur de æqtate ex sua ceruice prouenientem:nec doctores:qui illam distinctionem sequuntur,allegant aliquid ꝓbans hanc doctrinam : ergo non est iure cautum istud,quod dicit Bal.Secundo ista legitima est euellenda ex ipsa substantia patris : vt d.§.repletionem. inducendo vt superius induxi. in casu nostro non euellitur: quia ipsum ex ipsa cõsuetudine prouenit ad filium:ergo.Item istam partem tenuit Bart.in d. l.cum oportet. inducendo ita ;,vt superius induxi. Item nos non sumus eo casu, quo distinguit Bald. quia ipse fundat se in quadam æquitate, vt nepos non habeat plusquàm habeat alia fęmina,vel alius filius illius aui.& sic ideo vult, si nepos venit simul ad successionem,ꝙ computet sibi dotem in quartã, sicut computat sibi alia filia, ne sit melioris conditionis nepos, quàm filia aui.ista fuit mens & consideratio doctorum sequentium : quia tunc ingreditur locum suæ matris, & subrogatur in locum suæ matris : sicut ergo mater sibi computaret in legitimam in bonis patris dotem a patre suo sibi datam, ita & pariter computabit sibi filius eius. Circa hoc duo considero.primum est, ꝙ ista distinctio Bal. nõ procedit.Secundo posito, non tamen concesso, ꝙ procedat,tamen est aliena a casu nostro.Capio primum, ꝙ non procedat. & adduco illam rationem, quam fecit superius D.Pau.de Ca.in consilio allegato,vbi redarguit illam rationem Bal.vt iam superius retuli.Item ego confundo dictum Bal.ratione,ꝙ in
6 † portione filiæ præmortuæ filius est magis priuilegiatus, q̃ altera filia aui: vt probatur in l. cũ auus.ff. de cond.& demon.ergo sequitur,ꝙ dẽt sibi imputare in legitimã.Item licet subrogetur in locũ matris, non tñ per omnia,iuxta not.in l.vnica.in prin.C.de rei vxo. act. Item quia ex dispositione cõsuetudinis iste nepos succedit in dote, & non facto, & dispositione matris,nec facto & dispositione aui.Itẽ qa diuersa est rõ,qa filia accipit propriè,& immediate dotẽ illam a patre suo:sed nepos ex altera filia nõ accipit ab auo ꝓpriè,& immediate:& sic nõ est eadẽ rõ in vtroq;,ergo erit diuersum ius.c.trãslato. de ꝯsti.c. inter corporalia.de trãsla.epi.ergo.Itẽ iste nepos nõ succedit auo vt filia, sed succedit vt nepos : licet.n. sua mater cõputaret dotẽ in legitimã, iõ est: qa illã recipit immediate a dotãte, ꝙ nõ est sic in nepote. ¶Capio secundũ, videlicet ꝙ Bal.nõ loqtur in casu nr̃o, ꝙ sic distinctio sua non põt adduci ad casum nr̃m.istud demõstro ad oculũ.Bald.se fundat super æquitate,quo casu vr̃ sentire,vt eo casu, quo nepos æqualiter succedit cũ patruo in bonis aui,vel cũ altera filia illius aui,q̃ habuit dotẽ ab ipso auo, videt̃ iniquũ,vel saltẽ non vr̃ æquũ,ꝙ plus habeat nepos, quàm filius ipsius aui. Sicut ergo filia cõputat sibi in legitimã dotem datam sibi a patre, eodẽ modo cõputabit sibi nepos dotẽ maternam, vt non iudicẽtur ad imparia,arg.eius, quod hr̃ in l. cum pater. §.dulcissimis. ff.de leg.2. ne detẽ occasio discordiæ, ar.l. cũ oportet. §.finautẽ. C. de bo.q̃ libe.Et in hoc Bal.videtur fundasse suam æquitatem, vt non iudicentur ad imparia. Sed in casu nostro non versatur ista æquitas,imo videtur adesse omnis iniquitas : ex eo qa ille impius auus instituit sibi vniuersalẽ hęredẽ illã filiam superstitẽ. & de isto nepote nato ex altera filia præmortua nullã fecit mẽtionẽ. Resultat mõ maxima iniquitas, ꝙ iste nepos veniat ex parte matris,& succedat in locum matris,& nihil habeat nisi legitimã,& altera filia sibi habeat vuiuersa bona dicti aui.iuxta illud, qđ detestat̃ summus doctor ab omni donatione celebratus Hieronymus,quem refert Gratianus in ca.dia coni.93.dist.solus,inquit, eps sibi occupet vniuersa.& sic cessat æqtas, de qua loquitur Bal.in casu nr̃o:imo dictũ Bal.si rectè ponderetur,facit,pro ista consultatione.Ideo iste nepos recuperabit dotes maternas integras ab isto secundo marito,si statutum aliquod nõ resistat:quia pleraque municipia disponunt, ꝙ vir lucretur dimidiã dotem vxore prædecedẽte in matrimonio,de quod statuto nulla facta est mentio in puncto mihi transmisso.ideo erit producendum: quia statuta sunt facti,& in facto consistunt:vt c.j.de constit.lib.6.Et iõ cõcludo, ꝙ iste nepos recuperabit dotes maternas, & consequẽter legitimam integram in bonis aui : nulla facta computatione dictæ dotis in tali legitima.Et ita concludo.

EPITOME.

¶Verba cõtrahentium indicant,an quis se obliget vt principalis,an vt fideiussor.Item nouæ personæ interuentu fit nouatio.

SVMMARIVM.

Contrahentes illud voluerunt, quod verbis expresserunt.nu.1.
Verba,principaliter obligare,quid importent.nu.2.
Species derogat generi:sed non contra.nu.6.
Absolutio præsupponit obligationem.nu.9.
Actus posterior quando deroget priori.nu.11.
Ius quæsitum alteri,quando possit ei auferri,vel non.nu.17.
Nouatio fit interuentu nouę personæ.nu.18.

CONSILIVM LXXXVI.

VIso puncto, & solenni animaduersione pẽsato, mihi videtur aperto iure dicendum, ꝙ dicta absolutio vicissitudinaria facta inter dictos Matthæum procuratorẽ, & reuerendissimũ Abbatẽ de Rogerijs non habeat impedire exactionẽ affictuũ ꝯ Ioannẽ Fontanellã, pro q̃bus promisit satisfacere dicto dño Abbati de Rogerijs:nec potest opponere exceptionẽ excussionis cõtra principalem.Et quia ista consultatio tota pendet ex viribus, & efficacia instrumentorum mihi transmissorum ; ideo illa aggredior eo ingenio, quo a gratia altissimi principis Dei largitoris concedetur mihi cani suo iniquissimo peccatori. Dicitur in dicto instrumento,in quo præfatus Ioannes Fontanella promisit dicto dño Abbati soluere dictos affictus hoc modo: & velit & intendat prouidus vir Ioãnes Fontanella se obligare præfato domino Abbati de Rogerijs modo,& forma infrascriptis, sciẽs ad p̃dicta non teneri:sed volens infrascriptæ obligationi accedere, precibus & instantia Ioannis Francisci procuratoris Abbatis Philippi,sponte &c. per se & suos hæredes promisit dicto Abbati de Rogerijs de omnibus affictibus,& de omni & toto eo,qđ Ioannes de Taculis nomine dicti Abbatis Philippi promisit in instr̃o cõfecto per Petrũ de Botonibus: nõ obstante ꝙ dictus Ioannes de Taculis ꝓmiserat satisfacere creditoribus Abbatis de Rogerio prædicto specialiter in ciuitate Bononiæ,Imolæ &c.vbi a dicto Ioanne Fontanella petitę fuerint dictæ quantitates

-titates pecuniarũ,& rerũ pro parte dicti Abbatis de Rogerijs, ꝙ si dictis loco, forma,& terminis non solueri, promisit dicto Abbati de Rogerijs dare, & p̄sentare tot pignora &c.quæ bene valebunt dictũ affictũ,& contenta in dicto instr̃o &c. Dr̃ etiam in dicto instr̃o, ꝙ p̄cibus & instãtia dicti Ioãnis Francisci procuratoris Abbatis Philippi,licet sciret se non teneri,nec obligatum esse ad infrascripta:nisi instr̃m, de quo est dictũ,ipsum efficaciter obligaret.Et volẽs etiã in casu, quo eius vigore nõ teneretur, vel obligatus esset,teneri, & obligationi oĩum & singulorũ in ipso instr̃o ꝯtẽtorũ accedere:& principaliter obligare se,& bona,& hr̃des, & nõ aliter,nec alio mõ, & animo,& intẽtione vnã solam obligationẽ esse ꝓ p̄dictis,& nõ plures : nisi q̃tum est pro cautela & securitate ipsius Abbatis de Rogerijs ꝯtrahẽdi, & faciendi solenniter per stipulationẽ præfato Abbati de Rogerijs, se obligauit ad oĩa & singula in dicto instr̃o ꝯtenta,& in quibuscũq; eius partibus,& capitulis ac mẽbris,& de nouo,inquantũ opus sit, fideiussit, soluere promisit &c. Ita formaliter sunt concepta verba instr̃orum prædictorũ.Stat mõ difficultas,si iste Ioães de Taculis videat̃ se obligasse principaliter,& vt principalis, & non vt fideiussor: & ẽt vtrũ interuentu nouæ p̄sonæ ipsius Ioãnis de Fontanellis videatur facta nouatio illius primę obligationis interueniẽte mutatione obligationis primæ: q̃a ille Ioães de Taculis ꝓmiserat vt ꝓcurator illius Abbatis Philippi de dictis affictibus soluere creditorib⁹ dicti Abbatis de Rogerijs:& cũ isto Ioãne Fõtanella fuit mutata illa ꝓmissio,& illa obligatio, vt ille Ioães Fõtanella solueret eidẽ Abbati de Rogerijs illos affictus, quos ille Ioannes de Taculis dẽbat soluere creditoribus ipsius Abbatis de Rogerijs. Et sic vtrũ ꝯcurrẽtibus istis duobus adinuicẽ, videlicet interuẽtu nouæ p̄sonæ, & mutatione obligationis primæ,videat̃ facta nouatio:& teneat̃ ille Ioãnes Fõtanella vt principalis,& nõ vt fideiussor. ¶ Et p̄mitto primo,ꝙ illud† voluerũt ꝯhẽtes,qđ verbis exp̄sserũt.l.Labeo.§.idẽ Tubero.ff.de sup.le.voces.n. sunt signa earũ.q̃ sunt in aĩa passionũ notæ,teste philosophorũ principe Aristotele.j. perihermenias. & inq̃t Cassiodorus, vt refert Bal. in c.j.de testibus.nullum magis mentis nostræ testimonium, quàm qualitas inspecta verborũ.lege nominis & rei.§.verbũ ex legibus.ff.de verborũ signi.facit,qđ asserit Bald.in c.mãdatũ.de rescr.qđ linguæ imperator est cor. & in tractatu scismatis dixit idẽ Baldus cordis preco est lingua. & facit lex ille aut ille.§. cũ in verbis. & lex non aliter.ff.de lega.3. & quod voluit Bal. in lege voluntatis.C. de fideicom. Et in passione dominica dicit. Nam loquela tua manifestum te facit. ergo qualis sit ista obligatio,colligitur ex verbis in expressis. Natura profecto tribuit animalibus potestatem exprimendi conceptus suos, & bobus mugitum, auibus garritum,hominibus loquelam.ergo ex tenore huius conuentionis cognoscemus eius vigorem,& efficaciam.& lege ad probationem.in versic.quem tenor adiuuat.C.de proba.& in lege sancimus. in ver. placiti tenor &c.C.de fideius.& capitu.si cui. in ver. tenorẽ.de cap.Corra.& capitulo ex tenore.de rescr. & lege si quis stipulatur stichum aut Pamphilũ in ver.quærentibus,inspiciẽdus est sermo.& lege,fideiussores magistratuum,ver. lecta subscriptione &c. ff.de fideius.facit capitulũ tenor. de re iudi.capituli penu.de confir. vti.vel inuti.Si ergo verba indicant, ꝙ ista obligatio sit principalis,& non accessoria, sequitur ꝙ d.Ioan.Fontan.tenet̃ vt principalis, & nõ vt fideiussor.& eodem modo si ille ꝯtus est innouatus aut interuẽtu nouæ personę,aut mutatione obligationis, videt̃ innouata obligatio,& innouatus pri-2 mus contractus.¶ Secũdo præmitto,ꝙ† istud verbũ principaliter obligare,est huius naturæ,ꝙ importat ipsam p̄sonã accessoriã & fideiussoriam,hoc decidit tex.in auth.sed principales.C.de iur. calũ. facit text. in c.pastoralis.de iud.in ver. principalis p̄sonæ. & in c.tuæ.de procur.in ver. principalium personarum. c.ad audientiã.in ver.principaliter.de præscrip.& in c.cũ olim.in ver. principaliter. de verb.sig. & qđ voluit D.Abb.in c.cũ non liceat,de p̄script.& qđ hr̃ in l.j.§.j.ff.qñ app.fit. & qđ voluit Bal.ĩ aut.hodie.C.de appel.& facit.l.principaliter.C. de lib.cau. & qđ ibĩ voluit Bal.& facit,quod volunt omnes docentes in c.cum super.de re iud.Modo iste Ioannes Fontanella dicit,ꝙ se obligat principaliter: ergo sequitur, ꝙ se non obligauit accessoriè in primo instrumento obligatiuo:quia cum dicit,ꝙ si non est obligatus ex primo instrumento, ꝙ obligat se in isto scđo instrumẽto principaliter, ex quo seq̃t, ꝙ dat̃ declaratio ad primũ instr̃m,vt in eo se obligauerit principaliter dictus Ioannes Fontanella:quia primus & præambulus ꝯtus præcedens si est dubius, recipit declarationem ex sequẽti,ẽt si ex interuallo sequatur. ita pulchrè dixit Ang.in l.pacta nouissima.C.de pa. Ad hoc allegat Inn.in c.innotuit.de eo q furt.ordi.suscepit. idẽ voluit Ange.in l.si quis cũ aliter.ff.de verb.obliga.sequitur ibi Lud.Roma.in d.l.si q̃s cũ aliter.q ad hoc allegat glos.in l.j.ff.de iudi.& bene facit ad hoc in argu.qđ habetur in l.fin.ff.de hære.instit.& quod voluit Petr.Cyn.& Bald. in l. per retentionem.C.de vsu.quia verisimile est,quòd sicut se obligauit in secundo instrumento principaliter, ꝙ ita se obligare voluit in primo instrumento principaliter. & ideo cũ in d.instrumento fuerit dictũ, velit & intendat se obligare &c.sequitur,ꝙ intelligitur principaliter,& nõ accessoriè, quia isti termini sunt disparati & substãtialiter differũt inter se: vt l.cum principalis.ff.de re.iu.coniuncto. c.accessorium.e.ti.li.6. Ideo sequitur istud necessariò,obligauit se Ioannes Fontanella principaliter. ergo nõ obligauit se accessoriè. Licet ergo dicatur in d.instr̃o, volens accedere dictæ obligationi, intelligatur principaliter & non accessoriè vt fideiussor,quo casu arguo sic formaliter, illud voluerunt partes ꝯhentes,quod verbis expresserunt: vt patet ex primo præsupposito : sed isti contrahentes voluerunt dictum Ioannẽ obligari principaliter:ergo nõ est obligatus vt fideiussor. Ex quo sequitur,ꝙ absolutio illa vicissitudinaria facta inter illos duos Abbates non impedit executionem fiendam contra illum Ioannem Fontanellam. Istud ꝓbatur ex duplici instrumento : quia in primo dixit, ꝙ volebat se obligare,ex quo sequitur,ꝙ principaliter: q̃a verba† in dubio interpretãtur ꝯ ꝯhentem: vt
3 c.contra eum,de reg.iur.lib.6.l.quicquid astringendæ.ff.de verbo.ob.l.veteribus.ff.de pac.potuit enim apertius loqui.cum ergo dixit,ꝙ velit & intendat se obligare, debuit exprimere vt fideiussor. cum ergo non expressit,ergo intelligitur vt principalis:imputet enim sibi cum apertius rem non dixerit, iuxta illud, qđ Terentio nostro venit in ore : ita apertè rẽ locutus es,nulla circuitione vsus.Itẽ & fortius istud demonstro ad oculũ,in dicto instrumento dicit̃, infrascriptæ obligationi: ergo nõ accessit obligationi superiori,qua tenebat̃ ille Ioães de Taculis vt ꝓcurator illius Abbatis Philippi ergo nõ est accessoria ista obligatio: q̃a ille Ioães de Taculis promisit vt procurator illius Abbatis soluere creditoribus Abbatis de Rogerijs. Sed ista est obligatio Ioãnis Fontanellæ,vt soluat dicto Abbati de Rogerijs: ergo nõ est accessoria, imo est principalis. Licet ergo illud primũ instrumẽtũ dicat,accedere infrascriptæ obligationi : tamen non intelligitur accessoriè : quia si

voluissent

voluissent cõtrahentes intelligere accessoriè tantũ: non vsi fuissent illis verbis infrascriptę obligationi: sed dixissent, suprascriptę obligationi, & per consequens datur ex hoc precipuum lumen ad illud verbum, accedere. & iõ cũ text. in l.j.ff.de fideiuss. dicat, fideiussor accedere põt. quasi illud verbũ accedere, cõgruat fideiussori: qa illud est verũ, qñ mã subiecta
4 illud patit: qa illud verbũ † accedere, refert ad fideiussorẽ: iõ intelligit p viã accessorię: oblõnis quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: vt dixit philosophorum longè princeps Aristoteles in 2. de anima. c. venerabilem. de elec. l. plenũ. §. eqtij. ff. de vsu. & habi. l. ex militari. ff. de test. mili. Cum ergo in casu nostro non referãtur illa verba: volẽs accedere ad illam obligationem, ad quam tenebatur ille Ioannes de Taculis, sequitur, ꝙ ista non est obligatio fideiussoria: sed est diuersa & aliena ab illa prima: nã natura accessorij, seu accidentis est in esse subiecto: vt scribitur apud philosophos. & habetur in eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. Sed ista stat de p se. ergo non est accessoria: sed principalis. Quinimo si rectè ponderetur, est peremptoria, & extinctoria illius primeuę obligationis: qa ille Ioãnes de Taculis obligauerat se soluere illos affict⁹ debẽdos Abbati de Rogerijs, soluere creditoribus dicti Abbatis, & p istam nascentem conuentionem obligauit se Ioannes Fontanella soluere dicto Abbati de Rogerijs, & per consequens venit ad perimendum potius illam obligationem, & sibi derogandum: ergo non est fideiussoria primæ. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod dicitur in dicto instrumento, quòd dictus Ioãnes Fontanella fideiussit, soluere pmisit, & pignora præsentare. Cum ergo in dicto instrumẽto dicatur, quòd fideiussit: ergo est obligatio fideiussoria. Ad hoc respondeo, quòd licet ita dicatur: tamen p hoc est principaliter oligatus, quod apparet ex dicto instrumento inquãtũ dicit principaliter obligare, quo casu obligauit se, vt principalẽ: ideo nõ pręsumitur, quòd dicti contrahentes ita incõtinenti se correxerint: quia non præsumitur ex iuris cẽsura: vt probatur in l. non ad ea. ff. de condi. & demonst. Quinimo istud contrarium tollit ex verbis ipsius instrumenti, in quo dicitur, inquantum dicit, ac de nouo inquãtum opus sit fideiussit: & soluere promisit: & sic nõ est fideiussio, nisi inquãtum sit opus pro cautela & securitate ipsius Abbatis de Rogerijs, non ergo fideiussit, nisi inquantum esset opus. Et plus ẽt apparet ex dicto instrumento, cũ dicit, de nouo fideiussit: qa ex hoc sequit, quòd antea nõ fideiusserat: qa dixisset, & denuo fideiussit, ergo nulla præcesserat fideiussio, nec fideiusserat, nisi quatenus esset opus pro cautela & securitate dicti domini Abbatis de Rogerijs: qa est dignũ sempiterna memoria istud ad casum nrm: ergo seqt, quòd non intercessit vt fideiussor ille Ioannes Fontanella. Et indubitanter ista apponunt gladium ad hanc dubitationem. Cum ergo sit debitor princpalis: seqt, quod nõ hẽt locũ dispositio auth. præsente. C. de fideiuss. Nec habet locum illa regula, quando sunt duo rei; quia ille principaliter tenetur, ad quem pecunia peruenit: vt l. si vt certo. §. si duobus. ff. commo. vbi per Ange. & in l. hinc quærit. §. 1. ff. de pecu. & p Gul. de Cu. in l. sed & Iulianus. §. idẽ ait. ff. ad Maced. Bart. in l. in duobus. §. j. ff. de duo. re. Ludo. Ro. in consilio 112. ¶ Et si quispiã opponat de eo, qđ scribit in quinta tragedia, & in l. j. ff. de excep. rei iudi. qđ petis, intus habes: sed huic dño Abbati de Rogerijs fuit integrè satisfactũ de dictis affictibu: vt apparet ex illa absolutione vicissitudinaria facta ĩter ipsum abbatẽ, & pcuratorẽ illius Abbatis Philippi, in qua dr, ꝙ sit tã vigore & occasione cuiusdam instrumẽti locationis factæ per ipsum Abbatẽ de Rogerijs, & ipsum Abbatem Philippũ, & super litibus & differentijs vertentibus inter eos occasione dictæ locationis, & propter lites vertẽtes super nonnullis accusationibus, tam in causis principalibus, q̃ in causis appellationum. & generaľr in quacunque alia ratione, vel causa expressa, vel non expressa. Et etiã dicitur, quòd talis absolutio se extendat ad non cogitata, ẽt si de eis expressa mentio fieri deberet. Cum ergo fuerit facta absolutio de instrumẽto locationis, prædictæ, quòd videt facta de affictibns debitis respectu dictæ locationis. & facit
5 ratio: quia sublato † principali videntur sublata accessoria. l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. accessoriũ. eod. ti. libr. 6. Item veniũt etiam ignorata, arg. auth. multo magis. C. de sacrosanc. eccle. ideo illa clausula inducit scientiam in genere: licet habeatur ignorantiã in specie, vt est tex. in lege qui iure. ff. de testa. mili. per quem tex. datur cautela: vt in transactione, vel absolutione fienda veniant ignorata; vt apponatur illa clausula, quo casu videtur dari sciẽtia in genere: quæ sufficit. perinde est, ac si esset sciẽtia in specie: vt est ibi tex. singularis, secundum Angel. & Bal. & idem volunt Pe. Cy. Bar. & alij in lege, sub ꝑtextu. C. de transac. & Ang. in lege, tres fratres, ff. de pactis, & in lege q Romæ. §. duo fratres. ff. de verborũ obli. & in lege sicut certi. C. de testa. mili. & in auth. ex cã. C. de libe. ꝑte. & in lege filio præterito. ff. de testa. & in l. manifestissimi. §. sinautem nescius vel dubitãs. C. de fur. & in suis consilijs, consilio 106. Inducitur ergo scientia in genere per illa verba ad incogitata, & per consequens perinde habetur, ac si de ipsis affictibus expressisset. Et etiam est põderandum, ꝙ dicta obligatio facta per illum Ioannem Fontanellã fuit facta de mense Augusti, & illa absolutio vicissitudinaria fuit de mẽse Nouembris facta eiusdem anni, quo casu posteriora derogant prioribus: vt l. pacta nouissima. C. de pactis. l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de legatis & fideicommissis. j. Et ista erant, q̃ adduci poterãt pro parte aduersa: vt dicamus, ꝙ cũ ista absolutio fuerit facta de illo instrumẽto locationis, vt videatur facta de omni sequela illius locationis, & de omni accessorio illius locationis: quia accessoria sequũtur principale: vt cle. dispẽdiosam. de iudi. c. si annũ quartũdecimũ. eo. ti. lib. 6. d. l. cũ principalis. & per cõsequens videtur facta de ipsis affictibus. ¶ Sed indubitanter ista non obstant: ex eo, quia illud instrumentum absolutionis nullam facit specificam mentionem de illis affictibus. Sed illa obligatio contracta per illum Ioannẽ Fontanellã facit specificam & specialem mẽtionẽ de illis affictibus soluẽdis dicto Abbati de Rogerijs. Quo casu datur
6 hæc doctrina: species † derogat gñi. l. sanctio. legũ. ff. de pęn. c. j. de rescrip. ca. generi. per speciem. de regul. iur. libr. 6. vnde datur hæc regula, ꝙ vbicunque sunt duo cõtractus, & vnus est posterior altero: tũc si vnus disponit ĩ genere & alter disponit in specie: tunc vnus non derogat alteri: sed procedunt ambo contractus: & vnus limitatur per alterum: p regulã præfatam. Species derogat generi. Nã si istud repertus in legibus. & in statutis municipalibus, multo fortius istud habebit locum in cõtractibus, qui sunt stricti iuris: vt l. quicquid astringendæ. ff. de verb. ob. l. veteribus. ff. de pac. l. j. §. si conuenerit. ff. deposi. ergo & c. Et ad hoc adduco. l. sed & posteriores. ff. de legi. & stupendum dictum Gul. de Cu. ibi qđ dictum ibi refert, & sequitur supremus doctor Bartol. dicit enim statutum est in ciuitate, ꝙ si furtum est de nocte commissum, emẽdetur p omnes de ciuitate. & istud est nouũ statutũ. Extat aliud statutũ antiquum, ꝙ si furtũ est de nocte cõmissum emẽdet p custodes loci, quæritur, qualiter vltimum statutum intelligat.

quidam dicunt, ꝙ intelligitur primum per vltimum arg. l. non est nouū. ff. de leg. Sed Gul. de Cu. ibi tenet ꝙ vltimū statutum intelligatur per primum, & ꝙ illa generalitas, ꝙ emendetur per omnes de ciuitate, intelligatur per oēs. s. custodes, argu. illius legis. cū primum statutum sit speciale, & posterius statutum sit generale: quia cū primum sit speciale, & secundum statutum sit generale, & species nō derogetur per genus: sed econtra: vt l. alimenta. §. Basilicæ. ff. de alimē. & ci. lega. & ibi per doctores. & per gl. in l. decurionibus. C. de silentia. libro 12. & not. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & l. quoties. C. fa. ercis. & ibi per doctores in regula, generi per speciē. lib. 6. Istud indubitanter decidit nostram dubitationem: qa cū in casu nostro ille Ioānes Fontanella se obligauerit soluere affictus dictę locationis domino Abbati de Rogerijs non obstante, ꝙ Ioannes de Taculis promiserit illos soluere creditoribus dicti domini Abbatis. & sic ille primus contractus est in specie: secundus contractus est in genere: ergo sequitur, quòd illi speciei non derogatur per illud genus, & per ꝯsequens illud secundum instrumentum absolutionis factum ita in genere non derogat speciali promissioni factæ per illū Ioannem Fontanellam de soluēdis dictis affictibus: quia genus non derogat speciei. Et ad hoc adduco, quod voluit Petrus de Ancharano in capitulo statutum. §. cum autem, de rescript. libro sexto. vbi refert se in facto consuluisse, statuto Teruisino cauebatur, quòd maritus lucretur dotem vxore prędecedēte in matrimonio. Alio statuto cauebatur, quòd forensis non posset acquirere bona immobilia Teruisij. Modo forensis contraxit matrimonium Teruisij cum quadam Teruisina, & ab ea habuit dotem consistētem in rebus immobilibus, moritur vxor in matrimonio: fuit dubium, vtrum ille maritus forensis lucraretur dotem illam, refert se consuluisse
7 quòd sic: quia † vnum statutum distinguitur & limitatur per aliud. Et idem voluit in repetitione capituli canonum statuta. de constit. vbi allegat Barto. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam. & in extrauag. ad reprimendum. §. non obstantibus. & in quodam suo eleganti consilio incipiente, domino Cyno de Castro Sancti Petri &c. & etiā ad hoc allegat Io. And. in addi. Spec. in tit. de sen. prola. §. vt autem. & in tit. de execu. sent. §. prostremo. vbi adducit plerosque maximos in iure viros, qui ita disputando decidere ausi sunt. Et adduco, quod voluit Baldus in c. j. de rescrip. vbi dicit. Statuto cauetur, ꝙ pęna homicidij sit mors: Statuto alio cauetur, ꝙ pro omni delicto imponatur pœna arbitrio Potestatis: dubitatur, vtrum pro homicidio imponatur pœna arbitrio Potestatis, decidit ꝙ non: quia genus non derogat speciei: sed species derogat generi. & sic non corrigitur primum statutū speciale per secundum statutum generale, adduco etiā, qđ voluit idē Bald. in l. maximū vitiū. C. de libe. pręte. vbi apponit similem quęstionem, quam vidit de facto, & ita ibi refert se cōsuluisse. Et adduco eundem Bald. in l. 1. C. ne liceat in vna eademq; cau. tertio prouo. Idem voluit Angel. in l. sed si lege. §. proinde. ff. de peti. hæreditat. & idem consuluit dominus Abbas in suis consilijs, consilio 104. & consului sæpenumero secundum hanc doctrinam in plerisq; ciuitatibus: & etiam vidi per alios ita consultum. Ista pro certo apponūt gladium ad hanc dubitationē. Cum ergo præcedat contractus specificus de affictibus soluendis per illum Ioannem Fontanellā, sequitur, ꝙ secundum instrumentum generale absolutionis nō derogauit priori specifico & speciali: & ista est indubitata veritas. Quinimo plus dico, ꝙ etiā sumus in illa rīa, expressum facit silere tacitum. l. fin. C. de pac. conuent. Cum ergo sit expressum illo primo instrō, ꝙ ille Ioannes Fōtanella se obligauit principaliter soluere dictos affictus dicto domino Abbati de Rogerijs. & in secundo instrumento solutionis teneaṫ de non soluendis dictis affictibus: ergo sequitur, ꝙ illud tacitum silebit ad expressionem affictuum soluendorum per Ioannem Fontanellam, & per consequens sequemur expressum, & omittemus tacitū. Pręterea etiam facit: quia illa nō est parua summa solutio dictorum affictuū, immo magna. & verisimile est, ꝙ si de ea partes sensissent, de ea fecissēt expressam mentionem. Cum ergo non fecerunt mentionem de illa, nullam intētionem videtur habuisse. Ad hoc facit, quod habetur in l. item Labeonē. §. hoc edictum. ff. de iniur. in ver. ea enim, quæ notabiliter fiunt, si non specialiter exprimantur, videtur quasi neglecta &c. Et sic stat firma conclusio, ꝙ si dicti absoluentes habuissent considerationem ad dictos affictus, quod de illis fecissent specialem & exp̄ssam mentionē. Et ideo facit: quia illud, qđ non dixerunt cōtrahentes, nō dicemus nos: vt l. si seruū. ver. non dixit prętor. ff. de acqui. hæredi. Cum ergo in dicto instrumento absolutionis non dicatur aliquid de dictis affictibus, nos nihil dicemus. Item si de dictis affictibus fuisset facta aliqua solutio, & per consequens instrumētum absolutionis apparet aliqua resonans scriptura nō comprehendit dictos affictus: quia communiter videmus fieri, ꝙ soluētes affictus præcipuè in magna quātitate soluūt per manus cāpsoris, vel recipiunt aliquas apodixas ab ipsis reci-
8 pientibus dictos affictus. & illud † quod est consuetum fieri, præsumitur factum: vt probat in l. si prius. §. rectè placuit. ff. de aqua plu. arcen. l. excepto. C. loca. cum similibus. ideo dixit Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugi. quòd illud, quod est cōsuetudinariū, non est arbitrarium: ideo verisimile est, quòd si pro parte illius Abbatis Philippi fuisset facta solutio affictuum decursorum, quòd aliqua scriptura appareret: cum ergo non appareat. sequitur, quòd non fuit facta solutio. Nec obstat, cum opponitur, quod petis, intus habes: qa istud nō probatur in casu nostro. nulla enim euidenti scriptura apparet, ꝙ soluti fuerint præfati affictus: quia istud nō exprimit illud instrumentum absolutionis, immo illa absolutio emanauit respectu illius locationis: & non super affictibus: quia cum dictum instrumentū se referat ad laudum latū a Reuerēdissimo legato domino Cardinale, videtur facta dicta absolutio respectu ipsius locationis: vt finireṫ, & non duraret pro eo tempore, pro quo facta fuerat, & sic limitata cā limitatū parit effectū, & separabiliū sunt separabiles cāæ. l. age cū Geminiano. C. de trāsac. l. in agris. ff. de acqui. re. do. & sic nunq̄ fuit facta solntio de dictis affictibus do. Abb. de Rogerijs. & sic nō est verū, ꝙ dn̄s Abbas præfatus petat, quod intus habeat. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ per illam clausulā, vt comprehēdat nō cogitata: videaṫ habuisse scientiā in genere dictis affictibus dominus Abbas de Rogerijs, dum allegatur. d. l. qui iure. & tot illustres doctores ita dicentes per illam elegantem legē in tot diuersis locis: quia pro certo nihil facit ꝯ hanc consultationē: ex eo, qa Ange. in dicta lege. tres fratres. limitat hanc materiam dicens, nisi probaretur contrarium: quia tunc non videṫ habuisse scientiā in genere. Modo in casu nr̄o satis videtur probari contrarium: ex eo quia in illo primo instrumento loquente specificè de ipsis affictibus soluendis per illum Ioannem Fōtanellam videtur derogatū illi instrumēto in genere loquenti de illa absolutione: qa species, vt est dictū, derogat generi: ideo ꝓducēdo illud instrm̄ in specie loquens de ipsis affictibus, satis videtur probatum illos affictus non esse solutos: nec fuisse factam absolutionem

tionem de ipsius: vnde succedit, quod probatur, eo ipso quòd non probatur contrarium: vt voluit glos. elegans in lege prima. & lege ex testamento. C. de testa. mili. & in lege, si creditor. C. de pigno. acti. & in lege super seruis. C. qui militare nō possunt. libro duodecimo, & in lege, prima. C. de fide instrumentorū. & iur. hastæ fiscalis. libro decimo. & in lege secunda. C. de error. aduocatorum. & in lege siue possidetis. C. de probatio. & in l. secunda. C. de petitio. hæredi- tat. & in capitulo primo. quod metus causa. & in ca. proposuisti, 82. distinctione. & in capi. sicut. de iureiurando, & in capitulo, nihil. de præscriptio. & in c. penul. de except. & in lege, si tutor. C. de pericu. tu. & in capitulo illud, de præsumpti. si ergo ille Abb. Philippus non probat se soluisse de illis affictibus, quòd illud instrumentum absolutionis non comprehenderet dictos affictus: videtur, quòd domino Abbati de Rogerijs non fuit solutum de illius affictibus. Itē ex quo ille Ioānes Fontanella extinxerat illam obligationem de soluendis affictibus creditoribus Abbatis de Rogerijs factam per Ioānem Taculis nomine Abbatis Philippi, & in se assumpserat vt principalem, sequitur, quòd est infirmitas ingenij dicere, quòd ille Abbas Philippus fuerat absolutus de illis affictibus: cum tempore dictæ absolutionis non erat obligatus ille Abbas Philippus: sed erat obligatus Ioannes Fontanella: vt ex primo instrumento fa-
9 cto de mēse Augusti liquidò apparet. Cū ergo † absolutio præsupponat obligationem: vt lege, manumissiones. ff. de iustitia & iure. lege decem. ff. de verborum obligationibus. capitulo ad dissolendum. de desponsatione impuberum. quòd illa absolutio nō potest cadere in ipsum Abbatem Philippum: quia nō habet talis absolutio subiectum susceptiuum & receptiuum dictæ absolutionis: quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Et ideo dominus Abbas de Rogerijs non absoluit illum Abbatē Philippū de illis redditibus: quia dictus Ioannes Fōtanella intrauerat in locum illius Abbatis, & in obligationem illius Abbatis Philippi: ideo non erat opus, quòd absolueret illum Abbatem Philippum: sufficiebat sibi, quòd ille Ioannes Fontanella se obligauerat vt principalis soluere dictos affictus: & (qđ plus est) innouauerat illā obligationem: quia procurator Abbatis Philippi, qui fuit ille Ioannes de Taculis, noīe ipsius Abbatis Philippi, se obligauerat soluere creditoribus dicti Abbatis de Rogerijs, & sic non solueret dicto Abbati, & per istud instrumētum celebratum de mense Augusti Ioannes Fontanella se obligauit nomine suo proprio: & vt principalis soluere dictos affictus præfato Abbati de Rogerijs, apponendo clausulam: non obstante, quòd Ioannes de Taculis procurator dicti Abbatis Philippi se obligasse procuratorio nomine soluere dicti Abbatis de Rogerijs creditoribus, & per consequēs illa absolutio non se extendit ad hanc obligationē, quam fecit Ioannes Fontanella: quia est alterius iuris, & alterius naturæ, q̄ sit illa, ad quàm tenebatur il
10 le Abbas Philippus. & ideo † ex separatis nō infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. lege, eum actum. ff. de negocijs gestis. lege si maritus. C. de donationib. inter virum & vxorem. ergo &c. ¶ Nec obstat, cum allegatur posteritas temporis: quia dicitur, quòd illa absolutio fuit facta de mense Nouēbris, & illa obligatio de mēse Augusti eiusdē anni. & sic posterio-
11 ra derogant prioribus: quia istud † procedit, quādo illi duo actus sunt eiusdem speciei: quia tunc ius nouissimum derogat priori, ita actus posterior derogat priori: vt quando sunt duo testamenta vnius & eiusdē testoris, vel sunt duo rescripta vnius & eiusdem beneficij: qa tunc actus nouissimus derogat priori. posset poni exēplū in capitulo si duobus. de rescrip. lib. 6. & in lege finali. C. de edicto diui Adria. tollēd. & in capitul. vltima voluntas. decimatertia quęstione secunda. & in lege prima. ff. de secūdum tabulas. & ibi plenè per Bartol. sed non sumus in eo casu loquimur enim, quando vnum instrumeutum est conceptum in specie: & est prius tempore, secundū instrumentū est in genere: & est posterius, & nouissimū, quod genus non derogat speciei: sed econtra: vt superius dixi, allegando tot illustres in iure viros: iō tūc vnum derogat alteri: sed vnumquodque seruatur in suo casu: quia vnum seruatur in specie, & aliud ī genere. & sic nō obstat capitulum primū, de constitutio. libro sexto. & quod ibi nota. per gl. Ioānem Andream & Petrum de Ancharano, & quod habetur in lege pacta nouissima. C. de pactis. & in lege si quis in principio testim. de legatis tertio. & in lege, si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis primo. & sic nō obstat illa obiectio. Ex istis elicit ɔclusio vera, & indubitata, quòd secundum instrumētum absolutionis factum de mense Nouembris nō derogat primo instrumento facto de mense Augusti: nec impedit exactionem fiendam ad instātiam domini Abbatis de Rogerijs aduersus illum Ioannē Fontanellam, qui se principaliter obligauit, & per consequens absolutum est primum membrum huius cōsultationis. ¶ Capio modo secundum articulum. videlicet, vtrū interuētu nouę personę & mutatione obligationis fuerit facta nouatio istis duobus adinuicem cōcurrentibus. Et dubiū facit. lex fi. C. de noua. vbi dicitur, nihil prioris cautelę innouari, sed anteriora stare & posteriora vt incrementum illis accedere, nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem, & hoc expresserint, ꝙ secundam magis ꝓ anterioribus elegerint. Ista sunt verba formalia illius textus, quo casu cū ille text. vtatur dicto verbo nihil, penitus videtur innouare. Vnde dixit Ioannes de Imola in l. penultima. ff. de prętorijs stipulationibus. ponderādum esse dictam dictionem
12 nihil, quę † est vniuersalis negatiua, cum adiunctione illius dictionis penitus. vnde idem est dicere nihil penitus, idest nihil omnino. allegat, quod no. gl. in clementina prima. de pręben. & quod voluit idē Ioannes Andreas in capitulo primo, de postu. pręla. libro sexto. in nouella: vt probatur in lege, is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs. & quod not. gl. in lege, a procuratore. C. man. vniuersalis enim ne-
13 gatiua † falsificaretur, quando aliquod affirmatiuū remaneret: vt ibi patet. & facit qđ habetur in capitulo pastoralis. §. quoniā. de rescriptis. in versiculo penitus. capitulo clerici. in versic. penitus. &c. de exces. pręla. capitulo ex ratione. in vers. nullū penitus præiudicium. de apppel. & in capitulo nullus. el primo, secunda quæstione secunda. in versi. penitus. Ex istis ergo ꝓbat, quòd si nouatio fieret ope exceptionis, adhuc obstaret ille textus, qui dicit, nihil penitus. vn̄ excludit nouationem fieri etiam ope exceptionis. & istud tenuit Bal. in l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pac. & idem voluit Saly. in d. l. fi. C. de noua. tum ēt quia tex. d. l. fi. requirit specialem expressionem, vt indu-
14 xi superius. quo casu † vbi lex requirit specialem expressionē, nō sufficit generalis: vt dixit tex. & ibi Bar. in l. fi. §. defensionē. in ver. specialiter. C. de admi. tuto. & quod habet in l. si quis in principio testim. in ver. speciał r. ff. de leg. 3. & in auth. de hęre. & falci. §. si vero expressim. & qđ habetur in gl. cle. j. in ver. specialiter. de iudi. & in c. inquisitionis. de hæreti. lib. 6. Bar. ī l. j. ff. de vul. & pup. tex. in l. si qn̄. §. gn̄ał r. in ver. speciał r. C. de inoffi. testa. & qđ ibi voluit Bal. & Sal. & adduco, qđ hr̄ in cle. cōstitutionē. de ele. & qđ voluit Ang. in §. soluto. ī auth. de nup. & qđ idē voluit

in d.§.si vero expressim.& qđ voluit Ludo.Ro.in repetitione auth.similiter. C.ad l.falci. Sed ĩ casu isto non fuit facta expressa nouatio: ergo sequitur, ꝙ nõ fuit nouata illa prima obligatio: & hãc partẽ sequit̃ Ang.in l.qui vsumfructũ.ff.de verborũ ob. idem voluit Raphael in l.singularia.ff.si cer.peta. Et sic videtur, ꝙ hodie non fiat nouatio ope exceptionis: nisi partes istud exprimãt in posteriori obligatione. Idẽ voluit Ioã.de Imol.in d.l.pe.ff.de preto. stipu. ¶Sed in casu nostro mihi videtur, ꝙ in cõtrarium sit veritas, ꝙ sit facta nouatio. Et premitto pro potissimo fundamento huius consultationis, qđ voluit Bal.in l.antiquę.§.sed si minus, C.ad Velle. vbi est casus, ꝙ fideiussor excutit prius q̃ principalis, si ipse opponit in authen.de fideius.in prin.ipse distinguit hoc mõ, quandoque quis intercessit accessoriè, & tũc habet locum contrariũ, quandoq; animo nouandi: & tũc habet locum, qđ ibi habet̃, quãdoq; dubitat̃: & tunc si plures se cõstituunt principales in eodem instrõ: ꝙ tunc non fit nouatio. & est ratio; quia in eodem instanti sumunt robur. nouatio autem debet fieri a posteriori, vel successiuè: & tunc de iure veteri præsumebatur nouatio: & hodie tamen nõ ꝑsumit̃: sed est adiectio: tamẽ quia vterq; principaliter quò ad creditorem obligat̃, cessat beneficium auth.de fideius. Modo ista doctrina decidit casum nostrum: qa iste Ioan. Fontanella obligauit se principaliter: vt superius demonstraui. ergo principaliter est obligatus, & non habet beneficium authen. de fideius. Itẽ dicit etiam Bald. ꝙ quando se obligat animo nouãdi, ego dico, ꝙ animus colligitur ex facto gesto: vt dixit glos. in l, dolum. C.de dol. & in l.apud Celsum. ff. de dol. excep. & in l. Fulcinius. §, qđ sit latitare. versi. hic animus. ff. ex qui.cau.in pos. ea. & l.quero. §.fin. ff.de ędil.edic.& in l.cũ proponas.C.de bo.auctorit. iudi.pos.& ideo dixit glo. in l.de quibus.ff.de legi. fa-
15 cto † datur intelligi voluntas probatur in l.reprehẽdenda.C.de insti.& substitu.& ideo tex.valde elegãs in d.l.fi.C.de noua.in versi.& generaliter diffinimus voluntatem esse nouandi: & sic nouatio consistit in voluntate contrahẽtium, & sic probatur illa doctrina Bal.in d.l.fi. ꝙ attenditur animus circa nouationem. Modo præallegatę glo. dicunt, ꝙ facto animus declaratur. Sed tex. d.l.fina. hoc aperit in versicu. sed secundam magis pro anterioribus elegerint. & sic tex. ibi declarat mirabiliter hãc dubitationem: quia cum dicti contrahentes in secundo instrumento dixerunt, ꝙ Ioannes Fõtanella se obligabat principaliter soluere dicto abbati de Rogerijs, non obstante ꝙ Ioannes de Taculis procurator abbatis Philippi obligauerit soluere se creditoribus dicti abbatis de Rogerijs. Ecce nunc, ꝙ dicti cõtrahentes voluerunt istam secundam obligationem haberi pro anteriori, quo casu videntur sublata omnia contraria adducta superius: quia satis exprimunt nouationem fieri, quando volunt secundam seruari pro anteriori, & exponunt expressè clausulam derogatoriã primę obligationi: ideo tamen videtur esse instãdum, quando aliquid dicatur exprimi specialiter, de quo probatur in l.j.ff.si quis in ius voca.non ie. Et ego dixi multum luculenter in Ioannina mea, quam feci repetens.c.Raynaldus Peponis.de testa. ergo apparet de animo contrahentiũ, ꝙ voluerint nouare primam obligationem, & illam nouarũt recedẽdo ab illa prima. Et facit, qđ voluit Bal. in l.fi.C.ad l.fal. vbi ponit illam tritam quęstionem, iussus dare decem causa conditionis implendę dedit argẽtarium promissorẽ altera parte volente, & acceptãte, an videat̃ impleuisse conditionẽ: & vr̃ ꝙ non. lege promissor. §.fina.ff.de cõstitu.pecu. In contrarium arguit, quia
16 † mutatione personę fit nouatio. l. inter causas. §.abesse.ff. man.& satisfactũ videtur ei, qui contentus est obligatione solius promissoris. l. fi.§.vlti.ff. si cer.peta. Postea Bal. ibi refert Iac.de Are.dicere. ꝙ ille, qui debet dare decem, dando promissorem per viam accessionis nõ videtur liberatus: secus si cum pro debitore principaliter dederit: quia tunc est liberatus. Et sic differt, qualiter verba sint concepta, vtrum dicatur, do tibi talem argentarium pro me, & tunc soluisse videtur: secus si dicat: do in tãta quãtitate, allegat. l.dominus sticho.ff.de pecul.leg. Subdit etiam ibi Baldus quòd in dubio non videtur acceptus nomine satisdationis. Istud modò decidit q̃stionem nostram. Primò: quia ille Ioannes Fontanella accessit principaliter: ergo fuit facta nouatio: & absolutus ille Ioannes de Taculis procurator abbatis Philippi. Secundo, quia fuit nouatio duplici respectu. Primò interuentu nouę personę. Secundò alteratione primeuę obligationis. Tertio: quia in dubio videtur facta illa obligatio Ioannis de Fontanella respectu nouationis, & non satisdationis, & fideiussionis: multo fortius cum expressit recessum a pura obligatione. Preterea, quòd sit facta nouatio, probatur. quia per primum instrumentum nõ erat obligatus Abbas Philippus soluere dicto Abbati de Rogerijs dictos affictus: sed creditoribus ipsius Abbatis: sed per secundum instrumẽtum est obligatus Ioannes Fõtanella soluere ipsi Abbati de Rogerijs: ergo nouata est prima obligatio: ergo liberatus est Abbas Philippus. Faciat, quod voluit Bal. in l.singularia.ff.si cert. peta. vbi dicit, quòd si feci, ꝙ campsor ꝓmisit soluere meo creditori, ꝙ ego sum liberatus a meo creditore: quia cũ dicatur in dicto instrumẽto, ꝙ precibus & instantia illius procuratoris Abbatis Philippi rogatus dictus Ioannes Fontanella promisit soluere dicto Abbati de Rogerijs: videtur delegatus a dicto procuratore, vt soluat affictus dicto Abbati: quia videtur vt releuet Ioannem de Taculis procuratorem ab onere soluendi creditoribus ipsius Abbatis: ergo videtur liberasse ipsum a solutione prędicta fienda creditoribus. & per consequens videtur facta nouatio. Et si dicatur, quòd fuit acquisitum ius creditoribus illius: ergo non potuit auferri illud ius quęsitum ipsis creditoribus, argu. l.fin.ff. de pac. l.ius nostrum. ff.de regul.iur.& l.fi.C.si cõtra ius vel vti.pu.cum similib. Ad hoc respondeo negã-
17 do istud assumptum: quia immo ius † quęsitum alteri facto meo illud possum reuocare. illud bellissimè decidit Bar.in l.q Romę §.flauius.ff.de verb.obl. & in l.j.C.si manci.ita fuer.alie.& in l. 3. ff.de seruis expor. istud voluit Pet.de Anchara.in ca. cum Ioannes eremita.de fide instru. Istud voluit Ioã. de Imo. in commento.c.potuit. de loca. in finalibus verbis, referens se ita in facto cõsuluisse, & respõdet ad d.l. ius nostrum.& idẽ voluit Bal.in l.quoties.C. de dona.quę sub modo.& in l.1.C.si manc.ita fue. alie.& in l.3.ff.de ser.expor.& idem voluit Raphael. in d.§. flauius.& Saly.in d.l.3. licet idem Saly.tenuerit contrarium.& sic fuerit varius: tamen dictũ Barto. probatur in d.§.flauius.& est ratio; quia tale ius acquiritur tertio reuocabiliter ipso quęrente, durãte in eadem volũtate: vt ibi habetur. ergo potuit dominus Abbas derogando reuocare illud ius quęsitum dictis creditoribus, ex quo ab eo fuerit acquisitum: qa vnũquodque tollitur eo vinculo, quo ligaturi. Stichum aut Pãphilum.§. naturalis.ff. de solu. l. nihil tam nãle.ff.de regu.iur.c.omnes res. e.ti.quia, vt dicunt Philosophi. ea quę sunt principia generandi, sunt principia corrũpẽdi: vt hr̃ in lib.de gña. & corru.& per cõsequẽs ius q̃sitũ ab ipso abbate de Rogerijs ĩ suis creditoribus potuit ipsis auferri ab ipso abbate, & potuit fieri nouatio. Facit ẽt qa legatio habet

bet vim solutionis.l.si rem.§. fi. ff. de noua.Cum ergo pro parte illius Ioãnis ꝓcur.ipsius Abbatis Philippi fuerit facta delegatio de dicto Ioanne Fontanella: quia ad ipsius preces,& instantiam ille Ioãnes Fõtanella se obligauit soluere dictos affictus domino Abbati de Rogerijs : ergo perinde habetur, ac si ille procurator soluerit nomine Abbatis Philippi dicto Abbati de Rogerijs.
24 prin.nec suæ fraudis† præmium quis habere debet: vt c.sedes.c. ex tenore. de rescript. Et etiam apparet præsumptio fraudis: quia nõ fuit adhibitus presbyter parochialis, in cuius præsentia iura recipiunt cõfidentiam,, & exclusionem falsitatis. ex istis infertur ad illud: cum se tueri vult ille presbyter de pscriptione aduersus istam filiam consideret dominus iudicans, cuius tribunal omni resplendet iustitia,& æqtate,& comprehendat miseram auaritiam istius sacerdotis], qui vult locupletari cũ iactura istius filiæ, in bonis suis patris, contra quem magnus exclamauit Hieronymus, vt habetur in c. diaconi.93.distinc. ibi, nunc autem, ex quo in ecclesijs sicut in Romano imperio creuit auaritia, perijt lex de sacerdote, & visio de ,ppheta &c.ex supradictis apparet de mala fide istius sacerdotis: quia occultauit testamentũ, non adhibuit debitam iuris solennitatem in publicando,& aperiendo: quia sciebat illud non tenere: sciebat etiam hęreditatem paternam debitam filię, vel scire debebat: ergo cum mala fide erat.ergo non potuit pscribere c.si diligẽti.c.fi.de pscrip.c.2.de reg. iur.lib.6.¶ Et si dicatur, quòd habebat titulum, iuxta no.in capitulo primo.de præscript.lib.6.Barto.in l.Celsus.ff.de vsucap.& Bal.in l.j.ff.de serui.& in l.super longi.C.de præscrip.long.tempo. Ad hoc respõdeo, quòd licet aliquis sit possessor cum titulo: tamẽ potest habere malam fidem: ideo nõ præscribit: vt dicto capitulo fina.ponit exẽplum, si fuerat sibi denuntiatum, quòd possidebat rem alienã, vt l.si fundum.C.de rei vendic.idem dicit si de hoc erat fama apud vicinos, ꝙ rem alienam possidebat. c. quanto. de præsump.gl.& doc.in cap.si diligenti. de præscri. & quod pulchre voluit Specul.in titu.de emptio.& vendi.in §.nunc dicendum.in fin.suis verbis. Modo in casu nostro apparet mala fides huius sacerdotis multifariè multisque modis: sciebat enim istud testamentum minus solenne non tenere, item illud occultauit, quantum potuit, item sciebat istam esse filiam testatoris, arg. l.octaui. ff.vnde cog.item præsumebatur scire hæreditatem patris fore debitam dictæ filiæ.l.in suis.ff.de libe. & posthu.& sic videtur fuisse in vera mala fide, quæ nullo tempore purgatur: vt dicto c.fina.de præscript.& dicto c.2.de regu. iur.libr. 6. Aut fuit in mala fide præsumpta,& tunc requiritur ad purgandam malam fidem præsumptam spatium tringinta annorum.ita probatur in l. fina.C.vnde vi.ita voluit ibi Barto.ita voluit Innoc. in c.2.de in integ.resti.voluit do.Ant.& do.Abb.cõsiculus meus in cap.si diligenti.de præscript. & in c. cõsultationibus.de iure patrona.& ita limito, quod voluit Bar.in l.Celsus. ff. de vsuca. Sed iste dominus Iacobus non possedit dictam hæreditatem spatio triginta annorum. ergo non est purgata mala fides præsumpta.ergo multofortius non est purgata mala fides vera: quia sciuit & scire debuit.arg. eius, qđ voluit Bal.in l.iuris ignorantia.C.qui admit.ꝙ illud testamentum non valebit: & contra bonam fidem & iustitiam tenebat dictam hæreditatem: ergo nullo tempore purgata est mala fides vera. Et per consequens non potest iuuari præscriptione: imo tanto fortius infelicitatur eius anima, quanto diutius tenet rem alienam. capitu.fina. de consuetu. Circa alia, quæ scribit dominus consulens, idem dico. Et ex istis concludo, tale assertum testamentum esse falsum,& non verum,& esse nullius efficaciæ & valoris,& peccare in forma tradita a iure nec dictũ dominum Iacobum esse hæredem, nec iuuari præscriptione. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Primum testamentum per secundum ipso iure reuocatur: licet in secundo non fuerit appposita clausula derogatoria primi, sed tantum generalis.

SVMMARIVM.

Testamentum dicitur perfectum, quando fuit redactum in publicam formam.nu.1.
Verbo forte, in decidendo sæpe vtuntur Iurisconsulti. numero 6.
Obliuio in facto de longinquo præsumitur in facto proprio.numero 7.
Nominatim dicitur factum, quod fit per coniecturas, & verbis generalibus.nu.9.12.
Testamentum sola morte confirmatur.nu.10.
Expressum quid dicitur tribus modis.nu.11.

CONSILIVM LXXXIX.

Magni & memorandi Scęuolæ, iurisconsulti optimo ducar exemplo, qui secundum ea, quę proponerentur, in optimis responsis suis dicere solebat: itidem & ego.nam in superiori fuit propositum thema; qa in primo testamento nõ erat apposita clausula derogatoria, nisi ꝙ dumtaxat erat factum inter filios. modo sub alijs terminis proponitur factum: videlicet hoc voluit &c.esse suum vltimum testamentũ, & derogatorium quibuscunque suis alijs testamentis, si de aliqbus apparebit quoquo modo: & voluit valere &c. Ita dicitur in primo testamento, & nunquam dictus testator fecit expleri in publicam formam, & in primum testm̃ prædictum filijs fauorabilius, post istud primum testamentum ad annos sexdecim fecit secundum testamentũ reduci in publicam formam, soluendo mercedem notario: & illud expletũ accepit a notario, & in capsa sua dictus testator seruauit,& est comminatus, ꝙ si quis filiorũ non staret tacitus, & contentus priuabat eũ hæreditate sua. Modò stat dubitatio, si primum sit reuocatum per secundum. in superiori consilio conclusi, ꝙ primum erat ipso iure reuocatũ: licet esset factũ inter liberos;& illa est pura veritas: vt ibi demõstraui,& clarius apparet ex eo; quia istud secundum testator fecit reduci in publicam formam, & illud a notario redemit,& accepit,& in sua capsa cum alijs suis rebus seruauit, & custodiuit, soluẽdo mercedẽ notario; quo casu vendicat sibi locum doctrina Bal. in l.sancimus.C.de testa, vbi dixit, ꝙ secũdum testamentum præualet, licet nõ habeat clausulam derogatoriã derogatorię, si testtator fecit insinuari primum testamentum.allegat in ar.l. omniũ. C. de testa.quasi velit Bal.ꝙ insit maior pfectio. & maior solennitas propter insinuationem. Simile dixit Bald. in l.pacta nouissima.C. de pac.vbi dixit, ꝙ donatio facta ĩter viuos corã iudice est maioris auctoritatis. & valet, allegat ad hoc in argu. d.l.oĩum, simile voluit Hostien. Innocent.& alij in capitulo primo, de regul.iuris.per d.l.omnium.& sing.dixit Speculator in titulo de instrumento edi.§.restat, ver.sed cũ literis.

ris.ꝙ quando instrumentum fit in publico parlamẽto, perinde habetur, acsi esset publicatum. mouetur per d.l. omnium. ꝙ dictum fuit Ober. de Bo. reputat singu. do. Abb. in c.j. de fide instru. Facit, qđ voluit Ange. in l. filio præterito. ff. de iniusto testa. per d.l. omnium. Et ideo non est verum, si etiã extendimus. d.l. omnium. ad relationem in publicam formã, vt testamentũ reddatur perfectius, & maioris auctoritatis. Item mouetur etiã Bal. ad sic dicendum per d. l. sancimus. versicu. sinautem. vbi dicitur, sinautem medio tempore contraria voluntas ostenditur, si q. dem perfectissima secundi testamenti cõfectio, quę redacta est in publicam formam: vt probatur in ca. cum P. tabellio. de fide instr. in versi. morte præuentus non perfecerat, sed in notitiam redegerat, quæ auctoritate iudicis in formam publicam. vbi proba
1 tur singu. ꝙ † tunc dicitur instrumentum testamenti, vel alterius facti perfectum, quando fuit in publicam formam redactũ. Modo arguo formaliter, vbicunq; duo testamenta sunt diuersæ dispositionis, & vnũ est perfectius altero, stamus perfectiori: & illud dr̃ pfectius, qđ est redactum in publicam formam. Sed istud testamentum est huiusmodi: ergo sequit̃, ꝙ posterius tollit primum: quia cõcurrunt duo: primũ ei., qđ est vltimum, secundum est perfectius: ergo stabimus huic secundo testamento authẽticato. & ideo Io. And. in addi. Spec. in titu. de instru. edi. §. videndum restat. versi. & not. ꝙ tabellio. in add. quæ incipit, vbi hoc no. Accur. & originaliter fuit dictũ
2 Nicola. de Mata. ꝙ protocollum † licet habeat omnia illa, quæ habet instrumentum, & sic illi credendum. 9. dis. c. vt veterũ. tamen non probat. licet enim sit principiũ instrumenti, tamẽ illud instrumentum non est cõpletum. vnde nihil dicit esse actũ, quãdo aliquid restat agendum. l. penul. C. ad Silla. cap. animaduertendum. 22. q. 2. c. consideret. de pęni. distin. 5. & sequitur D. Ant. ĩ d. c. cum P. tabellio. vbi dicit, ꝙ si datus est terminus reo ad probandum, & infra illud terminum producit protocollum, ꝙ probat. & sequitur istud dictum Ioann. de Imol. in dict. capit. cum P. vbi dicit, ꝙ est singu. dictum. pro quo dicto facit. cap. ecclesia. el primo. de elec. in quantum tex. ibi dicit, nõ perfecit. Ita dicamus in proposito, ꝙ cõcurrentibus duobus testamentis diuersis, primo nõ redacto in publicam formam ad instantiam ipsius testantis: quia reuocatum est primum ipso iure: qa secundum dicitur perfectius, vnde testator non videtur habuisse illud primum pro perfecto, ex quo aliud postea fecit, & illud publicari fecit, & adduco Bald. in d. l. sancimus. vbi dicit: quia reuocationem non operatur clausula, sed volũtas testatoris sola, & meritò: quia iura humana & diuina attendunt dũtaxat ad voluntatem: vt ca. proposito animi. 32. q. 5. Matthę. 5. & 15. vbi dicit, ꝙ ex corde veniunt homicidia, adulteria, & similia. l. qui iniurię. ff. de fur. c. voluntate. de sen. excom. c. præterea. c. intelligentia. de verb. signi. c. Marchion. & Basilides. j. q. j. nõ in folijs, sed ĩ sensu ꝯsistit Euãgeliũ. l. 4. C. de neces. seruis. l. ex facto. ff. de hr̃d. inst. l. scire oportet. §. si maximè. ff. de
3 exc. tut. vbi enim † manifestissimus est sensus testatoris, nusquam interpretatio verborum tantum valet vt melior sensu existat. l. si quis filium. C. de lib. præte. Sed voluntas testatoris euidens fuit, quòd istud secundum testamentum esset seruandũ, & non primũ: qa illud redemit, & penes se & in capsa sua, &
4 armario suo custodiuit: qa † ex loco pręsumimus instrumẽtũ esse fidei, & ꝓbationis, istud decidit tex. in cle. j. de iureiur. in finalibus verbis ibi, literis, quas in archiuis Romanæ ecclesię reponi, & diligenter seruari fecimus, & habetur in authen. ad hæc. C. de fide instru. & in capit. peruenit. 32. q. j. Et gloriosus ab omni natione celebratus Hieronymus in prologo Hester, dicit, se reperisse in archiuis Hebræorũ. facit tex. in c. j. de probatio. vbi loquitur de scripturis positis ĩ gazophylacio, & gl. ibi loqtur de archiuis. Cũ ergo testator seruauerit istud testamentum redactum in publicam formam, sequitur, quòd voluntas sua fuit, vt istud secundum testamentum præferatur primo. Cũ ergo istud indicat voluntas testatoris, vt dixit Bal. ergo & aliàs fuit dubitatũ apud Vincentiam de hac dubitatione, & ita consului, quòd ex illa custodia diligenter facta de secundo testamẽto per ipsum testatorem, erat probatio sufficiens voluntatis ipsius defuncti, vt primum testamentũ custoditum sic præferatur priori: quia facto datur intelligi volũtas: vt l. reprehendẽda. C. de inst. & subst. glo. in l. de quibus. ff. de legi. iuxta illud poeticum: & facta loquantur. Cum ergo id pręcipuè agunt & intendunt iura, vt seruemus voluntatem deficientiũ: vt l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonstra. l. pater Seuerinam. eo. titu. ergo. Item concurrit pœna apposita filijs in secundo testamento a patre, ꝙ si quis filiorum non staret contentus dispositione huius secundi testamẽti, esset priuatus hr̃ditate patris, quo casu firmatur efficaciori vinculo istud secundũ testamentum per appositionẽ pęnæ. Sicut in simili dicimus de scdo testõ firmato per iuramentum, vt firmat Bald. in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. & Bal. & alij in d. l. sancimus.
5 vt non minus † operetur appositio pœnæ, quàm ipsum iuramentum. qa testator ad hunc finem apposuit pęnã ipsis filijs, vt istud vltimum testamentum præferatur primo. Item concurrit spatium sexdecim annorum inter primum testm̃, & secundũ, quo casu non pręsumitur testator recordari de clausula derogatoria apposita in primo testamento propter longinquitatem tanti temporis. Ad hoc adduco in testõ dictũ optimum Bal. in d. l. sancimus. vbi dicit, idẽ forte est, si concurrat decennium: qa propter longinquitatem temporis testator non potest ita recordari de clausula derogatoria apposita in primo testõ, & quia decennium debet aliquid operari, per dic. l. sancimus. & ita ibi residet Bal. nec in hoc reprehenditur ab aliquo. ¶ Et si dicat̃ mihi, amice, Bal. loqtur dubitando per verbũ forte. Ad hoc rñdeo, ꝙ vbi verbũ forte, apponit in decisione, nunquã est nota dubitationis, ita decidit gl. in l. si duo. ff. de arbi. quæ dicit. sub dubio forte respondent sæpe periti. voluit gl. in c. 2. de testa. habetur Ioannis. 14. c. glo. in l. mutus. in prin. ff. de procura. gl. in l. j. §. si. ff. de ser. gl. in l. j. §. j. ff. de rei vend. glo. in c. accedens. vt lit. non conte. l. in commodato. §. sicut. ff. commo. l. Gallus. §. forsitan. ff. de lib. & post. l. in substitutione. ff. de vulga. & pup. & c. tuæ, de procur. c. super literis. de rescript. c. significasti. de fo. compe. & ibi do. Card. c. finem litibus. de do. & contu. Et sic licet Bal. vtatur verbo forte, non tñ istud dixit dubitando: qa † iurisconsulti in
6 decidendo sæpe vtuntur verbo forte, & ẽt Bal. loquitur de decenniũ: sed nos loquimur de maiori lõginquitate temporis: qa de annis 16. & sic Bal. nõ vteretur verbo forte, si esset longinquitas tanti temporis. ¶ Et si quispiam dixeris, ꝙ agitur de facto suo proprio, quo casu non præsumitur obliuio, vt c. ab excõmunicato. de rescri. l. si. ff. pro suo. iuxta illud Esopi: res tua te reperit argum. res altera cecum. Ad hoc
7 responpeo, ꝙ † etiã in facto de longinquo præsumitur obliuio in facto proprio: vt dixit tex. cum glo. in l. j. C. de seruis fugi. & in l. peregre. ff. de acqui. pos. Et ideo iura volunt, ꝙ in facto proprio de longinquo detur tempus ad deliberatè respondendum. Ita firmat Bar. in l. 2. §. ꝙ obseruati. C. de iura. calum. & in l. si quis delegauerit. ff. de noua. Ang. in l. magnam. C. de

C.de contrahen.stip.& in §.illud. in authē.de trien. & semis.Bal.do.Abb.& alij in d.c.ab excommunicato.Bal.in c.eam te.de rescrip. Cum ergo in casu nostro sit tempus pluſquam longum:quia 17.annorū. præsumitur obliuio:licet sit proprium factum.& vlterius accedit aliud, videlicet quod iste testator erat grandeuus.& antiquus,quia forte octuagenarius,&
8 vltra, vel parum infra. quo † casu est in senibus obliuio facti proprij etiam recentis: ideo scribitur in quinta tragedia,senum lāguescit memoria,& in prologo declamationum:memoria,inquit,est ex omnibus partibus animi maximè delicata, in quam primum senectus incurrit. Bar.in l. is pōt. ff. de acqui. hæred.& habetur in c.si.qui ma.accusare pos.facit. l.quidā tabularū.ff.de fur.& ibi voluit Ang.& qđ habetur in l.qui bona.§.si quis stipulaturus.ff.de dam. infect.per Bar.& quod voluit gl.in c.causam quæ.& in c.cum causam.de testi. & qđ habetur in c.j.§.notandū.per Bald.de notis feu.& in c.j.in ti.quæ sit inuest.gl.& Bal.in l.de tutela.C.de in integ.rest.mino. facit illud,qđ optimus dixit psalmista,si homo vixerit septuaginta annis,amplius labor & dolor,& monarcha omnis sanctimoniꝫ Christus Iesus sacro suo Euangelio Ioannis vltimo.Cum autē senueris,extēdes manus tuas,& alius te cinget,& ducet, quo non vis.& sic ista senectus est infirmitas potentiꝫ reseruatiuæ,& memoratiuæ.ideo dicitur in prologo declamationum:hanc aliquando in me floruisse non nego.nā & duo milia noīum eo ordine,quo dicta erāt, recitabā,plerunq; ab vltimo incipiēs vsq; ad primū veniebam.Et sic conqueritur de senectute,quæ causat obliuionē.Sed in casu nostro concurrūt duo, lōginquitas temporis, quæ causat obliuionē in facto proprio in iunioribus. vt probant iura prꝫallegata, & cōcurrit senectus grandeua.ideo excusabitur iste testator, si in isto secundo testamento non fecit expressam mentionem de primo testō. & de clausulis derogatorijs posterioris voluntatis, seu testamenti: quia de illis nullam memoriam prꝫsumitur habuisse:imo omnem obliuionem habebat,ꝙ satis euidēter comprehenditur:cum istud secundum testamētum reduci fecerit in publicam formā, & mercedē soluerit notario redimendo illud, & reponendo & diligenter cōseruādo in capsa, & armario suo.& ad prædicta adduco,qđ voluit Pau.de Cast.in d.l.sancimus,vbi magnifacit dicta Bal.refert enim Bal.ī ea.l. sancimus.dicere aliqua verba multa singularia, ꝑ q̄ limitant omnia,q̄ habentur.in l.si quis,in principio testamēti.ff.de le.3. vbi hr̄ ꝙ primū testamentum si continet clausulam derogatoriam, nō reuocatur ꝑ secūdū,nisi de illa clausula faciat expressam mētionem:nam dicit ibi Bal.hoc verum,nisi manifestè appareat de voluntate testatoris in ꝯrium: puta si iurauit velle secundū valere.nam hoc videtur habere virtute specialis mentionis, vel si processi ad secundū testm̄ propter inimicitias occurrentes inter institutum in primo testamento & ipsum testatorē, vel si post primū testamentū interuenit longum interuallum tēporis:qa præsumitur oblitus de primo, & oblitus de ꝯtentis in primo testamento:& ideo non fecit de illo primo mentionem, nō autē ex eo:quia voluerit,secundum testm̄ non valere.& idem si alijs modis posset apparere,quæ verba dicit dn̄s Pau. ibi esse tenenda menti perpetuò: quia per nullum aliū reperiūtur dicta. Nec etiam per eundem Bal.recordatur alibi legisse.& dicit esse sing.limitationem. & ita ibi residet Pau.de Cast. Et per cōsequens ista decidunt hanc quæstionē: qa licet primum testamentū habeat illam clausulā derogatoriā: quia dixit, & hoc suū vltimū testamentum esse voluit quibuscunque alijs suis testamentis,si de aliquibus apparebit, vel apparere possit quoquo modo:& licet nō derogauerit expresse, tñ sufficienter videtur esse derogatum per supradicta,ex quo voluntas est illa, quæ reuocat primum testm̄, & nō clausula codicillaris: vt voluit Bald.quæ voluntas apparet multifariè, multisq; modis.Primo: qa fecit secundū testamentū reduci in formam publicam,& illud redemit,& reposuit custodiendum in sua capsa, & sub pꝫna iniūxit suis filijs illud esse seruandum. Itē qa interuenit iusta causa mutādi,vel inerat:qa pro vno ex filijs multa expenderat, & fortius si interuenerat indignatio: qa loquebatur dictis filijs,intuitu quorum mutauerat testamentum.itē qa interuenit spatiū 16. annorum:vt est dictum:debet ergo operari aliquem effectum spatium tanti temporis.Et per cōsequens ista sufficiunt ad derogandum primo testamento habēti clausulā derogatoriam,licet de illo primo, nec de eius cl'a nulla fuerit expresse facta mentio in isto secundo testamēto.Et adduco doctrinam Bar.de qua Bald.circa istum passum non habuit memoriam,in l.j.ff.vi bo.rap.vbi arguitur,ꝙ a lege antiqua non videtur per legem nouam recessum,nisi nominatim, idest, ꝙ lex noua corrigens exprimat illam legē antiquam.l.quoties.ff.de act.& obl.allegat ad hoc.l.fi. C.de noua. adducere poterat.l.fi.C.de in dic. vidui. tol.quæ dicit, a lege antiqua non recedimus per legem nouā,nisi expresse dicatur in lege noua.subdit ibi Bart. idē si apparet ex aliquibus coniecturis, vel præsumptionibus tacitè voluisse a lege antiqua recedere:quia tunc actio a lege antiqua tolleret, saltē ope exceptionis,allegat no.in l.2.ff.de noua.facit gl. ibi, allegat etiam.l.4.ff.de adi.leg. ista sunt formalia verba Bal. ibi, & idem voluit Petr.de Anchara.in c. conquestus.de foro compe. & in c.j. de re iudi.libr. 6.& c.j.de consti.lib.6.vbi se remittit ad Bar. in d.l.j. & idem voluit glo.in c.2.de temp.ordi.lib.6. Et sic li
9 cet † aliquid debeat fieri nominatim:tamen sufficit, ꝙ fiat per cōiecturas. Datur modò ex hoc doctrina Bal.in d.l.sancimus.& Bart. in d.l.j.præcipuus intellectus ad l.nominatim.ff.de lib.& posth.& l.nominatim.ff.de leg.3.& l.nominatim.ff.de condi.& demō. & l.certum.ff.si cert. peta. Et probatur hæc doctrina Bar.in d.l.j.& Bald.in d.l.sancimus.in l. hac consultissima. in prin.C. qui testa.face.pos.in versic. exprimant specialiter nomina hæredum,& dignitatē singulorum,& indicia:ne sola nominum cōmemoratio &c.vbi est casus,ꝙ in testamēto ceci debet exprimi spāliter nomen, & cognomē hr̄dis,& dignitas.tñ gl.ibi dicit,ꝙ si nomē est notoriū, vt in gallopresso,q fuit bidellus Azonis, sufficit apponere solū nomē. Et ideo sufficit exprimere nomen accusati dūtaxat, si est notoriū.facit,qđ voluit Bar.in l.demonstratio. ff.de cond.& demon. & in l.libellorum.ff.de accusa. & ego adduco tex.& dom.Car.ibi, sequentem hanc doctrinam in c.olim.el j.de rest.spo.in ver.super domo caluentiæ,vbi non fuerūt expressa cōfinia:ex eo qa nomen notorium,& allego.c.quintauallis.de iureiuran.& do.Car.ibi.& allego tex.in d.c. dilectis.in ver.domo Dei, de app.& Bal.in l.j.ff.de lib.& posth. Ecce nunc tex.formalē in d.l.hac ꝯsultissima.in ver. exprimat specialiter &c. & tamen sufficit per æquipollens,& ex cōiecturis.Et probatur in l.licet imperator.in ver. euidens voluntas.ff.de le.j. vbi dicitur, euidens volūtas illa,quæ elicitur ex cōiecturis. Et ꝑ istas celebres doctrinas datur lumē præcipuum ad l.fi.§.omnem.in versic.specialiter. C.de admi.tu. & ad l.j.& quod voluit Bart.ff. si quis in ius vocatus. & ad cle.2.de offi.ordi.& ad id, quod habetur in c.& si Christus.in ver.patenter.de iureiuran. & c.præcipimus.12.q.j.in ver.patēter, & in c. in omni negotio. de test.& in c.licet cām.de probati.in ver.euidēter. & in

& in c.qualiter, de accu. el 2. in ver. euidēter. & in c. 2. de cogna. spiri. in ver. patenter. lib. 6. & in c. j. de despon. impube. eo. li. in ver. patenter. & in c. cum inter. de verb. sig. in ver. euidenter. & in c. auditis. de in integ. rest. in ver. euidenter. & ibi do. Anto. & in c. cū olim. de cēsi. & in c. cum Bertoldus. de re iud. in ver. euidenter. & in c. 2. de verb. sig. li. 6. & in c. accedens. vt lite non conte. c. quanto. de trāsla. episco. c. verū. 17. dist. & qđ habetur in c. cū accessissent. de const. & in c. cum tu. de vsu. & in c. euidentia. de accusa. & in auth. de hære. & falci. § si vero expressim. & in auth. de nup. §. soluto. & in l. si locuples. ff. de manu. testa. & in l. si verò. §. qui pro rei qualita. ff. qui satisd. cog. quibus iuribus est mirum in modum derogatum. & etiam ad l. non codicillum. C. de testa. in ver. euidenter. & l. creditorē. in ver. euidenter. ff. de leg. 2. & ad l. j. §. j. ff. de ven. inspi. quæ oīa hæc iura sunt sempiterna digna memoria: qa excedūt vires antiquæ, & modernæ, ciuilis & pōtificiæ Mineruæ: qa datur pcipuū lumen ad oīa dicta iura, vt procedant, vt ex coniecturis & præsumptionibus derogetur, licet requirant, vt derogetur specialiter, aut euidēter. licet ergo. d. l. si quis in princ. velit, ꝙ specialiter tollatur clausula derogatoria, tamen sufficit, ꝙ tollatur per cōiecturas, & præsumptiones. Ergo multofortius in casu nostro: cum sint expressæ cōiecturæ, & presumptiones vehementissimæ, quo casu faciunt plenam probationem: vt voluit gl. valde sing. in l. 2. §. j. ff. de excu. tuto. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & in l. instrumēta. C. de proba. & in c. cum cām. de proba. & in c. cū dilectus. de successio. ab intesta. & in c. cū Bertoldus. de re iud. & in c. j. de appel. & in c. accedēs. vt lit. non conte. vbi sunt gl. celebres hoc decidētes. Et ad prædicta adduco elegans consiliū domini Abb. ꝯsi. 136. incipiente in quæstione quæ vertitur, seu verti speratur. vbi refert quendam in primo testamento dixisse. Et hanc meam præsentem voluntatem volo, & mando cæteris alijs præualere, & ppetuò iuris effectum habere, & incōmutabilem & firmam esse: & ex nunc iuro de nouo aliud testamentū non condere. testator fecit secūdū testm̄, in quo nō fecit mētionē de illa cl'a derogatoria, an primū testm̄ sit reuocatū? Arguit ꝙ nō, ex quo voluit, ꝙ haberet perpetuū iuris effectū, & incōmutabilem, ex quo vr̄, ꝙ non voluit aliud testamētum valere, allegat etiam, quod habetur in ca. cum olim. de re iudi. vbi gratia facta contra præcedentem interlocutoriam principis, de qua in gratia nulla fit mētio, iudicatur surreptitia, & nulla. & per illum tex. dixit Bar. in l. qđ iussit. ff. de re iudi. ꝙ si super eodem apparerēt duæ sententiæ interlocutoriæ ꝯtrariæ, nec apparet, ꝙ iudex tulerit secūdam animo reuocandi primam, prima non videtur reuocata. ita decidit in proposito, & tāto fortius: quia in primo testamento dixerat, ꝙ volebat ipsam esse suam firmam & incōmutabilem voluntatem. Sed his non obstantibus contrarium dicit esse verius, ad hoc allegat. dic. l. sancimus. vbi primum tollitur per secundum simpliciter factum. est enim ambulatoria vltima voluntas vsq; ad mortē:
10 testamentum† enim sola morte confirmatur. c. cum Marte. de celebra. missa. 13. q. 2. c. vltima volūtas. nec potest quis sibi legem imponere, a qua recedere nō liceat. d. l. si quis in principio testamenti: nec requiritur, ꝙ fiat expressa reuocatio primi testamenti: sed sufficit tacita, quæ elicitur ex contraria volūtate: vt est bonus tex. in l. fi. §. j. ff. de leg. 2. per quem text. ibi dicit Cyn. & sequuntur cōmuniter doctores, & præsertim Bar. in d. l. si qs in principio. ꝙ etiam si in primo testamēto est clausula derogatoria tacita sumptu a contrario sensu, ꝙ non est necesse, ꝙ expresse tollat, sed sufficit tacitè: sicut eū tacitè inducitur, ita tacitè tollitur, & dicit, ꝙ illa l. sancimus. clarè pbat valere secundū testamentū lōgo tēpore post primū testamentum confectum. licet expressè non reuocetur primum per secundum. ideo dicit secundum testamentū reuocare primū: vt in themate pfato, in quo ipse consuluit, licet non apponantur illa verba consueta apponi, cassans & irritans omnem aliam voluntatē. & satis annullat, ex quo aliud testamētū condidit: & non potest quis cū duobus testamentis decedere. & respondet ad ꝯria superius formata, & sic do. Ab. in d. consi. decidit hanc dubitationē. ¶ Si opponatur de dictis doctorum circa hanc clausulā derogatoriam, quæ multa sunt & varia, primo Petr. de Anc. in c. cum esses. de testa. quid, inquit, si testator apposuit clausulā derogatoriā, ꝙ volebat illud omnibus, postea fierent præualere, nisi in secundo testamento esset de scripta aue Maria. refert gl. in d. l. si qs. dicere, ꝙ debet testator dicere, ꝙ vult ipsum secundum testamentum valere, & ꝙ pęniteat prioris voluntatis, istud tenuit Dy. & est s̄m eū cōis opinio. & ita dicit tenere ibi Bar. & ita tenere Cy. in d. l. sancimus. Est tamen aduertendum in casu nostro: qa testator non expressit de testamēto in futurū fiēdo: sed derogabat omnibus, de quibus apparebit, q̄ verba possunt referri ad testamenta iam facta, non ad testamenta fienda. ideo illud, quod non dixit, testator, non dicemus nos. l. si seruum. ver. non dixit pr̄tor. ff. de acqui. hære. & isto modo loquendi vtit̄ Bal. in l. humanum. C. de leg. in quantum dicit, volebat testamentum illud valere, & non aliquod aliud, qđ faceret postea, nisi esset descripta aue Maria. decidit, ꝙ sufficit pęnitere prioris volūtatis, licet de illis verbis aue Maria, non facit mētionem. & sic gl. Dy. Bar. Cy. Bal. & Pe. de Anch. tenent, ꝙ sufficeret pęnitere in specie de primo testamento non in genere, nec in indiuiduo. Et sic est triplex expressio prioris volūtatis, quædam in genere, & ista nō sufficit secūdum eos, quædam in specie, & ista sufficit: pro quo facit. l. j. & ibi Bar. & alij. ff. si quis in ius vocatus non ie. quædā est expressio in indiuiduo, puta non obstāte tali testamento ita facto, & ista secundum eos nō est necessaria, allegat. Bal. ibi, Arch. in c. j. de const. li. 6. Et idem tenuit Bal. in apostillis suis in d. c. j. de cōsti. li. 6. idem voluit Ang. in l. omnes. C. de præscript. 30. an. & in ꝯsi. suo. 314. incipiente, visis testamēto, & codicillis. &c. Paul. de Leaza. in clemen. j. de sepul. sequitur Dyn. & idem facit ibi dom. Car. idem Pau. de Cast. consi. 361. incipien. in facto præsenti ponam conclusionem: sed Bal. in authen. hoc inter liberos. dicit, ꝙ sufficit clausula generalis ad reuocandum primum testamentum habens clausulam derogatoriam, & dicit fuisse opi. Iaco. de Bel. in authen. de testa. imperfe. idē voluit Io. An. in c. j. de ꝯsti. li. 6. sequitur ibi Ioānes de Fantucijs, sed etiam est ponderandum, qa Bal. in l. clarum. C. de aucto. pstan. vtitur illo modo loquendi, si fecero aliud, quo casu testator iste nō refert se ad testamentū, qđ postea faciet. Et sic diligenter ponderetur D. iudicans, qa testator expressè non dicit de testamento fiendo. tetigit Archi. in c. vltima voluntas. 13. q. 2. gl. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ponit duas opiniones. Pe. de Anch. in repeti. c. si propter tua debita. de rescrip. lib. 6. in ver. quædam nobilis mulier. consuluit Venetijs, ꝙ sufficiebat clausulą generalis: & ita dicit fuisse decisum Venetijs. Sed Ray. de Forli. quem refert dom. Card. in d. cle. j. de sepul. refert tenuisse in d. l. si quis in principio. quod debet tolli clausula derogatoria apposita in primo testamēto, in indiuiduo. & istud voluit Sal. in d. l. sancimus. Sed Iac. de Are. tenuit, ꝙ sufficiebat secundum testamentum simpliciter factū. Sed Bartol. in dict. l. si quis, in princ. diceba, tquòd si non

præcedit, nisi vnicum testamētum, tunc sufficit clausula generalis: quia non potest referri, nisi ad vnicū testamentum. l. 2. & l. fundus qui locatus. ff. de fun. instru. dom. Abb. consuluit, ꝙ non erat opus dicere cassans & irritās omne aliud testamentū, & si habebat clausulam derogatoriam sufficiebat generalis clausula. Et sic istæ sunt opiniones, quæ circa istum passum versantur. Sed cōis opinio est, vt sufficiat specialis mentio. Et facit, qđ voluit Fed. de Se. consi. 226. & consi. 46. Modo clarum est, quòd Barto. in l. j. ff. de vulg. & pupil. dicit, quòd dicitur aliquid expressum
11 † tribus modis: primo modo in genere, secundo in specie, tertio in indiuiduo: vt ibi plenè per eum. Primum probatur in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. & l. in testō. C. de testa. mili. & in l. precibus. C. de impu. & alijs subst. De secundo habetur in d. l. j. de vul. & pu. & in d. l. si quis, in princ. in ver. specialiter. & in d. l. si quando. §. & generaliter. in versicu. specialiter. C. de inoffi. test. & in d. l. fi. §. omnē. C. de admi. tu. & in l. j. ff. si quis in ius voca. non ierit. De tertio habetur in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & post. & in l. 2. C. de here. insti. & ideo Bal. in repetitione l. edita. C. de eden. in versic. modo videamus. dicit, quòd quædam requirunt speciem, quædam indiuidualitatē, primo casu sufficit specificatio in specie: vt in d. l. j. ff. si qs in ius voca. cum si. Secundo casu requiritur specialissima & indiuidualis specificatio. Ex istis resultat communis conclusio, ꝙ requiritur mentio, & specificatio in specie, & non in indiuiduo, quo casu fit, ita ꝙ requirat specificatio in specie, tamē dico, ꝙ satis dr̄ fieri in specie, quando fit per coniecturas, & per præsumptiones: vt superius demostraui. Quinimo plus
12 dixit Bart. in l. filiusfa. ff. de dona. ꝙ dicitur fieri † nominatim, illud, qđ fit verbis generalibus. l. Titius. in prin. ff. de libe. & post. non tamen verbis generalissimis. Et facit, qđ voluit idem Bar. in d. l. Titius. vbi dicit fieri nominatim illud, quod fit in specie. ergo rectè dixit Bart. in d. l. j. ff. vi bo. rap. vt expressè dicatur lex esse correcta, si ex cōiecturis & præsumptionibus inducatur correctio. Sed in casu nostro correctum & sublatum est primum testamentum ex his, quæ prolata sunt per testatorem in secundo testamēto: ergo &c. nā accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendū, ꝙ qd est vt dixit Philosophorū princeps Aristoteles in secūdo Methaphysicæ. Bald. in l. nō nudis. C. de prob. & in l. 1. ff. de re. diui. ex hoc dat præcipuū lumē ad d. auth. hoc inter liberos. in quantum dicit, tale testamentum. & in corpore vnde sumitur. §. siquidē. & ad illud, qđ voluit Ray. & Salyc. qui dicunt, ꝙ debet fieri mentio in indiuiduo, vt satis videat facta nominatim, & in indiuiduo, si fiat in specie. & per verba generalia. Et sic videtur substentari ex hoc doctrina Iac. de Bel. & Io. And. & Bald. & ideo rectè dixit Io. de Fantucijs in d. c. j. de constit. li. 6. & ꝙ potest defendi opinio Iaco. de Bel. quinimo
13 plus dico, ꝙ illud idem † operatur notitia in genere quod operatur in specie: licet sit ignorantia in specie, & sciētia in gn̄e. iste est casus sing. in l. qui iure. ff. de testa. mili. secundum Bal. & Ang. ibi, voluit Ang. in l. tres fratres. ff. de pact. & l. si cum vel in vtero. C. de testa. mili. & in auth. ex causa. C. de lib. prete. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. & in l. filio præterito. ff. de iniusto testa. ex quo sequitur vnum, qđ est mirabile, ꝙ sufficiat derogatio in genere de testamento habente clausulam derogatoriam, quia sufficit, quòd testator habeat sciētiam in genere de illa clausula derogatoria, licet nō habeat in specie. & p hoc febricat cōis opinio, dicens, quòd requiritur mentio in specie: quia satis videtur fieri in specie, licet fiat in genere: quia idem operatur notitia in genere, & ignorantia in specie, qđ operat̄ sciētia in genere: vt est tex. melior de corpore iuris in d. l. q iure. de quo facit festum Petr. Cyn. Bart. & alij: vt l. sub ꝓtextu. C. de transact. & Bald. in l. si vnum. ff. de iure codicil. Et adduco glos. l. pacta nouissima. C. de pac. q̄ dicit, ꝙ verba derogatoria in contractu operantur illud idem, qđ operantur in vltima voluntate. & ēt gl. in c. j. de consti. li. 6. quæ dicit, ꝙ idem operatur clausula derogatoria in vltima voluntate, qđ operatur in legibus. Sed in contractibus & legibus sufficit clausula gn̄alis: vt voluit Paul. de Leaza. in cle. j. de sepul. ergo idem erit in vltima voluntate: vt voluit Io. An. Ia. de Bel. & sequaces, vt dixi superius: ergo sufficit generalis derogatio. Sed in casu nostro interuenit derogatio æquiualens derogationi non solùm generali, sed etiam speciali, & etiam indiuiduæ: vt dixi superius. ¶ Et si quispiam alleget in contrarium gloss. in l. ꝙ in rerum. §. fina. ff. de legat. j. in versic. specialiter, id est nomine proprio &c. Ad hoc respondeo, ꝙ illa non est cōgrua expositio: qa illud verbum specialiter, non intelligitur singulariter & indiuidualiter, sed quoad speciem: vt voluit Barto. in d. l. j. ff. de vulga. & pupil. & in d. l. si quis, in principio. & iā superius adduxi Dyn. Bald. Pau. de Castr. & alios. Et ad glo. illam respondeo, ꝙ ideo est: qa congruebat materiæ, vt verbum specialiter, intelligeretur, id est singulariter, & indiuidualiter. Nec ob. l. j. C. de lati. liber. tol. vbi est clausula derogatoria apponenda verbis specialibus & generalibus, quo casu videtur, licet ille text. loquatur in clausulis derogatorijs legū, ꝙ idē sit in clausulis derogatorijs vltimarum voluntatū: quia ad hoc respondeo, ꝙ in casu nostro satis fuit apposita clausula specialis derogatoria, ex quo fuit apposita per coniecturas, & præsumptiones: vt est dictum: & qa volūtas est illa, quæ tollit clausulā derogatoriā & non clausula derogatoria: vt dixit Bal. in d. l. sancimus. vt superius fuit dictum. Sed in casu nostro ita est: quia apparet ex verbis & ex factis, ꝙ testator iste reuocauerit primum testamentum. ergo &c. Et eodem modo respondeo ad d. l. fin. §. omnem. C. de admi. tu. & ad d. l. si quando. §. generaliter. C. de inoffi. testa. & ad multa similia iura, quæ allegaui superius. & ad gl. in cle. j. de iudi. quæ voluit, ꝙ quando aliquid debet fieri specialiter, non sufficit fieri generaliter: quia rn̄deo, ꝙ ibi fuit tradita forma, vt sic fieret: quia glo. ibi dicit, per formam ibi traditam, & sic fuit tradita forma, quo casu non est recedendum a forma: vt c. cum dilecta. de rescrip. & in c. prudentiam. de offi. delegat. qa for-
14 ma † est, quæ dat esse rei, & seruat rem in esse. l. is q quadringēta. §. quædam. ff. ad leg. fal. Sed in casu nostro non est data forma specialiter: sed est qō voluntatis, vt dixit Bal. in d. l. sancimus. quo casu sufficiunt coniecturæ: vt pulchrè habetur in l. licet imperator. ff. de leg. j. vbi voluntas dr̄ euidēs, vbi apparet per cōiecturas, & in l. si qs locuples. ff. de manu. testa. & iō egregiè consuluit Ange. consil. 16. aliàs. 15. quòd ad hoc, vt valeat legitimatio naturalis filij, est opus, vt petatur restitui pristinis natalibus: nihilominus si petat illum legitimari sufficit: qa habetur perinde, acsi fuisset petitum restitui pristinis natalibus. Ita dicamus in proposito nr̄o, vt videatur expressè derogatum primo testamento, si fuit dictum illud esse, & esse debere vltimum testamentum, & illud redigi fecit in pūblicā formam, & a notario redemit, & in capsa, vbi pecunias, & iocalia custodiebat, reposuit, & diligēter ꝯseruauit, & apposuit pœnā filijs venientibus ꝯ istud vltimū testamentum. ergo liquidò apparet, & euidenter de voluntate præfati testatoris. ¶ Nec ob. si q̄spiā adduxerit sing. tex. in c. ex literis. de do. & ꝯtu. vbi ad hoc vt literæ primæ tollantur per literas secundas opus est, vt non solum de

primis

primis literis fiat expressa mētio, sed etiam opus est, vt fiat mentio specialis de derogāte clausula in prioribus literis. Ita dicamus in casu nostro, vt non solū de primo testamento debeat fieri mētio expressa in secundo, sed etiam est opus, vt fiat mētio de clausula derogante apposita in primo testamēto. Cum ergo in primo testamento fuerit apposita derogans clausulua: quia voluit, quòd istud testamentum esset derogatorium omnibus alijs quibuscunque. ergo debuit in isto secundo fieri expressa mētio de primo testamento, & ēt de illa clausula. Cū ergo non fecerit, sequitur, quòd non est sufficienter reuocatū primum testamentum per istud secundum. Respōdeo, ꝙ illud procedit odio litiū: qa debet fieri mentio de statu causæ. c. inter monasteriū. de re iud. Sed nos loquimur in actu vltimæ voluntatis: vt benignior fiat interpretatio. l. in testamētis. ff. de re. iu. &
15 † qa vltima volūtas est ambulatoria vsq; ad mortē, & standū est vltimæ voluntati: vt c. vltima volūtas. 13. q. 2. ergo. Et sic ex separatis nō infertur, maximè, quia vallauit istud vltimum testamentum apponēdo pęnam. Item quia non fuit recordatus de illo primo testamento propter longinquitatem temporis: vt est dictū. ¶ Et si dicatur, ꝙ primū testamentū est fauorabilius ipsis liberis, quàm secundum: ideo illud est præferendum, vt dixit Bald. in d. auth. hoc inter liberos. Ad hoc respōdeo, ꝙ Bal. ibi nihil allegat, nisi d. auth. hoc inter liberos. & est clarū, ꝙ dictum eius debet intelligi secundum legem quam allegat: vt voluit Bart. in l. non solùm. §. si liberationis. ff. de liberatio. lega. sed dicta authen. loquitur in testamēto facto in scripris, & in testamento facto secūdum ius speciale: ergo non militat in casu nostro: quia loquimur de testamento nuncupatiuè facto inter liberos secundum ius commune: ergo &c. Item Bal. ibi loquitur de testamento secundo non derogāte priori testamento: sed istud secundum testamentū derogat priori testamento: vt plenissimè dictū est. ergo non obstat dict. Bal. licet illud dictū sequat̄ Saly. ibi, vt merus recitator. Item Bal. ibi non loquitur de testamento secundo facto per annos sexdecim post primum, quo casu præsumitur obliuio: vt dixit idē Bal. in d. l. sancimus. vt est casus noster. ergo non obstat dictum eius. Item dictum Baldi procedit, quando vtrunque testamentum tam primum, quàm secundum est perfectum. Sed nos non sumus in tali casu: quia primum testamentum non est redactum in publicam formam ad instantiā ipsius testatoris, sed secundum testamentum fuit redactum in publicam formā ad instantiam ipsius testatoris, quo casu illud primum testamentum non probat: vt voluit Nicol. de Mata. & Io. And. & Bal & do. And. in locis allegatis superius. Et sic non sumus in casu Bald. Itē Bald. non loquitur eo casu, quo testator videtur nō habuisse illud primum pro suo testamento, imo habuit pro reuocato, & pro nullo: quia illud non fecit reduci in publicam formam, nec illud redemit, nec illud penes se habere voluit: ꝙ secus fecit de secūdo testamento. Item illud dictum Bal. vt attendatur fa
16 uor liberorum: quia † procedit, nisi mens patrisfamilias aliud voluerit: vt in casu nostro: quia testator iniunxit pœnam non seruanti istud vltimum testamentum: ideo potius attenditur ad voluntatem testatoris: vt est dictum, & ita limitatur dictū Bal. Itē facit: quia vbi vnum testamentum dumtaxat præcedit, sufficit in secundo apponere clausulā, derogatoriā, ita ꝓbatur in l. 2. ff. de libe. & post. & licet Ang. & Io. de Imo. dānent dictū Bar. in d. l. si qs in principio. vbi istud dictum voluit: quia sequeretur secundum Angel. quòd semper sufficeret clausula generalis ad reuocandum primum, quod est contra dictam. l. si quis in principio. & sequitur dictum Ange. Ioann. de Imol. in dict. l. 2. Quia ad hoc respondeo adducēdo illud, quod voluit Baldus in d. l. edita. C. de edendo. quod superius retuli, vbi dixit, quod erat triplex reuocatio, generalissima, generalis, & indiuidua, generalis sufficit, vt voluit ibi Bald. & voluit Barto. in d. l. si quis in principio testamenti. & sic illud, quod Ange. reputat falsum, cum sua honorificentia est verum dictum. Et plus probat. d. l. 2. quòd vbi appellatiuum non potest referri ad indiuiduum, habetur ac si nominatim de illo indiuiduo facta esset mētio. Præterea facit simile, quod habetur in l. cum auus. ff. de condi. & demon. vbi dr̄ plus dictum, quàm scriptum: quia ex quo priuat hæreditate sua dumtaxat illum, qui non erit tacitus, & contentus de huiusmodi sua dispositione, videtur dicere, quòd istud suum vltimum testamentum tollat omne aliud præcedens: quia cum non posset decedere cū duobus testamentis, nisi esset miles, sequitur, ꝙ videtur derogasse nominatim primo testō, & clausulis in eo ꝯtētis. Satis ergo specialiter videtur illud reuocasse. Et adduco ad prędicta glo. in cle. grauis. de sen. excom. quæ dicit, ꝙ vbi lex mandat fieri monitionem, non videtur velle, quòd fiat nominatim, nisi illud exprimat, quod est bene notandum pro iuribus, quæ exprimūt illud verbū nominatim: vt l. 2. ff. de lib. & posth. l. nominatim. ff. de cōdi. & demon. gl. in cle. j. de vi. & hone. cle. ita dicamus in proposito, cū non reperiatur lex expressa, quæ dicat, ꝙ secundū testamētū debeat nominatim tollere primum, & clausulā derogatoriā appositā in eo, seqtur, ꝙ nō astringitur testator ad nominatim tollendum. Et apponit gladiū hæc doctrina ad dictum Ray. & Sal. volentium, ꝙ nominatim, & indiuidualiter tollatur clausula derogatoria apposita in primo testamentum: & licet ego tenuerim istam partem in transcursu lecturę. c. cum esses. de testa. vbi post Pe. de Anc. & Io. de Imo. istum passum examinaui, tenendo, quòd requiritur derogatio indiuidualis: quia non plenè dixi, & tolluntur omnia motiua, quæ ibi feci, per ea quæ superius adducta sunt, nec est admiratione dignū, quia sunt fere anni. 15. quibus feci lecturam illam: & iō magnanimus dixit Apl̄us, cū eram paruulus, loquebar vt paruulus sapiebam, vt paruulus, cogitabam, vt paruulus: sed postquam vir factus sum, euacuaui ea, quæ sunt paruuli. Et optimus aiebat Propheta, iunior fui, & senui. & voluit illuminatus doctor Augustinus, quia multa ex suis pristinis dictis retractauit, & quod voluit Ioann. And. in procemio sexti. & ideo Bal. in l. de tutela. C. de in inte. rest. mi. vbi excusat doctorē, qui diuersis tēporibus dat ꝯria cōsilia: quia non propter hoc est vituperandus. & facit, qđ voluit Bal. in l. j. C. de his qui ante apert. tabu. quòd
17 propter diuersa † fantasmata quotidie generantur in nobis diuersæ intellectiones. facit text. l. diui fratres. ff. de iurepatro. vbi imperator data meliori deliberatione aliter iudicauit, quàm iudicauerat. iō dixit do. An. in c. proposuisti. de probat. ꝙ sententia lata de consilio sapientis, non transit in rē iudicatā: quia non est dare ita sapientem, quin sit dare sapiētiorē: quotidie docemur & meliores efficimur cooperante gratia spiritus paracleti: ideo dixit elegās tex. cap. qui ecclesiasticis. 36. di. in ver. postquam Dauid dono spiritus sancti scientiam accepit. Ideo nō venio culpandus, si vnum tenui alio tempore, si postea dato longiori tempore, & studiorum exercitatione multa, teneam contrariam sententiam. Et ideo videtur, quòd secundum tollat primum, licet de primo, & de clausula derogatoria apposita in primo non facit indiuiduam, & singularem mētionē, licet in casu nostro satis nominatim testōr reuo-

cauerit primum per ea, quæ superius dicta sunt, ma
ximè cum istæ clausulæ derogatoriæ potius appo-
nātur de stylo notariorum, q̃ quòd testatores sciāt,
quid importent: vt in simili dixit Bartol. l. j. ff. de iu-
re codicilla. vbi voluit, quòd clausula codicillaris,
quæ apponitur in testamentis, potius apponatur de
stylo notariorum, quàm quòd testatores sciant, qd
importent. & sic nihil operantur, & voluit Bal. in l.
quoties. C. de hære. inst. & simile voluit do. Ant. in c.
quintauallis. de iureiuran. quando in compromis-
so partes, dixerunt, ꝙ dabant potestatem arbitro lę-
dendi in magna, maxima & enormissima quantita-
te: quia potius illa sunt verba notarij, q̃ partium:
ideo non poterit arbiter enormissima lædere. & idē
sequitur domin. Abb. Et facit, quod voluit domin.
Anto. in repetitione. c. cum contingat. de iureiuran.
vbi dixit, scribitur in instrumento refutationis, ꝙ
mulier non possit venire contra refutationē ratio-
nē enormissimæ læsionis, dicit, quòd potius illa sunt
verba notarij: ideo non nocent mulieri refutāti, se-
quitur do. Abb. ibi. Ita dicamus in proposito, ꝙ po-
tius illa clausula derogatoria apposita in primo te-
stamento emanauit de stylo notarij, & etiam ex de-
fectu notarij emanauit, ꝙ non fuerit apposita clau-
sula derogatoria primi testamenti in dicto secūdo
testamento. iō non debet nocere voluntati ipsius te-
statoris. & iō potius debet attendi factum ipsius te-
statoris, qui in publicam formā redigi fecit secundū
testamentum, & illud redemit soluta mercede ab
ipso notario, & illud custodiuit in capsa sua reposi-
tū, & ideo illud posset adduci, quod tritum est vetu-
state prouerbiū: exitus acta probat: qa omnis nomi
18 natio fit a fine: est† enim finis causa causarum: vt l.
si pater. & l. cum apud. C. de hęred. inst. & l. eam quā,
C. de fideicom. & voluit ibi Bald. Ideo dixit Philoso-
phorum princeps Aristoteles, omne agens agit ꝓ-
pter finem, & finis est, qui mouet agentes. Cum er-
go in proposito nostro iste testator vltimo loco fe-
cit aliud testamentum, & astrinxit filios ad pęnā pri
uationis suæ hæreditatis, si non starent taciti & ꝯtē-
ti huiusmodi dispositione: & illud vltimū testamen
tum redemerit a notario, & redigi fecerit in publi-
cam formam, & in suo armario reposuerit, & dili-
gēter custodiuerit. illa ergo publicatio, seu redactio
in publicā formā, & redemptio & conseruatio indi-
cat, & ostendit finalem mentem testatoris haben-
tis primum testamentum pro incompleto, & non
ꝑfecto. Et si verū est dicere, exitus acta ꝓbat, quo mō
loquendi vtitur Baldus in c. primo. in versicu. sexto,
quæritur in ti. quibus modis feu. amit. ad hoc alle-
gat. l. rem non nouam. C. de iudi. vbi dicit, ꝙ si quis
est vulneratus, & moritur. præsumitur mortuus ex
vulnere: quia exitus acta probat. Et ex istis elicitur
conclusio vera, ꝙ primum testamentum est reuoca
tum ipso iure per secundum. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Citatio per edicta quando permissa cōtra absentes. Item præsumitur pro sententia antiqua, & quæ transiuit in rem iudicatam.

SVMMARIVM.

Creditores præsentes citandi sunt per nuncium, absentes per edicta. nu. 1.

Proclama generale præiudicat etiam præsenti, quando ignoratur persona. nu. 4.

Sententia antiqua, & quæ transiuit in rem iudicatam præsumitur rectè & rite lata. nu. 9.

Media præsumuntur positis extremis. nu. 12.

Fama quæ probentur, & ad eam probandam, quæ requirantur. nu. 13. & nu. sequentib.

Possessionem & titulum habens præfertur habenti tantùm possessionem. nu. 18.

Cap. reintegranda. 3. quæst. 1. vendicat locum in ecclesiis & ecclesiasticis personis. nu. 20.

CONSILIVM XC.

Viso puncto, Et cū ea animad-
uersione, qua De⁹
ex alto dederit, capio primum huius
consultationis articulum: videlicet,
vtrum talis citatio trina, & perem-
ptoria per proclama expressa, & per
edicta cum interuallo interposita, arctauerit absen-
tes ad comparendum, adeo quòd ipsis non compa
rentibus iudex præfatus in eorum contumaciam
potuerit adiudicare auctoribus ipsius domini Opi-
zonis terrena sua, quæ ostenderunt habere debere
in fundo Cigognariæ. Et videtur de iure dicendum
ꝙ sic. & præmitto pro fundamento potissimo & for
mali huius cōsultationis vnum, qđ decidit istud du-
biū in indiuiduo. videlicet text. in auth. si omnes. C.
1 si ab hæred. absti. vbi dicitur, ꝙ si creditores † sunt
præsentes, citandi sunt, quod intelligit Raphael Ful
go. per nuncium, vel personaliter, vel saltem ad do-
mum. vbi autem sunt absentes citandi sunt per edi-
cta. & dicit Raphael, quòd ita apertius & clarius ꝓ-
batur in corpore, vnde sumitur illa auth. quoniam,
tamen fieri potest, quòd aliqui creditores essent,
quos minor ignoraret, debet tunc fieri proclama
generale: vt omnes creditores, qui putent sua inter-
esse, debeant comparere, arg. eius, quod habetur in
l. si eo tempore. C. de remiss. pig. & l. j. §. denuntiari.
ff. de vē. inspi. ita dixit Rapha. ibi in primo notabili.
Et idem Rapha. ibidem in gl. penultima, in quantū
gloss. ibi dicit, quòd debent citari ad domum vt per-
fectius. ad fin. C. de anna. except. tamen Rapha. ibi
dicit, quòd text. in corpore videtur velle absentes
debere vocari per edicta. præsentes vero per nun-
cium, vel personaliter, vel ad domū. & ita ibi residet
Rapha. vt præsentes citentur per nuncium, vel ꝑso-
naliter, vel ad domum: sed absentes citētur per edi-
cta. & est ille text. intelligendus de præsentibus in ci
uitate, non autem de præsentibus in iudicio: quia
si sunt præsentes in iudicio, ad quid sunt citandi, se-
cundùm Iaco. But. ibi, Bar. & Bald. & alios. Pro quo
dicto facit elegans textus in l. in causa. §. causa co-
gnita. in versicu. citato vel præsente. ff. de mino. &
2 ratio assignatur: quia †citatio fit ad finē cōparendi
in iudicio. si ergo est ī iudicio, ad qđ est fiēda citatio,
iuxta illud, bella geri placuit, nullos habitura triū-
phos. Et sic habito effectu non curatur de modo. Est
tamē passus dubius, de quo per Archi. in c. vocatio.
5. quæst. 2. & in capitu. proposuisti. 82. distinctio. Io-
ann. Andr. Petr. de Ancha. & alij in cap. fina. de ele-
cti. libr. 6. Barto. in l. furioso. ff. de re iudi. & in rub. ff.
de in ius vocan. & in l. præsenti. de ver. signific. & in
rubric. C. de in ius vocan. domi. Anton. & alij in c. j.
de iudi. vbi ego in lectura mea plenissimè examina-
ui istum passum. Sed quia non expedit modò ad du
bitationem nostram, ideo nulla spargam circa hæc
verba. Et per istam doctrinam Rapha. collectam ex
corpore vnde sumitur d. authe. si omnes. tollitur il-
lud, quod dixit Bald. in d. auth. si omnes. vbi dixit, ꝙ
absentes non redduntur ꝯtumaces ex generali pro-
clamatione. ad hoc allegat l. fi. C. de decre. ab ordi.
faci. & dicit, ꝙ loquitur de absentibus, qui non sunt
in eadē ciuitate, vbi fit proclama. & sic Bal. ibi dicit,
quòd ab-

ꝙ absentes non constituuntur in contumacia pp generale proclama. Ita dicamus in casu nostro vt cum auctores istius Christophori essent absentes, ergo sequitur, ꝙ non fuerunt constituti in contumacis: & per consequens non fuerunt priuati sua possessione ex sententia Vicarij Rauennæ. Quia ad hoc respondeo, ꝙ illud dictum Bald. procedit, qn̄ prætendentes ius sunt absentes: & scitur, qui sunt, & vbi degunt: tūc enim deberent citari in persona, vel ad domum, vel per nuncios. sed si ignoratur, qui sint creditores vel vbi sint: tunc est secus: ita procedat dictum Bald. inquantum voluit, ꝙ proclama generale non præiudicet absentibus. Sed in casu nostro ignorabatur, q̃ erant domini, & possessores: ideo sufficit proclama generale, vt eis preiudicet: licet sint. ita posset saluari dictum Bal. Vel posset responderi, ꝙ Bald. non ponderauit d. text. in corpore, vnde sumitur, quia semper antiqui & moderni iuris interpretes obscuras, & laborabilis tradiderunt doctrinas. Nam nullus antiquorum & modernorum in dicta authen. si omnes. fecerunt mentionē, vnde sumatur dicta authentica. Et re vera sumitur ex §. adhuc quoquē sancimus. in authentico, vt sponsal. largi. vbi dicitur, vocentur autem creditores, & præsentibus omnibus ab huiusmodi hereditate se abstineant. Et loquitur de creditoribus præsentibus in ciuitate, vt citentur, & eis citatis abstineant. & sic probatur ibi, ꝙ si sunt presentes, citari debent, vel ad domum, vel ad personā per nuntium. Subdit ibi text. si vero oēs creditores, vel aliqui ipsorum absentes fuerint, iubemus minores volentes agere locorum iudicem, in quibus ipsi degunt, adire: illum vero per consuetas citationes vocare creditores, & si non appareant, licere minoribus &c. Ecce nunc casum in terminis, per quem cōfunditur dictum Bal. ibi, si creditores sunt absentes, aditur iudex loci, vbi degit agens, & fit proclama generale infra certum terminum, quo casu si nullus apparet infra illum terminum agens restituitur aduersus absentes. Et per consequens est ibi casus, qđ proclama generale nocet absenti. Nec obstat. l. fi. ff. de decre. ab ordi. faci. quia ibi loquitur in pœna apposito exercenti artem extra municipium, quo casu illa pœna non ligat ignorantes. ideo dicit ibi textus huiusmodi pœnas aduersus scientes paratas esse. Et sic pœna non ligat ignorantem, simile dixit textus. l. generali. C. de tabul. libr. 10. scientiam non ignorantiam cupimus allegari. Sed iste non est casus noster: quia in casu nostro loquimur eo casu, quo rerū dominia non sint in incerto, & ne turbetur bonum publicum, fit proclama cum certo dierum numero generale, & apponitur edictum cum interuallo tēporis, & ignorātur hi, ad quos spectat dominium dictarum terrarum, quo casu talia edicta & talia proclamata afficiunt absentes: vt probat textus. d. §. adhuc quoq;. quem tex. non ponderauit Bal. Et facit, quod dixit Ang. d. §. adhuc, ꝙ vbi tāgitur preiudicium certæ personæ, semper est citādus ille talis nominatim, vt ibi, & l. scire oportet. ff. de excusa. l. 4. §. abesse. ff. de dam. infect. l. eum qui. C. de procur. l. 1. §. denuntiari. ff. de ven. inspici. l. hæc autē. §. j. ff. ex qui. caus. in poss. ea. Si autem concernit incertam personam, sufficit fieri generale proclamata, ita intelligitur. l. si eo tempore. C. de remissio. pig. Io. And. in c. fi. de elec. lib. 6. & Inno. in c. humilis, & in c. inter quatuor, de maio. & obe. Bar. in l. j. C. de iure do. impe. l. si eo tempore, præallegat. & in l. fi. in prin. C. de iure delib. Bar. consil. 145. incipiente. Maritus fecit vxorem, & cons. 101. incip. In questione vertente, & in extrauaganti ad reprimendum. in ver. per edictum, & in l. 4. ff. de bo. auctorita. iudi. posses. Inno. & do. Car. in c. dilecti, de exceptio. D. Abb. in c. exhibita, de iud. & Lud. Ro. consil. 51. Bald. in d. l. 2. C. de testa. & in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. & l. qnquaginta. ff. de excu. tu. & in l. prescriptione. C. si ꝯ ius, & in l. si quis heres instituatur. ff. de hære. inst. & in d. authen. si omnes, & Inno. in c. in nostra. de proc. scribentes in c. Albericus, de testi. Cum ergo esset incertum, qui essent domini & possessores illarum terrarum, fuit necesse facere proclama generale: ergo illud ꝓclama præiudicabit absentibus: maximè, quia steterunt per tam longum tempus ad
3 docendum de iure suo, quia vigilantibus† non negligentibus iura subueniunt: vt c. nos quidem, testam. Quando autem quis dicatur abesse, habetur in authentico, de exiben. reis. §. si vero quidam. Et in cap. causam, & in c. cum olim, de dolo & contu. & in cle. causam, de ele. & in c. fi. de eo qui mit. in poss. vbi plenè per do. Car. & glo. in l. presens. ff. de procur. & in l. absentem. ff. de ver. sig. Bar. in l. 4. §. abesse. ff. de dam. infe. gl. in auth. de fideius. §. 1. & in l. fin. C. de præscriptio. lon. temp. Arch. Io. And. & alij in c. si delegatus, de offi. deleg. lib. 6. per omnes scribentes in d. cle. causam habetur in l. non tātum. §. abesse. ff. de fidei. libe. & etiam dixit Bar. in l. 4. §. præror ait. ff. de dam. infe. ꝙ eo ipso, ꝙ quis non reperitur in domo vxoris, præsumitur latitare, allegat Inn. in c. quoniam frequenter, vt lit. non cont. transit cum illo dicto Io. de Imol. in c. ex tuæ, de cle. non resi. Et sic si isti aduersarij habebant domicilium Rauennæ, & vxores, præsumitur, ꝙ dolosæ erant absentes. Item istud est indubita-
4 tum, ꝙ † proclama generale, qn̄ ignoratur persona præiudicat, etiam si est præsens, vt in dictis iuribus. Item proclama generale nocet absentibus: alias sequeretur, ꝙ citatio per edicta generalia affixa in loco publico nullum effectum operaretur, quod non est dicendum, vt c. ex tuæ, de cle. non resi. & in c. fi. de elec. lib. 6. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod habetur in d. ca. ex tuæ, vbi dicitur, ꝙ citatio, quæ fit ad ecclesiam, vel ad domum non arctat citatum in his, quæ sunt grauis præiudicij, nisi quando fraudulenter quis latitat, nec potest ad eum citatio peruenire per id, quod habetur in d. c. quoniam frequenter. §. porro, & per Innoc. in cap. fi. de eo qui mit. in poss. & quod voluit Bart. in d. l. 4. §. prætor. illud procedit eo casu, quo est certa persona, quę est citanda, nec citatur personaliter: sed ad ecclesiam, vel ad domum. ideo non præiudicat in his, quę sunt grauis præiudicij. Sed vbi ignoratur persona, quæ habeat interesse, & etiam ignoratur, si aliquod ius pretendat: tunc citatio trina facta per edictū bene præiudicat. si ignoretur, quæ persona sit illa, quę habeat interesse: quia tunc sufficit citatio per edicta: non tamen sufficeret vnica citatio peremptoria per edictū: quia non sufficeret vnicum edictum pro tribus. Ita singulariter dixit Io. An. in addi. Spe. titu. de cle. non resi. in rub. voluit do. Anto. in d. c. ex tuæ. Sed in casu nostro fuit factum proclama, & posita trina edicta cum interuallo temporis: ergo præiudicauit absentibus tale proclama. ¶ Et si dicatur, ꝙ imo constabat de persona certa: quia beneficiatus non residebat in beneficio, & si monetur sub pœna priuationis, debet moneri personaliter. ideo non p̄iudicat talis monitio in his, quæ sunt grauis præiudicij, & sic non obst. Et si quispiam opponat, ꝙ in casu isto constabat, quia fama erat in loco, ꝙ dictę terrę spectabant ad dictum Christophorum, seu ad auctores eius, ergo debuit citari personaliter. Ad hoc respondeo, quòd non constabat iudici de illa fama: debuit enim allegari & pro-
5 poni talis fama, quia† notorium licet excuset ab onere probandi, non tamē excusat ab onere proponendi, & allegandi, vt dixit tex. fin. in l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. in versic. allegetur, & c. ff. de adul. glo. est in cle. appellanti, de appel. & bene facit glo.

gl. in c. si quis per triginta. in tit. si de feu. fue. contro. in vsu. feu. & ideo dicebat domi. Abb. in c. afferte, de præsump. ꝙ est quoddam notorium resultans facto iuris, & istud est allegandum. Sed iudex potest moueri ex illo notorio nō allegato, nec proposito a parte: vt probatur in ca. Raynutius, de testa. & istud voluit Rayn. ibi, & istud probatur. 3. regum. c. 3. & istud voluit do. Abb. in d. c. Raynutius. & de isto notorio fuit motus rex Salomon, vt habetur in d. c. 3. & in d. cap. afferte, est quoddam notorium resultans facto partis, & istud debet allegari, & proponi, & de hoc loquitur. d. l. si adulterium. §. idem Polioni. Sed in casu nostro posito, ꝙ istud fuisset notorium, tamen erat notorium facto partis & non facto iuris. ideo debuit proponi, & allegari. si ergo non fuit allegatum, nec propositum per partem, imputandum est sibi. Item illud est verum, qn̄ illa fama esset in ciuitate Rauennæ: sed non probatur, ꝙ erat in ciuitate Rauennæ: ergo non opitulatur talis fama, quo fit, vt talis fama debebat esse in loco, vbi erant dictæ terræ, & dicta cicognario non erat in vrbe Rauennę: ergo debuit allegari, & proponi talis fama iudici, & per consequēs falsum est dicere, ꝙ iudici constabat certa persona: quinimo plus dico, ꝙ istud proclama cum edictis in palatio Rauennæ factum fuit: ergo illud non est verisimile, ꝙ ignorassent auctores dicti Christophori, nec ipse Christophorus per id, quod habetur in l. ea quidem. C. de accu. & in l. si tutor. C. de pericul. tuto. & in c. ꝙ dicitis. 16. dist. & in c. proposuisti. 82. di. & in c. 1. de postu. præla. & c. cognoscentes, de consti. cap. quanto. & c. quosdam, de præsump. Et ex istis stat vera conclusio, quod dictū proclama generale, & præfata edicta nocuerunt absentibus: & ita concludo. ¶ Capio secūdum dubium, videlicet vtrum ille qualitates descripte in citatorio, ꝙ inundationes diuina gratia cessauerunt de locis, & fundis consistentibus in plebanatu furoli, reconualuerūt, & ab ipsis aquis liberate sunt. Sed tempore dictarum citationū fundus cigognariæ adhuc ꝓ maiori parte erat sub aq̄s, licet cessarent in totum de alijs fundis circunstantibus ipsum fundum cicognariæ sistentibus, in dicto plebanatu. Ad hoc respondeo, ꝙ ex quo aquæ iam cæperant decrescere, & fundi discooperiri, & dimidium † facti, qui cœpit, habet, habetur perinde, ac si
6 essent discoopertæ, & adduco, quod voluit Zengelinus in cle. literas, de rescrip. vbi dicit, ꝙ illa cle. loquitur de beneficio creato post datam literarum. pone inquit, ꝙ beneficium est inceptum, & post datam literarum est creatum, vtrum impediatur impetratio decidit, ꝙ non: quia non est creatum post datam: ergo sufficit, ꝙ sit inceptum. Ita dicamus modo in casu nostro, licet in citatorio dicatur, ꝙ aquę desierant cooperire, sufficit, ꝙ incęperant desinere, & adduco tex. in l. vestimentum. ff. de auro & arg. legat. vbi dr̄, ꝙ si testator legat vestimentum, vr̄ legare illud, quod est in tela. Ita dicamus in proposito, licet tempore citationis non essent pro maiori parte discoopertę terræ ab aquis, tamen sufficit, ꝙ cæperant discooperiri, & ad hoc adduco. l. & si non tantum. §. infecti. ff. de auro & argen. lega. versi. quid si cæptum. vbi si testator legat argētum factum, vr̄ legare illud, quod erat in fieri, & ad hoc adduco. l. stipulatio. §. opus. ff. de nou. oper. nun. vbi ad hoc, ꝙ interdictū demolitorium habeat locum sufficit, ꝙ opus sit inceptum, licet nō sit completum, & ibi dixit Angel. statuto cauetur, ꝙ faciens opus in aliquo territorio puniatur, ꝙ habebit locum, si incęperit opus, licet non compleuerit.
7 Et adduco rōnem, ꝙ res † destinata ad aliquem vsum hr̄ perinde, ac si ad illum vsum facta esset. cle. ne Romani, de elect. vbi curia Romana dr̄ esse in eo loco, in quo est destinata ire. probatur in l. ex facto. §. rerū. ff. de hære. instit. & ibi dixit Bal. quidam legauerat libros, quos habebat Florentiæ, & re vera illos libros habebat Bononiæ, incassiatos, vt eos transmitteret Florentiam, ꝙ veniunt tales libri. Et ad hoc adduco l. primā. §. cępisse. in ver. destinatus. ff. de pollicitatio. vbi res destinata ad aliquem vsum, dicitur ad illum incepta. & facit, quod voluit Bart. in l. quintus. ff. de auro & argen. lega. & quod hr̄ in l. fundi. §. fi. & l. granaria. ff. de act. emp. & quod hr̄ ſm verū intellectum in l. cætera. §. sed si parauerat. ff. de leg. j. Ita dicamus in proposito, vt satis verificata sit illa citatio, ex quo illę terrę incęperant discooperiri. Facit simile, quod dicimus, pro cincto habetur, qui de proximo est cingendus. facit simile, ꝙ dicimus de Abbate, vt ante benedictionem dicatur Abbas. c. meminimus, de accusat. & cap. inter monasterium, de re iud. vbi dixit Hostien. quod appellatione Abbatis venit electus, allegat dictum c. meminimus, & c. secundum, de sup. neglig. prælato. & Oldr. consi. 14. Facit simile, quod di-
8 xit gl. in cle. j. de fo. comp. vbi † appellatione episcopi venit electus confirmatus, nōdum consecratus, quæ dicit, quòd si actus est in parte gestus, & in parte gerendus, & fit noua legis promulgatio, ꝙ licet de natura legis sit, vt adaptetur futuris, vt l. leges. C. de legi. c. fi. de constitu. l. iubemus. C. de testa. ꝙ tunc licet sit de futuro: quia censetur esse eiusdē rationis, cuius est pars gesta. ista est glo. in cle. j. de testa. Pro certo ista glo. sic adducta decidit hanc dubitationem in indiuiduo: vt illa pars, quæ non erat adhuc discooperta ab inundatione aquarum, cēseatur esse eiusdem rationis, cuius erat pars discooperta: & per consequens rectè dicatur in citatorio, ꝙ aquæ desierant cooperire terras, & fundos, posito ꝙ in totum non essent terræ discoopertæ ab illis aquis, qd̄ ad propositum est mirabile. Et adduco etiam simile, quod est valde præclarum in l. Iulianus. ff. qui satisdare cogātur, vbi est casus secundum vnam lecturam: sed Angelus ibi dicit se non legisse alibi, & dicit, quòd mandatum refertur ad actum futurum, sed ratihabitio ad actum iam gestum: pone inquit, quòd actus est initiatus, sed non completus, & dominus, ad quem spectat ille actus, mandat actum illum compleri: decidit, quòd non est mandatum, sed est ratihabitio: quia actus dicitur gestus, licet in parte esset gerēdus. ponit exemplum, aliquis egit nomine meo sine mādato, adhuc ille actus nō est completus, quòd si mādo vt actum gerat, videtur esse ratihabitio. per illum textum, quē alibi nescio. Ita dicamus in casu nostro. cum esset initiata discoopertura terrarum, sequitur, quòd altera pars discooperienda habetur perinde, ac si esset disooperta: quia trahitur ad primam partem. facit, quod habetur in lege tertia. §. primo. ff. de minoribus. Et per consequens non est aliter fienda probatio qualitatis. & ita concludo. ¶ Capio aliud dubium, vtrum in cōmissione & delegatione facta dn̄o Vicario, ꝙ accedere deberet ad loca prædicta vtrum præsumatur, quòd accesserit. & mihi videtur de iure dicendum ꝙ sic. Et pondero primo, ꝙ ista sententia dicitur esse antiqua: quia vltra viginti annos, & trāsiuit in rem iudicatam, quo casu in omni-
9 bus præsumitur, ꝙ † rectè & solenniter lata fuerit: vt est casus in capitulo cum inter vos. de re iudica. & hr̄ per omnes in c. bonæ memoriæ. de elec. & in c. in præsentia. de renunt. & vtrobique per Host. & per omnes alios. facit, quod voluit Bald. & alij in lege, in emancipatione. C. de fide instru. vbi dicunt, pręsumi pro sententia multum antiqua. Facit, quod hr̄ in l. qui in aliena. §. ꝙ si non adierit. ff. de acq. hęredit. & per illum textum dicit ibi Ang. ꝙ sustentatur gl. quę reputatur sing. in l. j. C. de fide instr. & iur. hastæ fisca. lib. 10. & ibi dixit, ꝙ si ɔ̄ctus est antiquus, ꝙ pręsumitur

tur interuenisse consensus agnatorum requisitus ex dispositione statuti, & idem voluit, si debuit interuenire decretum superioris in venditione, presumitur interuenisse, si contractus longe tempore appareat celebratus. Facit, quod habetur in lege. Herennius. §. Caia. ff. de euic. vbi præsumitur pro sententia iudicis capitulo Pisanis. de resti. spol. & c. in presentia. de renunci. ideo dixit text. sing in lege, prima. C. de offi. ciui. iud. ꝙ præsumitur pro abritrio iudicis, ꝙ iustè fuerit arbitratus. Facit in simili tex. in l. si filius. C. de pet. hære. & quod ibi voluit Baldus, & quod voluit idem Baldus in lege siue possidetis. C. de probat. & in dicta lege. qui in aliena. & quod voluit Inno. in simili. in capitulo illud. de præsump. vbi dicit, quòd si aliquis diu stetit in possessione beneficij, regendo & gubernando illud, vt rector, scienter patiente & nō contra dicente diæcesano, quòd præsumitur habere canonicum titulum, nec compellitur edere titulum, voluit Hostien. in c. licet Hely. de simo. si interuenit longinquitas temporis. Ita dicamus in proposito nostro, vt præsumatur ex longinquitate temporis: etiam quia

10 non fuit interposita appellatio ab illa snīa. & † quia lex confidit se de ministro suo, quòd rectè & rite iudicauerit. Facit, quod habetur in ca. nemo, de consecra. di. 1. per Arch. vbi posuit similem doctrinam, vt si diu reperiretur ecclesia ædificata, & diu sunt celebrata diuina sciente, & patiente diœcesano loci præsumitur auctoritate ipsius episcopi ædificata, & facit, quod voluit Bal. in l. post mortem. ff. de adop. Pe. de Anch. in cle. j. de priuileg. & do. Cardi. in c. tuæ, de cle. peregri. ideo sacri canones dicūt, sententiam pastoris iustam, siue iniustam esse seruandam. 11. q. 3. can. sententia, & hoc ideo est: quia confidit de suo ministro: vt d. ca. Pisanis. multofortius concurrente transitu in rem iudicatam, & longinquitate temporis, & eoque magis in terris subiectis illustrissimo dominatui Veneto, vbi seruatur iustitia, vt firmum est omnium iudicium, & ex istis concludo, præsumi, ꝙ secundum commissionem sibi factam a domino Potestate Vicarius fecerit, & ita concludo. ¶ Ex istis infertur ad quartum dubium, vt præsumatur, quod proclamata interuenerint ita, vt in libro curiæ continetur: licet relatio nuncij proclamantis non appareat. Et videtur mihi de iure dicendum, ꝙ sic. Et considero primo, ꝙ dominus Potestas dicit datam fuisse sibi notitiam, & ꝙ fundi remanserāt inculti propter inūdationem aquarum, & ꝙ fuit requisitus per multos ciues & clericos &c. commisit, & delegauit dño Vicario, ꝙ accederet ad dicta loca, & mandauit proclamationem fieri, proclamatione facta mandauit illam debere affigi in locis publicis: vt eius mādata, & edicta omnibus innotescerēt, apparet de ista proclamatione facta, & dñs Vicarius dicit, auditis omnibus & singulis iuribus omniū infrascriptorum prætendentium habere ius in fundo cigognariæ: & visa contumacia, pronuntiauit, & dimisit dictum feudum &c. Cum ergo dicat, visa contumacia aliorum, si qui sunt non comparētium, videtur asserere, proclamationem factā in genere per nuncium: quia de ɔtumacia non potuit sibi ɔstare per relationem nūcij: apparet ergo, ꝙ nuncius retulit fecisse proclama

11 tionem: quia † qui vult ɔñs, vr̄ velle & antecedens: vt l. illud. ff. de acq. hære. l. iam dubitari. ff. de hæredi. insti. Cōstitit ergo Vicario factam proclamationem per relationem ipsius nuncij, quia aliter non potuisset ferre sententiam contra illos absentes contumaces, nisi de sua contumatia constitisset per relationē nuncij. Ad hoc facit tex. in l. hęc autem, in versi. constare liquere prætori. ff. ex quibus causis in posses. ea. quem si allegat Bal. in addi. Spe. in tit. de excep. & dicit ibi Bar. illum tex. esse celebrem ad hoc, ꝙ si iudex tulit sententiam ɔ̄ contumacem, & ignorabat illius contumaciam snīa est nulla: quia constare liquere debuit prætori. & idem voluit in l. his apud quem. C. de eden. & in l. quæsitum. ff. de re iudi. & in l. multū. ff. de condi. & demon. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. & in l. prolatam. C. de sen. & interlo. omnium iudicum. & l. properandum. §. si quidem. C. de iud. & in l. sed si de sua. ff. de acq. hęre. & text. in l. si pater. §. j. in vers. constare liquere prætori. ff. de fideicom. liber. gl. & Ang. in l. bonorum. C. qui admit. ad bo. pos. & in d. l. properandum. §. si quidem. & tex. elegans in l. generaliter. in ver. postquam hæc intimata fuerint prætori. C. de rebus creditis, & iureiur. quem tex. ad hoc ponderat ibi Bal. & adduco glo. in c. sepe, de appel. & Bal. ibi. & per eundem Bal. in c. P. & G. de offi. dele. & in l. ab eo. C. quomodo, & quādo iudex, & in d. l. sed si de sua. & in d. l. properandum. §. & si quidem. & in commento. l. falsus. C. de furtis. Pet. de Anch. in c. sciscitatus est, de rescr. & in c. cum plures, de offi. deleg. libr. 6. & in c. prudentiam. eo. tit. & in c. pastoralis, de fide instr. & in c. ex tenore, per do. Ant. de foro compe. Ergo ex verbis ipsius sententię apparet ad oculū, ꝙ fuit facta relatio iudici per nuncium

12 proclamētem. Præterea facit, quia † positis extremis præsumuntur media. ita dixit glo. in c. indicas. 3. q. 9. Bal. in l. siue possidetis. C. de prob. & in prima consti. C. gl. & D. Ant. in c. cum ad sedem, de res. spo. & gl. in c. accedens, de conuer. coniuga. vbi per do. Anto. facit. c. ex parte decani. & ibi per do. Anto. de rescr. do. Abb. in c. olim, de rest. spol. Bart. in l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. Bart. in l. celsus. ff. de vsuc. & in l. admonendi. ff. de iureiur. glo. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. posses. & proprieta. & ibi per do. Abbatem post alios. do. Pe. de Anchara. in c. fi. de præscr. Modo in casu nostro apparent extrema, commissio facta per do. Potestatem faciendi dictum proclama, & apparet sententia lata per dominum Vicarium: ergo præsumuntur media: quia presumitur, ꝙ nuncius fecerit relationem, quo casu actus præsumitur canonicè gestus: vt plenissimè dixi superiori dubio. Item concurrit, ꝙ a dicta sententia non fuit appellatum: primo casu præsumitur in omnibus sentētiam latam rectè & rite: vt in d. c. cum inter vos, de re iudic. vt dixi superius in præcedenti dubio, & per ista sit absolutum dubium istud. ¶ Capio modo aliud, videlicet, posito ꝙ testes examinati contra dnm Opizonem dicant, ꝙ prædictæ terræ, de quibus est quæstio, fuerūt illorum de Gispo, & ita fuit publica vox, & fama in villa, vbi habitāt, quidam ex ipsis dicunt, ꝙ erat fama in villa: nam quidam ex testibus dicit, ꝙ in alia villa: an hæc publica vox & fama allegata, & probata per testes operata fuit, vt proclamatio generalis facta per proclamata, & edicta non ligauerit ipsos de Gipso, ex quo per famam publicam certi erant illi, qui citari deberent. Et pro parte ipsius dñi Opizonis allegatur, ꝙ fama debuit esse in loco relictorum, idest in ciuitate Rauennę, vbi facta fuerunt proclamata, & apposita fuerunt edicta, & non in villa, vbi habitabant illi de Gispo, verisimiliter in ciuitate Rauennæ nō poterit haberi notitia illius famę: ergo cum non fuerint incerti, non potuerunt citari per generale proclama. Circa istud quæsitum videtur mihi de iure dicendum, ꝙ aut personæ, de quarum præiudicio agitur sint certæ, & tunc debent citari personaliter, vel ad domū. Aut sunt incertæ, & tunc debēt citari generaliter per proclamata, & per edicta. ita plenissimè dixi superius circa primum dubium huius consultationis: & quia fama est notissima lesbo, circa hoc non est insistendum. Sed stat difficultas, quonammodo cōstabit de certitudine personarum, vtrum fama sit sufficiens probatio, vt habeatur

beatur certitudo personarũ:& ibi debet vigere consuetudo,ad hoc vt personæ reputentur certæ.Et mi-
13 hi vr̃ de iure dicendum† ꝙ fama non probat dñium, nisi sit fama antiqua,de cuius initio non est memoria.ita dixit glo.elegans,& singularis in l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de ne.gest.& ibi retulit Ang. se in facto obtinuisse apud paduanã vrbem, vbi erat fama per ducentos annos,ꝙ quædam domus fuerat Titij,& discurrerat per multas manus,& ita fuit sufficienter probatum dominium illius per famam antiquam.Et ad hoc adduco,quod voluit Bal.in auth. quas actiones.C.de sacrosan.eccl.& in l.conuenticulam.C.de epis.& cle.vbi dicit,ꝙ per famam antiquã, de cuius initio non est memoria, probauit ecclesia Romana se habere dominium terrarum,ad hoc allegat Cardinalem Fabrensem,qui ad hoc allegabat, quod voluit Inno.in c.cum causam, de iura.calum. & quod voluit Inn.in c.veniens, de verb.sig.& quod voluit idem Innoc.in c.quid per nouale.eo.tit.Et facit, quod voluit Bal.in l.cum super.C.de rei ven.vbi dixit,ꝙ si antiqui nobiles non habeant instrumenta iuris patronatus villarum, vel ecclesiarum.decidit, ꝙ illud probãt sufficienter per famã antiquã, de cuius initio non est memoria. Facit, qđ voluit idẽ Bald. in l.proprietatis dñium.C.de prob. Mõ si ponderent dicta oĩum istorum testiũ, non dicunt aliquid de fama antiqua,de cuius initio non est memoria. Et aliqui etiã non rectè deponũt de fama,cum dicant,ꝙ publicè reputabantur dictę terrę spectare ad illos de Gipso per id,quod voluit Bart.in l.de minore.§.tor-
14 menta.ff.de quæsti.vbi dicit,ꝙ testis†qui deponit de voce, & fama publica,debet dicere,ꝙ audiuit dici a maiori parte populi:non enim sufficit dicere, audiui publicè dici: quia possibile esset,ꝙ audiuerit publicè dici ab vno,qui non pp hoc facit publicam vocem & famam,& idem voluit idem Barto.in l.quod Labeo.ff.de sup. leg. & eundem sequitur Bal.in l.de quibus.ff.de legi.& Ange.in l.ea quidem.C.de accu. idem tenuit Bal.in l.quibusdam suis allegationibus, quas fecit, cum esset aduocatus pro hac parte cõtra dñm Argẽtinum filium Raynerij de Forliuio.& idẽ tenuit Io.de Imol.in c.cum oporteat,de accusa.licet aliter dixerit Bal.in l.testm̃.C.de testa.& Sal.in repetitione.d.l.ea quidem.Et per ꝯñs non rectè probant famam, ergo est fama recens,& non antiqua : quia
15 †in dubio fit interpretatio ꝯ probantem.c.in pręsentia,de prob.ergo ista fama est recens,& per ꝯñs de se non sufficit ad plenam probationem:vt dixit gl.in l. proprietates.C.de probat.& tex.in l.3.§.idem diuus. ff.de testi.& ideo dixit text.ꝙ fama confirmat,qñ est recens.ideo requiruntur alia adminicula : vt per gl. in c.j.de appe.¶ Et si qspiã opponat,ꝙ iste Chrophorus probauit,ꝙ illi de Gispo possederũt p quadraginta annos dictas terras:qa istud non dicunt testes,sed bñ dicũt,ꝙ illi de Gispo possederũt quadraginta annis citra sine copula,quo casu nõ est probata possessio quadraginta annorũ: quia illa verba verificãtur, si vna die possederunt in quadraginta annis. Ita sapienter voluit Host.& Io.Andr.in c.licet causam,de prob.probatur istud in l.1.§.quod autem.ff.de aqua quoti.& æsti.vbi verificatur illa propositio, possedit quadraginta annis citra,si vna die dicti tẽporis possederit.ita commemorat & sequitur Bar.in d.l.Celsus. ff.de vsuc.ita voluit do.Anto.& alij scribentes in d.c. licet causam.facit, quod voluit Bart.in d.l.1.§.quod autem. Et per ꝯñs non est probata recens fama, & adminicula sufficientia : & sic cessat illud,quod dici posset, fama & adminicula sufficienter probant : vt d.l.proprietatis.in gl.quia nõ sunt probata sufficientia adminicula.Et sic cessat illa positio,quæ nõ prosunt singula,multa iuuant, vt per gl.in l.instra.C.de proba.& in l.3.§.eiusdem.ff.de testi.& in l.2.§.j.ff.de excu.tut.& in c.cũ causam,de prob.& in c.accedens, vt lit.non contesta.& in c.illud,de præsumpt.& in c. cum Bertoldus,de re iud.& in c.cum dilectus,de successio.ab intesta.& in c.j.de appel.& per ꝯñs non est probatio sufficiens ad certificandã personam: vt generale proclama illam non apprehendit: sed requirebatur citatio specifica. potuit ergo citari per proclama generale,& sic est expeditum primum membrum huius distinctionis. ¶ Capio modo secũdum, quod erat, posito,ꝙ per famam est sufficienter probata certitudo personæ,sed ista fama non erat in loco iudicij, vbi fuit facta generalis citatio per edicta, & erat certa persona in villis, vbi vigebat illa fama: sed nõ erat certa persona in loco iudicij:qa vbi non vigebat illa fama, proclama generale apprehendat ne talem personam? Videretur prima consideratione dicendum ꝙ sic:ex eo quia paria sunt,famam vigere in loco iudicij, vel in loco vicino, ita probatur in c.quanto,& in c.quosdam,de præsump.vnde præsumitur vicinus scire facta vicini.l. si vicinis scientibus.C.de nupt.voluit Bart.in l.Celsus.ff.de vsuc.do. Abb.in c.3.de præscri.Cum ergo in loco vicino ciuitati Rauennæ vigebat ista fama,sequitur,ꝙ sciri debuit illa fama in ciuitate Rauẽnę,& istud erat,quod posset opponi huic ꝯsultationi.Sed re vera istud non obstat:imo potius adduci posset ꝯ illos de Gispo: ex eo quia si ita erat,ꝙ habebant dñium & possessionẽ in dictis locis,& istud proclama fiebat in ciuitate Rauennæ pro dictis inũdationibus aquarum,& pro dictis fundis,& ꝙ ad requisitionẽ multorum, qui prætendebant habere ius in dictis fundis dominus Potestas mandauit fieri,& factum fuit illud proclama solenniter,verisimile est,ꝙ illi de Gispo debuerunt habere notitiam de illo proclamate, & de illis requisitionibus factis corã Potestate,tum quia erat factum proprium ipsorum:quia præsumendum est,ꝙ notitiam habuerunt de facto suo proprio, vt l.fin.ff.pro suo.c.ab excommunicato,de rescr.tum quia illę villæ,vbi habitabant illi de Gispo, erant prope ciuitatem, & erat res publica & notoria:ergo præsumendum,ꝙ sciuerint, vel scire debuerint tale proclama. Primo:quia erat notorium,arg.c.1.de postul.præla. & l.si tutor.C.de peric.tut.Secundo:quia erat locus vicinus:vt d.c.quãto.ergo pręsumendum,ꝙ nullum ius habebant in dictis fundis: quia verisimile est, ꝙ comparuisset ad petendum sua iura, argu.l.cum de indebito.ff.de proba.c.super hoc,de renun. Et iuxta illud Esopi,res tua te reperit Argũ,res altera cecum. Et etiam quia concurrũt duo circa hoc.Primum est factum proprium,in quo præsumitur sciẽtia.Secundum est : quia factum est elegans & famosum in loco Rauennę,& in loco illo,vbi cęperunt inundationes aquarum cessare,quo casu præsumitur scientia, vt dixit Bart.in l.de ætate.ff.de minor.Et ideo præsumendum est, ꝙ nullum ius habebãt in illis rebus: quia iam comparuissent, vt comparuerunt illi,qui habebant ius in terris ibi positis.¶Et si quispiam dixerit.Titire coge pecus, latethamus in esca,tu te ipsum percutis cum ligone tuo : quia si in loco vicino Rauennæ psumitur haberi notitia de his,quæ fiunt Rauennæ,sequitur,ꝙ eodem modo præsumitur haberi notitia Rauennæ de his,quæ fiunt in loco vicino:vt d.c.quanto,& per ꝯñs dñs Potestas,vel do.Vicarius debuerũt verisimiliter scire ea,quæ erant notoria in illis villis vicinis: & per ꝯñs scire debuerunt famam,quę ferebatur in illis locis,illos de Gipso habere ius in illis terris.& istud est,quòd posset opponi & per consequens illud proclama generale non apprehendit illos de Gipso:debuerunt enim citari ad personam,vel ad domum.Ad hoc ego respondeo,ꝙ

ista

ista non sunt paria: quia illi de Gipso tractant de facto proprio: dominus Potestas, & dominus Vicarius tractant de facto alieno: licet ergo verisimiliter ille de Gipso scire debeant factum suum, non tamen Vicarius tenebatur scire factum: vt d.c. ab excommunicato & d.l.fi.ff.pro suo. Item notorium non excusat à iure allegãdi, & proponẽdi, quia debet proponi & allegari ipsi iudici: vt probatur, in d.l. si adulteriũ cum incestu.§. idem Polioni. in versi. error allegetur &c.ff. de adul. & glo. in clemen. appellanti. de appella. & ideo dixit glo. in c. qs per triginta. in ti. si de feu. fue. controuer. quòd bona fides in præscriptione est alleganda & proponenda: ergo licet illa fama esset in illis vilis, ꝙ illi de Gipso haberent ius in illis terris; tamen debuit allegari, & proponi coram Vicario: quia ꝙ Vicarium erat factum alienum. Et adduco, quod voluit Bal. in l.j.C. vt quæ desunt aduo. vbi dicit,
16 ꝙ licet statutum † non sit productum in causa: tamen iudex debet sequi statutum: eo quia iurauit illud statutum seruare: secus dicit esse in consuetudine non scripta: quia illa indiget probatione. Sed officiũ probandi in causa ciuili non spectat ad iudicem. & adduco, quod dixit idem Bald. in d.l.j. in finalibus verbis, vbi quærit, nunquid iudex debeat supplere consuetudinem, & vr̃ ꝙ sic. nam consuetudo dr̃ lex non scripta: vt ff. de legi. l. si de interpretatione. econtra vr̃, ꝙ non debeat supplere consuetudinem: quia si consuetudo non monstratur iudici, debet iudex facere, quod sibi vr̃ de iure. vnde non debet eam inquirere. l. si quis reum. ff. de custo. reo. & ideo distinguit Bald. ibi hoc modo: aut consuetudo est notoria, nec versatur in foro: tunc iudex supplere non debet, & sic intelligatur. d.l. si quis reum. ff. de custo. reo. Aut consuetudo versatur in foro, & tunc iudex supplere debet. Modo ista doctrina Bal. decidit hanc dubitationem, quia cum ista fama non versetur in foro Rauennæ, debuit iudici proponi & allegari ergo iudex iustè & solenniter fecit apponere proclama generale cum edictis solenniter appositis, & promulgatis, vt quicunque sua putauerit interesse, compareat ad ostendendum iura, quæ habet in dicto fundo cigognariæ, ergo talis proclamatio, & talia edicta ligauerũt illos de Gispo ad comparendum & ostendẽdum de iure suo, ꝙ ideo non fecerunt: quia verisimiliter nullum ius habebant, quod apparet ex fine, quia exitus acta probat: vt dixit tex. in l. rem non nouam. C. de iud. Bal. in c.j. in ti. quibus mo. feu. amit. quia passi sũt dictas terras adiudicari, & assignari auctoribus dicti domini Opizonis, & ab illis fuit facta venditio in ipsum dominum Opizonem: ergo stat conclusio verisimilis, ꝙ nullum ius habeat ille Christophorus. Et plus etiam pondero circa istum passum: quia in dicto proclamate in finalibus verbis dr̃, ꝙ debeant comparere ad videndum diuidere dictum fundum non obstãte absentia alicuius, quod verbum est summè ponderandum: quia dñs Potestas voluit præiudicare non solùm præsentibus, sed etiam absentibus: ergo non est opus ingredi illum conflictum disputandi, de quo ad plenum dixi superius, vtrum illud generale proclama noceat absentibus: vt tetigit Bal. in d. auth. si oẽs. C. si vt se ab hære. absti. quia de mente & verbis proclamatis euidenter colligitur, ꝙ voluit ligare absentes, quo casu potest, vt l. fin. ff. de decre. ab ord. fac. Quinimo plus dixit Bal. in l. 1. ff. de legi. valere statutũ ligans ignorãtes, multo fortius in casu nr̃o, qa si illi de Gispo erãt forte in agro Rauennate, & sic non erant absentes a prouincia, ex hoc redditur clarior decisio primi dubij, ꝙ illud proclama ligauerit illos de Gispo, & ita concludo circa istud dubium. ¶ Capio modo vltimam dubitationem, in qua dicitur, posito ꝙ illi de Gispo in petitorio non sufficiẽter probauerint, an etiam: quia accumularunt possessorium recuperãdę possessionis debeant etiam in hoc succumbere ex duplici capite. Primo pp citationes superius expressas, & edicta, in quibus præsupponitur, ꝙ ipsi de Gispo si quam possessionem habuerũt sua negligẽtia, & contumacia mediante ceciderunt ab illa possessione, quia illa edicta eos non arctarũt, tamen, quia possessio dictarum terrarum reperitur penes dñm Opizonem sine vitio, aut bona fide, ex quo emit dictas terras ab illis, quibus adiudicatę fuerant per dom. Vicarium, possit se tueri & defendere aduersus ipsos de Gispo. Circa hoc est aduertẽdum:
17 quia † actore non probante reus absoluitur, vt c. 1. vt eccle. benefi. l. qui accusare. C. de eden. Cũ ergo non probauerit ille Christophorus dominium dictarum terrarum, debet succumbere, & per ꝯñs absolui ille dñs Opizo ab impetitione illius, quo ad hoc nulla est dubitatio. Quo ad possessorium, vtrum debeat succumbere dictus Christophorus, mihi vr̃, ꝙ nulla sit dubitatio: quia in dicto proclamate, & in edictis publicè appositis dr̃, ꝙ prætendens ius in dicto fundo compareat infra certum terminum, alias procedetur s̃m, ꝙ ius dictabit. Postea dr̃, ꝙ compareat peremptoriè ad videdum adiudicare dictum fundum, non obstante absentia alicuius, & ex post secuta est adiudicatio. Ego nescio videre qualiter isti de Gispo non cediderint a sua possessione stantibus edictis & sententia adiudicationis, quæ transiuit in rem iudicatam, maximè tanto tempore tam longinquo, per id, quod hr̃ in l. si eo tempore. C. de remis. pig. l. cum Titia. ff. de accusat. l. diffamari. C. de ingenuis manumiss. l. si ea. C. qui accu. non poss. l. quandiu. ff. de acq. hære. & quod voluit Inno. in c. fi. qui mat. accu. poss. Ange. in d.l. cum Titia. & in d.l. quandiu. Quid ergo agere intendit iste Christophorus, cum nullum ius sibi competat stantibus supradictis proclamate, edictis, pronuntiatione iudicis, adiudicatione & transitu sententiæ in rem iudicatam: eoque magis, quia dictum est in edicto, non obstante absentia alicuius, negligentia ergo illorum de Gispo, debet eis nocere. c. nos quidem de testa. c. quia diuersitatem, de concess. prębẽn. cap. fi. de lect. ideo refert Bald. in d. cap. fi. ꝙ tempore inclyti regis Ruberti erant descripti literis aureis in ostio cameræ dicti Regis, quidam versus vulgares relati ibi per Bald. Et per consequens stat cõclusio firma, vt iste Christophorus debeat succumbare in isto interdicto possessorio recuperandæ ex capite negligentiæ. ¶ Secundo assumo aliud caput, posito ꝙ non neglexerint, nec citatio arctauerit illos de Gipso, vtrum debeat dominus Opizo obtinere in isto possessorio. Et videtur de iure dicendum quòd sic, ex eo quia habet possessionem cum bona fide, & sine vitio, & habet titulum ab his, qui habue-
18 runt canonicum titulum, quo † casu habens possessionem, & titulum præfertur habenti possessionem dũtaxat. Ita dixit Bal. in l. siue. §. si duobus. ff. de publ. & in l. qui accusare. C. de eden. & in l. ordinarij. C. de rei ven. & in l. momentaneæ. C. qui legiti. perso. & in l. vnica. C. vti posside. & in l. incerti. C. de interdict. & in c. secundo. de rescr. Cy. in l.j. C. vti posside. Alberi. de Rosa. in l. si de vi. ff. de iud. & in l. si quis libertatẽ, ff. vti posside. Sal. in d. l. ordinarij. Bar. in l. si de eo. §. si seruum. ff. de acq. possessio. & in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. eodem tit. & in l. si de vi. de iud. & in l. si duo. ff. vti posside. Io. de Imo. in c.j. de resti. spol. Cũ ergo concurrat titulus & possessio ex parte domini Opizonis, sequitur, ꝙ debet obtinere in isto interdicto possessorio: maximè cum possessio & titulus sint de longinquo tempore, quo casu præsumitur pro possessione antiqua, & titulo antiquo, arg. l. si filius. C. de petitio. hęredita. & l. qui in aliena. §. quod si nõ adierit.

adierit.ff.de acq.hære. Et adduco ad prędicta,quod voluit Bar.in l.manifestissimi.§.sed cum in secunda.C. de furt.vbi:quærit, quid si ad aliquem peruenit possessio sine vitio eius rei,quam ego possidebam dumtaxat, vel detinebam.glo.in l.inciuilem.C. de furtis, dixit, quod habet locum, condictio ex l.si coloni.C.de agricol.& censi.lib.vndecimo.quę glo.videtur dicere contra casum.l.siue autem. §. si duobus. ff.de public.contra eum, qui habuit titulum & possessionē, refert Inno.in c.sępe,de restitutione spoliatorum.tenere idem,quod glo.in d.l.inciuilem.allegat c.reintegranda.tertia quæstione j.Ista omnia contra dicta legis sustinendo glo.& Inno.dicere, quod glos.loquitur in bonæ fidei emptore, quem constat emisse ab eo, qui erat malæ fidei, vt a fure, vnde mala fides auctoris aliqualiter afficit emptorem, vt l. malæ fidei. C. de pręscriptio.longi temporis.alias si non constaret hoc, credit Bar. Modo ita est in proposito nostro,quod iste dñs Opizo emit a bonæ fidei possessore; qa suis auctoribus fuerunt adiudicata dicta bona,iusto auctore; quia a Vicario Potestatis Rauēnæ per senten-
19 tiam canonicè latam,quia iustè † possidet, qui prætore auctore possidet. l. iuste possidet.ff.de acq.poss. & idem voluit And.de Barulo in l.si coloni.prælle. vbi habetur,quod ille, qui cecidit a possessione, & non habet titulum,potest illam repetere,dum tamen ad nouiter possidentem peruenerit cum initio, & non aliter. Aliud autem remedium cadenti a tali possessione non competit, non enim agere potest rei vendicatione, vel publiciana: cum non esset dominus, vel quasi, nec haberet aliquod ius in re. vbi aūt possessio peruenisset ad alium absq; initio:tunc nullum videretur dari remedium, cadenti a tali possessione ſm Andr.de Barulo.Et adduco, quod voluit Lapus in suis allegationibus,allegatione 52.incipiente lętatus sum in his,quæ dicta sunt mihi.refert ibi Io.Cal. dicere,quod per canonem reintegranda prouidetur his, qui quocunque modo amiserūt possessionem,& cœperunt etiam si non per violentiam,vel per metum, vel per dolum, si forte alias iniustè præter culpam suam quis cecidit a possessione,quam alius nunc tenet cum titulo,siue sine titulo:vt d.l.si coloni. Et dicit, quod æquum est restringere illum canonem reintegrāda,ad bona dumtaxat ecclesiarum, & bona propria clericorum. Et ita transit ibi Lapus.Cum ergo in proposito illi de Gispo culpa sua & negligētia sua ceciderūt a possessione dictarum terrarum,quia debuerunt comparere & allegare ius suum.¶ Et si quispiam allegaret.d.c.reintegranda. Respondeo, quod il-
20 lud ca.habet locum † in ecclesijs & ecclesiasticis personis,ita tenuit Io.de Lig.& Io.Cald.in c.cum ad sedem,de resti.spol.idem tenet Io.de Fantucijs, & do. Dominicus in d.c.reintegranda, & istud tenuit glo. in d.c.cum ad sedem,& do.Abb.ibi.idem tenuit do. Card.in d.c.sæpe,de resti.spol.& Lapus in d.sua allegatione.52.licet aliter tenuerit do.Anto.in d.c.cum ad sedem, & Bart.in l.rem quæ nobis.ff.de acq.poss. Et contra do.Anto.& Bar.adduco rationem mirabilem, hoc modo.Deus & natura nihil agunt frustra. vnde dicebat Bal.in l.precibus.C.de impube.& alijs substit.quod Deus & natura non facit sua tempora frustra.& philosophorum princeps Aristoteles dicebat natura non abundat in superfluis,sed in necessarijs,
21 & ars † imitatur naturam,inquantum potest.l.adoptio non iure facta.ff.de adopt.Aristoteles in secūdo Physicorum. Modo.c.reintegranda.si prouiderit de rebus laicorum, ad quid ergo emanauit dispositio. c.sæpe, de restitut.spol.ergo vr̄ superfluo emanasse, cum emanauerit post.d.canonem reintegranda. Et ita alias consului apud Vrbinum. Apparet ergo ad oculum,quod dictus Christophorus debet in hoc possessorio succumbere, cum dicti sui prædecessores per suam negligentiā ceciderint a possessione dictarum terrarum:ergo quo ad dictas rerras iste Christophorus non successit illis de Gispo: quia apud illos non erat dominium,nec possessio dictarum terrarum.Et actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, vt dixit philosophorum princeps Aristoteles in secundo de anima. ergo non competit ius agendi huic Christophoro remedio recuperandæ. Et ad prædicta adduco Ang.in dicta l.siue autem.§.si duobus.ff. de public.vbi refert audijsse Bartol.viua voce dicentem, quod quando quis habet solam possessionem, & cadit ab ea,& peruenit ad alium sine vitio,quòd nullum remedium sibi competit ad aduocādum; quia cum non habeat in ea plus iuris,q̄ possessor,ergo ius possessoris est potentius, allegat Bart.in d.l.manifestissimi.§.sed cum in secunda.multos commemorat Ange.tenere contrarium, sed ipse tenet cum Barto. & respondet ad illos,qui tenēt contrarium, & commemorat, se ita tenuisse.in d.§.sed cum in secunda. & re vera ita ibi tenet. Et ita ego sæpenumero consului. Et ex istis concludo partes domini iudicantis esse impronuntiando, & absoluendo dictum dominum Opizonem ab impetitionem illius Christophori. Et ita concludo.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt quaterniones, præter Kk Ternionem.

INDEX COPIOSISSIMVS EORVM QVAE IN ANDREAE BARBATIAE Consilijs notatu digna visa sunt.

IN QVO NVMERVS MARGINALIS 1. primum, 2. secundum, 3. tertium, 4. quartum volumen denotat.



VENETIIS,

Apud Dominicum Nicolinum. M D LXXX.

INDEX COPIOSISSIMVS EORVM QVAE IN ANDR. BARBATIAE Consilijs notatu digna visa sunt.

IN QVO NVMERVS MARGINALIS 1. primum, 2. secundum, 3. tertium, 4. quartum volumen denotat.

A

4 Amicitia

Index Consiliorum

4 Conditio

4 Dicta

E.

2 *Factum*

Index Consiliorum

4 Fraus

3 insultum quis facere dicatur. cons. 11. num. 1. & quid sit. ibid.

Index Consiliorum

3 Iudex

L.

3 Lex

Index Consiliorum

dilapidatio

a Modi

O.

3 Officiales

3 Præ-

3 *Regula*

3 Statutum,

4 Testator

V.

4 *Vendito-*

4 *verba,*

Index Consiliorum

FINIS.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm